





THESAURUS GRÆCARUM ANTIQUITATUM

VOL. VIII.

THESAURUS GRÆCARUM ANTIQUITATUM,

CONTEXTUS ET DESIGNATUS

ab

JACOBO GRONOVIO.

VOLUMEN OCTAVUM

Cætera Ludicra & Amœnitates Græcas peragens.

Series librorum voluminis præfationem sequitur.



I: Camerata in: *P: Monaco sc.*

VENETIIS,

Typis JO: BAPTISTÆ PASQUALI.

M. DCC. XXXV.

SUPERIORUM PERMISSU.

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ
S. P. D.
JACOBUS GRONOVIUS.




X præterito volumine duntaxat colligi potuit ingenium gentilifmi quanta varietate detortum fuerit & prout Græcos dixiſſe nos docuit Suidas, potuerit ἐκτορμεῖν in rebus, quas plane ignorabat, quum nihil antiquius habere oporteret, quam eas recte inveſtigatas & perſpectas colere; imo & fruſtra interdum cuperet. Itaque ubi maxime concors & conſonum ac limitatum aliquid mens humana ab eodem auctore data & ex ejuſdem originis fonte profecta pollicebatur, ibi ultra modum fidemque ſciſſæ & diſſentientes ſpectantur ejus ſententiæ. Hinc magni operis rem eſſe vides Deos Græcorum & ſuperſtitiones feſtaque recognoſcere, ac latiſſime porrectam hanc eſſe occupationem. Et tamen multi proceſſerunt non deterriti, quin ſuſtinerent ſe monſtrare deditos devinctoſque his aut illis delubris perluſtrandis, & ſi quæ eſſent baſium reliquiæ aut tituli, recolligendis & appellationibus & rituum notis, ſi non penitus, utique quantum illis pateret, ac pro facultate, quam ſimul tempus, ſimul res ipſa hic poterat præbere. Itaque quum provideamus fore, ut hæc eorum laboris præſtantia & occupata meriti decoris poſſeſſio, ſane venerationis perpetuæ materia benigna, floreat ameturque & vel cælo tenus ſplendeat; tum fateri non dubitamus illa omnia eſſe multum fracta & minuta, & vel nomina vel ſolennia plurium & quidem primaria ſic latere obſcurata, rituſque adeo expunctos, ut citius Θαναπόσια integra ex inferorum inſulis allaturus Lucianus videatur, quam illa cuncta inſtaurentur. Et quanta illis ſacris, quæ non magis Deorum ergo inſtituta, quam hominum genio voluptatique donata credebantur, & certe ei quoque impenſa ſunt, acceſſit deliciarum & jocorum moles? Infinita procul dubio & va ians ad ſingularum regionum, urbium, agrorumque ingenia, e quibus ut præſides ſibi Deos comminiſcebantur, ita apparatus inſtruendi diſc imina exſtiterunt multum diſcedentia ab aliarum civitatium copiis.

Idcirco quum huc nos paraverimus, ut omnia feſtorum ſacra peragere ſedeat, quorum tamen adeo exiguæ & inanes manſerunt partes, & jam de Ludis quæ ad manum erant, obtulerimus; nihil ad concinnam ſeriem aptius potuit locari, quam Joh. Meurſii, qui unus Græciam perſpexit, & nullum officii onus in ea reparanda fecit reliquum, opera Saltationes veterum Græcorum complexa. In his enim licet ſpectentur celebrenturque tantum artus & modi inſignes flexili agilitate, aut hominum catervæ modulatis inceſſuum ambagibus & ancipiti errorum anfractu decentes; titulis nihilominus Deorum Sacrorumque licentiam iſtam exornatam & velatam fuiſſe hinc ita diſcimus, ut nec ſpectaculum ſine idolo, nec ludum ſine ſacrificio clamitaverint tum viventes Criſtiani; quod quidem in tantum bonæ fidei eſſe deprehendimus, ut vocabula interdum ab ſolo ſaltationum ritu ducta cum ipſis feſtis fuerint commixta.

Hinc & partim Dii Deæque, partim Heroes iſtis geſticulationibus exhibebantur, Saturnus, Berecynthia, Venus, Titanes, Corybantes, Satyri, Europa, Leda, Ganymedes, Danae, Glaucus, Daphne, Niobe, Canace, Capaneus, Cyclops, Thyeſtes, Horæ, Gratiæ Nymphæque & Panes; partim illis ſacras habitas, & nunc Baccho, nunc Marti, Herculi, Dianæ, Rheæ, Apollini dicatas iſtas ſaltationes fuiſſe cognoſces, ut harum mancipes appellentur. Et quæ tandem feſta lætitia ſine choris? Quæ quidem omnia ut ſpecie, ut gravitatis quadam umbra incertos & cæcos magis fallerent, leges dictæ & conſtituti judices. Quid quod & auctores nonnullis inſcriptos Deos ſis viſurus, quum aliis ſuffecerit ab locis & civitatibus appellari, aut aliunde originem nominis arceſſiverint, adeo ut in his Calabria quoque ſit, quæ venditet καλαβρισμὸν ſuum, (jam Henr. Stephano iſta jungente in Theſauro) ſi fides columnæ 1255. & 1259. etſi mirer cur ſic ediderit ac citaverit Meurſius, quum loco ſuo poſuerit Καλαβρισμόν.

Congeſſerat jam has ὁ Δῖος Scaliger pater in caput XIV. de Comœdia, nec ſine documento magni judicii, quo ſuſpicabatur multas illarum præter nomen veteribus, a quibus eas nominibus proditas habemus, fuiſſe ignoratas. Non abſterruit hæc occupatio Meurſium, quin ordinato magis & commodiore quodam ad ſpectandas ſingulas docendumque more ſuam hanc orcheſtram expoliret; & ſane feliciter, ut probat vel una illa χεὶρ σιμή. In ea parte hæreo, quod vix appareat qui certæ & legitimæ ſaltationis genus exiſtimari potuerit, ſimulatque in theatro Hylas aut Bathyllus fabulam aliquam ſaltaviſſet. Sic enim plane erit, ut in infinitum creſcant illa ſaltationum nomina, & ferme quot fabulæ ex vetuſtate narrabantur, tam multiplex ſtatuatur iſtarum quoque numerus. Nec vero poteſt probari ab Meurſio (ſæpe non reſpiciente quæ ante ipſum tradita) neglectum adeo fuiſſe Scaligerum nomen, ut ne meminiſſe quidem dignatus fuerit, præſertim quum reperias apud Scaligerum, quæ omiſſa Meurſio. Ille audivit Baryllica ab inventore in Apollinis honorem ac Dianæ a viris ſaltatam & mulieribus ſimul miſtis. Ille καλαυρισμὸν nominatum Thracas & Caras armatos ſaltaviſſe: Ille in Διποδίᾳ picas imitari conatos. Ille novit Κόσμου ἐκπύρωσιν & Ἰσχοφορικὸν in Liberi Patris honorem. Nulla hæc in Meurſio.

Sed ut his ſaltationum deſcriptionibus addatur aliquod ſpectaculum, jam diu eſt, quum adſpexi marmor Oxonienſe collocatum num. XLIV. & quo contemptius in illo volumine jacet, eo magis crebrum frequenſque mihi incurrit in oculos, ut illuſtrationem merere decernerem. Propterea quum Meurſius Cordace col. 1266. attingeret explicationem quorundam, qui cordacem miſcerent cum ſaltatione eorum, qui ductarent reſtim ex Terentio (quod quidem neſcio, cur fecerit, quum Joſ Scaliger hac in parte erorrem Vertranii jam notaviſſet in Conjectaneis pag. 63.) non putavi mentionem vocis, quæ oculis in lapide cernebatur, negligendam eſſet. Certe enim ſive cordax (cujus veſtigium nullum in deſcriptionibus antiquis huc congruum deprehendimus) ſive alio nomine vocari debet, reſtis vel funis apparet, & quidem commoda deſcriptione ad trahendum equum Durateum, ut diducatur foraminibus, per quæ collum inſeri poſſet. In qua forma agnoſcis ſpeciem ſaltationis, quæ imitatrix ſit animalium, ut docuit Meurſius quoque col. 1272. in quo ita illi ſibi



placuerunt, ut etiam ſaltationes has appellationibus ipſorum animalium diſtinxerint & inſigniverint. Cæterum in iſtam ſaltationem admiſſas etiam puellas quum ibi legas ex Virgilio & Donato, quæ hinc ſunt abactæ, ſatis patet alienam quandam ab ea ſaltationem eſſe, & propter eandem cauſam convenire nec ὅρμῳ *hormo*, de quo ibidem & peculiari loco Meurſius. Hinc igitur marmoris illius conſpectus propiore indicio monſtratur ab Ill. Scaligero, cujus verba ex notis ad Rem Ruſticam Varronis pag. 240. huc transfero: Saltantes enim, alias ἐπὶ καρπῷ χειρὸς (ut „ apud poetas Græcos) ſe tenebant, alias reſtem tenentes hærebant. „ Erat etiam ſimilis ludus puerorum qui ducebant ſparteam reſtem, & „ tamdiu trahebant, donec aut rumperent, aut alteruter omiſsa funis „ prehenſione, in nates caderet, cujus ludi meminit Ariſtides Sophi- „ ſta. Sed ne ſic quidem vides deſcriptionem penitus concordem; & apparet maximo illi viro ignaram fuiſse hanc ſaltationem per capita reſti inſerta, non ſolum reſtim vel ducendam, vel manibus tenendam. Eſt quidem in Ludis actum de modo Ελκυςίνδα & altero Διελκυςίνδα, ſed in utroque aliqua ſunt diverſa. Talem utique ſaltationem vides, in qua etiam beſtiæ faciebant portenta, ex ſuovetaurilibus diſpoſito triplici genere, quum taurus velut in genua lapſus & ſic aquieſcens ſe ſpectandum præbeat, ſus & caper colliment capita habitu corporis artificioſe accommodato.

Nec ab his ſacris magno intervallo disjungi oportet connubiorum vincula, quum inde divini pariter ac humani juris ſocietas induceretur, & præſertim confarreatio eſſet religioſiſſima per iſta ipſa ſacra. Hanc fateor quidem propriam Romani ritus fuiſſe; ſed ita rem natam vides, ut quod datur, plurimum ſit petitum ex urbe Roma, tanquam nuptiarum ſolennia apud Græcos utpote ſparſa per varias urbes etiam ritibus admodum diſcrepantibus conſtiterint & ideo commode tradi vix queant, aut quod nullius cogitationi materia hæc Græca obvenerit. Unde etiam Meurſius tantopere devotus & adſtrictus Græcis Syntagma de Puerperio (hæc enim ſpes nuptiarum, & idcirco adhærere iſti loco fas fuit, niſi quod pauca de connubii violatione intercedere debuerunt) non pro more contulit, miris modis illic Græca Romanis miſcens, nec video neceſſitatem, quum referret diſtincta haberi, atque etiam poſſent. Videlicet admodum perpauca erant, quæ collegerat, eaque adegerunt virum Græcis attendere ſolitum renunciare conſuetudini tot pignoribus firmatæ vel magis firmandæ. Itaque & puerperii appendices oportuit vix ſemigræcas adnectere, mixtis aliarum gentium moribus, ſed vel ideo huc adducendas, ut cognoſcerentur Οδόντια & Κυρόσυνα ex col. 1442. Agnoſcis feſta omnibus prioris voluminis auctoribus omiſſa, quorum certe poſterius tradebatur illis ab Gregorio in verbis jam ab Budæo annotatis, ubi conjungit γαμήλια καὶ γενέθλια κυρόσυνά τε καὶ κατοικίσια, tanquam quæ homines ſoleant πανηγυρίζειν. Prius ex quo angulo excerpſerit, vix inveſtigandum, præſertim quum col. 1446. Feſſanis attribuantur. Hac igitur velut emblematis non ſeparandi diſtinctione ſatiata revertimur ad ſacra non Deos tantum illos ματαίως nominantia, perque multas blanditias placentia, ſed etiam varietate acroamatum & ſpectaculorum plurima cultores oblectantia, inprimis hanc partem adjuvante ſcena, (quæ jam tunc noverat ſuum Θεολογεῖον) cujus idcirco tum denſiſſimam oſtentationem præfe-

runt

runt ſcriptores antiqui, tum recentiores ſedulo conferre geſtierunt, quæ ad apparatum ejus & contemplationem pertinerent. Itaque integra bibliotheca & ipſum Muſarum numerum æquantia ingenia ſequuntur, quibus placuit cura velut ædilicia ludos adornantibus in ea theatra ire & ſingula illic peculiaria ſive patentia, ſive poſt ſiparium latentia animadvertere, ut foras proferrent. Horum πρωταγωνιστὴς longo intervallo cenſeri debet Scaliger, cujus nervoſa & per ſingulas fere voces ad illuſtria auctorum loca alludens, certe hinc collecta brevitas, & ingens cupiditas erudiendi multa filii in contractiſſimis verbis quantopere potuiſſet extendi, vel unum caput XIV. fatetur, quod ſaltationis innumeram diverſitatem legeſque continet, ſolum certe integro Meurſiano operi citationibus iterandis nimium dedito comparandum. Neque vero intelligo, quemadmodum illud plane Meurſio n tum non fuerit, ſic ut ibi pariter nulla ſaltet πυρκαταία, quæ non minus apud Scaligerum meditatur col 1527. quam κελευστός. Ac neſcio an non nimia brevitatis cura offecerit illuſtri viro, certe filio ereptura fuerit aciem intentionis, col. 1535. dicuntur *Primi ordines* XIV. *Senatoribus atque Equitibus reſtituti*, & lectis ab Julio in Senatum & Equeſtrem ordinem multis, *tantum multitudinis nequit* XIV. *ordinibus capi*. Nempe quum paulo ante Orcheſtra illic eſſet adſignata ſaltantium choris, & hinc Græca cum Romanis eſsent confuſa, ibi debuit ſcribi, quod Romani nuſpiam tradiderunt. Hinc quoque contigiſse opiner, ut col. 1543. Pythii ludicri formam contemplans ſcribat argumentorum rationem ac tractum totum in Apollinis pugna *quinque partibus* conſtitiſse, quum in ſequentibus primam conſtituat ἀνάκρυσιν, ſecundam ἄμπειραν, tertiam παρακελευσμὸν, poſtremam δάκτυλον fuiſse appellatam, dubium quinta ſic ab eo dicatur, an quarta; certe una illarum quinque partium nulla eſt, & quatuor partibus ita conſtitit, quum tamen Strabo (cujus licet ſuppreſſi locum ante oculos habebat ex libro IX. pag. 421.) quinque partes faciat, non ut δακτύλων eos ab imitatione ſibilantis inter moriendum ſerpentis Syringa cognominaſse doceat, ſed ut quartam partem ſicut ab nomine δακτύλων δακτύλες, ita etiam ab jamborum uſu ἰάμβες, deinde quintam vocatam Σύριγγας, declaret.

Illo ipſo in opere quum caput XVIII. excedat ex ſcena in omne aliud Græcæ per ſpectacula voluptatis genus, origine uniuſcujuſque tum cura ſolerti, tum ingenio explorata, variis locis ad fovendum quoque & artificioſe ordinandum exſtructis, ut gymnaſiis, ſtadiis, palæſtris; nihil niſi curari oportuit, ut eruditiſſimi laboris Agoniſticon ab peritiſſimo Græci in hac parte ſtudii viro Petro Fabro expolitum ſubnecteretur, quippe qui & ipſe tum paſſim Deos advocat, & præſertim capite XVII. libri primi colligit ludos quoque hoc genus omnes antiquitus Diis ſacros haberi, ut & ſacrificia inibi peragi ſolerent; ſed pleniſſime id affirmant ipſi athletæ περιοδεύειν ſoliti, ut ad præcipua ſacra diverſis regionibus celebrata occurrerent ac ſpecimen virium vel artis darent, quod nihil æque probant ac inſcriptiones, quas ex Lipſio celebrat ipſe Faber tum alibi, tum libri hujus primi capite XVII. quibus poſtea ſimiles aliæ ab aliis repertæ & publicatæ ſunt. Vir hic undiquaque illuſtris quum incidiſſet in ea tempora, quibus ſtudia poſſe inprimis prodeſſe atque etiam neceſſaria eſſe confeſſæ fuerunt omnes ætates; etiam huc ſe contulit, & opes quas in juventute condiderat, ad ſequentis vitæ ſubſidia adhibendas ratus,

quo amaritudinem rerum præſentium ſolaretur, ſicut in hoc volumine exhaurit ac ſolertiſſime componit, quidquid ad priſcos illos agonas pertinens ferme addiſci potuit, ita vidit uberrima ſui temporis teſtimonia, prout meruerat, ex omni regione ſibi affundi etiam propter hanc lucubrationum ſuarum partem, non minus quam per Semeſtria, quorum numerum quoque habes col. 2287. ex patris chirographo appoſita. Itaque fulget paſſim mentio & ſcriptoris hujus ut πολυμαθὴς, & hujus Agoniſtici, niſi quod libri ſecundi caput ſeptimum non ſatis potuit placere maximo Caſaubono Suetonium commentanti in Nerone, prout ex indicio pariter illic poſito apparet. Editionem autem hoc Agoniſticon anno MDXCII. ſortitum fuit adeo imminutam ac vitioſam, ut videatur minime placuiſſe auctori, qui triennio poſt in eadem Lugduno procurari alteram fecit, quam vocat *elucubratam denuo, amplificatam, & ab innumeris quæ in priorem editionem irrepſerant mendis vindicatam, ut tunc primum in lucem editum opus videri poſſet*. Hoc ignoratum noſtris ac ſero & jam parte libri ſecundi profligata ex me cognitum effecit, ut ab col. 2244. ſequerentur tam copioſa Paralipomena; nec id multo dolori fuit, quum etiam intereſſe cenſerem, ut pateret manifeſte differentia utriuſque. Nec ſic tamen æquata videntur eſſe omnia, quin oporteat lectorem alicubi impingere, vel ſi utramque editionem conſideret. Talis illa collectio col. 1869. *Admodum inſcite igitur faciunt, qui athletas ab agonothetis ſeparandos putant*. Tota enim viri doctiſſimi diſputatio agit de athlothetis, idque vocabulum par eſſe alteri, ut videatur ſcripturæ error. Ex ſimili cauſa profectum eſſe oportet fateri, quod col. 1899. legitur: *Pauſanias alterius fœminæ Olympionicæ ob equos ſcilicet Circenſes exhibitos Euryleonidæ ſtatua itidem honoratæ mentionem facit*. Quaſi vero iſta terminatio *Euryleonidæ* poſſit indicium eſſe fœminei nominis apud Lacedæmonios, quorum Leonidæ tam multa ſit mentio; aut quaſi in verbis Pauſaniæ illis Λακεδαιμόνιοι δὲ Ευρυλεωνίδα λέγουσιν εἶναι, tertia vox ſit ſecundi caſus, & non quarti, ab Ευρυλεωνίς. quod recte viderunt viri docti. Et in eadem col. habet Pauſanias πρώτη δὲ ἱπποτρόφησε γυναικῶν, non ἱπποτροφῆσαι, ut in utraque habet Faber. Col. 1890. citantur ex ſcoliaſte Sophoclis iſta: Εφεδρος δέ ἐστιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς ἀγῶσιν, ἀλλ' ὅταν δύο τινες παλαίωσι, παλαίσειν τῷ νικήσαντι παρεσκευασμένος. Hæc conſuetudo Fabri eſt, ut Græca verba, quæ citaturus & ſubjecturus eſt, Latinis verbis tanquam interpretationis vicem in præcedentibus deſcribat, prout nunc ſane etiam feciſſe vides, ſed ita, ut verborum ὁ μὴ πλανώμενος nullam prorſus habuerit rationem; quippe quæ adhibere non poterat nullum bonum ſenſum continentia, quem tamen habebis, ſi pro illo participio depravato ſubſtitueris παλλόμενος. Is enim ab Scholiaſte concipitur ἔφεδρος, qui ex ſorte non accepit adverſarium, ſed per eam dilatus poſtremus cum victore congreſſurus eſt, ut bene percepit Faber, & miror Henr. Stephanum nulla hujus pulcherrimæ obſervationis ex Scholiaſte habentem rationem pronunciare, ab hac ſignificatione, qua milites in ſubſidiis collocati ſic dicuntur, etiam ſe putare ſumptum eſſe illud Sophoclis in Ajace. Παλλόμενος autem ὁ κληρώμενος jam ex Heſychio notatus eſt. Sed neque intelligo, quemadmodum prodire primo a manu ſua paſſus, nedum in ſecunda editione pariter confuſum non bene digeſſerit illud, quod habet col. 1918. ut quum ex Suetonii cap. XXXIX. non XIX. citaviſſet de ludis Julii Cæſaris addat velut unam periodum: *Athletas ſtadio ad tempus ex-*

ſtructo in regione Martii campi certaſſe per triduum ludos victoriæ Cæſaris, non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipſum edidiſſe Octavium. Suet. Octavio cap. x. niſi quod utraque etiam editio poſt vocem *regione* ponat στιγμὴν, admodum inſulſe & certe ipſo auctore invito, qui melius iſta noverat.

Cæterum in hoc opere quum aliquoties citentur inſcriptiones, quæ agant de xyſtica Synodo & cultoribus Herculis, citetur ex eis præcellens iſte M. Aurelius Aſclepiades, qui & Hermodorus, periodonices & pancratio victor totque aliorum ſacrorum ludorum, & quidem ex auctario Juſti Lipſii (quod cerni poteſt col. 1856. & 1864. & 1891.) etiam fragmentis inde ſepoſitis ita, ut denique col. 2234. integræ referantur; quin etiam in ſubnotando Agoniſtico debuerit mentio jam ejus fieri; judicavi naturale eſſe, ut quum tempori noſtro contigerit, ut excitaretur Vir Nobiliſſimus & terſiſſimæ doctrinæ Octavius Falconerius, qui eas faceret opus ſuum, illæ ipſæ huic Agoniſtico proximæ comites accederent, ut appareat, quantum illæ Fabro, quantum eximio Falconerio illæ debeant, præſertim quum hujus notas huic volumini debitas etiam clamarent Βαρβίλλεια, feſtum ut Caſtellano & Meurſio ignoratum, ita Henr. Valeſio primum cognitum publicatumque & adnotatum, quod in his iteratur, eaque ratione numerus feſtorum Græcorum tanta cura in horum voluminum paginis convectus ſit ἄρτιος ὁλόκληρος, certe pro tempore. Non edidit tantum Lipſius has inſcriptiones, uti dictum eſt; ſed etiam gratas & in uſu habuit, ut inſignem ſuam induſtriam interventu earum quoque exornaret, ut patet vel ex Saturnalium ſermonum libro II. cap. 23. Quin & ſynodum ex illis xyſticam mutuatus erat ad ubertatem ſuam maximus Salmaſius ad Spartiani Hadrianum, eodem ſcilicet ipſo loco, ubi Synodum Apollinis male jungi in indice Inſcriptionum notaverat, verba inſcriptionis SACERDOTI SYNHODI APOLLINIS PARASITO non ita conſiderari debere judicans, ut pateret Synodum Apollinis intelligi, (ſic enim locutos veteres non fuiſſe, certe theatrum magis Bacchi fuit, quam Apollinis; etiam Synodi Deum alibi dictum longe hinc remoto ſenſu conciperet) ſed inter decora ejus numerari, primum quod eſſet Sacerdos Synodi, deinde quod eſſet paraſitus Apollinis, prout ſeparatim iſte titulus exſtat in duabus inſcriptionibus col. 2310 de qua re agitur col. 2303. & ſeq. Quum interim quod Falconerius refellit interpretationem Ben. Ægii col. 2312. mirer ita placuiſſe illi agere, quum id ſatis oſtendiſſet Scaliger de Emendatione Temporum pag. 482. omnino citans τῶν νέων προστασίαν. Sed quoniam ſtatuo inſcriptionem iſtam ſtelæ ex portu Anconitano prorſus requirere, ut inter Athleticas inſcriptiones conſpiciatur, contra quam fecit Falconerius, eam hic inſerere commodum cenſui, tanto magis, quod in ea diſerte ſcribitur gymnicos agonas Mercurio & Herculi ſacratos eſſe, id quod unicum hujus tantæ agonum & ſpectaculorum acceſſionis eſt ſacramentum.

Εδοξε τοῖς ἀλειφομένοις, ἐπειδὴ
Βάτων Φίλωνος πρότερον μὲν
ἐπ' ἔτη δύο προχειρισθεὶς Γυμνασί-
αρχος προεστάτησε ἐνδόξως
καὶ καταξίως αὐτοῦ τε καὶ τῆς τῶν
ἀλειφομένων προαιρέσεως τοῦ
Γυμνασίου, ἀνθ' ὧν τὸ κοινὸν δεδο-
κιμήσαντα ἐστεφάνωσεν αὐτὸν
ἐπὶ τὰ προειρημένα ἔτη δύο θαλ-

Viſum eſt illis qui unguntur, quoniam
Baton Philonis filius antea quidem
per biennium electus Gymnaſi-
archus præfuit glorioſe
& ex dignitate tum ſua, tum eorum
qui unguntur ſententiæ
gymnaſii, pro quo commune
bene ſpectatum coronavit illum
ob duos qui modo dicti ſunt, annos oleæ

λῆ στέφανον, καὶ τὸ περὶ τούτων
ἀναγραφὴν ὑπομνήματος χάριν
εἰς τὸ Γυμνάσιον κατακεχώρικεν φι-
λοτιμίας ἕνεκεν καὶ τῆς λοιπῆς ἐ-
πιμελείας, ἧς ἔχων διετέλεσεν εἰς
αὐτούς· πάλιν τε εἰς τὸ ΚϚ L, καὶ ΖΚ
L, καὶ ΗΚ L, ἀξιωθεὶς ὑπέμεινε γυ-
μνασιαρχῆσαι, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν εὐ-
ταξίαν αὐτός τε συνετήρησεν, καὶ
τοῦ τόπου καὶ τῶν ἀλειφομένων ἐ-
κτενέστερον καὶ φιλοτιμότερον ἔτι
πολλῷ προεστάτησεν· τούς τε τῷ
Ἑρμεῖ καὶ Ἡρακλεῖ τιθεμένους ὑπὲρ
τοῦ βασιλέως Γυμνικοὺς ἀγῶνας
συνευκοσμῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ δύ-
ναμιν κατ' ἰδίαν ἐντιθεὶς ἆθλα τὰ
καθήκοντα τοῖς ἀγωνιζομένοις·
ἐφ' οἷς θεωροῦν τὸ κοινὸν τὴν πᾶσαν
προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἐνδεικνύμε-
νον αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ τόπου στεφάνοις
τε χρυσοῖς περιτέθεικεν καὶ γραπτῇ
τετίμηκεν εἰκόνι Βάτωνα Φίλωνος
γυμνασιαρχήσαντα τό τε τρίτον καὶ τέ-
ταρτον καὶ πέμπτον ἑξῆς, καὶ τὴν ἐν
τῷ προδεδηλωμένῳ χρόνῳ τῶν νέ-
ων προστασίαν εὐσχήμονά τε καὶ
πρέπουσαν ποιησάμενον· Δεδόχθαι δὲ
καὶ νῦν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τού[illegible]
καὶ προσεπιστεφανῶσαι πάλιν χρυσῷ
στεφάνῳ· τοὺς μὲν χρυσοῦς στεφά-
νους εἰς λευκώματα χωρίσαι, τὸ δὲ δό-
γμα τόδε ἀναγράψαι εἰς στήλην λιθί-
νην, καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῷ ἐπιφανεστά-
τῳ τόπῳ τοῦ Γυμνασίου· προσαξιῶσαι
δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τὸ ΘΚ L ἔτι γυμνασιαρχῆ-
σαι, διότι τοῦτο πράξας ἔσται πᾶσι τοῖς
ἀλειφομένοις κεχαρισμένος.

corona, & de his rebus
rescriptum monumenti ergo
in Gymnasio collocavit propter
studium & reliquam
curam, quam habere perrexit in
ipsos; & rursus lustro XXVI. *&* XXVII.
lustro, & XXVIII. *lustro creatus sustinuit*
gymnasio præesse, justumque
decorem & ipse conservavit &
loco eisque qui ungebantur, in-
tentius & studiosius adhuc
multo præfuit, & tum
Mercurio, tum Herculi dicatos pro
Principe gymnicos agones
simul bene ordinans pro ipsius fa-
cultate privato sumptu exponens athla
convenientia certantibus;
in quibus quum cerneret commune, omnem
benevolentiam & curam exseren-
tem eum erga locum, & coronas
aureas circumposuit & picta
honoravit imagine Batonem Philonis filium
postquam gymnasiarchus fuit tertium & quar-
tum & quintum deinceps, & in
declarato antea tempore adolescen-
tum præfecturam honestam &
decoram gessit. Visum fuisse vero
etiam nunc & laudare eum propter hæc
& insuper coronare rursus aurea
corona, & aureas quidem coro-
nas in tabulis locari, sed de-
cretum hoc conscribere in pila lapi-
dea, & dedicare in conspectis-
simo loco Gymnasii: sed & præterea honorare
eum quoque in XXIX. *lustrum adhuc gymna-*
siarchi loco, quippe id faciens erit omnibus
qui unguntur acceptus.

Huc igitur referri quoque debet (cur enim non cunctas huc pertinentes inscriptionum reliquias conducimus?) quod in antiquitatibus Nemausi prompsit Grasserus, etsi imperfectum

----- EO. SILVANO. ET. LIBERO
PATRI ET NEMAUSO
. . . . RCHUS. SYNODI

Neque enim dubitari potest, quin suppleri oporteat XYSTARCHUS, unde simul colligitur hæc virium corporis exercitia tunc quoque in illo oppido sic admirationi fuisse, ut talem Synodum aluerit cum xystarcho plane ad disciplinam solitam. Huc pertinet quoque illa ΜΕΓΑΛΗ ΤΥΧΗ ΤΟΥ ΞΥΣΤΟΥ, quam sarda expressam publicavit Sponius in Miscellaneis Eruditæ Antiquitatis pag. 297. statuens Herculem fingi, in quo libro pariter has Athleticas Inscriptiones repetivit pag. 360. sine ulla Venere. Huc facit quoque fragmentum Varronis ex scripto quod signatur Columna Herculis, περὶ δόξης. *Itaque eas in ceram conscribillavit Herculis athletæ*. Ita certe patebit Tertullianea xysti vanitas. Sed huc pertinebat omnis illa copia inscriptionum, in quibus laudantur οἱ γυμνασιαρχήσαντες, quæ nimia est.

Etiam Barn. Brissonii scriptum, quo explanare verba legum duarum ex Codice Theodosiano excerptarum sategit, quum mellitam spectaculorum & feriarum illecebram ostenderet per editiones jactatam ita ut prætermitti nequiret, apponi placuit, præsertim quum & clarius illic tradatur ludorum celebrationes esse deorum festa, originesque spectaculorum de superstitione conceptas, singulosque ludos nominibus Deorum con-

consecratos & sic appareat, quemadmodum vetustas fuerit circa illos animata, ut a nobis inde ordinari oportuerit. Cæterum libellus iste maluit exsultare maximam partem ad aliena, & tam placuit auctori consuetudinis Christianæ in baptismo amplior declaratio, ut pro neglecto fere habuerit titulum unde sumpserat, & de spectaculis potius frustretur lectorem, quum de dierum discrimine & ritus alterius lege satiet. Nihilominus interest sic quoque illa repeti, & qualiscunque ea quoque sportula agedum gustetur. Sed & alium vides, qui quaternionis inscriptionis immixta Histrionum appellatione videbatur aliquid promittere dapsiliter apparatum de uno isto genere artificum ad spectacula scenica adhibito. Valde enim foret opportunum, si qua peculiaris symbola de illis theatricis spectris & ad omne fortunæ genus adornatis salisubsulis, etsi jam passim intermixtis, tamen de industria elaboratis, promi posset. Verum ille vix bucceam convivis indulget, & præmisso agyrtarum nomine, universo Græci juris, etiam ex Athenæo Græculis flosculis adspersis, movebat exspectationem acroamatis quoque Græci de illis ipsis, quos dicit, histrionibus; sed subito raptu ultra mare Jonium delatus in Italiam, mutata & voce & gente, protulit aliquid tale, quod vides, unde insignem salaconem queas agnoscere, vel ex loquutione velut Ciceronis prodito judicii exiguo, tanquam dici potuisset *togam prætextam texi apio*, hoc est, funebrem. Itaque aliorsum vela vertenda sunt, ut quod præterea huc captandum restat, appetatur. Nec ambiguus est magnus tibiarum (deque illis jam relata quædam fuerunt col. 2467.) ad sacra usus, & amabile per Græca studia Meursii nomen fecit, ut potuerit hic adhærescere labor plane perfusorius filii, quo aliquid voluit de tibiis proferre, & Græcum. Enimvero tamen istorum Deorum nonnisi nomen est, atque inde sumpta causa & occasio quidem fuit; cæterum negotium omne hilaritati hominum cessit, vel etiam petulantiæ & luxui, adeo ut vix festa possint nominari, quibus & finem imposuerunt largissimæ epulæ, etiam vino copiosissimo aliisque potionibus inter extremam lasciviam celebratæ; & ne dubites velamentum vitio huic ab Diis petitum, docebit columna 2477. in χοῶν ἑορτῇ, quam Castellanus & Meursius quoque notaverunt. Unde & nos inde colophonem his sacris petentes, ingentia & famosa luxuriantium Græcorum nomina ubertim & numerose satis congesta ab Stephano isto Nigro cum tantis poculorum, vinorum, esculentorum, cantuum scortorumque varietatibus, repetitisque saltationum indiciis adjicienda existimavimus, ut sic velut in antecessum præparemur ad sequens volumen, præsertim quum etiam intersparsa veniant his saltationum vocabula magno post tempore tractata rursum Meursio aliisque, ut antea patuit. Ex quibus jam affatim licuit agnoscere vel magis deplorare infirmitatem gentilismi tam ingeniosi ad exquirendas corruptelas suas sanequam multiplices, quarum certe relatio nauseam quandam paritura foret, nisi tanti esset vetustatem hanc per singula omnino recognoscere.

Itaque quum ad formam mensuramque justam huic volumini præbendam superfit aliquid chartæ, consultum putavi interponere aliquid sane laudabilioris venæ ex spectaculis ejusdem antiquitatis, dignioribus quæ hodieque & oculis & animis ad notitiam apponantur, præsertim quum offerret expeditam & paratam materiam accuratus ille Pet. Bello-

nius in singulari isto quem vides libello, non tantum complexo partem operum vetusti temporis, sed etiam mores quosdam ritusque, ita ut ex Ægypto incertum iter tendens quæcunque memorabilia attingat. Quod ipsum quum fecerit etiam diu ante ipsum Philo Byzantius, ut celebratissima septem orbis antiqui spectacula peculiari enarratione extolleret, eumque diu tenebris oppressum luci reddiderit Leo Allatius & ipse eadem hæc docto labore magis conspicua & nitidiora ponere conatus, ista quoque ad partes vocari meruerunt, vel idcirco, ut Dionysii Byzantii fragmentum, quod integra pagina ostentat Cangæus post delineationem, ut vocat, Thracii Bospori, quodque ex Codd. Vaticano & Regio se dare jactat, videamus ex his Allatii notis, unde fluxerit & ad eum pervenerit, a quo nequaquam id dari nobis poterat, quum jam ab anno XL. hujus sæculi habuissemus, nec agere illi gratias quisquam possit, præsertim quum illic edat παραδιδομένης, ut habeat causam corrigendi, prout ediderat Allatius, & absurde terminetur in verba δυεῖν ἡμερῶν, quod intelligi nequit, ac debeat legi Ηπείρων, ut est in editione Allatiana, in qua tamen etiam ipsa scribes καὶ τὸ καλέμενον, tum κόλπων καὶ λιμένων, tum φύσεως πέλαγός ἐστιν ὁ Π. ὁ Εὔξεινος, μεγέθει, tum ὑπὲρ αὐτῶ. Ubi tamen nescio, cur ediderit Allatius in Hortorum descriptione καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ κατὰ πρόσω ἐπιτερπέστατον. *Et ut uno dicam verbo, quidquid aspectu jucundissimum*, dubitans utrum sequutus nimium subtiliter sic expresserit codicem MS. an vero voluerit πρόσοψιν, prout in fine capitis de Pyramide edit τῆς προσόψεως, quum ibidem paucis verbis antea ponat ὄψεις, an πρόσωπον: in quo eodem loco videbis Græca tum illa καυχάσθω τύχη ab eo verti *glorietur ars*, ut plane legerit τέχνη, etsi taceat penitus. His quum miracula eventuum addat deditus Meursianæ industriæ Phlegon (etsi col. 2718. non satis sapienter in eo consuluerit, quod patuit ex col. 449. tomi VII. hujus Thesauri) eum quoque hic exstare cum omnibus reliquiis suis opportunum censui. Interim tamen quum ex mirabilibus his operibus nullum utilius tum generi humano fuerit, tum studiis, quam Museum Alexandrinum mirabili etiam liberalitate Regum Ægyptiorum simul institutum, simul diu conservatum, (nam si uspiam ὁ τῶν Μυσῶν τόπος dici meruit ἀθρήνιον, prout nos docet Suidas, certe is unice eo vocabulo censeri potuit) chartas huc pertinentes & in adolescentia per me sub optimo patre crescentem conscriptas libenter conferre volui, & huic volumini inserere, cujus columnæ 2331. jam impressa erant vocabula τῶν ἐν τῷ Μυσαίῳ σιτυμένων ἀτελῶν φιλοσόφων, nec altera num. 2336. alienas ab his meditationes proferebat; ut sic ista quoque lucubrationum ejus portio mihi quidem diu pretiose habita placere etiam posset aliis & prodesse; quod voveo.

S E R I E S
SCRIPTORUM
Quæ in volumine octavo Thesauri Antiquitatum Græcarum inveniuntur.



JOAN-

JOANNIS MEURSII
ORCHESTRA,
SIVE
DE SALTATIONIBUS VETERUM,
LIBER SINGULARIS.

VIRO NOBIL. ET AMPLISS.

CORNELIO VANDER MYLE,

EQUITI, DOMINO VANDER MYLE, &c.

BELGII FOEDERATI SENATUS ADSESSORI, ET ACADEMIÆ LEIDENSIS CURATORI, L. M. D. D. C.

JOANNES MEURSIUS.



RIT fortaſſe, Vir Nob. & Ampl. qui judicium hic meum requiret, quod *Orcheſtram* tibi offeram, ceu indignum nimis Opus, nec pro gravitate tua. Verum huic reſponſum cupio; ſaltationem apud Veteres inter honeſta habitam eſſe, & heroas illos priſcos, philoſophoſque, non ſe tantum in ſpectanda oblectaſſe, ſed ſaltaſſe etiam ipſos. quin illius quoque laudem libro proprio celebraſſe Lucianum; quem qui legerit, is pro me ſententiam feret. Præterea, cum tu Antiquitatem univerſam, ejuſque ſtudium, magni facias, non te quicquam, quod ad illuſtrandam illam pertineret, contemnere poſſe ſtatuebam. Ecce duplicem mihi cauſam fiduciæ hujus; ad quam tertia etiam accedit, benignitas tua tam inſignis, qua, quodcunque offertur tibi, ſi fortaſſe dignitati non reſpondeat, animum potius offerentis, quam oblatum munus, ſpectas. Efficit hoc humanitas tua, adeo magna, ut, cum omnia tibi ſumma, Virtutes, honores, iiſque tuendis pares opes, benignus Deus liberali manu dederit, hæc tamen, cum his contendens, palmam illis ambiguam faciat. Non in laudes nunc excurro, meliori eas loco reſervandas arbitratus; unum rogo, Vir Nob. & Ampl. quod facturum te confido, benigna fronte ut hunc ingenii mei fœtum, meæ in te obſervantiæ monumentum, accipere velis, meque porro, & ſtudia mea, fovere pergas. Lugduni Bat. Kal. Febr. cIↄ. Iↄ. c. XVIII.

BENIGNE LECTOR.

PROMISI *nundinis præcedentibus* De Saltationibus Veterum, *& nunc habes. Scripſerunt de iis olim plures, & quæ genera illarum fuerint, quæque etiam nomina habuerint, tum quales ſingulæ, atque a quibus primum inventæ, accurate pertractarunt. Id commemorat Lucianus ſuo* Περὶ Ὀρχήσεως *libro, in quo alibi iſte locus.* Πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, πάντα τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παρέξειν. *Sed quandoquidem eorum Operum nihil omnino ad nos pervenit, viſum mihi hanc jacturam antiquitatis, quantum in me, reſtaurare. Utere, ac fruere; &,*

ÆTERNITATEM COGITA.

SALTATIONUM
INDEX.

JOANNIS MEURSII ORCHESTRA, SIVE DE SALTATIONIBUS VETERUM, LIBER SINGULARIS.

ΑΓΓΕΛΙΚΗ.



SALTATIO erat inter symposia usitata. Hesychius. Ἀγγελίη, ὄρχησίς τις παροίνιος. *Nunciatio, saltatio quædam inter vina.* Corrige, Ἀγγελική, ὄρχησίς τ. Recte est apud Athenæum *lib.* XIV. Καὶ τὴν Ἀγγελικὴν δὲ πάροινον ἠκρίβουν ὄρχησιν. *Et Nunciatoriam vero ad vina exercebant saltationem.* Eandem designat Leontius Scholasticus in Epigrammate, quod scriptum in effigiem Xenophontis Smyrnæi legitur *Anthologiæ* lib. IV. Tit. XXV.

> Καὶ Κάδμου τὰ πάρηβα χορεύματα, καὶ τὸν ἀφ' ὕλης
> Ἄγγελον, εὐιακῶν ἰχνελάτην θιάσων.
> *Et Cadmi ultra pubertatem saltationes, & illum ab silva*
> *Nuncium, Bacchicorum vestigatorem thiasorum.*

Et Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Τὸ δὲ ἀγγελικὸν ἐμιμεῖτο σχήματα ἀγγέλων. *Nunciatorium vero imitabatur figuras nunciorum.* Et observa illic nominis originem; quod, qui saltaret, nuntii habitum exhiberet.

ΑΔΩΝΙΣ.

Adonis in hac repræsentabatur. Arnobius *lib.* VII. *Obliterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoriis in motibus pantomimum?* Prudentius Περὶ Στεφ. *Hymno* X.

> *Meretrix Adonim vulneratum scenica*
> *Libidinoso plangit affectu palam.*

ΑΙΑΞ.

Hac Ajax repræsentabatur. Lucianus *De Salt.* Οἷον ἐγώ ποτε μέμνημαι ἰδὼν ποιοῦντα ὀρχηστὴν, εὐδοκιμοῦντα πρότερον, συνετὸν μὲν τἆλλα, καὶ θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄξιον, οὐκ οἶδα δὲ ᾗ τινι τύχῃ εἰς ἀσχήμονα ὑπόκρισιν δι' ὑπερβολὴν μιμήσεως ἐξοκείλαντα. ὀρχούμενος γὰρ τὸν Αἴαντα, μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς μαινόμενον, εἰς τοσοῦτον ὑπερεξέπεσεν, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως ἄν τινι ἔδοξεν. *Quale ego quondam memini vidisse facientem saltatorem, antea placentem, cætera quidem callidum, & sane quam admiratione dignum, nescio autem quo casu ad indecoram gesticulationem per nimiam mutandi affectationem delapsum. Saltans namque Ajacem, post adversam sententiam statim insanum, in tantum extra modum evagatus fuit, ut non simularet insaniam, sed vere ipse insanire alicui videri posset.* Et mox. Αἰτούντων αὖθις τῶν στασιωτῶν αὐτὸν, τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, παραιτησάμενος τὴν ὑπόκρισιν, ἔφη πρὸς τὸ θέατρον, ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι. *Iterum factiosis eum postulantibus, ut Ajacem ipsis saltaret, recusans histrionem, dixit ad theatrum, sufficit semel insanivisse.*

ΑΛΗΤΗΡ.

Erat saltatio gravis, apud Sicyonios, & Ithacenses. Athenæus *lib.* XIV. Ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικός. ἡ τ' ἐμμέλεια σπουδαία. καθάπερ καὶ ἡ παρὰ Ἀρκάσι κίδαρις, παρὰ Σικυωνίοις τε ὁ ἀλητήρ. οὕτως δὲ καὶ ἐν Ἰθάκῃ καλεῖται ἀλητὴρ, ὡς Ἀριστόξενος ἱστορεῖ ἐν πρώτῳ Συγκρίσεων. *Cordax quidem apud Græcos molestus; & exercitatio seria; sicut etiam apud Arcadas cidaris, & apud Sicyonios Aleter; ita etiam in Ithaca vocatur Aleter, prout Aristoxenus refert in primo Comparationum.*

ΑΛΦΙΤΩΝ ΕΚΧΥΣΕΙΣ.

Inter ridiculas saltationes censebatur. Athenæus *lib.* XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σόβας. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις. *Et ridiculæ vero sunt saltationes, igdis & mactrismus, & apocinus & sobas: præterea autem morphasmus, & noctua, & leo, & pultis effusiones.*

ΑΛΩΠΗΞ.

Hesychius. Ἀλώπηξ, ὄρχησίς τις. *Vulpes, saltatio quædam.*

ΑΝΑΠΑΛΗ.

Similis erat ei, quæ Γυμνοπαιδικὴ dicta. Athenæus *lib.* XIV. Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς. *Similis vero est nuda puerilis saltatio illi, quæ apud Veteres vocatur anapale.*

ΑΝΘΕΜΑ.

Erat saltatio plebeja, in qua illud accinebant, Ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; *Ubi mihi lilia? ubi mihi dulcia?* Athenæus *lib.* XIV. Ἦν δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις ἡ καλουμένη ἄνθεμα, ταύτην δὲ ὠρχοῦντο μετὰ λέξεως τοιαύτης μιμούμενοι, καὶ λέγοντες. ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα;

Erat vero etiam apud indoctos ſaltatio vocata anthema. Hanc ſalt bant cum hac dictione imitantes, ac dicentes, Ubi mihi roſæ? ubi mihi dulcia?

ΑΠΟΚΙΝΟΣ.

Inter laſcivas ſaltationes erat. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ ἀπόκινος, ϗ ἀπόσεισις. ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ. *Et apocinus, & apoſeiſis; laſciva genera ſaltationum in circumverſione lumbi.* Athenæus *lib.* XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, ϗ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε ϗ σόβας. *Et ridiculæ ſunt ſaltationes, igdis & mactriſmus, & apocinus & ſobas.* Et paulo ante. Τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, ϗ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ, ϗ ἄλλοι πλείονες, ὕστερον μακρισμὸν ὠνόμασαν. ἣν ϗ πολλαὶ γυναῖκες ὠρχοῦντο, ἃς ϗ μαρκυπίας ὀνομαζομένας οἶδα. *Saltationem vero, quæ vocatur apocinus, cujus meminit Cratinus in N meſi, & Cephiſodorus in Amazonibus, & Ariſtophanes in Centauro, & alii plures, poſtea vocaverunt mactriſmum; quam & mulieres multæ exercebant, quas etiam marcypias nominatas ſcio.* Scholiaſtes Ariſtophanis initio *Equitum*. Ἀπόκινον, φυγὴν, ἀποχώρησιν, ἔστι δὲ ϗ εἶδος ὀρχήσεως φορτικῆς. *Apocinon, fugam, receſſum. eſt vero etiam genus ſaltationis moleſtæ.* Suidas. Ἀπόκινος, εἶδος ὀρχήσεως. *Apocinus, genus ſaltationis.* Talis fuerit ſaltatio, in qua apud Alciphronem certant inter ſe Myrrhina & Thryallis. Locus eſt in epiſtola Megaræ *ad Bacchidem*. Δεινή τις φιλονεικία κατέσχε Θρυαλλίδα ϗ Μυρρίνην ὑπὲρ τῆς πυγῆς, ποτέρα κρείττω ϗ ἁπαλωτέραν ἐπιδείξει. ϗ πρώτη Μυρρίνη τὸ ζωνίον λύσασα, βόμβυξ δὲ ἦν τὸ χιτώνιον, δι' αὐτοῦ τρέμουσαν οἷόν τι μελίπηκτον γάλα τὴν ὀσφὺν ἀνεσάλευσεν, ὑποβλέπουσα εἰς τοὐπίσω πρὸς τὰ κινήματα τῆς πυγῆς. ἠρέμα δ', οἷον ἐνεργοῦσά τι ἐρωτικὸν, ὑπεστέναξεν. *Urgens quædam ambitio occupaverat Thryallidem & Myrrhinem de podice, utra oſtentaret meliorem ac molliorem. Et prima Myrrhine cingulum ſolvens (ex ſerico autem erat) per eam tremulum quodammodo quaſi quoddam melle coagulatum lac lumbum commovit, reſpiciens verſus poſteriora ad concuſſiones podicis: exigue vero quaſi operata aliquid amatorium ſubgemuit.* Et mox, de Thryallide. Καὶ τοσοῦτον παλμὸν ἐξειργάσατο τῆς πυγῆς, ϗ ἅπασαν αὐτὴν ὑπὲρ τὴν ὀσφὺν τῇδε ϗ τῇδε ὥσπερ ῥέουσαν περιεδίνησεν, ὥστε ἀνακροτῆσαι πάσας, ϗ νίκην ἀποφήνασθαι τῆς Θρυαλλίδος. *Et tantam exſultationem podicis peregit, totumque eum ſupra lumbum hic & illic velut fluentem circumvolvit, ut omnes applauderent, & victoriam decernerent eſſe Thryallidis.* Et hujuſmodi ſaltationem reſpexit Arnobius, *lib.* II. *Animarum alia multitudo laſciviens incompoſitos corporum diſſolveretur in motus, ſaltitaret, & cantaret, orbes ſaltatorios verteret, & ad ultimum clunibus & coxendicibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret.* Iterum *lib.* VII. *Quin & ipſos dicatis deos ludere, laſcivire, ſaltare, obſcenas compingere cantiones, & clunibus fluctuare criſpatis?* Juvenalis *Sat.* XI.

Forſitan expectes ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plauſuque probato
Ad terram tremulo deſcendant clune puellæ.

Martialis *lib.* V. *epigram.* LXXX.

Nec de Gadibus improbis puellæ
Vibrabunt ſine fine prurientes
Laſcivos docili tremore lumbos.

Videntur ejuſdem ſaltationis diverſa nomina fuiſſe, Ἀπόκινος, Ἀπόσεισις, Βακτηλισμὸς, ſive Μακτρισμὸς, Ἴγδις, Σόβας. De quibus ſingulis infra dicam ſuo loco.

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Heſychius. Ἀπόκρισις, ἐπιλογία, ἢ εἶδος ὀρχήσεως. *Apocriſis, clauſula ſermonis, aut genus ſaltationis.*

ΑΠΟΛΛΩΝ.

In hac Apollo exhibebatur, ejuſque res geſtæ. Tatianus *Orat. ad Græcos*. Ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτη, ποτὲ δὲ ὡς Ἀπόλλων γινόμενος. *Interdum quidem inſtar Veneris, aliuuando autem Apollinem ſimulans.* Tertullianus in *Apologetico*: *Sed & hiſtrionum literæ omnem eorum fœditatem deſignant. Luget Sol filium jactatum de cœlo lætantibus vobis.*

ΑΠΟΣΕΙΣΙΣ.

Pollux ponit inter laſcivas ſaltationes. Vide locum *in* Ἀπόκινος.

ΑΠΟΣΚΕΛΗΣΙΣ.

Erat ſaltatio ludicra. Oſtendunt illa Heſychii. Ἀποσκελῆσαι, παιδικὴν ὄρχησιν ὀρχήσασθαι. *Crure abigere, puerilem ſaltationem ſaltare.*

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

Arnobius *lib.* IV. *Gentis illa genitrix Martiæ, regnatoris & populi procreatrix, amans ſaltatur Venus, & per effectus omnes meretriciæ vilitatis impudica exprimitur imitatione bacchari.* Auguſtinus *De Civitate Dei*, lib. VII. cap. XXVI. *Quid ſunt ad hoc malum Mercurii furta, Veneris laſcivia, ſtupra, & turpitudines caterorum? quæ proferremus de libris, niſi quotidie cantarentur, & ſaltarentur, in theatris.* Hieronymus in epiſtola *ad Marcellam*: *In theatralibus ſcenis idem hiſtrio nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur.* In epiſtola de Hilarione. *In ſcenis theatralibus unus atque idem hiſtrio nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen.* Tatianus *Orat. ad Græcos*. Ποτὲ μὲν ὡς Ἀφροδίτη, ποτὲ δὲ ὡς Ἀπόλλων γινόμενος. *Interdum quidem inſtar Veneris, aliquando autem Apollinem ſimulans.*

ΒΑΘΥΛΛΕΙΟΣ.

A Bathyllo, ſaltatore nobiliſſimo, nuncupata. Plutarch. *Sympoſiac.* l. VII. qu. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη, ϗ παθητικὴν, ϗ πολυπρόσωπον οὖσαν, οἰδεῖ δὲ τῶν ἐγκωμίων ἐκείνων ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε. δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πεζὰν τοῦ κόρδακος ἁπτομένην. *Dimitto autem ab ſaltatione formam Pyladicam, tumidam, & concitatam, multaſque requirentem perſonas; ſed inflata eſt laudibus illis, quas Socrates de ſaltatione peregit. Accipio Bathylleam ex ſe pedeſtrem, cordacis perſimilem.* Quæ poſtrema verba quomodo corrigenda, nam corrupta ſunt, vide infra in Κόρδαξ. Athenæus *lib.* I. Ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε, ϗ πολύκοπος. ἡ δὲ Βαθύλλειος, ἱλαρωτέρα. *Sed erat Pyladæ ſaltatio tumida, & concitata, & multi laboris: verum Bathyllea bilarior.* Et obſervat ut Plutarch. inquit, pedeſtrem humilioremque fuiſſe; ut Athenæus, amœniorem. Id autem eſt, quia Comica erat; atque in Comœdia humilia, & læta omnia. Colligo ex Seneca Rhetore,

Declam. lib. III. in Epistola ad Novatum, Senecam, & Melam, filios. *Quidam melius equitem patiuntur, quidam jugum. Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in Comœdia, Bathyllus in Tragœdia, multum a se aberant.*

ΒΑΚΤΡΙΑΣΜΟΣ.

Inter lascivas saltationes erat Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Βακτριασμὸς δὲ, καὶ ἀπόκινος, καὶ ἀπόσεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ. *Bactriasmus autem, & apocinus, & depulsio, lasciva genera saltationum, in lumbi gyratione.* Vir Clarissimus, Isaacus Casaubonus, eandem esse putabat, quæ Μακτρισμὸς dicebatur; de qua mox dicturi sumus suo loco.

ΒΑΚΧΙΚΗ.

Hæc Satyrica erat, in Ionia, & Ponto maxime celebris. Lucian. *de Saltatione.* Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις, ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα, καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, καίτοι σατυρικὴ οὖσα. *Bacchica tamen saltatio, in Ionia maxime & in Ponto exercitata, quamvis satyrica.* Platoni Βακχεία dicitur, *De Leg.* lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέραν; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστί, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων. *Ambiguam igitur saltationem oportet primam seorsum ab indubitata dissecare. Quæ igitur ista, & qua oportet separatim secare utramque? Quotacunque quidem & Bacchica est, & eorum has sequentium,*

ΒΑΡΥΛΛΙΚΑ.

Saltatio a Baryllicho inventore ita dicta. Pollux *loco citato.* Καὶ Βαρύλλικα. τὸ μὲν εὕρημα Βαρυλλίχου. *Et Baryllica. inventum quidem Baryllichi.* Sed scribendum illic putarem, Βαρυλλιχικά. Ac pro me facit analogia.

ΒΑΥΚΙΣΜΟΣ.

Scholiastes Aristophanis initio *Equitum.* Ἀπόκινον, φυγήν, ἀποχώρησιν. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως φορτικῆς. οἱ δὲ μέλος, καὶ ὁ βαυκισμός. *Apocinum, fugam, recessum. Est & genus saltationis vehementis; alii vero cantilenam; & baucismus.* Etymologici Auctor. Βαυκισμὸς, ὄρχησις. *Baucismus, saltatio.* Erat autem saltatio Ionica; nec saltatio duntaxat, sed & cantilena, quæ ad eam facta. Hesychius. Βαυκισμὸς, Ἰωνικὴ ὄρχησις. καὶ εἶδος ᾠδῆς, πρὸς ὄρχησιν πεποιημένον. *Baucismus, Ionica saltatio; & genus cantilenæ ad saltationem compositum.* Nomen datum a Bauco saltatore. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ βαυκισμὸς, Βαύκου ὀρχηστοῦ. *Et baucismus, Bauci saltatoris.*

ΒΕΡΕΚΥΝΘΙΑΚΗ.

Scholiastes Sophoclis *ad Ajacem.* Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur, alia autem Cretica.*

ΒΙΒΑΣΙΣ.

Laconica saltatio, in qua præmia victoribus posita, pueris pariter ac puellis. Ita autem saltabant, ut pedibus nates contingerent. Et numerabantur quoque saltus. Pollux *loco citato.* Καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. *Sed & Bibasis, Incessus, erat genus Laconicæ saltationis, cujus etiam præmia proponebantur, non pueris modo, sed & puellis. Oportebat autem salire, & plaudere pedibus ad nates. & annumerabantur saltus.*

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Lucianus *De Salt.* Κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες, καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Constituto reliqui tempore, obliti omnium aliorum desident per dies, Titanas, & Corybantes, & Satyros, & bubulcos spectantes: & hæc saltant nobilissimi.* Hinc, qui saltarent, Βουκολιάζειν dicebantur. Atque inde est,

ΒΟΥΚΟΛΙΑΣΜΟΣ.

Hesych. Βουκολιασμὸς, μελοποιΐας τινὸς εἶδος, καὶ ὀρχήσεως, ἀμφότερα δὲ ἀγροικικά. *Bucoliasmus symphoniæ cujusdam species & saltationis, utraque autem rustica.* Meminit Athenæus *lib.* XIV. Κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος. *Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus.*

ΒΡΙΚΙΣΜΑΤΑ.

Phrygiaca erat. Hesych. Βρικίσματα, ὄρχησις Φρυγιακή. *Bricismata, saltatio Phrygiaca*

ΒΡΥΑΛΙΚΤΑΙ.

Saltatio quædam bellica fuit, quam qui saltarent, Βρυαλικταὶ dicebantur. Hesych. Βρυαλικταὶ, πολεμικοί. ὀρχησταὶ μὲν * αἰδοῖπυ Ἴβυκος καὶ Στησίχορος. *Bryalictæ, bellicosi; saltatores quidem * reverentia forsan Ibycus & Stesichorus.* Interpungo, & rescribo, Β. πολεμικοὶ ὀρχησταί. Μένανδρός που, Ἴβυκος καὶ Σ. *B. bellicosi saltatores; Menander alicubi, Ibycus & S.*

ΒΡΙΔΑΛΙΧΑ.

Saltatio erat Laconica, quam saltabant cum personis muliebribus ridiculis, ac turpibus. Hesychius. Βρυδαλίχα, πρόσωπον γυναικεῖον παρὰ τὸ γελοῖον καὶ αἰσχρὸν, ὀρχ*τίθεται, ὁ Ῥίνθων, τὴν ὀρχήστραν καὶ γυναικεῖα ἱμάτια ἐνδέδυται. ὅθεν καὶ τὰς μαχλάδας Βρυδαλίχας καλοῦσι Λάκωνες. *Brydalicha, persona muliebris præter ridiculum & turpe orr*ponitur. Rinthon locum saltationis & muliebria vestimenta induit; unde etiam lascivas, Brydalichas vocant Lacones.* Locus & mutilus, & corruptissimus, ita emendari debet, Β. πρόσωπον γυναικεῖον. παρὰ τοῖς Λάκωσι γελοῖον, καὶ αἰσχρὸν, ὄρχημα τίθεται. ὁ Ῥίνθων τὴν ὀρχήστραν, καὶ γυναικεῖα ἱμάτια, ἐκτίθεται. ὅθεν κ. μ. *B. persona muliebris: apud Laconas ridicula & fœda saltatio ponitur. Rinthon locum saltandi & vestimenta muliebres exponit: unde etiam l.* Atque inde Βρυδαλιχισταὶ dicebantur, οἱ αἰσχρὰ πρόσωπα περιτιθέμενοι γυναικεῖα, καὶ ὕμνους ᾄδοντες. *Qui turpes personas circumdantes fœmineas, & hymnos canentes.* Ut paulo post idem nos Hesychius docet. Sed corrupte quoque illic editur hodie, Βρυλλοχισταί.

ΒΥΛΛΙΧΑΙ.

Et hæc Laconica erat. Hesychius Βυλλίχαι, χοροί τινες ὀρχηστῶν παρὰ Λάκωσι. *Bullichæ, chori quidam saltatorum apud Laconas*

ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ.

Hac fabula de rapto Ganymede repræsentabatur. Arnobius *lib.* VII. *Si Europa, si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum?*

ΓΕΡΑΝΟΣ.

Hesychius. Γέρανος, ὀρνεόν τι, καὶ ὄρχησις. *Grus, avicula quædam, & saltatio.* Etymologici Auctor. Γέρανος, τὸ ζῶον. *Grus, animal.* Et mox. Ἔστι καὶ ποιά τις ὄρχησις. *Est & certa aliqua saltatio.* Lucianus *De Saltatione*. Παρεὶς τὸ θερμαυστρίζειν, γέρανον ὀρχεῖσθαι, καὶ τὰ ἄλλα. *Omittens saltationem sublimem & pedibus suspensis gesticulantem, gruem saltare & alia.* Instituta hæc saltatio a Theseo fuit, repræsentabatque imagines exitus e Labyrintho. Describit Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Τὴν δὲ γέρανον κατὰ πλῆθος ὠρχοῦντο, ἕκαστος ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν τῶν ἡγεμόνων ἐχόντων, τῶν περὶ Θησέα πρῶτον περὶ τὸν Δήλιον βωμὸν ἀπομιμησαμένων τὴν ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου ἔξοδον. *Gruem vero per multos saltabant, quisque ad alterum pro serie, principia utrinque obtinentibus ducibus, Theseo cum sociis primum circa aram Deliacam imitantibus exitum ex Labyrintho.* Plutarchus etiam narrat in *Vita Thesei*. Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε, καὶ τῷ θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένην. καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. *Ex Creta autem navigans Delum tenuit, & quum Deo sacrificasset, & Veneris simulacrum dedicasset, quod ab Ariadne acceperat, choream instituit cum adolescentibus, quam nunc quoque Delios peragere dicunt, ad imitationem flexuum & ambagum in Labyrintho, quæ faceret ad quendam modum prætergressus & revolutiones. Vocatur autem istud choreæ genus ab Deliis Grus, prout memorat Dicæarchus.* Hanc ipsam historiam tangit alibi etiam Hesychius. Δήλου κακὸς βωμός. τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν, καὶ τύπτεσθαι. ἤρξατο τοῦτο Θησεὺς, δι' χαριστήρια τῆς ἀπὸ Λαβυρίνθου φυγῆς. *Deli prava ara. circumcursare per orbem aram Deliacam & verberari. Inchoavit hoc Theseus, ad gratias agendas fugæ ex Labyrintho.*

ΓΙΓΓΡΑΣ.

Hæc a tibiis, ad quas saltabatur, nominata. Pollux. Ἦν δὲ καὶ γίγγρας πρὸς αὐλὸν ὄρχημα, ἐπώνυμον τοῦ αὐλήματος. *Erat vero & gingras saltatio ad tibiam, dans nomen ipsi cantilenæ.* Recenset Athenæus *lib.* XIV.

ΓΛΑΥΚΟΣ.

Hac Glaucus repræsentabatur. Vellejus de Munatio Planco, *lib.* II. *Cum cæruleatus, ac nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus,* GLAUCUM *saltasset in convivio.*

ΓΛΑΥΞ.

Hesychius. Γλαὺξ, νόμισμα Ἀθήνησι τετράδραχμον. ἐλέγετο δὲ καὶ ὄρχησίς τις. *Noctua, nummus, Athenis quatuor drachmarum. Dicebatur vero & saltatio aliqua.* Athenæus *lib.* XIV. Ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων. *Sed præterea efformatio, & noctua, & leo.*

ΓΥΜΝΟΠΑΙΔΙΑ.

Laconica erat. Lucianus *De Salt.* Καὶ αἱ γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτοῖς. (loquitur de Lacedæmoniis) ὁμοίως ὄρχησίς ἐστιν. *Et nudæ vero disciplinæ apud eos. Similiter saltatio est.* Ita rescribo. Nam male hodie illic editur, Γυμνοποδίαι. Et festum erat celeberrimum, & in eo saltatio. Meminit Plutarchus in *Apophthegm. Laconicis*. Ἔτι δὲ παῖδα αὐτὸν ὄντα, γυμνοπαιδίας ἀγομένης, ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον. *Illum vero adhuc puerum, quum nudæ disciplinæ sacrum ageretur, chori locator statuit eum in loco minus notabili.* Vide iterum in *Agesilao*. Thucydides *lib.* V. Καὶ Ἀργείων ὁ δῆμος κατ' ὀλίγον ξυνιστάμενός τε, καὶ ἀναθαρσήσας, ἐπέθεντο τοῖς ὀλίγοις, τηρήσαντες αὐτὰς τὰς γυμνοπαιδίας τῶν Λακεδαιμονίων. *Et Argivorum populus paulatim se colligens, & animos recipiens, invasit paucos, observans ipsas illas nudas disciplinas Lacedæmoniorum.* Et mox. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἕως μὲν αὐτοὺς μετεπέμποντο οἱ φίλοι, οὐκ ἦλθον ἐκ πλείονος. ἀναβαλλόμενοι δὲ τὰς γυμνοπαιδίας, ἐβοήθουν. *Sed Lacedæmonii quamdiu quidem eos arcessebant amici, non venerunt ex multo tempore. Differentes autem nudas disciplinas adjuvabant.* Ubi Scholiastes. Ἑορτὴ τῶν Λακεδαιμονίων, ἐν ᾗ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο. *Festum Lacedæmoniorum, in quo nudi certabant.* Procedebant vero chori duo; unus puerorum, alter virorum. Utrique autem nudi erant, saltabantque, & cantabant Thaletæ, aut Alcmanis, carmina; aut Dionysodoti Lacedæmonii pæanes: quique choros ducebant, coronas e palma gestabant, quæ Θυρεατικοί dicebantur, quia id fieret in memoriam ejus victoriæ, quam ad Thyream obtinuissent. Athenæus *lib.* XV. Θυρεατικοί. οὕτω καλοῦνται στέφανοί τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὥς φησι Σωσίβιος ἐν τοῖς περὶ Θυσιῶν, ψιλίνους αὐτοὺς φάσκων νῦν ὀνομάζεσθαι, ὄντας ἐκ φοινίκων. φέρειν δ' αὐτοὺς ὑπόμνημα τῆς ἐν Θυρέᾳ γενομένης νίκης τοὺς προστάτας τῶν ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ, ὅτε καὶ τὰς γυμνοπαιδίας ἐπιτελοῦσι. χοροὶ δ' εἰσὶ τὸ μὲν πρόσω παίδων, τὸ δ' ἐξ ἀρίστων ἀνδρῶν ὀρχουμένων, καὶ ᾀδόντων Θαλήτου καὶ Ἀλκμᾶνος ᾄσματα, καὶ τοὺς Διονυσοδότου παιᾶνας. *Thyreaticæ. sic vocantur coronæ quædam apud Lacedæmonios, ut ait Sosibius in scriptis de sacrificiis, eas dicens psilinas nunc nominari, factas ex palmis: ferre autem illas admonitionem victoriæ in Thyrea partæ præstites chororum, qui ducebantur in illo festo, quando etiam nudas disciplinas peragunt. Chori autem sunt in antecessum puerorum, postea vero optimorum virorum, qui nudi saltant, canuntque Thaletæ aut Alcmanis cantilenas, & Dionysodoti pæanas.* Celebrabatur autem in foro, non in Amyclæi templo, ut quidam voluerunt; neque verberabant sese, sed choreas tantum agebant. Hesychius. Γυμνοπαιδία. ἔνιοι μὲν ἑορτὴν φασι Σπαρτιατικὴν, ἐν ᾗ τοὺς ἐφήβους κύκλῳ περιελθεῖν τὸν ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμὸν, τύπτοντας ἀλλήλων τὰ νῶτα. ταῦτα δὲ ἐστι ψευδῆ, ἐν γὰρ ἀγορᾷ ἑορτάζουσι. πληγαὶ δὲ οὐ γίνονται, ἀλλὰ πρόσοδοι χορῶν γεγυμνωμένων. *Nuda disciplina. Nonnulli quidem festum dicunt Spartiaticum, in quo ephebos in orbem circumire celeriter aram in Amyclæo, cædentes alii aliorum terga. Sed sunt hæc falsa. Nam in foro festum celebrant. Sed nec plagæ adsunt, verum adventus chororum nudatorum.* Inde etiam tota illa fori pars Χορὸς dicebatur. Pausanias *Laconicis*. Σπαρτιάταις δὲ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Πυθαέως τέ ἐστι Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Λητοῦς ἀγάλματα. Χορὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος καλεῖται πᾶς, ὅτι ἐν ταῖς γυμνοπαιδίαις. (ἑορτὴ δὲ εἴ τις ἄλλη καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι διὰ σπουδῆς Λακεδαιμονίοις εἰσίν) ἐν ταύταις οὖν οἱ ἔφηβοι χοροὺς ἱστᾶσι τῷ Ἀπόλλωνι. *Verum Spartanis in foro sunt A-*

pollinis Pythaensis, & Dianæ, & Latonæ in gloriam. Chori autem vocantur nuda illa ludi, quæ in nuda disciplina. (Videmus enim veluti quod dixi, etiam hæc nuda disciplina Lacedæmoniorum causa est) in his igitur ephebi choros instituunt Apollini. Et observa illud simul; Apollini dedicatas choreas fuisse. Quod *Etymologici* Auctor asserit, qui & addit, cantatos pæanes in honorem illorum, qui ad Pylæam occubuissent. Γυμνοπαιδία, ἑορτὴ Λακεδαιμονίων. ἐν ᾗ παῖδες γυμνοὶ Ἀπόλλωνι παιᾶνας ᾖδον εἰς τοὺς περὶ τὴν Πυλαίαν πεσόντας. *Nuda disciplina, festum Lacedæmoniorum; in quo pueri canebant Apollini pæanas nudi, in honorem eorum qui circa Pylæam occubuerant.* Alii volunt, in honorem eorum, qui ad Thyream cecidissent. Suidas. Γυμνοποδία, (etiam hic rescribe, Γυμνοπαιδία) χοροὶ ἐκ παίδων ἐν Σπάρτῃ τῆς Λακωνικῆς, εἰς θεοὺς ὕμνους ᾄδοντες, εἰς τιμὴν τῶν ἐν Θυρέαις ἀποθανόντων Σπαρτιατῶν. *Nuda disciplina, chori ex pueris in urbe Laconicæ Sparta, in Deos canentes hymnos, ad honorem eorum Spartanorum, qui in Thyreis occubuerunt.* Idem est apud Athenæum, *lib.* XV. Ac introducti pæanes illi, a Thaleta Gortynio, Xenodamo Cytherio, Xenocrito Locrensi, Polymnesto Colophonio, & Sacada Argivo, Musicæ secundæ auctoribus. Plutarchus libro *De Mus.* Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν Μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ Τερπάνδρου καταστήσαντος γεγένηται. τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας ὁ Γορτύνιος, καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς, καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος, μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. τούτων γὰρ εἰσηγησαμένων τὰ περὶ γυμνοπαιδίας, λέγεται κατασταθῆναι τὰ περὶ τὰς ἀποδείξεις τὰς Ἀρκαδίᾳ. *Prima quidem igitur constitutio Musicæ artis in urbe Sparta Terpandro institutore contigit: secundæ vero Thaletas Gortynius, & Xenodamus Cytherius, & Xenocritus Locrus, & Polymnestus Colophonius, & Sacadas Argivus, maxime famam habent fuisse auctores. His enim introducentibus ea, quæ ad nudam disciplinam pertinebant, dicuntur instituisse illa, quæ ad demonstrationes, quæ in Arcadia pertinent.* Saltatio autem erat poeseos Lyricæ. Athenæus lib. XIV. Τρεῖς δ' εἰσὶ τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, Τραγικὴ, Κωμικὴ, Σατυρική. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς. Πυῤῥίχη, Γυμνοπαιδικὴ, Ὑπορχηματική. *Tres vero sunt theatralis poeseos saltationes, tragica, comica, satyrica. Similiter autem & lyricæ poeseos tres, pyrrhica, nudæ disciplinæ conveniens, gesticulatoria ad cantum.* Similis plane erat, quæ a Veteribus Ἀναπάλη dicebatur. Athenæus *libro citato.* Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες ἐῤῥύθμους φοράς τινας ἀποτελοῦντες, καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἁπαλὸν, ὥστε ἐμφαίνειν θεώρημά τι τῆς παλαίστρας, καὶ τοῦ παγκρατίου, κινοῦντες ἐῤῥύθμως τοὺς πόδας. τρόποι δ' αὐτῆς, ὀσχοφορικοὶ, καὶ βακχικοὶ, ὥστε καὶ τὴν ὄρχησιν ταύτην εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι. *Sed nudæ disciplinæ ratio videtur similis ejus, quæ ab antiquis anapale dicitur. Nudi enim saltant pueri omnes, bene concinnos gressus quosdam amputantes, & species quasdam chororum ad mollitiem, ut appareat, quoddam spectaculum palæstræ & pancratii, moventes modulate pedes. Modi autem ejus & in festo oschophoriorum & Bacchici, adeo ut & saltatio ista ad Bacchum referatur.* Ubi ecce vocat, θεώρημά τι τῆς παλαίστρας *Spectaculum quoddam palæstræ.* Et Suidas palæstram ipsam esse putat, a Lycurgo institutam. Γυμνοπαιδία, ἡ παλαίστρα, ἣν τοῖς ἐφήβοις Λυκοῦργος προσέταξε. *Nuda disciplina, palæstra, quam ephebis Lycurgus adjunxit.* Dicit præterea, εἰς τὸν Διόνυσον ἀναφέρεσθαι, *ad Bacchum referri.* Atque hoc omnino observandum est. Pæanes illi, qui canebantur, Apollini consecrati erant; ut jam ostendimus: saltatio vero, quæ ad cantum istum fiebat, Baccho sacra censebatur. Antiqui vero, cum se in gymnopædia exercuissent, priusquam theatrum ingrederentur, ab illa ad pyrrichen transibant. Athenæus *loco citato*, ex Aristoxeno. Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ, γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ, εἰς τὴν πυῤῥίχην ἐχώρουν, πρὸ τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. *Aristoxenus vero dicit, antiquos primo exercitatos in nuda disciplina ad pyrrhicham accedere, antequam intrarent in theatrum.* Meminit τῆς γυμνοπαιδίας etiam Maximus Tyrius *Dissert.* XXVI. καλὰ καὶ ἐν Λακεδαίμονι αἱ γυμνοπαιδίαι, καὶ τὰ Ὑακίνθια, καὶ οἱ χοροί. *Pulchræ & Lacedæmone istæ nudæ disciplinæ, & Hyacinthia, & chori.*

ΓΥΠΩΝ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Οἱ δὲ Γύπωνες, ξυλίνων κώλων ἐπιβαίνοντες. ὠρχοῦντο διαφανεῖ Ταραντινίδι ἀμπεχόμενοι. *Gypones vero, ligneis fultis incedentes, saltabant vestiti pellucida Tarantinide.*

ΔΑΚΤΥΛΟΣ.

Athenæus *lib.* XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται Δάκτυλος, Ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, Κωμαστικὴ, Κόρδαξ, Σικιννίς. *Sed stabiliora, & magis varia, & saltationem simpliciorem habentia, vocantur Dactylus, (vel Digitus) Iambica, Molossica, Comastica, Cordax, Sicinnis.* Puto autem fuisse Corybantiacam. Corybantes enim, ut notum, etiam Δάκτυλοι dicebantur. Fuisse autem horum saltationem aliquam, docet nos Scholiastes Sophoclis *ad Ajacem.* Τῶν ὀρχήσεων αἱ μέν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβαντικαί. *Saltationum aliæ quidem sunt Bacchicæ, aliæ autem Corybanticæ.* Eustathius *ad Iliad.* Κουρῆτες (qui iidem cum Coribantibus) ἐν Κρήτῃ θεράποντες Διὸς, οἵτινες ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἐπιδεικνύντες. *Curetes in Creta famuli Jovis, inventores quidam armatam agitationem cum saltatione exhibentes.* Strabo *lib.* X. Πιθανῶς δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτοὺς, οἱ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἠΐθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. *Probabile autem dicit Scepsius Curetas quidem & Corybantas esse eosdem, qui circa matris Deum cærimonias ad armatam saltationem adolescentes & pueri sunt adsumpti.* Diomedes Gramm. lib. III. *Dactylus, quem Græci* Πολιτικὸν *appellant, constat ex longa, & duabus brevibus, temporum quatuor, ut,* Romulus, *a tractu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem faberrime affectabant; vel ab Idæis Dactylis, quos Curetas, sive Corybantas, Poetæ appellabant. Hi namque in insula Creta Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu æris illisi, rhythmica etiam pedis dactyli compositione, celavere vocem infantis.* Atque ex his verbis apparet, cur ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως, *armatam agitationem cum saltatione*, Eustathius, ἐνόπλιον ὄρχησιν, *armatam saltationem*, Strabo dixerit. Ac præterea observandum, quod dicat. *Rhythmica etiam pedis dactyli compositione.* Huc pertinet illud, quod Hesychius ait. Δάκτυλος. οὕτω καλεῖται ῥυθμῶν εἶδος, καὶ κρούματος. *Dactylus. Ita vocatur rhythmi genus, & pulsationis.* Eleganter describit Nonnus *Dionysiac.* lib. III.

Τοῖσι δὲ δαινυμένοισιν ἐπασσύτερος ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Εὔπνοος ἐσμαράγησε δόναξ Κορυβαντίδος Ἴδης
Ἐκ δὲ πολυτρήτοιο πόρου σκιρτήματι χειρῶν
Σύνθρονον * ἐκρέσαντο μέλος μυκήτορος αὐλοῦ
Δάκτυλοι ὀρχηστῆρες ἐπιθλίβοντες ἀοιδήν.

* *Nam male in priore editione positum* Σύνθρονον.

Hi

His vero epulantibus continua alia post aliam
Inflata sonabat arundo Corybantidis Idæ.
Sed ex illo multum perforato transitu exsultatione manuum
Concordem pulsabant cantum mugientis tibiæ
Digiti saltatores allidentes cantum.

ΔΑΝΑΗ.

In hac saltatione fabula Danaes exprimebatur. Meminit Arnobius *lib.* VII. *Si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum?*

ΔΑΦΝΗ.

Hac fabula Daphnes repræsentabatur. Ausonius in saltatorem ineptum, *Epigram.* LXXXIV.

Daphnen, & Nioben, saltavit simius idem;
Ligneus ut Daphne, saxeus ut Niobe.

Transtulit autem de isto Palladæ, quod exstat *Anthol.* lib. II. Tit. XXXVIII. cujus lemma est, Εἰς ὀρχηστάς.

Δάφνην, καὶ Νιόβην, ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
Ὡς ξύλινος, Δάφνην· ὡς λίθινος, Νιόβην.

Daphnen & Nioben saltavit Memphis ille incurvus-
Ut ligneus Daphen; ut lapideus Nioben.

ΔΕΙΝΟΣ.

Hesychius. Δεῖνος, δείνησις. εἶδος δέους. φοβερά. καὶ εἶδος ἐκπώματος. καὶ ὄρχησις. *Agitatio, gyratio; species timoris; meticulosa; & genus poculi; & saltatio.* Athenæus *lib.* XI. Ἐστὶ (Δεῖνος) καὶ γένος ὀρχήσεως, ὡς Ἀπολλοφάνης ἐν Δαυλίδι παρίστησιν οὕτωσί.

Δεῖνος τὶς δεινὸς καὶ καλαθίσκος οὑτοσί.

Est (dinus vel agitatio) etiam genus saltationis, ut Apollophanes in Daulide comprobat ita.

Agitatio quædam gravis & calathiscus ille.

ΔΙΑΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Hesychius. Διαποδισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως. *Diapodismus, genus saltationis.* Eandem fuisse plane existimo, quæ Διποδία quoque, & Διποδισμὸς, nuncupabatur. Ipse postea alio quodam loco. Διποδία, ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ, Διποδισμός. *Dipodia, genus saltationis; aliis autem (dicitur) Dipodismus.* Certe dipodismi nomen corruptum apud Athenæum, *lib.* XIV. Χεὶρ καταπρηνὴς χερσὶ, μηδιποδισμὸς, ξύλου παράληψις. *Manus præceps manibus, medipodismus, ligni assumtio.* Restituo, Χεὶρ καταπρηνὴς, Χεὶρ σιμὴ, Διποδισμὸς, Ξύλου π. *Manus præceps, Manus curva, Dipodismus, Ligni a.* Vide quæ notamus infra in Χεὶρ σιμή.

ΔΙΑΡΡΙΚΝΟΥΣΘΑΙ.

Vide infra in Ῥικνοῦσθαι.

ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΗ.

Erat Baccho sacra, ut nomen loquitur. Scholiastes Sophoclis *Ajace Lorario.* Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσὶ Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβαντικαί. Νύσιαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νῦσαν. Κνώσιαι δὲ, αἱ Κορυβαντικαί. *Saltationum aliæ quidem sunt Bacchicæ, aliæ vero Corybantiæ. Nysiæ igitur (sunt) Bacchi-*

A *cæ ab Nysa: Cnossiæ autem Corybantiæ.* Maxime hæc Atheniensibus usitata. Athenæus *lib.* IV. Διάφορος ἦν ἡ μουσικὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τῶν μὲν Ἀθηναίων τοὺς Διονυσιακοὺς χοροὺς, καὶ τοὺς κυκλίους, προτιμώντων. Συρακουσίων δὲ τοὺς ἰαμβιστάς. *Diversa fuit musica apud Græcos; Atheniensibus quidem Bacchicos choros & orbiculares præferentibus; Syracusanis vero jambistas.*

ΔΙΟΣ ΓΟΝΑΙ.

Hac Jovis incunabula repræsentabantur. Lucianus *De Saltat.* Τὰς Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις, καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωρχεῖτο καὶ τὰς Θυέστου συμ-
B φορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. *Aliquis Jovis partum saltans, & Saturni comestionem liberorum, erronee incidebat in Thyestæ calamitates, similitudine deductus.*

ΔΙΠΛΗ.

Hesychius. Διπλῆ, ὀρχήσεως εἶδος, ἢ κρούματος, *Diple (dupla) genus saltationis, aut pulsationis.* Erat vero inter saltationes Tragicas. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου
C παράληψις, διπλῆ. *Et quidem tragicæ saltationis modi, incurva, manucalathiscus, manus præceps, ligni assumtio, dupla.* Aristophanes *Thesmoph.*

Ἔξαιρε δὲ προθύμως
Διπλῆν χαίρειν χορείας.
Exime autem alacriter
Duplam gaudere choreæ.

ΔΙΠΟΔΙΑ. ΔΙΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Erat saltatio Laconica. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ διποδία δὲ, ὄρχημα Λακωνικόν. *Sed & dipodia, saltatio Laconica.* Inde Διποδιάζειν, saltationem istam saltare. Lacon quidam apud Aristopha-
D nem *Lysistrata.*

Ὦ Πολυχαρίδα, λάβε τὰ φυσατήρια,
Ἵν' ἐγὼ διποδιάξω γε κἀείσω καλόν
O Polycharida, sume hæc flatoria,
Ut ego saltem dipodismum & cantavero bene.

Etiam Διποδισμὸς dicebatur. Hesychius. Διποδία, ὀρχήσεως εἶδος. οἱ δὲ, Διποδισμός. *Dipodia, saltationis genus: alii autem Dipodismus.* Et ita ab Athenæo indigetatur. Vide supra in voce Διαποδισμός.

ΔΙΠΟΛΙΑ.

E Erat etiam Laconica saltatio; ac puto saltari solitam fuisse Diipoliorum festo, atque inde ei nomen inditum. Hesychius. Διπόλια ἑορτὴ Ἀθήνησιν. οἱ δὲ, Διιπόλια· ὡς προδεδήλωται· καὶ εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως. *Dipolia, festum Athenis: alii autem Diipolia; ut ante fuit significatum; & genus saltationis Laconicæ.*

ΔΡΙΤΗ.

Hesychius. Δριτή, πύελος, σκάφη· καὶ εἶδος ὀρ-
F χήσεως. *Drite, solium, ligo: & genus saltationis.*

ΕΚΑΤΕΡΙΣ.

In hac manus maxime movebantur. Pollux *loco* toties *citato.* Ἑκατερίδες δὲ καὶ θερμαστρίδες, ἔντονα ὀρχήματα. τὸ μὲν, χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν. ἡ δὲ θερμαστρὶς, πηδητικόν. *Hecaterides & Thermastrides (sunt) saltationes intentæ: altera quidem exercens manuum agitationem; thermastris vero saltatorium.* Apud Athenæum, *lib.* XIV. Κα-

τερίς dicitur. Sed legendum ἐκατερίδες monuit illic Casaubonus, præclarissimum quondam Galliæ suæ ornamentum.

ΕΚΛΑΚΤΙΣΜΑ. ΕΚΛΑΚΤΙΣΜΟΣ.

Erat mulierum. Pollux. *Τὰ δὲ ἐκλακτίσματα, γυναικῶν ἦν ὀρχήματα, ἔδει γὰρ ὑπὲρ τὸν ὦμον ἐκλακτίσαι. Excalcitrationes autem sunt saltationes mulierum, oportebat enim calcitrando super humerum ejicere.* Ubi simul vides, qualis saltatio ista fuerit. Calcibus nempe in altum jactatis humeros superabant. Hesychius. *Ἐκλακτισμὸς, σχῆμα χορικῆς ὀρχήσεως συντόνου. Excalcitratio, forma saltationis vehementis per chorum.* De hac saltatione est locus iste Aristophanis *Vespis*.

ΦΙ. Σκέλος οὐράνιόν γ' ἐκλακτίζων
Πρωκτὸς χάσκει. ΟΙ. κατὰ σαυτὸν ὅρα.
ΦΙ. Νῦν γὰρ ἐν ἄρθροις τοῖς ἡμετέροις
Στρέφεται χαλαρὰ κοτυληδών.

PHI. Crus cœleste excalcitrans
Podex dehiscit. OI. In te ipsum respice.
PHI. Nunc enim in membris nostris
Vertitur laxa & agilis cavitas femorum.

ΕΚΤΩΡ.

Hac repræsentabatur Hector, atque inde nomen. Lucianus *De Salt.* *Μικροῦ μὲν ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος, καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; Parvo quidem saltatore ingresso, & Hectorem saltante, una voce omnes exclamarunt: Tanquam Astyanax, Hector vero ubi?* Exstat Epigramma in statuam Helladiæ, Hectorem saltantis, *Anthologiæ* lib. IV. Tit. XXV.

Ἕκτορα μέν τις ἄεισε νέον μέλος. Ἑλλαδίη δὲ,
Ἑσσαμένη χλαίναν, πρὸς μέλος ἠντίασε.
Ἦν δὲ πόθος καὶ δεῖμα παρ' ὀρχηθμοῖσιν Ἐνυοῦς,
Ἄρσενι γὰρ ῥώμῃ θῆλυν ἔμιξε χάριν.

Hectorem quidem cantabat aliquis novum cantum. Helladie autem,
Induta lænam, ad cantum occurrit.
Erat autem desiderium & metus in saltationibus Bellonæ:
Virili enim robori muliebrem miscuit venustatem.

ΕΜΜΕΛΕΙΑ.

Erat saltatio Tragica. Hesychius. *Ἐμμέλεια, εἶδος ὀρχήσεως. τραγικὴ δὲ ἡ ὄρχησις. Concinnitas, genus saltationis; tragica autem est saltatio.* Scholiastes Aristophanis *Nubibus*. *Τρία εἴδη ὀρχήσεως. ἐμμέλεια μὲν, τραγική. σίκιννις, σατυρική. κόρδαξ κωμική. Tria genera saltationis; concinnitas quidem, tragica; sicinnis, satyrica; cordax, comica.* Ammonius *De Diff. Voc.* *Καλεῖται δὲ ἡ μὲν τραγικὴ ὄρχησις, ἐμμέλεια. Vocatur vero quidem tragica saltatio concinnitas.* Ita recte locum illum emendandum censet, doctissimus Gallicæ juventutis, Philippus Maussacus. Lucianus *De Salt.* *Τραγικὴ μὲν ἡ ἐμμέλεια, κωμῳδικὴ δὲ ὁ κόρδαξ. Tragica quidem concinnitas, comœdica vero cordax.* Habes quoque apud Suidam, *Etymologici* Auctorem, & Pollucem *lib.* IV. *cap.* XIV. Aristides *Orat.* *Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων. Οἶδα δὲ καὶ Λακωνικάς τινας ὀρχήσεις καὶ τραγικάς γ' ἑτέρας, ἐμμελείας, οἶμαι, καλουμένας. Novi autem & Laconicas quasdam saltationes & tragicas alias, concinnitates, opinor, vocatas.* Laudat hanc saltationem Plato. Hesychius *in* Ἐμμέλεια. *Καὶ Πλάτων ἐπαινεῖ τὴν ὄρχησιν. Et Plato laudat saltationem.* Locus autem Platonis est *De Leg.* lib. VII. *Καὶ δύο δὴ τῶν ὀρχήσεων τῶν καλῶν εἴδη κατεστήσατο, τὸ μὲν πολεμικὸν, πυρρίχην. τὸ δὲ εἰρηνικὸν, ἐμμέλειαν. ἑκατέρῳ τὸ πρέπον τε καὶ ἁρμόττον ἐπιθεὶς ὄνομα. Et duo autem saltationum pulchrarum genera constituit, bellicum, pyrrhicham; pacificam vero concinnitatem; utrique decorum & congruum imponens nomen.* A Satyro aliquo, Bacchi ministro, & inventam, & nomen accepisse, tradit Lucianus *loco citato*. *Τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος, καὶ σικιννίδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. Quum igitur tres sint generalissimæ saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas, Bacchi ministri Satyri, qui illas invenerunt, ab sese quamque nominaverunt.* Hujus species erat Ξιφισμός. Eustathius *ad Iliad.* σ'. *Ὁ δὲ Παυσανίας λέγει, καὶ ὅτι ὀρχήσεως εἶδος ὁ καὶ ξιφισμὸς, καὶ σχῆμα ἐμμελείας. Pausanias vero dicit etiam saltationis speciem esse & xiphismum, & formam concinnitatis.* Ex hac, & cordace, ac sicinnide, composita erat Italica saltatio a Bathyllo. Athenæus *lib.* I. *Τὸν Βάθυλλόν φησιν Ἀριστόνικος, καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις. Aristonicus ait Bathyllum & Pyladem, cujus est etiam scriptum de saltatione, Italicam saltationem constitutam esse ex comica, quæ vocabatur cordax; & tragica, quæ vocabatur concinnitas; & satyrica, quæ dicebatur sicinnis.* Et eleganter hanc saltabat idem Bathyllus. Eustathius *ad Odyss.* ψ'. *Ἦν γοῦν καὶ τραγικὴ ὄρχησις, ἡ καὶ ἐμμέλεια, καθ' ἣν Βάθυλλός, φασιν, Ἀλεξανδρεὺς νομίμως ὠρχήσατο. Erat igitur & tragica saltatio, quæ & concinnitas, juxta quam Bathyllus, dicunt, Alexandrinus legitime saltavit.* Porro non sola saltatio Ἐμμέλεια dicebatur; sed & cantus ille, qui ad tibiam inter saltandum canebatur. Eustathius *ad Iliad.* σ'. *Ἐκαλεῖτο δέ φησιν ἐμμέλεια, καὶ τὸ ὑπὸ τὴν τραγικὴν ὄρχησιν ᾀδόμενον αὔλημα. Vocabatur autem, dicit, concinnitas, etiam tibiæ cantilena ad tragicam saltationem cantata.* Recenset item inter cantus Pollux. *lib.* IV. *cap.* VII.

ΕΠΑΓΚΩΝΙΣΜΟΣ.

Athenæus *lib.* XIV. *Ξύλου παράληψις, ἐπαγκωνισμὸς, καλαθισμὸς, στρόβιλος. Ligni assumtio, cubitorum impulsio, calathismus, strobilus.* Habes in recensione saltationum, quam illic instituit. Videntur, qui saltabant, cubitis se mutuo impulisse; atque ex ea re nomen datum.

ΕΠΙΒΗΜΑ.

Saltatio chorica. Hesychius. *Ἐπιβήματα, εἴδη χορικῆς ὀρχήσεως. Epibemata, genera saltationis ad chorum.*

ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΟΣ.

Hæc Locrensibus Epizephyriis propria. Athenæus *lib.* I. *Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. Saltationes gentiles hæ: Laconicæ, Trœzeniacæ, Epizephyriæ, Creticæ, Ionicæ, Mantiniacæ, quas præfert Aristoxenus propter manum agitationem*

ΕΠΙΚΡΗΔΙΟΣ.

Cretica ſaltatio. Athenæus *lib.* XIV. Καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος * τῆς ὀρχήσεως, καὶ αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν, ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης, καὶ ἐπικρήδιος. *Et omnis ille hujuſmodi modus ſaltationis, & iſtæ multæ denominationes earum, ut apud Cretas Orſites, & Epicredius.*

ΕΠΙΛΗΝΙΟΣ.

Erat cantilena pariter, & ad eam compoſita ſaltatio, utraque a torculari dicta, ad quod, abſoluta vindemia, canebatur, ſaltabaturque. Ac ſaltatione quidem, quicquid in vindemia fieret, accurate repræſentabatur. De cantilena, eſt apud Pollucem *lib.* IV. *cap.* VIII. ubi recenſentur inter cætera. Ἰθυφαλλικὰ, ὠσχοφορικὰ, παροίνια, βάκχοι, ὑπορχήματα, θρίαμβοι, ἐπιλήνια. *Ithyphallica, oſchophorica, vinalia, Bacchi, ſubſaltationes, triumphi, ad torcular.* Et mox. Καί τι καὶ ἐπιλήνιον αὔλημα, ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων. *Sed etiam cantus tibiæ ad torcular, quum racemi premuntur.* Habes quoque apud Athenæum *lib.* V. Ἐπάτουν δὲ ἑξήκοντα Σάτυροι, πρὸς αὐλὸν ᾄδοντες μέλος ἐπιλήνιον. *Calcabant vero ſexaginta Satyri, ad tibiam canentes cantum torculari aptum.* De ſaltatione, elegantiſſimus plane locus eſt apud Longum, ubi pleniſſime eam deſcribit. Exſtat autem Ποιμενικῶν *lib.* II. Δρύας δὲ ἀναστὰς, καὶ κελεύσας συρίζειν Διονυσιακὸν μέλος, ἐπιλήνιον αὐτοῖς ὄρχησιν ὠρχήσατο. καὶ ἐῴκει ποτὲ μὲν τρυγῶντι, ποτὲ δὲ φέροντι ἀρρίχους, εἶτα πατοῦντι τοὺς βότρυς, εἶτα πληροῦντι τοὺς πίθους, εἶτα πίνοντι τοῦ γλεύκους. ταῦτα πάντα οὕτως εὐσχημόνως ὠρχήσατο Δρύας, καὶ ἐναργῶς, ὥστε ἐδόκουν βλέπειν καὶ τὰς ἀμπέλους, καὶ τὴν ληνὸν, καὶ τοὺς πίθους, καὶ ἀληθῶς Δρύαντα πίνοντα. *Dryas vero exſurgens, jubensque ſibilare Bacchicum cantum, ſaltabat illis ſaltationem ad torcular ſolitam: Videbaturque nunc quidem vindemianti ſimilis, nunc ferenti corbes, deinde calcanti racemos, mox implenti dolia, tum bibenti muſtum. Iſta omnia tam decenter ſaltavit Dryas, & manifeſte, ut viderentur cernere & vites, & torcular, & dolia, & vere Dryanta bibentem.* Hanc ipſam deſignat Philoſtratus Junior in *Iconibus*; ubi Myſos deſcribit. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ τῶν τρυγώντων; οἳ διὰ στενῆς ταύτης εἰσόδου εἰσφρήσαντες ἑαυτοὺς, ταλάροις ἐναποτίθενται τὸν καρπὸν, μάλα ἡδεῖς, καὶ πρόσφοροι τὴν ἡλικίαν τῷ ἔργῳ. παρθένοι τε γὰρ καὶ ἠίθεοι εὔιον καὶ βακχικὸν ἐν ῥυθμῷ βαίνουσιν, ἐνδιδόντος αὐτοῖς τὸν ῥυθμὸν ἑτέρου. ὃν, οἶμαι, ξυνίης ἀπό τε τῆς κιθάρας, καὶ τοῦ λεπτὸν προσᾴδειν δοκεῖν τοῖς φθόγγοις. *Quid vero dixeris de vindemiantibus? qui per anguſtum illum introitum immittentes ſeipſos, corbibus imponunt fructum, valde læti, & ætate opportuni operi. Puellæ enim & adoleſcentes Evium & Bacchicum ad numerum incedunt, modum alio illis dictante; quem opinor intelligas & ab cithara, & quod minuta voce videatur accinere accentibus.* Et Max. Tyrius *Diſſ.* XIV. Δοκοῦσι δέ μοι μηδὲ τὴν ἀρχὴν συστήσασθαι ἑορτὰς καὶ τελετὰς θεῶν ἄλλοι τινὲς ἢ γεωργοὶ, πρῶτοι μὲν ἐπὶ ληνῷ στησάμενοι Διονύσῳ χορούς. *Sed neque videntur omnino conſtituiſſe feſta & initiationes Deorum alii quidam quam ruſtici, primi quidem ad torcular ſiſtentes Baccho choros.* Et quæ ſequuntur. Obſervo autem Romanis etiam uſitatam. Ecce apud Tacitum *Annal.* XI. *Meſſalina non alias ſolutior luxu, adulto autumno, ſimulacrum vindemiæ per domum celebrabat: urgeri præla, fluere lacus, & feminæ pellibus accinctæ aſſultabant, ut ſacrificantes vel inſanientes Bacchæ, ipſa crine fluxo, thyrſum quatiens, juxtaque Silius, hedera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput, ſtrepente circum procaci choro.*

* Hæc vox nunc ex Athenæo inſeritur, antehac male omiſſa.

ΕΠΙΦΑΛΛΟΣ.

Athenæus *lib.* XIV. Ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος. ταῦτα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Epiphallus, Choreus, Callinicus, Bellicum, Hedycomus; hæc cum ſaltatione canebantur tibia.* Eadem ex illo Euſtathius *ad Iliad.* φ'.

ΕΡΜΗΣ.

Hæc ita dicta, quod Mercurius, ejuſque facta, in iſta exprimerentur. Meminit Auguſtinus *De Civitate Dei*, lib. VII. cap. XXVI. *Quid ſunt ad hæc malum Mercurii furta, Veneris laſcivia, ſtupra, & turpitudines cæterorum? quæ proferremus de libris, niſi quotidie cantarentur, & ſaltarentur, in theatris.*

ΕΥΡΩΠΗ.

In hac fabula de Europa, a Jove in taurum mutato rapta, repræſentabatur. Arnobius *lib.* VII. *Aut ſi Europa, ſi Leda, ſi Ganymedes fuerit ſaltatus, aut Danae, motus compeſcit irarum?* Hanc ipſam reſpexerit Prudentius Περὶ Στεφ. *Hymno* X.

Saltat Tonantem tauriformem ludius.

ΗΔΙΩΝ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερὰ, καὶ πολεμική. ἦν δὲ καὶ κωμαστικὴ, μάχην καὶ πληγὰς ἔχουσα. καὶ ἡδύκωμος, ἡδίων, καὶ κνισμός. *Erat vero & Commeſſatio ſpecies ſaltationis; & Quadricomus, ſacra Herculi, & bellica. Erat & Comaſtice, pugnam & verbera habens; & Hedycomus, Dulcior, & Pruritus.*

ΗΔΥΚΩΜΟΣ.

Vide citata Pollucis verba *in* Ἡδίων. Heſychius cantionis genus dicit. Ἡδύκωμος, εἶδός τι ᾠδῆς. *Hedycomus, genus etiam cantilenæ.* Sed ſciendum eſt, cantionem ſimul, & ſaltationem ad illam compoſitam, fuiſſe. Obſervo apud Euſtathium *ad Iliad.* φ'. Ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κλαυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο. καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Hedycomus, ſicinnotyrbe, oſtiipulſatorium, quod & flebile ad januam, pruritus, arrogans, ſed cum ſaltatione dicit illa canebantur tibia; prout memorat Tryphon.* Idem teſtatur Athenæus *lib.* XIV.

ΗΡΑΚΛΗΣ.

In hac Hercules ſaltabatur, ejuſque duodecim labores exprimebantur. Hieronymus in Epiſt. *Ad Marcellam: In theatralibus ſcenis hiſtrio nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur.*

ΗΡΑΚΛΗΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

Hac repræſentabatur Hercules furens. Macrobius *Sat.* lib. II. cap. VII. *Cum in Herculem furentem prodiiſſet, & nonnullis inceſſum hiſtrioni convenientem non ſervare videretur, depoſita perſona, ridentes increpuit*, μωροὶ, μαινόμενον ὀρχοῦμαι, *ſtulti, furentem ſalto.* Saltabatur autem ad modulos; itaque obſervare eſt apud Suetonium *Nerone*, cap. XXI. *Inter cætera cantavit Canacen parturientem, Oreſtem matricidam, Oedipodem excæcatum, Herculem inſanum.*

ΘΕΡΜΑΥΣΤΡΙΣ.

Furiosam saltationem vocat Athenæus *lib.* XIV. Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις κερνοφόρος, καὶ μόγγας, καὶ θερμαϋστρίς. *Sed furibundæ saltationes sunt cernophorus aut foculum gerens, mongas, & thermaystris.* Non recte mox apud eundem scribitur, θαυμαστρίς. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἑκατερίδες δὲ, καὶ θερμαϋστρίδες, ἔντονα ὀρχήματα. τὸ μὲν, χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν, ἡ δὲ θερμαυστρὶς, πηδητικόν. *Hecaterides autem, & thermaystrides, intentæ saltationes: altera quidem manuum exercitans agitationem: sed thermaystris saltatorium.* Hesychius. Θερμαϋστρὶς, σκεῦος παραπλήσιον καρκίνῳ, ᾧ χρῶνται οἱ χρυσοχόοι. καὶ ὄρχησις ἔντονος, καὶ διάπυρος, διὰ τάχους. *Thermaystris, vas simile cancro, quo utuntur auri flatores; & saltatio violenta ac ignita propter velocitatem.* Athenæus, ut diximus, μανιώδη ὄρχησιν vocat; fueritque de hoc genere *Lymphaticum tripudium*, quod dicit Apulejus *Miles.* VIII. *Brachiisque suis, humero tenus renudatis, attollentes immanes gladios, ac secures; evantes exiliunt, incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.* Quia gladiorum illic mentio, putaret quispiam esse Κυβίστησιν, aut Ξιφισμὸν, de quibus paullo post agemus; sed discrimen facile colligitur ex descriptione, quæ mox sequitur. *Diuque capite demisso, cervices lubricis intorquentes motibus, crinesque pendulos rotantes in circulum, & nonnunquam morsibus suos incursantes musculos, ac postremum ancipiti ferro, quod gerebant, sua quisque brachia dissecant.* Porro ἀπὸ τῆς θερμαϋστρίδος formatum est verbum Θερμαϋστρίζειν, *Saltare thermaystridem.* Lucianus *De Saltat.* Τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται, παρεὶς τὸ θερμαϋστρίζειν, καὶ γέρανον ὀρχεῖσθαι. *Illud nunc sermo noster exsequitur, omittens saltare eo modo quem* .*hermaystricem aut gruem exprimere dicimus.* Ita autem saltabant; ut, cum exiliissent, antequam in terram referrentur, pedes inter se reciprocarent. Docet Eustathius *ad Odyss.* θ'. Ὀρχήσεως εἶδος ἦν καὶ ἡ τοιαύτη διὰ σφαίρας παιδιὰ, ὡς δηλοῖ καὶ ὁ οὕτω γράψας. θερμαϋστρὶς, ὄρχησις διὰ ποδῶν σύντονος. φησὶ γοῦν Κριτίας ὅπως ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος, πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν, παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν. ὃ δὴ θερμαϋστρίζειν ἔλεγον. *Saltationis genus erat etiam hic per pilam lusus, ut declarat iste, qui sic scripsit: Thermaystris saltatio per pedes vehemens. Dicit igitur Critias ita: exsultantes in altum, antequam deferrentur ad terram, varios gestus multosque pedibus exhibebant. id quod dicebant thermaystrizein.*

ΘΡΑΚΙΟΣ.

Athenæus *lib.* XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νικατισμὸς, Θράκιος, Καλαβρισμός. *Stabiliora vero, & magis varia, & saltationem simpliciorem habentia, vocantur digitus, jambica, molossica, concinnitas, cordax, sicinnis, Persica, Phrygius, nicatismus, Thracius, Calabrismus.* Inde nempe nomen accepit, quod Thracum esset, quemadmodum aliæ saltationes a populis quoque nuncupatæ. Ac puto illam ipsam esse, quam describit Xenophon *de Cyri Exped.* lib. VI. Ἐπεὶ δ' αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο, καὶ ἐπαιώνισαν, ἀνέστησαν πρῶτον Θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγέναι τὸν ἄνθρωπον. ὁ δ' ἔπεσε τεχνικῶς πως. καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. καὶ ὁ μὲν, σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει ᾄδων Σιτάλκαν. ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα. ἦν δὲ οὐδὲν πεπονθώς. *Quum vero libationes contigissent, & pæanem cecinissent, surrexerunt primo Thraces, & ad tibiam saltaverunt cum armis, & salierunt alte ac leviter, & gladiis utebantur. Tandem vero alter alterum pulsat, ut omnibus videretur hominem pulsavisse. Ille autem artificiose quodammodo tetigit: & exclamaverunt Paphlagones. Et hic quidem post spoliatum armis alterum exibat canens Sitalcen: alii vero etiam alterum Thracem efferebant ut mortuum. At illi nihil acciderat.*

ΘΥΡΟΚΟΠΙΚΟΝ.

Eadem etiam Κρουσίθυρον dicebatur. Erat vero & saltatio, & tibiæ cantus, ad quam saltabatur. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλήσεων δέ εἰσιν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομαστιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Inflationum tibiæ nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, hæc: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, illud ipsum quoque Crusithyron, Cnismus, Mothon; hæc vero omnia cum saltatione tibiis canebantur.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθηναῖος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Inflationum tibiæ nomina, prout Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Tyrocopicon, quod etiam Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem ait, ista ad tibiam canebantur, prout memorat Trypho.* Mutilus est in vocis hujus interpretatione Hesychius. Θυροκοπιστικὸν, ἢ θυροκοπικὸν, οὕτως ἐκαλεῖτο. *Thyrocopisticum aut Thyrocopicum, ita vocabatur.*

ΙΑΜΒΙΚΗ.

Laudat Athenæus *lib.* XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσική. *Stabiliora vero, & magis varia, saltationemque habentia simpliciorem, vocantur Dactylus, Jambice, Molossice.* Maxime Syracusanis placebat. Idem alibi, *lib.* IV. Διάφορος ἦν ἡ μουσικὴ παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τῶν μὲν Ἀθηναίων τοὺς Διονυσιακοὺς χοροὺς, καὶ τοὺς κυκλίους, προτιμώντων. Συρακουσίων δὲ τοὺς ἰαμβιστάς. *Diversa fuit apud Græcos musica; Atheniensibus quidem præferentibus choros Bacchicos & circumforaneos; Syracusanis vero jambistas.* Erat autem sacra Marti. Observo apud Diomedem Grammat. *lib.* III. *Non immerito melon hunc Jambicum, Gradalem quidam nuncupant, Gradivoque Marti augurant, quod gradariæ pugnæ hujus effectu moveantur.*

ΙΓΔΗ, sive ΙΓΔΙΣ.

Pollux *lib.* X. *cap.* XXIV. Ἔστι μὲν ἴγδη καὶ ὀρχήσεως σχῆμα. *Est quidem igde etiam forma saltationis.* & laudat istud fragmentum Antiphanis Κοροπλάθῳ.

Γυύαι, πρὸς αὐλὸν ἦλθες; ὀρχήσῃ πάλιν
Τὴν ἴγδιν. ——
Mulier, ad tibiam venisti, saltabis rursus
Igden.

Athenæo Ἴγδις dicitur, *lib.* XIV. Erat autem saltatio ridicula. Verba Athenæi ista sunt. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις. ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε, καὶ σόβας. *Sed & ridiculæ saltationes sunt; Igdis & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas.* Hinc Ἰγδίζειν, *Idem saltare*; & Ἴγδισμα, verbale. Etymologici Auctor *in* Ἴγδη. Ἐστι δὲ καὶ εἶδος ὀρχήσεως ἰγδίσματα, ἐν ᾗ ἐλύγιζον τὴν ὀσφῦν ἐμφερῶς τῷ δοίδυκι. *Sunt vero etiam genus saltationis Igdismata, in qua torquebant lumbum similiter ac pistillum.* Ubi observa saltationis etiam modum; nimirum, qui saltabat, lumbos huc illuc inflectens agitabat non secus atque in mortario tudicula solet, cum quid tunditur.

Ι Ζ Ω Σ

Hesychius. Ἰζῶς, σχῆμα ὀρχήσεως. *Izos, forma saltationis.*

ΙΘΥΜΒΟΣ.

Erat inter saltationes Laconicas formidabiles. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα δειμαλέα. σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι, καὶ ἴθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ. *Erant vero etiam Laconicæ nonnullæ saltationes terribiles. Sileni erant, & præter eos Satyri leni cursu saltantes, & Ithymbi, in honorem Bacchi.* Et ecce, Baccho propria erat. Hesychio Ἴθυμβος exponitur γελοιαστής.

ΙΤΑΛΙΚΗ.

Ita dicta, quia Italorum esset. Evidens etymologiæ ratio. Constituta hæc erat a Bathyllo, ac Pylade, ex cordace, emmelia, & sicinnide. Athenæus *lib.* I. Τοῦτον τὸν Βάθυλλον φησὶν Ἀριστόνικος, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, καὶ Πυλάδην, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις. *Hunc ipsum Bathyllum ait Aristonicus, cujus est quoque scriptum de saltatione, & Pyladen, Italicam saltationem constituisse ex comica, quæ vocabatur cordax; & tragica, quæ vocabatur concinnitas; & satyrica, quæ dicebatur sicinnis.* Et observa, non invenit constituitque tantum cum Bathyllo Pylades, sed librum quoque de ea composuit; idque testatur etiam Suidas. Πυλάδης, Κίλιξ, ἀπὸ κώμης Μισθαρνῶν, ἔγραψε περὶ ὀρχήσεως τῆς Ἰταλικῆς, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ εὑρέθη. *Pylades, Cilix, ex pago Mistharnis, scripsit de saltatione Italica, quæ ab illo inventa est.* De Bathyllo autem, & Pylade, res est nota.

ΙΩΝΙΚΗ.

Hæc ab Ionibus, quorum esset, nomen accepit. Saltabant autem maxime Siculi, in Dianæ honorem. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Τὸ δὲ (ὄρχημα) Ἰωνικὸν, Ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο Σικελιῶται μάλιστα. *Istam autem (saltationem) Ionicam Dianæ imprimis saltabant Siculi.* Et quidem Dianæ, cognomento Chitoneæ. Athenæus *lib.* XIV. Παρὰ δὲ Συρακουσίοις καὶ Χιτωνέας Ἀρτέμιδος ὄρχησίς τίς ἐστιν ἴδιος, καὶ αὔλησις. ἦν δέ τις καὶ Ἰωνικὴ ὄρχησις παροίνιος. *Sed apud Syracusanos & Chitonenses saltatio Dianæ erat peculiaris, & tibiarum inflatio. Erat vero etiam aliqua Ionica saltatio inter vina.* Et obserfta, saltasse inter pocula. De hac loquitur Horatius, lib. III. *Carm.* ode VI.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo. ——

Quo loco Interpres vetus. *Motus Ionicos. Saltationes lascivas, ac petulantes, instar Ionum; qui mollem saltationem membrorum gestibus adinvenerunt.* Meminit Ionicæ etiam saltationis Plautus *Sticho*, Act. V. Sc. VII.

Qui Ionicus, aut cinædicus, qui tale hoc facere possit?
Si istboc me versu viceris, alio me provocato.

Max. Tyrius *Dissert.* XXI. Συβαριτικῶν αὐλημάτων ἐρασταὶ γενόμενοι, καὶ ὄρχησιν ἐπιτηδεύσαντες, οἵαν ὁ αὐλὸς ἠνάγκαζεν Ἰώνων. *Sybariticarum tibiæ inflationum amatores, & saltationem exercentes qualem tibia Ionum injungebat.* Et mox. Καὶ αὐλοὺς Βαθύλλου, καὶ ᾠδὴν Ἰωνικήν. *Et tibias Bathylli, & cantilenam Ionicam.*

ΚΑΛΑΒΙΣ.

Hesychius. Καλαβίς. τὸ περισπᾷν τὰ ἰσχία, καλαβοῦσθαι, ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι. *Calabis, circumagere femora, calabousthai in templo Dianæ Dereatidis cantati hymni.* Sed corruptum, & luxatum locum autumo; ac restituendum, Καλαβίδες, ἐν τῷ τῆς Δερεατίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι. τὸ περισπᾷν τὰ ἰσχία, καλαβοῦσθαι. *Calabides, in templo Dianæ Dereatidis cantati hymni. Circumagere lumbos notat calabousthai.* Neque aliter legendum apud Athenæum existimo. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλαβίδες, σκώψ. *Formæ autem saltationis sunt xiphismus, calathismus, callabides, scops.* Editur illic, καλλακίδες. Rectius in sequentibus statim verbis habetur Æschyli fragmentum ex *Theoris.*

Καί μὴν παλαιῶν τῶν δέ σοι σκωπευμάτων,
Καλλαβίδων τε. ——
Et plane antiquarum harum tibi jaculationum,
Et callabidum.

Et Eupolidis in *Parasitis.*

Καλλαβίδας καὶ βαίνει. ——
Callabidas vero incedit.

Videtur autem Laconica fuisse, quia saltabatur in templo Dianæ Dereatidis, quæ in Laconica celebrabatur. Vidimus in *citatis* statim Pollucis *verbis.* Erat autem & saltatio, & cantilena, ad quam saltabatur. Licet observare ex loco Hesychii. Alia autem erat, ne confundas,

ΚΑΛΛΙΒΑΣ.

Et distinguit clare Hesych. cujus ista alibi verba. Καλλίβαντες, ὅμοια σμιλίοις καὶ ψαλίσιν, ἐν αἷς τὰς ὀσφῦς κοσμοῦσιν αἱ γυναῖκες. ἄνθη, ἢ γένος ὀρχήσεως, ἀσχημόνως τῶν ἰσχίων κρατουμένων.
Callibantes, similia scalpris aut forficibus, quibus supercilia exornant mulieres; flores, aut species saltationis, indecenter femoribus positis.

ΚΑΛΑΒΡΙΣΜΟΣ.

Inter simpliciores saltationes commemorat Athe-

[illegible] *lib.* XIV. Τὰ δὲ [illegible], καὶ ποικιλ[illegible], καὶ τὰ ὀρχηστικ[illegible] ἔχοντα, καλεῖται, [illegible], ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νιβατισμὸς, Θρᾴκιος, καλαβρισμὸς, Τελεσίας. *Stabiliora vero, & magis [illegible]rsa, & saltationem habentia sim[illegible] [illegible], [illegible]antur, Dactylus, Jambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persice, Phrygius, [illegible]atismus, Thracius, Calabrismus, [illegible].* Apud Pollucem scribitur, κολαβρισμός. Vide infra in ea voce. Non dubitem tamen vel hic, vel illic, mendum esse.

ΚΑΛΑΘΙΣΚΟΣ.

Hesychius. Καλαθίσκος, εἶδος ὀρχήσεως, καὶ [illegible]. *Corbiculus, species saltationis, & vas muliebre.* Corrigendus Athenæus *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, καλαθίσκος, [illegible], σκὼψ, σκώπευμα. *Formæ autem saltationum sunt Xiphismus, Corbiculus, Callacides, Scops, Scopeuma.* Ac meminit mox iterum. Perperam editur utrobique, καλαθισμός. Pollux inter tragicas saltationes censet, *lib.* IV. *cap.* IV. Καὶ [illegible] τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ χεὶρ, καλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου παράληψις. *Et tragicæ quidem saltationis formæ, curva manus, Corbiculus, manus præceps, ligni assumptio.* Ita locum illum restituendum infra monebo in Χεὶρ καταπρηνής.

ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ.

Erat saltatio Herculi sacra. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. [illegible] ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ. καὶ καλλίνικος, [illegible]. *Et phallica saltatio in honorem Bacchi, & Callinicus in H[illegible].* Nempe ob productum ab inferis Cerberum. Hesychius indicat. Καλλίνικος, [illegible], καὶ εἶδος ὀρχήσεως, ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου [illegible]. *Callinicus, nomen proprium, & species saltationis, ad celebrandam Cerberi [illegible].* Erat autem & saltatio, & cantilena, ad quam saltabatur. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλ[illegible] ὀνόματα. ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομαστικῶν, [illegible]. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, [illegible], ἐπίφαλλος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα [illegible] ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiæ inflandæ autem appellationes sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, [illegible]: Comus, Bucoliasmus, Gingras, [illegible], Epiphalles, Callinicus, Polemicon, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Ista vero omnia cum saltatione cantabantur tibia.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ [illegible] Τρύφων. *Tibiæ inflandæ appellationes, prout Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Polemicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicum, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem dicit illa canebantur tibia, sicut refert Tryphon.*

ΚΑΝΑΚΗ.

Hac fabula de Canace repræsentabatur. Ausonius *in saltatorem ineptum*, Epig. LXXXIII.

In Canace visum multo felicior ipsa.
Quod non hic gladio viscera dissecuit.

Saltabatur autem ad modulos. Itaque est observare apud Suetonium *Nerone*, cap. XXI. *Inter cætera cantavit Canacem parturientem. Orestem matricidam.* Ausonii distichon expressum est de isto Lucilii, quod exstat *Antholog.* lib. II. Tit. Εἰς ὀρχηστὰς XXXVIII.

Ἀλλ' ἐπὶ τῆς Κανάκης ἀφυῶς, ὅτι καὶ ξίφος ἦν σοι,
Καὶ ζῶν ἐξῆλθες. τοῦτο παρ' ἱστορίην.
Sed in Canace indecenter, quod & gladius erat tibi.
Et vivus exiisti. Id præter historiam.

ΚΑΠΑΝΕΥΣ.

Hæc saltatio Capanei, fulmine percussi, fabulam exhibebat. Ausonius Epigramm. LXXXIII. cujus lemma est, *In saltatorem ineptum.*

Deceptæ felix casus se miscuit arti;
Histrio saltavit, qui Capanea ruit.

Quæ expressa sunt de istis Lucilii, *Anthol.* lib. II. Tit. XXXVIII.

Πάντα καθ' ἱστορίην ὀρχούμενος, ἓν τὸ μέγιστον
Τῶν ἔργων παριδὼν, ἠνίασας μεγάλως.
Τὴν μὲν γὰρ Νιόβην ὀρχούμενος, ὡς λίθος ἔστης.
Καὶ πάλιν, ὢν Καπανεὺς, ἐξαπίνης ἔπεσες.
Omnia juxta historiam saltans, unum maximum
Agendorum negligens, turbavisti magnopere.
Quippe Nioben quidem saltans, ut lapis stetisti
Et rursus, ut Capaneus, e vestigio lapsus es.

Lucianus *De Salt.* Ἄλλοτε δέ ποτε μηκίστου τινὸς ὑπὲρ τὸ μέτριον ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ἐπιχειροῦντος, καὶ προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, ὑπέρβηθι, ἔφασαν, τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. *Alias autem quandoque procerissimo aliquo ultra modum aggrediente saltare Capanea, & invadere muros Thebanorum, transscende, dicebant, murum, non eges scalis.*

ΚΑΠΡΙΑ.

Hanc in armis saltabant. Hesychius. Καπρία, εἶδος ὀρχήσεως ἐνόπλου. *Capria, species saltationis armatæ.* Sed puto incidisse eum in mendosum codicem; ac potius legendum fuisse,

ΚΑΡΠΕΑ.

De qua non multo post ait. Καρπέα, ὄρχησις Μακεδονική. *Carpea, saltatio Macedonica.* Verum rectius erit,

ΚΑΡΠΑΙΑ.

Ita apud Xenophontem scribitur, *De Cyri Exped.* lib. VI. ubi accurate describitur istis verbis. Μετὰ τοῦτο Αἰνιᾶνες. καὶ Μάγνητες ἀνέστησαν, οἳ ὠρχοῦντο τὴν Καρπαίαν καλουμένην ἐν τοῖς ὅπλοις. ὁ δὲ τρόπος τῆς ὀρχήσεως ἦν ὅδε. ὁ μὲν, παραθέμενος τὰ ὅπλα, σπείρει καὶ ζευγηλατεῖ, πυκνὰ μεταστρεφόμενος, ὡς φοβούμενος. λῃστὴς δὲ προσέρχεται. ὁ δ', ἐπειδὰν προΐδηται ἁρπάσας τὰ ὅπλα, καὶ μάχεται

A πρὸ τῦ ζεύγυς. (καὶ ἔτοι ταῦτ' ἐποίυν ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν) καὶ τέλος ὁ λῃςὴς δήσας τὸν ἄνδρα, καὶ τὸ ζεῦγος ἀπάγει. ἐνίοτε δὲ καὶ ὁ ζευγηλάτης τὸν λῃςήν. εἶτα παρὰ τὰς βῦς ζεύξας, ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον ἐλαύνει. Postbac Ænianes & Magnetes surrexerunt, qui saltabant illam quam vocant Carpæan in armis. Modus autem saltationis hic erat. Alter quidem, positis armis sementem facit & boves duos agitat, crebro revertens, tanquam metuens. Accedit autem latro. Ille autem simul ac prospexit, occurrit arreptis armis, & propugnat suos boves. (Et illi faciebant ista in concordi convenientia ad tibiam) & tandem latro vinciens virum, etiam boum jugum
B abducit: Interdum vero & agitator boum latronem deinde alligans bubus, post terga manus revinctum agit. Citat hunc Xenophontis locum etiam Athenæus *lib.* v. De hac ipsa porro saltatione est locus iste Maximi Tyrii *Dissert.* XII. Οὐδὲ τὰ Αἰνιάνων θεάματα ἐπαινῶ, ὅσα ἐν Πόντῳ εὐφραίνονται Αἰνιᾶνες, οἱ μὲν δρῶντες, οἱ δὲ, ὁρῶντες. ἄνδρες δύο μιμῦνται μάχλω, ὑπαυλῦντος ἄλλυ. ὁ μὲν αὐτοῖν, γεωργός τέ ἐςι καὶ ἀροῖ. ὁ δὲ, λῃςὴς, καὶ ὅπλα ἔχει. κεῖται δὲ καὶ τῷ γεωργῷ τὰ ὅπλα ἀγχῦ. ἐπειδὰν δὲ ὁ λῃςὴς ἔλθῃ, ἀφέμενος ὁ γεωργὸς τῦ ζεύγυς, δραμὼν ἐπὶ τὰ ὅπλα, συμπεσόντες μάχονται, παίοντες τὰς ὄψεις, καὶ μιμύμενοι τὰ τραύματα καὶ πτώματα. θεάματα ὐ συμ-
C ποτικά. *Neque Ænianum spectacula laudo, quæ in Ponto hilares celebrant Ænianes, alii quidem facientes, alii vero videntes. Viri duo imitantur pugnam, alio tibiam inflante: alter eorum agricola est & arat; alter autem latro & arma habet. Sed & agricola habet prope posita arma. Igitur ubi venit latro, agricola omittens jugum boum, celeriter se conferens ad arma, congressi pugnant, verberantes facies, & imitantes vulnera & cadavera. Spectacula non convivalia.*

ΚΑΡΥΑΤΙΣ.

D Erat Laconica, & Dianæ sacra. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ην δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα δειμαλέα. Σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχύμενοι. καὶ Ἰθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ. καὶ Καρυατίδες, ἐπὶ Ἀρτέμιδι. *Erant quædam & Laconicæ saltationes terribiles. Sileni vero erant, & super hos Satyri leni cursu saltantes; & Ithumbi in honorem Bacchi; & Caryatides in Dianæ.* Et saltare hanc, Καρυατίζειν dicebatur. Lucianus *De Saltat.* Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριςοι Ἑλλήνων εἶναι δοκῦντες, παρὰ Πολυδεύκυς καὶ Κάςορος καρυατίζειν μαθόντες. (ὀρχήσεως δὲ καὶ τῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς δι-
E δασκόμενον) ἅπαντα μετὰ Μυσῶν ποιῦσιν. *Lacedæmonii quidem, qui videntur esse optimi Græcorum, & ab Polluce & Castore didicerunt Caryatizare quod & ipsum est genus saltationis in Caryis Laconicæ doceri solitum) omnia cum Musis faciunt.* Ubi simul hoc observa; a Caryis, Laconicæ urbe, nomen accepisse; & a Dioscuris illic primum institutam.

ΚΑΤΕΡΙΣ.

F Athenæus in recensione saltationum antiquarum, *lib.* XIV. Θαυμαςρὶς, κατερίδες, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Thaumastris, caterides, scopus, manus præceps.* Sed corruptus est locus, legendumque, Εκατερίδες, non κατερίδες. Vide supra *in* Εκατερίς.

ΚΕΛΕΥΣΤΗΣ.

Athenæus *lib.* XIV. Μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχῦντο τὸν τε κελευςῆ, καὶ τὴν καλυμένην πινακίδα. *Sed ad tibias saltabant illam celeustæ, & quæ vocabatur Pinacis.* Et observa, ad tibias saltari consuevisse.

ΚΕΡΝΟΦΟΡΟΣ.

Erat furiosa. Athenæus *loco citato.* Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, κερνοφόρος, καὶ μόγγας, καὶ θερμαυςρίς. *Furibundæ vero sunt saltationes, Cernophorus, & Mongas, & Thermaystris.* Nominis rationem reddit Pollux *l.* IV. *c.* XIV. Τὸ μὲν κερνοφόρον ὄρχημα οἶδα, ὅτι κέρνα, ἢ ἐσχαρίδας, ἔφερον. *Nam cernophoron saltationem novi, quod cerna, vel foculos, portabant.*

ΚΙΔΑΡΙΣ.

Erat Arcadica. Athenæus. Εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις, ὥσπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι, σπυδαῖαι καὶ φαῦλαι ὀρχήσεις. ὁ μὲν κόρδαξ παρ' Ἕλλησι φορτικὸς, ἡ δ' ἐμμέλεια σπυδαία. καθάπερ καὶ ἡ παρὰ Αρκάσι κίδαρις, παρὰ Σικυωνίοις τε ὁ ἀλητήρ. *Sunt vero etiam apud Græcos, feriæ & vitiosæ saltationes: cordax quidem apud Græcos atrox, sed concinnitas seria; sicut etiam cidaris apud Arcadas, & aleter apud Sicionios.*

ΚΛΩΠΕΙΑ.

Hesychius. Κλώπεια, ὄρχησίς τις. ὡς Ἰόβας ἐν τετάρτῳ θεατρικῶν. *Furtum, saltatio quædam, ut Jobas in quarto rerum theatralium.*

ΚΝΙΣΜΟΣ.

Pollux *l.* IV. *c.* XIV. Ην δὲ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ηρακλέυς ἱερὰ, καὶ πολεμική. ᾠδὲ δὲ καὶ κωμαςική, μάχλω καὶ πληγὰς ἔχυσα, καὶ ἡδύκωμος, ἠδίων, καὶ κνισμός. *Erat vero Comus species saltationis, & Tetracomus, sacra Herculis, & bellica. Erat vero & Comessabunda, pugnam & plagas habens, & Hedycomus, Edion, & Cnismus.* Erat autem pariter & saltatio, & cantus tibiæ, ad quem saltabatur. Athen. *l.* XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ονομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βυκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiæ inflandæ nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, hæc: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Hæc vero omnia ad saltationem tibia canebantur.* Et ex eo Eustath. *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεως ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρυσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δὲ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱςορεῖ Τρύφων. *Tibiæ cantilenarum nominationes, prout Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, ait, istæ tibia canebantur, sicut refert Tryphon.* Ad cantum quod attinet, ejus meminit Hesych. Κνισμὸς, ζηλοτυπία, ἢ μέλος τι κνισμῷ αὐλύμενον. *Cnismus, amara vellicatio amoris causa, aut cantilena quædam in pruritu tibia cantata.*

ΚΝΩΣΣΙΑ.

Sophocles *Ajace*.

—— ὅπως μοι
Νύσια, Κνώσσια
Ορχήματα αὐτοδαῆ
Ξυνὼν ἰάψῃς.

—— *Ut mihi*
Nyſſæ Cnoſſiæ
Saltationes ſponte diſcendas
Præſens addas.

Ubi Scholiaſtes vetus. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μέν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι, καὶ ἐνόπλιοι. Νύσσαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσην. Κνώσσιαι δὲ, αἱ Κορυβάντιαι. καὶ Κνωσσὸς γὰρ πόλις Κρήτης. *Saltationum aliæ quidem ſunt Bacchicæ, aliæ vero Corybantiæ, & armatæ. Nyſiæ igitur Bacchicæ ab Nyſa: Cnoſſiæ vero Corybantiæ: nam & Cnoſſus urbs Cretæ.* Demetrius Triclinius. Νύσσος, καὶ Κνωσσὸς, πόλεις, ἐν αἷς Διονύσου τιμωμένου ὀρχήσεις ἐγίνοντο. *Nyſſa enim & Cnoſſus urbes, in quibus, quum coleretur Bacchus, erant ſaltationes.* Erat hæc ſaltatio talis. Juvenes puellæque implicatis manibus choreas agitabant; quod ſaltandi genus a Dædalo auctore originem trahit. Obſervo apud Euſtath. *ad Iliados extremum* XVIII. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, ὅτι διακεχωρισμένως χορευόντων τῶν πρὶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, πρῶτοι οἱ μετὰ Θησέως σωθέντες ἐκ τοῦ λαβυρίνθου ἑπτὰ ἠΐθεοι καὶ τοσαῦται παρθένοι, ἀναμὶξ ἐχόρευσαν, ὑπὸ καθηγητῇ τῷ Δαιδάλῳ κατὰ Κνωσσὸν πόλιν Κρήτης. περὶ ἧς ἀλλαχοῦ τε, καὶ ἐν τοῖς τοῦ Περιηγητοῦ ἐρρέθη, ἀφ' ἧς δὴ τὰ Κνώσσια παρὰ Σοφοκλεῖ ὀρχήματα. *Dicunt autem veteres, olim ſeparatim choreas agentibus viris ac fæminis, primos illos, qui cum Theſeo fuerunt ſervati ex labyrintho ſeptem adoleſcentes & totidem puellæ, mixtim chorum egiſſe ſub doctore Dædalo in urbe Cretæ Cnoſſo; de qua alibi & in commentariis Periegetæ dictum eſt, a qua etiam Cnoſſiæ ſaltationes apud Sophoclen.* Ergo fuerit illa ſaltatio, quæ alio nomine Ὅρμος dicebatur. De qua infra ſuo loco.

ΚΟΛΑΒΡΙΣΜΟΣ.

Erat armata ſaltatio Thracum, & Carum. Pollux *l.* IV. *c.* XIV. Καὶ κολαβρισμὸς, Θράκιον ὄρχημα, καὶ Καρικόν. ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἐνόπλιον. *Et Colabriſmus, Thracica ſaltatio, & Carica. Erat vero hæc etiam armata.* Puto hanc eſſe, quam deſcribit Thraces ſaltantes Xenophon *De Cyri expedit.* l. VI. Ἐπεὶ δὲ αἱ σπονδαί τε ἐγένοντο, καὶ ἐπαιώνισαν, ἀνέστησαν πρῶτοι Θρᾷκες, καὶ πρὸς αὐλὸν ὠρχήσαντο σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως, καὶ ταῖς μαχαίραις ἐχρῶντο. τέλος δὲ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον παίει, ὡς πᾶσι δοκεῖν πεπληγέναι τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ ἔπεσε τεχνικῶς πως. καὶ ἀνέκραγον οἱ Παφλαγόνες. καὶ ὁ μὲν σκυλεύσας τὰ ὅπλα τοῦ ἑτέρου, ἐξῄει ᾄδων σιτάλκαν. ἄλλοι δὲ καὶ τῶν Θρᾳκῶν τὸν ἕτερον ἐξέφερον ὡς τεθνεῶτα. (Vide ſupra *in* Θράκιο.) Huc pertinet illud Heſych. Κολαβρίζειν, σκιρτᾶν. *Colabrizien, ſaltare.*

ΚΟΛΕΑ.

Heſych. Κολέα, ποιά τις ὄρχησις. *Colea, qualiſcunque ſaltatio.* Eadem, ut puto, eſt,

ΚΟΛΙΑ.

Apud eundem Heſych. Κολία, ὀρχήσεως εἶδος. *Colia, ſpecies ſaltationis.* Inde Κολιάζειν, ſaltationem illam ſaltare. Idem Heſych. Κολιάσαι, ὀρχήσασθαι. *Coliaſai, ſaltare*

ΚΟΜΗΤΙΚΗΝ.

Heſych. Κουφικὸν τρόπον. κομητικὴν ὄρχησιν. *Leviculum modum; ſplendidam ſaltationem.* Sed puto ſcribendum, κωμητικὴν ὄ. *vicanam ſ.* Et fuiſſe videtur ſaltatio levicula, per vicos fieri ſolita.

ΚΟΝΙΣΑΛΟΣ.

Inter inhoneſtas erat. Heſych. Κονίσαλος, κονιορτὸς, σκίρτησις σατυρικὴ ἢ τῶν ἐντεταμένων τὰ αἰδοῖα. *Coniſalos, pulvis, exſultatio ſatyrica cum erectis pudendis.* Et ecce, ſatyrica erat.

ΚΟΡΔΑΞ.

Comica erat. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Εἴδη δὲ ὀρχημάτων, Ἐμμέλεια, τραγική. Κόρδακες, κωμική. Σίκιννις, σατυρική. *Species vero ſaltationum, Concinnitas, tragica; Cordaces, Comica; Sicinnis, Satyrica.* Harpocration. Ὁ κόρδαξ κωμικῆς ὀρχήσεώς ἐστιν εἶδος, καθάπερ φησὶν Ἀριστόξενος ἐν τῷ περὶ τῆς τραγικῆς ὀρχήσεως. *Cordax comicæ ſaltationis eſt ſpecies, ſicut dicit Ariſtoxenus in ſcripto de tragica ſaltatione.* Moſchopulus. Κόρδαξ, κωμικῆς ὀρχήσεως εἶδος. *Cordax, comicæ ſaltationis ſpecies.* Vide quoque Etymologici Auctorem *in* Σίκιννις, & Suidam, ac Ammonium, *in* Κόρδαξ. Lucianus *De Saltatione*. Δοκεῖς δέ μοι, ὅταν κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπαινῇς, ἐπιλελῆσθαι ὅτι καὶ ἐν ἑκατέρᾳ ἐκείνων ὀρχηστικῆς ἴδιόν τι εἶδός ἐστιν. οἷον, τραγικὴ μὲν, ἡ ἐμμέλεια. κωμῳδικὴ δὲ, ὁ κόρδαξ. *Videris autem mihi, quum comœdiam & tragœdiam laudas, oblitus eſſe, in utraque harum ſaltationum eſſe aliquam peculiarem ſpeciem; utpote tragica quidem concinnitas; comœdica vero cordax.* Erat autem laſcivior. Scholiaſtes Ariſtotelis *ad Rhetoric.* l. III. c. VIII. Ἔστι δὲ τὸ κορδακίζειν, εἶδος ἀνειμένης ὀρχήσεως. *Eſt vero cordacizein genus remiſſæ ſaltationis.* Scholiaſtes Ariſtophanis *Nubibus*, ad iſtud Comici.

—— οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν.
—— *neque cordacem traxit.*

Ita notat. Κόρδαξ κωμικὴ (ὄρχησις) ἥτις αἰσχρῶς κινεῖ τὴν ὀσφύν. *Cordax comica (ſaltatio) quæ impudenter movet lumbos.* Heſych. Κόρδαξ, εἶδος ὀρχήσεως ἀσέμνως κινοῦσα. *Cordax, ſpecies ſaltationis, indecenter arrogantis.* Et mox. Κορδακίζουσα, αἰσχρῶς ὀρχησαμένη. *Cordacizuſa, turpiter ſaltans.* Thomas Magiſter. Κόρδαξ, αἰσχρά τις ὄρχησις. *Cordax, fœda quadam ſaltatio.* Suidas. Κορδακίζει, αἰσχρῶς ὀρχεῖται. *Cordacizei, turpiter ſaltat.* Ulpianus *in Demoſthenis Olynth.* II. Κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς, καὶ ἀπρεποῦς. *Cordaciſmus eſt ſpecies ſaltationis turpis & indecoræ.* Quippe ſaltabatur ab ebriis. Ideo Demoſthenes in Oratione illa conjungit, ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμούς. *Incontinentiam vitæ, & ebrietatem, & cordaciſmos.* Scholiaſtes Anonymus *in eandem Orationem*. Κορδακισμοὺς, τὰς μετὰ μέθης ὀρχήσεις. *Cordaciſmos, ſaltationes cum ebrietate.* Mneſimachus in *Hippotropho*, apud Athenæum *lib.* IX. Κρατὴρ ἐξερρόφηται, οἴνου πρόποσις χωρεῖ, λείπεται ὁ κόρδαξ. *Crater exhauſtus eſt, vini propinatio venit, linquitur cordax.* Ariſtophanes *Nubibus*.

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
Ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους ἱππέας κακὸς κακῶς,
Προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην, τοῦ κόρδακος εἵνεκα.

Eupolis quidem Marican primum attraxit,
Ejiciens noſtros equites malus male,
Apponens ſibi vetulam ebriam, cordacis cauſa

Itaque Theophraſt. in *Eth Charact.* cap. περὶ ἀπονοίας, deſperati notam dicit, ſobrium aliquem ſaltare cordacem; cum nimirum ebriorum id tantum eſſet. Ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι νήφων τὸν κόρδακα, καὶ προσωπεῖον ἔχων ἐν κωμικῷ χορῷ. *Scilicet ſuſtinens etiam ſaltare ſobrius cordacem, & perſonam habens in comico choro.* Ex hac in partem conſtabat, Italica quæ dicebatur. Athenæus *lib.* I. Φησὶν Ἀριστόνικος τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. *Dicit Ariſtonicus Italicam ſaltationem conſtitiſſe ex comica, quæ vocabatur cordax.* Sed hoc de Bathyllea proprie intelligendum, ut obſervare eſt apud Plutarchum, qui hoc velle

velle censeri debet, quum dicit illam τὴν κόρδακος ἀπτομένην, *finitimam cordaci*. Locus est *Sympos. lib* VII. Quæst. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. οἰδεῖ δὲ τῶν ἐγκωμίων, ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε. δέχομαι τὴν Βαθύλλειον, αὐτόθεν πέζων τῆς κόρδακος ἀπτομένην. *Dimitto autem ab saltatione Pyladeam, tumidam, & concitatam, & multarum personarum. Est autem tuberosa encomiis, quæ Socrates de saltatione exsequutus est. Accipio Bathylleam, ex se humilitatem cordacis tangentem*. Verum corruptus iste locus. Nam cui rei illic vox, πέζων? Interpungo, & restituo, δ. τ. B. αὐτόθεν, πεζὴν, τῆς κ. ἁ. *accipio Bathylleam ex se humilem, c. t.* Vide antithesin. Negat placere sibi saltationem Pyladeam, utpote quæ sit nimis tumida; contra autem placere Bathylleam ait, quippe pedestrem: id est, humilem, simplicemque. Opponitur ὁ πεζὸς τῷ ὀγκώδει, *pedester inflato*. Certissima emendatio mea. Nomen autem accepit a Cordace, Bacchi ministro, inventore. Lucianus docet, lib. *De Salt*. Τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γεννικωτάτων ὀρχήσεων. κόρδακος, καὶ σικίννιδος, καὶ ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. *Quum igitur tres sint maxime generales saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas; Bacchi ministri Satyri, illi qui has invenerunt, ab illis unamquamque nominarunt*. Atque hinc intelligendus est Arrianus, Satyricam saltationem dicens; non quod talis illa esset, (nam Comica erat, ut jam pluribus Auctorum locis satis ostensum) sed quod a Cordace Satyro inventa crederetur. Verba ejus ecce in *Indicis*. Καὶ ὄρχησιν δὲ ἐκδιδάξαι (ὁ Διόνυσος ἔδωκε) τὴν Σατυρικὴν, τὸν κόρδακα παρ' Ἕλλησι καλούμενον. *Et saltationem vero edocuisse (Bacchus videtur) Satyricam, cordacem apud Græcos vocatum*. Omnino illustrari debebat iste locus, aliter obscurus. Ab hac cordace etiam Diana cognomento Κόρδακα dicta. Pausanias *Eliac.* II. Προελθόντι δὲ ὅσον τε στάδιον σημεῖά ἐστιν ἱεροῦ Κορδάκας ἐπίκλησιν Ἀρτέμιδος. ὅτι οἱ τοῦ Πέλοπος ἀκόλουθοι τὰ ἐπινίκια ἤγαγον παρὰ τῇ θεῷ ταύτῃ, καὶ ὠρχήσαντο ἐπιχώριον τοῖς περὶ τὸν Σίπυλον κόρδακα ὄρχησιν. *Progresso autem fere stadium signa sunt templi Cordacæ cognomento Dianæ; quoniam Pelopis asseclæ victorias celebrarunt apud illam Deam, & saltaverunt indigenam Sipyli accolis saltationem cordacem*. Meminit hujus saltationis Aristides Orat. in *Prodit. Myst.* Καὶ δῆτα ἡδὺς ἦν ὁ κορυφαῖος, ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ, προσῆπτον δέ τι καὶ ἄλλο τοῦ κόρδακος εἵνεκα. *Et sane suavis erat præsul, incedens post chorum. Adnexuerunt vero & aliud quid cordacis causa*. Cicero in *Oratore*: *Trochæum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem (Aristoteles) appellat, quia contractio, & brevitas, dignitatem non habeat*. Item Quintilianus *lib.* IX. *cap.* IV. *Et (licet) herous, qui idem est dactylus, Aristoteli amplior, jambus humanior videatur: trochæum, ut nimis currentem, damnet; eique cordacis nomen imponat*. Sed ego in Cicerone, *cordacium appellat*: in Quintiliano, *eique cordacici nomen*, i. legendum censuerim. Nam Aristoteles, quem uterque laudat, non κόρδακα dixit, sed κορδακικόν. Locus est *Rhetoric.* lib. III. cap. VIII. Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος, σεμνὸς, καὶ λεκτικὸς, καὶ ἁρμονίας δεόμενος. ὁ δ' ἴαμβος, αὐτή ἐστιν ἡ λέξις τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι. ὁ δὲ τροχαῖος, κορδακικώτερος. *Rhythmorum vero herous, gravis, & dicendo aptus, & concordiam requirens. Jambus autem est ipsa dictio multorum. Idcirco dicentes maxime ex omnibus metris pronuntiant jambica. Oportet vero gravitatem adesse & percellere. Trochæus autem cordaci convenientior*. Mentio præterea Cordacis etiam apud Nicetam occurrit in *Man. Comneno*, lib. III. ubi de Camatreo Logotheta. Ἀνθρώπων δὲ ὀψοφαγότατος ὢν, καὶ οἰνοφλύγων ὁ κράτιστος, πρὸς λύριον ἔψαλλε, καὶ πρὸς κιθάραν μετερρυθμίζετο, καὶ κόρδακα ὠρχεῖτο, καὶ τὼ πόδε πολλάκις παρενεσάλευε. *Hominum vero voracissimus, & vinosorum præcipuus, ad lyram psallebat, & ad citharam gesticulabatur, & cordacem saltabat, & pedes sæpe indecenter concutiebat*. A nomine Κόρδαξ dicebatur Κορδακίζειν: quod est, cordacem saltare. Suidas. Κορδακίζει, αἰσχρῶς ὀρχεῖται. *Cordacizei, impudenter saltat*. Hesychius. Κορδακίζουσα, αἰσχρὰ ὀρχουμένη. *Cordacizusa, pudenda saltans*. Scholiastes Aristotelis *Rhetor.* lib. III. cap. VIII. Ἔστι δὲ τὸ κορδακίζειν εἶδος ἀνειμένης ὀρχήσεως. *Est autem cordacizein genus remissæ saltationis*. Inde verbale, Κορδακισμός. Apud Demosthenem *Olynth.* II. ubi conjunctim nominat, ἀκρασίαν τοῦ βίου, καὶ μέθην, καὶ κορδακισμούς. *Intemperantiam vitæ, & ebrietatem, & cordacis saltationes*. Ad quem locum Ulpianus. Κορδακισμός ἐστιν εἶδος ὀρχήσεως αἰσχρᾶς, καὶ ἀπρεποῦς. *Cordacismus est saltationis pudendæ & indecoræ*. Scholiastes Homeri *ad Iliad.* π'. Τρία εἴδη ὀρχήσεως. πυρρίχη, σίκιννις, ἥτις ἐστιν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρόν τις ὢν, καὶ βεβήλοις ἁρμόδιος. *Tria genera saltationis, pyrriche, sicinnis, quæ est sacerdotalis; & cordacismus, turpis quædam, & profanis conveniens*. Ita enim illic lego. Perperam est, quod hodie editur, καὶ ὁ σκορδακισμός. Viri docti volunt, hanc ipsam saltationem a Terentio quoque innui in *Adelphis*, Act. IV. Sc. VII.

D. *Tu inter eas restim ductans saltabis*. MIT. *Probe*.

Sed existimarunt Veteres quidam, institutam saltationem istam fuisse ad imitationem Trojanorum, qui equum Durium fune attractum intra urbem introduxerunt; qua de re sunt isti versus Virgiliani, *Æneid.* II.

—— circum pueri, innuptæque puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.

Hanc antiquorum ea de re sententiam exponit Donatus, sua etiam, quæ ab ista aliena, mox adjecta. Ecce verba. *Lusus est, natus ab eo fune, quo introductus equus Durius in Trojam est. Cum nexis manibus fune, chorum ducunt saltantes. Hoc a quibusdam dicitur. Sed ego puto, manu consertos choros puellorum puellarumque cantantes, restim ducere existimari*. Quod si Donati explicationem sequimur, fuerit instar hormi, de quo infra suo loco.

ΚΟΡΥΒΑΝΤΙΑ.

Scholiastes Sophoclis *Ajace*. Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι. *Saltationum aliæ quidem sunt Bacchicæ, aliæ autem Corybantiæ*. Nimirum a Corybantibus appellata, qui primi eam saltarunt. Lucianus *de Salt.* Πρῶτον δέ φασι Ῥέαν ἡσθεῖσαν τῇ τέχνῃ, ἐν Φρυγίᾳ μὲν τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαι. *Primum vero dicunt Rheam lætam isto artificio in Phrygia quidem Corybantas, in Creta autem Curetas jussisse saltare*. Plutarchus in *Erotico* dixit, Κορυβαντικὰ σκιρτήματα, *Corybanticas exsultationes*.

ΚΡΗΤΙΚΗ.

Scholiastes Sophoclis *ad Ajacem*. Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυνθιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητική. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur, alia autem Cretica*. Athenæus *lib.* I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζε-

φύρειοι, Κρητικαί. *Saltationes gentiles hæ; Laconicæ, Trœzeniacæ, Epizephyriæ, Creticæ.* Hesychius. Κρητικόν. ἱματίδιον, λεπτὸν, καὶ βραχύ. τὰ γὰρ τοιαῦτα Κρητικὰ ἔλεγον. καὶ γένος ὀρχήσεως. *Creticum; vestimentum tenue & parvum. Talia enim Cretica dicebant; & genus saltationis.* Iterum. Κρητικὸν μέλος. οὕτω Κρῆτες ῥυθμοὶ ἐλέγοντο ἀπὸ Κρητῶν. καὶ γένος ὀρχήσεως. *Cretica cantilena. Sic Cretes rhytmi dicebantur ab Cretibus; & genus saltationis.* Erat vero nomen generale; cujus species erant Ἐπικρήδιος & Ορσίτης. De quibus vide suo loco. Κατ' ἐξοχὴν dicebatur Κρητικὴ etiam Pyrrhicha, de qua infra.

ΚΡΙΝΟΝ.

Erat saltatio chorica. Athenæus *lib.* III. Καὶ κρίνον καλέμενον, καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως, παρ' Ἀπολλοφάνει ἐν Δαυλίδι. *Et Crinum, lilium vocatum, & forma quædam saltationis per chorum, apud Apollophanem in Daulide.* Quem locum ob oculos habuit Eustathius *ad Iliad.* ό. Καὶ παρ' Ἡσιόδῳ ἐν τῷ, μάζα τ' ἀμολγαίη, ὅπερ ἐστὶ ποιμενικὴ, καὶ ἀκμαία, κατὰ τὸν Ἀθήναιον, ὃς εἰς μάζας ἀναγράφει καὶ τὴν μελιττοῦταν, καὶ τὴν οἰνοῦτταν. ἔτι δὲ καὶ τὸ κρίνον. οὗπερ ὁμωνυμίαν πλατεῖαν δηλῶν, λέγει ὅτι καὶ σχῆμά τι χορικῆς ὀρχήσεως ἐλέγετο κρίνον. *Et apud Hesiodum in verbis, pulsque lactea, hoc est, pastoralis, & vehemens, juxta Athenæum, qui inter pultes recenset quoque placentam ex melle, & alteram ex vino; prӕterea etiam crinum, lilium: cujus homonymiam latam declarans, dicit formam quoque saltationis ad chorum dictam fuisse crinon.* Hesychius. Κρίνον, τὸ ξηρόν. τάττεται καὶ ἐπὶ πτωχοῦ, καὶ νεκρῦ, καὶ ἐκπεπτωκότος. καὶ σχῆμα χορικῆς ὀρχήσεως. *Crinon, siccum; ponitur & de paupere, & mortuo, & extorre: & forma saltationis ad chorum.*

ΚΡΟΝΟΥ ΤΕΚΝΟΦΑΓΙΑ.

In hac Saturnus, liberos suos devorans, exhibebatur. Lucianus *De Salt.* Τὰς Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις, καὶ τῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν, παρωρχεῖτο τὰς Θυέστυ συμφορὰς, τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. *Jovis nativitatem saltans aliquis, & Saturni devorationem liberorum, deflectebat saltando calamitates Thyestæ, similitudine deductus.*

ΚΡΟΥΣΙΘΥΡΟΝ.

Et saltatio erat, & cantus tibiæ, ad quem saltabatur. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ονομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μοθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiæ vero inflandæ nomina sunt, ut ait Thryphon in secundo Nominationum, hæc: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipsum & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Hæc vero omnia cum saltatione tibia canebantur.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων, μετ' ὀρχήσεως δὲ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiæ inflandæ nominationes, ut Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, ait, illa canebantur tibia, sicut memorat Tryphon.* Corruptus est Hesychii locus. Κρεσίθυρος, μέρος τί οὕτως ἐκαλεῖτο. *Crusithyrus, pars quædam ita vocabatur.* Rescribo, Κρυσίθυρος, μέλος τί. *Crusithyrus, cantilena quædam.* Nam, ut dixi, & cantus erat, & saltatio ad cantum instituta.

ΚΥΒΕΛΗ.

Hac Cybele repræsentabatur. Hieronymus Epistola *de Hilarione; In scenis theatralibus unus atque idem histrio nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen.* Neque aliam designat Arnobius, *lib.* IV. *Saltatur & magna sacris compta cum infulis mater; & contra decus ætatis illa Pessinuntia Dyndimene in bubulci unius amplexu libidinosa fingitur appetitione gestire* Tertullianus in *Apologetico: Sed & histrionum literæ omnem fœditatem eorum designant. Luget Sol filium jactatum de cœlo lætantibus vobis; & Cybele pastorem suspirat fastidiosum: non erubescentibus vobis.*

ΚΥΒΙΣΤΗΡΙΣ.

Inter saltationes tragicas numeratur a Polluce *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σίμη, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπλανὴς, *, ξύλυ παράληψις, διπλῆ, θερμαϋστρὶς, κυβίστησις. *Et sane tragicæ saltationis species, Sime, Chirocalathiscus, Manus deorsum errans, Ligni adsumptio, Duplex, Thermaystris, Cybistesis.* Apud Plutarchum *De Orac. Pyth.* Ορχήσεις παίδων, καὶ κυβιστήσεις. *Saltationes puerorum, & jactationes corporum per caput.* Lucianus Κυβίστημα dixit περὶ γυμνασίων. Τί ἡ κόνις, καὶ τὰ κυβιστήματα, συντελεῖ πρὸς ἀρετὴν αὐτοῖς; *Quid pulvis, & corporum jactationes per caput, conferunt ad virtutem illis?* Cretensibus maxime in usu erat, immo propria. Athenæus *lib.* IV. Τοῖς μὲν οὖν Κρησὶν ἦτε ὄρχησις ἐπιχώριος, καὶ τὸ κυβιστᾶν. *Cretibus quidem igitur & saltatio popularis jactare corpus per caput.* Ita autem saltabant, ut se in caput dejicerent. Eustathius *ad Iliad.* έ. Κυβιστᾶν, τὸ ἐπὶ κεφαλὴν καθάλλεσθαι. *Cybistan, in caput desaltare.* Et *ad Odyss.* ά. Κυβιστᾶν, τὸ ἐπὶ κεφαλὴν πίπτειν. *Cybistan, in caput cadere.* Hinc est quod Hesychius Κυβιστίνδα exponit ἐπὶ κεφαλὴν. Ita enim legendum illic censeo, non Κυβησίνδα. Item mox. Κυβιστήσω. ἐπὶ κεφαλὴν ῥίψω. *Cybisteso; in caput jaciam.* Perperam editur. Κυβιτίζω, ἐπι κ. ῥ. Et quidem in gladios. Pollux *lib.* III. *cap.* XXVIII. Τολμητὴς, κἂν εἰς πῦρ ἅλλοιτο, κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστῶν. *Audaculus, vel in ignem saliat, etsi super gladios in caput saliens.* Artemidorus, *Onirocritic.* lib. I. cap. LXXVIII. Μαχαίραις περιδινεῖσθαι, ἢ ἐκκυβιστᾶν, τοῖς μὲν ἔθος ἔχυσιν, οὐ πονηρόν. *Gladiis circumgyrare, aut in caput dejicere, illis qui eum morem habent, non malum.* Explicabo magis accurate. Saltabant in circulum, gladiis erectis plenum. Observare est apud Xenophontem in *Convivio.* Μετὰ δὲ τῦτο κύκλος εἰσηνέχθη περίμεστος ξιφῶν ὀρθῶν. εἰς οὖν ταῦτα ἡ ὀρχηστρὶς ἐκυβίστα τε καὶ ἐξεκυβίστα ὑπὲρ αὐτῶν, ὥστε οἱ μὲν θεώμενοι ἐφοβῦντο μήτι πάθη, ἡ δὲ θαρρῦντως τε καὶ ἀσφαλῶς ταῦτα διεπράττετο. *Post hoc autem circulus illatus est circumcirca plenus erectorum gladiorum. Inter hæc igitur saltatrix in caput saltabat,*

* alias citare solet καταπρηνής.

& super ea in caput exsiliebat, ita ut videntes metuerent, ne quid pateretur. Illa vero confidenter & illæse ista perficiebat. Et mox. Καὶ μὴν ἔγωγε ἡδέως ἂν θεώμην Πείσανδρον τὸν δημηγόρον μανθάνοντα κυβιστᾷν εἰς τὰς μαχαίρας. *Et sane ego jucunde viderem Pisandrum concionalem docentem in caput saltare super gladios.* Et quidem deposita veste, ut expeditiores essent; ac interdum ignem quoque ore efflabant. Animadvertere est apud Athenæum *lib.* IV. Ησυχίας γενομένης ἐπεισβάλλουσιν ἡμῖν οἱ κἀν τοῖς Χύτροις τοῖς Αθήνησι λειτουργήσαντες. μεθ' οὓς εἰσῆλθον ἰθύφαλλοι, καὶ σκληροπαῖκται, καί τινες καὶ θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι, καὶ πῦρ ἐκ τοῦ στόματος ἐκριπίζουσαι, γυμναί. *Silentio orto ingrediuntur ad nos illi, qui etiam in Chytris ministraverant Athenis: post quos intrarunt ithyphalli, & nani lusores, atque etiam nonnullæ præstigiatrices mulieres super gladios in caput saltantes, & ignem ex ore efflantes, nudæ.* Ubi observa, mulieres quoque factitasse. Hanc ipsam, puto, saltationem innuit Apulejus *Milesia* x. *At illam, quam cultus armorum Minervam fecerat, duo pueri muniebant, præliaris deæ comites armigeri, Terror & Metus, nudis insultantes gladiis.*

Κ Υ Κ Λ Ω Ψ.

Saltatio, ita dicta, quod Cyclopem in ea imitarentur, exprimerentque. Aristophanes *Pluto*,

> Καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι, Θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα
> Μιμούμενος, καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων,
> Υμᾶς ἄγειν. ——
> *Et sane ego velim, Threttanelo Cyclopem*
> *Imitatus, & pedibus ita prope insiliens,*
> *Vos ducere.*

Horatius *lib.* I. *Sat.* V.

> *Pastorem saltaret uti Cyclopa, rogabat.*

Iterum *lib.* II. *Epist.* II.

> *Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.*

Κ Ω Λ Α.

Erat ea saltatio, quæ alio nomine etiam Ξιφισμὸς dicebatur; de qua infra agemus suo loco. Hesychius. Κῶλα, ὀστᾶ, μέλη, ἢ ὅπλα. καὶ εἶδος ὀρχήσεως, ὃ καὶ ξιφισμός. *Cola, ossa, cantilenæ, & arma; & species saltationis, quæ & xiphismus.*

ΚΩΜΑΣΤΙΚΗ.

In hac pugnabatur. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ην δὲ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. καὶ τετράκωμος, Ηρακλέους ἱερά. καὶ πολεμική. ἣν δὲ κωμαστική, μάχην καὶ πληγὰς ἔχουσα. *Erat vero Comus genus saltationis: & Tetracomus, Herculi sacra; & bellica: erat vero etiam comessabunda, pugnam & verbera habens.*

ΚΩΜΗΤΙΚΗ.

Vide supra, Κομητική.

Κ Ω Μ Ο Σ.

Pollux *loco* paulo ante *citato*. Ην δὲ καὶ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως. *Erat vero & Comus genus saltationis.* Suidas. Κῶμος, ἡ μέθη, καὶ ὁ ὀρχησμός. *Comus, ebrietas, & saltatio.* Erat inter lascivas. Pollux *loco citato*. Κῶμος ἐπώνυμος, ἁβρά τις ὄρχησις, καὶ τὸ σῶμα ἐξυγραίνουσα. *Comus nomen præbens, delicata quædam saltatio; & corpus molle reddens.* Hesychius pastoralem fuisse dicit. Κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως ποιμένος τινός. ἢ μένη τινός. *Comus species saltationis pastoris alicujus; aut vires alicujus.* Sed postrema ista corrupta sic restituo, ἢ μέλους τινός. *aut cantilenæ alicujus.* Firmat emendationem meam *Etymologici* Auctor. Κωμάζειν, τὸ ποιῶς ὀρχεῖσθαι. ἐξ οὗ καὶ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. οἱ δὲ μέλους. *Comazein, comessare, certo modo saltare: unde & comus, genus saltationis; alii vero cantilenæ.* Nam utrumque Κῶμος significabat, & cantum, & saltationem ad illum accommodari solitam. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ονομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς γίγγρας, τετράκωμος. *Tibiæ vero inflationum nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, hæc. Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus.* Et mox. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Hæc vero omnia cum saltatione canebantur tibia.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Αθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiæ inflationum nomina, prout Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicum, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione vero, ait, ista canebantur tibia, sicut memorat Tryphon.* Quia autem & cantus erat, & saltatio ad illum aptari solita, inde est quod Κωμαδεῖν Veterum quidam dixit pro, ὀρχεῖσθαι. Observo in Hesychii *Glossis*. Κωμαδεῖν, ὀρχεῖσθαι. *Comadein, comessantem cantare, saltare.*

Λ Α Μ Π Ρ Ο Τ Ε Ρ Α.

Hanc saltabant nudi, & inter saltandum verbis utebantur obscœnis. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Λαμπροτέραν δὲ (ἐκάλουν) ἣν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. *Splendidiorem autem (vocabant) quam saltabant nudi cum turpitudine sermonis.*

Λ Ε Ω Ν.

Inter ridiculas saltationes fuisse tradit Athenæus *lib.* XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμός, ἀπόκινός τε καὶ σοβὰς, ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων. *Et vero ridiculæ sunt saltationes, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus & Sobas, præterea vero Morphasmus, vel Formatio, & Noctua, & Leo.* Pollux terribilem fuisse auctor est *lib.* IV. *cap.* XIV. Ο δὲ λέων, ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. *Leo autem saltationis horrendæ species.* Et hoc nomen ipsum probat, quod ea de causa illi inditum verisimile est.

Λ Η Δ Α.

In hac fabula de Leda, a Jove in cycnum mutato compressa, repræsentabatur. Arnobius *lib.* VII. *Si Leda, si Ganymedes fuerit saltatus, aut Danae, motum compescit irarum?* Designat Prudentius Περὶ Στεφ. *Hymno* X.

> *Cycnus stuprator peccat inter pulpita.*

Juvenalis *Sat.* VI.

—— Ledam molli saltante Bathyllo,
Tuccia vesicæ non imperat.

ΜΑΓΩΔΗ.

Mollis saltatio erat, a Chrysogono mago appellata. Hesych. Μαγωδὴ, ὄρχησις ἁπαλὴ, ἀπὸ Χρυσογόνου μάγου. *Magode, saltatio tenera, ab Chrysogono mago.*

ΜΑΚΤΗΡ.

Hesychius. Μακτὴρ, ἡ κάρδοπος, ἡ πυελὶς, καὶ διφθέρα, καὶ ὀρχήσεως σχῆμα. *Macter, mactra, solium, & pellis pastoria, & saltationis forma.* Puto eandem esse, quæ, Ἀπόκινος primum dicta, postea

ΜΑΚΤΡΙΣΜΟΣ.

appellata dicitur Athenæo, *lib.* XIV. Τὴν δ' ἀπόκινον καλουμένην ὄρχησιν, ἧς μνημονεύει Κρατῖνος ἐν Νεμέσει, καὶ Κηφισόδωρος ἐν Ἀμαζόσιν, Ἀριστοφάνης τ' ἐν Κενταύρῳ, καὶ ἄλλοι πλείονες ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν. *Apocinum vero vocatam saltationem, cujus meminit Cratinus in Nemesi, & Cephisodorus in Amazonibus, & Aristophanes Centauro, & alii plures postea nominaverunt mactrismum.*

ΜΑΝΤΙΝΙΑΚΗ.

Hæc Mantineæ, Arcadiæ urbi, propria; atque inde dicta. Athenæus *lib.* I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαί. ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. *Saltationes gentiles istæ; Laconicæ, Trœzeniacæ, Epizephyrii, Creticæ, Ionicæ, Mantiniacæ; quas præfert Aristoxenus propter manuum gesticulationem.*

ΜΗΔΙΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Apud Athenæum ita laudatur, *lib.* XIV. Σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνὴς χερσὶ, μηδιποδισμὸς, ξύλου παράληψις. *Scopus, manus præceps manibus, medipodismus, ligni adsumptio.* Sed corruptum locum esse, depravatumque istud nomen, ostendo infra in χεὶρ σιμή.

ΜΗΝΕΣ.

Charinorum saltatio erat, ita dicta ab athleta inventore. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μῆνες, Χαρίνων ὄρχημα, ἐπώνυμον δ' ἦν τοῦ εὑρόντος ἀθλητοῦ. *Et menses, saltatio Charinorum: habebat autem nomen ab athleta qui invenit.* Sed quinam isti Charini? Puto rectius multo esse, Λαρίνων ὄρχημα, *Larinorum saltatio.*

ΜΙΜΗΤΙΚΗ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Μιμητικὴν δὲ ἐκάλουν, δι' ἧς ἐμιμοῦντο τοὺς ἐπὶ τῇ κλοπῇ τῶν ἑώλων κρεῶν ἁλισκομένους, λαμπροτέραν δὲ, ἣν ὠρχοῦντο γυμνοὶ σὺν αἰσχρολογίᾳ. *Vocabant vero Imitatricem, per quam imitabantur eos, qui in furto partium pridiani cibi deprehendebantur: Splendidiorem autem, quam saltabant nudi cum sermonum fœditate.*

ΜΟΓΡΑΣ.

Inter saltationes furiosas enumerat Athenæus *lib.* XIV. Μανιώδεις δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, κερνοφόρος, καὶ μόγγας, καὶ θερμαυστρίς. *Furibundæ autem saltationes sunt, Cernophorus, & Mongas, Thermaystris.*

ΜΟΘΩΝ.

Hesychius. Μόθων, εἶδός τι ὀρχήσεως. *Mothon, species quædam saltationis.* Scholiastes Aristophanis *Equitibus.* Μόθωνας ἐκάλουν οἱ Λάκωνες, τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις. ἔστι δὲ καὶ γένος ὀρχήσεως. *Mothonas vocarunt Laconem, pedisequos ingenuorum: est vero etiam species saltationis.* Censebatur inter illaudatas saltationes. Aristophanis Scholiastes alibi *ad eandem Fabulam.* Μόθων, φορτικὸν ὀρχήσεως εἶδος. *Mothon, ingratum saltationis genus.* Ac servilem fuisse ait idem *ad Plutum.* Μόθων, εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως. *Mothon, genus turpis ac servilis saltationis.* Idem Suidas testatur. Μόθων, ὁ φορτικὸς, καὶ ἄτιμος. καὶ εἶδος αἰσχρᾶς καὶ δουλοπρεποῦς ὀρχήσεως, καὶ φορτικῆς. *Mothon, difficilis, & abjectus. & species fœdæ ac servilis saltationis & ingratæ.* Pollux nauticam appellat, *lib.* IV. *cap.* XIV. Ὁ δὲ μόθων, φορτικὸν ὄρχημα, καὶ ναυτικόν. *Mothon vero, saltatio ingrata & nautica.* Erat vero & saltatio, & tibiæ cantus, ad quem saltabatur. Athenæus *lib.* XIV. Κρουσίθυρον, κνυσμὸς, μόθων, ταῦτα πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Crusithyron, Cnismus, Mothon: hæc omnia cum saltatione canebantur tibia.* Eustathius ex eo *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς ὁ Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο. *Tibiæ inflationum nominationes, prout Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Sed cum saltatione, dicit, ista canebantur tibia.*

ΜΟΛΟΣΣΙΚΗ.

Athenæus *lib.* XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται, δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις. *Stabiliora vero, & magis varia, & saltationem simpliciorem habentia, vocantur Dactylus, Jambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis.*

ΜΟΡΦΑΣΜΟΣ.

In ea imitabatur omne genus animalia; atque inde nomen Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ὁ δὲ μορφασμὸς, παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. *Sed morphasmus, conformatio, omnium animalium erat imitatio.* Athenæus inter ridiculas recenset, *lib.* XIV. Γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε, καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαύξ. *Ridiculæ vero saltationes sunt Igdis, & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas: præterea etiam Morphasmus, & Noctua.* Hæc ipsa est, quam designat Aristænetus *lib.* I. *Epist.* XXVI. quæ est Speusippi ad Panareten saltatricem. Καὶ φύσεως ἁπάσης ἐναργὴς ὑπάρχει εἰκὼν, ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη. καὶ οἷά τις Φάριος Πρωτεὺς ἄλλοτε πρὸς ἄλλα, μεταβεβλῆσθαι δοκεῖς πρὸς τὴν εὔμουσον τῶν ὑπορχημάτων ᾠδήν. *Et naturæ cujuslibet manifesta est imago pro coloribus & lingua manum multiformem & moribus variis usurpans; & tanquam*

aliquis Pharius Proteus alias ad alia transmutatus esse videris ad illam concordem subsultationum cantilenam. Et ad hanc respexit Lucianus *de Salt.* Δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον οὐκ ἄλλο τι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέγειν. *Videtur enim mihi vetus fabula & Protea Ægyptium nihil dicere quam saltatorem quendam fuisse.*

ΝΙΒΑΤΙΣΜΟΣ.

Saltatio Barbarica. Hesychius. Νιβατισμὸς, εἶδος ὀρχήσεως βαρβαρικῆς. *Nibatismus, genus saltationis barbaricæ.* Sed scribendum potius censeo, Νιβαδισμός. Nam Νιβάδες, ut idem Hesychius ibidem exponit, dicebantur αἱ τοὺς λόφους ἔχουσαι αἶγες. *Capræ in collibus pascentes.* Inde Νιβαδίζειν, capras imitati; & Νιβαδισμὸς, verbale. Notum autem, capras saltu maxime valere. Minus recte Νικατισμὸς scribitur apud Athenæum *lib.* XIV. Τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα καλεῖται δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος, νικατισμὸς, Θράκιος, κολαβρισμὸς, τελεσίας. *Saltationem simpliciorem habentia vocantur Dactylus, Jambice, Molossice, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persice, Phrygius, Nicatismus, Thracius, Colabrismus, Telesias.*

ΝΙΟΒΗ.

Hac fabula de Niobe repræsentabatur. Ausonius *in saltatorem ineptum*, Epigrammate LXXXIII.

Idem qui Nioben saltavit saxeus, ut tum
Spectator veram crediderit Nioben.

Iterum *Epigramm.* sequenti LXXXIV.

Daphnen, & Nioben, saltavit simius idem;
Ligneus ut, Daphnen: saxeus ut, Nioben.

Postremum de isto Palladæ translatum, quod exstat *Antholog.* lib. II. Tit. XXXVIII. cujus lemma est, εἰς ὀρχηστάς.

Δάφνην, καὶ Νιόβην, ὠρχήσατο Μέμφις ὁ σιμός.
Ὡς ξύλινος, Δάφνην, ὡς λίθινος, Νιόβην.
Daphnen & Nioben saltavit Memphis ille simus.
Ut ligneus, Daphnen; ut lapideus, Nioben.

Prius de isto Lucillii, quod exstat *ibidem*.

Ἢ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐσσὶ παλαιφάτου, ἢ ἀπὸ πέτρης,
Ὀρχηστής, Νιόβης ἔμπνοον ἀρχέτυπον.
Aut enim ab quercu est vetusta, aut ab petra,
Saltator, Niobæ spirans exemplar.

ΝΥΜΦΑΙ.

Hæc Nymphas exprimebat, atque inde dicta. Plato meminit, *de Leg.* lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέρων; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστὶ, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας καὶ Σειληνοὺς καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατοινωμένους. *Igitur saltationem, de qua ambigitur, oportet primum sine illa, quæ non dubitatur, dissecare. Quæ igitur ista, & ubi oportet separatim secare utrisque? Quæcunque quidem & Bacchica est, & eorum has sequentium, quas Nymphas & Panas & Silenos & Satyros cognominantes, prout dicunt, imitantur vino demersos.* Xenophon in *Convivio*. Εἰ δὲ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ ἂν οἶμαι αὐτούς γε ῥᾷον διάγειν, καὶ τὸ συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι. *Sin autem saliantur ad tibiam figuræ, in quibus & Charites & Horæ & Nymphæ pinguntur, multo reor illos facilius transigere, & convivium longe venustius esse.*

ΝΥΣΣΙΑ.

Quæ a civibus urbis Nyssi in honorem Bacchi saltabatur. Sophocles *Ajace*.

——ὅπως μοι
Νύσια Κνώσια
ὀρχήματα αὐτοδαῆ
ξυνὼν ἰάψῃς.
Νῦν γὰρ ἐμοὶ μέλει χορεῦσαι.

——*Ut mihi*
Nyssia Cnossia
Saltationes sponte perceptas
Præsens jungas.
Nunc enim mihi curæ est choreas ducere.

Ad quem locum Demetrius Triclinius. Νύσσος, καὶ Κνωσσὸς, πόλεις. ἐν αἷς Διονύσου τιμωμένου ὀρχήσεις ἐγίνοντο. *Nyssus & Cnossus urbes. in quibus Bacchi celebrati saltationes fiunt.*

ΞΙΦΙΣΜΟΣ. sive ΞΙΦΙΣΜΑ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. ubi saltationum varias species enumerat. Ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμός. *Vocabatur autem aliquod etiam xiphismus, & podismus.* Athenæus *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, καλαθισμὸς, καλλαβίδες. *Formæ autem sunt saltationis Xiphismus, Calathismus, Callacides.* Hesychius. Ξιφισμάτων, ὀρχημάτων. *Xiphismaton, saltationum.* Saltabant autem cum gladiis, & nimirum inde nomen. *Etymologici* Auctor. Ξιφίσματα σημαίνει ὀρχήσεις τινὰς ποιὰς, ὡς τῶν ὀρχουμένων ξιφήρων ὄντων. *Xiphismata denotant saltationes aliquas certi generis, utpote saltantibus enses habentibus.* Et extensa manu. Observare est ex ejusdem Hesychii verbis. Ξιφίζειν, ἀνατείνειν τὴν χεῖρα, καὶ ὀρχεῖσθαι. *Xiphizein, sursum tendere manum, & saltare.* Erat vero instar emmeliæ. Idem Hesychius. Ξιφισμὸς, σχῆμα ὀρχηστικὸν τῆς λεγομένης ἐμμελείας ὀρχήσεως. *Xiphismus, forma saltatoria saltationis quæ dicitur Concinnitas.* Iterum alibi. Ἀποξιφίζειν, ὀρχεῖσθαι ποιὰν ὄρχησιν. ὁ γὰρ ξιφισμὸς, σχῆμα τῆς ἐμμελείας, τραγικῆς ὀρχήσεως. *Apoxiphizein, saltare quandam saltationem. Nam xiphismus forma concinnitatis, quæ tragica saltatio.* Suidas. Ξιφισμὸς, σχῆμά ἐστι τῆς ἐμμελείας καλουμένης. *Xiphismus, forma est concinnitatis, quæ vocatur.* Eustathius *ad Iliad.* σ'. Ὁ δὲ Παυσανίας λέγει καὶ ὅτι ὀρχήσεως εἶδος καὶ ὁ ξιφισμὸς, καὶ σχῆμα ἐμμελείας. *Sed Pausanias dicit & speciem saltationis quoque Xiphismum, & formam concinnitatis.* Eadem vero saltatio Κῶλα dicebatur. Hesychius. Κῶλα, ὀστᾶ, μέλη, ἢ ὅπλα. καὶ εἶδος ὀρχήσεως, ὃ καὶ ξιφισμός. *Cola, ossa, cantilenæ, aut arma; & species saltationis, & xiphismus.* Meminit ejus Crates Trophonio, apud Etymologici Auctorem *in* Διαρρικνοῦσθαι.

Ξίφιζε, καὶ σπόδιζε, καὶ διαρρίκνου.
Salta manu elata ad ensis faciem, & cineribus
opple, & lumbos acriter circumage.

ΞΥΛΟΥ ΠΑΡΑΛΗΨΙΣ.

Athenæus in saltationum catalogo, *lib.* XIV. Ξύλου παράληψις, ἐπαγκωνισμὸς, καλαθισμὸς, στρόβιλος. *Ligni adsumptio, in ulnam receptio, Calathismus, Strobilus.* Erat autem inter tragicas. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μὴν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου παράληψις. *Et quidem tragicæ saltationis formæ, Sima, Cheirocalathiscus, Manus præceps, Ligni adsumtio.*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Hac Oedipus repræſantabatur. Macrobius *Sat.* lib. VII. cap. VII. *Saltabat Hylas Oedipodem. & Pylades hac voce ſecuritatem ſaltantis caſtigavit.* Σὺ βλέπεις. Saltabatur autem ad cantum. Itaque obſervare eſt apud Suetonium in *Nerone* cap. XXI. *Inter cætera cantavit Canacen parturientem, Oreſtem matricidam, Oedipodem excœcatum.*

ΟΚΛΑΣΜΑ.

Eadem cum Perſica ſaltatione, de qua mox dicemus. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως. καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερά. καὶ πολεμική. ἦν δὲ καὶ κωμαστική, μάχην καὶ πληγὰς ἔχουσα. καὶ ἡδύκωμος, ἡδίων, καὶ κνισμὸς, καὶ ὄκλασμα. οὕτω γὰρ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν καὶ σύντονον. *Erat vero & Comus ſpecies ſaltationis; & Tetracomus, Herculi ſacra; & bellica. Erat vero & Comaſtice, pugnam & verbera habens; & Hedycomus, Suavior, & Cniſmus, & Ingeniculatio. Sic enim in Theſmophoriazuſais nominatur ſaltatio Perſica & vehemens.* Sed corruptus iſte locus, ſcribendumque, Τοῦτο γὰρ ἐν Θ. *Illud enim in Th.* Ariſtophanem deſignat; qui in *fabula* iſta τὸ Περσικὸν non vocat Ὄκλασμα, ut vult hæc lectio; ſed τὸ ὄκλασμα contra vocat Περσικόν. Locus ecce iſte eſt.

> Σὺ δ' ὦ Τερηδὼν ἐπαναφύσα Περσικόν.
> *Tu vero o Teredon exſuffla Perſicum.*

Ipſum ſaltationis nomen Ὄκλασμα dicebatur, ſed quia Perſica erat, ideo eam Περσικὸν ſc. ὄρχημα appellavit Ariſtophanes. Hoc voluit indicare Pollux. Nuncupabatur vero Ὄκλασμα, quia inter ſaltandum flexis genibus procumbebant. Xenophon *De Cyri Exped.* lib. VI. Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κροτῶν τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο. καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. *Tandem vero Perſicum ſaltabat, pulſans peltas, & ingeniculabatur, & rurſus ſtabat: eaque omnia in rhythmo ad tibiam faciebat.* Ubi ſimul hoc obſerva, ad tibiæ cantum ſaltari conſueviſſe. Meminit plenius Heliodorus *Æthiopicorum* extremo IV. Καὶ τοὺς μὲν αὐτοῦ καταλιπὼν, πρὸς αὐλοῖς ἔτι καὶ ὀρχήσεσιν ὄντας, ἃς ὑπὸ πηκτίδων ἐπίτροχον μέλος Ἀσσύριόν τινα νόμον ἐσκίρτων, ἄρτι μὲν κούφοις ἅλμασιν εἰς ὕψος αἰρόμενοι, ἄρτι δὲ τῇ γῇ συνεχὲς ἐποκλάζοντες, καὶ στροφὴν ὁλοσώματον, ὥσπερ οἱ κάτοχοι, δινοῦντες. *Et eos quidem ibi relinquens, tibiis adhuc & ſaltationibus deditos, quas ſub plectris volubilem cantilenam Aſſyrium quendam nomon exſiliebant, modo quidem levibus ſaltibus in altum elati, modo autem in terra continenter ingeniculantes, & converſionem univerſi corporis, tanquam inſpirati, volventes.*

ΟΡΜΟΣ.

Erat adoleſcentibus pariter ac puellis communis; qui in ea alternatim inter ſe implexi inſtar monilis, unde nomen. Ducebat choream adoleſcens, eumque puella, decenter ſaltans, ſequebatur. Lucianus docet, lib. *de Salt.* Ὅμοια δὲ καὶ οἱ τὸν ὅρμον καλούμενον ὀρχούμενοι ποιοῦσιν. ὁ δὲ ὅρμος, ὄρχησίς ἐστι κοινὴ ἐφήβων τε καὶ παρθένων παρ' ἕνα χορευόντων, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅρμῳ ἐοικότων. καὶ ἡγεῖται μὲν ὁ ἔφηβος, τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. ἡ παρθένος δὲ ἕπεται κοσμίως, τὸ θῆλυ χορεύειν διδάσκουσα, ὡς εἶναι τὸν ὅρμον ἐκ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας πλεκόμενον. *Similia vero & illi faciunt, qui ſaltant Hormum, quem vocant. Hormus vero ſaltatio eſt communis ephebor um & virginum ſingulatim choream ducentium, & quam veriſſime monili ſimilium. Et præit quidem ephebus, juvenilia ſaltans, & quibuſcunque poſtea in bello utetur. Puella vero ſequitur modeſte, puellas agere choream docens, ut ſit Hormus ex continentia & virilitate nexus.* Hæc eſt illa ipſa, cujus meminit Homerus, a Dædalo inſtitutam dicens. Locus eſt *Iliad.* XVIII.

> Ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις,
> Τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσσῷ εὐρείῃ
> Δαίδαλος ἤσκησεν καλλιπλοκάμῳ Ἀριάδνῃ.
> Ἔνθα καὶ ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
> Ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.
>
> *Sed & chorum in eo variegavit inclitus Vulcanus,*
> *Iſti ſimilem, qualem aliquando in Cnoſſo lata*
> *Dædalus exaravit pulchricomæ Ariadnæ.*
> *Ibi quidem adoleſcentes & virgines eminentes*
> *Saltabant, invicem in carpo manus tenentes.*

Nam olim, cum viri ſemper ſequiorque ſexus ſeorſim ſaltarent, poſtea una juvenes ſeptem, qui cum Theſeo e labyrintho incolumes rediiſſent, puellæque totidem, Dædalo docente, plexis manibus ſaltare incœperunt. Euſtathius *ad citatum Homeri locum.* Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ, ὅτι διακεχωρισμένως χορευόντων τὸ πρὶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, πρῶτοι οἱ μετὰ Θησέως σωθέντες ἐκ τοῦ λαβυρίνθου ἑπτὰ ἠΐθεοι, καὶ τοσαῦται παρθένοι, ἀναμὶξ ἐχόρευσαν, ὑπὸ καθηγητῇ τῷ Δαιδάλῳ. *Dicunt autem vetuſti, antea ſeparatim choros agentibus viris & fæminis, primos illos, qui cum Theſeo ſervati ſunt ex labyrintho ſeptem adoleſcentes & totidem virgines, mixtim choream celebraſſe ſub ductore Dædalo.* Et poſtea. Σημείωσαι δ' ἐνταῦθα, ὅτι οὐ τῷ Θησεῖ τῷ ἀλλοδαπῷ τὸν χορὸν ἐκεῖνον ὁ ἐκ Κρήτης, Δαίδαλος ἤσκησεν, ἀλλὰ τῇ τῶν βασιλέων θυγατρὶ Ἀριάδνῃ, τῇ τοῦ Θησέως ἐρωμένῃ. *Hic vero nota, non Theſeo alienigenæ chorum illum ex Creta iſtum Dædalum celebraviſſe, ſed regum filiæ Ariadnæ, Theſei amatæ.* In hanc ipſam rem eſt locus Philoſtrati Junioris in *Iconibus*, ubi Myſos deſcribit. Λοιπὸς, οἶμαι, χορός τις οὑτοσὶ προσόμοιος τῷ Δαιδάλου. φασὶ δ' αὐτὸν Ἀριάδνῃ τῇ Μίνω πρὸς αὐτοῦ δοθῆναι. τίς δ' ἡ τέχνη; παρθένοις ἠΐθεοι τὰς χεῖρας ἐπιπλέξαντες χορεύουσι. *Reliquus, opinor, chorus aliquis hic perſimilis Dædaleo. Dicunt vero illum Ariadnæ Minois filiæ ab eo datum eſſe. Quod vero artificium? virginibus adoleſcentes manus innectentes chorum celebrant.* Et alludit Calliſtratus Ἐκφράσεσι, ubi de ſtatua Cupidinis. Ἐμοὶ δὲ θεασαμένῳ τὴν τέχνην ἐπῄει πιστεύειν, ὅτι καὶ χορὸν ἤσκησε κινούμενον Δαίδαλος. *Mihi autem videnti artem inceſſebat credere, quaſi etiam chorum exerceret mobilem Dædalus:* Sub poſterioribus Imperatoribus Conſtantinopolitanis manſit id ſaltationis genus, & nautis maxime uſitatum. Euſtathius *loco citato.* Καὶ τὸ ἔργον ἐκεῖνο τοῦ Δαιδάλου μετῆλθεν εἰς μίμησιν. καὶ νῦν ἔτι πολλοὶ, καὶ μάλιστα ναυτικοὶ, ὅσοι πρὸς τὸ παλαιὸν ἀνδρῶδες παρεκνεύουσι, χορόν τινα ἑλίττουσι ποικιλόστροφον καὶ πολυκαμπῆ, τὰς τοῦ λαβυρίνθου μιμεῖσθαι θέλοντες ἕλικας. *Et factum iſtud Dædali tranſiit in imitationem. Et hodieque multi, & maxime nautici, quotquot ad illam priſcam virilitatem inclinant, chorum quendam volvunt multis ambagibus & flexibus, labyrinthi imitari volentes errorem.* Porro in verbis Luciani, initio laudatis, iſtud obſerva, quod dicat; τὰ νεανικὰ ὀρχούμενος, καὶ ὅσοις ὕστερον ἐν πολέμῳ χρήσεται. *Juvenilia ſaltans, & qualibus poſtea in bello utetur.* Hinc eſt nimirum, quod Apulejus *Bellicoſum* appellat, *Mileſ.* x. *Pone tergum tibicen hormum canebat bellicoſum, & permiſcens bombis gravibus tinnitus acutos, in modum tubæ, ſaltationis agilis vigorem ſuſcitabat.*

ΟΡΣΙΤΗΣ.

Erat Cretensium. Athenæus *lib.* XIV. Καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς ὀρχήσεως, καὶ αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῆς, ὡς παρὰ Κρησὶν ὀρσίτης, καὶ ἐπικρήδιος. *Et omnis ille modus saltationis, & illæ multæ cognominationes earum, ut apud Cretas Orsites, & Epicredius.*

Π Α Ν.

Hac Pan exprimebatur. Plato *de Leg.* lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὄρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου διατεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῆ δεῖ χωρὶς τέμνειν τὴν ἑκατέραν, ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστὶν, καὶ τῶν ταύταις, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας, καὶ Σειληνοὺς, καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατοινωμένους. *Igitur ambiguam saltationem oportet primum absque illa, de qua non ambigitur, dissecare. Quæ igitur ista, & ubi oportet seorsum secare utramque? Quæcunque quidem est Bacchica, & quæ his similes, quas & Nymphas & Panas, & Silenos, & Satyros cognominantes, ut dicunt, imitantur vinosos.* Longus Ποιμενικῶν *lib.* II. Οἱ δὲ μάλιστα ταχέως ἀναστάντες, ὠρχήσαντο τὸν μῦθον τοῦ Λάμωνος. ὁ Δάφνις Πᾶνα ἐμιμεῖτο. *Illi vero citissime resurgentes, saltabant fabulam Lamonis. Daphnis Panem imitabatur.*

ΠΑΝΟΣΚΩΛΟΝ.

Hesychius. Πανόσκωλον, ὄνομα σχήματος. *Panoscolon, Panis crus, nomen figuræ.*

ΠΑΡΑΒΗΝΑΙ ΤΕΤΤΑΡΑ.

Inter tragicas saltationes censebatur. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σίμη, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνὴς, ξύλου παράληψις, διπλῆ, θερμαυστρὶς, κυβίστησις, παραβῆναι τέτταρα. *Et quidem tragicæ saltationis figuræ, Sima, Cheirocalathiscus, Manus præceps, Ligni assumtio, Dipla, Thermaystris, Jactatio in caput, Excedere quatuor.*

Π Α Ρ Ι Σ.

In hac Paridis judicium repræsentabatur. Apulejus *Mil.* x. *At ubi discursus reciproci multimodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit, aulæo subducto, & complicitis sipariis, Paridis scena disponitur.* Vocatur ab eo *scena Paridis*, in qua Paris saltandus esset. Et habes in verbis illic sequentibus id, quod dicimus, bellissime expressum.

ΠΕΡΣΙΚΗ.

A gente Persarum dicta. Athenæus *lib.* XIV. Τὰ δὲ στασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὴν ὄρχησιν ἁπλουστέραν ἔχοντα, καλεῖται δάκτυλος, ἰαμβικὴ, Μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος. *Stabiliora autem, & magis varia, & saltationem habentia simpliciorem, vocantur Dactylus, Jambica, Molossica, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persica, Phrygius.* Hesychius. Περσικὰ, εἴδη καρύων. ἢ εὐτελῆ ὑποδήματα, καὶ ὀρθαὶ βακτηρίαι. καὶ ὄρχησις, Περσική. *Persica, genera ficuum; aut viles calcei, aut recta bacilla; & saltatio, Persica.* Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν, καὶ συντονον. *In Thesmophoriazusis nominatur, saltatio Persica, & contenta.* Aristophanis, quem designat, in ea *fabula* locus est.

> Σὺ δ' ὦ Τερήδων ἐπαναφύσα Περσικόν.
> *Tu vero o Teredon exsuffla Persicum.*

Inter saltandum in genua procumbebant. Observare est apud Xenophontem *de Cyri Exped.* lib. VI. Τέλος δὲ τὸ Περσικὸν ὠρχεῖτο, κρούων τὰς πέλτας, καὶ ὤκλαζε, καὶ ἀνίστατο. *Denique vero Persicum saltabat, pulsans peltas, & ingeniculabatur, & resurgebat.* Atque inde Ὄκλασμα etiam dicebatur, ut paulo ante in illa voce a me ostensum est. Saltabant vero ad tibiæ cantum. Xenophon clare illud indicat, cum *citatis verbis* subjungit. Καὶ ταῦτα πάντα ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐποίει. *Et hæc omnia in numero ad tibiam faciebat.* Et hinc est illud in *citato* Aristophanis *versu*,

> —— ἐπαναφύσα Περσικόν
> —— *Exsuffla Persicum.*

ΠΙΝΑΚΙΣ.

Saltabatur hæc quoque ad tibiæ cantum, Athenæus *lib.* XIV. Μετ' αὐλῶν δὲ ὠρχοῦντο τὴν τοῦ κελευστοῦ, καὶ τὴν καλουμένην πινακίδα. *Cum tibiis vero saltabant saltationem celeustæ, & illam vocatam pinacida, vel tabellam.* Dicebatur etiam plurali numero,

ΠΙΝΑΚΙΔΕΣ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Τὰς δὲ πινακίδας ὠρχοῦντο, οὐκ οἶδ' εἴτ' ἐπὶ πινάκων, εἴτε πίνακας φέροντες. *Pinacidas vero, vel tabellas saltabant, nescio utrum supra tabulas, an tabulas ferentes.* Corruptus hodie de hac saltatione Hesychii locus. Πινακιδοῦς, ὄρχησις ποιά. *Pinacidus, saltatio certa.* Restituo, Πινακίδες, ὄρχησις π. *Pinacides, saltatio c.*

ΠΟΔΙΚΡΑ.

Laconum erat. Hesychius. Ποδίκρα, ὄρχησις πρὸς πόδα γινομένη. Λάκωνες. *Podicra, saltatio ad pedem fieri solita; Lacones.*

ΠΟΔΙΣΜΟΣ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου. ἐκαλεῖτο δέ τι καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμὸς, καὶ ῥικνοῦσθαι. *Armatæ saltationes, Pyrrhicha & Telesias, nomina nactæ ab duobus judicibus saltatorum, Pyrrhicho & Telesia. Vocabatur vero etiam Xiphismus, & Podismus, & Lumbum jactare.* Et Ποδίζειν dicebatur ipse actus. Crates Trophonio apud Etymologici Auctorem *in* Διαῤῥικνοῦσθαι.

> Ξίφιζε, καὶ πόδιζε, καὶ διαῤῥίκνου.
> *Salta manu extenta ad ensis instar, & compedes injice, & lumbos circumage.*

Ita enim illum locum emendandum esse censeo. Perperam editur,

> Ξίφιζε, καὶ σπόδιζε. ——
> *Salta manu ad gladii modum extenta, & cineribus opple.*

ΠΟΙΦΥΓΜΑ.

Hesychius. Ποίφυγμα, σχῆμα ὀρχηστικόν. *Pœphygma, forma saltatoria.* Videtur fuisse saltatio quædam composita ad terrorem incutiendum, dicta ἀπὸ τοῦ ποιφύσσειν, quod est ἐκφοβεῖν.

ΠΟΛΕΜΙΚΗ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δὲ κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερά. καὶ πολεμική. *Erat vero Comus, species saltationis, & Tetracomus, Herculi sacra; & bellica.* Erat inter eas, quæ ad tibiæ cantum saltabantur. Athenæus *lib.* XIV.

Αὐλήσεων δ' εἰσιν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiæ vero inflationum nomina, ut ait Tryphon in ſecundo Nominationum, iſta; Comus, Bucoliaſmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod ipſum & Cruſithyron, Cniſmus, Mothon. Hæc vero omnia cum ſaltatione canebantur tibia.* Et ex eo Euſtathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεως ὀνομασίαι, ὡς Ἀθηναῖος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως * δέ, φησιν, αὐτὰ ηὐλεῖτο, καθὰ ἱστορεῖ Τρύφων. *Tibiæ inflandæ nominationes, ut Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, quod & Cruſithyron, Cniſmus, Mothon. Cum ſaltatione autem, ait, iſta canebantur tibia, prout memorat Tryphon.*

ΠΡΥΛΙΣ.

Callimachus *Hymno in Jovem*.

Οὖλα δὲ Κούρητες γε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
Τεύχεα πεπλήγοντες. ——
Salubria autem Curetes prylin circumſaltaverunt
Arma percutientes. ——

Erat armata ſaltatio. Et Scholiaſtes ibi πρύλιν interpretatur, ἐνόπλιον. Heſychius eandem cum Pyrricha facit. Πρύλιν, πυρρίχην, *Prylin, pyrrhicham.* Ariſtoteles Pyrricham Cypriorum lingua πρύλιν vocari auctor eſt. Docet Scholiaſtes Pindari *Pythionic.* Od. II. Ἀριστοτέλης δὲ, πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυρρίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. *Ariſtoteles vero primum Achillen ad Patrocli rogum dicit pyrrhiche uſum fuiſſe, quam apud Cyprios ait prylin dici.*

ΠΥΛΑΔΕΙΟΣ.

Hæc a Pylade, ſaltatore nobiliſſimo, ita dicta. Plutarchus *Sympoſ.* lib. VII. Quæſt. VIII. Ἀποπέμπω δὲ τῆς ὀρχήσεως μὲν Πυλάδειον, ὀγκώδη, καὶ παθητικὴν, καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. *Dimitto autem ab ſaltatione quidem Pyladeam, tumidam, & concitatam, & multarum larvarum.* Athenæus *lib.* I. Ἦν δὲ ἡ Πυλάδου ὄρχησις ὀγκώδης, παθητική τε, πολύκοπος. *Erat vero Pyladæ ſaltatio tumida, & concitata, & multi laboris.* Et obſerva, tumidam fuiſſe; quod ideo fuit, quia Tragœdiæ, in qua talia alia omnia, propria erat: nam in Tragœdiis ſaltabat hic Pylades, ibique excellebat, in Comœdia ſibi diſſimilis, in qua regnum Bathyllus tenebat. Accipere licet ex Seneca Rhetore *Declam.* lib. III. ubi in Epiſtola ad Novatum, Senecam, & Melam, filios, ita ait. *Equorum non omnium, quamvis celeberrimi ſint, idonea curriculis velocitas eſt. Quidam melius equitem patiuntur, quidam jugum. Et ut ad morbum te meum vocem, Pylades in Comœdia, Bathyllus in Tragœdia, multum a ſe aberant.* Huc pertinet Epigramma Boethi, quod extat *Anthologiæ* lib. I. cap. XI.

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον,
Κωμάζων Λιῶαις σύν ποτε καὶ Σατύροις,
Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον
Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,
Παυσαμένη ζήλου Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη,
Ἐψεύσω Σεμέλη, Βάκχον ἐγὼ δ' ἔτεκον.

* *Quippe temere hic edebatur* αὐλήσεως.

Si talis Bacchus in ſacrum venit Olympum,
Comeſſabundus cum prælis aliquando & ſatyris,
Qualem artificioſus Pylades ſaltavit illum
Recta de tragicis præcepta muſarum ſtudioſis,
Omittens invidiam Jovis dixerit conjux Juno
Mentita fuiſti Semele, ſed Bacchum ego peperi

In quibus verſibus plana omnia, & recta: nec cauſæ eſt, cur vir magnus mutatum quid vellet.

ΠΥΡΡΙΧΗ.

Erat armata ſaltatio. Suidas. Πυρρίχαις, ταῖς ἐνοπλίαις ὀρχήσεσι. *Pyrrhichis, armatis ſaltationibus.* Pollux *lib.* IV. *cap.* XIII. Πυρρίχη, εἶδος ἐνόπλου ὀρχήσεως. *Pyrrhicha, ſpecies armatæ ſaltationis.* Scholiaſtes Ariſtophanis *Avibus*. ἐνόπλιος ὄρχησις ἡ πυρρίχη. *Armata ſaltatio Pyrrhicha.* Heſychius: Πυρρίχας, τὰς ἐνοπλίους ὀρχήσεις. *Pyrrhichas, armatas ſaltationes.* Ulpianus *ad Olynth.* II. Τῶν ὀρχήσεων ἡ μέν ἐστι πολεμικὴ, ὡς ἡ πυρρίχη. ἡ δὲ γελοιαστικὴ, ᾗ χρῶνται ἐν θεάτροις, καὶ πότοις. *Saltationum alia quidem eſt bellica, ut pyrricha; alia vero ridicularis, qua utuntur in theatris & potationibus.* Scholiaſtes Hephæſtionis de pyrrichio pede. Ὀξεῖαν ποιεῖται τὴν κίνησιν τῶν χρόνων, ὥσπερ καὶ ἡ καλουμένη πυρρίχη, ἐνόπλιος ὄρχησις οὖσα. *Acutam facit commotionem temporum, ſicut & quæ vocatur pyrrhiche, armata ſaltatio.* Pertinebat autem ad poeſim Lyricam. Athenæus *lib.* XIV. Τρεῖς εἰσὶ τῆς σκηνικῆς ποιήσεως ὀρχήσεις, τραγικὴ, κωμικὴ, σατυρική. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως τρεῖς, πυρρίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική. *Tres ſunt ſcenicæ poeſeos ſaltationes, Tragica, Comica, Satyrica. Similiter vero etiam lyricæ poeſeos tres, Pyrrhiche, Gymnopædice, vel nuda puerilis, & Hyporchematice.* Qualis autem ea fuerit, obſervare eſt apud Platonem *De Leg.* lib. VII. Τὴν πολεμικὴν (ὄρχησιν) δὴ τούτων, ἄλλην οὖσαν τῆς εἰρηνικῆς, πυρρίχην ἄν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι. τὰς δὲ εὐλαβείας πασῶν πληγῶν καὶ βολῶν ἐκνεύσεσι καὶ ὑπείξει πάσῃ καὶ ἐκπηδήσεσιν ἐν ὕψει καὶ ξὺν ταπεινώσει μιμουμένην, καὶ τὰς ταύταις ἐναντίας, τὰς ἐπὶ τὰ δραστικὰ φερομένας αὖ σχήματα, ἔν τε ταῖς τῶν τόξων βολαῖς καὶ ἀκοντίων καὶ πασῶν πληγῶν μιμήματα ἐπιχειρούσας μιμεῖσθαι. *Bellicam (ſaltationem) ex his, diverſam ab Pacifica, Pyrrhicham recte quis appellaverit; ſcilicet cautelas omnium plagarum & jactuum declinationibus & ceſſione omni & exſultationibus in alto & cum contractione imitantem, eaſque quæ ſunt his contrariæ, ad agiles geſtus comparandos adjuvantes, tum in ſagittarum jactibus & jaculorum & omnium plagarum exempla imitari conantes.* Nomen accepit ab inventore Pyrrho. Solinus, ubi de Creta loquitur, *cap.* XVII. *Prima mari potuit navibus, & ſagittis; prima literis jura junxit. Pyrrichen docuit, Pyrrho repertore.* Ita Proclus quoque in *Chreſtomathia*. Εὑρετὰς δὲ τούτων φασὶν οἱ μὲν Κούρητας. οἱ δὲ, Πύρρον τὸν Ἀχιλλέως, ὅθεν καὶ πυρρίχην τι εἶδος ὀρχήσεως λέγουσιν. *Inventores vero earum dicunt alii quidem Curetas; alii vero Pyrrhum Achillis filium, unde quoque Pyrrhicham, ſpeciem quandam ſaltationis, dicunt.* Diomedes *lib.* III. *Quæ compoſitio hujuſcemodi modulationi Pyrrhichæ convenit. Vel a Pyrrho, Achillis filio, qui crebris & citis exultationibus; his breviter prominentem clypeum genibus incumbens, & per hunc terrorem hoſtibus immittens, inferebatur.* Alii Pyrrhichum quendam Lacedæmonium inventorem eſſe volunt. Athenæus *lib.* XIV. Ἀριστόξενος δέ φησι τὴν πυρρίχην ἀπὸ Πυρρίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος, τὴν προσηγορίαν λαβεῖν. *Ariſtoxenus autem dicit ab Pyrrhicho, Lacone ab origine, appellationem accepiſſe.* Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις,

σεις, πυῤῥίχη τε ϗ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχε τε ϗ Τελεσίε. *Armatæ saltationes, Pyrrhicha & Telesias, cognomina adeptæ ab duobus judicibus saltatorum, Pyrrhichi & Telesiæ.* Strabo *lib.* x. Ἡ δὲ ἐνόπλιος ὄρχησις στρατιωτικὴ, ἡ ϗ πυῤῥίχη. δηλοῖ δὲ ϗ ὁ Πύῤῥιχος· ὅν φασιν εὑρετὴν εἶναι τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως τῶν νέων ἐπὶ τὰ στρατιωτικά. *Sed armata saltatio militaris, quæ & Pyrrhiche. Manifestat vero etiam Pyrrhichus; quem ajunt inventorem esse hujusmodi exercitationis adolescentum ad militaria.* Eustathius *ad Iliad.* ί. Τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν, ἥτις ὑπὸ Κυρήτων κατεδείχθη, Πύῤῥιχος συντάξας, πυῤῥίχην ἀφ' ἑαυτῦ ἐκάλεσεν. *Armatam saltationem, quæ ab Curetibus demonstrata fuit, Pyrrhichus componens, ab se vocavit Pyrrhicham.* Iterum *ad Iliad.* ν'. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις ϗ ἡ Πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχῦντο, κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχε ἀνδρὸς Λάκωνος. *Erat vero bellica saltatio etiam Pyrrhiche, quam armati pueri saltabant, vocata ab Pyrrhicho viro Lacedæmonio.* Eadem tradit Lucianus lib. *De Salt. Etymologici* Auctor & Pyrrhi, & Pyrrichi, meminit, & tertiam quoque nominis originem addit, τὸ διάπυρον τῶν ὀρχεμένων, *istud igneum & ardens saltantium.* Locus iste est. Πυῤῥίχην. σημαίνει τὴν σύντονον ὄρχησιν, ἀπὸ Πύῤῥε, ἢ Πυῤῥίχε· ἢ παρὰ τὸ διάπυρον τῶν ὀρχεμένων. *Pyrrhicham. significat intentam saltationem, ab Pyrrho, aut Pyrrhicho; aut propter igneum saltantium.* Triplex hoc etymon complectitur Hesychius. Τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν, ϗ σύντονον, πυῤῥίχην ἔλεγον· οἱ μὲν, ἀπὸ Πυῤῥίχε τῦ Κρητός· οἱ δὲ, ἀπὸ τῦ διάπυρον εἶναι· οἱ δὲ, ἀπὸ Πύῤῥε τῦ Ἀχιλλέως· ἐφησθέντα γὰρ τῷ Εὐρυπύλε φόνῳ ὀρχήσασθαί φησιν Ἀρχίλοχος. *Armatam saltationem & intentam Pyrrhicham dicebant. alii quidem ab Pyrrhicho Crete; alii vero ab eo quod esset ignea; alii denique ab Pyrrho Achillis filio. etenim perlætantem cædibus Eurypyli dicit eum saltavisse Archilochus.* Ita enim illic scribendum; cum perperam edatur, τῶν Εὐρυπύλε φωνῶν, *Eurypyli vocibus.* Quartam originem ex Aristotele tradit Scholiastes Pindari *Pythionic.* Od. II. nempe ἀπὸ τῆς πυρᾶς, *ab rogo,* quod ad Patrocli rogum saltasset Achilles. Verba ejus ita habent. Διέλκεται δὲ ἡ τῆς πυῤῥίχης ὄρχησις, πρὸς ἣν τὰ ὑπορχήματα ἐγράφησαν. ἔνιοι μὲν ὖν φασι πρῶτον Κούρητας τὴν ἔνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν. αὖθις δὲ Πύῤῥιχον Κρῆτα. συντάξασθαι Θάλητα δὲ πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν ὑπορχήματα. Σωσίβιος δὲ, τὰ ὑπορχηματικὰ πάντα μέλη, Κρητικὰ ἀξιοῖ λέγεσθαι. ἔνιοι δὲ, ὐκ ἀπὸ Πυῤῥίχε τῦ Κρητὸς τὴν πυῤῥίχην ὠνομάσθαι, ἀλλ' ἀπὸ Πύῤῥε τῦ Ἀχιλλέως παιδὸς, ἐν τοῖς ὅπλοις χρησαμένε, ἐν τῇ κατ' Εὐρυπύλε τῦ Τηλέφε νίκῃ. Ἀριστοτέλης δὲ πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τῦ Πατρόκλε πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι· ὥστε παρὰ τὴν πυρὰν τῆς πυῤῥίχης τὸ ὄνομα θέσθαι. *Traducitur autem pyrrhichæ saltatio, ad quam subsaltationes scriptæ sunt. Nonnulli quidem igitur dicunt primum Curetas saltavisse saltationem armatam: postea autem Pyrrhichum Cretem: Thaletem tamen primum composuisse ad eam subsaltationes. Sosibius autem omnes subsaltatorios cantus, postulat Creticos dici. quidam vero non ab Pyrrhicho Crete nominatam fuisse Pyrrhicham, sed ab Pyrrho Achillis filio in armis uso in victoria de Eurypylo Telephi filio. Aristoteles autem primum Achillem in rogo Patrocli pyrrhicha dicit usum esse, quam apud Cyprios dicit Prylin dici; ut ab pyra nomen poneretur pyrrhichæ.* Historiam de Pyrricho, Pyrrho, & Achille, denominatæ pyrrichæ tradit etiam Marius Plotius; nisi quod Pyrrichi ibi nomen corruptum. Ecce libro *De Metris. Pyrrhica dicta est a Pyrrho Cydonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad hujus pedis sonitum instituit. Alii a Pyrrho, Achillis filio, quem dicunt primum in tumulo patris sui armatum honoris gratia saltasse. Aristoteles autem Achillem ait hujus lusus inventorem fuisse.* Scribendum autem illic omnino, *Dicta est a Pyrricho Cydonio.* Sed & in *citato* paulo ante Solini *loco* itidem legendum; *Pyrrichen docuit, Pyrricho repertore.* Nam qui in Creta reperisse traditur, Pyrrichus dicebatur, non Pyrrhus. Nicolaus Damascenus libro *De Moribus Gentium*, apud Stobæum, *Ecloga* XLII. Τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην ἐκπονῦντες, ἥν τινα πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος, Κυδωνιάτης, Κρὴς τὸ γένος. *Armatam pyrrhicham exercentes, quam primus reperit Pyrrhichus, Cydoniates, genere Cretensis.* Nonnus fuse *Dionys.* lib. XXVIII.

—— ἐν δὲ κυδοιμοῖς
Εἰλιπόδην ἔστησε Μίμας εὔρυθμον Ἐνυὼ,
Καὶ στρατὸν ἐπτοίησε χοροίτυπον ἄορ ἑλίσσων,
Σκαρθμὸν ἔχων ἀγέλαστον ἐνόπλιον ἴδμονι ταρσῷ,
Οἷον ὅτε Κρονίοισιν ὑπ' ὖασι δῦπον ἐγείρων
Πύῤῥιχος Ἰδαίοισι σάκος ξιφέεσσιν ἀράσσων,
Ψευδομένης ἀλάλαζε μέλος μενεδήϊον ἠχῦς,
Ζηνὸς ὑποκλέπτων παλιναύξεος ἔγκρυφον ἥβην,
Τοῖον ἔχων μιμηλὸν ἐνόπλιον ἅλμα χορείης
Χαλκοχίτων ἐλέλιζε Μίμας ἀνεμώδεα λόγχην.
—— *Sed in præliis*
Volventem pedes statuit Mimas bene congruam pugnam,
Et exercitum terruit in saltando pulsantem ensem vibrans.
Habens tripudium sine risu armatum perita planta,
Quale cum Saturniis sub auribus strepitum excitans
Pyrrhichus Idæis scutum ensibus pulsans,
Mendacis resonabat carmen bellicum sonitus,
Jovis suffurans rursum crescentis occultatam ætatem,
Talem habens imitabundum armatum saltum choreæ
Æreo vestitu vibrabat Mimas ventosam lanceam.

Et quia in Creta, ut nonnullis placet, inventa pyrricha, ideo etiam Κρητικὴ nuncupata fuit. Hinc est, quod ait Scholiastes Sophoclis *ad Aiacem.* Τῶν δὲ ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερκυνθιακὴ λέγεται· ἡ δὲ, Κρητικὴ· ἡ ϗ πυῤῥίχη. *Saltationum vero alia quidem Berecynthiaca dicitur; alia vero Cretica, quæ & pyrrhicha.* Ecce duplex nomen habuit; unum, ab inventore: alterum, a regione, in qua inventa. Alii a Curetibus inventam dicunt; alii a Minerva. Dionysius Halicarnasseus *lib.* VII. Ἑλληνικὸν δ' ἄρα καὶ τῦτο ἦν ἐν τοῖς πάνυ παλαιὸν ἐπιτήδευμα, ἐν ὅπλοις ὄρχησις, ἡ καλυμένη πυῤῥίχη, εἴ τε Ἀθηνᾶς πρώτης ἐπὶ Τιτάνων ἀφανισμῷ χορεύειν καὶ ὀρχεῖσθαι σὺν ὅπλοις τἀπινίκια ὑπὸ χαρᾶς ἀρξαμένης. εἴ τε παλαίτατον ἔτι Κουρήτων αὐτὴν κατασησαμένων· ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενον θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τε ὅπλων, ϗ κινήσει μελῶν, καὶ ῥυθμῷ, καθάπερ ὁ μῦθος ἔχει. *Græcum vero & illud erat inter præcipuos antiquum studium, saltatio in armis, quæ vocabatur pyrrhiche, sive Minerva prima in Titanum internecione choream agere & saltare cum armis præmia victoriæ cum gaudio exorsa; sive vetustissimam adhuc Curetibus illam constituentibus; quando Jovem lactentem oblectare voluerunt strepitu armorum & cantilenarum motu ac rhythmo, prout habet fabula.* De Minerva inventrice, est quoque locus apud Scholiasten Pindari *Pythionic.* Od. II. Ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἔνοπλον νόμον ἐπαυλῆσαι. *Epicharmus vero Minervam dicit Castori & Polluci armatum modum tibia cecinisse.* Atque hinc est, quod in honorem ejus

pyrrhichistas quoque dabant Athenienses majoribus Panathenæis. Observo apud Lysiam in *Oratione*, quæ inscribitur, Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος· καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς· ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυρριχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. *Ego enim probatus quidem fui archonte Theopompo; constitutus vero præbitor tragœdis impendi triginta minas: Glaucippo autem archonte in pyrrhichistas Panathenæis magnis octingentas*. Ad Curetas autem quod attinet, eos etiam inventores tradit Dionysius, quem citavi, *lib.* II. Χορείαν δὲ κίνησιν ἐνόπλιον, καὶ τὸν ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἐπιτελούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχειριδίων ψόφον, εἴ τι δεῖ τοῖς ἀρχαίοις τεκμηριοῦσθαι λόγοις, Κουρῆτες ἦσαν οἱ πρῶτοι καταστησάμενοι. *Choream vero & motum armatum, illumque strepitum in clypeis excitari solitum ab gladiolis, si quid ex antiquis oportet conjectare sermonibus, Curetes sunt qui primi constituerunt*. Theon *in Aratum* de Corybantibus ait; qui, ut notum, iidem cum Curetibus esse existimati. Ὁ δὲ μῦθος βούλεται ταύτας ἀνατετραφέναι ἐν Κρήτῃ, ὅτε τὴν πυρρίχην, ἥ ἐστιν ἔνοπλος ὄρχησις, γενέσθαι λέγεται, ἣν ὀρχούμενοι οἱ Κορύβαντες ἐπὶ ὅλον ἐνιαυτὸν τὸν Δία ἔθρεψαν λανθάνοντες τὸν Κρόνον. *Fabula vero vult eas enutrivisse in Creta, quum pyrrhicham, quæ est saltatio armata, exortam esse dicitur, quam saltantes Corybantes per totum annum nutriverunt Jovem, fallentes Saturnum*. Et hinc Dioni Chrysostomo Κουρητικὴ dicitur hæc saltatio. Locus exstat in *Orat.* II. *De Regno*. Τὴν ἐνόπλιον (ὄρχησιν) τὴν Κουρητικὴν, ἥπερ ἦν ἐπιχώριος τοῖς Κρησὶ, τὴν ὀξεῖαν καὶ ἐλαφρὰν κίνησιν. *Armatam (saltationem) Cureticam, quæ erat popularis Cretensium; illum acutum & levem motum*. Sed Cureticam, & pyrricham, diversas facit Plinius *lib.* VIII. *cap.* LVII. *Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrichen Pyrrhus, utramque in Creta*. Omnibus autem his inventoribus Castorem, & Bacchum, accenset Eustathius *ad Iliad.* π΄. Ἰστέον δὲ ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν ῥηθεῖσαν Κουρητικὴν ἢ πυρριχιακὴν ὄρχησιν οἱ πλείους μὲν εἰς Κρῆτας ἀνάγουσι· τινὲς δὲ, Νεοπτολέμῳ ἀνατιθέασι τὴν αὐτῆς εὕρεσιν· ἕτεροι δὲ, Κάστορι· καὶ ἄλλοι, Διονύσῳ. *Sciendum vero etiam juxta veteres dictam Cureticam vel pyrrhichiacam saltationem plures quidem referre ad Cretenses: nonnulli vero Neoptolemo adtribuerunt ejus inventionem: alii autem Castori: & alii Baccho*. Atque hinc a Castore hoc Καστόρειον μέλος nuncupatur. Pindarus *Pythionic. Od.* II.

—— τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται·
τὸ Καστόρειον
δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
θέλων, ἄθρησον χάριν ἑπτακτύπου
φόρμιγγος ἀντόμενος.
Hoc quidem more Phœnissæ mercis
Cantus super canum mare mittitur.
Castoreum
Vero in Æoliis nervis.
Volens specta gratiam septisonæ
Citharæ occurrens.

Quo loco Scholiastes. Καστόρειόν εἶπε, διὰ τὸ τὴν ἔνοπλον ὄρχησιν κατ' ἐνίους τοὺς Διοσκούρους εὑρεῖν. ὀρχηστικοὶ γάρ τινες οἱ Διόσκουροι. *Castorium dixit, quia armatam saltationem secundum aliquos Dioscuri invenerunt. Saltationi enim hi dediti juxta quosdam*. Et in Castoris etiam honorem, qui Lacon erat, Lacones prælia ad hoc melos capessebant. Idem Scholiastes *loco citato*. Τινὲς δὲ, ῥυθμόν τινά φασι τὸ Καστόρειον. χρῆσθαι δὲ αὐτῷ τοὺς Λάκωνας, ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολέμους συμβολαῖς. *Quidam vero rhythmum quendam dixere Castoreum: uti autem eo Laconas in congressibus bellorum*. Pollux *lib.* IV. *cap.* X. Μέλος δὲ, Καστόρειον μὲν, τὸ Λακωνικὸν ἐν μάχαις, ὑπὸ τὸν ἐμβατήριον ῥυθμόν. *Cantum vero Castoreum quidem, Laconicum in pugnis, sub rhytmo ad quem incedunt*. Videmus exemplum apud Plutarchum *Lycurgo*. Ἤδη δὲ συντεταγμένης ἅμα τῆς φάλαγγος αὐτῶν, καὶ τῶν πολεμίων παρόντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τήν τε χίμαιραν ἐσφαγιάζετο, καὶ στεφανοῦσθαι παρήγγειλε πᾶσι, καὶ τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν ἐκέλευε τὸ Καστόρειον μέλος. ἅμα δ' ἐξῆρχεν ἐμβατηρίου παιᾶνος. *Jam vero composita simul phalange ipsorum, & hostibus propinquis Rex pariter & capram immolabat, & omnibus denunciabat coronari, & tibicines tibia canere jussit Castoreum cantum. simul vero exorsus est incessorium pæana*. Ineptissimum est, quod a fibro nomen datum Suidas tradit. Ecce verba. Καστόρειον μέλος, τὸ τοῦ κάστορος τοῦ ζώου. *Castoreum cantum, illum castoris animalis*. Saltabatur autem a pueris. Athenæus *lib.* XIV. Πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ πυρρίχη. ἔνοπλοι γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται. *Bellica vero videtur esse pyrrhiche: armati enim pueri eam saltant*. Eustathius *ad Iliad.* ν΄. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυρρίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο. *Erat vero bellica saltatio etiam pyrrhicha, quam pueri armati saltabant*. Dion Cassius *lib.* LX. Ἄρκτοι τε γὰρ μεταξὺ τοῦ δρόμου αὐτοῦ ἐσφάγησαν, καὶ ἀθληταὶ ἠγωνίσαντο, πυρρίχην τε Ἀσιανοὶ παῖδες μετάπεμπτοι ὠρχήσαντο. *Ursi enim inter cursum eorum occisi sunt, & athletæ certabant, & pyrrhichum Asiani pueri arcessiti saltaverunt*. Suetonius in *Julio*, cap. XXXIX. *Pyrrhicham saltaverunt Asiæ Bithyniæque principum liberi*. Iterum in *Nerone*, cap. XII. *Exhibuit & naumachiam, marina aqua innatantibus belluis; item pyrrhichas quasdam e numero epheborum*. Heliodorus *Æthiopic.* lib. III. Τοὺς παρθενικοὺς χοροὺς, τὰς αὐλητρίδας, τὴν ἐνόπλιον τῶν ἐφήβων τε καὶ πυρρίχιον ὄρχησιν. *Virgineos choros, tibicinas, armatam ephebοrum & pyrrhichiam saltationem*. Apulejus *Milesia* X. *Puelli, puellæque, virenti florentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi. Græcanicam saltantes pyrricham, dispositis ordinationibus decoros ambitus inerrabant; nunc in orbem rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in catervæ dissidium separati*. Et Cretenses saltare hanc pueros docebant. Nicolaus Damascenus apud Stobæum, *loco citato*. Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων σκληραγωγούμενοι, καὶ θήρας καὶ δρόμους τε ἀνάντες ἀνυπόδητοι καταν⟨ύ⟩οντες, καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες. *Cretum vero liberi congregantur communiter inter se austere viventes, & venationes cursusque acclives sine calceis peragentes, & armatam pyrrhicham elaborantes*. Lacedæmonii suos liberos, simul quintum ætatis annum attigissent, hanc docebant. Athenæus *lib.* XIV. Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα οὖσα (ἡ πυρρίχη) τοῦ πολέμου. ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυρριχίζειν. *Apud solos vero Lacedæmonios permanet exercitium istud (pyrrhicha) præparans bello: ediscuntque omnes in urbe Sparta ab quinque annis pyrrhicham saltare*. Hanc saltationem innuit Quintilianus *Institut. Orat.* lib. I. cap. XI. *Lacædemonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus*. Certe puerorum fuisse, innuit etiam Martianus Capella, *lib.* IX. *Pyrrichius vero, id est, proceleusmaticus, quia hic assiduus, vel in certamine, vel in ludo quodam puerili*. Et Isidorus, *Orig.* lib. I. cap. XVI. *Pyrrichius dictus est, quia hic assidue vel in certamine, vel in ludo puerili, sæpius fre-*

quentabatur. Nonnulli hanc eandem esse cum ea, quæ *Troja* appellata, censuerunt. Servius *ad illud Æneid.* v.

Trojaque nunc pueri, Trojanum dicitur agmen. Ludus, inquit, *ipse, quem vulgo Pyrrhicham appellant, Troja vocatur*. Sed erroris ego eum facile convinco. Nam ecce manifesto distinguit Suetonius in *Julio*, cap. XXXIX. Ac primo de Pyrricha ait, *Pyrricham saltaverunt Asiæ, Bythyniæque, principum liberi*. Deinde de Troja, illo ipso capite. *Trojam lusit turma duplex, majorum minorumque puerorum*. Discrimen isthoc, quod in equis Trojam luderent, pedibus Pyrrhicen. De Pyrricha, notum est ex locis antecedentibus; de Troja, satis clare Festus. *Troja, & regio Priami, & lusus puerorum equestris dicitur*. Dio Cassius *lib.* XLIII. Τὴν τε ἱππασίαν, τὴν Τροίαν καλουμένην, οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. *Et equitationem, Trojam vocatam, pueri patricii ex more veteri fecerunt*. Iterum *lib.* XLVIII. Τὴν ἱπποδρομίαν ἐπὶ δύο ἡμέρας ἐποίησε, τῇ τε Τροίᾳ καλουμένῃ διὰ τῶν εὐγενῶν παίδων ἐγαυρώθη. *Cursum circensem per biduum fecit. & Troja, ut vocant lusum, per nobiles pueros exultavit*. Et *lib.* LI. Ἐνθ᾽ ὧν τῇ τε ἡρώῳ ὁσιώσει ἀγῶνες τε παντοδαποὶ ἐγένοντο καὶ τὴν Τροίαν εὐπατρίδαι παῖδες ἵππευσαν. *Itaque in monumenti dedicatione certamina omnis generis fuerunt & Trojam patricii pueri equitarunt*. Tacitus *Annal.* XI. *Sedente Claudio Circensibus ludis, cum pueri nobiles equis ludicrum Trojæ inirent*. Suetonius in *Julio*, loco citato. *Trojam lusit turma majorum minorumque puerorum*. Dicit, ecce, *lusit turma*. Atqui turma equitum erat, ut cuivis notum. Deinde pyrricha Pyrrhi, aut Pyrrichi, inventum erat, quemadmodum ostendi; Troja Ascanii. Virgilius docet *Æneid.* v.

Hunc morem: hos cursus, atque hæc certamina primus
Ascanius, longam muris cum cingeret Albam,
Rettulit; & priscos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani docuere suos: hinc maxima porro
Accepit Roma, & patrium servavit honorem.
Trojaque nunc pueri, Trojanum dicitur agmen.

Porro in exercitio Trojæ equestri pyrricham pedestrem imitabantur. Agathias de Narsete, milites suos exercente, initio *libri* II. Ναρσῆς δὲ ἐξασκεῖν γε ἐπὶ πλεῖον αὐτοὺς (τοὺς στρατιώτας) ἐκέλευε τὰ πολέμια, καὶ ἐπερρώννυε τὸν θυμὸν ταῖς καθημέραν μελέταις, τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυρρίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. *Narses vero exercere ad summum eos (milites) jussit bellica, & indurabat animum quotidianis meditationibus, & decurrere in orbem cogens, & in equis ordinate emicare, & ad pyrrhicham quandam armatam circumagere*. Herodianus in exequiis Severi, *lib.* IV. Ἐπὰν δὲ μέγιστον χῶμα ἀρθῇ τῶν ἀρωμάτων, πᾶς τε ὁ τόπος πληρωθῇ, ἱππασία περὶ τὸ κατασκεύασμα ἐκεῖνο γίγνεται. πᾶν τε τὸ ἱππικὸν τάγμα περιθεῖ κύκλῳ μετά τινος εὐταξίας, καὶ ἀνακυκλώσεως, πυρριχίῳ δρόμῳ καὶ ῥυθμῷ. *Postquam vero maximus agger elevatus fuit aromatum, & universus locus repletus, equitatio circa structuram illam exstitit; & omnis equester ordo circumcurrit in orbem cum quodam recto ordine & revolutione, pyrrhichæ cursu & congruentia*. Sed duplicem ego pyrrhicham observo; unam antiquiorem, militarem, de qua jam dixi; alteram recentiorem, Dionysiacam, & in qua pro hastis thyrsi erant, ferulæque, & faces; ac Bacchi res gestæ, & ejusmodi, repræsentabantur. Athenæus manifeste docet. Nam postquam de priore illa quædam dixit, mox de altera subjun-

A git. Ἡ δὲ καθ᾽ ἡμᾶς πυρρίχη Διονυσιακή τις εἶναι δοκεῖ, ἐπιεικεστέρα οὖσα τῆς ἀρχαίας. ἔχουσι γὰρ οἱ ὀρχούμενοι θύρσους ἀντὶ δοράτων. προΐενται δὲ ἐπ᾽ ἀλλήλους καὶ νάρθηκας, καὶ λαμπάδας φέρουσιν, ὀρχοῦνταί τε τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὰ περὶ τοὺς Ἰνδούς, ἔτι τε τὰ περὶ τὸν Πενθέα. *Nostri temporis pyrrhicha videtur esse quædam Bacchica, lenior illa quam vetus. Habent enim saltantes thyrsum pro hastis. Dejiciunt vero in sese etiam ferulas, & faces ferunt, & saltant illa quæ feruntur de Baccho, & de Indis, & praterea illa de Pentheo*. Atque hæc nimirum erit intelligenda, quam inter ridiculas alio quodam loco refert.

B Καὶ γελοῖαι δ᾽ εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα, καὶ πυρρίχη. *Et ridiculæ sunt saltationes, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus, & Sobas. Insuper & Formatio, & Noctua, & Leo, & polentarum effusiones, & Abolitio debitorum, & Elementa, & Pyrrhiche*. Neque alia item, quam lyricæ Poeseos esse dixi ex eodem antea una cum gymnopædia, & hyporchematica. Ac recentiores istæ, sine dubio, de quibus Suetonius agit in *Nerone*, cap. XII. *Inter pyrricharum argumenta, taurus*

C *Pasiphaen ligneo juvencæ simulacro abditam iniit, ut multi spectantium crediderunt*. Et ista quoque, de qua est Apuleii locus *Milesia* decima, quam jam paulo ante produxi. Itaque, discriminis causa, antiqua illa *Militaris* dici cœpta est. Observo apud Spartianum in *Hadriano*. *Militares pyrrichas populo frequenter exhibuit*. Neque ἐνόπλιον alia de causa Agathias dixit, nisi ut distingueret. Ecce in *verbis* paulo ante *citatis*. Τροχάζειν τε ἀναγκάζων, καὶ ὑπὲρ τῶν ἵππων ἐν κόσμῳ ἀναπάλλεσθαι, ἔς τε πυρρίχην τινὰ ἐνόπλιον περιδινεῖσθαι. *Et decurrere in orbem cogens, & in equis ordine emicare, & ad pyrrhicham quandam armatam*

D *circumgyrare*. Et fallitur omnino vir in literis hisce summus, Isaacus Casaubonus, qui in isto Spartiani loco τὸ *Militares* negat esse ἐγκεντρικόν. Immo, quia in Troja pyrrhicham repræsentabant, ut jam dixi, video illic quoque discrimen veteris ac recentioris notatum esse. Dion Cassius in verbis citatis paulo ante e *libro* XLIII. Τὴν τε ἱππασίαν, τὴν Τροίαν καλουμένην, οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. *Et equitationem, Trojam vocatam, pueri patricii more veteri fecerunt*. Vides discerte, κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο. De antiqua pyrricha locus est Xenophon-

E tis in Opere *De Cyri Expeditione*, quem statim producemus. Etiam ille Aristophanis *Ranis*.

Τὴν πυρρίχην τίς ἔμαθε τὴν Κινησίου;
Pyrrhichen quis didicit Cinesiæ?

Item iste Ammiani *lib.* XVI. *Cum exercere præludia disciplinæ castrensis Philosophus cogeretur ut princeps, artemque modulatius incedendi per pyrricham concinentibus disceret fistulis: vetus illud proverbium*, Clitellæ bovi impositæ sunt; plane non est nostrum onus: *Platonem crebro nominans, exclamabat*. Saltabatur vero etiam a sexu sequiore. Animadverto apud Xenophontem *De Cyri Exped. lib.* VI. Ὀρχηστρίδα εἰσάγει, σκευάσας ὡς

F ἐδύνατο κάλλιστα, καὶ ἀσπίδα δοὺς κούφην αὐτῇ. ἡ δὲ ὠρχήσατο πυρρίχην ἐλαφρῶς. *Saltationem inducit, exornatam ut potuit formosissime, & clypeum illi præbens levem: illa autem saltavit agiliter pyrrhicham*. Itaque ad exemplum veteris, in recentiore etiam pyrricha factum est. Ecce apud Apulejum, *loco* semel iterumque *citato*: *Puelli, puellæque, virenti florentes ætatula, forma conspicui, veste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicam saltantes pyrricham*. Quia autem in militari, ceu præexercitamento militiæ, sal-

tantium visus ad ferociam militarem compositus erat, hinc Πυῤῥίχην βλέπειν, pro, *Feroci aspectu esse*, dixit Aristophanes *Avibus*.

> Ἀλλ' ὧδε, φύλαξ γὰρ τῶν ἐκεῖθεν ἄγγελος
> Ἔρχεται πρὸς ἡμᾶς δεῦρο, πυῤῥίχην βλέπων.
> *Sed age, custos enim rerum inde nuncius*
> *Currit huc ad nos, pyrrhicham videns.*

Ubi Scholiast. Πυῤῥίχην βλέπων. ἔνοπλον, καὶ πολεμικόν. *Pyrrhicham videns, armatum & bellicum.* Porro *Pyrrhicham saltare*, Πυῤῥιχίζειν dicebatur. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIII. Πηδῆσαι, πυῤῥιχίσαι. *Salire, pyrrhicham agere.* Etymologici Auctor *in* Ὀρχῆσαι. Ἐπυῤῥίχιζον γὰρ ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. *Quippe pyrrhicham agebant armis Cretenses ad exercitationem bellicorum.* Athenæus *lib.* XIV. Ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. *Ediscuntque omnes in Sparta ab annis quinque pyrrhicham saltare.* Scholiast. Hom. *ad Iliad.* π'. Ἐπυῤῥίχιζον τοῖς ὅπλοις οἱ Κρῆτες πρὸς ἄσκησιν τῶν πολεμικῶν. ὅ ἐστιν, σὺν τοῖς ὅπλοις τὴν πυῤῥίχιον καὶ ἔνοπλον ὄρχησιν ἤσκουντο. *Pyrrhicham agebant armis Cretenses ad exercitationem bellicorum; hoc est, cum armis pyrrhichiam & armatam saltationem exercebant.* Artemidor. *Onirocritic.* l. I. c. LXXVIII. Τὸ δὲ πυῤῥιχίζειν, τὸ αὐτὸ τῷ ὀρχεῖσθαι σημαίνει. *Verbum vero pyrrhichissare, idem notat verbo saltare* Occurrit quoque apud Hesych. Atque inde Πυῤῥιχισμὸς, ipsa actio. Josephus *Antiquit. Judaic.* l. XIX. Τρέπεται δὲ κατὰ στενωπὸν ἠρεμηκότα, καὶ ἐπὶ τόπον πρὸς λουτροῖς γενησόμενος, ἅμα καὶ παῖδας, οἳ ἥκεσαν ἐκ τῆς Ἀσίας, κατανοήσων, πομπῆς αὐτῶν ἐκεῖθεν γενομένης ἐπὶ ὕμνοις μυστηρίων, ἃ ἐπετέλει. ἔνιοι δὲ κατὰ πυῤῥιχισμοὺς, οἳ ἐν τοῖς θεάτροις ἔσοιντο. *Vertitur autem ad angiportum incelebrem, & ad locum prope balnea venturus, simul & pueros, qui venerant ex Asia, inspecturus, pompa eorum inde composita ad hymnos mysteriorum, quæ celebrabat; nonnulli vero ad pyrrhichæ saltationes, quæ in theatris erant futuræ.* Inde Πυῤῥιχισταὶ, qui pyrricham saltabant. *Etymologici* Auctor Πυῤῥιχισταὶ οἱ τὴν ἔνοπλον ὀρχούμενοι ὄρχησιν. *Pyrrhichistæ, saltantes saltationem armatam.* Lysias in *Orat* jam *laudata*, quæ inscribitur, Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας. *Sed Glaucippo archonte ad pyrrhichæ saltatores Panathenæis magnis octingentas.* Et Isæus emendandus in *Orat.* περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Ἄξιον δὲ ὑμῖν λογίσασθαι. οὗτος γὰρ τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυῤῥιχισταῖς ὕστατος. *Dignum vero etiam coram vobis computare. Ille enim tribui quidem ad Bacchanalia præbitoria quartus fuit, tragœdis vero & pyrrhicham saltantibus postremus.* Mendose editur, καὶ πυῤῥιέταις ὕστατος. *Et pyrrhietis postremus.* Eustath. *ad Iliad.* Ὅρα δὲ φιλομαθῆ τὸν Αἰνείαν, εἰ πυῤῥιχιστὰς τοὺς ἐκ Κρήτης ἱστορήσας οἶδε. *Vide vero avidum discendi Ænean, si pyrrhicham saltantes illos ex Creta ex aspectu novit.* Latine *Pyrrichariі* dicuntur ab Ulpiano in *l. Aut damnum.* §. *Quicunque.* D. De Pœnis. *Instituuntur venatores, aut pyrrhicharii, aut in aliam quam voluptatem, gesticulandi, vel aliter se movendi gratia.* Hinc Πυῤῥιχιστικὸν αὔλημα, apud Pollucem *lib.* IV. *cap.* IX. *sect.* VI. Αὔλημα δὲ ὄρθιον, πομπικὸν, παροξυντικὸν, ἐνόπλιον, πυῤῥιχιστικόν. *Tibiæ vero cantus rectus, pompæ serviens, incitabundus, armatus, pyrrhichæ congruus.* Ab hac vero saltatione nomen accepit pes Pyrrichius. Scholiast. Hephæstionis. Ἔστιν οὖν πρῶτος ὁ πυῤῥίχιος ἐκ δύο βραχειῶν συγκείμενος. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι βραχύτατός ἐστι, καὶ ὀξεῖαν ποιεῖται τὴν κίνησιν τῶν χρόνων, ὥσπερ καὶ ἡ καλουμένη πυῤῥίχη. *Est ergo primus pyrrhichius ex duabus brevibus compositus: vocatus vero fuit ita, quia est brevissimus, & acutam celeremque facit commotionem temporum, sicut etiam ista quæ vocatur pyrrhiche.* Hesych. in Πυῤῥιχίζειν, postquam de pyrricha est locutus, Ὅθεν καὶ ὁ πυῤῥίχιος ποῦς ὠνομάσθη. *Unde etiam pyrrhichius pes nominatus est.* Sidonius *lib.* IX. *epist.* XV.

> *Resonetque mixtus ille pes celerrimus,*
> *Bene nuncupatus quondam ab arte pyrricha.*

Cledonius in *Arte. Pyrrichius dictus ab actu pyrrichæ.* Marius Victorinus *Artis Gramm.* lib. I. *Pyrrichius autem a celeri motu, ac recursu, qui in pyrricha habetur, nuncupatus est.* Huc pertinent etiam ista apud Dionysium Longinum, *lib.* Περὶ ὕψους. Μικροποιὸν δ' οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγου, καὶ σεσοβημένος. οἷον δὴ πυῤῥίχιοι, καὶ τροχαῖοι, καὶ διχόρειοι, τέλεον εἰς ὀρχηστικὸν ἐκπίπτοντες. *Nihil vero sic in sublimibus deprimit & imminuit, quam rhythmus sermone fractus & abactus: quale sane pyrrhichii, & trochæi, & dichorei, penitus ad saltatorium declinantes.* Et occurrit apud alios Grammaticos. Porro dicebatur pyrricha etiam Χειρονομία, & accedebant ad eam antequam theatrum intrarent. Athen. *lib.* XIV. Οἱ παλαιοὶ γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ εἰς τὴν πυῤῥίχην ἐχώρουν πρὸ τοῦ εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. καλεῖται δὲ ἡ πυῤῥίχη καὶ χειρονομία. *Antiqui quum primum exercerentur in nudis puerilibus exercitiis ad pyrrhicham concedebant antequam intrarent in theatrum. Vocatur vero pyrrhiche & chironomia vel manuum gesticulatio.* Sed hac de re pluribus vide quæ infra a me notata *in* Χειρονομία. Ut autem finiam, similem pyrrichæ vetustissimam Romanorum saltationem esse existimo, a Romulo institutam, quæ *Bellicrepa* dicebatur. Festus. *Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cum a ludis Sabinorum virgines rapuit.*

ΡΑΚΤΗΡΙΟΝ.

Hesychius. Ῥακτήριον, ὄρχησίς τις. *Racterion, saltatio quædam.*

ΡΙΚΝΟΥΣΘΑΙ.

Pollux *l.* IV. *c.* XIV. Ἐκαλεῖτο δέ τι (ὄρχημα) καὶ ξιφισμὸς, καὶ ποδισμὸς, καὶ ῥικνοῦσθαι, ὅπερ ἦν τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. *Vocabatur vero aliqua (saltatio) etiam xiphismus, & podismus, & rhiknusthai, quod erat lumbum moleste circumagere.* Etymologici Auctor Διαῤῥικνοῦσθαι dixit, voce composita. Διαῤῥικνοῦσθαι, τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν. *Diarrhiknusthai notat lumbos moleste circumagere.* Deinde laudat versum Cratetis e Trophonio.

> Ξίφιζε, καὶ πόδιζε, καὶ διαῤῥίκνου.
> *Salta brachio ut ense porrecto, & cinere opple,*
> *& lumbos impudenter flecte.*

Hesych. Διαῤῥικνοῦσθαι, ἐπὶ σχήματος ὀρχηστικοῦ τίθεται. *Diarrhiknusthai, de forma saltatoria ponitur.*

ΣΑΛΜΟΞΙΣ.

Hesych. Σάλμοξις, ὁ Κρόνος, καὶ ὄρχησις. *Salmoxis, Saturnus, & saltatio.*

ΣΑΤΥΡΟΣ.

Erat ita dicta, quod Satyrus ea repræsentaretur. Horatius *lib.* II. *ep.* II. ad Julium Florum.

> *Ludentis speciem dabit, & torquebitur; ut, qui*
> *Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur.*

Virgilius *Ecloga* V.

> *Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.*

Censebatur inter saltationes Laconicas formidabiliores. Pollux *l.* IV. *c.* XIV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα, δειμαλέα. σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς, σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι. *Erant vero quædam*

& Laconicæ saltationes, horridæ; Sileni autem erant, & præter hos Satyri, celeri motu saltantes. Meminit Lucianus *De Salt.* Κατὰ τὸ τεταγμένον ἑκάστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Singuli ad constitutum tempus, neglectis aliis rebus omnibus, desident interdiu, Titanas, & Corybantas, & Satyros, & bubulcos spectantes. & saltant omnino ista nobilissimi.* Plato *De Leg.* lib. VII. Τὴν τοίνυν ἀμφισβητουμένην ὀρχησιν δεῖ πρῶτον χωρὶς τῆς ἀναμφισβητήτου ἀποτεμεῖν. τίς οὖν αὕτη, καὶ πῇ δεῖ χωρὶς τέμνειν ἑκατέραν; ὅση μὲν Βακχεία τ' ἐστὶ, καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων, ἃς Νύμφας τε καὶ Πᾶνας, καὶ Σειληνοὺς, καὶ Σατύρους ἐπονομάζοντες, ὥς φασι, μιμοῦνται κατῳνωμένους. *Igitur ambiguam saltationem oportet prius seorsum ab illa, quæ non ambigitur, dissecare. Quæ igitur ista, & ubi oportet dissecare utramque? Quæcunque quidem & Bacchica est, & illorum, quæ his adjuncta sunt, quas Nymphas, & Panas, & Silenos, & Satyros cognominantes, ut dicunt, imitantur vino obrutos.* Qui autem saltationem hanc saltabant, hircinis pellibus amicti erant, setasque in capite horrentes gerebant; aliaque, istis similia. Dionysius Halicarnassæus *lib.* VII. Σκευαὶ δὲ αὐτοῖς ἦσαν, τοῖς μὲν εἰς Σειληνοὺς εἰκασθεῖσι, μαλλωτοὶ χιτῶνες, οὓς ἔνιοι χορταῖους καλοῦσι, καὶ περιβόλαια ἐκ παντὸς ἄνθους. τοῖς δὲ εἰς Σατύρους, περιζώματα, καὶ δοραὶ τράγων, καὶ ὀρθότριχες ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φόβαι, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. *Paratus vero illis erant quidem, qui Silenos imitarentur, villosæ vestes, quas quidam hirsutas vocant, & amicula ex omni florum genere; illis vero qui Satyros luderent, cincturæ, & pelles hircorum, & in capitibus arrecti crines, & quæ his similia.* Pollux *lib.* IV. *cap.* XVIII. Ἡ δὲ σατυρικὴ ἐσθὴς, νεβρὶς αἰγῆ, ἣν καὶ ἰζάνην ἐκάλουν, καὶ τραγῆν. καί πῃ παρδαλῆν ὑφασμένην. *Vestis vero Satyrica, pellis caprina, quam & izanen vocabant, & hircinam. & alibi pardaleam textam.*

ΣΕΙΛΗΝΟΣ.

Saltatio Laconica, qualis Σάτυροι; de qua jam dixi. Vide locos Pollucis, Platonisque, quos illic produxi. Qui saltabant, tunicis villosis circumdati erant, & amiculis ex omni florum genere contextis. Dionysius *loco* paulo ante *citato* in Σάτυροι. Illic vide. Pollux *lib.* IV. *cap.* XVIII. Χλανὶς ἀνθινὴ, καὶ φοινικοῦν ἱμάτιον, καὶ χορταῖος, χιτὼν δασὺς, ὃν οἱ Σειληνοὶ φοροῦσι. *Læna florida, & purpurea vestis interior, & hirsuta, exterior pinguis, quam Sileni ferunt.* Tunicarum villosarum meminit etiam Ælianus *Var. Hist.* lib. III. cap. XL. Ἐσθὴς δὲ ἦν τοῖς Σειληνοῖς, ἀμφίμαλλοι χιτῶνες. αἰνίττεται δὲ ἡ στολὴ τὴν ἐκ τοῦ Διονύσου φυτείαν, καὶ τὰ τῆς οἰνάδων, καὶ τὰ τῶν κλημάτων δάση. *Amictus vero erat Silenis interiores vestes utrinque villosæ: significat autem hic habitus plantationem ab Baccho factam, vitiumque ac racemorum luxuriam.* Ubi vide quoque vestitus ejus significationem. Dionysius χορταίους χιτῶνας nominat, ut & Hesychius. Χορταῖος, δασὺς χιτὼν, οἷος τῶν Σειληνῶν. *Hirsuta, densa vestis, qualis Silenorum.* Inde nimirum Χορταιόβαμοι, & Χορταιοβάμονες dicti Sileni. Observo apud eundem Hesychium. Χορταιόβαμος, ὁ Σειληνὸς, χορταιοβάμων. Χορταῖον, τὸ ἔνδυμα τοῦ Σειληνοῦ. *Hirsutigradus, Silenus, villose incedens. Hirsutum indumentum Sileni.*

ΣΕΜΕΛΗ.

Hæc Semeles fabulam repræsentabat. Lucianus *De Salt.* Καὶ ἄλλος τὴν Σεμέλην ὑποκρινόμενος, βαλλομένην κεραυνῷ, τὴν Γλαύκην αὐτῇ εἴκαζε, μεταγενεστέραν οὖσαν. *Et alius Semelen exhibens, ictam fulmine, Glaucen illi comparabat, quæ fuit posterior.*

ΣΙΚΙΝΝΙΣ.

Saltatio Satyrica. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Εἴδη δὲ ὀρχημάτων, ἐμμέλεια, τραγική. κόρδακες, κωμική. σίκιννις, Σατυρική. *Genera vero saltationum, concinnitas, tragica; cordaces, comica; sicinnis, Satyrica.* Scholiastes Aristophanis *Nubibus.* Τρία εἴδη ὀρχήσεως. ἐμμέλεια μὲν, τραγική. σίκιννις, Σατυρική. κόρδαξ, κωμική. *Tres quidem species saltationis; concinnitas quidem, tragica; sicinnis Satyrica; cordax, comica.* Eustathius *ad Iliad.* σ'. Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι καὶ αὐτὸς, ὅτι ἐμμέλεια, τραγικὴ ὄρχησις. ὥσπερ ἡ κωμικὴ, κόρδαξ. καὶ ἡ Σατυρικὴ, σίκιννις. *Ælius autem Dionysius dicit & ipse, concinnitatem esse tragicam saltationem; sicut comica, cordax; & Satyrica, sicinnis.* Est quoque legere apud Ammonium *De Diff. Voc.* in Κόρδαξ. Habuisse vero aliquid etiam comœdiæ affine censeri possit; idque innuere Eustathium voluisse Commentario *ad Iliad.* π'. cum inquit. Ἦν δὲ καὶ σίκιννις κωμικωτέρα. *Sicinnis autem erat magis comica.* Totum lacum mox adscribam. Quia autem Satyrica erat, ut ostensum; hinc est quod Satyri Σικιννισταὶ appellati. Athenæus *lib.* I. Καὶ τῆς Σατυρικῆς, (ὀρχήσεως) ἡ ἐλέγετο σίκιννις. διὸ καὶ οἱ Σάτυροι σικιννισταί. *Et Satyricæ, (saltationis) quæ dicebatur sicinnis. Ideo & Satyri sicinnistæ.* Iterum *lib.* XIV. Καλεῖται δ' ἡ μὲν Σατυρικὴ ὄρχησις, ὥς φησιν Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ χορῶν, σίκιννις. καὶ οἱ Σάτυροι, σικιννισταί. *Vocatur vero Satyrica quidem saltatio, & ait Aristocles in scripto de choris sicinnis; & Satyri, sicinnistæ.* Eustathius *ad Odyss.* ψ'. Καὶ σίκιννις, ἡ καὶ Σατυρική. ἐπεὶ καὶ οἱ Σάτυροι, σικιννισταί. *Et sicinnis, quæ etiam Satyrica; quoniam & Satyri sicinnistæ.* Quin etiam sicinnistas fuisse Satyros clare liquet ex istis Dionysii verbis *Antiquit. Rom.* lib. VII. Μετὰ γὰρ τοὺς ἐνοπλίους χοροὺς οἱ τῶν Σατυριστῶν ἐπόμπευον χοροὶ τὴν Ἑλληνικὴν εἰδοφοροῦντες σίκιννιν. *Nam post armatos choros in pompa incedebant chori Satyristarum, speciem gerentes Græcanicæ sicinnios.* Et mox, Προηγουμένους τῆς κλίνης Σατυριστὰς χοροὺς, κινουμένους τὴν σίκιννιν ὄρχησιν. *Præeunte lecto Satyristas choros, motos more saltionis, quæ dicitur sicinnis.* Et Persius, qui Bathyllum saltatorem *Satyrum* appellat, sicinnistam fuisse innuere voluit, *Sat.* V.

—— nec, cum sis cætera fossor,
Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli.

Atque hinc *Satyrus gestus* sicinnistæ eleganter dicitur a Manilio, *lib.* V.

Nunc Satyro gestu, referetque affectibus ora.

Non recte illic vir magnus mutat, legique cupit, *saturo gestu;* quod interpretatur, παντομιμον ὑπόκρισιν. Hesychius militarem saltationem vocat. Σίκιννις, ὄρχησίς τις στρατιωτικὴ Σατύρων σύντονος. *Sicinnis, saltatio quædam militaris Satyrorum vehemens.* Etymologici Auctor *in* Ὀρχησταὶ sacerdotalem esse dicit. Τρία γὰρ εἴδη ὀρχήσεως. πυῤῥίχη, σίκιννις, ἥ τίς ἐστιν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὢν, καὶ μᾶλλον κωμικοῖς ἁρμόδιος. *Tria enim genera saltationis; pyrrhiche, sicinnis, quæ est sacerdotalis: & cordacismus, fœdus quidam, & magis conveniens comicis.* Ac consentit Scholiastes Homeri *ad Iliad.* π'. ubi iisdem pene verbis. Τρία γὰρ εἴδη ὀρχήσεως. πυῤῥίχη, σίκιννις, ἥ τίς ἐστιν ἱερατική. καὶ ὁ κορδακισμὸς, αἰσχρός τις ὢν, καὶ βεβήλοις ἁρμόδιος. *Tria enim genera saltationis; pyrrhiche, sicinnis, quæ est sacerdotalis: & cordacismus, fœdus quidam, & profanis conveniens.* Nam ita legendum illic, non, καὶ ὁ σκορδακισμὸς, supra ostendi, cum de cordace agerem. Invenit, ac

nomen a se dedit, Satyrus quidam, qui in comitatu Bacchi. Lucianus *De Salt.* Τελῶν γὰρ ὄντων τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων, κόρδακος, καὶ σικιννίδος, ἐμμελείας, οἱ Διονύσου θεράποντες οἱ Σάτυροι, ταύτας ἐφευρόντες, ἀπ' αὐτῶν ἑκάστην ὠνόμασαν. *Quum ergo tres sint generales maxime saltationes, cordax, & sicinnis, & concinnitas, Bacchi ministri Satyri, qui has invenerunt, ab illis quamque nominaverunt.* Nomen Satyri non exprimit quidem, sed id Sicinnis, aut Sicinnus, fuerit oportet. Et invenio apud Suidam. Σίκιννις, ὄνομα κύριον. καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Sicinnis, nomen proprium; & genus saltationis.* Et apud Athenæum *lib* I. qui non Satyrum eum facit, verum Barbarum, aut Cretensem. Σίκιννις, ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος. οἱ δέ φασιν, ὅτι Κρὴς ἦν ὁ Σίκιννος. *Sicinnis, cujus inventor Sicinnus quidam barbarus: alii vero dicunt Cretensem fuisse Sicinnum.* Item *lib.* XIV. Τινὲς δέ φασι Σίκιννόν τινα βάρβαρον εὑρετὴν αὐτῆς (τῆς σικιννίδος) γενέσθαι. ἄλλοι δὲ Κρῆτα λέγουσι τὸ γένος εἶναι Σίκιννον. *Nonnulli vero dicunt Sicinnum quendam barbarum inventorem ejus (sicinnidis) fuisse. Alii vero Cretensem dicunt genere fuisse Sicinnum.* Eustathius *ad Odyss.* ψ'. Καὶ σίκιννις, ἧς εὑρετὴς Σίκιννός τις βάρβαρος, ἢ Κρής. *Et Sicinnis, cujus inventor Sicinnus quidam barbarus, aut Cretensis.* Ad barbarum quod attinet, fuerit ille ipse Persa, quem captivum, Themistocli charum, & liberis ejus præceptorem ab ipso datum, tradit Plutarchus in *Themistocle.* Ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος αἰχμάλωτος, εὔνους δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ παιδαγωγός. *Erat autem genere Persa Sicinnus captivus, sed benevolus Themistocli, & filiorum ejus pædagogus.* Et disertis verbis dicit *in* Σίκιννις Auctor Etymologici, ubi inter cæteras nominis origines hanc quoque ponit. Οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ παιδαγωγοῦ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων Σικίννου. *Alii vero ab pædagogo Themistoclis liberorum Sicinni.* Ita enim ibi legendum, non Σικανοῦ, ut hodie editur; quod recte etiam a doctissimo Sylburgio monitum animadverto. Alii dictam esse volunt, παρὰ τὸ σείεσθαι, καὶ κινεῖσθαι. Hesychius. Σίκιννις, ὄρχησίς τις, ἀπὸ τοῦ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι. *Sicinnis, saltatio quædam, ab quatiendo & movendo.* Hanc quoque originem tradit *Etymologici* Auctor, & alteram item addit a Sicano, Atheniensium rege. Εἴρηται σικιννις, παρὰ τὸ σείεσθαι καὶ κινεῖσθαι. ἢ ἀπὸ Σικανοῦ, τοῦ Ἀθηναίων βασιλέως. *Dicta est sicinnis ab quatiendo & movendo; aut ab Sicano Atheniensium rege.* Verum enim vero etiam isthic recte Sylburgius legendum monuit, ἢ ἀπὸ Σικιννοῦ, *aut ab Sicinno.* Sed Atheniensium tamen regem Sicinnum in Historia ejus populi non temere invenies. Alii tradunt inditum nomen a Nympha Sicinnide, Cybeles pedissequa; ac saltasse primos Phrygas in honorem Bacchi Sabazii. Eustathius ex Arriano *ad Homeri Iliad.* π'. Ἦν δὲ καὶ σίκιννις κωμικωτέρα, ἣν πρῶτοί φασιν ὀρχήσασθαι Φρύγες ἐπὶ Σαβαζίῳ Διονύσῳ, ὀνομασθεῖσαν κατὰ τὸν Ἀρριανὸν ἐπὶ μιᾷ τῶν ὀπαδῶν τῆς Κυβέλης Νυμφῶν. *Erat vero & sicinnis magis comica, quam primi, dicunt, saltaverunt Phryges in honorem Sabazii Bacchi, nominatam juxta Arrianum ab una comitum Cybeles Nympharum.* Ob hanc etymi incertitudinem L. Accius, Poeta vetus, sicinnistas *Nebuloso nomine* appellasse videtur. Agellius *lib.* XX. *cap.* III. *Sicinnium, genus veteris saltationis fuit. Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum L. Accius poeta in Pragmaticis, appellarique sicinnistas ait* nebuloso nomine: *credo propterea* nebuloso, *quod, Sicinnium cur diceretur, ei obscurum esset.* Dixi paulo ante, primos sicinnim saltasse Phrygas, Eustathii testimonio, ex Arriano; a quo seorsim abit Athenæus, qui primum saltasse eam Thersippum tradit, *lib.* XIV. Σκάμων δ' ἐν πρώτῳ περὶ εὑρημάτων (φησὶ) σίκιννιν αὐτὴν εἰρῆσθαι ἀπὸ τοῦ σείεσθαι, καὶ πρῶτον ὀρχήσασθαι τὴν σίκιννιν Θέρσιππον. *Sed Scamon in primo de inventionibus (ait) sicinnin ipsam dictam fuisse ab quatiendo, & primum saltavisse sicinnin Thersippum.* Porro erat hæc pars Italicæ. Idem Athenæus *libro primo.* Τὸν Βάθυλλον καὶ Πυλάδην φησὶν Ἀριστόνικος, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ. καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια. καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις. *Bathyllum & Pyladen ait Aristonicus Italicam saltationem constituisse ex comica, quæ vocabatur cordax; & tragica, quæ vocabatur concinnitas; & satyrica, quæ dicebatur sicinnis.*

ΣΙΚΙΝΝΟΤΥΡΒΗ.

Erat & cantus, & saltatio, ad illum accommodata. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνόματα, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. *Tibiæ vero inflationum nomina sunt, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, ista; Comus Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicinnotyrbe, Thyrocopicon, ipsum quoque Crusithyron, Cnismus, Mothon. Hæc vero omnia cum saltatione canebantur tibia.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* φ'. Αὐλήσεων ὀνομασίαι, ὡς Ἀθήναιος ἐκτίθεται, κῶμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, σικιννοτύρβη, θυροκοπικὸν, τὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων. μετ' ὀρχήσεως δέ φησιν αὐτὰ ηὐλεῖτο. *Tibiæ inflationum nominationes, ut Athenæus exponit, Comus, Epiphallus, Chorius, Callinicus, Bellicum, Hedycomus, Sicynotyrbe, Thyrocopicon, quod & Crusithyron, Cnismus, Mothon. Cum saltatione autem, inquit, ista canebantur tibia.*

ΣΙΜΗ ΧΕΙΡ.

Vide infra, Χεὶρ σιμή.

ΣΙΧΘΑΡΙΣ.

Saltatio Libyca. Hesychius. Σιχθαρὶς, Λιβυκὴ ὄρχησις. *Sichtharis, Libyca saltatio*

ΣΚΙΦΙΣΜΟΣ.

Eadem quæ Ξιφισμὸς, de qua supra a me dictum. Hesychius. Σκιφίζει ξιφίζει. ἔστι δὲ σχῆμα μαχαιρικῆς ὀρχήσεως. *Sciphizei, xiphizei, manu instar ensis extenta saltat. Est autem forma machæricæ saltationis.*

ΣΚΟΠΟΣ.

Athenæus commemorat *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως ξιφισμὸς, θερμαυστρὶς, ἑκατερίδες, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Formæ vero sunt saltationis Xiphismus, Thermaystris, Hecaterides, Scopus, Manus præceps.* Hesychius *in* Ὑπόσκοπον χέρα. Σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκοπός. *Hyposcopum manum. Forma vero est saltatoria scopus.* Non recte faciunt viri docti, qui hanc lectionem sollicitant.

ΣΚΩΨ. ΣΚΩΠΕΥΜΑ. ΣΚΩΠΙΑ.

De scope, & scopia, est locus Pollucis *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δέ τι καὶ σκὼψ, τὸ δ' αὐτὸ καὶ σκωπία. εἶδος ὀρχήσεως, ἔχον τινὰ τοῦ τραχήλου περιφορὰν κατὰ μίμησιν τοῦ ὄρνιθος, ὃς ὑπ' ἐκπλήξεως τῆς ὀρχήσεως ἁλίσκεται. *Erat vero aliquid etiam scops, sed illud ipsum quoque scopia. Species saltationis, habens quandam cer-*

vicis gyrationem ad imitationenem volucris, quæ percussa ab saltatione capitur. De scope, & scopeumate, Athenæus *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμός, καλαθισμός, καλλαχίδες, σκώψ, σκώπευμα. ἦν δ' ὁ σκὼψ τῶν ἀποσκοπούντων τὸ σχῆμα, ἄκραν τὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ μετώπου κεκυρτωκότων. *Figuræ autem sunt saltationis Xiphismus, Calathismus, Callacides, Scops, Scopeuma. Erat vero scops ab prospicientibus, quod ad habitum, ut extremam manum super frontem haberent incurvatam.* Deinde laudat versum Æschyli e *Theoris*:

Καὶ μὴν παλαιῶν τῶνδέ σοι σκωπευμάτων.
Et quidem veterum horum tibi scopeumatum.

Ac de scope etiam dixit *lib.* IX. Τὸ δ' αὐτὸ ποιεῖν λέγουσι καὶ τὰς σκῶπας. καὶ γὰρ τούτους ὀρχήσει λόγος ἁλίσκεσθαι. μνημονεύει δ' αὐτῶν Ὅμηρος. γένος τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. λαβὸν τοὔνομα ἀπὸ τῆς περὶ τὸ ζῶον ἐν τῇ κινήσει ποικιλίας. *Sed id ipsum facere dicunt etiam scopas. Nam & hos sermo est saltatione capi. Meminit eorum Homerus: & genus saltationis ab eis vocatur scops; nacta nomen ab varietate, qua utitur hoc animal in motu.* Et ex eo Eustathius *ad Odyss.* έ. Ἐν δὲ τοῖς τῶν Ἀθηναίου φέρεται, ὅτι καθὰ οἱ ὦτοι τὸ ὄρνεον, ὧν μνεία καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα κεῖται, οὕτω καὶ οἱ σκῶπες ὀρχήσει ἁλίσκονται. καὶ ὅτι καὶ γένος ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. *Sed in scriptis Athenæi dicitur, sicut oti avicula, quorum mentio etiam in illis ad Iliada ponitur, sic & scopes saltatione capi: atque etiam genus saltationis ab illis vocari scops.* Hesychius, Σκῶπες, εἶδος ὀρνέων. οἱ δὲ, κολοιούς· καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Scopes, species avium; alii autem graculos: & species saltationis.* Ad scopeuma quod attinet, consentanea quoque Athenæo dicit Hesychius. Σκωπευμάτων, σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπον τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπεύντων. *Scopeumatum, figura manus ad frontem positæ, instar porro respicientium.* Respexit autem, ut puto, versum Æschyli e *Theoris*, quem ex Athenæo proposui. Ad figuram manus quod attinet, de qua Hesychius, quam formabant οἱ ἀποσκοποῦντες; tali sciendum Panes, Satyrosque repræsentari solitos fuisse. Docet *alibi* idem Hesychius. Ὑπόσκοποι χεῖρα. Αἰσχύλος ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες, οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, καθάπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι. *Hyposcopum manum. Æschylus tanquam procul respicientes sic jubet formare manum, prout exhibent Panas.* Habes, ecce, de Panibus exemplum; de Satyris est apud Plinium *lib.* XXXV. *cap.* XI. *Sed & (laudatus Antiphilus) nobilissimo Satyro cum pelle pantherina, quem Ἀποσκοποῦντα appellant.*

ΣΟΒΑΣ.

Inter ridiculas recensetur ab Athenæo *lib.* XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς. *Et ridiculæ vero saltationes sunt, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus & Sobas.*

ΣΤΟΙΧΕΙΑ.

Itidem inter ridiculas censetur ab Athenæo *lib.* XIV. Καὶ γελοῖαι δ' εἰσὶν ὀρχήσεις, ἴγδις, καὶ μακτρισμὸς, ἀπόκινός τε καὶ σοβάς. ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων τε ἐκχύσεις, καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ στοιχεῖα. *Et ridiculæ vero saltationes sunt, Igdis, & Mactrismus, & Apocinus & Sobas. Præterea vero Formæ imitatio, & Noctua, & Leo, & polentarum effusiones, & debitorum Abolitio, & Elementa.*

ΣΤΡΟΒΙΛΟΣ.

Suidas. Στρόβιλος, ἡ νῆσος, καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Strobilus, insula, & species saltationis.* Etymo-

A logici Auctor. Στρόβιλος, παρὰ τὸ στρέφω στρόφιλος, καὶ στρόβιλος· σημαίνει δὲ ἡ λέξις τὰς κοχλίας, καὶ τὰς θαλασσίους κήρυκας, καὶ εἶδος ὀρχήσεως. *Strobilus ab verbo strepho, quod notat verto, Strophilus & Strobilus. Vox illa autem notat cocbleas, & marinos cerycas, & speciem saltationis.* Hesychius: Στρόβιλος, συστροφὴ ἀελλώδης, καὶ ἡ πίτυς, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς. καὶ εἶδός τι ὀρχήσεως. *Strobilus, vertigo procellosa, & pinus, & fructus ejus, & species quædam saltationis.* Inter lascivas saltationes enumerat Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Βακτριασμὸς δὲ, καὶ ἀπόκινος, καὶ ἀπόσεισις, ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ, καὶ στρόβιλος. *Bactriasmus autem, & Apocinus, & Aposeisis vel Amotio, lascivæ spe-
B cies saltationum, in lumborum circulatione, & strobilus.* Meminit quoque Athenæus *lib.* XIV.

ΣΥΒΑΡΙΤΙΚΗ.

Erat hæc sine dubio, pariter atque ipse populus, mollissima. Meminit Maximus Tyrius *Dissert.* XXXIII. Τὰ δὲ ὑπὸ τῶν σοφιστῶν θρυλλούμενα ἐς αὐτὴν, ἡ Σαρδαναπάλου τρυφὴ, καὶ ἡ Μηδικὴ χλιδὴ, καὶ ἡ Ἰωνικὴ ἁβρότης, καὶ τράπεζαι Σικελικαὶ, καὶ ὀρχήσεις Συβαριτικαὶ, καὶ ἑταῖραι Κορίνθιαι, ταῦτα ἀθρόα, καὶ ὅσα τούτων ποικιλώτερα, οὐχ ἡδονῆς ἔργα, ἀλλὰ τέχνης καὶ
C λόγου. *Illa, quæ ab declamatoribus vulgo in eam solent projici, luxuria Sardanapali, & Medica corruptela, & Ionica mollities, & mensæ Siculæ, & saltationes Sybariticæ, & meretrices Corinthiæ, illa crebra, & quæcunque illis magis varia, non voluptatis opera, sed artis & rationis.*

ΣΧΙΣΤΑΣ ΕΛΚΕΙΝ.

Erat saltatio chorica. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δὲ καὶ τὸ Σχιστὰς ἕλκειν σχῆμα ὀρχήσεως χορικῆς. ἔδει δὲ πηδῶντα ἐπαλλάττειν τὰ σκέλη. *Sed erat quoque Calceos trahere, species saltationis choricæ: oportebat autem salientem alternare crura.* Erant vero Σχι-
D σταὶ, calceorum genus. Idem Pollux *lib.* VII. *cap.* XXII. Σχισταὶ, πολυτελὲς ὑπόδημα, καὶ θρυπτικόν. *Schistæ, pretiosum calceamentum, & luxuriosum.* Respexit hanc saltationem Hesychius isto loco. Σχῆμα ποδὸς, τὰ σχίσματα, καὶ ὀρχηστικὸν σχῆμα. *Figura pedis, schismata vel discrimina, & saltatoria figura.*

ΤΕΛΕΣΙΑΣ.

Saltatio militaris erat, & cum armis fiebat, a Telesia inventore ita dicta. Athenæus *lib.* XIV. Τελεσιὰς, ἀπὸ Τελεσίου πρώτου μεθ' ὅπλων ταύτην ὀρχη-
E σαμένου. *Telesias, ab Telesia qui primus cum armis saltavit.* Et mox iterum: Τελεσιὰς δ' ἐστὶν ὄρχησις καλουμένη. στρατιωτικὴ δ' ἐστὶν αὕτη, ἀπό τινος ἀνδρὸς Τελεσίου λαβοῦσα τοὔνομα, μεθ' ὅπλων τὸ πρῶτον αὐτὴν ἐκείνου ὀρχησαμένου, ὥς φησιν Ἱππαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Καρχηδονίων πολιτείας. *Telesias vero est saltatio vocata; est autem hæc militaris, ab viro quodam Telesia nomen adepta, qui primum eam cum armis saltavit, ut ait Hippagoras in primo de republica Carthaginiensium.* Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυρρίχη τε καὶ τελεσιὰς, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυρρίχου τε καὶ Τελεσίου. *Ar-
F matæ saltationes; Pyrrhicha & Telesias, cognomines duæ judicum saltatorum, Pyrrichi & Telesiæ.* Hesychius. Τελεσιὰς, ἡ μετὰ ξίφους ὄρχησις, ἀπὸ τοῦ εὑρόντος Τελεσίου. *Telesias, saltatio cum gladio, ab eo qui invenit Telesias.* Ita enim scribendum illic; non Τελεσία, ἡ μετὰ ξ.

ΤΕΤΡΑΚΩΜΟΣ.

Erat Herculi consecrata. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἦν δὲ καὶ κῶμος εἶδος ὀρχήσεως, καὶ τετράκωμος, Ἡρακλέους ἱερά. *Erat vero & Comus species saltatio-*

nis, *& Tetracomus*, *Herculi sacra*. Nec saltatio tantum erat, sed & cantus ad quem saltabatur; ac dicebatur, quasi τέσσαρες κῶμοι. Hesychius. Τετράκωμος, μέλος τι σὺν ὀρχήσει, πεποιημένον εἰς Ἡρακλέα ἐπινίκιον, ἐκαλεῖτο δὲ τέσσαρες κῶμοι. *Tetracomus, cantilena quædam cum saltatione, facta in Herculem ad cantandam victoriam: vocabatur autem quadruplex comessatio*. Et Athenæus quoque *lib.* XIV. inter eos cantus commemorat, ex Tryphone, qui communi cum saltatione nomen haberent. Longe diversum quid erant Τετράκωμοι Atticæ; itaque male dubitare se ait Pollux sub finem capitis citati. Ὁ δὲ τετράκωμος, τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνησι τετρακώμοις. *Tetracomus vero, species saltationis, nescio an aliquo affinis fuerit tetracomis Athenarum*. Non erat hoc in dubium vocandum.

ΤΙΤΑΝΕΣ.

Hæc nimirum ita dicta, quod in ea Titanes exprimerentur. Meminit Lucianus: Κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν, ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων, κάθηνται δι' ἡμέρας, Τιτᾶνας, καὶ Κορύβαντας, καὶ Σατύρους, καὶ βουκόλους ὁρῶντες. καὶ ὀρχοῦνταί γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι. *Statuto tempore singuli, neglectis aliis rebus omnibus, sedent interdiu, Titanas, & Corybantas, & Satyros, & bubulcos spectantes; & saltant illa nobilissimi*.

TITIUS.

Hæc Romanorum erat, a Sexto Titio ita dicta, cujus gestus in ea exprimebantur. Cicero *de Clar. Orat. Quos Sextus Titius consequutus, homo loquax sane, & satis acutus, sed tam solutus, & mollis, in gestu, ut saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset*.

ΤΡΟΙΖΗΝΙΑΚΗ.

Hæc Trœzeniis propria. Athenæus *lib.* I. Ὀρχήσεις ἐθνικαὶ αἵδε. Λακωνικαὶ, Τροιζηνιακαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινιακαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. *Saltationes gentiles hæ: Laconicæ, Trœzeniacæ, Epizephyrii, Creticæ, Ionicæ, Mantiniacæ, quas præponit Aristoxenus propter manuum agitationem*.

ΤΥΡΒΑΣΙΑ.

Erat dithyrambica. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Τυρβασία δὲ ἐκαλεῖτο τὸ ὄρχημα, τὸ διθυραμβικόν. *Tyrbasia vero vocabatur saltatio dithyrambica*. Hesychius. Τυρβασία, χορῶν ἀγωγή τις διθυραμβικῶν. *Tyrbasia, ductus chororum aliquis dithyrambicorum*

ΥΑΛΚΑΔΑΙ.

Erat saltatio puerorum Laconica. Hesychius. Ὑαλκάδαι, χορὸς παίδων, Λάκωνες. *Hyalcadæ, chorus puerorum, Lacones*

ΥΓΡΑ.

Erat quæ Ὄκλασμα quoque, & Περσικὴ, dicebatur; de quibus dictum a me suis locis. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ ὄκλασμα. τοῦτο γὰρ ἐν Θεσμοφοριαζούσαις ὀνομάζεται τὸ ὄρχημα τὸ Περσικὸν, καὶ σύντονον. τὴν δ' αὐτὴν καὶ ὑγρὰν ὠνόμαζον. *Et ingeniculatio: illa enim in Thesmophoriazusis nominatur saltatio Persica, & vehemens. Hanc vero ipsam quoque hygran, madidam, nominabant*.

ΥΠΟΓΥΠΩΝΕΣ.

Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Οἱ δὲ ὑπογύπωνες, γερόντων ὑπὸ βακτηρίαις τὴν μίμησιν εἶχον. *Illi vero Subcurviones, senum sub baculis imitationem habebant*. Et observa; repræsentabantur in ista saltatione senes incurvi, quique baculo gradum fulcirent.

ΥΠΟΡΧΗΜΑΤΙΚΗ.

Erat Lyricæ poeseos. Athenæus *libro* XIV. Ὁμοίως δὲ καὶ τῆς λυρικῆς ποιήσεως (ὀρχήσεις εἰσὶ) τρεῖς. πυῤῥίχη, γυμνοπαιδικὴ, ὑπορχηματική. *Similiter & Lyricæ poeseos (saltationes sunt) tres: Pyrrhiche, Nuda puerilis, Subsaltatoria*. Mox cordaci non dissimilem inquit. Ἡ δ' ὑπορχηματικὴ τῇ κωμικῇ οἰκειοῦται, ἥτις καλεῖται κόρδαξ. παιγνιώδεις δ' εἰσὶν ἀμφότεραι. *Sed subsaltatoria comicæ domestica est, quæ vocatur cordax: sunt autem utræque lusoriæ*. Saltabat in ea chorus canens. Athenæus *ibidem*. Ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. *Sed subsaltatoria est, in qua cantans chorus saltat*. Erat autem virorum, & mulierum. Idem Athenæus *loco citato*. Καί ἐστιν ὑπορχηματικὴ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. *Et est subsaltatoria saltatio virorum ac mulierum*. De hac saltatione intelligendus Eunapius in *Ædesio*. Πρῶτος Ἀριστοφάνης ἐπὶ διεφθαρμέναις ψυχαῖς τὸν γέλωτα ἐπεισαγαγὼν, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σκηνῆς κινῶν ὑπορχήματα, τό, τε θέατρον ἀνέπεισεν. *Primus Aristophanes depravatis mentibus risum insuper admovens, & in scena agitans illas subsaltationes, & theatro persuasit*. Et quæ sequuntur. Propria autem τὰ ὑπορχήματα fuisse videntur Apollini, quemadmodum οἱ παιᾶνες. Menander Rhetor satis clare in *Prœmio*. Ἔπαινος δέ τις γίνεται ὅτε μὲν εἰς θεοὺς ὕμνους καλοῦμεν. καὶ τούτους οὖν διαιρούμεθα κατὰ θεὸν ἕκαστον. τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα παιᾶνας, καὶ ὑπορχήματα, νομίζομεν. *Laudatio autem aliqua fit, quando quidem in Deos vocamus hymnos; eosque distinguimus secundum singulos. Nam pæanas quidem in Apollinem, etiam subsaltationes, pro justo habemus*. Dicta autem Ὑπορχήματα, quod ad præscriptum poetarum saltarent. Nam olim ingenuis poetæ saltationum modos præscribebant, figurasque depingebant, quæ cantionum essent quasi notæ; id, quod virile ac generosum esset, sedulo præscribentes: atque ad præscriptum istud saltabatur. Athenæus *lib.* XIV. Ἐξ ἀρχῆς συνέταττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων. τηροῦντες ἀεὶ τὸ εὐγενὲς καὶ ἀνδρῶδες ἐπ' αὐτῶν, ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τοιαῦτα προσηγόρευον. *Ab principio componebant poetæ ingenuis saltationes, & gestibus utebantur tantum signis canentium; servantes semper illud generosum ac virile in illis, unde etiam vocabant istas subsaltationes*. Etymologici Auctor ita appellata tradit, quod canerentur, saltarenturque, a cursitantibus circum aras, dum hostiæ illic cremarentur. Ἰστέον, inquit, ὅτι τῶν μελῶν καὶ τῶν ὕμνων τὰ μὲν, καλεῖται προσῴδια. τὰ δὲ, ὑπορχήματα. τὰ δὲ, στάσιμα. καὶ προσῴδια μὲν τὰ λεγόμενα ᾄσματα, εἰσφερομένων εἰς τὸν βωμὸν τῶν ἱερείων παρὰ τὸ, προσιόντων εἰς τὸν βωμὸν τῶν θυμάτων, ταῦτα λέγειν. ὑπορχήματα δὲ, ἅτινα πάλιν ἔλεγον ὀρχούμενοι, καὶ τρέχοντες κύκλῳ τοῦ βωμοῦ, καιομένων τῶν ἱερείων. *Scire oportet cantuum & hymnorum nonnulla quidem vocari prosodia vel accentus; alia vero subsaltationes; alia denique stabilia. Et prosodia quidem* (sunt) *cantus qui dicuntur illatis in aram hostiis ex eo, quod illos dicunt sacrificiis ad aram accedentibus. Subsaltationes vero, quas postea dicebant saltantes, & circa aram in orbem currentes, dum cremantur hostiæ*. Alii inde nomen derivant, quod chorum ducentem sequentes subsultarent. Lucianus *De Salt.* Παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. *Puerorum chori*

comm-

coeuntes in tibia & cithara, alii quidem choream agebant, subsaltabant vero optimi, qui electi erant. Illæ igitur cantilenæ quæ choris istis scribebantur, vocabantur subsaltationes. Apud Catullum οἱ Ὑπορχησαὶ dicuntur *Salisubsuli*, Carm. XVII.

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat;
In quo vel salisubsuli sacra suscipiunto.

Et apud Senecam Philosophum *saltus Saliaris* non alius est intelligendus, quam ἡ Ὑπορχηματική. Locus ejus ecce iste *Epist.* XV. *Sunt exercitationes & faciles, & breves; qui corpus & sine mora laxent, & tempori parcant: cujus præcipua ratio habenda est. Cursus, & cum aliquo pondere manus motæ; & saltus, vel ille qui corpus in altum levat, vel ille qui in longum mittit, vel ille, ut ita dicam, Saliaris.* Dixi ex *Etymologici* Auctore, saltasse circum aras, dum hostiæ cremarentur. Habes id ipsum apud Virgilium *Æneid.* VIII.

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis.

Ita autem saltationem instituebant, ut primo a sinistra dexteram versus, inde a dextrâ sinistram versus procederent: prius ad Zodiaci circuli, alterum ad cœli imitationem facientes. ac postremo totam aram circumibant. Accipio ex citato jam *Etymologici* Auctore. Ὅτε ἢ περιέτρεχον τὸ βωμὸν, ἀπίεσαν πρότερον μὲν ἀπὸ τὸ ἀριστερῦ μέρους ἐπὶ τὸ δεξιὸν, κατὰ μίμησιν τὸ ζωδιακῦ κύκλυ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τὸ ἐναντίαν τῷ ὀρανῷ ποιεῖται κίνησιν, ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολὰς φερόμενος. ὕστερον ἢ πάλιν, ἀπὸ τὸ δεξιῦ ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ἴεσαν, κατὰ μίμησιν τὸ ὀρανῦ. τελευταῖον ἢ, πάντα τὸ βωμὸν περιέτρεχον. *Quando autem currebant circum aram, discedebant primum quidem ab sinistra parte ad dextram, ex imitatione zodiaci circuli, quia & ipse contrarium cœlo facit motum, ab occasu ad ortum delatus: Postea vero rursus ab dextra ad sinistram ibant ad imitationem cœli. In fine autem aram omnem circumcurrebant.* Hoc ipsum nempe Salii etiam faciebant, ut apparet ex citatis Virgilii versibus; idque *Amtruare*, & *Redamtruare*, & Latini veteres dicebant. Festus. *Redamtruare dicitur in Saliorum exultationibus, cum præsul amtruavit, quod est, motus edidit; & referuntur invicem iidem motus.*

ΦΑΛΛΙΚΟΝ.

Baccho sacra erat. Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ φαλλικὸν ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ. *Et phallica saltatio in honorem Bacchi.* Ita scribo; non recte editur, Φαλικόν. Corruptus quoque hac de re Hesychii locus. Φαλίκων, ὄρχημά τι. οἱ ἢ, μέλος. ἄλλοι ᾠδὴν αὐτοσχέδιον, ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδομένην. *Phallicorum, saltatio quædam: alii vero cantum; alii cantionem subitam & inconditam, in phallo cantatam.* Rescribo ad eundem modum, Φαλλικὸν, ὄρχημά τι. *Phallicum, saltatio quædam.*

ΦΡΥΓΙΟΣ.

Athenæus *lib.* XIV. Τὰ ἢ σασιμώτερα, καὶ ποικιλώτερα, καὶ τὸ ὄρχησιν ἁπλυστέραν ἔχοντα, καλεῖται δάκτυλος, ἰαμβικὴ, μολοσσικὴ, ἐμμέλεια, κόρδαξ, σίκιννις, Περσικὴ, Φρύγιος. *Sed stabiliora, & magis varia, & saltationem habentia magis simplicem, vocantur Dactylus, Jambica, Molossica, Concinnitas, Cordax, Sicinnis, Persica, Phrygius.* Erat autem rusticorum temulentorum. Lucianus *De Salt.* Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο τὸ Φρύγιον τὸ ὀρχήσεως εἶδος, τὸ παροίνιον καὶ συμποτικὸν, μετὰ μέθης γιγνόμενον, ἀγροίκων πολλάκις πρὸς αὔλημα ὀρχυμένων σφοδρὰ καὶ καματηρὰ πηδήματα, καὶ νῦν ἔτι τὸ ἀγροικίαις ἐπιπολάζοντα, ὑπ' ἀγνοίας παρέλιπον. *Neque enim illam Phrygiam saltationis speciem vino & conviviis accommodam, cum ebrietate fieri solitam, rusticorum sæpe ad tibiam saltantium vehementes & laboriosos saltus, etiam nunc in rusticorum viciniis usurpatos, per ignorantiam prætermisi.*

ΧΑΡΙΤΕΣ.

Hac Gratiæ repræsentabantur. Xenophon in *Convivio.* Εἰ ἢ ὀρχοῖντο πρὸς τὸ αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτές τε, καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ ἂν οἶμαι αὐτὰς γε ῥᾷον διάγειν, καὶ τὸ συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι. *Si vero ad tibiam saltarentur gestus, in quibus & Gratiæ, & Horæ, & Nymphæ pinguntur, multo opinor commodius illos agere, & convivium multo pluribus venustatibus abundare.*

ΧΕΙΡ ΚΑΤΑΠΡΗΝΗΣ.

Erat e tragicis. Athenæus *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής. *Figuræ autem saltationis sunt, brachii ad gladii speciem Extensio, Scopus, Manus præceps.* Emendandus Pollux *lib.* IV. *cap.* XIV. Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνής, ξύλυ παράληψις. *Et quidem tragicæ saltationis figuræ, Curva, Manucalathiscus, Manus præceps, Ligni adsumtio.* Hodie editur, Χεὶρ κατὰ πλανής. *Manus deerrans.* Erat quoque

ΧΕΙΡ ΣΙΜΗ.

Et ipsa e tragicarum numero. Sed hujus nomen ubique corruptum. Ecce apud Pollucem, *loco citato.* Καὶ μὲν τραγικῆς ὀρχήσεως τὰ σχήματα, σιμὴ, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνής. *Et quidem tragicæ saltationis figuræ, Curva, Manucalathiscus, Manus præceps.* Restituo, Σιμὴ χεὶρ, ὁ καλαθίσκος, χεὶρ κ. *Curva manus, Calathiscus vel corbiculus, Manus p.* Et apud Athenæum *lib.* XIV. Σχήματα δ' ἐστὶν ὀρχήσεως, ξιφισμὸς, σκοπὸς, χεὶρ καταπρηνής, χερσὶ, μηδιποδισμὸς, ξύλυ παράληψις. *Figura vero sunt saltationis, brachii ad gladii formam Extensio, Scopus, Manus præceps, Manibus, Medipodismus, Ligni assumtio.* Omnino emendandum censeo, χεὶρ καταπρηνής, χεὶρ σιμὴ, διποδισμὸς, ξύλυ π. *Manus præceps, Manus curva, Dipodismus, Ligni as.* Dixi tragicam fuisse, idque ex Polluce; apparetque ex Hesychii isto loco. Σιμὴ χεὶρ, σχῆμα τραγικόν. *Curva manus, figura tragica.* Verum illic quoque minus recte hodie legitur, Σιμὴ χεὶρ, σχῆμα τ.

ΧΕΙΡΟΚΑΛΑΘΙΣΚΟΣ.

Ita Polluci memoratur, *loco* proxime *citato.* Sed mendum ibi manifestum esse, jam ostendi.

ΧΕΙΡΟΝΟΜΙΑ.

Eadem quæ Πυῤῥίχη, de qua supra abunde dictum. Athenæus *l.* XIV. Καλεῖται δὲ ἡ πυῤῥίχη καὶ χειρονομία. *Vocatur autem Pyrrhiche etiam Chironomia, vel gesticulatio manuum.* Eustathius *ad Iliad.* ν'. Ἦν δέ πολεμικὴ ὄρχησις ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχῦντο. κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχυ, ἀνδρὸς Λάκωνος, καὶ παραμείνασα μέχρι πολλῦ ἐν Λακεδαίμονι, καλυμένη καὶ χειρονομία. *Erat autem bellica saltatio etiam Pyrrhiche, quam armati pueri saltabant; vocata ab Pyrrhicho viro Lacone, eaque permansit diu Lacedæmone, vocata etiam Chironomia.* Animadvertere etiam licet in loco Plutarchi *Sympos.* lib. VIII. Quæst. XV. Ὠρχήσατο γὰρ πιθανῶς τὸ πυῤῥίχην, καὶ χειρονομῶν ἐν τὸ παλαίστραις ἐδόκει διαφέρειν τὸ παίδων. *Saltabat enim scite Pyrrhicham, & gesticulans manibus in palæstris videbatur excellere inter pueros.* Erat nempe gesticulatio manuum, qua omnia, in pyrricha fieri solita, exprimebant; & quia sine adversario, & quasi cum umbra pugnantes, decertabant, Σκιαμαχεῖν quoque dicebantur οἱ χειρονομῦντες. Observo apud Platonem *De Leg.* lib. VIII. Καὶ ἔτι πάντων τῶν ἐμψύχων καὶ τῶν ἀψύχων ἀπορήσαντες ποτὲ, ἐρημίᾳ συγγυμνασῶν ἆράγε τὰς ἐτολμήσαμεν σκιαμαχεῖν ὄντως; ἢ τί ποτε ἄλλο τὸ τὸ χειρονομεῖν μελέτην ἄν τις φαίη γεγονέναι. *Et adhuc omnibus animatis & inanimatis carentes aliquando, inopia eorum cum quibus exerceremur, ergone substinuimus illos in umbra pugnare vere? Aut quid aliud tandem meditationem gesticulationis manuum ali-*

quo dicat fuisse? Et apud Pausaniam *Eliac.* II Σ[illegible] πάρ·χεται σχῆμα. ὅτιο [illegible] χειρονομ[illegible] *Nam in umbra pugnantis figuram expri[illegible], qui Glaucus erat præ æqualibus [illegible] ad gesticulandum manibus.* Hesychius το χειρονομεῖν interpretatur ὀρχεῖσθαι. Ecce. Χειρονόμος, [illegible]. *Gesticulator manibus, saltator.* Et est obs[illegible] apud Aristænetum *lib.* I *epist.* XXVI. Καὶ [illegible] Καράμαλλον [illegible] ἀκριβῶν. *Et omnis fecit [illegible] præ voluptate tentat esse gesticulator manibus. Sed [illegible] accurate imitans Caramallum [illegible] habes omnium [illegible] ex[illegible]ctum.* Et Cassiodorus quoque [illegible] annumerat chironomum. Locus est *Var.* lib. IV. epist. LI. *His sunt additæ orchistarum loquacissimæ manus, [illegible], clamosum silentium, [illegible], quam Musa Polymnia reperisse [illegible], ostendens homines posse & sine oris affatu suum velle declarare.* Tamen diserte a saltatione chironomiam distinguit Xenophon in *Symposio*. Καὶ αὐτὸς [illegible] ὠρχούμην [illegible] πώποτε [illegible] ἔμαθον [illegible] πάνυ [illegible]. *Et ipse domum [illegible], [illegible] quidem: nunquam enim id [illegible], sed manibus gesticulabar. Illa enim noveram.* Dicam discrimen. Saltatio pedibus fiebat chironomia manibus; & saltantes [illegible]. Observare id est apud Juvenalem *Sat.* V.

S[illegible] tercia, n[illegible] sit.
Saltantem spectes, & [illegible] volanti
Cultello [illegible] peragat mandata magistri
O[illegible]. ——

Iterum *Sat.* VI.

C[illegible] Ledam molli saltante Bathyllo,
T[illegible]. ——

Aristænetus *lib.* I. *epist.* X. [illegible] παῖδες ἡλικιῶτι[illegible] [illegible] χειρονόμησαν [illegible]. *Sed virgines æquales operosum hymenæum canebant, non dilatum amplius, nec modo [illegible] interpellatum. Et magistra respondebat decantantem [illegible] cantu, & ad cantilenam commode restituebat, manibus gesticulans modum.* Ad chironomiam respexit Leontius Scholasticus, cum dixit, σοφὰ χειρῶν δάκτυλα. Locus exstat in Epigrammate, *Anthol.* lib. IV. tit. XXV.

Ὄμματα σοι, [illegible] ταρσὰ ποδῶν [illegible], [illegible] σοφὰ χειρῶν
Δάκτυλα, [illegible] Μουσῶν κρείσσονα [illegible] Χαρίτων.
Oculi tibi & plantæ pedum ventosa, & sapientes manuum
Digiti, & Musis meliores & Gratiis.

Per catachresin dixit χειρονομεῖν [illegible] σκέλεσι Herodotus *lib.* VI ubi de Hippoclide narrat. Τὴν κεφαλὴν [illegible] τραπέζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. *Caput [illegible] in mensa cruribus gesticulatus fuit.* Et mox. [illegible] δὲ [illegible] τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, [illegible] αὐτὸς, εἶπε, ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπορχήσαό [illegible] τὸν γάμον. *Ut vero vidit cruribus [illegible], quum non posset se continere, dixit, O [illegible] Tisandri, [illegible] saltasti sane nuptias.* Nempe quia pedibus eadem omnia faceret, quæ manibus fieri solebant. Ita explicat recte eum locum Eustathius *ad Iliad.* [illegible]. Ἔστι δὲ [illegible] τινα τοιαῦτα, οἷον καὶ τὸ, ἐχειρονόμησε [illegible] ὁ Ἱπποκλείδης ἐκεῖνος. ὃς καὶ [illegible], ὡς οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ [illegible] ἐνταῦθα [illegible] τὸ χειρονομεῖν οὐκ ἔστι κυρία λέξις [illegible]. *Sunt vero & alia quædam talia, quale & istud Gesticulatus fuit cruribus Hippoclides ille: qui etiam reprehensus dixit illud pervulgatum, quasi non curat Hippoclides. Et illic enim Gesticulari manibus non est propria dictio de pedibus.* Et paulo post. Χειρονομεῖν δὲ σκέλεσι, τὸ ποιεῖν τοῖς ποσὶν ὅπερ ὁ χειρονόμος. *Gesticulari vero cruribus, est facere pedibus [illegible] gesticulator manibus.* Referebatur vero τῆς χειρονομίας inventio ad Musam Polyhymniam. Anonymus in Carmine *De Musarum inventis.*

Signat cuncta manu, [illegible] Polyhymnia gestu.

Lucianus [illegible], lib. *De Salt.* [illegible] δὲ Μνημοσύνην [illegible] ἵλεων [illegible] *ante omnia vero Mnemosynen & [illegible] Polyhymniam [illegible] propositum est.* Et [illegible] Cassiodori [illegible], paulo ante *citatus.* [illegible] chironomia intelligi debet Cyprianus *De [illegible] muliebrem mollitiem dissolu[illegible] [illegible] expedire.* Iterum. *In articulo [illegible] laborabat, ingratus artifici, [illegible].* Claudianus *De Consulatu M[illegible]*

Qui nutu, manibusque, [illegible]:

Latinis χειρονομεῖν est *Gesticulari*. Suetonius *Nerone*, cap. XLII. *Cum prospera [illegible] nuntiatum [illegible], super abundan[illegible] cœnam jo[illegible]laria in defecti[illegible] carmina, [illegible] modulata, quæ vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est.* Columella in *Præfat.* lib. I. *Gesticulatorum scrupulosissime requirunt [illegible] Musicæ artis, studiosi.* Valerius Maximus *lib.* II. *cap.* IV. *Primus omnium poeta Livius ad fabularum argumenta [illegible] animos transtulit. Isque sui operis actor, cum sæpius a populo revocatus vocem obtudisset, adbibito pueri & tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.* Et occurrit alibi quoque apud Auctores.

ΧΟΡΕΙΟΣ.

Erat inter illas saltationes, quæ cum eo cantu, ad quem saltabantur, nomen commune habebant. Athenæus *lib.* XIV. Αὐλήσεων δ' εἰσὶν [illegible], ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε. κῶμος, βουκολιασμός, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπιφαλλος, χορεῖος. ταῦτα δὲ πάντα μετ' αὐλήσεως ὠρχοῦντο. *Tibiæ vero inflationum nomina, ut ait Tryphon in secundo Nominationum, hæc: Comus, Bucoliasmus, Gingras, Tetracomus, Epiphallus, Choreus: hæc vero omnia cum tibiæ cantu saltabantur.* Quæ eadem quoque ex eo commemorat Eustathius *ad Iliad.* φ.

ΧΡΕΩΝ ΑΠΟΚΟΠΗ.

Inter ridiculas commemorat Athenæus *lib.* XIV. Καὶ [illegible] ὀρχήσεις [illegible], καὶ μακτρισμός, ἀποκι[illegible] σοβάς· ἔτι δὲ μορφασμὸς, καὶ γλαὺξ, καὶ λέων, ἀλφίτων [illegible], καὶ χρεῶν ἀποκοπὴ, καὶ [illegible], καὶ πυρρίχη, quæ aliquoties supra occurrunt.

ΩΡΑΙ.

Hac Horæ exprimebantur, Xenophon in *Convivio*. Εἰ δὲ ὀρχοῖντο πρὸς τὸν αὐλὸν σχήματα, ἐν οἷς Χάριτες [illegible], καὶ Ὧραι, καὶ Νύμφαι γράφονται, πολὺ [illegible] συμπόσιον πολὺ ἐπιχαριτώτερον εἶναι, quæ citata in V. ΧΑΡΙΤΕΣ.

FINIS.

JO. BAPTISTÆ CASALII,

ROMANI,

DE

RITU NUPTIARUM,

AC DE

JURE CONNUBIALI

VETERUM,

DISSERTATIO.

JO. BAPTISTÆ CASALII,

ROMANI,

DE

RITU NUPTIARUM,

AC DE

JURE CONNUBIALI

VETERUM,

DISSERTATIO.

CAP. I.

Stipulatio apud Veteres quid. Ad sponsalia constituenda nudus consensus sufficiebat. Quid a sponso sponsæ dabatur. Qua ætate sponsalia olim contrahi poterant. Diei indictio, sponsalibus factis. Tribus modis uxores quæsitæ. Nuptiæ qui antiquitus peractæ. Ornatus sponsæ qualis. Cingulum novæ nuptæ quod: Cestus dicitur. Quid porrectum a nubentibus sacra facientibus. Iisdem jugum imponi solitum. Velo obnubi solita nova nupta. Velum illud quale. Ritus in traductione sponsæ. Quinam deducebant in domum mariti. Fax præferebatur. Colus & alia utensilia mulieris a quibus gestata. Asses tres ad maritum nubentes deferebant. Fores ædium mariti quomodo ornatæ. Præ iisdem nubentes interogatæ. Ad limen domus quid a sponsa peractum. Ipsi ingredienti claves dabantur, Eadem ubi statuta. In nuptiis quid adhibitum. Cœna nuptialis. Nova nupta a quibus & quomodo deducebatur. Thalassionem & Hymenæum inclamabant. Nuces a pueris spargebantur: & cur. Versus Fescennini etiam adhibiti: unde hi dicti. Lectulus nuptialis qui proprie dictus. Toga eum sterni solitum. Antequam sponsa viro jungeretur quid peractum. Pronubarum officium. Quænam ad hoc adhibebantur.



FUIT mos priscis temporibus, ut qui uxorem ducturus esset, eam in matrimonium datum iri stipularetur, qui contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia, ut ex Servio Sulpitio, Neratio, & aliis refert Gellius lib. IV. *Noct. Attic.* cap. IV. quod & Ulpianus *in l. 2. & 3. de Sponsal. l. Sponsio D. de Verborum signif.* & ex Plauto in *Aulularia* Act. II. Sc. I. Megadorum ab Euclione filiam stupulantem facit:

M. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? E. illis legibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi. M. Sponden' ergo. E. Spondeo.

A In *Trinummo* quoque Act. V. Sc. II. Lysiteles a Charmide ita stipulatur:

—— Sponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?
Ch. Spondeo, & mille auri Philippum dotis.

Ad constituenda sponsalia nudus consensus sufficiebat; cumque & absenti per Nuntium, seu epistolam desponderetur, *l. sufficit. l. in sponsalibus D. de Sponsal.* In tabulas tamen Sponsalitiæ conventiones referebantur. Tertullianus lib. *de Virg. veland. Hæ sunt tabellæ priores naturalium Sponsaliorum, & nuptiarum.* Quæ tabulæ signatoriis eorum, qui B interfuerant, annulis obsignabantur; unde Juvenalis *Sat.* X. de nuptiis contrahendis ait:

—— Venit cum signatoribus auspex.

Apulejus *Apolog.* II. *Habes, cur tabulæ nuptiales inter me, & Pudentillam non n oppido sint, sed in Villa Urbana consignatæ.*

Arrhæ a sponso sponsæ dabantur, *in l. si quis officium D. de Ritu nupt.* cum similibus. Quia & annulus sponsæ pignoris loco mittebatur, quem Pronubum Tertullianus lib. *de Cultu fœmin.* vocat: *Aurum nulla præter uno digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo.* Dabatur annulus, ex Isidor. lib. II. *de Divin. Offic.* cap. XV. vel propter mutuæ di- C lectionis signum; vel ut eodem pignore eorum corda nuda jungantur: ferreum vero annulum, eumque sine gemma sponsæ mitti sua ætate refert Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* I. & de his vide, quæ late diximus in Tractatu *de Annulis*.

Cæterum qua ætate sponsalia contrahi olim poterant, ex Modestino *l. in Sponsalibus D. de Ritu nupt.* quamvis ætas contrahentium definita non sit; tamen sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligitur, id est, si non sint minores, quam septem annorum.

Post contrahentium pubertatem sæpe justæ, ac D necessariæ causæ non solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, & quadriennium, & ulterius trahunt sponsalia: nempe eorumdem valetudo, vel mortes Parentum, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes, quæ ex necessitate fiunt.

Sponsalibus factis consequens erat nuptiis diem dici, nec temere, aut quolibet die nubebant, sed in ea re non levem mentium, ac dierum delectum habebant: novarum certe calendarum posteros



NOVA NVPTA IN GENIALI THALAMO EX HORTIS QVIRINALIBVS OLYMPIAE ALDOBRANDINAE PAMPHYLIAE ROSSANI PRINCIPIS

omnes dies a nuptiis habitos alienos, Sex. Pomp. *l.* xii. scribit. Mensis item Majus ex Plutarcho nuptiis infaustus habebatur, ut ex Ovid. v. *Fast.*

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupsit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de causa, si te proverbia tangunt
Mense malas Majo nubere vulgus ait.

Dies etiam alios, qui contrahendis nuptiis vitabantur, refert Macrobius l. i. *Satur.* cap. xv. & Ovidius ii. *Fastor.* indicat Cicero *ad Q. fratrem* epist. xi. Pomp. nuptias pridie Idus Febr. celebratas infausto, & ominoso die. Sed & Saliorum diebus festis abstinendum a nuptiis idem Ovidius suadet iii. *Fast.*

Nubere si qua voles, quamvis properabitis ambo:
Differ, habent parvæ commoda magna moræ.

Contra conjugio aptissimum esse id tempus, quod Idus Junias sequitur. Idem *ibid.* lib. vi.

Hanc ego cum vellem genero dare, tempora tædis
Apta requirebam, quæque cavenda forent:
Tunc mihi post sacras monstratur Junius Idus
Utilis & nuptis, utilis esse viris.

In contrahendis matrimoniis tribus generibus uxores quæsitas, Usu, Farre, Coemptione: Arnobius lib. iv. *adversus Gentes* ait: *Uxores Dii habent, atque in conjugalia fœdera veniunt conditionibus ante quæsitis, usu, farre, & coemptione genialis lectuli sacramenta conducunt.* Atque in proposito de farris usu inquit Plinius *lib.* xviii. *cap.* iii. *Quin & sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, non æque nuptæ farrum præferebant.* Et Apulejus l. x. *de Asino, Matrimonium confarreare*, dixit.

De Ritu Coemptionis, Boethius lib. xi. *Comment. ad Topica Ciceronis* sic ait: *Coemptio certis solemnitatibus peragebatur: & sese in coemendo invicem interrogabant: vir ita, An sibi mulier Materfam. esse vellet? illa respondebat velle: item mulier interrogabat, An vir sibi Paterfam. esse vellet? ille respondebat velle: itaque mulier in viri conveniebat manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mulier Materfam. Viro loco filiæ.* Cui interpretationi accedit Isidorus l. v. *Etym.* Gellius *l.* xviii. *c.* vi. unde non mirum, *Nuptias* a Modestino *Divini, & humani Juris conjunctionem* definiri, *l.* i. *D. de Ritu nupt.* & a Gord. (*in l. adversus, C. de Crim. expil. hæred.*) *Uxorem rei Divinæ, & humanæ sociam appellari.*

Cæterum de Uxorum usu quærendarum, videtur formam indicasse Cicero, dum Flacci partes tuetur.

Usu partas, ac quæsitas uxores eas fuisse, quæ matrimonii causa in domum absque coemptionis solemnibus deductæ, toto vertente anno cum viro adfuissent; quæ post id temporis ex l. xii. *Tab.* in manu, mancipioque viri fuerint, quasi usu, id est, possessione viro mancipatæ: usum enim pro possessione Veteres dicebant, atque legitimum fuisse modum adipiscendorum dominorum, & præter Juris civilis auctores, testis est Horatius, *lib.* ii. *epist.* ii.

Si proprium est, quod quis libra mercatur, & ære,
Quædam (si credis consultis) mancipat usus.

Et sicuti res mobiles non possessæ possessoris fiebant; ita mulierem, quæ cum viro una matrimonii causa anno integro morata esset, ei uxorem cum re, & effectu partam, conciliatamque fuisse suspicari possumus, dummodo talis annui usus trinoctio perfecto a viro uxor non abnoctaverit, quia tunc ex le-

A ge xii. *Tab.* interrumpebatur usus: referunt Macrobius, & Aul. Gellius. Ex earum vero mulierum, quæ vel in matrimonio, vel in concubinatu promiscue haberi poterant, ex destinatione animi eorum, qui eas habebant, pendebat.

Nuptiæ antiquitus nonnisi captatis prius Auguriis fiebant: sic Tacitus de nuptiis Messalinæ lib. xi. *Annal.* & de Neronis cum Pythagora conjugio lib. xv. agens, utrobique auspicum adhibitorum meminit. Cicero *pro Cluentio*: *Nubit Genero Socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis omnibus.* Lucanus lib. ii. *de Bello Pharsal.*

B *Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui,*
Junguntur taciti, contentique auspice Bruto.

Symmachus l. xi. *Epist. Sororem Pompejam olim viro maturam te auspice in manus optat accipere.* Seneca in *Troade* Act. iv. Scen. i.

Quicumque hymen funestus, illætabilis,
Lamenta, cædes, sanguinem, gemitus habet;
Est auspice Helena dignus.

Et late Dempsterus *ad Rosinum Paralipomena lib.* v. C *cap.* xxxvii.

His expositis, ad novæ nuptæ vestitum, ornatumque transeamus: ac ut a vertice incipiam, senis crinibus ornari solitam scribunt, sicuti Vestales virgines ornabantur ex Sexto Pompejo. Celibari præterea hasta, quæ in corpore Gladiatorio stetisset, nubentis caput eodem auctore comebatur; vel quia matronæ in Junonis Curitis tutela esset; vel ut fortes viros ominarentur, & alia hujusmodi, refert Plutarchus in *Romulo*, & de tali more Ovidius ii. *Fastorum*:

Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri,
D *Comat virgineas hasta recurva comas.*

Arnobius lib. xi. *adversf. Gentes* inquit: *Cum in matrimonio convenitis, toga sternitis lectulos, & maritorum genios advocatis, nubentium crinem celibari hasta mulcetis.* Corona deinde redimiri novæ nuptæ consueverant. Tertullianus *de Corona militum*: *Coronant & nuptiæ Sponsas.* Catullus *de nuptiis Juliæ, & Manlii*:

Cinge tempora floribus
Suaveolentis amaraci.

Et Lucanus de nubente:

E *Turritaque premens frontem matrona Corona.*

Texta Tunica novæ nuptæ induebantur, Plinius *lib.* xviii. *cap.* xlviii. ait: *Quod quidem ex felici textricis conjugio in usum venisse non dubito, cujus memoriam boni ominis causa nuptialibus ritibus novas nuptas usurpasse constat.*

Cingulo insuper nupta cingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum id ex lana ovis. Sex. Pomp. scribit, quasi ut vir suus secum vinctus, cinctusque esset. Cingulum id Herculano nodo junctum, vir ominis gratia solvebat, ut sic ipse felix in suscipiendis liberis esset, sicut Hercules fuit, qui lxx. libe- F ros reliquit. Inde Catullus in *nuptiis Juliæ, & Manlii*:

Te suis tremulus parens
Invocat; tibi Virgines
Zonula solvunt sinus.

Et idem *ad Januam* ait:

Quod Zonam posset solvere Virginem.

Et Ovidius in epist. ii. *Phyllidis ad Demophoontem*:

Cui mea Virginitas avibus libata sinistris,
Castaque fallaci Zona revincta manu.

Cingulum ſeu Zona iſta virginea, quam maritus A
prima nocte diſſolvebat, Ceſtus ſine diphthongo nominabatur; quo Venus Martem, & Juno Jovem ſibi conciliabant. Martialis in *epigr.* XIII. *lib.* VI.

Ut Martis revocetur Amor, ſummique Tonantis,
A te Juno petit Ceſton, & ipſa Venus.

Unde Ceſtus dicitur communiter Cingulum ſponſæ, quæ legitime matrimonium contrahit, aliter tale conjugium Inceſtus nominatur, cui cingulum illud juſtarum nuptiarum non adhibetur: Papinianus in *l. ſi adulterium. D. ad l. Juliam de adulter.* B
Ab hac Cingulorum replicatione Junoni, quæ conjugalibus fœderibus præeſſe credebatur, *Cinxiæ* cognomen inditum eſt, ut ex Sexto Pomp. & Arnobius II. *adverſ. Gentes* ait: *Cingulorum Cinxiæ replicationi*. Et Statius in *Sylvis*: *Dat Juno verenda vincula, & inſigni geminat concordia tæda*. Unde Athenis templum Junoni *Solvizonæ* ſtructum legimus apud Pauſaniam & alios, in quo ſuſpendebant novæ nuptæ zonas, quas ſolverant ſponſi ad illas ingreſſi. Ad quod alluſiſſe videtur Propheta Baruch *cap.* VI. verſ. 42. *Mulieres autem circumdatæ funibus in viis ſedent*, &c. Id eſt, ut ex Herodoti *lib.* I. interpretamur, fœminæ ad ædes Ve- C
neris zonis præcinctæ, quibus virginitatem profeſſæ, hoſpitibus ad Deæ fanum adventantibus pudorem proſtituunt. Apud ſcriptores faſciam pudoris virginei ſignum fuiſſe reperimus: quandoque etiam Caſtitatis conjugalis, hoc eſt, fidei intemeratæ erga maritum; ut *Pſalm.* XLIV. *Aſtitit Regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate*. Et iterum: *Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis*. Hoc eſt, ut exponunt, in faſciis aureis: quaſi ſignificare velit, omnem gloriam caſtæ ſponſæ non eſſe in externo cultu ſitam, ſed intus in Pectorali faſcia, hoc eſt, in fidelitate D
conjugali, quam faſcia repræſentat. Quod in fœminis Faſcia, idem in viris eadem apud lumbos religare, ut Chriſtus admonet apud *Lucam*, cap. XI. *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris*. Id eſt, ne fidem adſtrictam Deo violetis. Porro ſponſæ faſcia pectoralis biſſina a ſponſo dono accepta, ipſam admonebat fidei conjugalis atque puritatis, ut ſcilicet mammillas, quæ cordis ſunt diverticula, hoc eſt, affectus ſuos continentia, coerceret, ſeque mundam ſponſi toro conſervaret. Ut latius Willalpandus *in Ezechielem* Tom. I. part. I. cap. XVI. pag. 187. collat. I.

Præterea ut ad propoſitum revertamur: Junoni E
quoque nubentes ſacra facientes fel cum reliquis victimarum extis non porrigebant, ſed demptum, & divulſum abjiciebant; myſtice ſignificantes omnem bilem, & amaritudinem a nuptiis abeſſe oportere, ut ex Plutarcho refert Briſſonius *de Ritu nupt.* Plutarchus quoque, & Macrob. XI. *Satur.* cap. XII. volunt Junium menſem propitium contrahendis nuptiis, ut diximus hunc a Junone denominari, quod etiam refert Beda lib. *de ratione temporum*, Cenſorinus in lib. *de Die Natali*, cap. XVIII.

Jugum contrahentibus matrimonium imponi conſueverat; Servius, & Iſidorus commemorant, F
ut etiam Plautus in *Curculione*:

Jam ne ea fert Jugum?

Quemadmodum etiam Horatius lib. II. *Carm.* od. V.

Nondum ſubacta ferre jugum valet
Cervice.

Velo obnubi ſolita nova nupta, cum ad virum deduceretur, Tertullianus *de Virgin. veland.* ait: *Atqui etiam velatæ ad virum deducuntur*. Unde nuptiarum nomen ductum eſſe, omnium Grammaticorum fert opinio: nubere enim, & obnubere priſcis velare, & operire ſignificabat, ut Sext. Pomp. Nonius Marcellus, & alii notant. Quo in ſignificatu Arnobius lib. III. *adverſus Gentes*, hoc verbo uſus eſt, inquiens, Quod aqua nubat terram, appellatus cognominatuſque eſt Neptunus: Velum autem id, quo nuptæ caput operiebatur Flammeum appellabatur. Martialis *epigr.* LXXIX. *lib.* XI.

Flammea texantur ſponſæ: jam Virgo parata eſt,
Tondebit pueros jam nova nupta tuos.

Et idem *lib.* XII. *epig.* XLII.

Præluxere faces, velarunt flammea vultus.

Sanctus Ambroſius in lib. *de Viduis*: *Suaſimus, ut veſtem mutares, non ut flammeum ſumeres; ut a ſepulchro recederes; non ut thalamum præparares.*

Expoſuimus, quo cultu, & ornatu nova nupta ad virum procederet; videbimus nunc de Pompæ apparatu, ac Ritu traductionis. In viri igitur domum, tamquam in conjugis manſionem; ad domicilium nuptæ traducebantur. Plautus in *Aulularia* Act. II. Sc. I.

—— E. Quod ſempiternum tibi ſalutare
Sit procreandis liberis. M. Ita Dii faxint.
Volo te domum uxorem ducere.

Et in *Trinummo*, Act. V. Sc. II.

Numquid cauſa eſt, quin uxorem cras domum ducas?

Item unam, poſt matrimonium, viri & uxoris domum dici. Plutarchus lib. IV. *Sympoſiacon*, cap. III. & eſt text. in *l.* I. *§. ſi vir. D. ad ſenat. Sylleian.* Enimvero deductio hæc antiquitus non niſi noctu fiebat, Sext. Pomp. *lib.* XIV. & Val. Max. *lib.* I. *cap.* V. ibi: *More priſco noctu connubia nuptialia petit.* Et Tacitus lib. XI. *Annal.* a Nerone cum Pythagora confectas nuptias referens ait: *Et interdiu in viro nubente ſpectata, quæ etiam in fœmina nox operit.* Et Catullus in *Epithalamio*:

Veſper adeſt, juvenes conſurgite, veſper olympo:
Surgere jam tempus, jam pingues linquere menſas,
Jam veniet virgo, jam dicetur hymenæus.

Pueri vero tres Patrimi nubentem deducebant, ex Sext. Pomp. in verbo *Patrimi*: quorum unus facem præferebat, reliqui duo nubentem tenebant.

Fax porro, quæ præferebatur ex ſpina alba fiebat, ut idem Pomp. ſcribit: ideoque Catullus *de Nuptiis Juliæ, & Manlii*:

Pelle humum pedibus, manu
Spineam quate tædam.

Hinc Plinius, *Spineam nuptiarum facibus auſpicatiſſimam*, ait. Non deſunt, qui velint nuptiales faces ex Pinu confici ſolitas, ut apud Catullum:

Pineam quate tædam.

Et Ovidius II. *Faſtor.* ſuadet a conjugio per aliquot dies abſtinendum:

Dum tamen hæc fient, viduæ ceſſate puellæ;
Expectet puros pinea tæda dies.

Et D. Ambroſius de hujuſmodi facibus in lib. *de Viduis* ait: *Vel cum accenſis funalibus mox ducitur,*

nonne pompæ funebris exequias magis putat, quam thalamum præparari. Præterea in altum toll nubentes priſcis temporibus conſueviſſe, ut ex Optato Milevitano l.VI. *contra Donatiſtas*, tradit etiam Briſſonius *de Ritu Nupt.* ex Apulejo, Polluce, Syneſio, & Suida. Ac etiam apud Pœnos, Græcos, & Ægyptios uſu receptum fuiſſe, ut nubentes ſellæ inſidentes, curruque ſublimes vectæ a Patris domo in mariti domicilium transferrentur, quamvis apud Romanos ſolum a pueris manu ductam nubentem ex Sext.Pomp. vidimus. Et Pauſanias ſcribit, ut nova nupta dum ad domum ſponſi traduceretur, ſolita erat curru geniali vectari, in quo tres tantum ducebantur; nimirum ſponſa, quæ ſederet in medio, ſponſus, & Paranymphus, qui annulum maritalem traderet.

Comitabatur præterea nubentes Colus compta cum fuſo, & ſtamine, ex Plutarcho, & ex Plinio *lib.*VIII. *cap.*XLVIII.

Utenſilia item mulieris, & quæ in uſu, & miniſterio ejus erant, per puerum impuberem in vaſe operto geſtari conſueverant; Puer Camillus, vas ipſum *Cumerum* proprio nomine vocabatur: Varro, lib.VI. *de Ling. Latin.* Cumerum vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant in quo erant nubentis utenſilia: quo vero ad Camilli vocem, ſicuti & Flaminium puerum dictum ingenuum patrimum, & matrimum, qui Flamini Diali ad ſacrificia miniſtrabat. Ita ex Sexto Pompejo, ac etiam ex Macrobio lib.VI. *Saturn.* c. IX.

Quin etiam Aſſes tres ad maritum nubentes deferebant, ut apud Nonium Marcellum, Varro ſcribit, ubi de illorum ſignificatu.

Fores ædium mariti, floribus, & frondibus ornari conſueverunt; unde Catullus *de nuptiis Pelei*:

Veſtibulum ut molli velatum fronde vireret.

Claudianus *de raptu Proſerpinæ*, lib.II. ea excepta in thalamos Plutonis ait:

Pars aulæa tenent alii, prætexere ramis
Limina.

Lauro quippe Poſtes ornare, tam in publicis, quam privatis gaudiis moris erat. Tertullianus in *Apolog.* cap. XXXV. *Cur die læto non laureis poſtes obumbramus?* Plin. *lib.* XV. *cap. ult. Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratiſſima domibus, janitrix Cæſarum, Pontificumque ſola & domos ornat, & ante limina excubat.* Ex hoc more Juvenalis *Sat.* VI. de Muliere ſtatim poſt nuptias divertente:

Ornatas paulo ante fores, pendentia liquit
Vela domus, & adbuc virides in limine ramos:

Præ foribus ædium mariti interrogatæ nubentes, quænam eſſent? Cajas ſe eſſe reſpondebant, ex Plutarcho: fertur enim Cajam Cæciliam Tarquinii Priſci Regis uxorem optimam Lanificam fuiſſe, ideoque novæ nuptæ ante januam mariti ſic interrogatæ reſpondebant. Quintil. *l.*I. *c.*VII. Nam & Cajus, C littera notatur, quæ inverſa mulierem declarat, quia tam Cajas vocitatas eſſe, quam Cajos ex nuptialibus ſacris apparet. Poſtes januæ lana tangi a nubentibus, adipeque ungi conſueverant; Servius *in* IV. *Æneid.* ait: *Moris fuit, ut nubentes puellæ, ſimul ac veniſſent ad limen mariti, poſtes, antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis, & oleo ungerent, & ideo uxores dictæ Unxores.* Et refert etiam Iſidorus *l.* IX. *c. ult.*

Sponſa ingrediendo limen domus mariti pedem attollebat; illud enim tangere ominoſum erat, & ideo ſaltu illud tranſgrediebatur, hinc Catullus in *Epithalamio*:

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilemque ſubi forem.

Et hoc in novis nuptis Religioni habebatur. Plautus:

Senſim ſuper attolle limen pedes nova nupta.

Cauſas ex Servii, & Plutarchi *Problematis* require. Muretus in *Comment. ad Catullum de nuptiis Juliæ, & Manlii.*

Ingredienti nuptæ Claves dabantur, ex Sexto Pompejo in verbo *Clavis*, ut ſignificaretur ei rerum omnium domeſticarum, quæ clavibus concludi ſolent, cura, & adminiſtratio demandata.

Ac etiam in pelle lanea nova nupta ſtatuebatur, ex Sexto Pompejo, quo teſtaretur, ſe lanificii officium viro præſtituram.

Sed etiam aqua, & ignis nuptiarum ſolemnibus adhiberi conſueverat; unde Scævola in *l. penult. D. de donat. inter virum, & uxorem*: *Die nuptiarum priuſquam ad virum tranſiret, & priuſquam aqua, & igni acciperetur.* Quem morem refert quoque Servius *in Æneid.* IV. unde poſtea faces prælucebant, & aqua per puerum de fonte petita, qua nubentibus pedes lavari ſolebant. Et ex Varrone lib.IV. *de Ling. Latin.* ignis, & aqua adhibebantur, ut hæc nupta cum viro communicaret, cum ea ſint cauſa naſcendi; & Halicarnaſſeus *l.*XI. hujus inſtituti originem a Romulo deducit, de quo etiam Val. Flaccus lib.VIII. *Argonaut.* ait:

—— Pariterque precati
Incipiunt; ignem Pollux, undamque jugalem
Prætulit.

In cœna nuptiali oppipare, & laute acceptos convivas fuiſſe, Plautus in *Curcul.* ait:

Tu miles apud me cœnabis: hodie fient nuptiæ.

Legibus ſumptuariis, quibus effervescens Romanorum luxuriæ æſtus coercebatur, nuptiis aliquid indulſiſſe, lex ſiquidem Julia, C. Auguſto imperante pro feſtis diebus ducentos æris impendi permiſit, Kalendis, Idibus, Nonis trecentos: nuptiis autem, Repotiis H-S. millies eſſe conceſſit, quemadmodum Gellius *lib.* II. *cap.* XXIV. refert.

Maxima populi frequentia, & celeberrimo officio nuptæ deducebantur, ex Suetonio in *Caligula* cap.XXIV. de Livia Horeſtilla Piſoni nubente, & Quintilianus *declam.* CCCVI. *Aſpice illam virginem, quam pater tradidit euntem die celebri comitante populo.*

Tibiam quoque nuptialibus feſtivitatibus interveniſſe: Terentius *Adelph.* Act.V. Sc.VII.

—— Verum hoc mihi mora eſt
Tibicina, & Hymenæum, ——
Turbam, Lampadas, Tibicinas.

Et Claudianus in *Epithalamio*:
Ducant pervigiles carmina tibiæ.

Præterea Talaſſionem in nuptiis Romanorum, non ſecus atque Hymenæum, inclamare conſueviſſe ſciendum eſt. Martialis *epigr* XXXV. *lib.* I.
Quid ſi me jubeas Talaſſionem
Verbis dicere, non Talaſſionis?

Euſebius in *Chronico* ait, Sabinæ raptæ, & una virginum pulcherrima cunctorum acclamatione rapi-

entium Talaſſio Duci Romuli decernitur: unde in nuptiarum ſolemnitatibus Talaſſio vulgo acclamitant, quia ſcilicet tali nupta ſit, quæ Talaſſium habere mereatur, quod etiam Servio placet *in l.* I. *Æneid.*

Nuces a novis maritis jaci, & pueris ſpargi conſueviſſe, Virgilius *Eclog.* VIII.

Sparge marite nuces: jam deſerit Heſperus Oetam.

Quod ideo feciſſe Varro tradit, quoniam a rapientibus pueris fieret ſtrepitus, ne puellæ vox virginitatem deponentis poſſet audiri; aliis placuit id factum, ut ſe puerilibus omnibus ludis renunciare, & juvenilia cuncta relinquere eo indicio teſtarentur. Perſius, *Sat.* I.

—— Et nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum ſapimus patruos.

Nubentes præterea prætextis depoſitis a multitudine puerorum, qui ad eam celebritatem conveniebant, obſcœna omni licentia occinebantur, qui verſus Feſcennini dicti ſunt, ſive quod ab urbe Feſcennia eſſent allati, ſive quod Faſcinum arcere putabantur. Servius *in* VII. *Æneid.* & Catullus in *Epithal. Jul. & Manl.*

Heu, heu diu taceat procax Feſcennina locutio.

Et D. Hieronym. in epiſt. *ad Gerontiam*: *Reſponde mihi cariſſima in Chriſto filia, iterum nuptura es? & Feſcennio carmine terribilis tibi rauco ſonitu buccina concrepabit, ut quas habeas pronubas, habeas forte lugentes.* Erant autem Feſcennini verſus joculares incompoſiti, rudes, qui alternis jaciebantur. Horatius *lib.* II. *epiſt.* I

Feſcennina per hunc invecta licentia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Et Livius *lib.* VII. *Non ſicut ante Feſcennino verſui ſimilem incompoſitum, temere, ac rudem alternis jaciebant.*

Interea vero Lectulus nuptialis componebatur, qui proprie genialis dicebatur a generandis liberis, ex Servio in VI. *Æneid.* & Cicero *pro Cluentio*: *Lectum illum genialem, quem biennio ante filiæ ſuæ nubenti ſtraverat.*

Toga vero ſterni lectos, & maritorum genios advocari conſueviſſe, refert Arnobius lib. III. *adverſus Gentes.*

Antequam ſponſa viro jungeretur, ſupra Priapi faſcinum ſedere nova nupta jubebatur: nempe quod in templo Mutini, ſeu Priapi apponeret illa propria pudenda ſupra illius idolum lapideum, ſicuti expreſſum erat in altero ſimili parvo ſimulacro a tergo ad indicationem (ut etiam hodie extat ſimile idolum hic Romæ apud Clariſſimos D. D. de Gottifredis Numiſmatum & Antiquitatum eruditiſſimos) hoc nobis expreſſe demonſtratur auctoritate Arnobii lib. IV. *adverſus Gentes*, ibi: *Etiamne Mutinus, cujus immanibus pudendis, horrentique faſcino veſtras inequitare Matronas & auſpicabile ducitis, & optatis.* Idem refert Lactantius *de Falſa Religione* lib. I. cap. XX. ubi: *Et Mutinus in cujus ſinu pudendo Nubentes reſident, ut & illarum pudicitiam prior Deus delibaſſe videatur.* Et D. Auguſtinus *de C. D.* lib. VI. cap. IX. *Sed quid hoc dicam, cum ibi ſit & Priapus nimium maſculus, ſuper cujus immaniſſimum, & turpiſſimum faſcinum ſedere nova nupta jubebatur more honeſtiſſimo, & religioſiſſimo matronarum.* Hoc idem referunt Cartarius *de Diis Antiquorum*, ubi de Baccho & Priapo pag. mihi 296. ac etiam Briſſonius *de Ritu Nupt.* pag. penult. & Roſinus *Antiquitatum* lib. V. cap. XXXVII. col. fin. Et ad hunc Ethnicorum ritum videtur etiam congruere, quod refertur de Hebræorum Idololatria; & videtur innuere textus in Scriptura ſacra III. *Reg.* cap. XV. ubi Macham matrem ab Aſſa filio amatam, nec eſſet princeps in ſacris Priapi, cujus etiam ſpecum ſubverterit, & confregerit ſimulacrum turpiſſimum, coram quo obſcœna quæque impudentiſſime exercebantur. Præterea Card. Bellarmin. *in Pſal.* CV. num. 28. ſuper illa verba *Initiati ſunt Beelphegor*, refert hiſtoriam lib. *Numer.* c. XXV. quod filii Iſrael decepti e filiabus Mohab, cœperunt fornicari coram eis, & colere Idolum earum dictum Beelphegor, ex quo iratus Deus juſſit ſuſpendi in patibulo omnes Principes populi. Jo. Lorinus in dicto cap. XXV. *Num.* n. 3. ſuper illa verba: *Initiatus eſt Iſrael Beelphegor*, ſecundum expoſitionem Rabbinorum inquit, Quod filiæ Iſrael coibant quotidie cum ſimulacro obſcœniſſimo in virilis membri ſimilitudinem efficto. Ad quod adverte verbum illud *Initiari*, quod idem eſt ac ſacrificare, ex Tertul. in *Apolog.* cap. XVI. ibi: *Atque ita inde præſumptum nos quoque eidem ſimulacro initiari*, &c.

Deinde in lecto pronubas collocaſſe Nuptam ſciendum eſt. Donatus *in Eunuchum Terentii* ad ea verba: *Deinde eam in lecto collocaverunt.* Lampridius in *Heliogabalo*: *Nupſit & coiit, ut & Pronubam haberet.* Et Claudianus *de Raptu*:

Ducitur in thalamum virgo: ſtat Pronuba juxta.

Ad hujuſmodi autem officium ſpectatæ pudicitiæ mulieres, quæ uni tantum viro nupſiſſent, adhibebantur; ut & matrimonii perpetuitatem auſpicarentur, ex Sexto Pompejo, & Tertul. in lib. *Exhortatio ad Caſtitatem*: *Monogamia apud Ethnicos in ſummo honore, ut & virginibus legitime nubentibus univira pronuba adhibeatur.*

Et hæc de Nuptiis dicta ſint ſatis.

Quoniam in hac eadem Diſſertatione, dum de ornatu novæ ſponſæ ſupra dicebamus; quod Cælibari haſta, quæ ſupra caput Gladiatoris mortui ſtetiſſet, nubentis caput comeretur, ut ex Plutarcho in *Problemat.* quæſt. XCVII. & Ovid. citatis: ſeu, ut inquit Feſtus, ſicut illa conjuncta fuerat cum corpore Gladiatoris, ſic cum viro nova nupta eſſet copulata: eademque haſta ab ipſa nupta frontem, & capillos diſcriminari fuiſſe in uſu: quod inde fortes ſe viros genituram ominaretur: aut quod ſponſi diſciplinæ ſe ſubditam fateretur.

Ex hoc antiquiſſimo Græcorum & Romanorum ritu, ſubducitur difficultas ex altero ſimillimo etiam ritu hic Romæ quoque in præcedenti ſæculo ſervato, ut Notarius accedens ſtipulationi contractus matrimonialis poſt mutuam interrogationem, & reſponſionem *Vis, Volo*; ſuperimponeret ille gladium ſuper capita contrahentium, ut illi forſan matrimoniali diſciplinæ ſubducerentur: & præter atteſtationem nobiliſſimæ Romanæ Matronæ mihi cognitæ & adhuc viventis, quæ in ſuo Matrimoniali contractu etiam poſt ſacrum Tridentinum Concilium idem fuiſſe ſervatum illa aſſerit; accedit quoque inſtrumentum matrimoniale mihi traditum a Clariſſimo & Eruditiſſimo D. D. Didaco Cinquino, inter D. D. Franciſcum de Cinquinis ejuſdem Didaci Proavum & Juliam Aſtalliam nobiles Romanos, quod Inſtrumentum hic de verbo ad verbum propono; ut conſtet plurimos ex ritibus noſtri ævi ab illis priſcæ antiquitatis originem habuiſſe.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

PRæsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nativitate ejusdem D.N.JesuChristi Millesimo quingentesimo undecimo Indictione Decima, Die vero decimaquarta Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & D.N. Julii Divina providentia Papæ Secundi anno ejus nono. In præsentia mei Notarii personaliter constituti Illustres D. D. Franciscus de Cinquiniis & Julia de Astalliis animo & intentione matrimonium inter se contrahendi: & primo interrogatus per me Notarium dictus Franciscus, si vellet præfatam Juliam recipere in ejus legitimam uxorem, &c. Ad quam interrogationem, &c. respondit & dixit Volo. deinde interrogata similiter dicta Julia, si volebat similiter dictum Franciscum in ejus legitimum maritum, quæ similiter respondit, volo: post quas interrogationes & responsiones superimposito ense super eorum capita, & præmisso signo Venerabilis sanctæ Crucis præfatus Franciscus actualiter subarrhavit dictam Juliam præsentem & consentientem per annuli & sigilli aurei immissionem in digito annulari dictæ Dominæ Juliæ: & tunc dicta fuerunt per me Notarium illa verba Dominica: quas Deus conjunxit, &c. Et rogarunt me Notarium. Actum Romæ in Regione Pineæ in sala Domus & cohabitationis præsentis nobilis viri Mariani de Astalliis patris dictæ Juliæ præsentibus nobilibus & specialibus Viris Augustino Ghisio Mercatore Senen. Prospero de Mutis, Julio & Hippolyto Petri Matthei de Albertonibus testibus,

Et quia q. Simon Antonius Pirotus prædecessor meus de præmissis rogatus fuit. Ego Dominicus Tullius C. C. Notarius & in illius Officio successor præsens Instrumentum subscripsi & publicavi requisitus, &c.

CAP. II.

Ætas in matrimoniis contrahendis. Adolescentulis uxores ducere cur non liceat; quod variis testimoniis comprobatur. Nuptiæ viri LX. an. cum uxore L. an. improbatæ: Quid sibi proposuit Augustus in legibus condendis. Senes decrepiti libidinosi perstringuntur. An possit virgo concipere absque viri semine; illud fieri non posse probatur. In uxore petenda quænam qualitates requisitæ. Inter libertas & serviles personas nuptiæ nullæ. Justa matrimonia qui contrahebantur. Matrimonium qua de causa solvebatur. Quænam matrimonia prohibita. Injustæ nuptiæ. Variæ afferuntur. Ut justæ essent nuptiæ quid requirebatur. An pluralitas uxorum permissa. Nuptiæ intra tempus luctus turpes. Luctus tempus definitum. Nuptiæ cum Vestalibus vetitæ. Matrimonia contrahentium immunitates. Qui multiplicatur genus humanum. Polygamia Turcis licita: quæ non prodesse ostenditur. Consilia de uxore sibi eligenda. Qualis esse debeat. Quid ipsi committendum. Erga eandem qui debeat se gerere maritus.

COGNITO in præcedenti capite solemni nuptiarum ritu, consequens huic est de justis, injustisque Matrimoniis inter Cives Romanos addere, ut juris civilis, & antiquitatis Romanæ studiosis satisfaciam.

Igitur, ut ab Ætate ordiamur, eam in matrimoniis contrahendis definivit Justinianus, *Institut. de Nuptiis* in princ. masculos quidem puberes, fœminas autem viripotentes, ac etiam refert Dio *l.* IV. A duodecimo quidem anno pubertatem fœminas auspicari prudentibus placuit; idque ea ratione factum Plutarchus in *Numa* interpretatur, ut ce-

A lerius conjugum mores tenella adhuc ætate imbiberent, & ad obsequium virorum facilius flecti, fingique possent, Macrobius vero lib. VII. *Saturn.* voluit pubertatem fœminis legibus definitam, quod generationi essent ab eo tempore aptæ, nempe duodecimus, & quartodecimus in masculis, quoniam, ut inquit Euripides apud Stobæum: *Muliebre corpus citius in senium cadit.* Undeque testamenta fœminis citius, quam masculis facere licet, *l. a qua ætate D. de testamentis.* Cæterum in fœmina minor duodecim annis domum pro uxore deducta esset, non ante justa & legitima uxor fiebat, quam apud virum duodecimum annum implevisset, *l. minorem*
B *D. de Ritu Nupt.* Interim vero, dum pubertas conjugis expectabatur; si quidem sponsalia intercessissent, sponsæ tamen loco ea habebatur, *l. cum hoc status §. si quis sponsam D. de Donat. inter virum, & uxorem*; nuptiis autem cessantibus, nec in concubinatu minor annis duodecim puella haberi jure licito poterat, *l. 1. in princ. D. de Concubinis.*

Quod adolescentulis uxores ducere non liceat; eadem militat ratio in hominibus quoad appetitum conjunctionis, quæ est in belluis: belluæ autem si in tenuiori ætate congrediantur, imperfecti tunc nascuntur fœtus, sæpiusque fœminæ quam mares;
C hinc fit, ut idem etiam in Civitate contingat, si adolescentuli uxores ducant. Atque ex consequenti, quanto virtus generandi est imbecillior, tanto deinceps dolor pariendi est acrior & laboriosior; imo hinc nani & homunciones nascuntur; hinc genitores, ac geniti prope æquales fiunt; hinc circa administrationem familiæ oriuntur querelæ; hinc accretio & augmentatio corporum juvenilium tollitur; hinc fœminis crebrius quam masculis procreatis, spes belli & superandi hostis penitus deletur; hinc abortus; hinc mutilati; hinc monstra; hinc alia sexcenta mala eventa fluunt. Atque huc infinita referuntur testimonia, Ægyptiorum, qui non
D ante annos XXX. Lacedæm. qui non ante XXXV. Romanorum, qui non ante XXXVII. suos adolescentes ducere permiserunt. Huc addi potest quod lex ista plurimum conferat ad temperantiam, & experientiam, ad temperantiam, quia adolescentiores usu Veneris præmaturo fiunt libidinosi; ad experientiam; quia sedatis affectibus ratio magis & prudentia in hac ætate viget; ac etiam futurum ut Cives longe robustiores corpore & animo vegetiores nascantur.

Nuptias vero, quas vir sexagenarius cum uxore quinquagenaria contrahebat, fuisse improbatas, ex
E textu in *l. penult. C. de Nuptiis:* unde scite Lactantius lib. I. *de falsa Religion.* c. XVI. ait; *Utrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit.* Inquit enim Euripides apud Stobæum *Serm.* LXXI.

Res senibus importuna matrimonium,
Et triste natos tollere ætate in mala,
Seni marito quippe matrona imperat.

Hoc in legibus condendis agebat Augustus, ut exhaustam bellis Civilibus civitatem sobole repleret,
F *l. si sterilis. D. de action. empti, l. si major Cod. de legit. hæred.* Aristoteles certe in *Politeis* finem gignendi, ut plurimum viris septuagesimum annum adferre, mulieribus vero quinquagesimum scribit, & Plinius *lib.* VII. *cap.* XIV. absolute definit mulierem post quinquagesimum annum parere, majoremque partem quadragesimo profluvium genitale sistere; at plane, quibus cruor menstruis intervallis fluere destitit, eas jam concipere non posse, confirmat D. Augustinus lib. III. *contra Julian. Pelag.* Et ideo alienam a nuptiis contrahendis supe-

rius memoratam ætatem, veluti liberorum suscipiendorum spe destitutam præmiis afficiendam non existimarunt. Nihilominus Claudius Cæsar cum comperiisset etiam sexaginta annos natis, aut eo amplius generandi vires inesse, derogavit in eo capite prædictæ legi; sic enim Suetonius in *ejus Vita* cap. XXIII. ait: *Capiti Papiæ Popeæ legis a Tiberio Cæsare quasi sexagenarii generare non possent, edicto abrogavit*. Quam vero importunum sit senibus matrimonium, sic docet Euripides apud Stobæum:

Audite juvenes: omnibus dictum volo,
Differre thalamos ad senectæ terminum
Nolite: prolem serite dum tempus sinit.
Res est molesta fœminæ conjunx senex.
Properate: juvat hoc educendis liberis,
Pulchrumque juveni natus alludens patri.

Et Theognis apud eundem Stobæum:

Tempestiva seni primævo flore puella
Non est, nec clavo, ceu ratis, apta regi:
Anchora non illam teneat: sed fune soluto
Nocte illam statio non tua suscipiet.

Sed Deus bone, quot hodie curvos & decrepitos senes in amplexibus, & ulnis Laidum involutos ubique videas. Natura illos Spadones fecit, & tamen, ut loquitur Propheta, *Visa puella hinniunt*. Et quamvis in Cymba Charontis unum pedem habeant, de Helena cogitant, & loquuntur. Heu quam indecora res est & impia, delirantes senes, cum oculis cœcutiant, cum careant dentibus, cum ex naribus & ore pus & spumam ætatis mittant, cum totis naturæ viribus deficiant, de sponsa, & libidinosa Venere somniare? Natura hoc in belluis semper abhorruit: sapientia majorum hoc semper prohibuit.

Quoniam sicuti senectus impedit generationem, ac etiam apud priscos Romanos matrimonium dirimebat. Obiter hic modo proponitur difficilis & ambigua quæstio: utrum valeat fœmina virgo concipere? non inquam, conceptus & partus absque viri semine sequatur, cum hoc vires omnium creaturarum excedat: sed solum contigit dubitatio, utrum virgo recipiendo semen viri, valeat inde concipere absque virginitatis læsione; nec loquimur de partu, cum id naturaliter sit impossibile, nec nasci potest infans nisi claustra virginalia rumpantur: sed de conceptu non est adeo clarum: nam D. Thom. *quodlibet*. VI. *art*. XVIII. dubitare videtur, ait enim: *Posset tamen forte absque miraculo mulier salva omnino virginitate concipere, sicuti dicitur accidisse de quadam puella pubescente, quam propter pudoris custodiam in lecto suo Pater habebat, qui dum somno pollueretur, semen ad matricem descendit, & puella concepit*. Simile quiddam etiam narrat Averroes II. *Collibet*. de muliere virgine in balneo se lavante, ad cujus matricem semen viri, qui ibidem se polluerat, aquæ motus perduxit. Quare tamquam certam hanc sententiam tradit Alphonsus Tostatus *parad*. I. *cap*. XXXVIII. ubi ait: *Ad conceptionem perficiendam claustrorum virginalium aperitionem esse necessariam, falsum esse liquet, interdum namque sine aperitione claustrorum conceptio sequi potest, & aliquando secuta est; & non solum hoc sed & aliquid alterum, quod satis videtur mirabile, contigit, scilicet, quod aliqua mulier totaliter virgo carne, & mente, nullam omnino corruptionem perpessa, prolem concepit naturaliter*. Quod etiam non impugnat Mart. Del Rio *Disquisition. Magic*. lib. II. cap. XV. Hujus autem problematis decisionem, ex Anatomia pendere crederem; si enim ita dispofita sunt in muliere membra, ut viri semen absque eo quod claustra virginalia frangantur ad locum ubi proles concipitur, pervenire possit, non video cur virgo concipere non possit, nam vel ad viri conceptionem sanguis ejus menstruus simul cum virili semine sufficit; & hunc clarum est posse absque virginitatis læsione concurrere, vel requiritur etiam mulieris semen, & hoc sicuti interdum accidit in somno, posset absque ejus culpa, & voluntate, & consequenter salva virginitate decidere. Probabilius tamen communiter creditur, id fieri non posse, alioquin in prima virginis cum viro copula non esset necesse virginale sigillum frangi, ut evenit. Ad exempla autem allata crederem mulieres illas fabulas finxisse, ne graviter peccasse proderentur; quod si modo supradicto concipere posset, sequeretur posse Dæmones efficere, ut virgo mente & corpore permanens, conciperet, quod non est asserendum. Ad illud quod narrant scriptores de variis, quæ conceperint duntaxat ex semine, quod in balneo, in quo illæ lotæ, fuerat prius effusum, non est probabile, quia neque virtus attractiva matricis tam a se longe valet vim exerere, & semen illud, si fœcundum fuisset, fundum aquæ petiisset, nec supernatasset: ut etiam supponit Mart. del Rio *lib*. II. *quæst*. XV.

Hoc tetigisse sit satis, ut cognoscatur, utrum virginitas possit in conceptione fœtus convenire; adeo ut fœmina virgo (etiam secundum plurimorum opinionem) possit recepto semine viri concipere salva virginitate. Nec talia de sanctissima Deipara ullatenus intelligenda, cujus virginitas non solum in ipsa Verbi Incarnatione, verum & in partu, & post partum illibata permansit; & omnia ad verum ejus matrimonium intervenisse sit certum; ut ex D. Thoma III. *part. quæst* XXIX. *art*. IV.

In uxore petenda, quam sit perpendenda conditio bona, & aliæ qualitates, audiamus prudentes: Euripides enim apud Stobæum *Serm*. LXX. sic loquitur:

—— Moneo nunc omnes semel,
Ut ex honesto genere progeniem ferant:
Non illa quippe semper infelix erit.

Ubi etiam Theognis.

Nobilitas Asinis, & Equis simul, Arietibusque
Dat pretium: nec de semine degeneri
Admissura placet, sed prava e sanguine pravo
Si dos sit, præsto est optima conditio.

Et Hesiodus *ibidem*:

Quære toro intactam, pulchris quam moribus ornes,
Neu sit læta tua vicinia labe, caveto.

Et Euripides prædictus:

Sublimiori genere, qui natas petunt,
Opibusve opimas conjuges, optant male,
Ubi namque potior res domi est uxoria,
Vir mancipatus jura non retinet sui.
Dotalis iste Census infelix viro est,
Qui difficilius efficit divortium.

Hinc apud Romanos inter liberas, & serviles personas, nuptias olim non constitisse certum est, *l. Proculus D. de Jur. dot. l. 3. C. de Incest. nupt.* quam ob rem si ancilla libero nupsisset, dotisque nomine pecuniam numerasset, nec matrimonium erat, nec viri ea pecunia fiebat, quam tempore jure statuto penes se usu cœpisset: plane si apud virum ad libertatem pervenisset, convalescebat matrimonium eodemque soluto, dotalis pecuniæ repetitio competebat, *d. l. Proculus*.

Præ.

Præterea justa matrimonia non inter liberas quascumque personas, sed inter solos Cives Romanos contrahebantur, *Instit. de Nuptiis in princ.* Nam cum Latinis, Peregrinisque connubium, nisi eis concessum esset, non erat. Seneca lib. IV. *de Benefic.* ait: *Promisi tibi filiam in matrimonium: postea peregrinus apparuisti; non est mihi cum extraneo connubium.* Macrob. I. *Saturn.* cap. VI. *Libertinis vero nullo jure uti prætextis licebat; ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo.* Hinc maximam apud Populum invidiam sibi conflavit Antonius, quod contra leges patrias nupsisset Cleopatræ, refert Plutarchus. Necnon quod Titus Berenicen Ægyptiacam uxoris loco haberet, ut proinde repudiare eam sit coactus, narrat Xiphilinus; quod eo processit, ut ex Peregrino, & Cive Romana natus, Peregrinus nasceretur. Ulpian. in *Fragment.* tituli 5. At ejusmodi peregrinitatis observationem tandem exolevisse Prudentius lib. II. *contra Symmachum* ait;

—— Nunc per genialia fulcra
Externi ad jus connubii: nam sanguine misto
Texitur alternis ex gentibus una propago.

At a Provincialibus, cujuscumque ordinis, aut loci essent, cum Barbaris conjugia contrahi Valentinianus, & Valens prohibuerunt, *l. unica de Nuptiis Gentilium in Cods Theod.* etenim Patribus cum plebe connubium ne esset XII. *Tab.* sancitum est, quemadmodum refert Halicarnas. II. *Antiquit.* cum Livio, *lib.* IV.

Senatores quoque Senatorumque filii uxores ducere prohibebantur Libertinas, quarumve parentes artem ludicram fecissent. Paulus in *l. qui Senator. D. de Ritu nupt.* eumdemque Senatoris filium accipere debemus non tantum naturalem, verum etiam adoptivum: dummodo talis adoptio emancipatione subsecuta non fuisset soluta, *l. senatoris filium D. de senator.* Senatoris autem filia, quæ corpore quæstum, vel artem ludicram fecerit, aut judicio publico damnata fuerit, impune Libertino nubit: nec enim honor ei servatur, quæ se in tantum scelus deduxerit, *l. Senatoris filiam. D. de Ritu Nuptiarum.*

Senatoriis personis exceptis, cæteris omnibus ingenuis Libertinas uxores ducere lege Papia concessum fuisse Celsus in *lege Julia D. de Ritu nuptiarum*, & Dio *lib.* LIV. affirmant, & ho cidem indicare voluit Mauritianus in *l. observandum D. de Ritu nupt.* his verbis: *Ut inferioris gradus homines equestris, ut puta, vel plebeii ordinis, uxores ducant eas, quas qui altioris dignitatis sunt; veluti Senatores ducere legibus propter dignitatem probibentur.* Excipiebat tamen lex quasdam personas, quas ne inferioris quidem ordinis hominibus, dummodo ingenuis, ducere permittebat: veluti Lenam a Lenone, Lenave manumissam, vel eam, quæ palam quæstum corpore faceret, item in adulterio deprehensam, vel judicio publico damnatam, &c. ut ex Fragmentis titulorum Ulpiani titulo *de Cœlibe, orbo, solitario*, & late Brissonius *de Jure Connubiorum*, pag. mihi 23. & seq.

Captivitate Mariti matrimonium solvebatur, quod is in servilem causam deductus, servus hostium factus jam pro nullo habeatur, *Novell. Constitut.* XXXVII. itaque Triphonius in *l. in bello §. medio tempore D. de Captiv.* ait: *Captivi uxor, tametsi maxime velit, & in domo ejus sit, non tamen in matrimonio est.* At vero Julianus J. C. satis diversæ sententiæ in *l. uxores D. de Divort.* inquit: *Et generaliter definiendum est, donec certum est maritum vivere*

A *in captivitate constitutum, nullam habere licentiam uxores eorum migrare ad aliud matrimonium, nisi mallent ipsæ mulieres causam repudii præstare: sin autem in incerto est, an vivus apud hostes teneatur, vel morte præventus: tunc si quinquennium a tempore captivitatis excesserit, licentiam habet mulier ad alias migrare nuptias, ita tamen ut gratia dissolutum videatur primum matrimonium: & unusquisque jus suum habeat imminutum, eodem jure, & in marito in Civitate degente, & uxore captiva observando.*

Tutores prohibentur pupillas suas uxores ducere, & filiis suis nuptum dare ex S. C. Marci Antonini, & Commodi, *l. Senatus consulto D. de Ritu nupt.* B cujus præcipua hæc ratio, ne Pupillæ in re familiari circumscriberetur ab iis, qui rationes gestæ tutelæ eis reddere necesse habebant, neve fraudes hujusmodi domestici matrimonii velamento, quo tutelæ reddendæ ratio compellebantur, tegerentur, *l. libertum §. 1. D. de Ritu nupt.* Præterea & adolescentum Curatores, necnon & ventri Curatores, bonisque dati: ii quoque, qui Tutores quidem non sunt, periculo tamen tutelæ suo nomine astringuntur, a pupillarum nuptiis arcentur, *l. si quis Tutor D. de Ritu nuptiarum.* Hæredes quoque Tutorum licet extranei, quoniam rationes reddere debent, Senatus Consulti prohibitione concluduntur, C *d. l. Libertum §. 1.* ubi etiam subditur, quod Tutor pupilli non prohibeatur ex hoc filiam suam pupillo suo collocare in matrimonium.

Ex gradu ascendentium, & descendentium duci uxores non posse, *l. nuptiæ* 53. *D. de Ritu nupt. §. ergo Instit. de Nuptiis:* nec interest, an ex justis nuptiis ejusmodi personarum conjunctio descendat, an non? *l. & nihil D. de Ritu nupt.*

Ac neque cum his quidem personis, quæ vel affinitatis ratione parentum liberorumve vicem repræsentant, D justæ sunt nuptiæ; quare nec novercam Proavi nostri uxorem, nec socrum, id est, uxoris nostræ matrem, nec ejusdem Aviam, Proaviam ducere licet, *l. si quis mibi §. 1. & l. adoptivus §. nunc videamus D. de Ritu nupt. §. ergo Instit. de nupt.* Fuit siquidem tam infausti matrimonii cupiditate incensus Imp. Antoninus Caracalla, de quo sic Spartianus ait: *Interest scire, quemadmodum Novercam suam Antoninus Imp. duxisse dicatur, quæ cum esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixissetque Antoninus, vellem si liceret, respondisse fertur, si lubet, licet: an nescis te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere?* E *quo audito furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasque eas celebravit, quasi sciret se leges dare, cum vere solus prohibere debuisset.*

Ab earum quoque, quæ in parentum fuerint concubinatu, nuptiis abstinendum Imperator Alexander constituit, *l. liberi C. de Nuptiis.* Contra religionem quippe, ac pudorem est cum ea matrimonium coire, quæ pudicitiam patri prostraverit.

Ex transverso etiam cognationis gradu prohibitas esse nuptias, nemini dubium est; sive ab eodem patre, eademque matre progeniti fuerint, F sive ab altero eorum, *§. inter Instit. de Nuptiis.* Æmil. Probus in *Prooem. de Vit. Imp.* ait: *Neque enim Cimoni fuit turpe Atheniensium summo viro sororem germanam in matrimonio habere: at id quidem nostris moribus nefas habetur.* Romanis utique semper detestabilis, & execranda talis conjunctio visa est; ideoque de Caligula, non ut de Principe, sed ut de monstro Sueton. refert *cap.* XXIV. quod cum sororibus suis stupri consuetudinem fecerit: quem etiam Drusillam germanam Longino Consulari

collocatam abduxiſſe, & in modum juſtæ uxoris propalam habuiſſe, ut etiam refert Dio *lib.* LIX. eademque ſe, ac famam ſuam turpitudine fœdaſſe Othonem, Xiphilinus memorat. Plutarchus in *Parallelis* refert. Papyrium quemdam Romanum impatientia, & ardore amoris victum Camillam ſororem gravidam feciſſe, quod ubi Papyrius Tolucer eorum communis pater reſcivit, enſem filiæ mittit, quo puella pectus tranſfodit, eodemque lethi genere ſceleſtum, ac nefarium facinus ſuum Papyrius deinde expiavit. Plane per adoptionem factam ſororem, adoptione ſoluta, uxorem ducere nihil vetabat; *l. quin etiam D. de Ritu nupt.*

Adoptivæ utique ſororis filia uxor duci, vel conſtante adhuc adoptione licito jure poterat, quod ea cognata non eſſet; ſiquidem per adoptionem contrahitur ſolum cognatio, cum agnatorum jus adjunctum habet, *l. 2. §. patrui D. de ſuis, & legit.* & Claudius Imp. Neronem a ſe in locum filii adoptatum cum filia ſua Octavia matrimonio junxiſſe, refert Dio *lib.* LIX. verum ne frater ſororem ducere videretur, adoptionis commento neceſſitudinis ſpecies diſſoluta eſt. Inde Junoni Octavia a Seneca comparatur: ſic in *Tragœdia* ejus nominis habetur:

—— Tu quoque terris
Altera Juno, ſoror Auguſti
Conjuxque graves vince dolores.

Et alio loco:

Mœret infelix ſoror,
Eademque conjux.

Fratrum, ſororumve filias uxores ducere licebat nemini, *C. de nupt. §. fratris Inſtit. de nuptiis*; tametſi talium conjugiorum uſum invexit Claudius Imp. Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ amore incenſus, ut publici juris velamento ejus matrimonii a ſe cum ea contrahendi turpitudo tegeretur, refert Tacitus *Annal.* lib. XII. *Claudius Senatum ingreſſus decretum poſtulat, quo juſtæ inter patruos, fratrumve filias nuptiæ etiam in poſterum ſtatuerentur.* Tranquillus in *Claudio* ait: *Verum illecebris Agrippinæ Germanici fratris ſui filiæ per jus oſculi, & blanditiarum occaſiones allectus in amorem, ſubornavit proximo Senatu, qui cogerent ſe ad ducendum eam uxorem, quaſi Reipublicæ intereſſet, dandique cæteris veniam talium conjugiorum, quæ ad id tempus injuſta habebantur: ac vix uno interpoſito die de nuptiis conſtituit.* Verum Imp. Nerva vetuit, ne fratrum filiæ ducerentur, ne tam mali exempli nuptiæ in poſterum frequentarentur, refert Xiphilinus in *Nerva*. Eadem flagitioſa libidine incitatus Heraclius Imp. cui non aliunde id morbi, quo laboravit, quam ob illicitam cum fratris filia conjunctionem accidiſſe vulgo creditum, tradit Zonaras. Acerbiſſime hujus generis nuptias, ut inceſtas, ac nefarias Impp. Anaſtaſius & Zeno Conſtitutionibus ſuis damnarunt, in quas etiam invehitur B. Ambroſ. lib. VIII. *Epiſt.* Sed nec in concubinatu haberi ſororis filia, licet Libertina abſque inceſti crimine potuit, *l. etiam D. de Ritu nupt.* non modo autem fratris, aut ſororis filiam, verum etiam neptem, proneptemve ducere non licet, *l. fratris Inſtit. de nuptiis.*

Mortuorum fratrum conjuges fratribus ſuperſtitibus, diſſolutis, ſeu morte, ſeu repudio nuptiis, duci citra inceſti crimen non poſſe Imperatorum Conſtitutionibus cavetur, *l. nemini C. de nuptiis*: quamquam non defuerint in Romana hiſtoria ejuſmodi matrimoniorum exempla: Lucius enim Tarquinius, cui *Superbi* cognomen, Tulliam minorem natu, quæ Arunti nupſerat, Arunte veneno ab ea ſublato, cum ipſe conjugem quoque ſuam eodem genere interemiſſet, duxit, refert Halicarnaſſ. *lib.* IV. Utcumque ſit, hujuſmodi matrimonia aliquot Impp. Conſtitutionibus ſunt interdicta. *l. fratris, & l. ult. C. de Inceſt. nupt. l. nemini C. de nuptiis*, ut quoque in Concilio Neocæſarienſi *can.* 11. prohibita: quia etiam cum quidam Ægyptiorum mortuorum fratrum conjuges matrimonio ſibi copularent hoc colore, quod virgines manſiſſe dicerentur, Zeno eas nuptias, & qui eas contraxiſſet, & inde ſuſceptos liberos inceſtarum nuptiarum pœnis ſubjacere voluit, *l. licet C. de Inceſt. nupt.*

Uxoris etiam ſororem ducere, & ſic duabus ſororibus conjungi, licentiam diſſoluto quoquo modo conjugio Impp. Valens, Theod. & Arcad. vetuerunt: Honorius tamen Imp. duas Stiliconis filias unam poſt alteram in matrimonio habuiſſe fertur exitu infelici, ex neutra enim liberos ſuſcepit, morteque immatura utraque obiit, Zonaras lib. III. *Annal.* Paulus Diaconus lib. XLIV. *Appendicis ad Eutropium.*

Verum duorum fratrum liberi invicem recte matrimonio jungebantur, *§. duorum Inſtit. de nuptiis, l. 3. & l. non ſolum §. 1. D. de Ritu nupt.* namque Auguſtum filiam Juliam Marcello Octaviæ ſororis ſuæ filio junxiſſe, apparet ex Dione *lib.* LIII. & Suetonio in *Auguſto* cap. LXIII. At Theodoſius Major religioſus Imperator etiam has nuptias prohibuit, ut refert S. Ambroſ. *ep.* LXVI. & S. Auguſtinus lib. XV. *de Civit. Dei* cap. XVI.

Amitam, & Materteram uxorem ducere non conceditur, quoniam parentum loco habentur, *§. Item Amitam. Inſtit. de nuptiis.*

Requiritur maxime conſenſus contrahentium, ut nuptiæ juſtæ ſint; quare cum furioſo, furioſave matrimonium contrahi nequit, *l. furor D. de Spon. l. oratione in fine D. de Ritu nupt.* quoniam nec voluntatem, intellectumve habent: mutorum, ſurdorumve diſſimilis cauſa eſt, quibus non obeſt talis defectus, ut contrahere poſſint matrimonium, *l. in quibuſcumque, D. de oblig. & act.* quamquam matrimonium furor contrahi non ſinit; contractum tamen non dirimit, *l. furor D. de Ritu nupt.*

Præterea non ſolum conſenſus eorum, qui contrahunt; ſed & eorum in quorum poteſtate ſunt, exigitur, *l. 2. de Ritu nupt.* adeo ut legitimi non habeantur liberi inde ſuſcepti, ut inquit Apuleius lib. V. *de Aſino*. Nepoti ſiquidem uxorem ducere tam Avum, quam Patrem conſentire debere, inquit Paulus, *l. Oratione §. 1. D. de Ritu nupt.*

Filiæ, quæ vigeſimum quintum annum ſunt egreſſæ, inconſultis parentibus impune pro arbitrio nubunt, nec pœnam exhæredationis ob eam rem timent, *§. Cauſas Novell.* Ut cum *de appellat. cognoſ.*

Definit quoque Paulus J.C. lib. II. *Sententiarum* titulo 19. eorum, qui in Patris poteſtate ſunt, ſine voluntate ejus matrimonia jure non contrahi, ſed contracta non ſolvi.

Duas eodem tempore uxores habere Romæ non licuit, *§. affinitatis. Inſtit. de nuptiis*. Et hoc crimen infamiæ pœna vindicatum edicto Prætoris, *l. 1. in fin. & l. quod ergo §. 1. D. de his qui notant. infam.* unde Impp. Valerian. & Galien. in *l. eum qui C. ad l. Jul. de adult.* ait: *Eum, qui duas ſimul habuit uxores, ſine dubitatione comitatur infamia: in ea namque non juris effectus, quo Cives noſtri plura contrahere matrimonia probibentur, ſed animi deſtinationi cogitatur.* Necnon capitali pœnæ hujuſmodi matrimonia obnoxia eſſe, ut ex Conſtitutione Con-

ſtantini in *l. uxor. C. de Repudiis*, ubi de mulieribus, quæ vivis maritis militibus nullo accepto de eorum ſoſpitate nuncio, poſt quatuor annorum ſpatium alteri nupſerint: & quamvis Aelius Cæcina Tribunus plebis juſſiſſet, ut uxores liberorum quærendorum cauſa, quas, & quot vellent ducere, Quiritibus liceret, Suetonius in *Julio* cap. LII. ea tamen lex promulgata non fuit. Valentinianus quoque Imp. alteram Severæ Juſtinam uxorem ſuperinduxit, ex qua Valentinianum Juniorem ſuſtulit, ac ut facti turpitudinem amoliretur, lege ſanxit, ut cuilibet duas ſimul uxores habere liceret, quemadmodum Socrates lib. IV. *Hiſtor. Eccleſ.* cap. XXX. Paulus Diaconus lib. II. *Append. ad Eutrop.* ſed nec ea lex accepta fuit: nam Judæos, qui colore quod primis generis humani ſatoribus Polygamia multiplicandæ ſobolis neceſſitate permiſſa fuiſſet, quaſi majorum veſtigiis inhærentes, plures ſibi uxores habere licere exiſtimabant, Impp. Theodoſ. Arcad. & Honor. prohibuere in diverſa ſub uno tempore conjugia convenire, *l. nemo C. de Judæis*.

Sicuti nec Concubina uxori jure Quiritum adjungi potuit, eſt Conſtantini Magni Conſtitutio, *l.* I. *C. de Concubinis*, dum ait: *Nemini licentia conceditur conſtante matrimonio concubinam penes ſe habere*.

Dicam hic obiter veteres ſanctos Patriarchas legis Moſaycæ tempore, pluribus uxoribus conjunctos culpæ immunes fuiſſe, quod aſſerit Innocent. III. cap. *Gaudemus*, *de Divortiis*, atque multis relatis, & exploſa eorum ſententia, qui dicunt numquam licuiſſe uxorum pluralitatem; ſed permiſſam fuiſſe tamquam minus malum, probat late Card. Bellarm. lib. I. *de Matrimon.* cap. XXI. Hæc autem diſpenſatio non conceſſa eſt externa aliqua ſcriptura, aut locutione; ſed inſpiratione interna facta Patriarchis, quæ derivata eſt vi exempli, & conſuetudinis ad reliquos e populo Iſraelitico, ac proinde omnibus illis pluralitas uxorum licebat: quod tanquam notum ſupponitur. *Deuteronom.* cap. XX. *Si habuerit homo duas uxores*. Et ita docent ſanctus Thomas, ſanctus Bonaventura, Sotus, & alii, quos refert, & ſequitur Sanches, *de Sacramento Matrimonii* l. VII. diſput. LXXX. n. 12.

Nuptiæ, quæ a mulieribus intra annum luctus contrahuntur, turpitudine non carent. Luctus autem tempus regia lege definitum decem menſium erat, per quos mulier abſtinere a nuptiis jubebatur, ut eſt teſtis Plutarchus in *Numa*. Ovidius I. *Faſtor.*

Quod ſatis eſt utero matris, dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidem menſes a funere conjugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Et idem lib. III. *Faſtor.*

Aſſuetos igitur numeros ſervavit in anno,
Hoc luget ſpatio fœmina mœſta virum.

Itaque, quod apud Senecam *epiſt.* LXV. *ad Lucil.* legitur: *Annum fœminis ad lugendum conſtituiſſe majores*. De anno utique Romuli, qui decem dumtaxat menſibus conſtabat, fuſe a Macrobio lib. II. *Saturn.* c. XII. Primi namque Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Impp. luctus tempus duobus menſibus auctum anno definiere, ut ex eorum Conſtitut. in *Cod. Theodoſiano*, *l. prima de ſecundis nupt.* At Caligula die ſuo natali, quo & Auguſti templum conſecravit, luctus inhibuiſſe; & præterea Viduis intra conſtitutum legitimum tempus nubere, niſi prægnantes eſſent, conceſſiſſe fertur, Dio *lib.* LIX. & de Heliogabalo refert Xiphilinus, cum Pomponio Baſſo e vivis ſublato, ut ab uxore cujus amore flagrabat, viri memoriam divelleret, eam protinus duxit, nullo ad lugendum virum ſpatio dato: ſimili etiam ratione mulier poſt miſſum ex juſta cauſa repudium, alii nubendi poteſtatem non habebat, ex Impp. Theodoſ. & Valentin. Conſtitut. ut in *l. ſi conſtante*, *C. de Repud.* ne, ut ipſi ajunt, de prole dubitandi occaſio daretur: fuere tamen Imperatores, qui etiam prægnantes ſumpſere uxores, ut de Auguſto refert. Suetonius in *ejus Vita*, cap. LXII. *Cum Scribonia divortium fecit, pertæſus morum perverſitatem ejus, & ſtatim Liviam Druſillam matrimonio Tiberii Neronis, & quidem prægnantem adduxit, dilexitque, ac probavit unice, & perſeveranter*. Cæterum Livia apud Auguſtum, Claudium, Druſum, Neronem intra trium menſium ſpatium peperit, quem natum Auguſtus patri Tiberio reddidit, refert Dio *lib.* XLVIII. Octaviam quoque Auguſti ſororem poſt Marcelli viri ſui mortem adhuc gravidam, ventreque pleno Antonio deſponſam, Dio *dicto lib.* XLVIII. Ut etiam Caligula Milioniam Cæſoniam adulterio ſibi ante cognitam; & jam tum partui propinquam duxiſſe, ac trigeſimo die pater fieri ex uxore, glorioſum duxit, idem *lib.* L. Suetonius in *Calig.* cap. XXV.

Cum Virginibus Veſtalibus jam nonniſi nefarias, & inceſtas nuptias contrahi potuiſſe: Heliogabalum tamen humani generis portentum Aquilam Severam Veſtalem duxiſſe, narrat Xiphilinus, quod etiam perſtrinxit Lampridius in *ejus Vita*: *In Virginem Veſtalem inceſtum admiſit*. Atque hæc ſunt, quæ habui de legitimis, inceſtiſque Ethnicorum Quiritum conjugiis.

Qui plura deſiderat, legat Andream Tiraquellum de Legibus connubialibus, & alios ſcribentes.

Veteres legiſlatores, utpote præſtantiorum virtutum ignari, Reſpublicas ſuas Civium numero aucturi, conjugia quibuſdam immunitatibus & prærogativis donarunt. Sancivit Lycurgus, ne in theatris locum haberent Miſogami, id eſt, qui vitæ ſolitariæ dediti matrimonium detrectarent: ſtatuit etiam, ut ſub hyemem nudi per Urbem trahantur; & a pueris ſi eſſent ſeniores, honore coævis debito, neutiquam afficiantur. Et quo commendatius redderet conjugium in contrahendis matrimoniis, potiorem voluit eſſe rationem virtutis in fœminis, quam divitiarum; dotem ducentibus dandam negans. Idem quoque placebat Soloni, pro dote fœminis nullam omnino pecuniam, ne emptæ viderentur, dari, ſed paucas dumtaxat veſtes, & ſupellectilia volenti. Atque ut legitimis tantum nuptiis operam liberis darent, promulgavit Spurios filios obedientia, reverentia, amore filiali non debere eſſe obſtrictos.

Philippus Secundus Macedonum Rex arma moliens adverſus Romanos, ne deeſſet miles, edixit ſerio, ut qui per ætatem poſſent, uxoribus ductis liberis operam darent. Studioſe hoc etiam obſervarunt Romani: id quod probat eximia Oratio a Q. Metello Cenſore habita: in qua omnibus, qui maturæ eſſent ætatis, ut nuberent, ſuaſit. Quæ etiam Oratio poſtea ab Auguſto Imp. uberrimis laudibus decorata, publico edicto confirmata eſt.

Ne vero paupertas a jugo matrimonii abſterreret, agri, aliaque bona pauperibus donata ſunt. Plerique enim, qui extrema paupertate confligantur & de die in diem vivunt, procreandæ ſoboli nihil intenti, aut dum maxime ſuſcipiunt, adeo affectus paternus friget, ut niſi plane torpeat, minimus tamen eſt in educanda prole.

Quamquam ſine maris & fœminæ conjunctione

humanum genus propagari non possit: tamen & hoc notandum, sola multitudine contrahentium non multiplicari genus humanum; nam præter lecti consuetudinem etiam educationis cura, conservandique facultas requiruntur. Hæc nisi conjungantur, aut præmatura morte liberos antevertunt, aut ad obeunda munia ineptos reddunt, inerti pondere patriam replentes. Causam adducit Strabo: *Galliæ mulieres*, inquit, *temperato corpore, naturaque sua fœcundæ: nec minus prolis probe educandæ sunt studiosæ*.

Porro quam necessaria sit diligens liberorum cura, atque educatio; id exemplis tam rerum visibilium e terris nascentium, quam brutorum etiam animalium probari potest. Cultura namque humana in propagandis lactucis, aliisque sativis herbis vim naturæ superat; urticas aliaque ejus generis zizania sponte producentis. Lupæ & Ursæ plures pariunt catulos quam oves, ac etiam plures agni quam lupi & ursi mactantur; & nihilominus longe major est agnorum copia quam ursorum aut luporum. Nec alia in hoc adducitur causa, quoniam agni hominibus curæ sunt, educantur, a pastoribus in pascua producuntur, custoditi a Molossis, qui lupos adorti discerpant.

Turcis cum Mauris communis lex est, licere plures ducere uxores: omitto jam tot millia, qui Deo perpetuam Castitatem voverunt: neque tamen orbis Christianus propterea destituitur civibus, imo longe est populosior quam Turcia. Plaga Septentrionalis, quæ tot dedit Imperii Romani eversores, pluribus semper inhabitata fuit, quam Australis, cum tamen indubium sit, Septentrionales minus sentire libidinum flammas quam Meridionales. Plures præterea uxores uni Meridionali simul junguntur, licet Septentrionali una sit satis: nec alia adducitur ratio, nisi difficillima copiosæ prolis ex uxorum multitudine susceptæ educatio: & destitutio commoditatis educandi paucos liberos, qua illi gaudent, quibus una tantum uxor est. Nunquam tanto amore ardet in plures uxores maritus, sicuti in unicam, quo fit ut affectus paternus in liberos debilior, divagansque de liberis rite educandis parum sit solicitus: copia namque liberorum obrutus, non potest officio paterno omnibus numeris absolute satisfacere.

Quid prodest urbi Cayro magnitudine & civibus insignem esse, at quotannis sævissima pestilentia tot incolarum millibus privari? Quorsum attinet Constantinopolim plurimis civibus refertam esse, cum quolibet triennio pestis furor maximam civitatis partem absorbeat? talis namque materia & tale pabulum est unde luis contagio enascitur, ac proserpit, eamque auget angustia & incapacitas habitationum: impura & vitiosa alimenta: sordes urbium aerem inficientes. Hæc & similia liberos adolescere vix sinunt; tametsi quotidie infiniti enascantur, pauci tamen ad justam ætatem perveniunt.

Hac de causa genus humanum, quod ab uno marito, & uxore una originem trahens ante tria millia annorum tanta copia, & numero, quo & jam est, constitit; non amplius sicut olim multiplicari videmus. Pleræque civitates, quarum incunabula parva, incolarum multitudine ad certum numerum excreverunt, acquisitam metam non transcendunt. Roma tribus millibus hominum cœpta, tandem ad quadringenta quinquaginta millia eorum, qui arma ferre possent progressa substitit, nec unquam plures inibi numerati fuerunt, cum tamen ratione incrementi prioris magis, magisque in infinitum usque augescere debebat. Sic Neapolis, Venetiæ, Mediolanum amplius ducenta millia Civium nunquam habuerunt: id quod de aliis civitatibus quoque, quæ plerumque consuetum civium numerum non transcendunt, dictum volo.

Difficultas homines alendi procul dubio in causa est: quam peperit aut soli sterilitas, aut habitus vicinarum provinciarum, e quibus victualia tanta, quæ alendis ipsis sufficiant, commode transportari non possunt.

Duo itaque ad incrementa populi requiruntur, liberorum procreatio, & educatio. Multitudo quidem conjugum maximam partem sibi vendicat: sed non hæc satis, altero requisito destituta. Unde plane certa ea est sententia, propagationi humani generis nihil accedere, vel diminui ex conjugio Sacerdotum & Monialium. Licentia nubendi, quam sibi Sacerdotes Angliæ & Germaniæ sumpserunt, multitudini populi nihil addit. Adauctus quidem est conjugum numerus, at educandi commoditas nihil est facta locupletior.

Satis hæc declarant non sufficere Principi numerum conjugum auxisse: nisi pariter quoque de educatione liberorum ipsis provideat, eleemosyna pauperibus, beneficentia egenis, virginum indotatarum elocatione, filios honestis rebus assuefacere, eosque ab injuria famis vendicare, clementer alendo senio, & virium infirmitate affectos. Tanta erat Alexandri Severi beneficentia, ut pauperum liberos suis sumptibus educari curaret: de matre Mammæa *Mammæos* postea dictos.

Ut aliquid morale & nobis proficuum desumamus ex præfatis priscorum Romanorum, quæ de Nuptiis & Connubiis sunt relata: cavendum maxime ne quis Dominam, aut superiorem patiatur uxorem, quæ imperare quidem sciat, sed obsequi nesciat: opum namque generisque disparitas animorum disparitatem provocat. Hinc infelix illa servitus, qua melior deteriori sexui parere cogitur, & famulari didicit, qui imperare debebat. Turpe stolam togæ imperare, turpe colum gladio: hinc illa domestica verborum, unguium, capillaturæ, tanquam cestuum bella, Oceani tempestatibus, fluctibusque sæviora,

—— Sexusque oblita minoris
Spumat, & ingentes imitatur fœmina tauros.

Et verum nimium illud Poetæ.

Non sic in incerto mutantur flumine syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto.
Quam cito fæminea non constat fœdus in ira,
Sive ea causa levis, sive ea causa gravis.

Sed neque tot vomunt serpentes venena, quot indignabunda effundit mulier: ut in *Ecclesi.* cap. XXV. *Non est caput nequius super caput colubri; & non est ira supra iram mulieris.* Ut proinde exclamet Sapiens in *Proverb.* cap. XXV. *Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda.* Hercules, Samson, Salomon nos docent. Herculeas flammas Poetæ loquuntur: de Samsone illud Ambrosii: Samson validus & fortis *Leonem suffocavit, sed amorem suum suffocare non potuit; vincula solvit hostium, sed suarum non solvit nexus cupiditatum: messes incendit alienas; sed unius mulieris accensus igniculo messem suæ virtutis amisit.* De Salomone inclamat Scriptura III. *Reg.* cap. XI. *Averterunt mulieres cor ejus.* De quibus audi Chrysost. *homil.* XI. *Quid est mulier nisi amicitia inimica, ineffabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, mali natura boni decore depicta.* Et Græcus Poeta Euripides: *Cum multæ in terra, marique feræ sint, omnium maxima mulier fe-*

ra est. Beatus qui se eximere huic potuit, potuit que qui voluit.

Quod si carere hoc malo grave sit, cum *Melius si nubere quam uri*, I. *Corinth.* VII. Uxorem deligat, mitius flammis malum. In cujus delectu sequatur Chrysostomum: *Quære pudicam & religiosam puellam*. Ut implearis benedictionibus Sapientis *Ecclesiast.* XXVI. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata*.

De Forma ultima cura sit: fere enim pulchritudine solicitudo adjuncta, & comes formæ metus est, totque prope anxietatibus maritus involvitur, quot elegantias in uxore legit: testatur hoc in *Proverb.* cap. XXXI. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo; mulier timens Dominum ipsa laudabitur*.

Neque nimis blanda & exculta mulier optanda; ne alienum calorem provocet: rara verecundiæ cum nimia elegantia mistura est. Nolo in exteriore membrorum compositione & mollem teneram; quoniam nimia morum teneritudo libidinis provocatorium est.

Nolo eloquentem, ne tot jaculetur ignes quot verba. *Ecclesiast.* IX. *Colloquium illius quasi ignis exardescet*. Et Job. XLI. *Halitus ejus prunas ardere facit*.

Non cultam nimis, & ornatam laudo, memor Hieronymi *ad Demedriadem*: *Vir aut mulier suo ornatu oculos hominum ad se trahens etsi nullum inde sequatur damnum; supplicium tamen æternum meretur qui venenum attulit, si fuisset qui biberet*. Nec pœnitebit severioris castimoniæ exempla a Romanis mutuari: audiamus V. Maximum *l.* VI. *c.* III. C. Sulpitius Gallus *Uxorem dimisit, quod eam capite aperto foras versatam cognoverat; lex enim, inquit, tibi meos tantum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes, bis esto speciosa, horum te certiori crede notitiæ: ulterior tui conspectus in suspicione & crimine subhæreat necesse est*. Ergo dum sæpius fœminis occurritur, pars magna inverecundæ scenæ sunt illæ; & tota capillatura, oculis, vultu, pectore flammas jaculantur nocituras, tactæ viris fulmina & gladius.

Pigmenta vero mulierum quis ferat? quibus mentitus decor candoris & purpuræ homines decipiat, & amari ab alio quam a marito velit: fallere enim hæc maritum non possunt; aliis vero ludunt hæc mendacia, & doli struuntur; ut in sene & deformi juvenis & formosa ametur: in fraudem hæc invenit amor, & libidini pedissequam purpuram dedit, quæ ancillari amori docta incautos rapit.

Nec nimis Musicam uxorem volo, fundit namque illa venena vocis, ut avidius auditores hauriant, & doli modulationibus incitentur. Jam ubi vocem depresserit, ubi extulerit, ubi ridentibus labris & oculis, aut in commiserationem flentibus, ac dolentibus, melleos modulos exornaverit, cujus viri pectus stabit? cujus lusciniarum harum cantus non flectet in stuporem? & castam credam, quæ tot mentes in se vocat quot aures? Quod si eamdem Saltatricem dederis: audi Sapientem *Eccles.* cap. IX. *Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia ejus*. Video Herodiadis filiam, regiasque exinde sponsiones, caput Joannis in disco saltatrici præmium: & timeo.

Nolo nimis Doctam, ne supra sexum sapiat: turpe viro ab ignobiliore sexu discere: nam quæ docere mulier didicit, imperare didicit: parere nescit docta, cui supra sexum animus est.

Non multarum linguarum peritam, ne multarum linguarum delinimenta discat: ac etiam in una muliere linguarum suarum delicias amabunt plures; forsan & in una amores legent, & gentis suæ inverecundos ignes?

Nec omne secretum committendum uxori: aliquid maritus habeat, quod ignoret uxor, cum secretum res postulat: nam silentium qui ab uxore speravit, sexum exuere voluit: neque enim secreti legibus teneri mulier videtur: adeo, ut quæ secretiora fuerint, plus propalatura mulier erit, ut propterea nemo prudens a muliere secretum sperabit; nec aberraverit, qui fœmineum os cribro assimilaverit, cum arbitrentur elegantiæ aliquod genus in hoc sexu plurimum effundere, minimum continere.

Domestica tamen uxori committenda velim, & plurima invenies muliebri magis quam virili ingenio manibusque nata; & fere frugalior uxor viro est, minutarum domesticarum rerum intelligentior; nimirum quidquid ancillarum & filiarum est; etiam filios in octavum, ac nonum annum; inde in jus abeant Patris, & virum discant induere, fœminam exuere: minoribus enim nata mulier, majoribus vir est: prudentis proinde est tribuere cuique quod natura eidem competit. Sed neque domesticas res opesque omnino ignorare uxorem consultum puto, ne peregrinam, rerumque ignaram mariti mors reperiat non vulgari suo & filiorum damno. Errant profecto, qui in otio uxorem habent: audi Eccles. *Multam malitiam docuit otiositas*. Magis in fœmina, quam in viro; hinc doli, & fraudes, & plures jam mariti, & torus non unus, & patres multi, & dubius partus. Nihil cogitare non est hominum: doctis sermocinationibus, lectionibus, scriptionibus diem noctibus jungere; gubernacula, rempublicam, imperia, bella, exercitus, & triumphos meditari, hostem ferire, sanguinem dare, propugnacula erigere, hostilia evertere, classem parare, insidias inimico agmini struere, virorum est. Mulier ergo otiosa quid agat? ambit alternis occupari mens humana; nec semper cælestibus, nec semper perituris detineri. Destituitur domesticis occupationibus mulier, ac etiam mentem otiosam solicitudinibus vacuam pascet. Quare si uxorem uni sibi maritus volet, domesticis potius negotiis obruat, quam occupet: nescit namque obruta rebus amare, nescit erubescenda illa meditari: quinimo quod crescat amor fidesque illius in maritum, cujus fiduciam in concreditis sibi experitur; ut proinde, *Beatus qui habitat cum muliere sensata*. Et cui benedixit Dominus rara hac sæculorum benedictione.

Domestici tamen imperii frena maritus omnino retineat: nec magni moliminis hoc videtur; si namque primis matrimonii mensibus, dum adhuc verecundia, & modestia amori miscentur, ad viri mores uxor componatur, & obsequi assuescat: ut talem speret uxorem in sequentibus annis debeat maritus, qualem sibi primis matrimonii mensibus finxerit: & certe obsequetur si virum nacta fuerit: quippe dum amori & benignitati multa concedet, nihil tamen de imperio remittet, ut amare uxor sciat, & revereri. A principiis hæc pendent: qualem enim primis diebus virum uxor senserit, talem habebit: si remissum & indulgentem, contemnet: semel si contempserit, perget: nec ad cultum sine ingenti conatu revocabit. Ubi enim semel excusserit mulier jugum, impatiens fræni erit; nec calcaribus quidem & ferro domanda.

Nolo autem haberi uxorem ut ancillam, sed neque ut dominam: utrinque a non paucis peccatum; minus autem peccatum pro ancilla habere, quam dominam pati. Utrumque vitabit vir prudens, & indulgentior etiam erit in conjugem quam in prolem; & dum agnoscit sobolis suæ matrem, se patrem meminerit, & imperio natum: etenim inter minas Israeli in delictum intentatas, mulierum imperia Propheta Isaias *cap.* III. numerat: *Populum meum exactores sui spoliaverunt, & mulieres domina-*

te sunt ei. Portentum namque esset, ut pedes manusque capiti imperarent: mulieris vero caput virum esse docemur ab Apostolo *Ephes. 5. Mulieres viris suis subditae sint, sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris*. Ita tamen vir dominetur uxori, ut hæc non sit ancilla, sed uxor, ut cap. 11. *Gen. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit ei*. meminerintque patresfamilias uxorem esse, adeoque duas in unam coaluisse animas, indissolubili mutuo vinculo innexas. Quod si quando monenda, aut erudienda uxor, non audiant monentem Patrem liberi, non servi dominam; ne contemnere incipiant illi Matrem, servi dominam, & imitari etiam discant: omnino danda opera marito, ut quam maxima veneratio sit liberorum in matrem, servorum in dominam.

Invigilandum etiam marito, ut quam optimis uxor assuescat, memor veteris dicti: *Corrumpunt bonos mores congressus mali*. Perpaucas noverit, ac nonnisi probatissimarum consuetudine utatur; eo magis quod muliebria fere colloquia in liberiores sexus illius narrationes eant: prosiliunt exinde non castæ narrationes; hinc ignes & flammæ, & in alio viro maritus novus. Ut ausim profiteri plures matronas, virginesque mutuis inverecundis narrationibus, quam virorum consuetudine periisse: dum enim minore metu in eodem sexu versantur, incautius nocitura bibunt; & quo liberius, eo altius venena demittunt: suspecta virorum colloquia; mutua mulierum suspicione carent: nec pudet in hoc sexu videre, discere quod in viro pudet audire. Paucarum ergo familiaritatem permittet; & earum tantum, quarum nota integritas, modestia, verecundia, prudentia, & in maritos cultus & observatio, reliquarum arcebit: & quamquam illa exinde indignetur, sat melius id est; dummodo pudica & obsequens domi sit uxor: & quamvis solam domi destituant reliquæ, non propterea sola, quæ marito, liberis, & domesticis sociatur: ac etiam felix illa solitudo est, quæ castam uni marito uxorem servat: & quamvis contemnant eam aliæ fœminæ; contemni enim a non laudatis, laudari est; & virtutis signum est ab improbis damnari.



JOSEPHI LAURENTII,

LUCENSIS,

DE

SPONSALIBUS ET NUPTIIS ANTIQUORUM

LIBELLUS.


AD UBERTINUM PAPIFAVIUM

EPISCOPUM ADRIENSEM.

JOSEPHI LAURENTII
LUCENSIS,
DE
SPONSALIBUS ET NUPTIIS ANTIQUORUM
LIBELLUS.
AD UBERTINUM PAPIFAVIUM EPISCOPUM ADRIENSEM.

CAP. I.

Nuptialis dies albo vellere, ut & lapillo albo notatus. Oliva coronatæ nuptæ. Dextræ junctæ in nuptiis. Unde dictæ nuptiæ. Sponſalia unde. Arrhæ datæ a ſponſo ſponſæ. Anulus Pronubus, qui ferreus. Ætas ſponſalium. Amazones quando nubebant. Romanæ cum Romanis nuptæ. Connubia a Patriciis communicata plebeiis quando. Sponſalium tempus, ac auſpicia. Cornix boni ominis. Cajus & Caja in nuptiis. Horæ ſponſalium quæ: Eorundem ritus externi. tempus infauſtum nuptiarum. Viduarum nuptiæ feriis permiſſæ. Perſæ quo tempore matrimonia inibant. Nuptiarum tempus quod. Earumdem auſpices ſub auroram. Sacrificia nuptialia. Acclamatio & epulum in ſponſalibus. Repotia quid. Pecunia cuſa in nuptiis. Secundæ nuptiæ qui celebratæ. In iiſdem lecti & januæ mutatio. Dos dicta, & quanta. Pecunia notata vultibus nubentium data. Uxorum duo genera. Qui uſu fiebat uxor; qui confarreatione. Farraria quid. Coemptio, & ſortitio nuptialis. Aſſes tres nuptiales. Græci, Thraces, & Aſſyrii emebant uxores. Ritus in danda uxori dote. Ignis & aqua in ſponſalibus ad quid. Titio aqua intinctus. Flammeo velata, ac ſenis crinibus ornata ſponſa. Cœlibaris haſta in nuptiis. Coronatæ novæ nuptæ. Socci lutei, & faces in nuptiis. Facum materia. Colus cum fuſo, & cumera vas in ſponſalibus. Fax nuptialis rapta. Poſtes varie ornati. Uxores unde dictæ. Limen tranſiliebat nova nupta: eidem claves datæ. Cœna nuptialis. Thalaſſio, Hymenæus a quibus inclamari ſolita. Laus novæ nuptæ. Feſcennini verſus in nuptiis. Prætextata verba quæ. Nuces cur ſparſæ. Traductio ſponſæ qui peracta. Lectus Genialis. Deorum Dearumque ſimulacra in nuptiis. Zona ſoluta nuptæ. Ceſtus Veneris quid. Cœna poſtridie nuptiarum. Libertatis auſpicium a nova nupta. Dona nuptialia varia. Veſtes maritales a quibus textæ. Fuſum torquere in publico cur vetitum. De delictis uxoriis quinam cognoſcebant. Catachyſmata *quid. Virgines ante nuptias Dianæ ſacratæ. Ova in nuptiis inauſpicata. Parochus ſeu Paranymphus auſpex nuptiarum. Alii etiam adhibiti. Sportulæ nuptiales. Peculiares Dii nuptiarum recenſentur.* Præfiſcine *quid. Arctæ quæ.* Anacalypteria *quænam munera. Nymphæ cur ſponſæ dictæ. Encalypteria, Diaparthenia, Mneſteria, &c. munera nuptialia. Flavus color in nuptiis auſpicatiſſimus.*

A 

NTIQUI Parcas exiſtimabant, nuptiarum dies albo vellere condere; hinc Sidonius Apollinaris in *Epithalamio Polemii, & Araneolæ:*

Proſper connubio dies coruſcat,
Quem Clotho niveis benigna menſis,
Albus quem picei lapillus Indi,
Quem pacis ſimul arbor, & juventæ
Æternumque virens oliva ſignat.

B Albo igitur lapillo dies ſignandus. Filaquæ ſive ſtamina nubentium a ſororibus Parcis conjungi credidit Antiquitas. Deinde oliva coronabantur nubentes. Arbor hæc enim pacis, & juventæ ſignum. Hinc illud ipſius Sidonii in fine *Epithalamii:*

—— Tum Diva comas viridantis olivæ
Pace ligat, nectit dextras, ac fœdera jungit.

Solebant enim dextræ jungi, quod erat Concordiæ ſymbolum. Patruus enim, vel qui ſanguine propior erat, jungebat, ut colligit Caſalius, ex Trebellio Pollione, in *Galieno*; unde & mos noſter irrepſit jungendi dextra ſponſo, ſponſæque per Parochum, anulum maritalem imponentem, nuptiiſque bene ominantem. Sed rem altius attingam.

Nuptiæ dictæ a nubendo, quod nova nupta, dum viro tradebatur, Flammeo, præ pudore, caput obvelabat. Has antecedebant ſponſalia, a ſpondendo dicta; nam ſtipulabantur ſponſa, & ſponſus. Hæc ſtipulatio inita, in tabulis, anulis ſignatoriis obſignata, eorum qui intererant. Sponſæ interea a ſponſo arrhæ dabantur, in argumentum contractorum ſponſalium. Quin & anulus ſponſæ pignoris loco mittebatur, quem *Pronubum* Tertullianus vocat. Iſidorus, *Etym.* l. XIX. *Fæminæ,* ait, *non uſæ ſunt anulis, niſi quos Virgini ſponſus miſerat; nec amplius, quam binos aureos in digitis habere ſolebant, & potiſſimum in quarto, qui minimo vicinus.* Juvenalis *Sat.* VI.

Conventum tamen, & pactum ſponſalia noſtra
Tempeſtate paras, jamque a tonſore Magiſtro
Pecteris, & digito pignus fortaſſe dediſti.

Anu-

Anulum ferreum sine gemma, sua ætate fuisse Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* I. fatetur. Plutarchus item, in *Præceptis Connub*. cap. XXXVI. & *Probl.* VII. refert, nullum munus accipere potuisse a sponso sponsam, præter anulum ferreum, sine gemma, dictum *Pronubum*.

Ætas sponsalium legibus haud definita, sed natura; cum scilicet rationis usum suppeditat. Apud Amazones non prius sponsalibus se vinciebant, quam hostium aliquem interemissent, ut habet Herodotus, in *Melpomene*. Apud Romanos non nisi inter Romanos, vel civitate donatos, nuptiæ contrahebantur legitimæ. Imo in ipsa urbe Patricii non immisti plebeiis, ex lege XII. *Tabularum*, quæ lex V. anno post, contraria rogatione abrogata, Canulejo Tribuno plebis. Pro Romanis habiti etiam Latii jure donati, ex Sigonio. Ingenui cum libertinis non se immiscuere. Anno V.C.CCCIX. Tribunis plebis contendentibus, jura connubiorum communicata a Patriciis cum plebeiis.

Sponsalium tempus nocturnum, ut notat Alex. ab Alex. *lib.* II. *cap.* V. nonnumquam luce prima; in quo id in primis cautum, ne motus cœli, aut terræ fieret; neve turbatiore cœlo, & die inquieto. Cornix vero erat auspicatissimum signum, maximæque fidei: ea enim cornicum societas est, ut ex duabus sociis, altera extincta, vidua altera perpetuo maneat. In hac sponsione propria nomina sponsi, sponsæque nefas expromere; sed vir *Cajus*, virgo *Caja*, dicebatur, in memoriam castissimæ Cæciliæ Tanaquilis, Cajæ dictæ, uxoris Tarquinii Prisci. Idque sacrificio peracto, & consulto Deorum numine factum primo diluculo, & matutino tempore: Siquidem prima, & secunda hora diei sponsalibus idonea. Apud Græcos & Macedones panem gladio divisum, sponsalia cum ineuntur, sponsi gustant. Apud Galatas ex eodem poculo bibunt. Coi in sponsalibus muliebri veste induuntur. Apud Latinos jugum pariter subibant, unde conjugium dictum. Apud Hetruscos viri nobiles porcam immolant; quasi Diis testibus illud bene cessurum, & futurum inviolabile. Neque omne anni tempus celebrandarum nuptiarum idoneum. Delectus enim habitus. *Mense Majo* (habebat parœmia) *male nubunt*. Hic mos adhuc viget apud Vicentinos; quo mense olim Remulia celebrata placandis Remi occisi Manibus. Inauspicatæ etiam erant, ex Macrobio, Kalendæ, Nonæ, Idus, qui dies erant feriati, & feriis vim fieri cuique piaculare; ideo tunc vetabantur nuptiæ Virginum, non ita viduarum. Verrius Flaccus ita refert: *Feriis tergere veteres fossas licet, novas facere non item; ideo magis idoneæ feriæ viduis, quam virginibus*. Dies præterea atri, & dum Feralia, aut Parentalia peragebantur, vel Ancylia nondum erant recondita in Martis templo, vel erant dies festi, & mensis Junii, nisi post Idus, infaustas reddebant nuptias. Persis vero permissa matrimonia duntaxat initio verni æquinoctii.

Tempus aptum nuptiis celebrandis plenilunium tantum, non desinens luna, aut incipiens, sive cum in damno erat, & incremento, putabatur: quo tempore & Græci suas nundinas celebrabant, quod inde boni ominis nonnihil ex lunę facie auspicarentur: sive ut frequenti jam, & advenis referta civitate, in conspectu amplæ multitudinis posita; celebriores, nobilioresque haberentur nuptiæ; ut colligitur ex Pindaro, in *Isthmiis* & Euripide, in *Iphigenia in Aulide*, ubi Agamemnon rogatus ab uxore Clitemnæstra, quando filiæ suæ vellet celebrari nuptias, respondit, *Quando lunæ fortunatæ venerit circulus*.

Indicta die nuptiis, auspices noctu, & sub auroram auguriis operam dabant, unde inauspicatæ nuptiæ, quæ sine auspice, & auspiciis. Deinde sacra sponsalia fiebant. Virgilius *Æneid.* III.

Connubiis, arvisque novis operata juventus.

Servius ait, perfecit sacrificia propter connubia, & novas segetes, quia apud Veteres, neque uxor duci, neque ager arari, sine sacrificiis, poterat. Acclamationes inde fiebant εὐτυχῶς, *feliciter*, *prospere*. Denique hæc sponsalia, epulo egregie instructo, finiebantur, cui amici quique, familiares, ipsique principes intererant, ut Augusti, & Caligulæ exemplo patet. Hæc proprio nomine dicta *Repotia*. Pecunia aliquando uxoris, & mariti effigie signata, convivis nuptialibus dari solita, ut colligitur ex Symmachi *lib.* IV. *epist.* IV. & *lib.* IX. *epist.* XLVI. *Non eadem tamen facilitate purgabis, quod filii nostri Minervii nuptias aliorum potius relatu, quam literis tuis comperi; an veritus es, ne a te numisma cusum desiderarem? potui jacturam sportulæ facere*. In secundis nuptiis hunc ritum notat Canterus *Novar. Lect.* lib. III. cap. IV. ut qua domus parte somnus erat capiendus, ejus cubiculi lectus alio loco, sublatus poneretur, ominis vitandi causa, ne videlicet, e quo cadaver prioris conjugis elatum fuerat, in eundem nova nupta, malis avibus, deduceretur. Et quoniam lecti locus mutandus erat, usu non raro veniebat, ut eadem opera transferenda esset in aliam cubiculi partem janua. Sic igitur fiebat, ut plane renovatum domicilium, felicibus ominibus, novos conjuges reciperet. Propertius *extremo libro* Corneliam hæc facit ad liberos post funus loquentem:

Seu tamen adversum mutarit janua lectum,
Sederit & nostro cauta noverca toro.

Mutabantur etiam reliqua cum mutatione tori: neque aliter Cynthia parat reditum in gratiam cum Propertio, quasi novum auspicaretur conjugium post suffimenta:

Imperat & totas iterum mutare lacernas.
Subjicitur:
Atque, ita mutato per singula pallia lecto,
Respondi, & toto solvimus arma viro.

Dos dicebatur deinde, quæ, ut ex variis colligit auctoribus Dempsterus, erat decies centena sestertium millia: dicta dote, signabantur pacta dotalia, sive tabulæ, tunc exclamabatur, *Feliciter*, ita Juvenalis *Sat.* II.

Signatæ tabulæ; dictum, Feliciter.

Εὐτυχῶς, *Prospere*. Hæc solemnitas Sponsalium finiebatur epulo, egregie instructo, vocatis amicis, & familiaribus. Hæc dicta *Repotia*. Pecunia aliquando data vultibus nubentium signata, ut dictum.

Uxorum duo genera apud Antiquos ex Cicerone in *Topicis*. Alterum, quod proprie uxor dicebatur. Alterum, Materfamilias.

Uxor fiebat, Usu, & Confarreatione: Materfamilias, Coemptione.

Usu fiebat uxor, cum, tutoribus auctoribus, mulier in matrimonium conveniebat, & cum viro ita consuescebat, ut cum justo marito; adeo ut, si usus ille non interrumperetur (interrumpebatur autem per tres noctes, si uxor a marito aberat) per annum pro usu capta, habebatur, a tutorum potestate egressa: hic mos antiquus a raptu usque Sabinarum.

Confarreatione uxor fiebat, cum convenitur (ex Ulpiano) in manum certis verbis, & præsentibus decem testibus cum farre, solemni sacrificio

facto;in quo panis farreus adhibetur, hæc *Farraria* dicta. Confarreatio solis Pontificibus permissa ex Boethio, quod quidam sic interpretantur, ut confarreatio per solos Pontifices perageretur. Tacitus III. *Ann.* ait, confarreandi consuetudinem, aut omissam esse, aut inter paucos retentam.

Coemptio, quæ Matremfamilias constituebat, erat solemnis, & usitatus ritus matrimonii contrahendi, in quo sese invicem uxores interrogabant; vir, an sibi mulier materfamilias esse vellet? Ita mulier; an vir paterfamilias? Fiebatque imaginaria quædam venditio, & adoptio, in qua nummi aliquot (dicis causa) interveniebant, unde mulier in manu, mancipioque mariti erat, illique hæres facta, & in ejus familiam translata: vir autem non in manu uxoris erat, sed, quod coemptus erat, ideo sui hæredis jus tribuebat. Addita & sortitio nuptialis, Plautus *Casin.*

Sortiuntur, utrius sit futura uxor.

Apulejus lib. IX. *pessimam sortitus conjugem.* Nonius Marcellus, ex Varrone, refert, his verbis, coemptionem priscam: *Veteri Romanorum lege, nubentes mulieres asses tres ad virum venientes adferebant, atque unum quidem, quem in manu tenebant, tanquam emendi causa, marito adferebant; alterum, quem in pede habebant, in focum Larium familiarium injiciebant: tertium in sacciperione cum condidissent, compito vicinali donabat*, Palmerius, *Spicilegio*. Lipsius lib. III. *antiq. Lect.* c. XXII. Græci uxores emebant, ut refert Aristoteles II. *Polit.* cap. VI. & apud Homerum *Odyss.* VIII. Vulcanus, deprehenso adulterio Veneris, queritur apud Deos de Venere, & Marte, neque se illos soluturum, inquit, ex vinculis, donec Jupiter sibi pretium restituat. Thraces quoque uxores emebant, & Assyrii, ex Æliano. Tacitus, in libro *de Germanorum moribus*, ait, munera missa sponsæ a sponso, dotemque datam a marito uxori. Herodotus in *Clio*, similem refert morem de Babyloniis.

Stipulatione ergo facta, & sponsione sequuta, ignem, & aquam in limine appositam uterque tangere jubebatur, hac enim nova nupta aspergebatur, quasi eo fœdere, inexplicabili vinculo, & mutuo nexu essent copulati, hæc enim duo elementa maxime necessaria victui humano, quibus ii interdicebatur, quod exilio mulctabantur. In aqua intinctus erat titio e foco desumptus felicis arboris, ut notat Turnebus.

Flammeo nova nupta velabatur, ne a quoquam prius ea videretur, quam a marito, quasi pudicitia pollueretur. Dicitur alio nomine *Rica*, quæ erat lutea. Ornabantur crines novæ nuptæ senis crinibus, sive quod is ornatus erat vetustissimus, sive quod eo Virgines Vestales uterentur, quarum castitatem hoc nubentes viris suis testabantur. Cœlibari præterea hasta, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, nubenti caput comebatur, ut quemadmodum illa fuerat conjuncta corpori gladiatoris, sic ipsa cum viro esset: vel quia matrona in Junonis Curitis tutela esset. Alias causas subnectit Plutarchus in *Romulo*, & in *Quæstionibus Rom.* quæst. LXXXVII.

Corona inde redimiri solebat, ex verbenis a se lectis, ut habet Catullus in carmine *de nuptiis Juliæ, & Manlii*:

Cinge tempora floribus suaveolentis amaraci.

Sextus Pompejus ait, coronam ex verbenis a se lectis compositam, sub amiculo latam a sponsa, quæ soccos luteos gestabat, ex Catullo. E gremio igitur matris, aut proximæ necessariæ nova nupta extrahebatur, deducebaturque vespere a prætextatis pueris patrimis tribus, quorum unus face præferebat e spina alba; reliqui duo tenebant ducentem. Plutarchus in *Quæst. Rom.* II. scribit, tantum quinque faces, sive cereos in nuptiis adhibitos: lege causas ibidem. Apud Græcos mater ipsa sponsæ faces præferebat. Materia facum erat pinus, ut colligitur ex Ovidio, II. *Fast*

Exoptat puros pinea tæda Deos.

E spina alba, innuit Statius, illis verbis,

Pineam quate tædam.

Hinc faces hæ sæpe a poetis dictæ, *tædæ, geniales*, &, *festæ, faces legitimæ*.

Nubentem sequebatur colus compta cum fuso, & stamine. Hunc morem, causamque notat Plinius *lib.* VIII. *cap.* XLVIII. Plutarchus in *Quæst. Rom.* XXXI. Ad hæc puer impubes, Camillus, cumeram ferebat, id est, vas opertum, in quo nubentis utensilia, sive mundus muliebris. Notat Festus, rapi solitam facem, qua prælucente, nova nupta deducta est ab utriusque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, vir in sepulchro comburendam curet; quo utroque mors propinqua alterutrius captari putatur. Ita sponsa comitata, mariti ad ædes accedebat, floribus ac frondibus ornatas.

Pro foribus autem interrogata, quænam esset, se Cajam esse respondebat. Postes januæ a sponsa ornati lana, seu laneis vittis, & oleo inspersi, aut adipe suillo, lupinove ad mala averruncanda, & ideo Uxores dictæ, quasi *unxores*: ornati etiam postes floribus, uti & thalami.

Peracta unctione, nova nupta transportata a Pronubis, limen sublimis transiliebat, quia limen Penatibus sacrum, & Vestæ Virgini, vide Plutarchum *Quæst. Rom.* XXIX. & XXX. Ingredienti nuptæ claves datæ ad curam domesticarum rerum innuendam. Statuebatur quoque in pelle lanata ad lanificii officium innuendum, vel quod Antiqui pellibus erant induti; ut innuit Festus. Aqua, & ignis sponsæ oblata, ea vero pura illa aspersa.

Cœna inde apparata a novo marito, dictæ Epulæ Geniales, cui Tibia interveniebat. Thalassionem Romani, non secus atque Græci Hymenæum, acclamare consueverunt, causam pete ex Plut. *Quæst. Rom.* XXX. Novam vero nuptam ita laudabant Veteres, accinentes, *Nulla te hodie pulchrior*; quod observavit Cassellius in Hymenæo Manlii.

Non tibi, Arunculeja, periculum est,
Ne qua fœmina pulchrior
Clarum ab Oceano diem
Viderit venientem.

Quod autem nimias laudes a Nemesi vindicari, & fascino obnoxias credebant, Fescenninos statim adjiciebant, *Præfiscini*, hoc est, ad arcendum fascinum. Fescennini vero versus dicti, cum deducebatur ad maritum. Interim sacra fiebant Mutino, seu Priapo a velata fœmina; hinc nuptiæ dictæ, verbaque nupta, & prætextata, id est, libera, & obscœna, ut notat Gulielmus, *Verisim.* lib. I. cap. XXIII.

Nuces deinde sparsæ a novo marito pueris. Causam vide apud Plinium, Plutarchum, & alios. Pontanus hanc affert: in auspicium fausti, prosperique adventus sponsæ, nuces enim, poma, pyra, & hujusmodi sparsa in lætitia publica pueris, quod factitatum a Græcis non modo in nuptiis, sed & in aliis rebus lætis, aut cum res aliqua nova empta domum ferebatur.

Græcorum mos invaluit, ut, cum sponsa viri domum traducitur, puer spinis, & glande querna obsitus, canistrum panibus onustum deferat spon-

ſæque præcedens paſſim clamitet, *ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον*, *effugi malum*, *inveni bonum*. Athenis vero mos alius, ut ſponſi caput caricis, & palmarum fructibus, legumine, & collybis inſpergant, & quod ſervis novitiis, cum primum dominorum ædes introiiſſent, fieri uſurpatum.

Lectus deinde Genialis, ſive nuptialis, apparatus toga ſtragula ſtratus, ubi maritorum Genius invocatus: hic ſemper ſervatus in aula boni ominis gratia, & veluti ſacer. Hic lectus in atrio ante januam adverſum fuiſſe docet Propertius, qui vocatus *Adverſus*.

Si tamen adverſum mutarit janua lectum,
Sederis & noſtro cauta noverca toro.

Hoc eſt, ſi alia uxor ſuperinducatur, quæ adverſum lectum noſtrum mutet, id eſt, ſibi non mihi ſternat, nam unaquæque ſibi adverſum lectum ſternebat. Sternebatur & lectus Diis conjugalibus Pilumno, Picumno, *Lex. Phil.*

Simulacra Deorum præſidum in cubiculum inferebantur, ut Subjugi, Premæ, Virginenſis, Priapi, & hujuſmodi; ſuperque ingens faſcinum ad hoc exornatum nova nupta aſſidebat, quod quaſi prius pudicitiam eſſet delibaturum. Proinde collocabatur in lecto a Pronubis mulieribus nova nupta pudiciſſimis, ad perpetui matrimoni, pudicique auſpicium captandum. Cingulum ſolvebant viri uxoribus, ſeu zonam, nodo Herculano vinctam, bonæ ſcevæ in liberis ſuſcipiendis cauſa, quod Hercules LXX. filios habuerit, hic dictus Veneris Ceſtus, quo reſoluto ex ſponſa uxor fiebat, unde *Cinxia* culta in nuptiis, & *Solvizonia* dicta.

Poſtridie nuptiarum apud novum maritum rurſus cœnabatur, & quaſi inſtauraretur, & renovaretur potatio dicta *Repotia*, etſi a quibuſdam, ut a Cicerone *pro Cluentio* & ab Apulejo, dicta *Repotia*, quæ ante nuptias fiebant; data mulieri a viro Poſtridie item nuptiarum, nova nupta libertatem auſpicans uxoriam, in domo viri rem ſacram faciebat, Macrobius l. I. *Satur.* cap. XV.

Novæ autem munera nuptæ a cognatis, & propinquis mittebantur, quæ dicta nuptialia: hæc varia, ut notat Pollux. Προαύλια, *Proaulia*, erant munera, quæ pridie dabantur novæ nuptæ. Ἀπαύλια munera, quæ novæ nuptæ dabantur. Ἐπαύλια munera poſtridie nuptiarum. Προτέλεια *Protelia*, præparatio, quo die nuptam virginem in arcem ducunt ad Deam, & victimam ob conjugium immolant. Προγάμια, ſacrificium, convivium, & donationes ante nuptias.

Quondam uxores, ut refert Alex. ab Alex. *lib.* IV. *c.* VIII. viris, & matres filiis tunicas, togaſque facere, eaſque acu, licio, intexere telis conſueverunt: ſummique Imperatores, ac Duces, neceſſariis ſæpe veſtes contextas induere. Quare Alexander Macedo, & Auguſtus domeſticis tunicis ab uxore, matre, & ſorore, aut nepte confectis uſi ſunt, quas veteri more in atrio domus Romani ſervabant. Græci vero in Oeco, & Proœco.

Pagana lege erat ſancitum, ne mulieres in via torquerent fuſos, aut illos detectos ferrent, quoniam frugum proventibus adverſari putabatur. Si quid jurgii levis inter uxores oriebatur, mariti levioribus pœnis coercebant, ſi quid vero gravius peccatum, de eo viri non in judicio, & foro, ſed cum propinquis, tanquam judicibus domeſticis, cognoſcebant, in ſacello Deæ Viriplacæ.

Morem quemdam Athenienſium refert Rhodiginus *lib.* XXVII. *cap.* VI. qui ait, Sponſi caput primum, domum ſponſæ ingredientis, prope focum perfundebant, & per illius caput palmaceos fructus, collybos, id eſt, nummos, legumina,

A caricas, nuces, & id genus plura, quæ a domeſticis ſic effuſa rapiebantur, & ideo dicebantur, *Catachyſmata*, quoniam Κατάχυσις eſt *profuſio*. Erat hoc illis εὐετηρίας σημεῖον, hoc eſt, *annuæ ubertatis indicium*. Hunc eundem morem ſervatum aſſero, in ſervis novitiis, primum Domini domum intrantibus, a conſervis enim effuſa rapiebantur, ut dixi, ex Pontano.

Ex eodem Rhodigino, *lib. eodem cap.* XIX. elicio, initiari ſolitas, conſecrarive Virgines Dianæ, priuſquam tempus nuptiarum appeteret. Decreto namque id ſancitum Athenienſium. Quod menſe B Januario fieri conſueſſe, indicat Libanius, in Oratione *de Laudibus Dianæ*. Induebantur autem veſte, quam *Crocotam* appellabant, nec X. ætatis anno grandiores, nec V. inferiores: Iis autem placari Dianam credebant, indignatam ob urſam cicurem, Dianæ ſacram, a puella interfectam. Naucratitarum nuptialibus cœnis cavebatur, ne quis ovum intuliſſe vellet, aut mellita, Rhodiginus *lib.* XXVII. *cap.* XVII.

Parochus erat auſpex nuptiarum, ſeu Paranymphus, a Græco παροχεῖσθαι, eo quod in curru nuptiali una cum ſponſo, & ſponſa ſederet, nam, ut refert Pauſanias, in curru nuptiali una cum ſpon- C ſo, ſponſa media, παροχὸς vehebatur, vel qui amicitia, vel qui ſanguine eſſet conjunctiſſimus, vel cui ob dignitatem plurimum deferretur. *Protelii* dicti qui uxorem duxere; *Mellonymphi*, qui nondum duxere, ſic *Mellonympha*, puella nondum nupta. *Chamæpus*, ſponſa dicta, quæ non curru ſubvecta, ſed pedes mariti domum petebat. Qui anteit dies nuptias, *Proaulia*; qui ſubſequitur, *Epaulia*, item ſponſæ dona data, *Apaulia*, ut dictum. *Promneſtria* a Græcis earum conciliatrix dicta. In nuptiis ſportulæ datæ, ut habet Apulejus in *Magia*, γαμήλια Demoſthenes vocat.

Nuptiarum peculiares Dii recenſentur a Plutar- D cho *Quæſt. Rom.* II. Jupiter perfectus, ſive adultus, Juno perfecta, ſive adulta, Venus, Suada, Diana, ſeu Lucina, quæ præeſt parturientibus, Jugatinus, qui conjuges jungit, Domiducus, qui domum ducebat, Domitius, ut eſſet in domo nupta, Manturna, ut nupta cum marito maneret, Virginenſis, cum Virgini zona reſolvitur, Cinxia eadem, Mutina, ſeu Priapus, ſuper cujus grande faſcinum ſedebat, Subjugus, ut a viro ſubigeretur, Prema, ne moveretur cum a marito premebatur, Viriplaca, quæ viros placabat, & hujuſmodi. De Nuptialibus extat liber Briſſonii in operibus variis tit. *de ritu nuptiarum*.

E In nuptiis boni ominis gratia varia fuere acclamationum genera: tria potiſſimum recenſentur ab antiquario doctiſſ. Ferrario, unum in ſponſalibus, reliqua duo in nuptiis. In ſponſalibus dicta læta omnia, acclamatumque *Feliciter*, *Quæ res bene vortat, Dii bene vortant*. In nuptiis autem inclamatus *Hymenæus, Thalaſſius*, verſuſque jactati. Conſuetudo acclamandi in nuptiis Hymenæi primos introduxiſſe Græcos reperio; a Græcis introductam Latinos accepiſſe, poſteros vero ſemel acceptam conſtanter adeo retinuiſſe, ut hodie etiam pueri paſſim novam nuptam e domo primum procedentem comitentur plaudentes manibus, & Hy- F menæum identidem contentius ingeminantes. Cauſas hujus Proclus refert, etſi alii alias, Hymenæi origo ait, ex verbo ὁμονοεῖν, quod eſt *habitare ſimul*, & eadem ſentire, ideoque hoc verbum repetitum, ut novis nuptis felicem vitam, fidam ſocietatem, & mutuum amorem optarent, & precarentur, idque peractum tum, cum in domum viri nova nupta deduceretur, a fœminis, tibicinibus, muſicis omnino modis, ac numeris accinentibus, & pueris ſuccinentibus.

Thalassius vero in nuptiis acclamatus, ut ad lanificium novæ nuptæ provocarentur, ex Varrone, & Plut. ταλάριον enim *quasillum* significat, ταλασία, *lanificium*, vel ut bene ac feliciter evenirent nuptiæ, quemadmodum faustæ, & prosperæ ceciderant olim Thalassio Romuli duci, de quo Livius *lib.* I. Thalassii invocatio sola Latinis in usu, quod factum tunc maxime, cum nova nupta in mariti domum deducebatur, flammeo caput obnupta, facibus prælatis, ac turba puerorum acclamante. His addita Fescenina carmina. Festus, Fescenini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescenia dicuntur allati, sive ideo dicti, quia fascinum putabantur avertere. Horum initium, & origo a vindemiæ libertate, ut colligitur ex Horatio ep. *ad Augustum*, hoc est ab veterum agricolarum, ac vindemiatorum jocandi, conviciandique consuetudine. Hi versus fuere dicti *joci, ludi, risus, sales, festa convicia, probra, procaces, dicaces, obscœni, petulantes*. Fuerunt ergo versus lascivi, & mollitie diffluentes Ideo cantati, ne nova nupta fascinaretur, cum ita dicti a Fascino: existimarunt enim prisci periculum a fascino iis esse, qui impensius vel ipsi laudarent se, vel ab iis præsentes laudarentur, cui periculo ut occurrerent, consueverunt se aliquo amuleto præmunire hac prefatione *Præfiscine* seu *Præfiscini*, qua fascinum arceri putabatur; perinde namque est *Prefiscine*, quasi sine fascino. Tempus Fesceninorum fuit, cum ad mariti domum nova nupta deducebatur, una cum Thalassio cantatorum a multitudine puerorum alternis. Apud Græcos sacerdos sponso & sponsæ nuptias acturis serta imponebat, & octavo die eadem serta illis demebat cum solemni precatione. Vide Euchologium, ubi vocatur, ἀκολουθία στεφανώματος. Apud eosdem, mater accendebat lampades sive tædas, ut filiæ nubenti in sponsi domum præluceret, item ut eadem lectum sterneret, sponsam in lectum exornatum collocaret, præceptaque daret loco & tempori congruentia, Jan. Gebhardus

Anulus pronubus, ut notat eruditus Pignorius in *symbolicis epistolis*, aureus, argenteus, æreusve fuit, junctarum videlicet manuum, qui Fidei nomen nunc sortitur, quem Tacitus I. *An.* & II. missitatum ad exercitus non semel testatur. Genialis thorus sternebatur religiose in ara, deinde in aula stratus, eique virguncula imponebatur, quæ mox virginitatem abituram compellans clamabat, *Virginitas, Virginitas, quo me relicta vadis?* An forte hæc particula veteris cantionis, quæ sub Veneris prælium accini solita, Pontanus in *Atticis bellaris*.

Arctæ puellæ dictæ ab ursa Athenis, quæ ante nuptias Dianæ initiabantur & sacra faciebant ob ursam interfectam Dianæ sacram. Sisymbria flores, quibus coronabatur sponsus.

Pronubarum erat nuptam in lecto collocare. Terentius *Eun.* Act. III. Sc. V.

—— *Deinde in lecto illam illæ collocent.*

Est flammeum, quo nova nupta induta, deponebat cum se videndam proponebat, atque munera parentum, amicorumque capiebat. *Anacalypteria* munera dicta, quæ vir, domestici, & amici sponsæ contribuebant, cum primum retecta se visendam præberet, nam apud Græcos ἀνακαλύπτειν, *revelare* est, ἀνακάλυψις *revelatio* est. Hæc ab aliis *Theoretra* item dicta invenimus. Quidam Nymphas dici sponsas arbitrantur ἀπὸ τοῦ νῦν πρώτως φαίνεσθαι, *quod nunc primum se visendas præbeant*, cum antea prodeant obtectæ. Hinc mos Venetarum puellarum vultum tegentium, nec prius retegentium, quam in mulieres evaserint. *Encalypteria* vero facetissime videntur dici, quæ dantur, cum puella obvelata nolit videri, quod sane congruit deformi, ἐγκαλύπτειν enim *integere* est, & *obvelare*: unde jocus Antipatri cum deformem duxisset in uxorem, rogati quando daturus esset Anacalypteria: *Quin potius*, ait, *quæritis quando Encalypteria?* Anacalypteria vocata etiam ex Rhodig. *lib.* XXI. *c.* XXVI. *Edna, Opteria, Prosphtheria, Diapartbenia*; quoniam διαπαρθενεύειν *devirginare* significat. *Anacalypteria* etiam donorum dies significant. *Diapartbenia* ergo erant munera, quæ sponsæ pro delibata virginitate dabantur, Rhod. *l.* II. *cap.* LX. *Mnesteria* erant dona quæ dari solebant puellis a procis, dicta ideo procalia.

Progamina sacrificia ante nuptias, & donationes. *Athremmata*, munera a cognatis missa novis nuptis Suidas. *Apotimema*, pignus quod accipiebatur a sponso, ut de dote perdenda non esset periculum.

Gamelia, celebritas nuptiarum. *Gamelion*, carmen nuptiale. *Gambria*, munus aut convivium a genero.

Flavus color in nuptiis auspicatissimus, sive luteus; hinc luteus soccus, & Flammeum hujus fuisse coloris omnes consentiunt.

CAP. II.

De Connubiis. In iis rationis, conditionis, gentis, & sanguinis ratio habita. Eorumdem maxima cura Romæ. Sponsalium ætas. Leges nuptiales. Nubentium præmia. Jus trium liberorum. Cælibes exhæredes. Viduæ coactæ iterum nubere. Uxori nefas virum relinquere. Causæ divortii. Mulier usu capta qui liberata. Usurpatio in matrimonio quæ. Confarreatum matrim. quomodo solutum. Diffarreatio quæ. Coempta mulier qui soluta. Conditiones divortii faciendi. Divortia coram testibus facta. Divortii, ac repudii formula. Repudium in quo differt a divortio. Claves uxori ademptæ in divortio. Pœna injusti divortii. Græcorum divortium quale Viriplacæ Deæ ædes. Divortium primum. Viduæ quando iterum nubebant. Dialis uxore viduatus, Flaminio abibat. Bigami sacerdotio pulsi. A vidua nubente ante tempus quid immolatum. Ritus connubiales externi. Apud quos adulterium nullum. Uxores aliis permissæ cur. Romanæ fœminæ Græcis modestiores. Matrimonia cum peregrinis illicita. Uxorem ducturi quid agebant. Quid gestatum in nuptiis. Lydiæ qui dotem comparabant. Mulierum Athen. licentia infamis. Gradus in nuptiis contrahendis. Asparagonia apud quos sponsa coronata. Sacrum Junoni sine felle. Porcus in nuptiis immolatus. Babyloniarum mulierum prostitutio. Fessanæ impudicæ. Virgines egenæ apud Athen. dotatæ. Lutrophori qui. Puer situlam tenens an sepulcro cælibum. Fœcunditas mulierum unde. Veneris & Mercurii idem sacellum cur. Malum cydonium a sponsa voratum. Harmosyni quinam. Uxores per quos conciliatæ. Cælibatus olim infamis. Nudipedalia cælibum: quæ ad alia etiam usurpata. Pes sinister in sacris exutus; & osculatus. Pedibus nudis Deus adoratus: & adorandus juxta Pythagoram.

CONNUBIORUM ratio quam maxime Romæ habita, uti & nationis & conditionis, & gentis, & sanguinis respectus haberetur, ad prolis ingenuitatem, & educationem promovendam: ex qua boni cives, ex bonis civibus politia felix nascitur. Nationis ratio habita, ne Romanus nisi Romanam duceret: per Romanos, intelligebantur omnes Itali, nisi id juris illis esset ademptum. Postremo, Municipes etiam cives Romani habiti: Qui vero ex mulieribus suscepti essent, cum quibus connubium non esset, eos ne liberos quidem, nedum cives fuisse satis constat.

Conditionis ratio ea dicta, ne ingenuus libertinam, aut libertinus ingenuam duceret.

Gentis ratio, ex Decemvirorum tabulis, ne patriciis cum plebeiis connubium esset, quæ lex quinto post anno abrogata.

Sanguinis ratio in uxore ducenda habita, ut habent J. Conss. patrui filia, per mores, & leges, duci poterat, ut docet Sigonius, ex quo hæc ego mutuatus.

Romanis connubiorum, sobolisque semper magna cura. Ideo Censoria illa solemnis quæstio: *Ex animi tui sententia tu uxorem habes?* Ideo Ciceroni ficta lex, *Cælibes esse probibento*. Nec ignominiæ solum cælibatus, sed pœnæ erat, ut paulo post dicam. Sponsalibus lex data, ut notat Lipsius, *Excursu ad Tacitum*; Decennis, & non ante, despondeti poterat, ad nuptias vero duodecennis. Ne mulier L. annis minor sexagenario nuberet, ne vir minor LX. quinquagenariam duceret.

Præmia maritorum hæc recensentur ab eodem Lipsio. 1. Ut in petitione magistratus præferrentur, quibus liberi plures. 2. Ut præferrentur Proletarii in sorte provinciarum & easdem diutius obtinerent. 3. Præirent, eminerentve in omni magistratu. 4. In honoribus petendis, verbi gratia, si minores XXV. annis ad honores non admitterentur, beneficio prolis id consequerentur. 5. Qui plures liberos haberet, in urbe tres, in Italia quatuor, in provinciis quinque, a cura, tutela, cæterisque muneribus personalibus immunis esset. 6. Damnatorum liberi plures assem acciperent, mitioresque pœnæ illis reis irrogarentur. Ex his ortum Jus illud celebre, trium liberorum, quod orbis ex Principis munificentia aliquando permissum. Unde cælibes testamentis nihil recipiebant, nisi ex bonis proxime junctorum, orbi nonnisi dimidium.

Viduæ Romæ aliquando coactæ ad nuptias denuo; ni id sponte facerent, ob prolis necessitatem, ut notat Plutarchus in *Camillo*.

Ut vero perpetuum hoc fœdus conjugale, & sine dissidio foret, Uxori virum relinquere, & cum alio copulari nequaquam licebat: viro autem, nisi uxor in adulterio, aut veneficio, sive clavium adulteratione, deprehensa sit; aut si vinum biberit, leges a Romulo latæ divertere nulli sinebant; qui aliter dissidium fecissent, bona virorum ad uxorem devolvi voluerunt.

De divortiis autem ad hanc rem pauca enucleo. Connubiorum tria genera, ut dictum, triplici nodo copulata, triplici modo quoque dissoluta. Mulier ergo usu copulata usurpatione liberabatur. Usurpatio enim apud J. Conss. usucapionis interruptionem significat: & huic contraria. Quare si mulier a marito trinoctium aberat, nondum usucapta, ante annum usurpabatur, hoc est, a parentibus, aut tutoribus, solemni quadam ratione apprehendebatur, & a viri potestate vindicabatur.

Confarreatum Matrimonium dirimebatur, disfarreatione, quod libo farreo fiebat.

Coemptio mulieris emancipatione dissoluta, cum, cui in manum erat tradita, & emancipata, ab eodem repetebatur emancipanda. Loensis *lib.* VII. *cap.* XI. probat omne matrimonium factum per coemptionem fuisse, etiam per consecrationem. Lege auctorem.

Hæc separatio conjugum, dicebatur Divortium, de quo lex Romuli supra allata: lege etiam XII. *Tabularum* permissum, potissimum ob morositatem, aut sterilitatem uxoris, non modo consummatis nuptiis, sed etiam in sponsalibus.

Tenebantur autem jusjurandum præstare Censoribus, legitimas fuisse divortii causas, quas obtendebant. Deinde, ut nuptiæ tabulis firmatæ, ita tabulis dissolutæ. Ex lege Julia, Divortia facta septem civibus Romanis puberibus testibus adhibitis, præter libertum ejus, qui divortium facit: quod in tabulis dotalibus signandis quoque servatum. Uxor vero si præsens, ex ædibus exturbatur: si absens, libellus mittebatur, vel per aliquem e libertis, vel per procuratorem, in quo legitimæ causæ erant scriptæ. Formula Divortii hæc; *Res tuas tibi habeto*, vel, *Res tuas tibi agito*. Repudii formula: *Conditione tua non utor*.

Repudium sponsæ remittebatur; Divortium vero conjugibus: Exeunti uxori reddebatur quicquid secum attulerat. Plautus in *Amphitr*.

Valeas, tibi habeas res tuas; redde meas.

Claves quoque illi ademptæ, traditæ in nuptialibus. Si divortium citra culpam mulieris obtigisset, integra repetebatur dos, si vero mulieris vitio, dotis parte, pro liberorum numero mulctabatur. Apud Græcos, mulier divertere volens, ipsa, non per alios, divortii monumenta apud Archontem deponere tenebatur. Lege Plutarchum in *Alcibiade*.

Refert Valerius Max. quoties inter virum & uxorem aliquid jurgii intercesserat, in sacellum Deæ Viriplacæ, quod erat in Palatio, veniebant, & ibi invicem locuti, contentione animorum deposita, concordes revertebantur. Et licet Divortium legefuerit permissum, non tamen admissum, nisi sero a Servilio Spurio ob uxoris sterilitatem.

Viduæ iterum nubere lege cogebantur; non tamen ante exactos a morte mariti menses decem, ut docet Plutarchus in *M. Antonio*. Apud quosdam Barbaros, ut docet Pausanias in *Corinth.* fœmina viro viduata, iterum non nubebat. Dialis, ex eodem Plutarcho, conjuge defuncta, Flaminio abire cogebatur, quia sine conjuge esse, aut iterum conjugio copulari non decebat: namque bis matrimonio copulati, sive bigami, sacerdotio pelluntur, ex Trogo *lib.* XII. Gellio *lib.* X. *cap.* XV. Hoc ab Ægyptiis quoque servatum, ut sacerdoti semel tantum ducere uxorem sit fas. Quod si mulier vidua intra decem viduitatis menses iterum nupserit, ex Numæ lege, vaccam prægnantem immolare tenebatur.

Connubiales ritus Romanorum proxime sequuntur externorum, qui mihi tantum delibandi. Plutarchus in *Vita Lycurgi*, Lacedæmoniorum ritus pluribus refert, innuens eas nubere raptu. His verbis, *Nubebant autem raptu:* & quæ sequuntur. Item paulo inferius, *Licebat enim seniori*, &c.

Adulterium nullum apud Spartanos fuisse ob mulierum, virorumque pudicitiam, modestiamque, refert Plutarchus, *de virtutibus Romanis*, item apud Cianos DCC. annorum spatio.

Romanorum ritus connubialis refertur a Plutarcho, in *comparatione Numæ, & Lycurgi*, his verbis: *Sed Romanus quidem vir, cum satis sibi filii educati essent, alterius suasionibus, qui filiis indigeret, cujus dedendæ, recipiendæque jus habebat, cedebat: at Lacon quæ domi apud se esset, manente etiam conjugio in antiquo jure, uxorem ei impertiebat, qui ad sobolem suscipiendam suasisset.* Apud Romanos Plutarchus asserit, plus verecundiæ & plus modestiæ in fœminis, quam apud Græcos.

Moribus & legibus Græcorum receptum, ut matrimonia cum peregrinis, atque hospitibus incesta, atque illegitima habeantur, a quibus nati μιξέλληνες, Latine *Hybridæ* dicti.

Uxorem ducturi olim domum ædificabant, ut habetur ex Theocrito, apud quem, mulier uxor futura, interrogat virum, domumne sibi sit ædificaturus? ex Homero quoque, & Valerio Flacco *lib.* VI. Catullo, ut a me alibi indicatum.

Athenis mos, in nuptiis puerum aliquem puberem patrimum, matrimum, spinis, & glandibus quernis coronatum circumferre vannum panibus repletam, ac dicere identidem, *Effugi malum, inveni bonum*, ut innuerent, repertis frugibus, missas fuisse glandes.

Apud Lydios (proh nefas! ex Herodoto in *Clio*)

omnes filiæ meretricabantur, at hoc nimirum quæstu, tantisper dotem colligunt, dum nubiles ipsas se elocent. Solonis lege permissum Atheniensibus fœminis, mariti propinquos ad se rei Venereæ gratia arcessere, nisi ad hoc idoneum haberent virum. Apud Ægyptios uxor marito in rebus privatis dominabatur, & in sponsalibus hic profitebatur, parendum esse uxoris mandatis. Lege Plutarchum, *de virtutibus mulierum*.

Fratribus apud Athenienses ducere sorores uxores permissum, Romani usque ad neptes progrediebantur, superior necessitudo inhibita.

In Bœotia sponsam asparagonia obtegebant, nam ut ea suavem e spina asperrima fundit fructum, sic novæ nuptæ prima asperitas, non reclamanti marito urbanam, jucundamque vitæ societatem præstabit. Junoni nuptiali sive, τῇ γαμηλίᾳ Ἥρᾳ, olim sacrum faciebant nubentes, fel e victima eximebant, post aram abjicientes, qua re innuebant, bilem prorsus, iramque a conjugali ablegandam jucunditate. Græci, ut multi referunt, Junoni quam *Teliam* vocabant, in nuptiis porcum immolabant. Varro *de re rustica* lib. II cap. IV. Apud Babylonios, ut refert Herodotus in *Clio*, illo loco, *Una iisdem Babyloniis lex*, &c. mulieres indigenæ semel in vita ad Veneris Templum desidentes, cum externis viris consuetudinem habent prostitutæ, pretium recipiunt nodis, corollisque ornatæ, ab illisque pecuniam recipiunt, cum hac formula, *Tanti ego tibi Deam Mylitam*, hoc est, Venerem; & seorsum a fano cum illis rem habent, neque licet pecuniam recusare, convertendam in usum sacrum. Fessanarum mulierum impudicitiam refert Leo Africanus *lib.* III. *cap.* XXXIV. abstineo, ne tui animi candorem labefactem.

Virgines egenas apud Athenienses adeo, ut propter dotis defectum maritari non possent, vocatas θῆτας, genere proximus elocare tenebatur, ac dotem dare, ex lege præscripta 5. Minarum, id est, 500. denariorum. Mina quippe 100. denarios continebat, denarius autem 6. obolos. Quod si quis recusaret, ipse ducere cogebatur, ex Terentio in *Hecyra*,

Lex est, ut orbæ qui sunt genere proximi, ei nubant,
Et illos ducere eadem hæc lex jubet.

Quod si plures eodem gradu cognatam contingerent, pro rata quisque contribuebat; si plures cognatæ, is qui proximus unam tantum elocare tenebatur, & si quispiam recusaret, eum cuilibet deferre licebat ad Archontem, qui legi satisfacere cogeret. Ille vero, si muneri deesset, drachmis 1000. id est Minis 10. Junoni sacris, mulctabatur; ita Meursius *lib.* V. *capite primo*.

Athenis itidem moris fuit, ut nuptiarum die sponsus per puerum genere proximum dictum, λουτροφόρον, balneum e fonte, qui nunc Enneacrunos, olim Callirrhoe, dicebatur, afferendum curaret. In eorum etiam sepulcris, qui cælibes decessissent, puer situlam tenens, collocabatur, Suidas in *dictione* λουτροφόρος.

A Plutarchus in libello, *de facie in orbe Lunæ*, fœcunditatem mulierum a Luna provenire autumat, cui maxime mulier obnoxia. Idem, in *Præceptis connubialibus*, Veteres olim in eodem sacello Venerem, & Mercurium collocasse testatur, quod voluptas genialis potissimum sermonem postulat, Suadamque, & Gratias, ut impetrent blandimentis mutuo a sese, quæ cupiunt, Solonemque præcepisse, ut sponsæ vorato malo cydonio sponsum adirent, quare non obscure innuebatur, gratiam oris, & vocis, in sponsis, comem, suavemque esse debere.

Apud Spartanos, Harmosyni erant magistratus,
B mulierum petulantiam, immodestiamque comprimens. Athenis quoque magistratus ad id erat destinatus.

Cælibatus olim infamis; hinc legibus Lycurgus cavit, ut a ludis abstinerent, & per hyemem forum nudi circumire cogerentur. Spartæ tam cælibi, quam malo marito legibus pœna indicta, quæ judicia dicta, *Cacogamia* & *Opsogamia*. Platonis legibus cautum, ut qui ad XXXV. annum cælebs mansisset, nullo dignus honore haberetur; & omnium postremus haberetur. Hinc non solum cælibes pœnis mulctati, sed mariti honoribus, & præ-
C miis aucti, ut a me indicatum alibi. Subnecto quædam non prorsus ad rem, neque ab re.

Nudipedalia erant festa Judæorum, apud quos, qui nuptias recusabant, nudis pedibus incedere cogebantur, ut carentia (puto) prolis plecteretur. Erant & Nudipedalia instituta, ut colligo ex Tertulliano, *Apol.* cap. XL. ut aquarum cœlestium defluxum, terra arescente, impetrare possent, quod proprium erat Judaici populi, ad iram Numinis placandam. Quin imo in sacris quibusdam pedem unum discalceatum lego in Cerda eruditissimo (ut sunt plerique illi Patres) ad illa Virgilii verba, *unum exuta pedem*, insertque illum pedem sinistrum
D fuisse, quod multis confirmat auctoritatibus. Hinc Reges Persæ pedem osculandum præbent: ut hodie Summus Pontifex Romanus, Crucis signo insignitum. A pedibus non procul abeo, ut calcem capiti faciam, ne ritus hic in meis schedis jaceat, ludibrium scoparum, aut venti.

Apud Hebræos, & Ægyptios, referente Gyraldo *Dial.* X. cum morbo, vel alia quapiam necessitate urgente impliciti, Deo pro liberatione vota facerent, antequam hostias immolarent, vino abstinebant, capillosque tondebant, tum nudis pedibus rem divinam faciebant, ut colligitur ex Josepho *bello Judaico* lib. II. Hinc Pythagoræ symbo-
E lum: *Nudis pedibus rem sacram facito, & adorato*: qui mos ab Hebræis emanavit, credo, præcipientibus, ne quis sacra loca ingrediatur, nisi nudis pedibus. Lacedæmonii quoque, juxta hoc Pythagoræ institutum, nudis pedibus adorabant, remque divinam faciebant: hi enim Hebræos habuere socios, a quibus multa mutuati, de rebus sacris; & nos Christicolæ in Crucis adoratione, & Parasceve, nudis pedibus procedimus. Vide eundem Gyraldum.

De nuptiis Imperatorum, vide Bulengerum *de Imperatorib. Romanis* lib. III. cap. XLVI. Item Græcorum & Romanorum.

BARNABÆ BRISSONII,

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQUE SENATUS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS,

LIBER SINGULARIS.

VIRO CLARISSIMO

CHRISTOPHORO THUANO CELIO,

PARISIENSIS SENATUS PRÆSIDI

BARNABAS BRISSONIUS

S. D.



SUPERIORIBUS temporibus hac Satyrici Poetæ querela aures nostræ personavere, Ubi nunc lex Julia dormis? *Insederat videlicet imperitorum animis ridicula quidem, sed tamen quæ maximam ad nequitiam fenestram patefecerat opinio, adulterorum in Gallia impunita esse peccata, qua passim corruptis moribus laudi jam duci, & in pretio haberi id vitii cœperat. Hanc tu Reip. perniciosam opinionem editis non ita dudum de aliquot adulteris exemplis eripuisti, perfecistique, ut non tam puniendi voluntatem, quam accusatores majoribus nostris antehac defuisse judicemus. Quod spectaculum cum maximus bonorum omnium plausus consecutus esset, hinc me laudum tuarum, ad quas hunc cumulum accessisse valde gaudebam, recordatione incensum res ipsa admonuit, ut antiquam de adulteriis coercendis ab Augusto latam legem, quæ quasi postliminio in usum rediret, in ordinem digererem, & interpretatione adhibita illustrarem. Itaque nondum a quoquam tentatam quæstionem ingressus, cum animum meæ in te observantiæ testificandæ cupiditas adderet, libellum non injucundum, ut spero, confeci, & ut in tuo nomine appareret, curavi. Is si tibi probabitur, mihi, qui sola tibi gratificandi voluntate ad scribendum accessi, abunde satisfactum judicabo: ad reliquos, si quis præterea per te ex nostris vigiliis fructus perveniat, id omne in insperato lucro deputabo. Vale. Lutetiæ Parisiorum, pridie Kalend. Decem.* M. D. LVII.

BARNABÆ BRISSONII,

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQUE SENATUS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

AD LEGEM JULIAM DE ADULTERIIS,

LIBER SINGULARIS.

PROBRA, quemadmodum Ulpianus scribit, quædam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more civitatis. In illis adulteria numerantur, quibus abstinendum esse non tam scitis legum, quam naturali ratione dictante quisque intelligit. Nec enim, ut a Cicerone præclare scriptum est, lib. II. *de Legibus*, si regnante Tarquinio
A nulla erat Romæ lata lex de stupris, idcirco non contra illam legem sempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & a delicto avocans, quæ non tum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed cum orta est. Orta est autem simul cum mente divina. Argumento est consentiens in unum omnium

populorum

populorum de adulterii turpitudine opinio, quæ pro certiſſima lege naturæ accipienda eſt, Cicero *Tuſc.* Nam ex quo primum a fero & agreſti cultu ad humanitatem traducti homines certis inter ſe matrimoniorum legibus devincti ſociatique ſunt, qui prius incerto ac promiſcuo coitu libidinem explebant ſuam: ex eo tempore vitio duci adulterium, legibuſque prohiberi cœpit.

—— Fuit hæc ſapientia quondam
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri, leges incidere ligno.

ait Horatius in *Arte Poet.* & lib. I. *Serm.* Satyr. III.

Oppida cœperunt moliri, & ponere leges,
Neu quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.

Quæ res efficit, ut quæ in jure civili errantes inceſti crimine liberantur, adulterio commiſſo nullam mulieres excuſationem habeant, *l. ſi adulterium.* § 1. *D. de adulter.* propterea quod lege naturali, quam ignorare eas inſita ratio non permittit, prohibitam rem admiſerint. Id adeo ex eo vel perſpicue apparet, quod eſt brutis quibuſdam a natura datum, ut adulteria averſentur: & quanto ea hominibus odio eſſe debeant, quibus poſſint, indiciis teſtentur, Plin. *lib.* VIII. *cap.* V. Solin. *cap.* XXXVIII. Ælian. lib. I. *de Hiſt. Animali.* Nec immerito certe hujus vitii fœditatem in animis noſtris lucere ipſam per ſe communis parens voluit. Etenim ut omnia animo ac cogitatione percurras, adulterio fœdius crimen, atque hominum inter ſe ſocietati pernicioſius vix ullum reperies. Nam cætera quidem ferme omnia delicta propriæ turpitudinis finibus continentur: adulterium quoddam veluti vitiorum agmen trahit: & ut Diodorus Siculus veriſſime ſcribit lib. I. *Biblioth.* ad eam, quæ marito infertur, injuriam, corruptelam quoque, ac depravationem morum, prolis confuſionem, matrimoniorum perturbationem adjungit. Nec vero ullum tantum ſcelus, ullum tam magnum facinus eſt, ad quod ſuſcipiendum libido voluptatis violatæque pudicitiæ audacia non impellat, M. Catonem dixiſſe accepimus, Quintil. *lib.* V. *cap.* X. Nullam adulteram non eandem veneficam eſſe: videlicet homo prudentiſſimus ſentiebat nullum eſſe ſcelus, cujus non facile ſuſpicio in eam caderet, quæ fide rupta, ſacrique lecti genio contempto adulterum admittere auſa eſſet. Multæ ipſis etiam viſceribus vim afferre non dubitaverunt, (Juvenalis *Satyr.* VI.) medicamentiſque conceptos ex adulterio partus abigere, ne materna adulteria in lucem editi liberi diſſimilitudine formæ proderent. Quid dicam maritorum nece adulteria cumulata? Notæ ſunt Candaulis Lydii, Herodotus *lib.* I. Plato lib. XI. *de Legib.* Juſtin. *lib.* II. Uriæ, lib. II. *Reg.* cap. XI. Agamemnonis, Patercul. *lib.* I. Propertius *lib.* III. Fabii Fabriciani, Plutarchus *Parallel.* Romani Argyropili Conſtantinopolitani Imperatoris, Bapt. Egnat. in *Epito. ſua*, ex adulterio uxorum natæ cædes. Sed non eſt inſtitutæ diſputationis, quot ex hoc veluti fonte ſcelerum rivuli manarint, repetitis ab ultima antiquitate exemplis recenſere. Maneat modo illud, quod paulo ante attigimus, adulterio vincula quodammodo divini atque humani juris revelli, arctiſſimiſque nexibus ad ſtrictam conjugum conjunctionem diſſolvi, familias incerta ſtirpe confundi, parenti non ſuo illegitimas proles eandem cum juſtis liberis partem laturas adſcribi. Quo, quid fingi poſſit hominum generi odioſius, non video. Lacedæmonios quidem cum acerbiſſima execratione adverſus eos quos vehementer odiſſent, uti vellent,

A inter cætera domus exitia, hoc imprecari ſolitos traditum eſt (Suid. in *verbo* δακνόμενος, & in *verbo* ἵππος) ut eorum uxores adulteris delectarentur. Quamobrem bene ſanxiſſe mihi Græciæ civitates videntur, quæ ſolos adulteros impune occidi permiſerunt, non alia ratione, quemadmodum Xenophon in Hierone ſcribit, quam quod λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι, in qua omnem vitæ ſuavitatem jucunditatemque poſitam eſſe judicant. Cui pene totius Græciæ communi conſtitutioni hoc ſapientiſſimus Athenienſium legislator Solon addidit, ut quæ in adulterio deprehenſæ eſſent, mundo omni, ornaB mentoque muliebri detracto, matronarum cœtu, ſacrorumque, quæ vel ancillis patebant, aditu prohiberentur, ne earum conſuetudine honeſtæ matresfam. corrumperentur, in Æſchines κατὰ Τιμάρχ. Demoſth. κατὰ Νεαίρ. Laudabilis & illa Thuriorum lex, quæ Comœdiis alios, quam adulteros traduci, nominatimque perſtringi vetabat, quaſi hæc una labes publica nota vindicanda eſſet, Plutarchus in libro *de Tranquil. animi.* Quæ omnia providentiſſimus princeps, & juris religioſiſſimus Auguſtus in animo reputans, cum diffluentem luxu civitatem Romanam, & ad omnem ſtuprorum aC dulteriorumque licentiam projectam cerneret, coercendi hujus mali cauſa ſeveriſſimam de adulteriis & ſtupris legem tulit, ut pœnæ metu eos, qui in officio ſua ſponte non continerentur, ab eo flagitio revocaret. Eaque eſt pervagata, & auctorum monumentis nobilitata lex Julia. Cujus ego interpretationem verbis, qua fieri poterit fide, relatis, facere inſtitui. Hanc autem legem etſi ab Auguſto latam eſſe diſerte Ulpianus ſcribat, *l.* I. *D. de adulter.* extitere tamen, qui a Julio Cæſare ejus originem repeterent, & ab Auguſto dumtaxat auctam confirmatamque dicerent. Quem in errorem eos, credo, ipſum legis nomen induxit; cum ignoraD rent Octavium, cui poſtea Auguſti nomen delatum eſt, teſtamento majoris avunculi adoptatum C. Julium Cæſarem eſſe appellatum: Suetonius in *Auguſto* cap. VII. Flor. *Epit.* CXVI. more Romanis uſitato, apud quos parentum adoptivorum nomina gentiliciis aliquantulum immutatis aſſumebant, qui in alienam familiam adoptione tranſibant, Zonar. Tom. II. *Annal. Auguſt.* Ulpiano vero, ne quis relinquatur de re certiſſima poſthac dubitandi locus, teſtes, licet minime neceſſarios, addamus. Tranquillus de Auguſto *cap* XXXIV. Leges retractavit & quaſdam de integro ſanxit, ut ſumptuariam, & de adulteriis, & de pudicitia. Plutarchus in E *Apophthegmat.* de eodem: Γράψας δὲ περὶ τῶν μοιχῶν νόμον, ἐν ᾧ διώρισε πῶς δεῖ κρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας. εἶτα προπεσὼν ὑπ' ὀργῆς δὲ ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ θυγατρὶ διαβεβλημένον νεανίσκον, &c. Et hoc nomine ei quoque Horatius ita gratulatur, lib. IV. *Carmin.* od. V.

Nullis polluitur caſta domus ſtupris,
Mos & lex maculoſum edomuit nefas.
Laudantur ſimili prole puerperæ,
Culpam pœna premit comes.

F

Quamquam & huic vitio fuiſſe eum Principem deditum litteris proditum eſt: quod ne amicos quidem negaſſe Tranquillus ſcribit in *Auguſt.* cap. LXV. excuſantes ſane non libidine, ſed ratione ab eo adulteria commiſſa, quo facilius conſilia adverſariorum per cujuſque mulieres exquireret. Sed tamen hominum (ut eleganter cum Eutropio Sex. Aurel. Vict. in *Epit.* ait) more, qui in ulciſcendis vitiis, quibus ipſi vehementer indulgent, acres

ſunt, aliorum in hoc genere peccata, graviſſime executus eſt. Nam & poetam Ovidium, quod tres amatoriæ artis libros conſcripſiſſet, exilio damnavit: ac ne filiæ quidem neptique ſuæ, quæ hac lege commiſerant, ut parceret, adduci potuit. Ita factum eſt, ut adulteriorum accuſationibus fora per aliquod tempus perſtreperent. Quæ cum paulatim conniventibus magiſtratibus & diſſimulatione temporum remitterentur, ſeneſcenti jam legi Juliæ opem tuliſſe, eamque renovaſſe Domitianus dicitur, multoſque nobiles ac locupletes viros ea lege condemnaſſe, Zonar. *Annal. tom.* II. Ea res Martiali aſſentandi honoris avidiſſimo principi, multis locis materiam dedit. Sic enim ille *lib.* VI. *epigr.* II.

Luſus erat ſacræ connubia fallere tedæ s
Luſus & immeritos execuiſſe mares.
Utraque tu probibes Cæſar, populique futuris
Succurris, naſci quos ſine fraude jubes.
Nec ſpado jam, nec mœchus erit, te præſide, quiſquam:
At prius, o mores, & ſpado mœchus erat.

Idem ejuſdem *libri epigr.* IV. ejus qui in Rempubl. ſingula merita perſecutus, quæ ei & ſpectacula, & ludos, & triumphos, & deos debeat, tandem ait,

Plus debet tibi Roma quod pudica eſt.

Idem *lib.* VII.

Sancta ducis ſummi probibet cenſura, vetatque
Mœchari.

Et lib. VI. *epigr.* VII

Julia lex populis ex quo, Fauſtine, relata eſt,
Atque intrare domos juſſa pudicitia:
Aut minus, aut certe non plus vigeſima lux eſt.

Eoque referendum eſt & illud Juvenalis, *Sat.* II.

Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu, qui tunc leges revocarat amaras
Omnibus, atque ipſi Marti Venerique timendas.

Cæterum Lex iſta interdum *De adulteriis coercendis*, ut *l.* 5. *& l.* 42. *D. ad l. Jul. de adult. l.* 3. *& leg.* 17. *Cod. eod. tit. l.* 38. *§.* 1. *D. de minorib.* interdum *De pudicitia appellatur*, *l.* 8. *& l.* 9. *C. de adul.* Sueton. in *Auguſto* cap XXXIV. Cujus verba hæc fuiſſe mihi traditum eſt:

I.

Ne quis poſthac ſtuprum, adulterium facito ſciens dolo malo.

II.

Qui ſtuprum, adulterium ſciens dolo malo fecerit, in inſulam relegator.

III.

Patri, qui in poteſtate habet adulterum quemlibet, quem in filia deprehenderit domi ſuæ, generive ſui, occidere jus eſto, dum una cum eo incontinenti filiam occidat.

IV.

Viro deprehenſum domi ſuæ in uxore ſua adulterum, qui leno fuerit, quive artem ludicram fecerit, vel in ſcenam ſaltandi, cantandive cauſa prodierit, judiciove publico damnatus, neque in integrum reſtitutus erit, quive libertus ejus mariti, uxoriſve, patris, matris, filii, filiæ, utriuſque eorum fuerit, propriuſve eorum, vel cum alio communis, quive ſervus erit, occidere liceto: Qui eorum aliquem occiderit, uxorem ſine mora dimittito.

V.

Viro adulterum cum uxore ſua deprehenſum, quem aut nolit, aut non liceat occidere, retinere per horas diurnas, nocturnaſque non plus quam viginti, teſtandæ ejus rei gratia, ut uti ſine fraude ſuo jure poſſit, liceto.

VI.

Viro patrique, qui in poteſtate habet, ſexaginta dies utiles ad accuſandum dantor, intraque eos dies cuilibet præferuntor. Poſt eos dies patri, maritoque lapſos extranei quilibet admittuntor.

VII.

Ne quis inter reos eum, qui tunc ſine detrectatione Reipub. cauſa aberit, referto.

VIII.

Minoribus XXV. annis adulterii accuſare ne liceto.

IX.

Si ſervus adulterii accuſetur, & quæſtionem in eo haberi accuſator poſtulet, judices ſervum æſtimanto: & quantum æſtimaverint, tantam pecuniam & alterum tantum eum qui nomen ejus ſervi detulerit, ei ad quem ea res pertinet, dare jubento.

X.

Qui poſt maritum & patrem accuſare

A poſſunt, ſi ad accuſandum plures ſimul proſiluerint, is cujus de ea re notio eſt, de juſto accuſatore conſtituito.

XI.

Reos adulterii marem & feminam ex eadem cauſa ne facito.

XII.

B Si mulier ante denuntiationem nupſerit, qui accuſare volet, ab adultero incipito. Nec ante ad mulierem quiſquam pervenito, quam adulterum reum peregerit.

XIII.

Adultero abſoluto, quæ nupſit, quamdiu nupta erit, adverſus omnes ſecura eſto. C

XIV.

Si vir, qui uxori adulteræ repudium miſit, vel extraneus quis mulieri, antequam nuberet, adulterii ſe acturos denuntiaverint, eaque poſt denuntiationem nupſerit, ab ea incipere accuſare volenti jus eſto.

D

XV.

Si vidua ſit, de cujus adulterio agitur, accuſator liberum arbitrium adulterum, vel adulteram, utrum prius velit, poſtulandi habeto.

XVI.

Qui domum ſuam præbuerit, ut ſtuprum, adulteriumve cum aliena E matrefam. vel cum maſculo fieret, ſciens hac lege tenetor.

XVII.

Qui pro comperto ſtupro pretium acceperit, quæſtumve ex adulterio uxoris ſuæ fecerit, hac lege tenetor.

XVIII.

F

Damnatam adulterii ſi quis ſciens uxorem duxerit hac lege tenetor.

XIX.

Qui deprehenſum in domo ſua adulterum dimiſerit, uxoremve in adulterio deprehenſam retinuerit, hac lege tenetor.

XX.

Mulieri accuſandæ ſex menſes utiles dantor, poſtea accuſare ne liceto.

XXI.

Adulterum, adulteramve poſt quinquennium continuum quam commiſſum eſſe adulterium dicetur, accuſare ne liceto, eaque præſcriptio adultero, adulteræque utilis eſto.

XXII.

De ſervis ancilliſve ejus, de quo vel de qua quæretur, parentiſve utriuſque eorum, qui eis ad uſum a parentibus dati ſint, ſi accuſator poſtulet, quæſtionem habeto.

XXIII.

Quæſtioni reus reave, patronive eorum, & is, qui crimen detulit, interſunto. Patronis interrogandi facultas eſto.

XXIV.

Servus, de quo quæſtio habita fuerit, publicus eſto.

XXV.

Si reus, vel rea abſoluti fuerint, ſervorum damnum judices æſtimanto: ſive mortui fuerint, quantæ pecuniæ ante quæſtionem fuerint: ſive ſalvi, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit, factumve erit.

XXVI.

Servi, qui quæſtioni poſtulari poſſunt, intra ſexaginta dies ex die divortii ne manumittuntor, neve alienantor.

XXVII.

Adulterii damnato damnatæve teſtimonii dictio ne eſto.

XXVIII.

Divortia ſeptem civibus Romanis pu-

beribus testibus adhibitis præter libertum ejus, qui divortium faciet, posthac faciunto. Aliter facta pro infectis habentor.

XXIX.

Dotale prædium Italicum maritus invita uxore ne alienato, neve consentiente ea obligato.

Nunc singula Legis verba excutiamus, eisque congruam ex Jureconsultorum commentariis, nostrisque, qualescumque sunt, observationibus interpretationem accommodemus. Prius caput ab Ulpiano refertur, *l. hæc verba. D. de adulteriis*, quod ita conceptum est:

I.

NE QVIS POSTHAC, &c.

Verbum *Quis* utrumque sexum, id est, tam masculos quam feminas complectitur, *l. 1. D. de verb. sign. leg. si quis id quod. D. de jurisdictio.* Nec vero rusticitati hic aut ætati venia datur. Proinde si minor XXV. annis adulterium commiserit, hac lege tenebitur: quoniam tale crimen post pubertatem incipit, *leg. 36.* nec juste adulterii pœnam ætatis excusatione deprecabitur, cum auxilium in integrum restitutionis in exceptionibus pœnarum cesset, *leg. si ex causa. §. si minor. leg. auxilium. D. de minor. l. 38. §. 1. D. de adulter.* Ait autem POSTHAC, communem omnium legum regula, quæ futuris non præteritis casibus scribuntur, *leg. 7. Cod. de legib.* Neque enim (ait Cicero Oratione III. *in Verrem*, ipsum ridens) in ulla lege præteritum tempus reprehenditur, nisi ejus rei, quæ sua sponte scelerata, ac nefaria est, ut etiamsi lex non esset, magnopere vitanda fuerit. Cujusmodi delictum etsi lex Julia coercet, quæ id, quod semper malum facinus fuit, admitti prohibet, quia tamen novis constitutis pœnis id sanxit, ante admissa in judicium vocari noluit. STUPRUM, ait, ADULTERIUM, *leg. inter stuprum. D. de verbor. signific.* Stuprum proprie in virginem, vel viduam: adulterium in nuptam committitur, propter partum ex altero conceptum composito nomine, Sex. Pomp. *lib. 1.* Sed lex Julia his verbis promiscue, atque indifferenter utitur, *leg. 6 §. 1. D. de adulter.* Quorum Modestinus sententiam exponens, stuprum eum committere ait, *leg. 34. D. de adulter. qui liberam mulierem consuetudinis causa non matrimonii retinet: excepta videlicet concubina.* Merito, *excepta concubina*, quæ quidem in concubinatu licito jure fit. Nam concubinatus, quemadmodum Marcellus scribit, *l. 3. D. de concubin.* extra pœnam legis est, id est, ut ego interpretor, extra legis Juliæ pœnam, quæ in concubina stuprum non vindicat, *leg. si uxor. D. de adul.* propterea quod, ut Ulpianus cum Atilicino sentit, *l. 1. §. 1. D. de concubi.* hæ solæ in concubinatu haberi sine metu criminis possunt, in quas stuprum non committitur. Cujus rei gratia investigandum est, quibusnam in mulieribus olim stuprum impune admitteretur. Ac primum in ea quæ se non patroni concubinam esse patitur, stuprum non contrahi Papinianus ait, *leg. 16. §. 1. D. de his quæ ut indign.* Etenim quæ in concubinatu patroni est, matronæ nomen non amittit, *leg. si uxor. §. 1. D. de adult. l. liberta. D. de oper. libert.* matrisque familias honestatem nihilominus retinet, cum obsequium patrono debeat. Unde Seneca lib. IV. *Controversiarum ait, ad minimum, cum libertum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse, impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto officium.* Aliter atque de ea dicendum sit, quæ dignitatis matronalis oblita, in concubinatum se alterius, quam patroni tradit, *leg. stuprum D. de rit. nupt.* Itaque sine stupri crimine in concubinatu esse aliena liberta potest, *leg. 3. D. de concubin.* Eoque respexisse credo Horatium, qui cum docuisset sine periculo in matronis venerem non exerceri, suppliciaque de adulteris sumpta recensuisset, subjicit lib. 1. *Sermon.* Satyr. II.

Tutior, at quanto merx est in classe secunda:
Libertinarum dico, Sallustius in quas
Non minus insanit, quam qui mœchatur.

Itaque quod alias Modestinus ait, *l. in liberæ. D. de rit. nupt.* in liberæ mulieris consuetudine non concubinatum, sed nuptias intelligendas; si non corpore quæstum fecerit, de ingenua muliere, non de quavis libera accipiendum est. In liberta enim non procedit. Sed nec in ingenuas mulieres, quæ palam quæstum corpore facerent, stuprum committebatur. Et ideo in concubinatu haberi poterant, *leg. 3. D. de concubin.* quod utique si honeste vixissent, non licuisset. Unde Imperatores Diocletianus & Maximianus, quorum a rege Rogerio in Neapolitanas leges constitutio translata est, in *constitut. Neapol.* lib. III. tit. LXXVII. *Si ea*, (ajunt, *leg. si ea. D. de adulter.*) *quæ tibi stupro cognita est, & passim venalem formam exhibuit, ac prostitutam meretricio more vulgo se præbuit, adulterii crimen in ea cessat.* Ubi bene Accursius earum, quæ in matrimonio habentur, separatam a virginibus vel viduis causam constituendam esse notat. Nam & in ea uxore adulterium vindicari, quæ vulgo sui copiam faciat, paulo post docebimus. Sic eveniebat, ut in ea nupta adulterium committeretur, in qua innupta stuprum non committebatur. Poterit hic vulgatos codices versantibus scrupulum Marcelli locus injicere, quo stuprum & in his mulieribus intelligi ait, *l. 41. D. de rit. nupt.* quæ turpiter viverent, vulgoque quæstum facerent. Sed profecto illic, *Probrum*, non, *stuprum*, in Florentino Codice recte legitur: hoc sensu, ut probrosæ sint feminæ, quæ turpiter vivunt, vulgoque sui copiam faciunt, etiamsi non palam, quamquam ingenuorum nuptiis lege Julia de maritandis ordinibus ex ea causa non repellantur, qua, non quæcumque se stupratoribus vulgo committunt, sed quæ passim, & sine ullo delectu meretricio more & in vicem prostitutæ id faciunt, apprehenduntur, *l. palam. D. de ritu nupt.* Cato certe apud Gellium *lib. IX cap. XII.* majores hoc censuisse scribit, nisi quis palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locasset, etsi famosus & suspiciosus esset, vim in corpus liberum non æquum esse adferri. Nunc ad instituta pergamus. Præterea in ignominiosas feminas, quæ pudore, matronalique verecundia deposita, artem ludicram lenociniumve fecerint, operasque suas in scenam saltandi, vel cantandi causa locaverint, quas & lex Julia de maritandis ordinibus notat, Ulpian. *in Inst. tit. 13.* stuprum commissum hac lege non apprehenditur. Eaque ratione pleræque mulieres, ut pœnas adulterii effugerent, totiusque de cætero libidini inservirent, scenicis operis lenociniove faciendo se dedebant. Qua fraude, ne delicti impunitatem sibi pararent, Senatusconsulto constitutum fuit eas, quæ se in fraudem legis, & evitandæ pœnæ causa in scenam locassent, vel

lenocinium professæ essent, accusari nihilominus adulterii, & damnari posse, *l. mater in fi. D. de adult.* Cujus rei Sueton. in *Tiberio* cap. XXXV. meminit his verbis: *Feminæ famosæ, ut ad evitandas legum pœnas, jure, ac dignitate matronali exolverentur, lenocinium profiteri cœperant, & ex juventute ordinis utriusque profligatissimus quisque, quominus in opera scenæ, arenæque edenda Senatusconsulto tenerentur, famosi judicii notam sponte subibant. Eos, easque omnes ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilii pœna affecit.* In ministras quoque cauponæ, quæ vinum potantibus præbent, stuprum non esse vindicandum Constant. statuit: quod eas vitæ vilitas judiciaria severitate immunes indignasque legum observatione reddit. Atque eodem modo nec Solonis legibus in iis stuprum vindicabatur, quæ in taberna sederent, vel in foro venales res propositas haberent. Demosthenes κατ' Νεαίρ. *Τόντε νόμον ἐπὶ τούτοις παρεχόμενος, ὅς οὐκ ἐᾷ ἐπὶ ταύταις μοιχὸν λαβεῖν, ὁπόσαι ἂν ἐπ' ἐργαστηρίου κάθωνται, ἢ ἐν τῇ ἀγορᾷ πωλῶσί τι.* De illo dubitari potest, an in alienas ancillas stuprum committatur: Et hoc crimen extra legis Juliæ pœnam est, *l. 6. D. de adult.* non tamen impunitum manet. Nam & extra ordinem de devirginata ancilla præsides cognoscere solitos Ulpianus ait, *l. ult. D. de off. præsid.* & pro modo delicti animadvertere. Datur & eo nomine domino injuriarum, & legis Aquiliæ actio: illa quidem, cum maturæ vitium oblatum est, *l. 25. D. de injur.* hæc cum immatura, id est, nondum viripotens corrupta est, *l. si servus §. si obviam D. ad leg. Aquil.*

Sed de priore stupri specie satis: tractemus & alias. Qui duas uxores eodem tempore ducit, is in secundam stuprum committere intellegitur, stuprique accusari potest, *l. eum qui C. de adulter.* Nec enim jure Romano binas uxores eodem tempore in matrimonio habere licuit, *l. 2. C. de incest. nup.* quod Atheniensium legibus licuisse accepimus. Quamquam & Julium Cæsarem & Valentinianum idem in animo habuisse lege sancire Tranquillus, in *Julios* cap. LII. & Cassiodor. lib. VIII. *Hist. Tripart.* cap. II. & Paul. Diaconus lib. II. *Hist. Eutrop.* scribant. Sed merito hoc moribus Romanis improbatum est, quibus non ei dumtaxat, qui duas uxores eodem tempore duxerit, sed & ei, qui vel bina dumtaxat sponsalia eodem tempore constituta habuerit, infamia irrogatur. *l. 1. D. de not. infam.* nisi patris imperio coactus quis fecerit. Excusatur enim, qui non sponte, sed cogente patre fecerit, cui obtemperare necesse habuit, *d. l. 1. in fi. & l. liberorum. D. de his qui not. infam.* Mulier vero ipsa, quæ aliis jam nuptiis devincto nupsit, siquidem falsa existimatione decepta nupserit, nullam pœnam incurrit: Posteriores certe nuptiæ primis manentibus vitiantur, stuprique accusatio datur. Præter hæc & qui pupillam suam ab ejus patre, sibi neque desponsatam, neque destinatam, nondum redditis rationibus contra Senatusconsultum duxerit, stupri tenetur, *l. 7. D. de adulter.* quoniam nec matrimonium est, *l. non est. D. de ritu nupt. l. 17. D. verum amot.* Eademque ratione, si quis in ea provincia, in qua administrat, vel aliquod officium gerit, uxorem duxerit, ejusmodi consuetudine stuprum committere intellegitur, cum nuptiæ non consistant, *l. præfectus. D. de ritu nupt. l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir.* Itidemque liberos qui concubinas parentum duxerint, tam irreligioso matrimonio stuprum committere Imperator Alexander rescripsit, *l. 4. C. de nupt.* Potest & illud ex posteriorum Imperatorum constitutionibus addi, Si quis Judæus Christianam mulierem in matrimonio habeat, adulterii loco hoc crimen vindicari, *l. 5. C. de Judæis l. 2. de nupt. C. Theod. l. 5. de adulter. C. Theod.* Cæterum stuprum non in virgine tantum, sed & in puero admittitur, *l. 34. D. ad l. Jul. de adult.* Est enim generale verbum, tantundemque apud nos valet, quantum apud Græcos φθορὰ, *l. 6. D. eod.* Sequitur igitur non in feminis tantum, sed & in maribus admissa stupra lege Julia vindicari. Quod & Justinianus scribit, *§. item lex Jul. Instit. de public. judic.* Qua de re lex Scatinia ante lata erat. Cujus, ut jam ab aliis ante me notatos locos taceam, etiam Cicero, *Philip.* III. & Cælius, *lib.* VIII. *Ep.* CXLVI. & Tertullianus, in lib. *de Monogam.* & Prudentius in *Romano*, meminere. Ejus vero legis pœnam pecuniariam fuisse quidam existimant, ex eo quod Quintilian. stupratori pœnam decem millium constitutam, duobus locis, *lib.* IV. *cap.* XI. & *lib.* VII. *cap.* VI. tradat. Quod ego pro certo atque indubitato non admitto. Nam exempla quædam capitali supplicio ob ingenuos adolescentes stupratos affectorum, Suidas, in *verbo Γάιος λαυτώριος*, & Valer. Max. *lib.* VI. *cap.* I. memorant. Et quod a Quintiliano scribitur, potest, ut in schola fit, exercitationis gratia confictum, aut ex Græcorum legibus sumptum esse. Ego tamen ampliari judicium postulo. Et utut sit, illam legem Julia abrogatam fuisse non existimo. Nam postea quoque ejus pœnam in utriusque ordinis viris exercuisse Domitianum, Tranquillus refert in *ejus Vita*, cap. VIII. Plane etiam Constantinus capite animadverti in pædicatores gravibus execrationibus præcipit, *l. cum vir. C. de adulter.* Ignis deinde pœna hoc crimen vindicandum Impp. Valentinianus, Theodos. & Arcadius constituere, *l. omnes de adulter. in C. Theo.* Addidit & Justinianus, Zonara auctore, virilium amputationem: Quæ tamen pœnæ leves videbuntur, si cum magnitudine delicti comparentur, quod non divinis modo præceptis, sed & ipsi naturæ ita adversatur, non solum ut animus a facto, verum etiam a commemoratione abhorrere debeat. Cæterum de incestu nihil lege Julia expressum est, & ideo de incestu legem Juliam cessare Papinianus ait, *l. 4. D. de quæstio.* quod ita verum est, si non cum adulterio incestum junctum sit, *l. vim passam §. ulti. D. de adulter. l. 5. D. de quæstio.* Raptus item lex Julia non coercet. Sed hoc crimen ad legem Juliam de vi pertinet, *l. qui cœtu. §. ult. D. ad l. Jul. de vi publi. l. 29. §. ult. D. de adulter* Et ideo bene Justinia. stupri flagitium sine vi admissum lege Julia puniri scribit. Amplius, inter liberas personas stuprum, adulteriumve passas lex Julia locum habet, *l. 6. D. de adulter.* violata servorum connubia non vindicat, *l. 25. C. eod. tit.* quia nec nuptiæ inter serviles personas contrahuntur, proinde ob violatum contubernium adulterii accusatio inter eas personas datur, *l. 23. C. eod.* Hæc autem verba, NE QUIS STUPRUM FACITO, Ulpiano interprete, & ad eos qui stuprum, adulteriumve intulerint, & ad eos qui suaserint, pertinent, *l. 12. D. eod.* Eos enim legis quoque sententia teneri intellegimus, qui adulterium, stuprumve facientibus opem ferunt, aut malo consilio in fraudem illiciunt. *Sciens*, ait lex, *dolo malo*, quæ verba & in eo capite legis Juliæ de maritandis ordinibus, quod a Paulo refertur, *l. lege Julia. D. de ritu nupt.* & in capite V. legis Mamiliæ, & in lege Fabia, *l. 3. D. de lege Fabia.* & alias sæpe conjunguntur, *l. 1. D. ad l. Jul. pecul. l. 9. §. pen. ad leg. Cornel. de fals. l. pen. in fi. D. de plagiar. l. 1. D. de ædil. ed.* Ostendunt autem eum demum ex hac lege plecti, qui dolo malo stuprum adulteriumve commiserit. Si igitur dolus absit, cessabit ejus-

dem pœna: doli suspicionem quilibet facti error excludit. Proinde qui non animo adulterii, stuprive committendi honestæ matronæ, virginive vitium obtulerit, cum justa aliqua ratione ductus sine ullo dolo existimaret in ea stuprum non committi, excusatur, *arg. l. igitur. D. de liber. causa. l. 3. §. is qui nescit. D. de lib. hom. exhib.* ut ecce, si non ex lege, nec uti oportet, repudiatam mulierem insciens quis duxerit, quamvis ea adhuc in priori matrimonio esse videatur, tamen adulter non erit, quia sine affectu delinquendi & dolo & malo adulterium non committitur, *l. penult. D. de adulter.* Eademque ratione qui meretricia veste indutas matronas stupraverit, vix est, ut lege Julia teneatur, *arg. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. D. de injur.* quoniam hac mente, & cogitatione non fuit, ut stuprum, vel adulterium faceret. Quo pertinet illa quæstio, quæ a Quintiliano proponitur *lib.* VII. *cap.* III. an qui in lupanari cum aliena uxore fuerit deprehensus, adulterii teneatur. Hic enim meretrici se jungi justa ratione credidit, cum in eo loco, in quo prostitutæ sedere solent, matrona prostaret. Et longe hic error a dolo & scientia abest, quorum utrumque lex Julia in hisce delictis exigit. His consequens est & aliud, Adulterii eam demum mulierem teneri, quæ volens deliquerit: vim passa, quia culpa vacat, pœnam legis non timet, *l. si uxor. §. si quis plane. D. de adulter.* Eam igitur uxorem sine fraude ducere cuique licebit, *l. fœdissimam. C. eod.*

II.

QVI STVPRVM ADVLTERIVMVE FECERIT, &c.

Adulterii pœnam ex lege Julia capitalem non fuisse perspicue ex eo apparet, quod adulterii damnatas eadem lex uxores duci, & in testimonium citari vetet. Quod certe perabsurdum fuisset cavere, si hujus criminis pœna vitam, libertatemve ademisset. Fuit vero proculdubio legis pœna relegatio, qua & Augustus usus traditur, cum severitatem legis in filiam neptemque exerceret, quæ se adulterio maculaverant. Suetonius in *Augusto*, cap. LXV. *Julias filiam & neptem omnibus probris contaminatas relegavit, relegatisque*, ut mox subjicit, *omnem usum vini, omnemque delicatiorem cultum ademit, neque adiri a quoquam liberto, servoque, nisi se consulto permisit, & ita ut is certior fieret, qua is ætate, qua statura, quo colore esset. Post quinquennium demum ex insula in continentem lenioribus paulo condicionibus eas transtulit.* Quod Cornel. Tacitus distinctius memorans, *Juliam filiam ob impudicitiam a patre Augusto Pandateria insula, mox oppido Rheginorum, qui Siculum fretum accolunt, clausam fuisse* narrat, lib. I. *Annal.* cap. LIII. Juliam quoque neptem adulterii convictam, damnatam, ab eodem in insulam Trimerum haud procul Appulis litoribus relegatam, ubi XX. annis exilium toleravit, idem *ibid.* lib. IV. Et illa quidem Marcello primum Octaviæ suæ sororis filio, deinde ut is obiit, Marco Agrippæ, postremoque Tiberio nuptum a patre data est, Sueton. in *Augusto* cap. LXII. quibus in matrimoniis incontinentissime vixit, eaque præcipua fuisse Tiberio causa creditur Rhodum secedendi, Tacitus *Ann.* lib. I. Sueton. in *Tiber.* cap. X. cum nec perferre eam posset, nec criminari, aut dimittere auderet, propter patris Augusti metum, cujus tamen auctoritate tandem ei libellus repudii absentis Tiberii nomine missus est, Suetonius in *Tiber.* cap. XII. Ipsaque in eas quas dixi insulas relegata. Nec alia quoque quam exilii pœna, quod & Seneca in lib. *de Clementia* extollit, adulteris ejus inflicta est. Cornelius Tacitus, lib. I. *Annal.* cap. LIII. *Par causa sævitiæ in Sempronium Gracchum, qui familia nobili, solers ingenio, & prave facundus, eandem Juliam in matrimonio M. Agrippæ temeraverat: nec is libidini finis. Traditam Tiberio pervicax adulter contumacia, & odiis in maritum accendebat: litteræque quas Julia patri Augusto cum insectatione Tiberii scripsit, a Graccho compositæ credebantur. Igitur amotus Cercinam Africi maris insulam, quatuordecim annis exilium toleravit.* Sed mihi temperare non possum quin ad hanc rem pertinentia Velleii Paterculi verba adscribam. *Filia*, (ait, lib. posteriore *ad Vinic.*) *ejus Julia, per omnia tanti parentis immemor, nihil quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria, libidine infectum reliquit: magnitudinemque fortunæ suæ peccandi licentia metiebatur, quicquid liberet, pro licito vindicans. Tum Julius Antonius singulare exemplum Clementiæ Cæsaris, violator ejus domus, ipse sceleris a se commissi ultor fuit, quem victo ejus patre, non tantum incolumitate donaverat, sed sacerdotio, prætura, consulatu, provinciis, honoratum etiam matrimonio sororis suæ filiæ in arctissimam affinitatem receperat: Quintiusque Crispinus singularem nequitiam supercilio truci protegens, & Appius Claudius & Sempronius Gracchus, ac Scipio, aliique minoris nominis utriusque ordinis viri, quasi cujuslibet uxore violata pœnas pependere, cum Cæsaris filiam, & Neronis violassent conjugem. Julia relegata in insulam, patriæque, & parentum subducta oculis: quam tamen comitata mater Scribonia, voluntarii exilii permansit comes.* Hæc ille: cui Seneca quoque consentiens, lib. VI. *de Benefic.* cap. XXXII. *Divus*, ait, *Augustus filiam intra pudicitiæ maledictum impudicam relegavit, & flagitia principalis domus in publicum emisit, admissos gregatim adulteros pererratam nocturnis comessationibus civitatem.* Fertur & illud inexplebilis Juliæ libidinis argumentum, quod numquam nisi plena nave vectorem se tollere diceret, apud Macrobium *lib.* II. *cap.* V. eaque ratione etiam in infinitis adulteriis similes marito liberos procreare. Sed de domesticis Augusti malis satis, qui eam quam ipse tulerat legem, in liberis exercere coactus est. Legis Juliæ pœnam intra relegationem stetisse confirmat, quod Tacitus refert, *lib.* II. ad fin. Ustiliam, quæ Titidio Labeoni nupserat, adulterii convictam in insulam Seriphum abditam esse. Hujus etiam pœnæ aliud exemplum Plinius in *Epistolis*, lib. VI. epist. XXXI. *ad Cornelianum*, suppeditat: *Sequenti die audita est Galitta adulterii rea: nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & suam, & mariti dignitatem Centurionis amore maculaverat. Maritus legato Consulari, ille Cæsari scripserat. Cæsar excussis probationibus Centurionem exauctoravit, atque etiam relegavit.* Circa milites porro, quos ab omni libidine puros servari castrorum disciplina postulat, legis Juliæ pœnam plerique Imperatores excessere. Macrinum enim Capitolinus scribit milites quosdam, qui hospitis sui ancillam corrupisse arguebantur, duobus miræ magnitudinis bobus, quos subito aperiri jusserat, inclusisse, capitibus, ut secum colloqui possent, exertis. Quamquam & ille pro innata crudelitate adulterii reos semper vivos simul junctis corporibus incendisse dicatur. Aurelianum quoque Flavius Vopiscus refert militem, qui adulterium cum hospitis uxore commiserat, ita puniviste, ut duarum arborum capita inflecteret, quæ ad pedes militis deligata subito dimitteret, ut scissus ille utrinque penderet. Militem plane adulterii ex hac lege condemnatum ipsa sententia sacramento ignominiæ causa solvit, *l. 2. §. miles. D. de no. infam.* Sed nec inter milites postea recipiuntur qui adul-

terii damnati fuerint, *l. qui cum uno §. adulterii. D. de re milit.* In cæteris secundum legis Juliæ constitutionem exilii pœna servabatur, ut vere a Beato Augustino, lib. III. *de Civitate Dei*. cap. V. scriptum sit, Adulteria Romæ morte punita non fuisse. Primus Constantinus capitis pœna adulterii crimen vindicandum constituit, *l. quamvis. 2. C. de adulter.* Unde perspicuum est a Triboniano additam esse eam parenthesim, quæ in Alexandri Rescripto, *l. castitati. C. eod.* legitur: *Qui autem adulterii damnatam* (si quocumque modo capitalem evaserit pœnam) *sciens duxerit uxorem*, &c. Capitalem autem pœnam Justinianus in masculis probat, mulierem vero verberibus cæsam in monasterium detrudi præcipit, data potestate marito intra biennium, si hoc existimaverit eam inde revocandi, quo transacto, aut viro præmortuo, eam raso capite, monastico habitu amiciri, & illic omni vitæ tempore manere jubet, *Nov. ut nulli judic.* Verum enim vero quod ad legis Juliæ pœnam attinet, dubitari poterit, Si relegatione (uti est certissimum) terminaretur, cur tandem Romanis tam gravis ac severa visa sit, quam & deprecatus in Apulejæ Variliæ condemnatione Tiberius dicitur, Corn. Tacit. *lib.* II. & Juvenalis amaram, atque ipsi Marti Venerique timendam appellat, *Satyr.* II. Etenim relegatione, quæ libertatem, civitatemque conservat, *l.* 4. *& l.* 7. *§. hæc est. D. de interd. & releg.* vix mitior alia pœna huic sceleri infligi potuit. Ego existimo non propter relegationem modo, verumetiam propter alias adjunctas pœnas legem Juliam atrocem existimatam. Nam & ea lege damnatæ mulieres aliis jure nubendi, & testimonii dicendi jus amittebant: quod lege cautum fuisse infra docebimus. Hoc amplius, matronali veste deposita togam induere cogebantur, quo a matronis discernerentur. Quemadmodum ex Juvenale, Martiali, aliisque auctoribus alias docui. Quæ res non levem notam in publico versantibus inurebat. Erat & hoc pergrave, quod in ipsis rebus venereis deprehensos, cædere quibusdam personis lex permittebat. Accedebat, quod adulterii convicta mulier dotis parte multabatur. Quemadmodum Horatius lib. I. *Sermon.* Sat. II. his versibus significat:

Nec vereor, ne dum coeo, vir urbe recurrat,
Janua frangatur, latret canis, undique magno
Pulsa domus strepitu resonet, vel pallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet,
Connubio hæc metuat, doti, deprensa: egomet mi.

Quod & ante legem Juliam servatum Val. Maxim. quoddam Marii judicium referens indicat, *lib.* VIII. cap. II. Enimvero adulterii damnatæ dos non publicabatur. Hoc enim quinque tantum legibus sancitum Ulpianus scribit, *l.* 3. *D. de bon. damnat.* majestatis, Juliæ vis publicæ, parricidii, veneficii, & de sicariis. Sed ex ea causa tamquam dissidii causam mulier præstitisset, ex dote marito retentio concedebatur, *l. miles §. socer. & §. ult. D. de adulter.* quemadmodum si alio quolibet modo matrimonium uxoris culpa solutum esset. Hic illud non incommode quæretur, quæ fuerit ante legem Juliam adulteriis constituta pœna. Nullam vero certam statutam fuisse invenio, sed majorum more impudicarum mulierum coercitionem propinquis ac necessariis mandatam, qui in eas pro arbitrio statuerent. Hoc Suetonius in *Tiberio* ostendit, cap. XXXV. *Matronas prostratæ pudicitiæ, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui more majorum de communi sententia coerce-*

A *rent, auctor fuit.* Idem & Tacitus *libro* II. *Adulterii graviorem pœnam deprecatus, ut exemplo majorum a propinquis suis ultra ducentesimum lapidem removerentur, suasit.* Hoc autem ex Romuli legibus fluxisse suspicor, quibus ut Dionysius Halicarnass. sciribit, lib. II. *Antiquit.* ἁμαρτάνουσά τι γυνὴ δικαστὴν τὸν ἀδικούμενον ἐλάμβανε, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς τιμωρίας κύριον. Ταῦτα δὲ οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος. Atque eodem modo patriæ potestatis jus moribus receptum esse a nostris dicitur, *l. patre furioso D. de his qui sunt sui vel al. jur.* quod tamen ex Romuli legibus descendit, ut Halicar. *ibid.* Extat sane a Li-
B vio scriptum, *lib.* X. ab urbe cond. Fabium Gurgitem aliquot matronas stupri damnatas pecunia multasse. Severius in Vestalibus virginibus crimen hoc vindicabatur, quæ virginitatem, quam illibatam in constitutos annos servare eas oportuerat, stupro violassent, more jam inde a Numæ, aut, quod alii existimant, a Tarquinii temporibus tradito, ut vivæ intra urbem in Campo scelerato defoderentur, quemadmodum Halicarnass. *lib.* II. & III. & Plutarchus, in *Numa*, scribunt. Suetonius in *Domitiano*, cap. VIII. *Incesta Vestalium virginum a patre suo quoque & fratre
C neglecta, varie ac severe coercuit, priora capitali supplicio, posteriora more veteri. Nam cum Ocellatis sororibus, item Varonillæ liberum mortis permisisset arbitrium, corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam virginem maximam absolutam olim, debinc longe intervallo repetitam, atque convictam, defodi imperavit, stupratoresque virgis in Comitio ad necem cædi.* Sic & Livius Oppiam Minutiam Opimiamque Vestales vivas sub terram ad portam Collinam scelerato Campo defossas narrat, *lib.* II. & *lib.* VIII. & *lib.* XXII. Et hoc antiqui moris supplicium plenissime a Plutarcho, in *Numa*, Zonaraque *Tomo* II. describitur: quibus additus Ser-
D vius cur intra urbem defoderentur exponet, *in* IX. *Æneid. Virgil.*

III.
PATRI, QUI IN POTESTATE HABET, &c.

Patri dat lex jus occidendi adulterum cum filia deprehensum. De patre autem solo loquitur, & ideo nemo alius ex parentibus idem jure faciet, *l. patri. D. de adulter.* Nec enim dura ac severa lex interpretatione adjuvanda, vel ultra propriam verborum significationem producenda est, *arg. l. cum
E quidam. D. de lib. & posthu.* Alioquin patris appellatio justa interpretatione ad avum porrigetur, *l. justa. D. de verb. sign.* Hoc etiam lex exigit, ut pater in potestate habeat. Itaque si pater filiusfam. sit, jus occidendi non habebit. In sua enim potestate filiam habere non videtur, qui ipse suæ potestatis non sit, *l. patri. D. de adulter.* Sic continget, ut neque avus, quia verbis legis deficitur: neque pater, quia in potestate vivo avo non habet, occidere possint. *l. sic eveniet. D. eod.* Sufficit autem patri in potestate habere eo tempore, quo occidit, non quo in matrimonium collocat,
F *l. quod ait. §.* I. *D. eod.* Finge enim in potestatem postea redactam, mortuo scilicet avo, cujus in potestate nuptiarum tempore erat. Cæterum naturalis sit an adoptivus pater, non distinguitur, cum utrique jus hoc competere lex voluerit, *l. nec in ea lege. D. eod.* Item nihil refert, cujus condicionis statusve sit is, qui in adulterio a patre deprehenditur. Ita enim lex loquitur, *d. l. nec in ea lege. l. marito. D. eo. tit.* ADULTERUM. QUEMLIBET. Quamobrem quod apud Ulpianum, *l.* 7. *§. ult. D. quod met. caus.* legitur: *Non omnem adulterum licet*

occidere, in marito solo procedit. Pater enim adulterum omnem jure occidet. An ergo & magistratum? Sed de hoc deliberabimus. Verba quidem permittunt, *l. marito. in fin. D. de adulter.* Hic & illa quæstio existit, an in adulterio deprehensam prægnantem filiam pater jure occidat, quæ apud Quintilianum in *Declamatio*. CCLXXVII. belle agitatur. Cur autem plus juris habet in hac parte pater, quam maritus, quem injuria hæc propius contingit? Illa ratio redditur, *l. nec in ea lege. in fin. D. de adulter.* quod plerumque paterna pietas pro liberis consilium capit: mariti vero & calor & impetus facile sævientis fuit refrænandus. Animadvertit enim lex tardius, maturiorique consilio ad cædem accessurum patrem, qui liberis ex animo bene velit, illosque sibi salvos ac superstites votis omnibus exoptet. Numquam paterni affectus in tantum vincuntur odio, ut non aliqua resideat in his de filiorum salute sollicitudo. Itaque nihil pericli est, necis jus patri dare, quem præsumptum est non temere occisurum, qui vix in animum inducere possit, ut naturam ipsam vincat, patremque sese esse oblivisc atur. Contra maritum ira percitum, multo inconsultius ac facilius occisurum lex cogitavit: quod, præstringente mentis aciem justo dolore, adhibere in consilium rationem non possit. Itaque hunc pronum ad cædes mariti fervorem velut injecto fræno cohibendum censuit. Plane non quilibet patres jus occidendi habent, sed hi demum, qui jure patris accusare possunt. Ignominiosi itaque ac famosi idem jus non habent, *l. marito in fi. D. de adulter.* Quod ait lex, *Cum in filia adulterum deprehenderit*, planum facit ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsis rebus Veneris, in ipsaque turpitudine deprehendat: & ut in Draconis & Solonis legibus scriptum erat, *l. quod ait lex. D. eod.* ἐν ἔργῳ, id est, ut Lucianus interpretatur, in *Eunucho*, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντας. Plurimum vero refert, quo loco pater adulterum deprehendat. Dat enim lex occidendi potestatem eum, quem domi suæ, generive sui deprehenderit. Quare non ubicumque pater deprehenderit, ibi occidere poterit, sed domi suæ dumtaxat, vel generi sui. Majorem enim injuriam putavit legislator, quod in domum patris, aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere, *d. l. quod ait lex. §. 1.* Domum hic pro domicilio, & habitatione accipimus, *l. nec in ea lege. §. sed domus. D. eo. ti.* ut & in lege Cornelia de injuriis, *l. 5. §. domum. D. de injur.* & aliquoties in edictis prætorum. *l. 1. §. domum. D. de aleæ lusu. l. 1. in princip. D. de liber. agnosc.* & in hac ipsa lege capite decimo sexto. Quare sive in propria domo pater habitet, sive in conducta, vel gratis, sive hospitio receptus, & ibi adulterum deprehendat, ex lege occidet, *arg. d. l. 5. §. domum.* Idem erit probandum, & si in villa vel hortis habitet. Sed si pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illic filiam, ubi non habitat, occidere non poterit, *d. l. quod ait. §. penult.* Jus autem occidendi patri conceditur domi suæ, licet ibi filia non habitet, *l. nec in ea lege. §. jus cardendi eo.* Nam factam injuriam patri lex spectat, cujus domo ad libidinem filia abutitur. Non tantum autem occidere adulterum, verum multo magis contumelia afficere pater potest, *d. l. nec in ea lege. §. ult.* Nam cui quod plus est licet, utique licet & quod minus est, *l. non debet. D. de regul. jur.* Quod tamen in controversiam aliquando vocatum esse, quasi telo tantum necare lex permittat, Quintilianus significat in *Elementis*, lib. III. cap. VI. numerans τρόπον, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur esse factum. *Hinc est*, inquit, *adulter loris cæsus, vel fame necatus.* Postremo ita jure adulterum pater occidet, si & incontinenti filiam occidat: quod sic accipiendum erit, ut ne occiso hodie adultero, reservet, & postridie filiam occidat, vel contra, *l. quod ait lex. §. ult. D. de adulter.* Quintilian. in *Declamatio*. CCLXXXII. Lex cum occidere mihi adulterum cum adultera permittit, manifeste illud ostendit, non posse eos diversis temporibus occidi: & si adultero supplicium remittatur, etiam impunitatem alteri dandam. Debet itaque prope uno ictu & impetu pater utrumque occidere, & æquali ira adversus utrumque sumpta, *l. 23. in fin. D. de adulter.* propterea quod lex parenti in eos, qui deprehensi sunt, indignationem exigit, & severitatem requirit. Quod si, dum in adultero occupatus est, filia profugerit, & interpositis horis eam pater persecutus apprehenderit, incontinenti videbitur occidisse. Quo pertinet & ille Quintiliani in *Instit. Orat.* locus, lib. III. cap. XI. Sed una causa plures habere quæstiones, & judicationes, ut ego arbitror, potest: ut in eo, qui cum adulteram deprehensam occidisset, adulterum qui tum effugerat, postea in foro occidit. Causa est una: adulter fuit. Quæstiones, & judicationes: an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Idem *lib.* V. *cap.* IX. Non unum nocentem servabas, quia ante adultero dimisso, adulteram occidere non licebat. Hoc enim argumentum lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occidere. Ejusdem generis alias dubitationes Sulpitius Victor in *Institutionibus Orator.* ad M. Sylonem perstringit. Et huic legi similis lex a Seneca in *Declamationibus* fingitur. *Adulterum cum adultera qui deprehenderit, dum utrumque corpus interficiat, sine fraude sit.* Nihil autem interest, prius adulterum, an adulteram pater occidat, dum utrumque occidat. Nam si alterum dumtaxat occiderit, lege Cornelia *de sicariis* reus erit, *l. nihil. D. de adulter.* Quod si adultero occiso filiam vulneret, verbis quidem legis non liberatur, sed Rescripto Marci & Commodi ei impunitas conceditur, quasi fato magis, quam voluntate ejus servata filia videatur, quæ gravibus sibi vulneribus post adulteri mortem infixis supervixerit. Summa eorum, quæ diximus, hæc est, patrem ita demum adulteros jure occidere, si & filiam in potestate habeat, adulterosque in ipsa turpitudine domi suæ, generive sui deprehendat, & utrumque incontinenti occidat.

IV.

VIRO ADULTERUM IN UXORE, &c.

Marito non quemlibet adulterum occidere lex Julia permittit, ut patri, ne perturbatus dolore inconsulto ad cædem feratur. Viles igitur tantum famosasque personas, veluti lenones, histriones, mimos, pantomimos, & omnes propter præmium in scenam artis ludicræ, pronuntiandive causa prodeuntes, ei occidere permittit, *l. marito. D. ad l. Jul. de adulter.* Item publico judicio damnatos, quo videlicet cuilibet ex populo experiri licet, nisi si cui lege aliqua accusandi non sit potestas, *l. palam. §. senatus. D. de ritu nupt.* Nam hi inter infames habentur, *l. infamem. D. de public. judic. l. 4. D. de accusatio.* Plane calumniæ prævaricationisve nomine in causa publici judicii damnati, publico judicio damnati esse non videntur, *d. §. senatus.* Quamquam infamia hos prætor notet, *l. 1. & l. 4. calumniator. D. de not. infam.*

infam. Nec enim de his criminibus aliqua publicorum judiciorum lege cautum est, *arg. l. 3. in fin. D. de prævaricato*. Excipit lex in integrum restitutos: quod de ea restitutione accipi oportet, quam princeps vel senatus indulserit. Hæc enim restitutio infamiæ eximit, *l. 1. §. deinde. D. de postul.* Quæritur autem, si patronum ex eorum numero, quos deprehensos interficere maritus potest, libertus in adulterio suæ uxoris deprehenderit, an impune occidat. Et durum est eam liberto potestatem dari, ut ei manus afferat, cui ne si vitam quidem pro eo profundat, cumulate gratiam retulisse videatur. Nam cujus honori atque famæ, multo magis vitæ parcere debet, *l. si adulterium. §. pen. D. de adulter.* Marito etiam libertos occidere lex permittit, qui vel in patroni uxore, vel in patrona sua, aut in ejus, cujus libertus patris, aut matris filii, filiæve fuerit, adulterio deprehensi sint. Sed an illos quoque, qui jus aureorum anulorum impetraverint, maritus ex lege occidet? Dubitationem facit, quod hi pro ingenuis habentur, *leg. sed si hac lege. §. 1. D. de in jus voc.* Quod undenam profectum sit, quando hic se locus offert, paulo altius repetendum est. Veteres, quemadmodum Macrob. ex Ateio Capit refert, *lib.* VII. *cap.* XIII. non ornatus, sed signandi causa secum anulum circumferebant. Unde nec plus habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero. Jus enim anulorum famuli non habebant. Et erant primo in usu anuli ferrei, Plin. *lib.* XXXIII. *cap.* I. post augescente luxu, cum ex auro facti essent, illi libertis relicti, hi ingenuis, Isidor. lib. XX. *Etymol.* nec omnibus quidem, sed qui ex Senatorio vel Equestri ordine essent, attributi sunt. Plinius in *Epist.* lib. VIII. epist. VI. *ad Montanum*, de Pallante Claudii liberto, cui prætoria ornamenta a Senatu delata erant: *Mittto*, ait, *quod censent non exhortandum modo, verum etiam compellendum ad usum aureorum anulorum. Erat enim contra majestatem Senatus, si ferreis prætorius uteretur.* Atque impetrare jus hoc aureos anulos gestandi a principe non modici beneficii loco liberti solebant, *leg. 1. D. de jur. aureor. anul. l. falsa §. de condic. & demonstr.* quod apertius a Dione quam a quoquam alio explicatum est, lib. XLVIII. *Histor.* Οὐδενί, ait, *τῶν πάλαι Ῥωμαίων, οὐχ ὅτι τῶν δουλευσάντων ποτὲ, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν ἐλευθέρῳ γένει τραφέντων δακτυλίοις χρυσοῖς πλὴν τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων χρῆσθαι ἐξῆν· καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐξελευθέροις οἷς ἂν ὁ τὸ κράτος ἔχων ἐθελήσῃ καίτοι καὶ ἄλλως χρυσοφοροῦσιν, ὅμως ἐν τιμῆς μέρει ὡς καὶ βελτίοσιν ἢ κατὰ ἀπελευθερίαν ἱππεύειν τε δυναμένοις δίδονται.* Sic Antonio Musæ liberto, a quo conservatus erat, jus aureorum anulorum ab Augusto datum idem ipse auctor refert, *lib.* LIII. Idem & a Galba uni ex libertis charissimo collatum Plutarchus in *Galba* scribit. Hoc autem jure impetrato, liberti omnia ingenuitatis munia consequebantur, quo alioquin non donati, si ingenuorum jura usurpassent, legis Visselliæ pœnis tenebantur, *l. 1. C. ad l. Visell. l. ult. C. de jur. aur. anul.* Cæterum ex Justiniani Novella omnibus, qui ad libertatem perducuntur, aureorum anulorum jus absque principali concessione competit, *Nov. ut liberti de cæt.* Verum enimvero, ut ex diverticulo tandem in viam redeam: qui jus aureorum anulorum impetraverunt, imaginem, quoad vivunt, ingenuitatis, non etiam statum habent. Vivunt quasi ingenui, *d. rub. d. l. 1.* moriuntur ut liberti, *leg. 3. D. de bon. libert.* Nam in eorum successione sua patronis jura servantur. Itaque & lege Julia de adulteriis, ad tuenda matrimonia pro libertis eos haberi placuit, pœnæque libertinorum subjici, *l. si is qui jus. C. ad leg. Jul. de adulter.* Quinetiam si dominus a familia occisus esse dicatur, de iis perinde atque de cæte-

A ris, quos vivus manumiserit, quæstio habebitur, *l. si exheredatus. §. ult. cum l. seq. D. ad Silania.* Sed nec a tutela liberorum patroni excusantur, *l. libertum. §. si jus. D. de excus. tut.* quamquam quod ad extraneorum tutelas attinet, pro ingenuis habeantur, *l. cum ex oratione. D. de excus. tut.* Et omnino salvo patronorum jure eadem horum quæ cæterorum ingenuorum causa est. Denique nec a Senatoriis nuptiis lege Julia de maritandis ordinibus repelluntur, *l. ult. D. de jur. aur. anul.* Aliud porro de his dicendum esse, qui natalibus restituti sint, extra omnem dubitationem est. Nam hi perinde ingenui fiunt, atque si nullam medio tempore maculam servitutis sustinuissent, *l. 1. & 2. D. de natalib. restit.*

B Lex etiam servos occidendi marito jus tribuit. Neque distinguemus proprii sint, an alieni. Ideoque alienum servum in adulterio deprehensum occidens, legis Aquiliæ actionem maritus non timebit. Cui consequens est, heredem vel promissorem, qui in hoc facinore deprehensum servum occiderint, nec ex stipulatu, *l. qui servum. D. de verb. oblig.* nec est testamento teneri, *leg. quid ergo. §. si heres. D. de legat. 1.* Extra has personas lege comprehensas si quenquam alium maritus occiderit, cædis reus erit.

C Nec uxorem igitur sine cædis crimine occidet. Quamquam humanitatis intuitu ab Antonino Pio primum, *l. 1. in fin. D. ad l. Cornel. de sicar.*) deinde a Marco, & Commodo, (*leg. si adulterium. §. Imperatores. D. de adulter.*) postremo ab Alexandro rescriptum (*leg. 4. de adulter.*) sit, marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occiderit, non utique legis Corneliæ de sicariis pœnam, quæ hodie ultimum supplicium (*l. 3. §. penult. & l. penult. D. ad l. Corn. de siccar.*) est, irrogandam esse: sed honestiori loco positum ad tempus relegandum, humiliorem in exilium perpetuum dandum. Datum est hoc mariti dolori, quem difficile esse in repentino motu temperare prudentissimi Imperatores cogitarunt.

D Secundum hoc interpretandum erit, quod apud Ulpian. *leg. 3. §. si maritus. D. ad Silania.* legitur: *Si maritus in adulterio deprehensam uxorem occidat, quia ignoscitur ei, non tantum mariti, sed etiam uxoris servos pœna liberari, si justum dolorem exequenti domino non restiterunt.* Non enim ei in totum ignoscitur, sed eo quo diximus temperamento, pœna mollitur. Cæterum, quos marito occidere licet, utique & verberibus cædere, vel qualibet corporis parte mutilare, aliisque, quas dolor suggesserit, pœnis, male multare licebit: Quibus, quo jure, quaque injuria deprehensos omnes adulteros subjacere Juvenalis indicat, *Satyr.* X.

E

——— Fiet, ait, *adulter*
Publicus, & pœnas metuet, quascumque mariti
Exigere irati: nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos numquam incidat. exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis
Verberibus quosdam mœchos, & mugilis intret.

F Quod etiam plerisque adulteris accidisse Horatius testatur, lib. 1. *Serm.* Sat. II.

Hic se præcipitem, inquit, *tecto dedit, ille flagellis*
Ad mortem cæsus, fugiens hic decidit acrem
Prædonum in turbam: dedit hic pro corpore nummos,
Hunc pervinxerunt calones: quinetiam illud

Accidit, ut quidam teſtes, caudamque ſalacem
Demeteret ferro. Jure omnes, Galba negabat.

Eſt de eodem argumento feſtivus Martialis jocus, in eum qui adultero nares abſciderat, quod ut inepte factum ridet, *lib.* III. *epigram.* LXXXV.

Quis tibi, ait, *perſuaſit nares abſcindere mœcho?*
Nil hac peccatum eſt parte, marite, tibi.
Stulte quid egiſti? nil hic tua perdidit uxor,
Cum ſit ſalva tibi mentula Deiphobi.

Plane Athenienſium legibus impune adulter a marito, patre, fratreve in ipſa turpitudine deprehenſus occidi potuit, Demoſt. κατ Νεαίρ. Extatque elegans Lyſiæ oratio, qua in adulterio a ſe deprehenſum Eratoſthenem jure cæſum contendit. Idem & Gothorum legibus licuiſſe ex Caſſiodoro, lib. I. *Variar.* conjicio. Licuit certe ex Neapolitanorum regis Rogerii conſtitutione, quæ inter cæteras ejuſdem conſtitutiones in hæc verba ſcripta eſt lib. III. *Conſtit. Neapolit.* tit. LXXX. *Si maritus uxorem in ipſo actu adulterii deprehenderit, tam adulterum, quam uxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta.* Idem quoque Longobardis Regis Rothari lex permiſit, *l. 2. de adulter. lib. ɪ. leg. Longob.* Sed & Romæ ante legem Juliam maritos quoſdam de adulteris deprehenſis impune vindictam ſumpſiſſe legimus. Sempronium Naſicam, Valerius ſcribit, *lib.* VI. *cap.* I. C. Gallum in adulterio deprehenſum flagellis enecaſſe: Cajum quoque Menam, Lucium Octavium ſimiliter deprehenſum loris contudiſſe. Ad hæc Carbonem Actienum a Bilieno, item Pontium a Publio Cernio deprehenſos caſtratos eſſe. Cajum etiam Furium Bocchum, eum, quem deprehenderat, familiæ ſtuprandum objeciſſe, quibus omnibus iræ ſuæ indulſiſſe fraudi non fuit. Ac vel ipſam uxorem in adulterio deprehenſam necare olim licuiſſe Gellius ex Catone tradit, *lib.* X. *cap.* XXIII. cum illi maritum adulterantem ne digito quidem contingere permitteretur: Et certe ſemper major licentia maribus quam feminis data eſt, quas natura ad pudorem formavit. Levius quoque ſemper viſum eſt virorum quam mulierum peccatum. Qua de cauſa nec punitum olim domini cum ancilla concubitum, mulieris cum ſervo punitum fuiſſe Quintilian. *lib.* V. ait. Cæterum in ea demum uxore deprehenſum adulterum jure occidet, in qua adulterium vindicare jure mariti poteſt, *l. marito in fin. D. de adulter.* Proinde in ea, quæ contra leges, Senatuſconſulta, mandatave principum nupta ſit, deprehenſum, occidendi jus non habet, *argu. l. ſi uxor §. ſed ſi ea. D. eod. tit.* Ait lex DOMI SUÆ. Itaque alibi deprehenſum maritus non jure occidet. Unde Quintilianus *l.* V. *cap.* IX. *Occidiſti*, ait, *adulterum quod lex permittit; ſed quia in lupanari, cædes c.?.* Augetur enim delictum loco, fitque gravius in ipſa mariti domo commiſſum, quæ matrimonii ſedes & domicilium eſt, *l 5. D. de ritu nupt.* Hoc idem & Paulus lib. XI. *Sentent.* deſiderari oſtendit, *tit.* XXVII. Quamquam de toto eo loco valde in dubium venio. In eo enim ita eſt. *Inventam in adulterio uxorem maritus ita demum occidere poteſt, ſi adulterum domi ſuæ deprehendat.* Quod perſpicue falſum eſt. Nam maritus, ut paulo ante docui, uxoris occidendæ poteſtatem non habet, ſed eam dimittere protinus jubetur. Itaque ſic emendandum puto. *Inventum in adulterio uxoris maritus ita demum*, &c. niſi forte hoc ex jure Gotthico ſumptum dicamus, ex quo nonnulla in illis libris ab Aniano deformata eſſe non dubito.

V.

VIRO ADULTERUM IN UXORE, &c.

Hoc capite quinto legis Juliæ comprehenſum fuiſſe Ulpian. ſcribit, *l. capite. D. ad leg. Jul. de adulter.* Porro cum non omnes in adulterio uxorum deprehenſos maritis occidere liceat, ſed nec ſi liceat, maritorum omnium animi (ut Quintilian. in *Declamation.* ait) ad ſanguinem durent, lege ratio præſcripta eſt, qua jus ſuum ſine cæde tueri poſſint. Retinere ergo adulteros per aliquod tempus, dum teſtes advocet, lex permittit. Hoc autem quod in marito expreſſum eſt, etiam in patre ſervatur. Non adjicitur hic, ut in ſuperiore capite, ubi deprehenſus adulter ſit: nam quocumque loco deprehenſus retineri poteſt, ſemel vero remiſſus reduci non poteſt, contra quam ſi non ſponte mariti evaſerit, etenim reductus cuſtodiri viginti horis adhuc poterit. Exiguo autem temporis ſpatio retentionem lex circumſcripſit, quod privato homini non ſit nocentis permittenda cuſtodia, cum publice carceres ad eam rem habeantur. Quod adjicitur, TESTANDÆ EJUS REI GRATIA, ad hoc pertinet, ut teſtes inducat teſtimonio futuros accuſaturo deprehenſum reum in adulterio.

VI.

VIRO PATRIQUE, QUI IN POTESTATE HABET, &c.

Ait lex VIRO. Feminæ non idem licet. Nam cum de femina nihil exprimatur, creditur id ei denegatum eſſe, *arg. l. ſi conſtante. §. de viro. D. ſol. mat.* Et quamquam in cæteris cauſis mulieribus publico judicio reos facere concedatur, ſi ſuam, ſuorumque, id eſt, parentum, liberorum, patroni, patronæ, eorum filii, filiæve, nepotis, neptiſve, & omnium in quos ex lege publicorum judiciorum, invitæ teſtimonium non dicunt, injuriam perſequantur, *l. 1. & 2. D. de accuſatio. l. uxor. C. qui accuſ. poſſ. l. 3. §. ſed & ſi mulier. D. de lib. hom. exhi.* tamen adulterii agere eis, nec ſi matrimonium ſuum violatum dicant, permittitur. Hoc enim lex facit, quæ de maſculis tantum locuta feminas ab accuſatione repuliſſe intelligitur, *arg. l. cum prætor. D. de judic.* Et ita Imperatores Severus & Anton. reſcripſere. Publico judicio, ajunt, *l. 1. C. de adulter.* non habere mulieres accuſationem, quamvis de matrimonio ſuo violato queri velint, lex Julia declarat, quæ cum maſculis jure mariti accuſandi facultatem detuliſſet, non idem feminis privilegium detulit. Plane violata jam viripotens virgo corruptorem accuſare poterit, & curatoribus aſſiſtentibus reum peragere, *leg. propter Cod. de adulter.* Nec exceptione ulla repelletur, quæ vindictam proprii doloris exequatur. Quin etiam accuſata a marito adulterii mulier, in eum & lenocinii & adulterii crimen retorquere poterit: relationis utique, non accuſationis ſpecie atque via, *leg. 2. §. ſi publico. leg. ſi uxor. §. judex. D. eo.* Cujus autem ætatis ac condicionis ſit maritus, nihil intereſt. Nec enim filiusfam. maritus ab eo, qui ſui juris eſt, in hac lege ſeparatur, *leg. 6. §. penult. D. de adulter.* Proinde ſine voluntate patris, atque adeo invito, & repugnante eo, filius hac lege reum facere poterit. Ipſius enim injuria eſt. Et hoc conſtitutum eſſe Papinianus ſcribit, *leg. filiumfamil. D de adulter.* Conſtitutum vero eſt ab Ha-

driano, *dict. leg. §. penult.* Sed nec quod minor viginti quinque annis maritus sit, eo minus ad accusationem admittetur, cum non debeat obtentu ætatis repelli qui suum matrimonium vindicat, *l. 15. §. lex Julia. D. de adulter.* Quinetiam libertus patronum jure mariti adulterii accusare poterit, quomodo si atrocem injuriam ab eo passus esset, *l. 38. §. pen. D. eod. tit.* Nam vel ex famosa causa patronum in jus vocare liberto permittitur, si eum injuria gravissima affecerit, *l. sed si hac lege. §. prætor ait. D. de in jus voc. l. prætor edixit. §. præterea. D. de injur.* veluti flagellis cæciderit, vel in ejus uxorem, filiamve stuprum commiserit. Denique cuilibet marito, qui non ignominia notatus sit, *l. marito in fi. D. de adult.* jure mariti adulterii accusationem instituere conceditur. *Nec refert*, (ait Ulpianus, *l. si uxor. D. eod.*) *justa an injusta sit uxor:* quæ verba obscurum sensum habent. Nam si, ut in aliis multis locis, (*l. 28. §. si qui eo tempore. D. de liber. & posthu. l. 31. D. de ritu nupt.*) justam uxorem hic interpretemur, quæ civiliter nupta sit, quo modo & justas nuptias dicimus (*Instit. de nupt.*) secundum legum præcepta contractas, necesse erit injustam, quæ ei opponitur, accipere, quæ contra leges coierit. Tum vero non consistet Ulpiani sententia. Etenim in ea muliere, in qua incestum committatur, vel quæ quamvis uxoris animo habeatur, uxor tamen esse non possit, puta quia contra leges, Senatusconsulta, mandatave principum ducta sit, vindicare maritus adulterium jure mariti non potest, *d. l. si uxor. §. sed si ea.* quia nec matrimonium est, *l. 3. §. 1. D. de don. inter. vir. & tit. de ritu nupt.* Ut ecce si libertinam Senator, pupillam tutor ante redditas rationes, præses provincialem feminam, vel quilibet filiamfam. sine patris assensu duxerit, violatæ hujus conjunctionis nomine, in quam matrimonii nomen non cadit, jure mariti accusatio non defertur. Secundum quæ si minor duodecim annis domum deducta sit, ejus adulterii, quod antequam justam ætatem attigisset, commiserit, accusari jure viri non potest, *leg. si uxor §. si minor. D. de adult.* quoniam nondum uxor erat. Minor enim duodecim annis domum ducta, non ante legitima uxor fit, quam eam etatem apud virum impleverit, *l. 3. D. de ritu nupt.* Plane si sponsalia deductionem in domum præcesserint, quia durant ea, quamvis in domo loco nuptæ esse mulier cœperit, *leg. 9. D. de sponsalib.* ideo quasi sponsa poterit ex rescripto Divi Severi accusari. Quod si sponsalia non præcesserint, cum neque sponsalia intelligantur, quia non fuerunt, neque nuptiæ quod nuptiæ esse non possint, quasi extranea accusari sponsi maritive jure mulier non poterit, *l. 32. §. si quis sponsam. D. de don. inter vir.* Atque hæc eo pertinent, ut ubicumque justæ legitimæque nuptiæ non sunt, nec mariti jure adulterii accusatio competat. Magis est itaque, ut justam eo loci uxorem accipiamus, quæ in manum convenerit: injustam, quæ non in manum convenit, sed usu habetur. Uxorum enim, ut Cicero in *Topicis* tradit, aliæ erant matresfam. quæ sicuti etiam Gellius, *lib.* XVIII. *cap.* VI. interpretatur, in manum convenerant, certa confarreationis, Ulpian. *in Instit. tit.* 9. vel coemptionis, quam Boethius *in Topic.* & Vergilii interpres Servius, *in* 1. *Georg.* & *in* 4. *Æneid.* aliquot locis exponunt, sollemnitate. Et hæ in manu ac mancupio viri erant, suorumque heredum jura in familia nanciscebantur, Ulpian. *in Instit. tit.* 22. *& tit. ult.* Serv. *in* VII. *Æneid.* Ideoque ut mariti patresfamilias, ita hæ matresfam. appellabantur, *leg. nam civium. D. de stat. homi.* Aliæ vero tantummodo uxores habebantur, quæ scilicet in matrimonium citra coemptionis sollemnitatem convenerant. In quibus etiam

adulterium vindicari a marito potest. Ad omnia enim matrimonia lex ista pertinet, ut & Sex. Cæcilius, quem ad hanc legem commentarios scripsisse constat, *l. si postulaverit. §. 1. D. de adulter. l. prospexit. D qui & a quib.* ait, Homericum illud ex *Iliados* IX. adferens:

> Οὐ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
> Ἀτρεΐδαι.

Quo significatur violati tori injuriam ad omnes ex æquo maritos pertinere. Cujus versus sententiam Virgilius sic expressit, lib. VIII. *Æneid.*

> *Conjuge prærepta nec solos tangit Atridas*
> *Iste dolor.*

Itaque vel in ea uxore adulterium posse maritum vindicare Ulpianus ait, *dict. leg. si uxor.* quæ vulgaris fuerit (id est, quæ vulgo sui copiam fecerit, quo modo & vulgarem mulierem Sueton. in *Vitellio* dixit, cap. 11.) quamvis si vidua esset, impune in eam stuprum committeretur. Cujus rei exemplum est apud Tacitum, lib. II. *Annal.* de Vistilia Titidii Labeonis uxore, quæ, quamquam licentiam stupri meretricum more apud Ædiles professa esset, adulterii tamen accusata, & relegata est. Ex quibus efficitur jure mariti eos demum accusare posse, qui secundum leges nuptias contraxerint: in concubinis vel iis mulieribus, quæ non jure ductæ sint, adulterium non vindicari, ne si quidem postea justæ uxores esse cœperint. Quæstionis est, an & in sponsæ accusatione præcipuum jus ex lege sponsus habeat. Et de viro lex loquitur. Verba itaque legis sponsum non admittunt. Sed tamen D. Severus, *l. si uxor. §. divus. D. de adulter.* (nam vulgo male, *Verus*, ut ex alio ejusdem legis loco, *d. §. si minor.* apparet, legitur) & Antoninus rescripserunt etiam in sponsa hoc idem vindicandum, quia neque matrimonium qualecumque, neque spem matrimonii violare permittitur. Et hoc Imp. Alexander Herculiano ita rescripsit, *leg. propter. C. de adulter.* Propter violatam virginem adultam, qui postea maritus esse cœpit, accusator justus esse non potest. & ideo jure mariti crimen exercere non potest, nisi puella violata sponsa ejus fuerat. Est ergo rescripti interpretatione ad sponsum lex Julia porrecta. Ait lex, VIRO PATRIQUE. Pater ergo in accusatione filiæ æquale jus cum marito habet, *leg. is cujus. & leg. si maritus. D. de adulter.* Si tamen simul ad accusationem ambo veniant, maritus præferetur. Nam & propensiore jure, & majore dolore executurum eum accusationem credendum est, in tantum, ut etiam si pater prævenerit, & libellos inscriptionum deposuerit, marito non negligente, nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus instante, atque imminente, ut facilius judicantibus de adulterio probetur, idem sit dicendum, *l. 2. §. ult. D. de adult. Nisi igitur*, (ait Ulpianus, *l. 3. D. eod.*) *pater maritum infamem aut arguat, aut doceat colludere magis cum uxore, quam ex animo accusare, postponetur marito.* Ubi nemo non quæsiturus est, an infamia maritum ab adulterii accusatione repellat. Quod vix est, ut dici possit: quandoquidem suam, suorumque injuriam exsequentes infames audiantur, *l. qui accusare. l. hi tamen. D. de accusat.* & generaliter, qui alias idonei accusatores non sint, in iis causis ad accusandum admittantur, *l. 1. & 2. & l. 11. D. de accusat.* Sed nec hoc sentit Ulpian. maritum

omnino ab accusatione adulterii ob infamiam repelli, verum patri postponi. Famosus igitur maritus, verbi gratia, leno vel histrio, aut alia ignominia notatus, jure mariti accusare volens, a patre submovebitur, *arg. l. marito. in fi. D. de adulter.* Jure sane extranei, id est, ut quilibet de populo ad accusationem prosiliens, ea ratione non repelletur, quod suum matrimonium vindicet, cujus nisi vindictam exequeretur, omnino justus accusator non esset. Cum vero integræ famæ maritus, patre prævento accusare instituerit, patri tempora non cedent. Sic tamen, ut quod antequam maritus prævenisset, temporis effluxerit, & ipsi marito, & patri, quia nihil eum patrem impedierit, cedat: at postquam maritus occupaverit residua tempora, quæ sexaginta diebus desint, patri non cedent, qui accusationem perferre non possit, *leg. 4. D. de adulter.* vulgata enim regula est adversus eos, qui agere nec si velint possint, ex mora præscriptiones temporum, quæ agentibus objiciuntur, non induci. Quæ cum ex negligentia non agentis locum habeant, in eorum persona cessant, quibus negligentia imputari nulla potest, *l. contra Cod. de inoff. test. l. 1. §. ult. de ann. excep. l. intra. D. de minori.* Itaque si maritus sit in magistratu, & ideo accusare non possit, patris quidem accusatio impedietur, ne marito surripiatur jus suum, sed quoad magistratu filius abierit, patri tempora non cedent, *l. si maritus. D. de adulter.* Quod sic accipiendum est, si eum magistratum maritus gerat, in quo agentes sine fraude in jus evocari non possunt, id est, qui imperium habent, & qui coercere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci, *l. 2. D. de in jus voc. l. nec magistratibus. D. de injur.* Hujusmodi enim magistratus qui gerunt, interim accusare prohibentur, *l. qui accusare. D. de accusat.* Cæterum pater in nuptæ tantum filiæ accusatione præcipuum jus habet: in viduæ accusatione extraneo non præfertur, *l. nec in ea lege. §. 1. D. de adulter.* Sed & eum demum patrem privilegiario jure accusare posse puto, qui in potestate habeat, *l. is cujus. §. penul. D. de adulter.* Maritus vero etiam post accusationem ab extraneo peractam, mulierem repetens, accusationemque instaurans audietur, si idoneas causas alleget, quibus impeditus non instituit accusationem, *leg. 4. §. ult. D. de adulter.* Ait lex, SEXAGINTA DIES UTILES. Jure mariti, patrisve adulterii accusare volentibus sexaginta dies utiles computantur, *l. æ. & l. 21. C. de adulter. l. 14. D. eo. l. 37 §. ult. D de minorib.* quorum Cornelius Tacitus meminit, lib. 11. *Annal.* Exacta & a Titidio Labeone Vistiliæ marito, cur in uxore delicti manifesta ultionem legis omisisset, atque illo prætendente sexaginta dies ad consultandum datos nondum præteriisse, satis visum de Vistilia statuere, eaque in insulam Seriphon abdita est. Utiles autem dies Imp. Alexander, *in l. 6. C. de adulter.* interpretatur, quibus in publico ejus facultas fuerit, apud quem reus, vel rea postulari potest. Papinianus vero *in l. miles. §. quidam. D. eo.* sic, dies quibus potuit maritus accusationis sollemnia implere. Idem adjicit, *in d. l. miles. §. sexaginta.* Sexaginta his diebus feriatis quboque dies si modo facultatem præsidis adeundi accusator habuerit numerari, quoniam de plano libellus dari potest. Accusaturi enim libellos a se subscriptos offerre ei, cujus de ea re notio erat, solebant, *l. libellorum. D. de accusatio. l. denuntiasse. D. ad l. Jul. de adulter.* quibus nomen rei deferebant, & crimen, ut erat admissum, indicabant: quod etiam in transitu & procedente prætore fieri potuit. Cum igitur accusationi instituendæ hi dies dentur, non illud exigimus, ut præses sederit, sed ut sui copiam fecerit, & accusator experiundi habuerit potestatem. Fieri enim potest ut iis quibus prætor sedit diebus, accusatori justissimis occupationibus impedito accusandi non fuerit potestas: quod in utilium dierum tractatu imprimis spectamus, in quorum computatione ineunda ii demum veniunt, quibus nulla idonea causa agere, accusareve impediatur, *leg. 1. D. de divers. temp.* Proinde sive magistratum gerat maritus, sive Reipub. causa absit, sive in vinculis, sive apud hostes sit, muneribusve militaribus, vel alio publico ministerio occupatus agere non queat, in ea causa est, ut ei dies non cedant, *l. si maritus. D. de adulter. leg. 15. & l. 21. Cod. eod. tit. l. si qua. D. ex qui-* [illegible] *major.* cedant vero ii, quibus accusare ei licuit, quamquam prætor pro tribunali jus non redderet. Sic fit, ut utiles dies interdum sessionum sint, interdum non sessionum, aliterque in his, quæ causæ cognitionem desiderant, & decretum exposcunt, aliter in his quæ de plano expediri possunt, computentur. In illis enim, quoniam pro tribunali expediri debent, eos demum dies computamus, quibus more majorum prætor sedens postulationibus responsum dederit, *leg. 2. §. dies. D. quis ord. in bon. poss.* in his vero omnes eos dies, quibus prætor sui potestatem qualitercumque fecerit, etiamsi non in jure, *leg. miles. §. quidam. & §. sexaginta, de adulter.* Sexaginta porro hi dies ex die divortii marito cedere incipiunt, *l. 29. §. sex mensium. & §. præterea. D. de adulter. l. 13. §. penult. eod.* Intra quos mariti, patresve agentes, hæc præcipua habent. Primum, quod aliis omnibus præferuntur: deinde, quod sine calumniæ metu accusant. Quod in marito quidem expressum est, *leg. jure mariti. in fi. Cod. de adulter. l. auxilium. §. 1. D. de minorib.* in patre vero etiam obtinere crediderim, cujus eadem causa esse, quæ & mariti dicitur. Adde, quod qua ratione publico judicio mortem liberorum patrem vindicare Senatusconsultum constitutum est, *l. ult. D. de public. judic.* eadem ratione adulterium filiæ vindicans, quod morte non minus grave est, periculum calumniæ timere non debet. Tum vero Senatusconsulti beneficium non in cædis dumtaxat quæstione locum habere, sed & ad alias publicas accusationes produci Imperator Alexander rescripsit, *l. mater. C. de calumniatorib.* Verum huic sententiæ valde obstat quod a Paulo scriptum est, patrem sine periculo calumniæ accusare non posse, *leg. pater. D. de adulter.* quod idem de marito quoque Scævola tradit, *l. is cujus in fin. D. eo. tit.* quos locos Accursius, ut superioribus conciliet, eo casu procedere posse ait, quo tam evidens mariti vel patris calumnia est, ut excusationem non habeat. Cum enim instigante dolore sibi factam injuriam exequuntur, tum eos calumniæ periculo subjici æquum visum non est, ne ab accusando imminentis, si non probaverint, pœnæ metu deterreantur. Cum vero quæsito violati thori colore, ad accusandum vexandi rei causa, maloque animo prosiliunt, si quod proposuerint, non probaverint, & in evidenti calumnia deprehendantur, impune ferre non debent. Et hoc quando aliud probabilius non occurrit, sequendum censeo. Plane si jure extranei post sexaginta dies accusationem instituant, calumniatorum pœnæ subjacent: quæ tamen nec hoc quidem casu facile marito irrogabitur, si juvenili facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accensus, ad accusandum descenderit, *l. 15. §. lex Julia. D. de adult.* Præterea marito singulari jure hoc conceditur, ut ex sola suspicione ream uxorem facere possit, utque inscriptionis vinculo accusans non contineatur, *l. quamviis ii. C. de adulter.* quod cæteros omnes accusatores similitudine supplicii obstringit. Datur vero marito, etsi duos reos ex alio crimine habeat, jure viri tertium accusandi potestas, quoniam ea causa non cedit in numerum cæterarum accu-

sationum, *l.* 6. *§. ult. D. de adulter.* is enim qui duos reos delatos habet, tertia accusatione ita demum repellitur, si non suam suorumque injuriam exequatur, *l. cum rationibus C. qui accu. non poss. l. qui accusare eum. l. hi tamen. D. de accusat.* Ex quibus definire facile est, quid sit jure patris, (*l.* 24. *in fi. D. de adulter.*) maritive, (*l* 2. *§.* 1. *l.* 13. *cum suis. §. l.* 14. *in fi. l.*6. *§.ult. D. de adulter. l.* 6. *C.eo.*) accusare: cui opponitur jure extranei, (*l.* 13. *§. sed si ea sit. l.* 15. *§. lex Julia. D. de adulter.*) vel jure publico. (*l. quæsitum D. de adulter.*) accusare, id est, jure communi, & ut quilibet de populo. Maritus porro etiamsi jure mariti accusationem instituerit, ab ea tamen impune non desistit. Quinimmo sine abolitione desistens in Turpillianum incidit. Nec mutat quod scriptum est *l. in senatusc. §. eos. D. ad Turpill.* eos, de quorum calumnia agere non permittitur, si destiterint, non incidere in pœnam Senatusconsulti. Hoc enim eo pertinet, ut parentes & patroni, de quorum calumnia queri liberis libertisque non licet, *l. honori. & l. licet. D. de obseq. a liber.* si ab accusatione contra eos instituta destiterint, Turpilliano non teneantur. Quod beneficium ipsis tantum, non etiam liberis eorum præstatur, *l. qui cum natu. §.* 1. *D. de bon. liber.* Maritus igitur, ut ab accusatione impune desistat, abolitionem impetrare adito pro tribunali præside (*l.* 1. *§. abolitio. D. ad Turpilli.*) necesse habet, nisi si publice abolitio interveniat, *l.* 8. *D. eo. tit.* Qua interveniente etsi intra dies præstitutos reum non repetierit, Senatusconsulti pœnam non timet. Neque enim videtur desistere, qui exemptum reum non defert. Eximitur autem publica abolitione interveniente, *l.* 12. *D. ad Turpill.* Sed nec post abolitionem retractabitur in judicio repetendo de mariti jure, *l. aut privatim. D. eo tit.* Nam cum crimen repetit maritus, eodem jure repetit, quo & accusabat. Neque possunt ei præscriptiones objici, quæ ante abolitionem non sunt objectæ, *l. si quis repetere. eo. tit.* Atque hac occasione abolitionum quæstionem Jureconsulti in libris de adulteriis *l.* 8. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *l.* 13. *l.* 16. *D. ad Turpill.* obiter explicaverunt. Ex quo tractatu duos ad hujus libri institutum pertinentes locos explicare operæpretium fuerit. Videntur enim inter se pugnantia Papinianus & Ulpianus dicere: quorum unus etiam eos, qui ab accusatione, quæ præscriptione temporis summoveri potuisset, destiterint, ex Senatusconsulto plecti ait, *l.* 1. *§. accusationem. D. ad Turpillia.* alter de calumnia puniri eos negat, *l. quærebatur. D. ad Sen. Turpillia.* qui præscriptione temporis exclusi causam adulterii perferre non potuerint. Male Accursius hoc dissidium componit: dicam quod sentio, nihil est expeditu facilius. Alia eorum causa est, qui cum accusationem intulissent, exceptione temporis summoti sunt: longe alia eorum, qui ab accusatione, quam præscriptio temporis summovisset, discesserunt. Hi enim sponte accusationem omittunt, illi inviti ab accusatione repelluntur. Denique Senatusconsultum, quod in desistentes scriptum est, ad eos non pertinet, quorum accusatio exceptione elisa, repulsaque est: illos vero Senatusconsultum tenet, qui ab accusatione, qualis qualis fuerit, destiterunt, *l. in Senatusconsultum. eo. tit.* Cæterum publica abolitio eas demum accusationes abolet, quæ jam perlatæ sunt, & ex quibus reus quis factus est, *l. penul. D. eo. tit.* Ad eas enim, quæ nondum institutæ sunt accusationes, abolitio non pertinet, *l.* 2. *C. de gener. abolit.*

Restat videamus, quæ marito jure mariti accusanti præscriptiones objiciantur. Imprimis, si repudiatam uxorem etiam post institutam accusationem reduxerit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito, ex eo delicto quod in priori matrimonio admisit, accusandi jus non habet, *l. quæsitum. §. ult. D. de adult.* Abolevisse enim prioris matrimonii delicta videtur reducendo eam, *l. si uxor. §. ult. D. de adulter.* Sed & si acturum se intra sexagesimum diem negaverit, postea accusare volens non audietur, *l. si maritus. §. si negaverint. D. eo.* Idem multo magis si ab accusatione instituta destiterit, *l.* 2. *D. ad Turpillia.* Utilis ergo erit illa adversus agentem exceptio, si non legem prodidisse dicatur, ob hoc quod aggressus accusationem adulterii, accusare destitit, *l.* 2. *§.* 1. *D. de adult.* Quæ præscriptio ex lege Petronia, ut opinor, descendit, quæ hoc continebat, ut qui jure viri delatum adulterum non peregisset, postea ad accusationem non admitteretur, *l. abolitionem. in fin. C. de adulter.* Quæ lex an ea sit, quæ alias Junia Petronia appellatur, *l. lege Junia. D. de manum. vind. l. circuncidere. D. ad l. Corn. de sicar.* constanter affirmare non possum. Certe ab ipsomet Senatusconsulti Turpilliani auctore Petronio Turpilliano latam non dubito, qui cum Cæsonio Pæto una consulatum Neronis temporibus gessit, Corn. Tacit. *lib.* XIV. de quo & illud præterea legere me memini, curationem ei aquarum mandatam, Sex. Jul. Fronti. lib. II. *de Aquæductib.* cumque cum exercitu a Nerone reprimendæ seditionis causa missum ad Galbam defecisse. Sequitur in lege, POST EOS DIES. Post sexaginta dies patri maritoque lapsos extraneis quibuslibet accusandi facultas conceditur. Adulterii enim crimen inter judicia publica refertur, *l.* 1. *D. de public. judi. l. quamvis ii. C. de adulter. §. item lex Julia. Inst. de pub. jud.* quibus cuilibet e populo experiri, licet nisi cui specialiter accusandi potestas denegata est, *l. palam. §. senatus. D. de ritu nupt.* Nec tamen quod cuivis de populo hæc accusatio patet, idcirco publica est: sed quia lege de hac re cautum est, quæ publice accusationem inducit, *arg. l.* 3. *§. ult. D. de prævaricato.* Inter extraneos autem maritus quoque accusare poterit, *l.* 15. *§. lex Julia. D. de adulter.* sed ita ut eis non præferatur, si prævenerint. Habent vero extranei quattuor utiles menses ad accusandum, qui eis post sexaginta dies cedere incipiunt, *l.* 4. *§. pen. D. eod.* ultra quos patris maritive voluntatem expectare necesse non habent, *l.* 13. *§. pen. eod.* Qua non expectata, statim agere, etiamsi nondum sexaginta dies effluxerint, poterunt: si se maritus paterque adulterii acturos intro sexagesimum diem negaverint, *l.* 15. *§. si negaverint. D. eo. tit.* Cum enim post hanc negationem amplius agere illi non possint, extraneis statim locus fit. Verum enimvero constante eo matrimonio, in quo adulterium commissum esse dicitur, ab extraneo rea fieri mulier non potest. Probatam enim a marito uxorem, beneque concordatum ac quiescens matrimonium alius turbare atque inquietare non debet, *l. constante. D. eo. tit.* Ac ne adulterum quidem interim accusari posse Papinian. ait, *l. miles. §. volenti, D. eo.* qui tamen sibi ipse repugnare alio loco (*in l. vim passam. §.* 1. *D. de adulter.*) videtur his verbis: *Nupta quoque muliere, tametsi lenocinii vir prior non postuletur, adulterii crimen contra adulterum ab extrario poterit inferri.* Quod si sic intelligamus, ut durante eo matrimonio, quod mulier a viro dimissa contraxit, adulter, etiamsi prior maritus lenocinii non accusetur, accusari possit, nullam res recipit dubitationem: sin hoc sensisse eum dicamus, ut manente eodem matrimonio, in quo adulterium commisum esse dicitur, possit adulter, tametsi vir prius lenocinii non sit postulatus, accusari, pugnabit hoc superiori

loco, nec pugnam Accursii leves atque inanes solutiones diriment. Sed enim huic capiti Constantini Constitutio derogavit, *in l. quamvis.ii. C. de adult.* quæ ad accusationem adulterii quoslibet e populo admitti prohibet, sed necessarias demum personas veluti fratrem, patruum, avunculum, quos verus dolor ad accusationem impellit.

VII.

NE QUIS INTER REOS, &c.

Legis Juliæ capite septimo, quemadmodum Ulpianus scribit, *l. si maritus. §. 1. D. de adulter.* cavebatur, ne quis inter reos eum referret, qui tunc sine detrectatione Reipub. causa abesset. Regula autem juris est, *Absentium Reipubl. causa in nullo condicionem deteriorem fieri oportere, l. absentia D. de reg. jur. l. sepulchri. D. de sepul. viol.* Ideoque inter reos referri eos, dum Reip. operantur, iniquum visum est. Idque generaliter lege Memmia olim vetitum fuisse Valerius, *lib.* III. *cap.* VII prodidit, cujus, ut probabile est, beneficio a Senatu impetrasse Julium Cæsarem legimus, ut ne dum Reipub. causa abesset, reus perageretur, Suetonius in *Julio*, cap. XXIII. Atque hoc nomine Verrem acerbissime Cicero insectatur, Act. IV. *in eund.* quod absentis Sthenii nomen deferri passus esset. Quam obrem & ab Ulpiano in universum definitum est, *l. hos accusare. D. de accusat.* eum qui Reipub causa absit, accusari non licere. Absentes autem Reipub. causa angustius hic, quam in Prætoris edicto, *titul. ex quib. caus. major.* quo absentibus succurrit, accipimus. Eos enim demum excusari lex Julia vult, qui propter absentiam sistere se judicio non possint, quique in alia provincia, quam in ea, in qua deferuntur, publici negotii causa absint. Proinde si quis præsens sit, vice tamen absentis habeatur, ut puta, inquit Ulpianus, *l. si maritus. §. 1. D. de adulter.* qui in vigilibus, vel in urbanis castris militat, dicendum est, hunc deferri posse: neque enim laborare habet, ut se repræsentet. Vigilum in urbe septem cohortes Augustus ex libertinorum ordine incendiorum causa conscripsit, *l. 3. D. de off. præf. vig.* Suetonius in *Aug.* cap. XXV. in quibus, qui nomen dedissent, militum numero loco que erant, *l. unica. D. de bon. poss. ex test. mil.* unde inter vigiles militare, ut hic, ita & in Institut. Ulpianus, *tit.* III. dicit, idque Strabo, lib. V. *Geograph.* στρατιωτικὸν τῶν ἀπελευθέρων appellat. Urbana vero castra Prætorianarum cohortium, & aliarum, quæ ad urbis custodiam in stationibus dispositæ erant, accipi oportet. Prætoriani enim tametsi ab urbanis militibus in historiis separantur, cum tamen Romæ castris a Tiberio constitutis continerentur, in urbanis castris militantium appellatione merito comprehenduntur. Habebantur autem hi ab Imperatoribus ad corporis sui custodiam, ut Herodianus *lib.* II. ostendit, eaque de causa cæteris militibus ampliora stipendia accipiebant, aliisque prærogativis fruebantur: nam & binos in diem denarios merebant, & post sextumdecimum annum missionem, finitæque militiæ præmia accipiebant, cum alii ne diurnum quidem denarium mererent, longiorique tempore militiæ obstringerentur, quemadmodum Cornelius Tacitus, lib. I. *Annal.* & Dion, *lib.* LVII. declarant. Et hi sunt qui Romæ militare alias dicuntur, *l. milites. D. ex quib. caus. major.* qui licet pro absentibus Reipub. causa habeantur, *d. l. milites. & l. qui mittuntur. §. præfectus. D. ex quibus caus. major.* quod ad restitutionem in integrum attinet, in hac tamen lege absentium appellatione non continentur, quæ eorum dumtaxat absentiam excusatam esse voluit, qui corpore ab eo loco abessent, in quo deferuntur, adeo ut qui in ea provincia, in qua Reipub. causa operam dans absens agit, adulterium commiserit, ibidem accusari salva legis sententia possit, nisi, (addit Ulpianus, *l. si maritus. §. 1. in fin. D. de adulter.*) ea sit persona, quæ ad Præsidis cognitionem non pertinet: quæ verba ad milites, contra quam quidam censent, male referuntur: hos enim extra militaria & castrensia delicta, (*l. pen. C. de jurisdi. omn. judic. l. 3. D. de re milit.*) ab ejus provinciæ, in qua facinus admiserint, Præside pœna plecti debere Divi Severus & Antoninus rescripserunt, *l. ult. D. de accus. & l. 3. D. de re milit.* non male vero ad Decuriones Principalesque civitatum referentur, quos punire Præsidi provinciæ, nisi aliter sedari tumultus non posset, *l. pen. D. ad l. Corn. de fals.* vel res dilationem non reciperet, *l. si quis. §. penult. D. de injust. nupt.* non permittebatur. Recipere tantum in carcerem, vinctosque custodire, & principi de eorum pœna scribere licebat, *l. 1. in fi. prin. D. quand. appel. sit. l. 2. §. 1. D. de bon. eor.* eratque hoc adeo diserte mandatis Principalibus, quæ Præsidibus dabantur, cautum, *l. divi. §. pen. & ult. D. de pœnis.* ut si id admisisse Decuriones viderentur, propter quod relegandi extra provinciam in insulam essent, Imperatori scriberetur. Præsidali cognitioni & aliis novissimorum principum constitutionibus eximuntur, *l. 2. C. de off. mag. mil.* Verum enimvero non alias absentia excusatur, quam si ante cœptam cognitionem abesse quis cœperit. Itaque adulteram si postea quam crimen contra eam inchoatum est, provincia excesserit, etiam absentem inter reos recipi posse Imperator Alexander rescripsit, *l. 13. C. de adulter.* An vero & condemnari? Et est jure civili constitutum, *l. absentem. D. de pœn. l 6. C. de accusatio.* absentem capitali pœna damnari non posse, pecuniarias vero pœnas, vel eas, quæ existimationem contingunt, si sæpius moniti per contumaciam desint, statui posse, & usque ad relegationem procedi. Excusantur etiam ii soli, qui bona fide absunt, & ut ait lex, SINE DETRECTATIONE. Nam si quis evitandi criminis causa id egerit, ut Reipubl. causa abesset, nihil illi commentum hoc proficiet, *d. l. si maritus. §. 1.* Admonent autem me hæc legis verba, ut Ulpiani locum, *l. hos accusare. D. de accusatio.* emendem, in quo eos, quos accusare non licet, enumerans, *Item*, ait, *magistratum populi Romani, eumve qui Reip. causa abfuerit, dum non retractandi leges causa abest.* Quod nullum bonum sensum habet. Legendum itaque suspicer: *Dum non detractandi leges causa absit.* Ut etiam *l. inviti. D. de test. Qui non detractandi testimonii causa aberit.* Et *l. si legatario. in fide fideicom. lib. Qui detractandæ libertatis gratia absit.* Porro qui inter reos adulterii receptus est, absens defendi non potest, *l. miles. §. ea quæ. D. de adulter.* Ad crimen enim publici judicii persequendum frustra procuratorem intervenire, multoque magis ad defendendum civilis constitutio est, *l. penul. §. ult. D. de public. jud.* Cui tamen refragari Alexandri rescriptum creditur, quod ita est, *l. 3. C. de accusatio. Reos capitalium criminum absentes etiam per procuratorem defendi, leges judiciorum publicorum permittunt.* Sed non omnia capitalia crimina judicii publici sunt. Igitur in privatorum criminum causis defensor recte intervenit, in publicorum judiciorum criminibus non recte intervenit, *l. servum. § publice. D. de procurat.* In crimine autem adulterii nulla dabatur dilatio, nisi ut personæ exhiberentur, aut judex ex qualitate negotii hoc causa cognita permisisset, *l. in crimine.*

D. de adulter. Unde Paulus lib. XI. *Sententiar.* tit. XXVII. *In causa*, ait, *adulterii dilatio postulata impartiri non potest.* In capitalibus certe causis, causa cognita reo tres dilationes, accusatori duas dari potuisse constat, *l. ult. D. de feriis*.

VIII.

MINORIBUS XXV. ANNIS, &c.

Lex Julia specialiter quosdam adulterii accusare prohibebat, ut minores XXV. annis, *l. si maritus. §. lex Julia. D. de adulter.* Nec enim justus accusator visus est, qui nondum robustæ ætatis esset. Hoc vero in hac lege singulare est. Nam a cæteris vel capitalibus accusationibus minores non repelluntur, *l. qui cum natu. §. 1. D. de bon. libert.* Unde Macer, (*l. qui accusare. D. de accusatio.*) in iis, qui propter ætatem accusare non possunt, pupillum tantum numerat, id est, impuberem, qui nondum exacti consilii capax est. Cui tamen ex consilio tutorum patris mortem exequi, necnon de patris testamento agere permissum est, *l. 2. D. de accusatio.* Eum vero, qui puberem ætatem egressus judicium jam possit ad accusationem instituendam adhibere, in publicis quoque judiciis, nisi quæ lex nominatim refragetur, admitti constat. Sed enim alienam dumtaxat injuriam exequentes jure publico minores XXV. annis ex hac lege submoventur. Violatum vero suum matrimonium minor, non tantum jure viri, sed & extranei jure vindicare potest, *l. si maritus. §. lex Julia. D. de adult.* Nec enim ulla umquam præscriptio objicitur, suam injuriam exequenti. Ideoque & ex hac causa ad accusandum admittuntur, qui alias idonei accusatores non essent, *l. 1. l. hi tamen. D. de accusatio.* Eadem ratione violata virgo, injuriam suam assistentibus curatoribus sine metu præscriptionis persequetur, *§. lex Julia. d. l. si maritus.* Minorem XXV. annis hic accipimus etiam eum, qui annum vicesimumquintum ætatis agit, aliter atque in lege Ælia Sentia, in qua non tam minor XX. annis est qui supremum diem anni vigesimi agit, *l. 1. D. de manumissio.* Porro cæteri quoque, qui publico judicio accusare non possunt, & ab hac accusatione submoventur: quales sunt mulieres, servi, milites famosique homines, qui cum bestiis depugnandi causa in arenam intromissi sunt, quique artem ludicram vel lenocinium fecerint, calumniæve causa publico judicio sint damnati. Quos Ulpianus hac occasione libro secundo *de adulteriis* erat persecutus, *l. 4. D. de accusatio.*

IX.

SI SERVUS ADULTERII, &c.

Hoc capite nono legis Juliæ continebatur, *l. si postulaverit. §. ult. D. de adulter.* Possunt autem non liberi tantum homines, sed & servi, lege Julia accusari, *l. servos. D. de accusatio.* Nam & hi omnibus publicorum judiciorum legibus rei fiunt, quarum modo pœna in eos cadit, *l. hos accusare. §. omnibus. D. de accusatio.* Cujusmodi relegatio non sit, ab interpretibus dubitatur, servorum certe pœnis eam convenire argumento est, quod hac lege postulantur, cujus pœnam relegationem esse, tam certum est, quam quod certissimum. Et relegatione servos, qui domini auctoritate sepulchra violaverint, Constantinus plectit, *l. 2. C. de sepul. viol.* Unus creditur Venulejus, (*d. l. hos accusare. §. omnibus.*) dissentire: qui tamen cæteris consentiet, si ejus verba hæc, *Vel capitis pœna, quæ servorum pœnis non convenit, sicut relegatio*, sic cum Joanne antiquo interprete accipias, sicut relegatio scilicet convenit. Et ita sæpe vox *Sicut* oppositam præcedentibus sententiam significat, *l. 2. in fi. D. pro soluto. l. & non tantum. in fin. D. de pet. hered.* Exemplum vere capitis pœnæ, quæ servis non convenit, deportationem afferri posse existimo. Nam & ultimo supplicio plecti, & in metallum, vel in opus metalli, vel in ludum venatorium, vel ad bestias dari solitos servos exploratum est, *l. aut damnum. §. ult. D. de pœn.* Paul. lib. V. *Sentent.* tit. IV. ad fin. non tamen in opus publicum perpetuum vel temporarium dari, *l. servus. D. de pœn.* Sed nec deportari idcirco credo, quod ea pœna libertate retenta civitatem adimat, quod in persona servi non consistit. Itaque ubi liberis hominibus deportatio legibus infligitur, ibi in servos ultimum supplicium constitui animadvertas, *l. 1. §. ult. D. ad l. Corn. de fals. §. item. lex Cornelia. Instit. de public. judic.* ut in legibus Corneliis, *de falsis, sicariis, & veneficis*. Eadem autem sollemnia in servorum, quæ in liberorum hominum accusatione implenda sunt, *l. si quis servos. C. de adulter. l. hos accusare. §. si servus. D. de accusatio.* Itaque & inscriptio præcedere debet, & ordine judicium peragi, perinde ac si liber homo in judicium, crimenque vocaretur: & qui liberorum hominum idonei accusatores non sunt, nec servorum erunt. Hoc tantum interest, quod & de servo adulterii accusato quæstio, si hoc accusator desideret, habetur: quo casu servum æstimari lex vult, & duplum ei dari, ad quem ea res pertinet. Quibus verbis non domini tantum, sed & hi qui a non domino bona fide emerint, creditoresque qui pignori acceperint, continentur, *l. si postulaverit. D. de adult.* Nam horum quoque interest, quæstionem non haberi. Quod si ususfructus in servo alienus sit, inter dominum & fructuarium æstimatio dividetur, & si communis plurium erit, inter eos quoque æstimatio erit dividenda. Verum si liber homo, qui bona fide serviat, tortus sit, cui ista pœna præstanda sit, videamus. Et magis est, quemadmodum Sex. Cæcilius probat, ut utilis actio ipsi adversus eum, qui per calumniam appetit, detur, ne impunita sit calumnia ejus ob hoc quod liberum hominem quasi servum deduxit in quæstionem. Et ad hoc caput referenda est illa Papinia lex, *l. ult. D. de calumniatorib.* quæ ex ejus lib. XI. *de adulteriis*. in tit. *de calumniatoribus*, est translata. *De servo* qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur: quo absoluto in duplum pretium accusator domino damnatur: sed & citra pretii æstimationem quæritur de calumnia ejus: separatum est etenim calumniæ crimen a damno, quod in servo propter quæstionem domino datum est. Huc pertinet & illud Diocletiani sub eodem titulo collocatum rescriptum, *l. dominis. C. de calumn. Dominis servorum per accusatori calumniam tortorum adversus eum pœna dupli lege Julia providetur.* Duplum autem hoc condictione ex lege Julia descendente petitur, *l. quod ex his. D. de adulter.* Estque hoc appositissimum condictionis ex lege exemplum, *l. un. D. de condict. ex l.* Quando autem & hoc & superiori septimo capite de adulterii reis diximus, videamus, si magistratus, aut is qui in honore publicove ministerio sit, adulterium commisisse dicatur, an accusari possit. Et certum est, *l. hos accusare. D. de accusat.* quamdiu in magistratu, potestateve est, accusari eum non licere: sed differri ejus accusationem, & cautione judicio sistendi causa promitti, *l. si adulterium. in fi. D. de adult.* in finem honoris, ut in aliis causis fieri assolet, *l. 2. §. sed si dubitetur. D. de judic.* Non erit etiam ab hoc loco alienum, quæ fuerit in adulterii quæstione libellorum accusatoriorum, *l. denuntiasse. D. ad l. Jul.*

de adulter. conceptio, exponere. Eam talem fuisse accepimus, ut die & consule præposito scriberetur, apud illum prætorem vel proconsulem L. Titius professus est se Mæviam lege Julia ream deferre, quod dicat eam cum C. Seio in civitate illa, domo illa, mense illo, consulibus illis, adulterium commisisse. Utique enim & locus designandus erat, in quo adulterium commissum esset, & persona cum qua admissum diceretur, & mensis. Idque lege publicorum judiciorum cautum: generaliterque omnibus qui aliquem deferrent, præceptum Ulpianus scribit, *l. libellorum D. de accusat.* Quod si libelli legitime ordinati non essent, & aliquid circa inscriptionem erratum esset, causa criminis abolebatur. Emendare tamen libellum si tempora largiebantur, vel ex integro reum repetere licebat, *l. accusaturus. D. de adulter. d. l. libellorum*

X.

QUI POST MARITUM, &c.

Lege Julia hoc expressum fuisse Ulpianus testis est, *l. 2. §. ult. D. de adult.* quod & in aliis publicis judiciis servatur, quibus cum experiri cuilibet liceat, si plures existant qui accusare velint, eliget judex eum, qui accuset causa cognita, æstimatis accusatorum personis ex dignitate, vel ex eo quod accusantium interest, vel ætate, vel moribus, vel alia justa de causa, *l. si plures. D. de accusat.* Erat olim de accusatore constituendo proprium proditum judicium, quemadmodum Quintilianus, *lib.* III. *cap.* X. *& lib.* VII. *cap.* IV. & Gellius, *lib.* II. *cap.* IV. declarant, quod divinatio appellabatur. Cujus judicii & Cælius, lib. VIII. *Epistol.* Cic epist. CXLII. meminit. Eoque in genere Ciceronis prima *in Verrem* actio versatur. Publicorum vero judiciorum exemplo etiam illud in popularibus actionibus sequimur, *l. 2. D. de popularib. actio.* ut ex pluribus desiderantibus, eæ actiones vel idoneioribus, vel quorum intersit potissimum, dentur: quod in actione de sepulchro violato, *l. 3. §. 1. D. de sepul. viol.* & in actione de effusis & dejectis, *l. 5. §. 1. D. de his qui dejecere*, prætoris edicto expressum est. Ait lex, CONSTITUITO. Statuet vero causa cognita comparatis eorum, qui ad accusationem pariter accedunt, moribus, ætatibus, & cujus magis intersit, *arg. l. 3. §. si tamen plures. D. de lib. hom. exhib.* Præferentur vero primum qui adulteram consanguinitate, vel adfinitate contingunt, & inter extraneos, qui idoneiores erunt: quique fide, dignitate, industria, diligentia, consilio præstabunt. Quæ in accusatorum delectu habendo dispicienda esse Cicero in *divinationis* peroratione, & Quintilianus *lib.* VII. *cap.* IV. ostendunt.

XI.

REOS ADULTERII, &c.

Adulterum & adulteram eodem tempore & ex eadem causa reos fieri lex vetat, *l. 8. C. de adulter.* sed utrosque ordine peragi præcipit. Itaque nec ab extraneo, nec a marito simul eodemque libello postulari possunt: & qui utrumque simul detulerit, nihil aget, propterea quod eam accusationem lex valere non patitur, *l. vim passam. §. duos. D. de adulter.* Poterit igitur quasi neutrum detulerit, rursus a quo velit, initium facere, *l. si maritus. in fin. D. de adulter.* Quamquam autem inutilis sit hujusmodi delatio, tamen in utriusque persona necessaria est abolitio, ne in Turpillianum incidat, qui ab ea accusatione desistet. Qualiscumque enim accusatio illata cognoscentis auctoritate, non accusantis voluntate aboleri debet, *l. 1. §. accusationem. D. ad Turpillia.* Cæterum de adulterio tantum lex loquitur: nam incesti commune crimen adversus duos simul intentari potest, *l. qui pupillam. in fin. l. vim passam. §. pen. D. de adulter.* quod in adulterio ne liceret, specialiter lege prohiberi necesse fuit. Vetat autem lex ab eodem simul virum & mulierem postulari: a diversis vero singuli simul postulari possunt, *l. 17. §. quæritur. D. eo tit.* dum si ante denuntiationem nupserit mulier, prior accusari non possit. Sed nec quicquam prohibet simul cum adultero, vel adultera eum quoque accusare, qui domum suam præbuit, vel consilio fuerit, ut crimen redimeretur, *l. nihil in fi. D. ad leg. Jul. de adulter.*

XII.

SI MULIER, &c.

Ordo lege Julia in adulterii accusatione præscriptus, l. 8. *C. de adulter.* hic est, ut si mulier ante denuntiationem nupserit, ab adultero necesse habeat accusator incipere, nec alias ab muliere pervenire possit, quam si reum peregerit, *l. 2. D. de adulter.* Et hoc est quod Imp. Gordianus ait, *l. si dum. C. eo. tit. Neque enim ab ea quæ jam nupta est, & adulterium passa, exordium accusationis sumi potest, si denuntiatio criminis nuptias non præcessit.* Competet ergo mulieri ante denuntiationem nuptæ, si prior postuletur, ex lege Julia præscriptio. Atque ita interpretari possumus quod ab Ulpiano, *l. servos in fi. D. de accusatio.* scriptum est: *Cæterum juste mulier nupta præscriptione utetur.* Sed ea uti plane, antequam inter reas recipiatur, debet. Nam ex lege Julia descendentes præscriptiones ante tractari solent, quam inter reos quis recipiatur, *l. si maritus. §. præscriptiones. D. de adulter.* Recepti vero inter reos, Asconio auctore *in Verrin.* tum intelliguntur, cum apud Prætorem legibus interrogati crimen negarunt, accusatorique a magistratu inquirendorum criminum dies datus est. Porro nec si mulier ei qui in suspicionem adulterii incidit nupsisse dicatur, ante accusari poterit quam adulter fuerit convictus, ne bene concordatum matrimonium turbetur, *l. miles. §. licet. D. eo.* Qua de causa prius in adulterum quæri, quam in nuptam mulierem, lex voluit, nec nisi illo damnato, hanc inquietari. Cujus legis beneficio ut juvarentur mulieres, statim atque a viris repudiatæ adulterii causa fuerant, aliis se in matrimonium inhibendæ accusationis adulterii causa dabant. Hinc illud Martialis, *lib.* VI. *epigram.* XXII.

Quod nubis, Proculina, concubino,
Et mœchum modo nunc facis maritum,
Ne lex Julia te notare possit:
Non nubis, Proculina, sed fateris.

Plerumque vero mœchis suis nubebant: quæ res tamen eas accusationi non subtrahebat. Nam ut est rescriptum, *l. 27. C. de adulter.* commissum ante adulterium cum eo, cui se postea nuptiis sociavit, velamento matrimonii non extinguitur. Quinimmo hoc pro clarissimo ante commissæ turpitudinis judicio argumentoque Martialis sumit, *lib.* I. *epigram.* LXXV.

Mœchus erat: poteras tamen hoc tu Paula negare.
Ecce vir est: nunquid Paula negare potes?

Ait lex PEREGERIT. Agere reum, est accusare & postulare. Ovidius, lib. I. *Amor.*

Egit me lachrymis ore silente reum.

Pera-

A Peragere, est ad exitum accusationem perducere. Tacitus *Ann.* lib. IV. *Cæterorum, quæ multa cumulabantur, receptus est reus, neque peractus ob mortem opportunam*. Valerius Maximus: *Duos sustinuit reos, eorumque alterum lege peregit, alterum professione qua solum poterat*. Peregisse autem hic alias non videtur, nisi condemnaverit, *l.* 1. *D. de adulter.* Nam si perlata accusatione adulter absolutus sit, mulier secura esse jubetur. Ita sit, ut adultero absoluto, mulier per eum vincat: damnato eo, non tamen mulier damnata sit, sed agat causam suam, ut obtinere fortassis vel gratia, vel justitia, vel legis auxilio possit, *l. denuntiasse*. *§. ult. D. eod.* Porro hoc caput Diocletiano & B Maximiano displicet, qui etiam ab ea, quæ ante denuntiationem nupserit, accusationem exordiri permittunt, *l. ita nobis. C. eo. tit.*

XIII.

ADULTERO ABSOLUTO, QUÆ NUPSIT, &c.

Si adulter absolutus sit, nupta mulier per eum vincet, nec ultra accusari poterit, non tantum ab eo qui adulterum accusaverit, sed nec ab alio qui-C dem. Proinde si per collusionem cum adultero constiterit, isque absolutus fuerit, dabit mulieri nuptæ adversus omnes securitatem, *l.* 19. *§. ult. D. de adulter.* Atque hoc singulari jure, (*l.* 3. *D. de prævarica. l. si cui crimen. §.* 1. *D. de accusat.*) in hac causa ex lege Julia servatur. Eam vero demum lex adultero absoluto tuetur, quæ nupta est eo tempore, quo adulter est accusatus. Nam si cum mulier vidua esset, adulter electus sit, licet tempore absolutionis nupta inveniatur, tamen accusari poterit. Sed etsi nupta esse desierit, jure accusabitur. Neque enim aliam lex tuetur, quam D nuptam, quamdiu nupta est, *l. adult. in fi. D. de adulter.* Porro quamvis adulter diem suum obierit, constitutum est tamen nihilominus mulierem sine ulla præscriptione accusari posse. Mariti quoque mors, quominus ab alio mulier adulterii postuletur, non impedit, *l. miles. §. defunct. D. de adulter.* Idemque servabitur, etsi non mors, sed pœna alia eas personas subtraxerit.

XIV.

SI VIR, QUI UXORI, &c.

E Ita demum ne secum prius, quam cum adultero agatur, nupta mulier jure recusat, si ante denuntiationem nupserit. Sin autem postquam ei maritus, vel extraneus denuntiasset, nupserit, ab ea incipi potest, *l. qui uxori. D. de adult.* Denuntiasse accepimus non tantum si ad judicem denuntiaverint, sed & si adulterii se acturos extra judicium denuntiaverint, *l. denuntiasse. D. eo tit.* Quod si non quidem denuntiaverint, verum libellos accusatorios dederint antequam mulier nuberet, eaque cum id cognovisset, nupserit, putat Ulpianus, *d. l. denuntiasse*, non videri denuntiatum, & idcirco non posse accusatorem ab ea incipere. A-F dulterii certe commemorationem quoquo modo fecisse in denuntiatione satis est, etsi judex non sit monstratus. Ac vel per procuratorem, aut servum actorem facta denuntiatio valet. Rata est ad domum facta denuntiatio, *l.* 39. *§. nupta. D. eo. tit.* Nam ad domum utiliter denuntiatur, *l.* 1 *§.* 1. *D. de lib. agnosc. l.* 4. *§. totiens. D. de damno infect.* cum ejus copiam non habemus, quam convenire volumus. Sed si specialiter eum, cum quo adulterium mulier fecerit, denuntiatione complexus, velit eam ex alterius persona accusare non audietur. Neque enim crimen quod denuntiavit, objicit.

XV.

SI VIDUA SIT, DE CUJUS ADULTERIO, &c.

Aperte hoc lege Julia cautum fuisse Julianus scribit, *l. nuptam. D. de adulter.* Itaque quamdiu in viduitate mulier perseverat, quæ adulterium commisisse dicitur, in accusatoris arbitrio est, utrum ab adultero, an ab adultera incipiat, *l. si maritus. §. penult. D. de adulter.* Sic erit electioni locus, poteritque, qui adulterum elegerit, ad mulierem etiam absoluto adultero redire, quæ lege in hoc casu juvari non potest, quando eo tempore, quo adulter electus est, nupta non fuerit. Plane in viduæ filiæ accusatione pater extraneo prævenienti non præferetur, *l. nec in ea lege. §.* 1. *D. eo.* Illud sciendum est, quod a Paulo libro primo *de adulteriis* refertur, *l.* 8. *D. de vent. in poss. mitt.* si ventris nomine mulier in possessionem missa sit, differendam adulterii accusationem esse, ne præjudicium fiat ei, qui in utero est. Propter impuberem certe filium mulier dilationem ab accusatore non impetrabit, *l. miles. §. defuncto. D. de adulter.* Hæc enim quæstio ad Carbonianum non pertinet: quandoquidem statui infantis nihil præjudicat, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse.

XVI.

QUI DOMUM SUAM PRÆBUERIT, &c.

Præter stupra atque adulteria, etiam quædam alia crimina lege Julia vindicantur, *l. auxilium. in fi. D. de minorib. l.* 3. *§ sed etsi D. de accusatio.* Veluti si domum suam præbuerit quis, ut stuprum materfamilias pateretur, aut pro comperto stupro pretium acceperit, quorum utrumque pro adulterio eadem lex punit. Sed de posteriore erit sequenti capite dicendi locus: prius illud nunc explicandum. Sciendum est autem non omnia in universum lenocinia lege Julia coerceri: sed nec ulla alia lege in lenones animadvertebatur: tantum prætoris edicto eos infamia comitabatur, *l.* 1. & *l.* 4. *§. ait prætor. D. de not. infam.* Primus, quemadmodum existimo, Justinianus lenones esse prohibuit: quod & a Procopio relatum est, & Novellis ejusdem principis constitutionibus continetur, *Nov. de lenonibus tollend.* Plane eos, qui adulterantes domo excipiunt, lex Julia merito adulterii pœnis subjacere voluit, quando sine talium susceptorum opera nec facile admitti adulteria, nec admissa latere possent. Eodem enim modo & receptatores pari cum delinquentibus pœna puniuntur, *l.* 1. *D. de receptato.* Ait autem lex, QUI DOMUM, quæ verba ad utrumque sexum pertinent. Mulier itaque hoc capite, quod domum suam præbuerit, tenebitur, *l. materfam. §.* 1. *D. de adulter.* Domus appellatione habitationem quoque significamus, *l. qui domum in fin. D. eo.* ut in capite tertio plenius exposuimus. Tenetur autem & qui amici domum præbuit, & qui in agro balineove stuprum fieri præbuerit, *l. & si amici. D. eo tit.* Sed & si in domum aliquam fuerint soliti convenire ad tractandum de adulterio, & si eo loco nihil admissum fuerit, verumtamen videtur is domum, ut stuprum fieret, præbuisse, quoniam sine colloquio illo adulterium non committeretur. Mater autem familias significatur non tantum

nupta, ſed etiam vidua, *l. mater. D. eod.* quamquam proprie materfamilias non poſſit appellari, quæ vidua eſt, ut nec ea, quæ ſine filiis eſt, quemadmodum Sextus Pomp. *lib.* XI. ſcribit.

XVII.

QUI PRO COMPERTO STUPRO, &c.

Qui ne deprehenſos in adulterio ſtuprove prodat, pecuniam acceperit, lenocinii crimine lege Julia tenetur. Vnde Paulus, *Iſti quidem*,) inquit, *l. iſti quidem. D. quod met. cauſ.*) *& in legem Juliam incidunt, qui quid pro comperto ſtupro acceperunt.* Et hoc quoque pro adulterio eadem lege puniri Tryphoninus ſcribit, *l. auxilium. in fi. D. de minorib.* Nec intereſt, utrum maritus ſit, qui acceperit, an alius quilibet. Quicumque enim ob conſcientiam ſtupri aliquid acceperit, ex hac parte plectitur. Cæterum ſi gratis quis remiſerit, ad legem non pertinet, *l. mariti. §. plectitur. D. de adult.* Eveniebat porro plerumque, ut in adulterio deprehenſi ſe ob vinculorum vel mortis metum redimerent, maritis commodum pecuniæ matrimonii vindictæ præferentibus. Quo nomine maritum quendam Auſonius notat:

Semivir uxorem duxiſti Zoile mœcham.
O quantus fiet quæſtus utriumque tibi!
Cum dabit uxori molitor tuus, & tibi adulter,
Quantum deprenſi damna pudoris emunt.

Hoc vero lenocinio proximum eſt. Ideoque adulterii pœna merito coercetur. Cui & illi ſubjacent, quorum ope conſilioque factum eſt, ut vir feminave in adulterio deprehenſi, pecunia, aliave qua pactione ſe redimerent, *l. is cujus. D. de adulter.* Illud ex mente legis quæri poteſt, an eadem pœna damnentur, qui cum adulteris paciſcuntur: & de his nihil lege Julia aperte cautum eſt. Sed nec hoc capite legis apprehendi eos manifeſte Reſcripto Alexandri *ad Demetrianum* declaratur, in quo ſeparata eorum cauſa conſtituitur, qui de adulterio uxoris paciſcuntur, & qui pro comperto ſtupro pretium accipiunt. Verba Reſcripti ita ſe habent, *l. de crimine. C. de adulter. De crimine adulterii paciſci non licet: & par delictum eſt accuſatoris prævaricatoris & refugientis veritatis inquiſitionem. Qui autem pretium pro comperto ſtupro acceperit, pœna legis de adulteriis tenetur.* Paciſci hic, quemadmodum & in Edicto de notatis infamia, *l. 1. & l. 6. §. pactus. D. de not. infam. l. non damnatos. C. ex quib. cauſ. infam.* accipimus eum, qui cum pretio quantocumque paciſcitur, ſive pecuniam, ſive quid aliud pro pecunia acceperit. Veluti ſi obligatione ſit liberatus, *arg. l. 2. D. de calumn.* aut aliquid apud eum ex ea cauſa remanſerit. Non enim pretio vel modico accepto accuſationem omittere licet. Injuriam vero ſuam gratis remittere nemo prohibetur, *l. mariti. §. plectitur. D. de adult.* Nec enim veniæ datione interdicitur, ſed ſordidis pactionibus: proinde nec qui precibus exoratus vindictam doloris ſui omiſit, nec qui precibus impetravit ne ſecum ageretur, illicitam rem feciſſe judicantur, contra quam ſi de crimine, aliquo dato turpiter pacti ſint. Hi enim ex Senatuſconſulto pœna *l. Corneliæ de falſis* tenentur: Quod de iis quidem, qui ob non inſtituendam accuſationem pecuniam acceperint, expreſſum eſt, *l. ult. D. de concuſſio.* Eandem vero reis qui delatores redemerint, etiam pœnam imminere quaſi convictis exiſtimo: & hoc ipſum Senatuſconſultum ab Ulpiano ſignificari, cum ait, *l. ult. D. de prævaricato. l. 4. D. de jur. fiſc. In omnibus cauſis præterquam in ſanguine, qui delatorem corruperit pro convicto ex Senatuſconſulto habetur:* idcirco autem (præterquam in ſanguine) quoniam in his criminibus, quæ pœnam mortis continent, ſanguinis redimendi cauſa qualicumque pactione ſe ab adverſario liberare principalibus conſtitutionibus benigne eſt permiſſum, *l. 1. D. de bon. damnat.* at in iis, etiamſi publicis judiciis, ex quibus vita in diſcrimen non vocatur, paciſcentes ex Senatuſconſulto falſi rei ſunt. Et hoc eſt, quod a Diocletiano ſcriptum eſt, *l. transfigere. C. de tranſactio. In aliis autem publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licet citra falſi accuſationem.* Inſcite enim faciunt interpretes, qui ea verba ſic accipiunt, quaſi in omnibus publicis judiciis, quibus pœna mors non eſt, tranſigere non liceat, excepto falſi crimine. Quorum errorem particulæ ipſius, *Citra*, vis ſatis convincit. Nec vero quicquam habent, quo probent de falſo tranſigi licere, cum falſi pœna, non mors, ſed deportatio fuerit. Nam Valeriani & Gallieni Conſtitutio, *l. ipſe. C. ad leg. Corn. de falſ.* qua illi utuntur, ſuper inſtrumento, cujus fides in dubium veniebat, non ſuper falſi crimine tranſactione factam approbat. Et hoc ait, vix eſſe, ut falſum accuſare permittatur id inſtrumentum, cui quis tranſactione acquieverit, licet ſuſpectam fidem ejus tunc temporis haberet. Quod tamen etiam poſtea Impp. Leo & Anthemius permiſiſſe videntur, *l. ſi ex falſis. C. de tranſactio.* Diocletiani vero ea proculdubio ſententia eſt, ſine metu accuſationis falſi tranſigi de his criminibus non poſſe, quæ ultimo ſupplicio non vindicantur. Et ideo militem, qui cum adultero uxoris ſuæ pactus ſit, ſacramento ſolvi deportarique debere Papinianus ſcribit, *l. miles. D. de adult.* quæ utique falſi pœna eſt. Illud mihi permirum videtur, quod Diocletiani Conſtitutionis initio, *d. l. tranſigere*, ſcriptum eſt: *Tranſigere vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt.* Nam in numerum capitalium criminum adulterium non venit, cujus pœna ex Conſtantini demum Conſtitutione, qui longo intervallo Diocletianum ſecutus eſt, capitalis eſſe cœpit. Itaque nec dubitabit, qui penitus perſpexerit, quin ea verba Triboniani ſint, non Diocletiani. Plane qui ab inſtituta jam accuſationis executione pacto deſiſtunt, ex Turpilliano plecti eos non dubium eſt, *l. pen. C. ad Turp. l. ſervi. in fi. C. de adulter.* Enimvero in fiſcalibus cauſis, ut pro convictis habeantur, qui delatorem corruperint, *l. 4. D. de jur. fiſc.* nominatim dicitur eſſe conſtitutum, *l. ejus. D. de jur. fiſc.* Conſtitutum vero eſt a Severo, & Anton. Imperatoribus, quorum Reſcriptum extat, *l. Imperatores. D. eo. tit.* Reliquum eſt, ut quæramus, an ſuperioribus cauſis dati repetitio competat. Repetitioni quidem ejus, quod tranſigendi cauſa datum fuerit, regula juris adverſatur, quæ in pari cauſa turpitudinis potiorem eum eſſe definit, qui tenet, *l. in pari. D. de reg. jur.* Quod ſi turpitudo ex ejus dumtaxat, qui acceperit, parte verſetur, veluti ſi innocens veritus, ne adverſarii potentiæ ſuccumberet, quid dederit, repetitionem aditus præſes dabit: quemadmodum a Diocletiano reſcriptum eſt, *l. ſervi. C. de adult.* Sed etſi turpitudo ſubſit, ſi tamen cauta tantum, non etiam numerata pecunia fuerit, adverſus petentem exceptio competit: aut ſi hoc prætori liqueat, actio denegatur, *l. 9. C. de contrah. ſtip. l. mercale. C. de condic. ob turp. cauſ.* Secundum hæc ſi quis in adulterio deprehenſus redemerit ſe, condictio quidem quaſi ob turpem cauſam dati ceſſat, *l. 4. D. de condictio. ob turp. cauſ.* Utriuſque enim turpitudo verſatur. Cæterum quod datum eſt, tamquam juſto metu

extortum restitui prætor curat, *l. 7. §. ult. & l. seq. D. de eo quod met. causa*. Nam & gestum est malo more, & prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit, sed hoc solum quod hic accipit metu mortis illato. Tenetur & hac lege, qui ex adulterio uxoris suæ quæstum fecerit. Nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in uxore exercet, & ideo adulterorum pœnis subjicitur, *l. auxilium in fi. D. de minorib.* Quæstum autem ex adulterio uxoris suæ facere intelligitur, qui quid accipit, ut uxor adulteretur meretricio quodam genere: quod si patiatur uxorem delinquere, non ob quæstum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem, extra legem positus videtur, *l. 29. §. quæstum. D. de adult.* Quamquam in lenocinii suspicionem nimia mariti patientia cadat, Ovidius I. *Amor.* eleg. ult. Hoc autem capite etiam mulier, quæ ex adulterio viri quæstum fecerit, tenetur, *l. si quis adulterium in fi. D. de adulter.*

XVIII.

DAMNATAM ADULTERII, &c.

Qui adulterii damnatam sciens uxorem duxerit, lege Julia pro adultero punitur, *l. 29. §. 1. D. de adult. l. 9. C. eo. l. auxilium. D. de minorib.* Quod an ad stuprum porrigatur, quæri potest: & magis est, ut stupri quoque damnata duci non possit. Quamobrem qui adulterii stuprique damnatas repudiaverint, cum per legem hujusmodi uxores habere vetarentur, causam dissidii præstitisse non videbuntur: quinimmo ita jus tractabitur, quasi culpa mulierum facto divortio, *l. miles. §. ult. D. de adulter.* Nec damnatas modo, sed nec reas quidem factas ante damnationem vivente marito uxores duci posse obtinuit, *l. reas. D. de rit. nupt.* Quod sic accipiendum est, si inter reas recepta mulier fuerit. Nam si se adulterii acturum dumtaxat maritus minatus esset, nihil impediret, quominus ei, quem maritus suspectum habuisset, mulier recte nuberet, *l. quæsitum. D. de adulter.* Eodem autem modo & maritus adulterii damnatam reamve factam uxorem reducere prohibetur, *l. 9. C. eo. tit.* narratque Suetonius Domitianum judicum albo equitem Romanum erasisse ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, in *Domitiano* cap. VIII. Plane ream adulterii, quam vir jure mariti, vel extranei postulaverit, non prohibetur (*l. 34. §. 1. D. de ritu nupt* post abolitionem uxorem denuo ducere. Abolitione enim causa criminis extinguitur, nomenque rei eximitur, *l. si interveniente D. ad Turpil.* Itaque perinde atque si delata de adulterio mulier non esset, post abolitionem jure contractum matrimonium existimatur. Sed & sine legis Juliæ metu revocare uxorem in matrimonium maritus potest, *l. 17. C. de adulter.* si nihil amplius, quam libellos accusationis attulerit. Is enim in legem tantum committit, qui publice de adulterio damnatam, vel inter reas jam receptam reducit. Rea autem solius libelli oblatione non fit. Enimvero cum Mævius quidam in adulterio Semproniæ damnatus, eandem Semproniam non damnatam duxisse uxorem proponeretur, Papinian. tale matrimonium non stare respondit, *l. Claudius. D. de his quæ ut indign.* Cæterum damnatas duci lex prohibet: in concubinatu vero haberi sine legis offensa, & sine stupri crimine possunt, *l. 1. §. qui autem. D. de concubin.* Sic & in ea provincia, in qua quis administrat, uxorem ducere non potest, concubinam habere potest, *l. ult. D. de concubin.* Item de damnatis lex loquitur: sed & in adulterio deprehensas

A ab ingenuis duci lex Julia de maritandis ordinibus prohibet, *l. palam. §. ult. D de ritu nupt.* Postremo hac lege hi demum tenentur; qui damnatas adulterii ducunt. Ex alia causa lege hac condemnatas puta, quia domum stupri faciendi causa præbuerint: qui ducunt, lege non plectuntur, *l. 29. §. quod ait lex. D. de adulter.*

XIX.

QUI DEPREHENSAM, &c.

Maritum lex Julia coercet, qui deprehensam in B adulterio uxorem retinuit, adulterumque dimisit, *l. 29. D. de adulter.* Hoc enim lenocinii (*l. 2. C. eo. tit.*) loco habet, eademque qua & adulterium, pœna persequitur, *l auxilium. in fi. D. de minor. l. 3. §. sed et si. de accus.* Et hoc Paulus libro secundo *Sententiarum* tit. XXVII. in hæc verba scribit: *Eum qui deprehensam in adulterio uxorem non statim dimisit, reum lenocinii postulari placuit.* Tantam enim mariti lenitatem, qui uxori matrimonium violanti non irascatur, adulterumque in ipsa turpitudine deprehensum non coerceat, non esse ferendam lex existimans, in lenocinii crimine jure C optimo ponit: quandoquidem aut lenonem esse, aut plane ferreum necesse est, cui scienti prudentique sine dolore tanta injuria infertur. Atque ita Claudium Gorgum clarissimum virum, cum deprehensam in adulterio uxorem retinuisse detectus esset, sine accusatore lenocinio damnatum Ulpianus refert, *l. 2. §. unde. D. de adult.* Nec vero reprehensione caruisse illam tribuni militum patientiam Plinius ait, lib. VI. epistol. XXXI. *ad Cornelian.* qui post delatum adulterum uxorem retinuerat, quasi contentus æmulum removisse. Sed enim lenocinii crimen hi demum contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem retinuerunt, non D etiam qui suspectam, neque tamen deprehensam, vel convictam habuerunt, *l. 2. C. de adulter.* Etenim ne aliqua incredibilitatis excusatione maritus defendi posset, in ipsa turpitudine deprehensum ab eo esse adulterum lex desiderat, ut sic excusare ignorantiam suam non possit, vel prætextu incredibilitatis patientiam adumbrare, *l. 29. D de adult.* Et hoc quoque a rege Rogerio in *Neapolitanis legibus* lib. III. tit. LXXVI. ita constituitur. Potest autem de Solonis legibus hoc caput translatum videri. Nam illic ita erat, apud Demost. κατὰ Νεαίρ. Ἐπειδὰν δὲ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. Enim- E vero hæc lenocinii ex lege Julia descendens accusatio, æque atque adulterii publica est, *l. constante. D. de adulter.* Omnino enim lenociniis eadem, quæ adulteriis, pœna statuitur, *l. 3. § sed & hi. D. de accusatio.* Sed ex his demum causis, quæ nominatim verbis legis comprehenduntur: videlicet, si maritus adulterum dimiserit, uxoremque deprehensam in adulterio retinuerit, pretiumve ob id acceperit, ut eam adulterari pateretur. Quibus veluti cancellis lenocinii crimen lex circumscripsit. Hoc meo judicio Ulpianus sensit, *l. 2. §. lenocinii. D. de adulter.* his verbis. *Lenocinii cri-* F *men lege Julia præscriptum est.* Lege enim definitæ sunt lenociniorum causæ, extra quas institui contra maritum ex lege accusatio non potest. *Itaque si quis uxorem suam,* (*d. §. lenocinii. & l. mariti. §. qui quæstum. D. eod. tit.* ponam enim ejusdem auctoris verba) *non ob quæstum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem delinquere patiatur, matrimoniumque suum contemnat, contaminationique non indignetur, ei pœna adulterii non infligitur.* Quæstionis est, an ab accusato adulterii possit marito lenocinii crimen re-

ferri. Placuit autem extraneum, postquam delatus est, lenocinium objicientem non audiri, uxorem audiri, *l. 2 § qui hoc dicit. D. de adult.* si eam maritus ream adulterii faciat, non quidem ut lenocinii allegatione ab accusatione maritum repellat, crimenque suum relevet. Constitutionibus enim observatur, ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur, *l. 5. D. de pub. judic.* Lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem excusat. Unde poterit, & is qui de adulterio cognoscit, in maritum ob lenocinium statuere, & vel sine accusatore, detectum lenocinium vindicare, *l. 2. §. unde D. de adulter.* Hoc amplius & adulterii crimen ab uxore accusata viro objici poterit, quamquam ei viri accusandi ex lege potestas non sit. Quod præter interpretum opinionem perspicue tamen Papinianus demonstrat, *l. 13. §. judex D. eod.* cum ait: *Judex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat, quæ res potest & virum damnare, non rem ob compensationem mutui criminis inter utrosque communicare.* Hoc vero ex Imperatoris Antonini Rescripto sumptum est, cujus particulam Beatus Augustinus libro secundo *de Adulter. conjug.* ad Pollentium ex Codice Gregoriano refert in hæc verba: *Sane meæ literæ nulla ex parte causæ præjudicabunt. Neque enim si penes te culpa fuit, ut matrimonium solveretur, & secundum legem Juliam uxor tua Euplasia nuberet, propter rescriptum meum adulterii damnata erit: sin constet esse commissum. Habebunt autem ante oculos inquirere, an cum tu publice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum enim mihi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exibet: quæ res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis, rem inter utrumque componere, vel causam facti tollere.* Quæ constitutio summam æquitatem religionemque habet, maritisque idem quod Lactantius præscribit, *l* VI. exemplo continentiæ docendas esse uxores ut se caste gerant. Iniquum est enim, ut id exigas quod ipse præstare non possis. Nam ut idem auctor alias post Quintilianum, in *Declamatio.* scribit, uxor ejus, qui circa corrumpendas alienas uxores occupatur, ex eo irritata, aut imitari se putat, aut vindicare. Atque hac excusatione adulterii crimen Clytæmnestra apud Euripidem deprecatur:

Ὅταν δ᾽ ὑπὸ τούτων ἁμαρτάνῃ πόσις
Τ᾽ ἄνδον παρώσας λέκτρα, μιμεῖσθαι θέλει
Γύνη τὸν ἄνδρα, χ᾽ ἄτερον κτᾶσθαι φίλον.

Hinc & Seneca *ad Lucilium*, epist. XCIV. *Improbus est, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum.* Æquum igitur est in adulterii quæstione mariti vitam in disquisitionem vocari, cujus vitio luxuriaque accensa uxor, injuriam se non tam facere, quam referre existimet. Verumtamen ex eo Antonini Rescripto, non bene meo quidem judicio Beatus Augustinus elicit, maritum uxorem de adulterii crimine accusare non sini, cui moribus suis castitatis exemplum non præbuerit. Neque enim lenocinii, vel incontinentiæ crimen maritum accusatione submovet, cum ex hac causa compensatio non admittatur, ut & ipsa Rescripti verba probant. Quanquam contradicere Scævola videatur, *l. cum mulier. D. soluto matrim.* cujus verba hæc sunt: *Cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur. Cur enim improbet maritus mores quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit? Si tamen ex mente legis sumet quis ut nec accusare possit qui lenocinium uxori præbuerit, audiendus est.* In cujus nodi dissolutione

A valde Accursius cum suis impeditus est, & excogitat inanes quasdam differentias, quasi in specie a Scævola proposita lenocinium ab eo, qui jam inter reos receptus esset, allegetur. Qua de re mirum in tota lege silentium. Tum vero de muliere loquitur, quæ etiam inter reas recepta, adulterii crimen referre potest, *l. 2. §. 1. D. de adult.* Quamobrem semper probavi opinionem existimantium de accusatione morum, quæ inter conjuges soluto matrimonio instituebatur, *l. 5. D. de pact. dotalib.* Scævolæ responsum accipiendum esse: cujus judicii hic exitus erat, ut alterutrius culpa divortium factum pronuntiaretur, *l. viro. D.*
B *solut. matr.* Plurimum enim ad dotis repetitionem intererat, bonane gratia, an alterius culpa matrimonium dissolutum esset, idque & in rei uxoriæ actione in quæstionem vocari solitum Quintilian. ipse prodidit, *lib.* VII. *c.* IV. propterea quod illo casu suum utrique conjugum salvum, atque imminutum jus manebat, *l. uxores in fin. D. de divort.* Hoc vero maritus quidem, qui propter graviores suos mores dissidii causam præstitisset, præsentem, atque integram dotem reddere cogebatur, Cic. in *Topic.* Ulpian. in *Institut. tit. de dotib.* quæ alioquin in diem tantum reddi debuisset. Mulier autem,
C cujus culpa divortium fieret, dotis parte multabatur. Morum enim ejus nomine, ut a Paulo, apud Boetium *in Top. Cic.* & Ulpiano in *Instit. de dot.* scriptum est, graviorum sextam in singulos liberos dotis partem maritus retinebat: Leviorum autem, octavam. Graviores mores adulteria tantum erant, leviores omnes reliqui. Eæque sunt retentiones, quas ex dote olim ob mores factas Justinianus indicat, *l. un. §. taceat. C. de rei uxor. actio.* Ex quo sequitur jure antiquo mulierem, cujus culpa matrimonium solutum esset, integræ dotis damnum non subiisse. Cæterum Theodosii Constitutione, *l. consensu. C. de repud.* quæ juri
D antiquo in hac parte, quantum existimo, derogat, mulier quæ culpas eadem lege definitas, quibus & alias tres præterea Justinianus adjunxit, *l. ult. C. de repud. Nov. de nupt.* contraxerit, totius dotis, donationisque propter nuptias amissione punitur: aut (quod est a Justiniano additum, *in d. l. ulti.*) si sine dote ducta sit, quartæ partis bonorum damnum sustinet. Unde fit, ut eos prudentum imperatorumque, qui Theodosium præcesserunt, locos, quibus culpa mulieris soluto matrimonio dotem apud virum remanere definitum est, (*l. 39. D sol. mat. l. miles. §. socer. D. de adulter. l. 24. C. de jur. dot.*) ausim dicere a Triboniano violatos esse,
E ut cum novissimis constitutionibus congruerent. Nam illo casu certissimum est jure antiquo dotis tantum partem mulieri periisse. Quod etiam, si mulier adulterata fuisset, servabatur: ex ea enim causa eas, quas mox diximus partes, maritus ex dote retinebat, vel judicio de moribus instituto auferebat, nisi si ipse quoque maritus impudice vivens exemplo suo ad peccandum mulierem induxisset, vel eam ob quæstum adulterari passus esset. Tunc enim mores accusare volens non audiebatur, quos vel jam ante corupisset, vel postea probasset. Idque ex mente legis sumi Scævola ait, quod &
F Papinianus his verbis significat, *in l. viro. D. sol. matr. Viro atque uxore mores invicem accusantibus causam divortii utrumque dedisse pronuntiatum est. Id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur. Paria enim delicta mutua pensatione dissolvuntur.* Multum ergo, ut hunc locum concludam, ab adulterii accusatione morum accusatio distat. Alterum enim publicum, alterum privatum judicium est: alterum, si a marito instituatur, lenocinii allegatione quasi compensatione mutui criminis excluditur, alterum

non item. De moribus autem actio, accusatio appellatur, *in d. l. viro.* & ideo nemini mirum videri debet, quod Scævola accusandi verbo utitur. Quin etiam heredi olim ea actio non dabatur, *l. rei judicatæ. §. ult. D sol. matr. Cod. Theod. lib.* III. *titul.* XII. denique & a Valentiniano in criminalibus actionibus numeratur, *l. 2. vict. civ. crim age. pos. Cod. Theod.* Abolita vero, & sublata est a Justiniano, *l. ult. C. de repud. l. un. §. taceat. D. de rei uxor. act.*

XX.

MULIERI ACCUSANDÆ, &c.

Sex mensium tempus ad accusandam mulierem lex constituit, *l. 29. §. præterea. D. de adulter.* ex quibus duo marito patrique jure privilegiario dantur, intra quos nulli accusandi facultas est, *l. 14. §. pen. D. de adulter.* dum illorum voluntas expectatur. Extraneis vero quatuor menses post patrem & maritum dantur & ipsis utiles, *l. 4. §. extraneis. D. de adult.* atque ita sex menses complentur. Nam sexaginta dies, quos marito atque patri lex præstituit, duos menses efficiunt: quamquam ubi lex duorum mensium facit mentionem, etiam qui sexagesimo & primo die venerit, audiatur, *l. ubi lex. D. de reg. jur.* Horum vero sex mensium ea fit separatio, (*l. 29. §. sex mensium. D. de adult.*) ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur, in vidua ex die commissi criminis. Post hoc vero tempus qui accusationem inferunt, præscriptione summoventur, *l. 1. §. accusationem. D. ad Turpillia.*

XXI.

ADULTERUM ADULTERAMVE, &c.

Adulteri intra quinquennium quod continuum numeratur, accusari etiam defuncta muliere possunt, *l. miles. §. adulterii. D. de adult.* post quinquennium non possunt, eaque præscriptio illis lege competit, *l. 1. §. accusationem. D ad Turpil l. 5. C. de adul.* Hoc vero quinquennium ex die commissi criminis computatur, & ipsi quandoque mulieri utile est. Nam si ex die divortii sexaginta tantum dies intercesserint, ex commissi vero criminis die quinquennium præterierit, mulier accusari non poterit: quoniam continui quinquennii lapsu crimen sopitum est, *l. 29. §. præterea. D. de adulter.* Non tantum autem adulterio, sed & cæteris criminibus, quæ pro adulterio lex vindicat, quinquennium præstitutum est, ut sive stuprum objiciatur, sive lenocinium, sive domus præbita arguatur, quinquennium observetur, *d. l. 29. §. hoc quinquennium.* Cæterum qui per vim stuprum intulerint, sine præfinitione temporis accusari possunt, cum raptus crimen legis Juliæ adulteriis potestatem excedat, & ad legem Juliam de vi pertineat, *l. 5. in fin. D. ad leg. Jul. de vi pub. ad l. 29. §. ult.* Præscriptione quoque quinque annorum crimen incesti adulterio conjunctum non excluditur, *l. 39. §. præscriptione. D. de adulter.* Incestus enim hac lege non coercetur, *l. de incesto. D. de quæstio.* Sed nec suppositi partus accusatio quinquennii præscriptione repellitur, *leg. 19. in fin. D. de fals.* Relinquitur igitur solis adulteriis, & stupris sine vi admissis, lenociniisque, quæ lege coercentur, quinquennii spatium computari. Cætera fere omnia crimina, quæ lege Julia non apprehenduntur, viginti annorum exceptione excluduntur, *l. querellam. C. de fal.* Quinquennium autem ex eo die accipiendum est, quo quid admissum esse dicitur,

A & ad eum diem quo quis postulatur, non ad eum diem, quo judicium de adulteriis exercetur, *l. 29. §. quinquennium. D. de adult.* Et quanquam continuo quinquennium numeretur, si tamen propter mulierem, quæ prior rea facta fuerit, adulter eodem tempore reus fieri non potuerit, & diu tracta lite quinquennium transierit, vel is qui intra quinquennium accusationem intulerat, reum non peregerit, vel prævaricatus sit, & alius eundem repetere velit, computationi quinquennii eximetur id tempus, quod per postulationem præcedentem consumptum est, *l. quinquennium D. de adult.* Ex his definire possumus præscriptiones ex lege Julia
B descendentes. Quarum una quinquennii est, altera sex mensium, *l. 5. C. de adult.* qua feminæ adulteræ accusatio excluditur, *l. 1. §. accusationem. D. ad Turpillia.* Altera est, qua utitur mulier nupta, ut ab adultero prius, quam a se incipiatur. Est & illa, quæ accusantem ideo repellit, quod minor viginti quinque annis sit. Quarum omnium præscriptionum illud commune est, quod ante tractari debent, quam inter reos quis recipiatur. Postea quam vero semel receptus est amplius objici non possunt, *l. 15. §. præscriptiones. D. de adult.*

C XXII.

DE SERVIS ANCILLISVE, &c.

Vetus juris constitutio est, in caput domini servos torqueri, vel de domino sine quæstione interrogari non posse. Id quod propter eam, quam dominis præstare servi debent, reverentiam, aut etiam propter innatum mancipiorum in dominos odium, quorum dicto periculosum videbatur domini salutem committi, more majorum comparatum fuit, quemadmodum Cicero *orat. pro rege Dejotaro* auctor est: vel, ut a Cicerone Tacitus, *libr* II.
D dissentiens scribit, Senatusconsulto vetere constitutum. In causa tamen fraudati census, læsæque majestatis, *l. 1. C. de quæst.* & adulterii, *l. 37. C. de adulter. l. 17. D. de quæstion.* propter criminum atrocitatem ab hac regula recessum fuit. Quibus & incestus crimen antiquitus annumerabatur. Sic enim Cicero *pro Milone:* De servis in dominum nulla quæstio est, nisi de incestu, ut fuit in Clodium. Idem in *Partitionib.* De nostrorum etiam prudentissimorum hominum institutis, qui cum de servis in dominos quæri noluissent, de incestu tamen & conjuratione, quæ facta me Consule est, quærendum putaverunt. Itaque cum M. Antonius clarissimus
E sui temporis orator incesti reus ageretur, in eo judicio servum ejus in quæstionem postulatum esse legimus, apud Valerium *libro* VI. *cap.* VIII. Hinc etiam incestus accusatam Minutiam Vestalem a Pontificibus jussam in potestate familiam habere Livius refert: quod in hac causa adversum eam quæstio de familia haberi poterat. Verumenimvero post legem Juliam, quæ in adulterii causa servorum adversus dominos quæstionem introduxit, factum est nescio quo modo, ut incestus crimen, quod ea lege comprehensum non erat, ex ea quoque legis severitate evolaret. Unde Ulpianus, *l. in incesto. D. de quæstion.* In incesto, ut Papinianus
F respondit, & est rescriptum, servorum tormenta cessant, quia & lex Julia cessat. Non aliter igitur hodie in dominorum personam in incestu servi torquentur, quam si adulterium incestui adjunctum sit, *l. si quis viduam. D. de quæst.* Sed nec in quæstione raptus stuprive de servis adversus dominum quæritur, *l. extrario. D. de quæst.* Quinetiam Aurelianum constituisse Trebellius Pollio scribit, ut ne in majestatis quidem causa servi in dominorum caput torquerentur. Igitur tum demum servorum

tormenta [illegible] habent, cum in nuptam adulterium [illegible] dicitur. Et ita cum Octaviæ Neroni uxori fictum adulterii cum servo [illegible] crimen objiceretur, actas ob id de ancillis ejus quæstiones, & vi tormentorum victas quasdam, ut falsa annuerent, Tacitus l. XIV. memorat. Torquentur vero primum servi ejus, qui quæve adulterii postulatur, sive proprietatem, sive nudam fructum habeant, l. [illegible] D. [illegible] adulte. Nam & fructuarii in servitute juste videntur, nec tam proprietatis causa ad quæstionem, quam [illegible] [illegible]. Ergo & [illegible] fide [illegible] alienum servat, interrogari eum posse per quæstionem [illegible]. Torquetur [illegible], cui fideicommissaria libertas debetur, l. [illegible] §. [illegible] D. de ad. [illegible] quod alias non [illegible] fieri solet. & ita demum, si aliorum quæsti[illegible] [illegible], l. 19. D. de quæst. Itaque etiam dominus a [illegible] occisus esse dicatur, ad ejus, cui fideicommissaria libertas relicta est, tormenta non esse [illegible] D. Pius rescripsit, l. 1 §. [illegible] D. [illegible] S. [illegible]. Plane statuliberos quæstioni postulari posse Paulus lib. II. de Adulter. scribit, l. 8. [illegible]. D. de quæst. Hi enim, quoad statutæ libertatis casus eveniat, tantisper heredis sunt, l. 9. D. de statulib. ac vel venundari ex sententia legis duodecim Tabularum, l. 25. D. de statulib. spe tamen retenta, possunt. Divus etiam Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit (l. 27. §. haberi. D. de adulter.) & de exteris servis quæstionem haberi. Servi quoque parentum ejus, de quo vel de qua quæritur, qui eis in usum concessi fuerint, quæstioni ex lege postulari possunt, d. l. 27. §. haberi. & l. 12. §. pater. D. qui & a quib. sed justorum demum parentum, l. 3. C. de adult. non naturalium. Non tantum marito, vel patre, sed & extraneo accusante, in caput dominorum servi torquentur, l. 17. D. [illegible]. Dat vero lex (l. 27 §. quæstioni. D. de adulter.) patronis servos, qui quæstioni subduntur, interrogandi potestatem. Quod ex more antiquo profectum Budæus annotat, quo a patronis causarum testes palam interrogari solebant, ut Quintilianus indicat, l. v. cap. VII. Quæstionis vero modum judices arbitrari oportere Ulpian. lib. III. de Adulter. scribit, l. 7. D. de quæstio. atque ita quæstionem habere, ut servus salvus sit vel innocentiæ, vel supplicio.

XXIV.

SERVUS DE QUO QUÆSTIO, &c.

Jubet lex eos servos, qui quæstioni suppositi fuerint, publicari, l. 27. §. jubet. D. de adulter. ne in potestatem dominorum revertantur. Ratio autem publicandorum servorum ea est, ut sine ullo metu verum dicant, & ne dum timent se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quæstione. Non tamen ante quam quæstio habita fuerit, publicantur: sed sive accusaverint, sive negaverint, nihilominus publicantur, ne spe meriti collocandi in eum, cujus in potestatem reversuri sunt, in mendacio perseverent. Ex quo intelligimus eos dumtaxat servos publicari, quorum dominium vel ad reum vel ad accusatorem pertineat. Nam alienos servos cur publicemus, causa nulla est, in d. §. jubet. Hanc autem servorum publicationem, ut ne majorum instituta offenderentur, quibus torquere in caput dominorum servi vetantur, remedii loco ab Augusto inventam Dion ita scribit, lib. LV. Ὅτι δὲ [illegible] ... [illegible]. Idemque postea quotiens adversus dominos servi torquendi erant,

A usurpatum Corn. Tacit. lib. 2. Annal. indicat. Et quia, inquit, [illegible] quæstio in caput domini [illegible], callidus, & novi juris repertor Tiberius, man. [illegible] actori publico [illegible] jubet, [illegible] Senatusconsulto quæreretur. Idem ibid. lib. III. [illegible] Syllani, ut tormentis [illegible], actor publicus [illegible]. Quamquam nec hoc posterioribus temporibus placuisse videatur, cum Jureconsulti definiant (l. [illegible] D. de [illegible]) servum in caput ejus domini, a quo alienatus est, cui-

B que aliquando servivit, in memoriam prioris domini interrogari non posse. Illud etiam lege comprehensum erat, l. 27. §. [illegible] D. de adult. ut absoluto reo, servorum æstimatione inita, sive mortui essent, quantæ pecuniæ fuerant ante quæstionem: sive salvi essent, quantæ pecuniæ in his damnum [illegible], condemnatio fieret. Idcirco caveri de servorum damno ei, ad quem ea res pertinebat, [illegible] erat. idemque generaliter observatum, quotiens alieni servi in quæstionem postulabantur, Paulus in libro Sentent. lib. v. tit XVIII & Modestinus l. certo. D. de quæst. tradunt. Hinc & alias servum quæstionis habendæ causa æstimatum da-

C tum legimus, l. 8. D. de [illegible] verb. Atque huc transferendum est illud Papiniani, l. patre. D. de quæstio. Patre, vel marito de adulterio agente, & postulantibus de servis rei, ut quæstio habeatur, se vere causa perorata testibus probatis, absolutio secuta fuerit, mancipiorum, quæ mortua sunt, æstimatio habetur. Secuta vero damnatione quæ supersunt, publicantur. Simplum autem, quod ex hoc capite descendit, condictione ex lege petetur, l. 28. D. de adulter.

D

XXVI.

SERVI, QUI QUÆSTIONI, &c.

Prospexit legislator ne mancipia quæstioni subducantur, dum intra sexagesimum diem ex die divortii numerandum eos manumitti prohibet, leg. [illegible] D. qui & a quib. l. 3. C. de adulter. Manumissione enim libertatem adepti jam in aliorum caput torqueri non poterant, l. 1. §. servus. l. si quis ne. D. de quæstio. Ideo & in cæteris causis antiquitus cœpta adversus aliquem cognitione, si qua per servorum quæstionem veritatis eruendæ spes erat, ab eo qui quæstioni præerat, reo imperari solitum

E ex Livio, lib. VIII. & Pædiano in Milonian. colligimus, uti servos in potestate haberet, ne quis ex his manumissione quæstioni subtraheretur. Prohibet vero in universum lex Julia in totum manumitti servos, qui quæstioni postulari possunt. Itaque mulier, quæ divertit, omnes omnino servos suos, etiamsi extra ministerium ejus sint, nec eos tantum, quos adulterii tempore in ministerio habuerit, sed & quos postea comparaverit, alienare manumittereve prohibetur, quia hi quoque quæstioni subjici possunt, d. l. prospexit. §. 1. Sed hoc posterius, ut durum, a Gratia. & Valent. emendatur, l. in adulterii. C. de adulter. Pater vero, cu-

F jus in potestate filia fuerit, itemque mater, ea tantum mancipia manumittere alienareve prohibentur, quæ in ministerium usumque filiæ ab eis fuerint attributa, d l. prospexit. § pater. & l. si postulaverit. §. haberi. D. de adulter. Atque hinc exemplum accommodatissimum petetur ad illum Scævolæ locum, l. si non lex. D. de [illegible] instit. in quo ita est: Si non lex Ælia Sentia, [illegible] alia lex vel Senatusconsultum, aut etiam constitutio servi libertatem impediat, is necessarius fieri non potest, etiamsi non sit solvendo testator. Quod præterea etiam ad legem Fabiam referri potest, qua servus, qui plagium

admiserat pro quo pœnam dominus intulisset, intra decem annos manumitti prohibebatur, *l.12. D. de manum. l. 12. §. si deportatum. D. de capt.* Potest & huc referri quod a Marcello scriptum est, *l. si a milite. §. 1. D. de milit. test.* Militem testamento suo manumittendo nihil efficere in eo, cujus libertas lege Ælia Sentia vel aliqua impeditur. Illud prætermittendum non est, servum pure manumissum, cujus status propter adulterii quæstionem ex hac lege suspenditur, cum ei libertas propter impedimentum juris post aditam hereditatem non competat, ex eodem testamento neque legata, neque fideicommissa pure data sperare posse, *leg. cum filius. §. servus. D. de leg. 2.* cum eorum dies inutiliter cedat antequam libertas ex testamento contigerit. Sed nec utiliter cum libertate servus adulterii accusatus a domina heres instituitur, ut Constitutione Severi, & Antonini significatur, cujus verba hæc sunt, *l. 48. §. interdum. D. de hered. inst.* Servum adulterii accusatum, non jure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerit ejusdem criminis postulata, rationis est. In hoc vero rescripto Justinianus, *in §. est tamen casus. Instit. de hered. institut.* non accusatum, sed adulterio maculatum legit; quod & probabilius videtur, quandoquidem eodem tempore simul mulierem atque servum accusari lex Julia non patiebatur. Cæterum intra sexagesimum diem divortii manumittere lex Julia prohibet. Quare sive divertit mulier, sive repudio missa sit, manumissio impedietur. Sed si bona gratia, id est, communi utriusque consensu, vel morte mariti, vel aliqua pœna matrimonium finitum sit, manumissio vel alienatio non impedietur, *l. sed si maritus. §. 1. D. qui & a quib.* Plane si constante matrimonio mulier dum divortium cogitat, manumittat, vel alienet, & hoc dilucidis probationibus fuerit approbatum, quasi in fraudem legis factum sit, non debet manumissio vel alienatio valere, *d. l. sed si maritus §. pen.* Quinetiam ultra sexagesimum diem manumissio impeditur, si diutius cognitio adulterii trahatur, ut intra sexaginta dies finiri non possit: & hoc prudentes, ad legem supplevere, *l. prospexit. §. sextus. D. qui & a quib.* Quæret quis, si intra sexagesimum diem maritus decesserit, an pater, mater, mulierve manumittere, vel alienare possint? Ulpianus probat non posse, *in d. leg. sed si maritus.* Quamvis enim a marito mulier accusari non possit, potest tamen a patre. Enimvero si intra sexagesimum diem testamento suprascriptæ personæ libertatem servis reliquerint, omnino inutilis libertatis datio non est. Quamquam enim ad puram libertatem legatumque pure ex eo testamento consequendum non proficiat, tamen pro libertate in diem statuta valet. Erit igitur hujusmodi servus statuliber, *leg quod si. D. qui & a quib.* & spem libertatis post sexagesimum diem adipiscendæ statu interim extrinsecus suspenso, secum trahet, *l. cum filius. §. servus. de legat. 2.* Porro etiam muliere intra sexagesimum diem mortua, quamquam crimen extinctum sit, eadem tamen tempora observari Justinianus, *l. ult. C. de adulter.* constituit, propter civiles de dotis lucro quæstiones: in quibus cum mulieris crimen in judicium vocetur, ut ejus probationem per servorum quæstionem maritus habeat, servari in duos menses familiam præcipit.

XXVII.

ADULTERII DAMNATO, &c.

Damnatam adulterii mulierem lex Julia de adulteriis testem produci, vel dicere testimonium vetabat, *l. qui testamentum. §. mulier. D. de testament.* Unde Paulus *libro* XI. *de adulteriis, l. ex eo. D. de testi. Ex eo,* ait, *quod prohibet lex Julia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres in judicio testimonii dicendi jus habere.* Non tantum autem mulierem, sed adulterii damnatum quemlibet a testimonio dicendo lex Julia repellebat. Ita ad testamentum faciendum adhiberi adulterii damnatus non poterat, nec si adhibitus fuisset, valebat testamentum: adeo ut neque hereditas adiri ex eo, neque bonorum possessio peti posset. Quemadmodum a Papiniano libro singulari *de adulteriis* scriptum erat, *l. 14. D. de testib.* In adulterii porro causa prætorem quoque testimonium dare debere Senatus censuit, *l. 21. D. de testib.* Apud Papinia. lib. 1. *de adulteriis* agitabatur, *l. 13. D. de testib.* an in hac causa testimonii dictio esset calumniæ causa publico judicio damnatis. Neque enim Remmia lege, quæ de calumniatoribus lata est, *l. 1. §. 1. D. ad Turpill.* nec ulla alia lege testimonium perhibere vetantur, sed quod legibus omissum est, non omittetur religione judicantium: ad quorum officium pertinet, ejus quoque testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Cæterorum quoque, qui in aliis publicis judiciis testes idonei non sunt, testimonium hic non recipietur.

XXVIII.

DIVORTIA SEPTEM CIVIBUS, &c.

Caput hoc duobus locis probatur. Unus est, ex Ulpian. lib. quadragesimo septimo *ad edictum, l. uni. in fin. D. unde vir. & uxor.* in quo ita est: *Item Julia de adulteriis, nisi certo modo divortium factum sit, pro infecto habet.* Alter est Pauli ex libro secundo *de adulteriis, l. nullum. D. de divort.* in hæc verba: *Nullum divortium ratum est, nisi septem civibus Romanis puberibus adhibitis præter libertum ejus, qui divortium faciet.* Et hoc quoque Suetonius in *Augusto* significat. *Cumque etiam,* ait cap. XXXIV. *immaturitate sponsarum, & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartavit, divortiis modum imposuit.* Cæterum divortia ex duodecim Tabulis certis pactisque verbis fiebant, & certa sollemnitate. Verba legitima usitataque hæc fuisse Cajus tradit, *l. 2. D. de divort.* RES TUAS TIBI HABETO, RES TUAS TIBI AGITO. Cicero XI. *Philip.* Mimam exegit: res suas sibi habere jussit ex duodecim Tabulis. Martialis *libro* X. *epigram.* XLI.

Mense novo Jani veterem Proculeja maritum
Deseris, atque jubes res sibi habere suas.

Fuit autem priscis temporibus tanta matrimoniorum concordia, ut per annos ferme sexcentos ab Urbe condita nulla repudium sensisse domus dicatur. Quamquam in annorum numero leviter aliquantulum auctores dissentiant, Gell. *lib.* IV. *cap.* XXX. & *lib.* XVII. *cap.* XXI. Valer. *lib.* II. *cap.* I. Tertullian. in *Apologet.* Postea ita fuere frequentia divortia, ut a quibusdam mulieribus non jam consulum, sed maritorum numero annos computari Seneca conqueratur, lib. III. *de Benefic.* c. XVI. Hinc & illud Martialis *lib.* VI. *epigr.* VII.

Julia lex populis ex quo, Faustine, relata est,
Atque intrare domos jussa pudicitia,
Aut minus, aut certe plus quam vigesima lux est,
Et nubit decimo jam Thelesina viro.
Quæ nubit toties, non nubit, adultera lege est.
Offendor mœcha simpliciore minus.

Tertullianus in *Apologetico*, cap. VI. Repudium vero jam votum est, & quasi matrimonii fructus. Cui malo ut subveniret Augustus, certam faciendorum divortiorum formam præscripsit, extra quam divortia facta irrita essent. Itaque quod Gajus scribit, *l. pen. D. de adult. Si ex lege repudium missum non sit*, sic accipiendum est ex lege olim XII. *Tabul.* hodie Julia. Eodemque modo interpretandum, quod alias, *l. si non secundum. D. de donat. int. vir.* legitur, si non secundum legitimam observationem divortium factum sit, donationes post tale divortium factas nullius momenti esse, cum non videatur solutum matrimonium. Exigit autem lex septem testium numerum, ut aliquo pudore levitatis tot inspectantibus testibus divertentes afficiantur. Nec quoslibet testes admittit, sed cives Romanos demum, eosque puberes. Impuberes ergo repellit, qui & in testamentis omnibusque quæ per æs & libram fiebant mancipationibus, a testimonio arcebantur, *Institut. de testament. in prin.* Quod autem ait lex, PRÆTER LIBERTUM, id Accurtius male interpretatur, quasi ultra septem testium numerum liberti præsentia desideretur: cum ea legis sententia sit, ut a septem testium numero libertos ejus qui divertet, repelli velit, quasi non idoneos in hac causa futuros testes.

XXIX.

DOTALE PRÆDIUM ITALICUM MARITUS, &c.

Legem Juliam, quæ De fundo dotali vulgo appellatur, *l. 1. D. de fun. dot.* partem fuisse legis Juliæ de adulteriis, Paulus lib. secundo *Sententiarum*, tit. XXII. apertissime indicat. *Lege*, ait, *Julia de adulteriis cavetur, ne dotale prædium maritus invita uxore alienet.* Idemque & ex inscriptionibus legum sub titulo *de fundo dotali* positarum intelligimus: quæ fere omnes, (ut *l. 2. l. 3. l. 6. l. 12. l. 13. l. 14. D. de fun. dot.*) ex Jureconsultorum de adulteriis libris transcriptæ sunt. Dotale autem prædium, ut Ulpianus interpretatur, *l. 13. D. de fun. dot.* accipere debemus tum urbanum, quam rusticum. Ad omne enim ædificium lex Julia pertinet. Sed enim dotale id demum est, cujus dominium marito quæsitum sit, ut tunc alienatio ejus prohibeatur. Nec interest, ipsa mulier dederit, an alius ejus nomine. Cum enim propter uxorem ad maritum fundus perveniat, dotalis est, *l. 14. §. 1. de fun. dot.* Sed etsi marito debitori fundi id, quod debebat doti mulier promiserit, dotalis fundus efficietur, *l. 9. D. de fun. dot.* si modo in mariti dominio is fuerit. Nam si alienus sit, in pendenti erit, & tunc fiet dotalis, cum ad eum pervenerit, *l. 14. §. penult. eo.* Plane si fundum aut decem debenti, id quod debet, doti promissum sit, in arbitrio ejus est, quod in dote sit. Hinc consequens est, si ei promittatur, qui Cornelianum, aut Sempronianum fundum debeat, utrum eorum mallet, eum dotalem futurum: & utrum volet, alienaturum, maritum alterum alienare non posse, *l. 9. D. de fun. dot.* Si tamen alienatum rursus redimat, adhuc in ejus potestate est, an eum quem retinuisset alienari velit, ita ambulatoria erit legis Juliæ potestas: quia & ea dotalis obligationis natura fuit. Quod si Stichum aut fundum debet, Sticho mortuo fundus in dotem erit. Sed si doti fundus æstimatus datus sit, videamus, an is ad legem Juliam pertineat quasi dotalis. Et probandum est ita demum in eo fundo legem Juliam locum habere, si convenerit ut electio mulieri servetur: quo casu Severi & Antonini Rescriptum procedit, *l. 1. C. de fun. dot.* At si marito electio data sit, aut etiam nihil de electione adjectum, contra erit, *l. quod si fundus.* Nam cum utroque casu liceat marito, si hoc malit, fundi pretium quasi venditione facta offerre, sine mulieris injuria fundus recte alienatur. Fundum plane sibi legatum, si mulier dotis causa repudiaverit, vel etiam substituto viro hereditatem aut legatum omiserit, dotalis fundus fiet. Dotali quoque servo legatus fundus, quoniam mulieri adquiritur quasi dotalis; lege Julia continetur. Ait lex, PRÆDIUM. Unde apparet in rebus tantum soli legem Juliam locum habere, *in Institut. quib. alien. lic.* Mobiles vero res vel se moventes alienari posse. Quamobrem & servi dotales manumitti a viro constante matrimonio possunt, si is solvendo sit, *l. servum dotalem. D. de manumiss.* Prædii appellatione etiam pars continetur, *l. 13. §. 1. D. de fun.* Proinde sive totum prædium in dotem sit datum, sive pars prædii, alienari non poterit. Nam & pars fundi recte fundus appellatur, *l. 34. in fi. de leg. 1.* eodemque modo, quod prætor edixit. Ejus rei de qua jusjurandum delatum erit, sic accipimus, *l. 7. D. de jurejur.* sive de tota re, sive de parte sit juratum. Sequitur in lege, ITALICUM, Lex enim Julia ad Italica dumtaxat prædia pertinebat, *l. uni. §. & cum lex. C. de rei uxor. act.* id est, quæ in Italico solo essent. Porrecta vero est a Justiniano ad provincialia prædia. Ex cujus Constitutionibus eadem provincialium quæ Italicorum prædiorum causa est, *§. per traditionem Institut. de rer. divisio.* Itaque quæ in prædiis Italicis dumtaxat antea locum habebat usucapio, etiam in provincialibus ex Justiniani Constitutione procedit usucapio, sublata jam antiqua prædiorum mancipi & nec mancipi differentia, *l. un. C. de usucap. transfor. Instit. de usucapion. in prin.* Quod autem de marito hoc capite constituitur, etiam ad sponsum produci, *l. fin. D. de fun. dot.* & quod de uxore dicitur, ad sponsam quoque pertinere placuit, *l. 5. Cod. de bon. quæ lib.* Ait lex, NE ALIENATO. Alienatio dicitur omnis actus, per quem dominium transfertur, *l. 1. C. de fun. dot.* Itaque non tantum distrahi dotalis fundus, sed & donari, & legari, & permutari, & in solutum dari prohibetur. His enim omnibus modis dominium transit. Ac ne, si quidem miles dotalem fundum legaverit, legatum propter legem Juliam ratum erit, *l. 16. D. de milit. test.* Nam & quæ in militari testamento adversus leges scribuntur, nullam vim habent, *l. 29. §. 1. de milit. test.* Alienatum autem proprie non videtur, quod adhuc in dominio nostro manet: quamquam venditum recte dicatur, *l. alienatum. D. de verbor. signific.* sed tamen alienatione prohibita eos quoque casus comprehendi intelligimus, quibus vel a dominio separatum jus re aliquod transfertur, *leg. ult. Cod. de reb. alien.* Quare nec servitutes dotali prædio imponere, *leg. 5. D. de fun. dot.* nec usumfructum, vel usum in alium transferre maritus poterit, sive solus, sive proprietati junctus in dotem ususfructus datus sit, *arg. leg. 4. §. sed nec ususfructus. D. de reb. eo.* Simili modo dicetur nec jus ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν alienari posse, si hoc in dotem datum sit: quamvis jus prædii potius sit, *arg. dict. leg. 3. §. si jus. D. de reb. eo.* Hoc amplius, nec servitutes prædio dotali debitas maritus remittere, vel non utendo amittere potest, *l. 5. D. de fun. dot.* Alienare enim & is videtur,

l. alie-

l. alienationis. D. de verbor. sign. qui non utendo amisit servitutem. Cui consequens est, libertatem servitutis urbano prædio dotali debitæ ex mariti cessione patientiave non competituram, ne per hoc deterior condicio prædii fiat, *l. 6. D. de fun. dot.* Quamobrem si maritus fundum Titii dotali prædio servientem adquisierit, eundemque Titio sine restauratione servitutis reddiderit, quia liber in eum transiit confusa propter mariti adquisitionem servitute, litis æstimationem maritus præstare debebit, cujus facto servitus extincta sit. Quo casu si is solvendo non erit, utilis actio mulieri adversus Titium ad restaurandam servitutem dabitur, *l. 7. D. de fun. dot.* Hic quæritur, an dividere sibi fundum dotalem cum alio communem maritus possit: nam divisio alienationem habet, *l. 1. C. comm. utr. jud.* Et quidem provocatum a socio marito dividere posse placet, provocare vero ipse ad divisionem non potest, *l. ult. C. de fun. dot. l. ex castrensi. D. de castr. pecul.* Illo enim casu necessaria alienatio est, hoc voluntaria. Atque eodem modo minores XXV. annis, quorum res sine decreto alienari prohibentur, ad communis prædii divisionem sine judice provocare non possunt, quod alienationis speciem ea provocatio habet, *l. & eleganter. in l. fin. l. & ideo. D. de condict. furt.* Quod si socius provocet, sine decreto divisio recte fiet, *l. 1. D. de reb. eor. l. inter. C. de prædiis minor.* Non enim sponte eorum fit, si qua inde contingit alienatio. Secundum hæc si fundus communis in dotem datus sit, & socius egerit cum marito communi dividundo, adjudicatusque fundus socio fuerit, alienatio manebit, & in dotem erit pretii quantitas, *l. cum in fundo. §. si fundus. D. de jur dot.* Sola autem lege Julia alienatio prohibetur, quæ voluntaria est, non quæ causam juris habet necessariam. Itaque si ob id quod maritus damni infecti non cavebat, missus sit vicinus in prædii dotalis possessionem: deinde cum perseveraret non cavere, jussus sit possidere, per longum tempus dominus fiet, *l. 5. de fun. dot.* quia hæc alienatio non ex voluntate mariti fit, sed ex prætoris auctoritate, cujus officium est jubere, ut is qui in possessionem missus est, longo tempore rem capiat, *l. prætoris. D. de dam. inf.* Quo exemplo & pignori capi jussu magistratus, & distrahi res minorum possunt, & in earum possessionem damni infecti legatorumve servandorum causa recte prætor mittit, & si non caveri ducetur, etiam possidere jubet, *l. 3. §. sed & in possessionem. de reb. eo.* Item quæri potest, si fundus dotalis a marito petitus sit, nec restituatur, an litis æstimatio oblata alienationem pariat. Et magis est, ut pariat. Hæc enim alienatio non sponte mariti fit, *arg. l. 3. §. item quæri. D. de reb. eo.* Qua ratione & creditores, qui pignori fundum, antequam dotalis efficeretur, acceperant, jus suum in eo exequi lex non impedit. Et generaliter verum est alienatione prohibita voluntariam solam prohibitam intelligi, non etiam eam, quæ ex necessitate fit, *l. alienationes. D fam. ercisc.* Idque & in rebus eorum, qui sub tutela curave sunt, & in iis quas testator alienari vetat, *l. filiusfam. §. div. D. de leg. 1.* & in iis, quarum alienationem lex vel constitutio prohibet, servatur. Alienationis plane appellatione etiam usucapio continetur, cum vix sit ut non alienet, qui patitur usucapi, *l. alienationis. D. de verbor. sign.* Et ideo ad hanc quoque speciem lex Julia pertinet. Proinde si a marito emptum, vel alia ex causa traditum sibi fundum dotalem quis acceperit, tempore dominium non acquiret: ac ne Publiciana quidem interim utetur, quam Prætor hoc casu postulanti denegat, ne contra leges faciat, *l. 12. §. si res talis. D. de publicia.* Nec multum facit, bona fide possessor sit an non. Etenim ubi lex resistit, bona fides possidenti nihil prodest, *l. ubi lex. D. de usucap.* Verumenimvero legis Juliæ prohibitio usucapionem quidem inchoari impedit: non tamen eam possessionem interpellat, quæ per longum tempus fit, si antequam dotalis fundus constitueretur, usucapio cœpta fuerit, *l. 16. D. de fun. dot. arg. l. 14. D. fam. ercisc.* Sed si eum maritus a possessore petere neglexerit, culpæ hujus nomine tenebitur, periculoque ejus usucapio implebitur, nisi si paucissimi dies ad usucapionem deerant tunc, cum in dotem ei fundus datus est: tunc enim nihil erit quod marito imputetur, *l. 16. D. de fun. dot.* Quamquam autem alienari lex Julia dotale prædium vetet, si tamen maritus fundum dotalem vendiderit, & tradiderit, in matrimonioque postea decedente muliere tota dos lucro mariti cesserit, venditio confirmabitur, *l. cum vir. D. de usucap. l. penult. D. de fun. dot.* nec avelli fundus possessori poterit. Nec huic contrarium est, quod de libertate objicitur, quæ alieno servo citra domini consensum data non convalescit, quamvis postea manumissor domino heres extiterit, *l. si servo. D. qui & a quib.* Hoc enim longe dissimile est: quippe cum prior manumissio nihil egerit, nova vindictæ impositione opus est, ut libertas competat, quæ contingere ex inutili manumissione jure civili non potest. At illo casu non æque ab initio vitiosa venditio est, quam lex in solam mulieris gratiam irritam facit. Itaque quemadmodum aliena re pignori data pignus confirmari receptum est, si deinde dominus ejus rei esse cœperit, qui dedit, *l. rem alienam. D. de pignorat. act.* ita & dotalis fundi venditio confirmatur, si morte mulieris dotem maritus, qui vendidit, lucratus sit. Quod quando accidat, videndum est. Accidere autem interpretes tum putant, cum pactum de dote morte mulieris lucranda intercessit. Mihi verisimile non sit, de hoc casu Jureconsultos sensisse, cum hoc utique, si ita esset, prætermitti ab eis sine scelere non potuerit. Existimo ergo in adventicia dote hoc procedere, quam etiam sine ulla conventione penes maritum mortua in matrimonio muliere remansisse constat, Ulpian. in *Institut. tit. de dotib.* præterquam si is, qui dederat, sibi eam reddi stipulatus fuisset. Atque ita, ut semel dicam, omnes Pandectarum locos (ut *l. 5. D. de bon. damnat. l. in eum. cum ll. seq. D. de religios. l. si ab hostibus. in fin. D. solu. mat. l. ult. D. ut leg. nom. cau. l. 27. D. de jur. fisc. & l. pen. in fin. D. quod falso tut. & l. cum vir. D. de usucap. l. pen. D. de fun. dot.*) accipiendos censeo, quibus defuncta in matrimonio muliere totam dotem mariti lucro cedere scriptum est. In partem vero dotem tum lucrabatur, *l. pen. in fin. D. quod fals. tut.* cum a patre profecta dos ad eum revertebatur, & liberi ex eo matrimonio supererant, Ulpian. in *tit. de dot.* Cæterum invita uxore fundum dotalem alienari lex prohibet. Consentiente vero ea, vel quod a marito gestum sit, ratum habente, alienatio valet, *l. si prædium. C. de jur. dot.* Transit & per universitatem prædium dotale, eo quo potest modo, veluti ad heredem mariti, cum sua tamen causa, ut alienari non possit, *l. 1. D. de fin. dot.* Sed & uxore herede instituta utiliter a marito fundus dotalis legatur, si deductis legatis dotis quantitas in hereditate remaneat. Quod si non tota quantitas ex hereditate refici possit, id ex fundo mulier retinebit, quod quantitati dotis deerit, *l. 13. §. ult. D. de fun. dot.* Sed etsi post dotale prædium venditum uxori maritus legatum dederit, emptorisque fidei commiserit, ut amplius pretium ei restituat. Accepto legato mulier prædii venditionem irritam facere volens, doli exceptione repelletur, *l. cum pater. §. qui do-*

tale. D. leg. 2. Toties autem fundi in dotem dati alienatio impeditur, quotiens mulieri de dote actio competit, aut omnimodo competitura est, *l.* 3. *D. de fun. dot.* Quod si alii dos restituenda sit, lex Julia cessat, quæ solis mulieribus prospicit, ut ne indotatæ summo Reipubl. malo maneant, *l.* 1. *D. solut. matrim.* Enimvero si ante revocatam fundi dotalis alienationem mulier decesserit, heredi ejus legis auxilium præstatur, *l.* 13. *§. hæredi. D. de fun. dot.* Ait lex, NEVE CONSENTIENTE EA OBLIGATO Lex Julia alienationes rerum dotalium inhibet, quæ invita muliere fiunt: hypothecas vero earum etiam volente ea, *l. un. §. & cum lex. C. de rei uxor. act. Institut. quib. alie. lic.* Hoc ideo, quia legislator facilius obligaturas mulieres, quam alienaturas cogitavit. Qua tamen ex re non minus incommodi plerumque ad eas, quam ex alienatione pervenit, cum ex pignore ad alienationem res perducatur. Justinianus vero facilitati mulierum succurrens, quæ vel fragilitate sexus, vel mariti amore ductæ, facile rerum suarum alienationibus consensum accommodant, rerum dotalium alienationes, ne consentiente quidem muliere ea valere patitur, *D. §. & cum lex. & §.* 1. *quibus alien. lic.* Quas tamen pontifices jurejurando interposito firmas manere præcipiunt, *cum contingat. de jurejur.* in *Decret. Epistol.* Greg. *cap. licet mulieres. eo. tit. in* 6.

Hæc habui, quæ *de lege Julia de Adulteriis* dicerem, cujus multo plura fuisse capita non ignoro: de ea certe, quæcumque libris nostris continentur, ea a me in hunc librum fere omnia conjecta esse credo.



JOSEPHI LAURENTII
Lucensis,
DE
ADULTERIS, AC MERETRICIBUS
TRACTATIO.
AD MARTINUM SANDELLIUM, VIRUM REVER. ET ELOQUENTISSIMUM JURISCONSULTUM.

INDEX CAPITUM.

JOSEPHI LAURENTII,

Lucenſis,

DE

ADULTERIS, AC MERETRICIBUS

TRACTATIO.

AD MARTINUM SANDELLIUM, VIRUM REVER. ET ELOQUENTISSIMUM JURISCONSULTUM.

CAP. I.

Candidæ veſtis varius uſus apud Veteres. Candidati qui, & unde dicti. Iidem ſuum nomen, ac æs alienum profitebantur: Rei quoque, & cur. Magiſtratuum exploratio quæ. Nota Candidatorum quæ. Eorumdem ſalutandi ritus; Auſpicia. Pater judex in cauſa filiorum. Adulteria cognita a maritis. Adulterarum cadavera inſepulta, ſine funere. Adulterium duplex, diurnum ſcil. & nocturnum: iſtud gravius habitum. Adulteri Magiſtratu privati: Iidem caſtrati: mutilati membris: toſti, lapidati, & præcipitati de Tarpejo ſaxo. Depilatio raphani pœna Mœchorum. Eorumdem aliæ diverſæ pœnæ apud varias gentes. Onobatis adultera unde ſic dicta. Filiorum poteſtas nulla, vivente Patre. Ipſi non luebant Patris crimina apud Romanos. Contrarium apud Græcos uſitatum. Filii Tyrannorum quomodo mulctati.

A 

ROMANI uſi candidis veſtibus in Conviviis, in Sacris, in Magiſtratuum petitione, in Manumiſſionibus, in Militia, in Spectaculis, in Triumphis, in Nuptiis, in Luctu quoque, & Cadaveribus involvendis. Candor enim ſymbolum modeſtiæ, puritatis morum, felicitatis, victoriæ, libertatis, & gaudii.

A Candidati proprie sic dicti, quod candida veste induti magistratum ambirent, & peterent, qui suum nomen profiteri tenebantur in concione, impetrata facultate concionis ab eo, penes quem ea potestas, se scilicet velle magistratum populi beneficio obtinere, quod omnibus notum, & observatum. Sed Seneca *de Benefic.* VI. cap. XX. alium morem, aliis non observatum, his verbis astruit: *Si quis patriæ meæ pecuniam credat, non dicam, me illius debitorem, nec hoc æs alienum profitebor, aut candidatus, aut reus.* Candidatus, inquit, eruditissimus Lipsius, quia census senatorius liquere debebat illius, qui magistratum publicum petebat. B Addo, non eum ære alieno oppressum, non capite censum, aut ære dirutum. Rei vero tenebantur æs alienum profiteri, quia repetundarum, peculatus aut criminis accusati, quid in suo, quid in alieno ære haberent, indicare debebant.

Approbatio magistratuum (ut refert Suidas *f.*255.) seu exploratio facta fuit. 1. illorum, qui virilem togam sumebant. 2. eorum qui magistratum gerebant, & exercitui præerant. 3. eorum qui Remp. capessebant, etsi nullo magistratu fungebantur: aliquando vero, & in eorum vitam inquirebant. 4. etiam equitum auctore Lycurgo; Inprimis autem inquirebatur in oratores Remp. gerentes, & C decreta scribentes, num pudice vixissent.

Et quia Candidati, cum in Senatum producebantur, tanquam ad Lydium lapidem probandi, hac nota maxime commendati, si dicti *Boni*, vel *Optimi*. Quod si forte cuipiam in via, cujus nomen obliti, occurrissent, Dominum salutabant. Seneca *epist.* III. *Quomodo omnes candidatos, Bonos viros dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrat, Dominos salutamus.* Plinius *Paneg. Faciebas ergo, cum diceres, Dominos.* Martialis *l.* I. *epigr.* CXIII.

Cum te non nossem, Dominum, Regemque vocabam. D

Idem *lib.* III. *epigr.* LXVIII.

Quod te nomine jam tuo saluto,
Quem Regem, & Dominum prius vocabam.

Hoc non solum proprium Candidatorum, Reges, & Dominos obvios vocare, quorum nomina non occurrissent, ut dixi, cuique illa Nomenclator suggerebat, sed & omnium pene civili more viventium. Addebant & nomen, *Pater*, si major natu, *Frater*, si æqualis, ut habet Horatius in *epist.* VI. *lib.* I. E

Mercemur servum qui dictet nomina.

Mox subdit:

—— —— *frater, pater adde,*
Ut cuique est ætas, ita quemque facetus adopta.

Noto obiter ex Bulengero *de Imper. Rom.* Comites, & Rectores provinciarum ab Imperatore vocatos *Fratres*.

Candidatorum auspicia Dion. *lib.* I. ita describit, loquens de auspiciis Regis inaugurandi: F *At nostra ætate hic mos sublatus est, & tantum quædam ejus imago, hujus religionis causa, remanet. Candidati enim sedem capiunt, & sub crepusculum matutinum surgunt, & quasdam preces sub dio peragunt,* &c.

Candidatos, seu albatos vota ad Deos fudisse priscos colligimus ex Persio *Sat.* II.

—— *Negato*
Jupiter hæc illi, quamvis te albata rogarit.

Plautus *Rudente* Act. I. Sc. V.

—— *Æquius vos erat*
Candidatas venire, hostiatasque: ad hoc
Fanum ad istunc modum veniri non solet.

Pauca hæc a me, dicis causa, plura tibi ab aliis. Ad aliam quæstionis partem de causæ cognitione domestica. Cum pater in causa filii cognosceret, veluti judex, si deliquisset, cognatos, affines, amicos interiores advocabat, quorum consilio statueret, ne quid inconsulto, temereque iræ æstu, œstroque percitus in plectendo peccaret. Seneca *de Clem.* lib. I. cap. XV. *Alium, qui filium prehensum in parricidio, exilio damnavit:* Deinde subdit: *Cogniturus de filio T. Arius advocavit in consilium C. Augustum: venit in privatos penates, assedit: pars alieni consilii fuit.* Tacitus *Annal.* XIII. *Pomponia Græcina insignis fœmina Plautio, qui ovans se de Britannis retulit, nupta, ac superstitionis externæ rea, mariti judicio permissa. Isque prisco instituto, propinquis coram de capite, famaque conjugis cognovit, & insontem nuntiavit.* Vide de Adulterorum pœnis Brissonium, lib. *ad legem Juliam de Adulteriis*.

Quare, si quid ab uxore delictum esset, aut si quæ simultates, aut offensiones essent graves (leves enim leniter ferendæ) de eo vir non in judicio, & foro, ne litibus obstreperent, cum propinquis, tanquam domesticis judicibus, cognoscebant quicquid dissidii foret, in Sacello Deæ Viriplacæ, illarumque contumaciam pœnis severioribus, aut mollioribus cohibebat, quod etiam Tiberius Cæsar in *loco* supra *citato* statuit. Cicero *pro Cluentio*: *Mulier amissis liberis, cum unius filii liberandi spes esset ostentata, omnes suos propinquos, filiique sui necessarios convocavit,* &c. Dion. *lib.* II. his verbis: *De his vero cognoscebant ipsi cognati cum viro, ubi volata fuisset pudicitia.* Idem *l.* IV. repetit, aliumque morem suggerit in Tarquinii Superbi Vita. *Præterea jugulato uno de servis, vestra corpora conjungam, & dicam; te in turpi adulterio cum servo deprehensam, pœnas mihi injurias persequenti cognati dedisse, ita ut turpis, & probrosa mors tua sit futura, & corpus tuum neque sepulturam, neque aliam quampiam earum rerum, quæ defunctis dari solent, sit consecuturum.*

Vides luce clarius, causæ cognitionem adulterii cognatos spectasse. Sed aliud eruo, cadavera Adulterarum insepulta passim jacuisse sine funere, & exequiis. Quod priusquam firmo, de adulterio quædam innuo, ut ejus turpitudinis lues evitetur. Adulterii crimen duplex, diurnum, & nocturnum. Nocturnum gravius habitum, quasi esset furto conjunctum. Severissime utrumque plectebatur apud omnes Gentes, ac primum apud Ægyptios, referente Laurentio Diodori interprete *ad lib.* II. *cap.* III. In adulterio deprehensi mille plagis cæsi castrabantur, maxime si, quam corrupissent, non servilis, sed libertæ esset conditionis, quod uno crimine tria maxima scelera complecterentur, *Injuriam*, *Corruptelam*, *Liberorum confusionem*. Plato VIII. *de Legibus*, jubet adulterum Magistratu arceri, quod vel morte gravius censendum. Castratos fuisse Romæ, & Athenis adulteros notissimum ex Martiale, Horatio, Terentio, & aliis.

Aliam lego Adulterorum pœnam, nempe alicujus membri mutilationem, videlicet narium, aurium, ut deformitas perpetua corporis, atrocitatem sceleris præ se ferret. Hac pœna mulctatus

Deiphobus, ut Helenæ adulter. Martialis *lib.* III. *epigr.* LXXXV.

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
Nil hac peccatum est parte, marite, tibi.

Combustio quoque & Lapidatio supplicium fuit mœchorum, ut habet Sacra Historia, & potissimum præcipitatio Romæ de saxo Tarpejo. Seneca lib I. *Declam. Incesta de saxo dejiciatur*, &c. Pœna mœchi pauperis refertur ab Scholiaste Aristoph. in *Nebulis*, ita: *Mœchos in adulterio deprehensos cædebant, atque acceptos raphanos immittebant in podices ipsorum, eos reddentes depilatos, cinere calido conspergebant, idoneam flagitii probationem facientes.* Idem in *Pluto*:

Ὁ δὲ ἁλοὺς γ' μοιχὸς παρατίλλεται.
Hic deprehensus in adulterio depilatur.

Idem in *Nebulis*:

Τὸν πρωκτὸν διορύττουσι.
Podicem perfodiunt.

Horatius *Sat.* lib. I. sat. II.

Ne numi pereant, aut pyga, aut denique fama.

Meminit Catullus mugilis, uti & Athenæus:

Nates percurrant raphanique mugilesque.

Onobatis dicta mulier adultera, quæ apud Cumanos in forum deducta saxo imposita omnibus [illegible], inde asino imposita: ideo *Onobatis* di[illegible] per civitatem vehebatur, quod asinum equi[illegible] lapis autem nefastus ac detestabilis habebatur [illegible] steterat mulier; illa vero per totam vitam [illegible] miniæ gratia sic vocitata. Apud Hebræos adulteræ lapidatæ, apud Romanos aliquando minata lex Julia *de Adulteriis*. Extra callem ego, & callem. Cretenses adulteros ignominiæ causa coronabant, ut refert Ælianus l. XII. *de varia historia*, ad horum mollitiem, & timiditatem innuendam.

Alias mitto pœnas, lege Julia in Adulteros sancitas. Repeto causæ cognitionem, quam firmo Livius IV. *Dec. l.* IX. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas.* Subscribit Suetonius in *Tiberio* c. XXXV. Val. Maxim. *l.* VI. *c.* III. Et hæc est illa cognitio, de qua Seneca supra citatus. Vide quanti faciendun judicium de tali scelere, & quam detestandum, tam plane interdictum Decalogo, *Non mœchaberis*.

Subnecto non ab re de patria potestate in filios & pœna. Nullam filios habuisse potestatem, vivente patre, apud Romanos, testatur Dionysius *l.* VIII. his verbis. *Apud Romanos enim filii patribus adhuc viventibus nihil proprium possident, sed & ipsis pecuniis, & corporibus filiorum patribus arbitratu suo uti permissum est*, &c. Patres sæpe videmus acerba poma comedentes: filiis vero dentes obstupescere. At nunquam supplicio suo parentum crimina luebant liberi Romæ, quod idem in eodem libro asserit. Et ab eo tempore, usque ad hanc nostram ætatem, hic mos Romæ perpetuo servatus, ut nulla parentum delicta liberi suo supplicio luant. Contrarium vero apud Græcos factum idem testatur in eodem libro. Lege, nec te pigebit.

Cæterum apud nonnullos Græcos hoc haud ita moribus est receptum; sed alii quidem, ut liberi Tyrannorum una cum ipsis patribus necentur, æquum esse censent; alii vero eos perpetuo exilio mulctant, quasi natura non ferat, ut boni filii ex malis patribus, aut mali ex bonis nascantur. At nunc alia ætas, alia diæta, *Perduellionum* nati de medio tolluntur, qui parentum pars potissima habentur, & in filiis scelera parentum gravissime plectuntur.

CAP. II.

Comessatio quid. Comus Deus quis. Comessationum hora. Nonaria mulier quæ. Meretrices a Solone permissæ. Adulterarum pœna. Stupri professio apud Ædiles fiebat, & cur. Loca Ædilem metuentia quæ. Meretrices vectigal solvunt. Earumdem vestitus qualis. Togatarum mos unde. Qui distinctæ a Matronis. Nullæ in castris apud Athen. Secus apud Persas. Scorta sine veste prostituta. Adulterium apud quos capitale. Aspernantis gestus. Velo tenuissimo tectæ Meretrices. Circes cur vitrea dicta. Catamiti quomodo venales. Servi nudi vendebantur. Titulus cuique cellæ Lupanaris, ac in fronte Meretricum. Earum pretium quod. Tituli itidem in fronte victimarum, & in aliis rebus. Veneri merces data a Meretricibus. Ipsarum vectigal a quo primum institutum. Velum ante portam Meretricum ex quo confectum. Cento quid, & ejus usus.

COMESSATIONES erant præludia ad palæstram Veneream exercendam, unde Scorta plerumque cum comessantibus. Κῶμος, *Comus*, Deus temulentiæ. De comessatione a me alibi. Hora decumbendi nona esse putabatur, ut dictum, qua plerumque Scorta ad amasios accedebant. Ideo a Persio *Sat.* I. dicta mulier Nonaria, impudica:

Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat.

Solon, ut ab adulteriis cohiberetur juventus, coemptas meretriculas Athenis prostituit primus, obviasque in Venerem esse voluit, ne matronarum contagio polluerentur, ut refert Plutarchus in *illius Vita*. Romæ vero mulieres in adulterio deprehensæ cogebantur rogatæ in publicum prodire, quod innuere videtur Horatius *Sat.* II. *l.* I. illis verbis, ut etiam Porphyrioni placet:

—— *Quid inter*
Est in matrona, ancilla, peccesve togata.

Quod apertius Juvenalis *Sat.* II.

—— *Est mœcha Fabulla.*
Damnetur, si vis, etiam Carphinia; talem
Non sumet damnata togam. ——

Et acutissimus Martialis erudite *l.* II. *epigr.* XXXIX.

Coccina famosæ donas, & janthina mœchæ.
Vis dare, quæ meruit, munera? mitte togam.

Ita togatæ meretrices in Lupanari concubitus hora, quæ nona erat, hinc dictæ *Nonariæ* a Persio, constituebantur admissis ad tintinnabulum ganeonibus, ut a me alibi dictum. Athenis quæ vim passa fuerat, ejus, qui vim intulisset, vel nuptias vel mortem optabat lege, quam signat Terentius, ubi reperit Philumenam inventam esse civem Atticam. De pœnis Adulterarum alibi disseruimus.

Professio stupri apud Ædiles fiebat, quæ tamen irrita postea facta lege nova, teste Lipsio *ad Tacitum Annal.* II. ubi hæc Papiniani verba ex leg. 10. *de adulteriis* producit: *Mulier, quæ evitandæ pœnæ adulterii gratia, Lenocinium fecit, aut operas suas Scenæ locavit, accusari, damnarique Senatus consulto potest.*

Cur autem apud Ædiles ea professio fieret, eam adducit caussam, quia nempe Ædilibus fornicum, popinarum, locorumque eorum, in quibus honos non colitur, aut virtus, cura erat destinata. Ideo Seneca. *Invenies voluptatem circa balnea, & sudatoria, ac loca Ædilem metuentia.* Ad quod etiam Justinus alludens dixit, *Dionysium apud Ædiles jurgari solitum.* Publicas itaque meretrices in albo habere tenebantur Ædiles, ut si quam reperirent, quæ non professa esset, mulctarent. Quod hodie aliquibus in Italiæ Urbibus ad amussim servatum; imo nunc non solum profitentur, sed & vectigal persolvunt.

B Meretrices erant sine stola, instita, & vittis, quæ Matronarum: at cum toga. Hunc morem ad Romanos ab Atheniensibus defluxisse crediderim, præcipue cum apud eos lege cautum fuisse sciam, ut Scorta a Matronis veste discernerentur, certam vestem ferentia, non ad libitum. Suidas, νόμος Ἀθήνῃσι, τὰς ἑταίρας αὔτινα φέρειν.

In castris scorta, aliasve mulieres esse, militares leges non permisere. Unde Quintilianus (si is est) in milite Mariano. *Meretrices*, inquit, *ab exercitu submoventur; intrare nostra castra fœminis non licet.* Propertius *lib.* IV. *eleg.* III.

C *Romanis utinam patuissent castra puellis,*
Essem militiæ sarcina parva tuæ, &c.

Persæ tamen uxores, & liberos, tanquam pugnæ incitamenta, in castra ducebant.

Quemadmodum emptores merces venales prostituunt in propatulo, ita ut possint ab emptoribus, aut adventoribus undique inspici, contrectari; ita factum lego a Scortantibus in meretrice conducenda. Seneca *Controv.* XI. lib. I. *Nuda in littore stetit ad fastidium emptoris, omnes partes corporis inspectæ, & contrectatæ sunt.* Athenæus *lib.* XIII. pluribus verbis, referens Eubuli Zenarchi versus, quibus id palam facit, redarguens eos, qui cum in lupanaribus omnis generis fœminarum colluviem habeant, ad toros audeant accedere maritales, minime veriti Draconis leges, quibus adulterium capitale erat: & paulo infra ex Philemonis versibus. *Stant nudæ, ne te fallant, si placent, statim amplectere, & quo voles, modo. Existi, mandato laqueum.* Hoc erat aspernantis, unguem medium ostendere, & in malam rem abire jubentis. Juvenalis de Messalina, *Satyr.* VI.

—— —— *Tum nuda papillis*
Constitit auratis.

Aliquando non omnino nudæ prostabant; at velo tenuissimo tectæ, & pellucido. Horatius *Sat.* II. *l.* I.

Altera nil obstat, Cois, tibi pene videre est,
Ut nudam, ne crure malo, ne sit pede turpi,
Metiri possis oculo latus, &c.

Hinc dicta Circes vitrea, & vitreæ togæ, quod ritu vitri pellucerent, ut ego opinor.

Mangones quoque seu magistri puerorum meritoriorum eos mangonizatos, prostituebant sine tunica. Hinc Martialis. *lib.* VI. *epigr.* LXXXII.

Quidam me modo, Rufe, diligenter
Inspectum, velut emptor, &c.

Nudi quoque Servi venales. Luciani *Eunuchus*: *Verum aliis quidem visum est, ut nudato illo, quemadmodum in emptitiis servis fieri consuevit, inspicerent*, &c. Sed quia Juvenalis *Sat.* VI. versus alium ritum indicat his verbis,

A —— *Tum nuda papillis*
Constitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,

Alii interpretantur illud, *titulum mentita Lyciscæ*, quod nomen sibi arrogarit, & caussarit: meretrices enim, ut a me alibi dictum, nomen mutabant.

Titulos cuique cellæ meretricis affixos conjicio. Seneca *Contr.* II. lib. I. *Educta es in lupanar, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus*, &c.

Inscriptas fuisse meretricum cellas apertissime quoque testatur Tertullianus *de Pudicitia*, lib. I. *Sub ipsis libidinum titulis.* Lepidissimus Martialis, *lib.* XI. *epigr.* XLVI.

Inscriptæ quoties intrasti limina cellæ.

Et Petronius in *Satyr. Cum ego negarem, me cognoscere domum, video quosdam inter titulos nudasque meretrices conspirantes.* Nec solum titulus cellæ superinscriptus, sed etiam in fronte meretricis. Seneca in *laudato loco*: *Nomen tuum pependit in fronte, stupri pretia accepisti, & manus, quæ Diis datura erat sacra, capturas tulit*, hoc est, *concubitus pretia*, quod pretium erat as. Petronius:

Jam pro cella assem exegerat.

Alii dicunt quadrantem fuisse, unde quadrantariæ mulieres.

Uti vero tituli in fronte Luparum, quæ vere Erebi victimæ, cur non tituli etiam in fronte victimarum, Diis mactandarum, & donariorum templis affigendorum? Suetonius in *Augusto* c. LIX. *Nonnulli patrumfamilias testamento caverunt, ut ab hæredibus suis prælato titulo victimæ in Capitolium ducerentur, votum pro voto solveretur, quod superstitem Augustum reliquissent.*

D Tituli in ludis, in ædibus vendendis, in rebus fisco addictis, in triumphis, in amphoris. Stewech. *ad Veget. lib.* II. Item in ædibus potentiorum, ut tutiores redderent domus, nullusque eas invadere posset: in postibus etiam, ut notat ex Divo Augustino Novar. *Sched.* lib. IV. cap. XXVIII. subnectit ex Clemente Alex. *Strom.* lib. VII. *Diogenes cum invenisset scriptum super domum cujusdam improbi: Insignis victoria, Hercules hic habitat, nihil mali ingrediatur, Et quando, inquit, in aulam ingredietur domus ædium?* Non poterat esse bonus, qui se adeo jactabat.

E Principibus sic tributa a Mercatoribus ex quæstu; & Veneri merces data a meretricibus ex prostibuli lucro, ut quæ prima meretriciam instituerit artem. Videndus Martinus de Roa *Singularium* lib. IV. cap. X qui forte, & mihi visus ab his scriptis.

Quod si quæ cuiquam noctem permisisset, in foribus inscribebat, *OCCUPATA EST*. Plautus *Asinaria:*

In foribus scribat, Occupatam esse.

F Meretricium vectigal primum Caligula instituit, ut docet Suetonius in *eo*, cap. XL. quantum quæque uno concubitu mereret. Ante portam meretricum velum pendebat, ne introspicere quisquam posset. Martialis *lib.* I. *epigr.* XXXV.

At meretrix abigit testem, veloque seraque.

Juvenalis.

Contentus non est foribus, veloque, seraque

Idem *Sat.* IX.

—— *Claude fenestras,*
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen.

Hoc velum ex centonibus conficiebant, & cento appellabatur, quod in unaquaque cella, & majori lupanaris janua, extensum a scortis. Disco ex Juvenalis *Sat.* VI.

Intravit calidum veteri centone lupanar.

Petronius. *Ut in locum secretum venimus, centonem anus urbana injecit*, &c.

CAP. III.

Dies, & Mercatus meretricius. Corollæ a Meretricibus donatæ quibus. Marsyæ simulacrum cur in Foro positum. Ad idem vadimonia statuta. Athenis ad statuam Lyci Genii quid peractum a Sycophantis. Meretrices stantes ante Lupanar. Prostibulum unde dictum. Alicariæ, & Prostibulæ Meretrices cur dictæ. Stabulum quid. Meretrices Prosedæ. Honestæ mulieres olim in vestibulis. Eædem cur in Gynæceis. Devium Scortum. Bustuariæ Mœchæ, diobolares, erraticæ. Semitarii Mœchi. Summœnianæ, Suburranæ, Scrantiæ, Blitidæ, Diobolares, &c. quæ. Meretricum domus qui dicta: Earumdem coma. Floralia ipsarum ludi. Ii quando celebrati. Lupanaria antiquitus ubi sita. Acta locus luxuriæ. Ceramicum Meretricum. Corinthiacæ quæ. Lupanaria, Judicia, Curia olim in templis. Plauti locus de Meretricibus. Aquarioli quinam dicti. Veneri operantes aqua usi. Meretrices post ludos prostitutæ. Aphrodisia cui sacra, & a quibus celebrata. Flora Meretrix. Nudæ Meretrices in Floralibus. Gynæcocosmi quinam. Quædam ad Veneris cultum ac superstitionem spectantia.

DIEM sacrum meretricium, Aphrodisia fuisse, docet Plautus in *Pœn.* Act. I. Sc. II.

Ad ædem Veneris hodie est mercatus meretricius,
Eo conveniunt mercatores, ibi ego me ostendi volo,

inquit meretricula. Idem in *Asinaria* Act. IV. Sc. I.

Tum si coronas, serta, unguenta jusserit
Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.

Ex quo colligere licet, ut milites exauctorati arma sua ad Martis, gladiatores rude donati ad Herculis postes ponebant, Pastores fistulam Pani, Mulieres vetulæ pectinem Veneri, personas Baccho Tragœdi emeriti suspendebant. Item pueri prætextam Laribus, puppas puellæ Veneri, pugiles cæstus Polluci, nautæ remum, & contum Neptuno, Musici fistulam, aut lyram Pani: Ita comessatores & puellæ, quæ Veneri militarent, languidas coronas demptas suo capiti Deo cuipiam muneri dedisse; & quoties pensum suum absolvissent, tot corollas ludicro cuipiam, & minorum gentium Deo donabant, uti Trepallo, Hermæ, Marsyæ. De Marsya meminit Seneca *de Beneficiis* lib. VI. cap. XXXII. *Divus Augustus*, inquit, *filiam intra pudicitiæ maledictum impudicam relegavit:* (hunc locum a me latius explicatum alibi videbis) *& flagitia principalis domus in publicum emisit; admissos gregatim adulteros, pererratam nocturnis comessationibus Civitatem, forum ipsum, ac rostra, ex quibus Pater de adulteriis legem tulerat, filiæ in stupra placuisse, quotidianum ad Marsyam concursum, cum ex adultera in quæstuariam versa, jus omnis licentiæ sub ignoto adulterio peteret.* Plinius *libro* XXXI. *cap.* III. *Apud nos exemplum hujus licentiæ non est aliud, quam filia D. Augusti, cujus luxuria noctibus coronatum Marsyam litteræ ipsius Dei gemunt.* Videndus Muretus *ad locum dictum Senecæ*, & alii *ibidem*. Marsyæ statuam in foro positam ajunt, ut ejus aspectu, & supplicio impii, & injusti litigatores deterrerentur. Ad hanc statuam statuebant vadimonia. Ideo Horatius *Sat.* VI. *l.* I.

Surgendum sit mane, obeundus Marsya, &c.

Notissimum est de Marsyæ contentione cum Apolline, illiusque eventu, ut est in fabulis.

Athenis in foro, ubi agebantur causæ, Lycus quidam Genius, ex Zenobio, sculptus stabat lupina facie. Apud hanc statuam sycophantæ pecunia corrupti versari consueverant, veluti apud Deum quempiam, sui quæstus præsidem, eique in dies singulos triobolus sacrabatur, hoc præside gaudent improbi.

Sed meretricum detestare impudentiam, quæ nudæ ante fornices, & stantes etiam prostabant; unde prostibulum dictum, quod starent. Docet Seneca controvers. *Meretrix vocata es, in communi loco stetisti, stetisti puella in lupanari.*

Marcellus optime hunc morem explicat, dicens, Prostibula dicebantur, quod ante stabulum starent, quæstus diurni, ac nocturni gratia. Plautus in *Cistel.*

Intro ad bonam meretricem, astat ea in via sola,
Prostibula sane est.

Non. Marcellus. Meretrix honestioris loci & quæstus est, nam meretrices a merendo dictæ, quod copiam sui tantummodo noctu facerent.

Festus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis solitæ ante pistrina alicariorum versari quæstus gratia; sic eæ, quæ ante stabula sedebant prostibulæ dicebantur, ego potius stetisse crediderim; tum quia id nominis ratio exigit, tum quia melius a ganconibus circumspiciebantur. Stabulum enim est meritorium, seu lupanar, quod inibi consistunt. Horatius *Sat.* II. *lib.* I. optime rem declarat:

Nulla nisi olenti fornice stantem, &c.

Nec tamen inficias ierim, aliquando prosedisse; hinc dictæ illæ meretrices, prosedæ Plautus in *Pœnulo*, Act. I. Sc. II.

An ibi vis inter istas vorsarier
Prosedas, &c.

Et paulo post:

Quæ tibi olent stabulum, statumque, & sellam,
& sessibulum merum.

Ab honesto, ad turpem morem hic mos deductus; honestæ enim fœminæ olim in vestibulis, foribus, & liminibus domorum; unde apud Virg. *Æneid.* VI. *Casta Proserpina* dicitur *limen servare*. Propertius *lib.* II. *eleg.* VI.

Et quæcunque viri fœmina limen amat.

Unde mos appendendi ad postes, & januas amantium coronas, & flores, de quo a me alibi. Locus hic liminaris ex honesto turpis factus, & quasi prostitutus vulgari libidini, traduxit honestas mulieres ad interiores partes ædium, & Gynæcea.

Scortorum genus duplex; aliud Devium (de quo Horat.) id est, non prostitutum in propatulo omnium libidini, sed honestius, minusque vulgare. Contra vero Bustuariæ, mœchæ dictæ, vulgaria, & diobolaria scortilla, erratica, inter busta, atque monumenta pene in propatulo prostantia, de quibus Martialis, *lib.* I. *epigr.* XXXV.

Ab-

Absfcondunt spurcas hæc monumenta lupas.

Sic a Catullo dicti semitarii Mœchi pro scortatoribus vilissimis, in agrorum semitis, sub dio scortilla subigentibus. Summœnianæ etiam dictæ meretrices. Martialis, *lib.* III. *ep.* LXXXII.

Summœnianas cœnet inter uxores.

Summœnium enim locus in Urbe, ubi frequentia lupanaria. Hæ fortasse illæ dictæ Suburranæ, quarum meminit Martialis, *lib.* VI. *epig.* LXVI.

Famæ non nimium bonæ puellam,
Quales in media sedent Suburra.

Et Horatius *Epod.* Juxta hanc Suburram erat sacra via, de qua Martialis, *libro* II. *epigr.* LXIII.

Sola tibi fuerant sestertia, Miliche, centum,
Quæ tulit e sacra Læda redempta via.

Dictæ demum in contemptum Scrantiæ, Blitidæ, Diobolares, &c. Prostibula. Plaut. *Sticho:*

Prostibuli est stantem stanti suavium dare.

Meretricum vestes Athenis variæ, floridæ, ornatæ, Suidas.

Nonariæ dictæ a Persio *Sat.* I. quod ea hora pateret aditus ad lupanaria, cum antea clausæ essent fores, vel ex more, vel ex lege, ea enim hora cuti curandæ olim destinata.

Meretricum domus *Janua Orci* vocatur a Plauto in *Bacchid.* Coma flava meretricum erat, nigra matronarum; colligitur ex Juven. *Sat.* VI. de Messalina *flavo galero* redimita, ut lupis esset similior, Mart. *lib.* V. *ep.* LXV. *tua flava magis.*

Ludi meretricum erant Floralia; primum mense Aprili celebrata; deinde in Majum translata; qui ludi a fœminis nudis impudicissimis cum omni lascivia verborum, & gestuum celebrati: quorum Floralium actores unum tantum Catonem vereriti: Legendus Ovidius V. *Fastorum.* De his ita Plutarchus in *Pompejo: Et quidem Floram referunt usque adeo floruisse, ac fuisse celebratam, ut Cæcilius Metellus cum signis, & tabulis pictis ædem Castoris exornaret, una illius pictam imaginem ob venustatem ibi dedicaret.* Sed lupæ in lupanaribus.

Floralia ergo Kalendis Maii celebrata, unde mos inolevit, ut passim plerique juvenum eo die floribus Majum celebrent. Flora enim efficta a Praxitele, cujus dextra flores fabarum, & ciceris præferebat: hæc putata Chloris, unde Ovidius,

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Hæc Zephyro nupta dotis loco accepit, ut haberet omnium Florum potestatem: hanc placabant Ludis Floralibus, ut fruges cum arboribus, & vitibus bene florerent.

Lupanaria olim in littoribus fuisse conjicio ex Quintiliano: *Fortasse etiam natus est ingenuus, fortasse rapto ex aliquo littore, prætextam fortuna reddidit.* Seneca *Controvers.* probat nudas meretrices stetisse in littore quoque. *Nuda in littore stetisti ad fastidium emptoris.* Hic locus dictus *Acta:* Acta enim littora amœna proprie dicunt & secreta, ex observatione Cujacii *lib.* VIII. & Tullii verbis *in Verrem: Quod ubi nunciatum est, tametsi in Acta cum mulierculis jacebat ebrius.* Prudentius lib. I. *contra Symm.*

—— *temulentus adulter*
Invenit expositum secreti in littoris Acta.

Ex Scholiaste Aristophanis *in Equit.* Ceramicum duplex Athenis, unum, ubi erant sepulcra bello occisorum, alterum ubi prostabant meretrices Corinthiacæ (ex eodem) digno loco habitæ, videlicet in templo Veneris, unde Laidis preciu Corinthiacæ. *Mastrillyum*, prostibulum, locu ubi lenones versabantur.

Sacrilegium maxime impium in Herodoto *lib* II. lego dicente, omnes pene mortales præter Æ-

A gyptios, & Græcos dare operam in templis rei Veneris. Romani etiam templa profanabant. Neque alia (credo) mente scriptum a Plutarcho in *Vita Camilli: Judicium de condemnatione Manlii celebratum in luco Petilino: cum enim alibi non posset Camillus, lucum elegit ad audiendum reum, & peragendam actionem, quem antiquis Romanis loco templi esse sciebat.* Usitatum enim (ex Varrone lib. II. *de Lingua Latina*) templis uti pro curia ad negotia tractanda, ad caussas, ad lites. Livius *lib.* XXIII. loquens de Annibale, & Capuanis: *Egressus Curia, in templo magistratus consedit, comprehendique Decium Magium, atque ante pedes destitutum caussam dicere jussit.* Thucydides, *Ærarium eis erat Delos, & conventus in eo templo fiebant.*

B Judices dicturi sententiam intra velum se continebant, ne scilicet rei aspectu judices a recta, & justa sententia ferenda amoverentur, ut notat Novar. *Sched.* l. V. cap. XIX. ex Athenæo *l.* XIII. *c* XXII.

De ærario a me alibi, & de pecunia, thesaurisque templis credita. Demum, ut meretricia loca cane pejus, & angue, singuli detestentur, Plautinum adduco locum in *Pœnulo,* Act. I. Sc. II.

—— *An ibi vis inter istas versarier?*
C *Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,*
Miseras, cœno delibutas, servilicolas sordidas?
Quæ tibi olent stabulum, statumque, & sellam,
& sessibulum merum:
Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit: neque duxit domum:
Servulorum sordidulorum scorta diobolaria.

Mandras lustrati, Archimandritas hircosos lustralibus sacris expiemus, hi dicti olim Aquarioli, mulierum scilicet impudicarum sordidi asseclæ, & amantium internuncii. Septimius Florens; *Primo erunt lenones, aquarioli,* &c. Apulejus *Apol. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suæ ita ira*
D *extumuit.* Dicti ab aqua, cujus, cum Veneri operantur, ministerio vulgo utebantur. Lampridius de Commodo, *Gladiatoribus convivis aquam gessit, ut lenonum minister.*

An quia in ædes aquam portabant? qua plurima egent ad balneum seseque eluendas mulieres. Hac occasione iis, ut internunciis amorum, utebantur: Juven. *venit conductus aquarius.* Per diminutivum, & contemptum dicti aquarioli. An quia statim atque Veneri erant operati amantes, aqua se lustrabant? Ovid. *Amor.*

Neve suæ possent intactam scire ministræ,
Dedecus hoc sumpta dissimulavit aqua.

E Cicero *pro Cælio: Ideone aquam adduxi, ut ea tu inceste uterere?*

Post ludos, meretrices omnium libidini, & licentiæ exponebantur. Isidorus l. XVIII. cap. XLII. *Idem vero Theatrum, idem & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices ibi prosternerentur.* Statius I. *Sylv.* in Satur.

Huc intrant faciles emi puellæ;
Hic agnoscitur omne quod Theatris,
Aut forma placet, aut probatur arte.

Cotys dæmon apud Corinthios colebatur præses effœminatorum, & impudicorum. Suidas.

F Aphrodisia Veneris erant sacra, celebranturque a Cypriis auctore Cinyra, ubi qui sacris Deæ initiabantur, pugillum salis, & phallum accipiebant; ipsi nummum offerebant, ut habet Clemens Alex. in *Protreptico*: Arnobius *lib* V. his verbis: *Nec non (& Cypriæ) Veneris abstrusa illa initia prætereamus, quorum conditor indicatur Cinyras fuisse, in quibus sumentes ea, certas stipes inferunt, ut meretrici; & referunt phallos, propitii numinis signa, donatos.* Floralia tamen, ut a me alibi, meretricum festa, in quibus Ædiles fabas,

A cicer, aliaque similia in vulgus spargebant. Persius *sat.* V.

—— cicer ingere large
Rixanti populo, nostra ut Floralia possint
Aprici meminisse senes.

Et quia ipsa Flora meretrix fuisset notissima, meretrices apertis, nudatisque pudendis producebantur cursuræ, saltaturæ. Martialis *lib.* I. *epigr.* XXXVI.

Quis Floralia nescit, & stolatum
Permittit meretricibus pudorem?

B Committebantur, seu choreæ, seu lusus isti, fœminarum nudarum discursus, sono tubæ. Juvenalis *sat.* VI.

—— Dignissima certe
Florali matrona tuba. ——

Vide Dempst. *lib.* II. *c.* XX.

Gynæcocosmi, ex Athen. *lib.* VI. dicti fuerunt, qui petulantiores mulieres afficiebant mulcta, proposita scriptura publica in platano in Ceramico. Subnecto quædam ad Veneris cultum seu superstitionem spectantia ex Novar. *Sched.* l. IV. c. XII. Venus ab iis fœminis colebatur, quæ fuerant fornicatæ. Viri in Veneris cultu muliebrem habitum induebant. De Veneris sacrificio ita scribit Arnob. *In Libano sacrificantes usque hodie turpissimæ Veneri vitulorum virilia amputant, & in ejus sacrificio hujusmodi incensa supponunt.* Phœnices vero, ut notat D. Aug. *de Civit. Dei* l. IV. donum dabant Veneri de prostitutione filiarum. Veneris vero statuam in foro positam narrat Plin. *l.* XXXV. *c.* XII. Fuisse autem, qui armatam Venerem in anulo sculptam gestaret, auctor est Dio *Histor.* l. XLIII. cur vero myrtus Veneri dicata, Servius *ad eclog.* I. *Virg.* disertis asserit verbis. Vide Novar. *Sched.*



JOANNIS MEURSII

DE PUERPERIO

SYNTAGMA.

Nobilissimo, Amplissimoque

VIRO,

CORNELIO VANDER MYLE,

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI MAURITIO A CONSILIIS,

JOANNES MEURSIUS

S. D.



HOC Syntagma cum ederem, V. N. & A. inscribere tuo nomini decretum fuit. Caussæ mihi non diu quærendæ, quæ in promptu. Conjunctio animorum, & blanda conspiratio Genii utriusque nostrum. Amavimus enim inter nos constanter a teneris usque unguiculis, in eodem ludo, sub iisdem præceptoribus crevimus, eadem studia habuimus in eadem Academia; donec exteras nationes videndi desiderium, quod te capiebat, disjunxit. Sed redux postea de amore & adfectu erga me nihil remisisti. Et ne nunc quidem honoribus auctus, qui mutare mores solent, veterem amicum dedignaris, etsi infra te collocatum. Idem es, qui fuisti; & nihil in te juris habere Fortunam ostendis. Macte ista virtute; & animum mihi porro illum tam benevolum, tam addictum serva: ego tibi cultum, quem debeo. Ejus pignus hoc *De Puerperio* accipe, cum voto, ut semper id felix sit tuæ Junoni. Vale Vir Nob. & Ampl. Hagæ-Comitis. Postridie Id. Jul. cIↃ IↃ. C. IV.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII DE PUERPERIO SYNTAGMA.

CAP. I.

Vota parentum pro liberorum susceptione. Nova nupta insidebat Mutini fascino. Sacra eidem a mulieribus facta. Dii præstites concubitus. Mulieres steriles se Lupercis verberandas offerebant. Amiculum Junonis. Prægnantes in Græcia ante quadragesimum diem fanum non ingrediebantur: & Palilia diem festum babebant. Quæ formæ studiosæ uterum celabant.



JUNO Lucina fave, ad Puerperium vocaris, etsi non a puerpera: puerperium, quod tibi mulier nulla conabitur, sed illæ, ut Ausonius appellat, Cadmi nigellæ filiæ; neque in terra partus statuetur, sed niveo chartæ solo. Qualecumque vero futurum est, alienum a tua ope non erit, quippe quam omni passim Puerperio præfecit maritus & frater ille tuus,

> Ζεὺς ὑψιβρεμέτης ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Adesto itaque ad munus propitia. Non alte repetam principia, aut caussas, e Medicorum aut Mathematicorum libris, quo quid tempore perficiatur, & quodnam cujusque planetarum opus sit: hoc enim esset a Ledæ ovo ordiri bellum Trojanum. Ab ipso mihi Puerperio initium erit, & puncto temporis, quo in communem hanc lucem proruptura est nova proles. Paucula tamen, quæ non ab re, præmittam, veluti clamores suos, mulier dum parturit. Summum omnino parentibus votum erat liberorum, itaque nova nupta, ne sterile conjugium haberet, in Mutini, sive Priapi, fascino sedere solebat. Augustinus *de Civit. Dei* lib.VI. cap. IX. *Sed quid hoc dicam, cum & ibi sit Priapus nimis masculus, super cujus immanissimum & turpissimum fascinum sedere nova nupta jubebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum?* Arnobius *lib.*IV. *Etiamne Mutinus, cujus immanibus pudendis horrentique fascino inequitare matronas & auspicabile ducitis, & optatis?* Idem quoque legere est apud Lactantium *lib.*I. Hic Tetinus quoque dicebatur, quippe cui tendendi nervi cura esset, mulieresque ei in Veliis sacrificabant velatæ togis prætextis. Festus. *Mutini Tetini sacellum fuit Romæ, cui mulieres velatæ togis prætextis solebant sacrificare.* Hinc quoque Dii culti plurimi, ipsius coitus præsides, Subigus, Prema, Pertunda, Perfica. Saturnus, ut semen conferret: Liber, & Libera, ut semen emitterent, hic viris, illa fœminis: Janus, ut semini in Matricem commeanti januam aperiret: Juno, & Mena, ut fluores menstruos regerent ad fœtus concepti incrementum: Vitunus ut vitam donaret: Sentinus, ut sensum. Sed maxime omnium culta Juno, & quasi familiam hæc ducebat. Arnobius *lib.* III. *Parturiunt, pariunt, ut difficiles puerperiorum tricas Juno Juno mulceat, corripiatque Lucina.* Deinde. *Puerperiis Juno præ-* A *posita est, & auxiliatur genetricibus fœtis.* Hinc illi cognomina Februlis, Fluonia, Opigena, Lucina. Itaque fiebant ei sacra mense Februario, ejusque feriæ erant Lupercalia, & steriles quæ essent Lupercis februantibus verberandas se præbebant. Discimus ex Juvenali *Sat.*III.

> *Interea tormentum ingens nubentibus hæret,*
> *Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.*
> *Sed melius, quod nil animis in corpora juris*
> *Natura indulget, steriles moriuntur, & illis*
> *Turgida non prodest condita pyxide Lyde,*
> *Nec prodest agili palmas præbere Luperco.*

Interpres vetus. *Steriles mulieres februantibus* B *Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur.* Erat autem ista Ferula ex pelle caprina, & *Amiculum Junonis* dicebatur. Festus docet. *mulieres februabantur a Lupercis amiculo Junonis, id est, pelle caprina.* Prægnantes autem Parilia colebant, dicis caussa in lecto cubantes. Festus: *Parilia festa sibi observanda judicant privatim ipsæ quoque puerperæ domi in stratis, ut in pariendo ab eis quasi stabiliantur.* At hæc Romæ; transeamus in Græciam. Ibi similiter sollicita vota pro liberis, & sacra facta Junoni, Veneri, Gratiis. Etymologici Auctor. Φασὶ γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις, οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ οἱ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγίνετο C δ' ἡ θυσία τῇ Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. Et has *Gamelias Virgines* intelligit Festus, cum inquit *Gameliis virginibus supplicare nupturæ solitæ erant.* Neque turbare aliquem debet, quod Juno & Venus virgines appellentur, nam Virgo Latinis, ut παρθένος Græcis, commune etiam nuptiarum vocabulum est. Athenienses etiam Cotto, Hygi, & Briareo, quos τριτοπάτορες dicebant, sacrificabant. Phanodemus *lib.* VI apud Suidam. Μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς (τοῖς τριτοπάτορσιν) ὑπὲρ γενέσεως παίδων. Prægnantes autem factæ ante quadragesimum diem fanum non intra- D bant. Censorinus *cap* XI. *In Græcia dies habent quadragesimos insignes, namque prægnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum.* Illud vero pene me fugerat monere, fuisse etiam *Nixios deos* apud Romanos; quorum signa genibus nixa in Capitolio ante cellam Minervæ colebantur, quæ M. Acilius Glabrio, superato Syriæ rege Antiocho, Pop. Romano attulit. Festus. *Nixii dii appellantur in Capitolio tria signa ante cellam Minervæ, genibus nixa, velut præsidentes parientium nixibus.* Supplicabant quoque Prosæ & Postvortæ, ne infans in pedes conversus prodiret ex utero matris, cum ille partus pericolosissimus haberetur. Varro apud Agel- E lium *lib.*XVI. *cap.*XVI. *Quandoque pueri contra naturam forte conversi in pedes, brachiis plerunque diductis retineri solent: ægriusque tunc mulieres enituntur: hujus periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus: quarum una Postvorta nominata est, Prosa altera; a recti perversique partus potestate, & nomine.* Macrobius *Saturnal.* lib.I. cap.VII. Prosam nominat Antevertam, sed hoc ἰσοδυναμεῖ, itaque exercere nihil [illegible] aliud vero etiam illi munus assignat, R[illegible]

tem etiam quæsita, ut facilis esset partus. Aliquis A tectum parturientis transmittebat lapide vel missili, quo homo, aper, ursa, singulis ictibus essent interfecti: vel hasta quoque velitari, evulsa ex hominis corpore, quæ terram non tetigisset: vel ipse quoque maritus cinctu suo soluto illam cingebat, & iterum solvebat, adjecta precatione, se vinxisse eam, & soluturum quoque. Vide Plinium *l.* XXVIII. *cap.* IV. Nefas quoque parturienti assidere poplite in alterum genu imposito, vel digitis pectinatim inter se implexis. Vide eundem *libro citato*, *cap.* VI.

CAP. II. B

Deorum benevolentiæ, & pudicitiæ maternæ signa habebantur, gemellos parere, & sine dolore, item similes. Puerperæ dii custodes tres.

VIDIMUS quæ pro partu, ante partum: nunc ad ea quæ in partu, & ab illis fieri solita, veniamus. Signum habebatur & benevolentiæ deorum & pietatis pudițiæque puerperæ, si gemellos peperisset. Abunde id docuerit vel unus Plauti locus *Amphitr.* Sc. *Spes atque opes*:

> —— BRO. *ego faciam, tu idem aliter prædices,* C
> *Amphitruo, piam & pudicam esse uxorem tuam ut scias.*
> *De ea re signa atque argumenta paucis verbis eloquar.*
> *Omnium primo Alcumena geminos peperit filios.*
> AMPH. *Ain' tu, geminos?* BRO. *geminos.* AMPH. *dii me servant.* BRO. *sine me dicere.*
> *Ut scias tibi tuæque uxori deos esse omnes propitios.*

Quid pote clarius? fodes. Tacitus *Annal.* II. *Soror Germanici Livia, nupta Druso, duos virilis sexus simul enixa est, quod rarum lætumque etiam modicis* D *penatibus.* Erat & aliud judicium: puta, si sine dolore, & facilis partus esset. Ideoque sequitur apud Plautum:

> —— [illegible]
> *N*[illegible] *que plorantem nostrum quisquam* [illegible],
> *Ita profecto sine dolore peperit.* ——

Apud Callimachum quoque *Hymno in Dianam* est:

> —— *nec pariens uteri nec pondera gestans*
> *Indoluit mater, nulloque enixa dolore est,* E

Item apud Theocritum *Idyll.* XVII. in nativitate Ptolemæi regis:

> *Adstitit hæc illi facilis, sensumque doloris*
> *Omnibus exemit membris.* —— ——

Et luculentum quoque exemplum est in Plutarchi *Cicerone*, ipso statim principio: *Ferunt quoque Ciceronem sine dolore ullo ac labore enixam esse matrem.* In similitudine quoque vultus magnum pudicitiæ esse argumentum existimabatur. Horatius *lib.* IV. *Od.* V.

> *Laudantur simili prole puerperæ.* F

Quintilianus *Declam.* XVIII. *Quæ pudicitiæ prima fiducia est, edidit partum quem maritus agnosceret: non timuit ne stupra furtivosque concubitus parvuli vultus, aut crescentis infantiæ similitudo detegeret.* Nam parentibus dissimiles illegitimi censebantur. Phocylides.

> *Non similes natos lectus ducit adulter.*

Huc facit jocus Liviæ Augusti filiæ, quæ consciis flagitiorum mirantibus, quomodo similes Agrippæ filios pareret, cum tam vulgo potestatem sui corporis faceret, dixit: *Non nisi plena navi tollo vectorem.* Et qui gratiam alicujus captabat, aspectis liberis, dicebant esse patri simillimos. Sic ille apud Theophrastum in *Ethic. Charact.* cap. *de Blanditie*: *Et ad cœnam vocatus, convivii dominum jubebit vocare liberos suos, ingressosque magis similes patri dicet, atque ficus ficui.* Tres autem puerperæ dii addebantur custodes adversus Silvanum. Hi erant, Intercidona, Pilumnus, Deverra. Atque ejus rei significandæ caussa constituebantur tres viri, qui noctu ædes circumirent, quorum primus securi limen feriebat, secundus pilo, tertius scopis deverreret. Augustinus *de Civit. Dei* lib. VI. cap. IX. *Mulieri fœtæ post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Silvanus deus per noctem ingrediatur & vexet, eorumque custodum significandorum caussa tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis: ut his datis culturæ signis deus Silvanus prohibeatur intrare*

CAP. III.

Omina futuræ magnitudinis unde capi solita.

OMINA vero futuræ magnitudinis etiam capi solita e corporis statura, atque magnitudine & robore membrorum. Itaque placebat supra modum, si magni essent infantes nati. Liquet ex *Amphitruone* Plauti, Sc. *Spes atque opes*:

> BRO. *Postquam peperit, pueros lavare jussit, nos occepimus.*
> *Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnus est, & multum valet?*

Et profecto non inane omen isthoc fuit, nam Hercules postea maximus exstitit. Huc pertinent ista e *Truculento* ejusdem Comici, Sc. *Ne exspectetis*:

> AS. *Peperit puerum nimium lepidum.* ST. *ecquid mihi simili' st.* AS. *rogas?*
> *Quin ubi natus esset jam machæram & clypeum poscebat sibi.*
> ST. *Meus est, scio jam de argumentis: nimium quidem simili' st. papæ!*
> *Jamne magnus est? jamne lectat legiones, quas spoliare velit?*

CAP. IV.

Infantes nati Genii & Junonis tutelæ tradebantur. In terra statuebantur, captaque auspicia an Vitales forent; & sternebatur lectus Pilumno ac Picumno. Suetonius illustratus. Referebantur in acta: quod neglectum excitavit iterum M. Aurelius.

NATO infante, si masculus erat, Genio in tutelam tradebatur: si de sequiore sexu, Junoni. De Genio apparet ex isto loco Arnobii *l.* II. *Toga sternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis.* Item ex isto Juvenalis *Sat.* VI.

> —— *vetus est alienum Posthume lectum*
> *Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.*

De Junone clarum faciet Tibullus:

> *Hæc per sancta tuæ Junonis numina juro.*

Et *lib.* III. *eleg.* VII.

Et si perque suos fallax juravit ocellos,
Junonemque suam. —— ——

Apud Petronium Quartilla. *Junonem meam iratam habeam.* Item ab obstetrice in terra statuebatur, auspicabaturque an rectus ac vitalis foret, & lectus sternebatur Pilumno ac Picumno. Varro *de vita Pop. Rom.* l. II. *Natus si erat sublatus, ab obstetrice statuebatur in terra, ut auspicaretur vitalis ac rectus esse: diis conjugalibus Pilumno & Picumno in ædibus lectus sternebatur.* Hanc *Domesticam religionem* appellat Suetonius *Claudio*, c. XII. *Natalemque geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione, transegit.* Patres autem natos sibi liberos profitebantur apud præfectos ærarii, qui in acta referebant. Apulejus. *Pater natum sibi filium cæterorum more professus est.* Scævola l. 28. *de Probat. Mulier gravida repudiata, absente marito filium enixa, ut spurium in actis professa est.* Juvenalis *Sat.* IX.

Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum inspargere gaudes
Argumenta viri. —— ——

Postea neglectius hoc fieri cœpit, sed excitavit M. Aurelius Imp. jussitque intra trigesimum diem facere. Capitolinus in *Vita ejus. Liberales causas ita munivit, ut primus juberet apud præfectos ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra tricesimum diem, nomine imposito.*

CAP. V.

Clypei & vanni pro cunis: & cujus rei id auspicium. Infantes vesperi lavari soliti. Lacænæ in clypeis pariebant. Dii infantum curatores. Fabii.

PORRO in clypeo infantem, aut in vanno deponebant: hi enim apud Veteres loco cunarum erant. De clypeo est fragmentum Ennii apud Nonium:

Nam ubi introducta est, puerumque ut laverant, locant
In clypeo. —— ——

Et apud Theocritum insignis locus est, *Idyll.* XXIV.
Utrumque ablutum, & jam plenum lactis: alieno
Deposuit clypeo. —— ——

Ex quibus locis duobus liquet etiam, ablui solitos pueros vesperi, antequam dormituri in cunas reponerentur. De vanno legitur apud Callimachum, *Hymn. in Jovem*:

—— *Nemesis sopivit in aureo*
Te vanno. —— ——

Etymologici Auctor: *Veteres in vannis liberos suos dormire faciebant.* Qui in ventilabris collocabant, in auspicium futurarum divitiarum id faciebant, ut docet Scholiastes vetus Callimachi. *In ventilabris olim infantes dormituros, collocabant, in futurarum divitiarum & affluentiæ auspicium.* Qui in clypeo, illis fortitudinis id auspicium erat. Itaque Hercules in clypeo positus legitur, qui postea fortitudine omnes antecelluit. Quin & Lacænæ in clypeo pariebant, teste Nonno *Dionys.* XLI.

—— Λακωνίδες οἷα γυναῖκες
Τίκτας ὠδίνουσιν ἐπ' εὐκύκλοιο βοείης.

Quo autem id voto? nisi hoc ipso, quod dixi. Et

A vero nota est eorum hominum virtus bellica, & symbolum quoque incisum scutis: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. In cunis vero cubantes tutabatur Dea Cunina quæ eo nomine colebatur, ut testatur Lactantius *l.* I. & Augustinus *de Civ. Dei*, lib. IV. Sed & alii dii culti. Vaticanus vagientibus præerat; Rumina sugentibus, Statilinus, sive Statanus, stare incipientibus, Cuba cubantibus, Edulia edentibus, Potina bibentibus. Quæ omnia reperiuntur apud Agellium, Augustinum, Donatum Terentii interpretem, Lactantium, Nonium Marcellum, Tertullianum. Fabulino quoque sacra fiebant pro accepta jam voce: nam pueri, ut, cum loqui nondum pos-
B sent, *Infantes* dicebantur: ita, cum inciperent loqui, *Fabii*: atque inde huic Deo nomen. Prius est videre apud Varronem de Liberis educandis. *Cum primo fari incipiebant, sacrificabant divo Fabulino.* Posterius ex Glossario liquet, in quo legitur. *Fabia*, παιδίσκη.

CAP. VI.

Puerperæ Zonas Dianæ consecrabant, & vestimenta. χιτώνη. ἀμφιδρόμια. δεκάτην θύειν. ἑστιάσαι. Lustricus *dies*. *Dea nundina*. *Munera Puerperæ mitti solita.*

C ABIERAM paululum ad partum, nunc ad ipsas puerperas revertar. Hæ a primo partu Zonas suas Dianæ suspendebant, quæ & Λυσιζώνη ea ex re cognominata. Apollonii Scholiastes. *Solvunt Zonas primum parientes, & consecrant Dianæ. Unde & Lysizonæ Dianæ templum Athenis.* Suidas aliique auctores sunt, ante coitum id fieri consuevisse. Est & Agathiæ epigramma huc pertinens, quod nos alibi citavimus. Vestimenta quoque illi dedicabant. Callimachi Scholiastes docet. *Hymno* I. *Natis infantibus consecrant vestimenta Dianæ.* Et ab hac re illa χιτώνη nominata. Inde est in Inscriptio-
D ne antiqua.

VIRGIN. C HTIONE. SACRUM

Quintus dies a partu Ἀμφιδρόμια dicebatur, & tum infans circa aram curriculo gestabatur, & purgabant manus suas obstetrices. Docent id nos Grammatici Græci. Et sacra quoque faciebant Junoni εἰλειθυίῃ Græci; Lucinæ Romani. Plautus *Truculento*, Sc. *Num tibi*:

Quin diis sacrificare hodie pro puero volo,
Quinto die, quod fieri oportet. ——

E Illudque sacrificium pluribus describit, Scena sequente sub finem. Ephippus in *Geryone*:
Οὐ κνίσσα κρούει ῥινὸς ὑπεροχὰς ἄκρας
Ἀμφιδρομίων ὄντων. ——

Decimo die amicos convocabant, sacrificabant iterum, deinde nomen infanti dabant, postremo convivium agitabant. Videmus apud Polyænum *Strateg.* lib. VI. Ac de convocatione quidem amicorum, in istis verbis. *Et filio sibi aliquando nato, cum nomen impositurus esset, convocatis Græciæ opti-*
F *matibus, advocavit etiam fratrem, ut susceptioni adsisteret.* De sacrificio & convivio, in sequentibus. *Festinus ad cœnam rediit, & fratri libationem incipere ac puero imponere nomen permisit.* Suidas plenissime. *Mos est Atheniensibus, natis liberis decima a nativitate nocte convocare agnatos ac cognatos, & sanguine proximos, iisque præsentibus & nomina dare infantibus, & sacrificare diis, postremoque convivium agitare.* Convivium legimus etiam apud Capitolinum in *Albino*. *Hora convivii, quod celebritati pueri deputabatur, quum ei fierent nomina, septem aquilæ*

parvulæ de nido allatæ sunt. Apponi vero illic apud Græcos quidem solita frusta casei Chersonitæ assi, brassica item in oleo cocta, columbæ, turdi, carduelcs, sæpiolæ, loligines, ac polypi, bibebanturque calices meraciores. Vide Ephippi versus apud Athenæum *l.* II. & IX. Sacrificium vero illud ut & convivium, δεκάτη appellabatur, & parentes convivium cum exhiberent, δεκάτην ἑστιάσαι, cum sacrificarent, δεκάτην θύειν dicebantur. Aristophanes *Avibus*,

> Οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγώ;
> Καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην.

B

Constat quoque ex Harpocratione, Hesychio, Suida, Auctore *Proverbiorum*, Aristophanis Scholiaste, & aliis. Nec decimo tantum die semper nomina imposita, sed etiam septimo aliquando. Harpocration. Τοῖς ἀποτεχθεῖσι παιδίοις τὰς ἑβδομάδας, καὶ τὰς δεκάτας ἦγον, καὶ τάγε ὀνόματα ἐτίθεντο αὐτοῖς οἱ μὲν τῇ ἑβδόμῃ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ λέγει· οἱ δὲ τῇ δεκάτῃ. Septimi rationem reddit Aristoteles *de Animal.* lib. IX. Porro quinto munera quoque puerperæ mittebant consanguinei. Auctor *Proverb.* in descriptione Amphidromiorum. *Et munera mittunt consanguinei ut plurimum polypos ac sepias*. Scilicet, quia horum usus in isto convivio, ut jam ex Ephippo docui. Plautus *Truculento*:

C

> PH. *Quin diis sacrificare hodie pro puero volo,*
> *Quinto die quod fieri oportet.* DI. *censeo.*
> PH. *Non audes aliquod mihi dare munusculum?*

Æschylus quoque primis Eumenidibus γενέθλιοι δόσιν nominat. Et est clarus apud Terentium *Phorm.* Act. I. Sc. I.

> —— —— *porro autem Geta ferietur*
> *Alio munere, ubi hera pepererit.*

Nominis autem dies apud Romanos *Lustricus* appellabatur. Tertullianus vocat *Nominalia*. Atque is maribus nonus, fœminis octavus statuebatur, testibus Festo, Macrobio, Plutarcho. Et huic præerat Dea Nundina, teste Macrobio *Saturnal.* lib. I. cap. XVI.

CAP. VII.

Virga populea depangi solita. Palma a parturientibus tacta. Coronæ in foribus suspensæ. Brassica Puerperis data. Earum ædes intrare superstitiosiores nolebant. Diog. Laertius emendatus. Justum Puerperii tempus, & eo exacto festum τεσσαρακοστόν.

MORIS erat in Italia populeam virgam defigere solo. Donatus in *Vita Virgilii*: *Virga populea more regionis in puerperiis eodem statim loco depacta ita brevi coaluit, ut multo ante satas populos adæquarit: quæ arbor Virgilii ex eo dicta atque*

A *consecrata est, summa gravidarum religione, suscipientium ibi & solventium vota*. Tradunt quoque palmam in partu tactam fuisse, quia illa ad facilitatem partus conferre multum censebatur. Et adnotant Scholiastæ veteres ad illud Theognidis;

> —— —— θεὰ τέκε πότνια Λητὼ
> Φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη.

Coronas quoque in foribus suspendebant. Juvenalis *Sat.* IX.

> —— —— *foribus suspende coronas;*
> B *Jam pater es.* —— ——

Statius *Silv.* lib. IV. ad Julium Menecratem, cui ob prolem gratulatur;

> —— *cumque tibi vagitet tertius infans,*
> *Protinus ingenti non venit nuntia cursu*
> *Littera, quæ festos cumulare altaribus ignes*
> *Et redimire chely, postesque ornare juberet?*

Manavit hic mos item a Græcis, qui id quinto die faciebant. Ephippus in *Geryone*:

C

> Οὐ στέφανος οὐδ' εἷς ἐστι πρόσθε τῶν θυρῶν,
> Ἀμφιδρομίων ὄντων. ——

Toto vero puerperii tempore brassicam Athenienses edendam puerperæ dabant. Athenæus auctor est *lib.* IX. *Athenis brassica in cibum parabatur puerperis, veluti remedium aliquod*. Ædes autem ejus, ut & hoc moneam per occasionem, intrare homines superstitiosi nolebant. Ecce apud Euripidem in *Iphigenia Taurica*:

> *Si quis nocentes cæde conscelerct manus,*
> D *Corpusve tangat mortuum, aut puerperam,*
> *Altaribus ceu impium probibet suis.*

Vide etiam Porphyrium *de Abstinentia*, lib. II. Aut egressi rursum se purgabant, non secus atque a funere redeuntes. Corrige itaque Diog. Laertium lib. VIII. in *Pythagora*. Διὰ ταῦτα αὐτὸν καθαρεύειν τό τε κήδους, καὶ λεχοῦς, καὶ μιάσματος παντός. Hodie corrupte editur, καὶ λέχους. Theophrastus *de Superstitione*. οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν, οὔτ' ἐπὶ λεχώ. Justum autem puerperii tempus censebant quadraginta dies, nisi si morbi juberent producere: itaque post illos dies festum agitabant, quod τεσσαρακοστὸν dicebant. Censorinus *cap.* XI. *In Græcia dies* E *babent quadragesimos insignes: namque prægnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum, & post partum quadraginta diebus pleræque fœtæ graviores sunt, nec sanguinem interdum continent: & parvuli ferme per bos dies morbidi sine risu nec sine periculo sunt: ob quam causam, cum is dies præterierit, diem festum solent agitare, quod tempus appellant* τεσσαρακοστόν.

JOSEPHI LAURENTII,

Lucensis,

DE

NATALITIIS, CONVIVIISQUE,

QUÆ IN IISDEM AGITABANTUR,

EXERCITATIO.

AD AUGUSTINUM TERZAGUM S. T. D. PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, CANONICUM MEDIOLANENSEM.

INDEX CAPITUM.

JOSEPHI LAURENTII, Lucensis, DE NATALITIIS, CONVIVIISQUE, QUÆ IN IISDEM AGITABANTUR, EXERCITATIO.

AD AUGUSTINUM TERZAGUM S. T. D. PROTONOTARIUM APOSTOLICUM, CANONICUM MEDIOLANENSEM.

CAP. I.

Præfectorum Ærarii cura. Apud eosdem nomina Liberorum Parentes in Saturni templo professi. Tabularii publici a quo primum instituti. Imago M. Anton. Philosophi quanti habita. Liberi statim atque nascebantur quo relati. Venetus mos laudatus. Nomen quando infanti positum, & cur. Lustricus dies quis maribus, & fœminis. Nundina Dea quæ. Lustratio puerorum. Lustricus dies unde dictus. Is a Persis præcipue cultus. Genethlia Festa qui differant a Genesiis. Natalitia Martyrum quæ. Aquæ lustratio. Pilumnus infantium Deus, unde dictus. Nominis imponendi ritus. Dii præsides auspiciis conjugalibus qui. Infantibus quinam præerant. Pueri statim nati a quibus sublati. Projectitii qui dicti. Aliud Præfectorum Ærarii officium. In eorumdem tabulis nomen profitebantur legati: qui in templis excepti. Templis pro Regia utebantur Antiqui. Fortuna aurea in cubiculis Principum. Antoninus solus sine sanguine civili Princeps. Fortuna qui a Laced. invocata. Decoctores qua infamia onusti. Catamidiari quid, & unde. Hæreticorum pœna. Decoctores infames ubi exponebantur. Hi quomodo a Græcis nuncupati. Anuli de publico quibus dati. Anulum aureum liberi, ferreum servi gestabant: Argenteus a quibus gestatus. Viri unum tantum gestarunt. Fœminæ quibus & quot anulis usæ. Anuli oppigneratio quale signum. Anulum detrahere quid. Anulorum institutio, & usus. Eorumdem materia. Signatorii quibus digitis gestati. Flaminum anulus pervius. Epicuri imago in anulis discipulorum. Anulorum duo genera.



M. ANTONIUS Philosophus, Imperator (ut refert Capitolinus) primus jussit apud Præfectos ærarii Saturni, unumquemque civium natos liberos profiteri intra tertium diem, nomine imposito, per Provincias, & tabulariorum publicorum usum instituit. Quare merito, referente eodem ibidem, sacrilegus post ejus mortem fuit judicatus, qui ejus imaginem domi suæ non haberet. Statim atque na-

A scebantur liberi, a parentibus in acta publica referebantur, unde ille Satyrici versus, *Sat.* II.

Fient ista palam, cupient & in acta referri.

Apulejus; *Pater natum sibi filium cæterorum more professus est.* Julius Capitolinus in *Gordiano*: *Filium Gordiani, nomine Antonini, & signo illustravit, cum apud Præfectum ærarii, more Romano, professus filium, publicis actis ejus nomen insereret*: Et in *M. Aurelio*: *Inter hæc liberales causas ita muniit, ut primus juberet apud Præfectos ærarii Saturni unumquemque Civium natos liberos profiteri intra tertium diem nomine imposito.* Quod B fiebat, ut de paterno jure constaret; nam, cum id fiebat, in acta referebantur etiam parentes. Hunc morem (ut dictum) prudentissimi Veneti Patricii ad amussim servant, publice profitentes nomina natorum, ut nobilitatis stemmate potiri jure possint in Reip. administratione. Acta diurna populi & Senatus J. Cæsar instituit conficienda. Suetonius in *ejus Vita*: *Inito honore primus omnium instituit, ut tam Senatus, quam populi diurna acta conficerentur, & publicarentur.* Lustrico deinde die nomina imponebantur, maribus nono, fœminis octavo, nonnunquam septimo; quod (ex C Aristotele) septimus dies sit fatalis nato: Athenienses vero, & omnes Græci decimo die, quæ tantum innuo, ut pensum persolvam. Hæc tamen nota. Nundina Dea Romanis a nono die nascentium nuncupata, qui Lustricus dicitur, quo infantes lustrantur, & nomen accipiunt. Cur autem pueris Nono, puellis Octavo die? ex Censorino, & Plutarchi *Quæst.* erue. *Onomasteria* dicebatur festum cum nomen imponebatur, ut *Gamelia*, ob nuptias, *Genethlia*, ob nativitatem.

Lustricus autem dies dicebatur ab expiatione, D quæ aspersione aquæ fieri solebat, vel immersione ex Galeno, Avicenna sulphure, & igne suffitibus excitatis. Athenienses vero circum ignem cursitabant die lustrico. Persius *Satyr.* II. hunc morem tradit:

Ecce avia, aut metuens Divum matertera cunis
Exemit puerum, frontemque, atque uda labella
Infami digito, & lustralibus ante salivis
Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Persarum legibus sancitum fuit ex Athenæi *lib.* VI.

cum præcipue diem præ reliquis omnibus coli, & conviviis celebrari, in quo quis in hanc lucem editus. Ita apud Judæos, & Ægyptios. A Græcis dicta hæc Festa *Genethlia*, quæ differunt a *Genesiis*: nam *Genethlia* tribuuntur viris pro die natalitio; *Genesia* vero mortuis, cum diem suum obiere. Hæc propria Festa illa Martyrum, quæ a Christi fidelium cœtu celebrantur in obitu, Natalitia dicta, quod morientes mundo, calamitatibus perfuncti, nascantur in novam vitam perfruituri ævo sempiterno feliciſſime.

De aquæ lustratione per totum corpus facta jam antiquis consueta inter Sacra, vide Macrobium *Saturn.* lib. III. cap. I. De aspergine aquæ e rore marino partim ex oliva felici, partim e lauro confici solita, & in genere de Veterum lustrationibus, prout a nobis Christicolis usurpantur in expiationibus sacris, vide Turnebum *Advers.* lib. XIII. cap. XXI.

Pilumnus infantium Deus, eique pro puerpera lectum in atrio sternebant, ut iidem explorarent, an vitalis esset natus. Pilumnus dictus, quia pellat mala infantibus. Huic ritui alium similem suo ævo refert D. Joan. Chrysostomus, ut natis infantibus accenderentur plures lucernæ, quibus singulis nomen imponebant, atque ejus demum, quæ, cæteris extinctis, supervixiſſet, nomen infanti imponebant; & addit, *Inde divinabant longam infantis futuram vitam*.

Laxo hic sermonis rete, ut alios expiscari possim ritus Antiquorum de Diis, Deabusque infantium. Pilumnus ex Marcello, & Picumnus Dii erant præsides auspiciis conjugalibus. Varro *de vita Populi Romani* lib. II. *Natus si erat vitalis, ac sublatus, ab obstetrice statuebatur in terra, ut auspicaretur rectus, Diis conjugalibus Pilumno, & Picumno in ædibus lectus sternebatur*. Ne vero conversi in pedes pueri brachiisque deductis ægrius nascerentur (referente Gellio ex Varrone) periculi deprecandi gratia, aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postverta nominata est, Prosa altera, a recti perversique partus & potestate, & nomine. Alios Deos, Deasque sibi finxit Antiquitas, qui præessent nascentibus, ut *Nascionem*, quæ nascentibus præesset; *Vaticanum*, qui os in vagitu aperiret; *Levanam*, quæ de terra levaret infantes; *Cuninam*, quæ præesset cunis; *Ruminam*, quæ mammam parvulo immulgeret; *Potinam*, quæ potionem; *Educam*, quæ cibum præberet; *Ossilaginem*, quæ ossa consolidaret; *Nundinam*, quæ nono die lustrico faveret; *Fabulinum*, qui fari puerum doceret; *Paventiam*, quæ averteret pavorem; *Carnam*, quæ viscera conservaret; *Juventam*, ut juventutem felicitaret; *Orbonam*, ne orbos faceret; *Volupiam*, quæ voluptatem afferret; *Lubentiam*, quæ lubentes redderet; *Antelas*, ancillarum Deas. *Chitonem* Dianam dictam fuiſſe refert Gyral. *Synt.* XII. a tunicis: solebant enim Veteres infantium vestes ipsi Deæ Dianæ suspendere.

Romæ pueri statim nati, si vitales erant, tollebantur a parentibus, aut patronis. Statius *Sylv.* lib. V.

> —— *tellure cadentem*
> *Excepi, fovique sinu.*

In Græcia vero in apio locati, unde Statina Dea culta tunc, cujus numine sublatus ex terra puellus erigitur, ut rectus esse incipiat. Qui non sublati essent pro rejiculis habebantur; Projectitii hi dicti, quibus suspendebantur, crepundia e collo, unde agnosci possent. Plautus in *Rudente* Act. IV. Sc. IV.

> *Bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.*

Bulengerus *de Imperat. Rom.* lib. III. cap. XLVII.

Linquo nuces, & puerilia crepundia. Ad ærarium rursum me refero, ne inter ærarios referar. Plutarchus *Quæst. Rom.* XLIII. aliud officium Præfectorum ærarii innuit, his verbis. *Id servatur, ut legati accedant Præfectos ærarii, qui eorum nomina in tabulas referant*. Legatur eruditiſſimus Scriptor.

Subnecto de Legatis, obiter, in templis Deorum exceptis. Itaque templis pro Regia utebantur Antiqui, quod colligitur ex Virg. VII. *Æneid.*

> *Tali intus templo Divum, patriaque Latinus*
> *Sede sedens, Teucros ad sese in tecta vocavit.*

Et *lib.* I. Trojanos in templo admittit Dido. Confirmat id Val. Flaccus *Argon.* lib. IV. ubi Medea Jasonem alloquitur. Sic apud Silium *lib.* I. non longe a fine, Legati Saguntini audiuntur a Romano Consule in templo, & apud eundem *lib.* II. Legati Capuani etiam in templo. Vide Brodæum eandem rem admonentem lib. VI. *Miscell.* cap. XVII. qui locum affert Demosthenis *de falsa Legat.* objicientis, ut crimen, Æschini, quod huic mori non paruiſſet.

Ærarium claudo, recludo cubiculum Principum, in quo bonam, auream que Fortunam reperio, quam tibi, bonisque omnibus propitiam, propriamque voveo. Julius Capitolinus in *Antonino Pio*, ritum Principum recludit, qui, ut diutius, & felicius regnarent, aureumque seculum viverent, auream statuam Fortunæ in cubiculis asservabant, & colebant, dicens: *Fortunamque auream, quæ in cubiculo Principum poni solebat, transferri ad eum* (M. Antoninum) *juſſit*. Spartianus in *Severo*: *Fortunam deinde regiam, quæ comitari Principes, & in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, ut sacratiſſimum simulacrum utrique relinqueret filiorum; sed, urgente morte, juſſit alternis diebus esse apud eos*. De quo Antonino Pio, vere pio, mantiſſæ loco addo, quod Capitolinus honoris ergo addidit. *Hic enim Princeps solus fine civili sanguine omnium prope Principum vixit*. Hanc igitur Fortunam Auream, sive Regiam, cultam in cubiculis Imperatorum, quique morituri tradebant succeſſoribus, unde factum ut auream fortunam alicui precemur. Fortunam Lacedæm. ut est in proverbio, admota manu invocabant, frustra enim ea imploratur, ni nostram addamus operam. Sed videndus de eo Pausanias etiam in *Arcadicis*.

Alteram Fortunæ aleam subire cogor, non auream: sed variæ, & incertæ, dum tibi de Decoctoribus alterum solvere pensum conor. Forte Spartianum in *Hadriano* præ manibus volutabam, temporis æstivi horas fallendi gratia, in locum imprudens incidi. *Decoctores bonorum suorum, si suæ autoritatis essent, catamidiari in Amphitheatro, & dimitti juſſit*. Catamidiari enim est, deridendum omnibus per theatrum præbere, a verbo καταμωκᾶν, quod *deridere*, & *ludibrio habere* significat: Budæus doctiſſimus vertit, *traducere*. In Creta adulteræ, sicut Romæ capitivi deridendi traduceban-

tur. Unde illa lex olim, & pœna in lenas; *Lenæ & Polygami mitellati per publica civitatis loca efferuntor, ut cadamidientur, & derideantur*. Propertius;

Nec sic infamis tota traducerer urbe.

Onobatis, ὀνοβάτις mulier dicta in adulterio deprehensa apud Cumanos, quod ea in forum ducebatur, & saxo superimposita omnibus proponebatur, indeque asino imposita per urbem vehebatur. Vide Adagiographum. Hic mos modo in usu, ut Hæretici resipiscentes mitellati, in scalario suggestu lascivientis plebeculæ scurrilitates obaudire cogantur. Sed ante Hadrianum hujusmodi Decoctores infamiæ nota inurebantur, quibus certus locus in Spectaculis assignatus, ut conspicui omnibus essent, etiamsi infortunio aliquo, non nequitia, decoxissent. Colligitur ex Cicerone *Phil.* II. his verbis: *Tenes ne memoria, te prætextatum decoxisse? Patris, inquies, ista culpa est: concedo, etenim pietatis est plena defensio: illud tamen audaciæ tuæ, quod sedisti in* XIV. *ordinibus, cum esset lege Roscia certus locus constitutus Decoctoribus, quamvis fortunæ vitio, non suo decoxissent*. Græce hi dicti Ἄσωτοι. Hinc apud Martialem, ἀσώτως vivere, est incontinenter, prodige vivere, & Asoti (Cicerone *de natura Deorum* teste) ex Aristippi, acerbi vero ex Zenonis schola exibant.

Locus pereruditus in tua ultima de non gestando arcto anulo, id est, non se conjiciendo in angustias, me lacinia trahit ad aliquid delibandum de hoc, cum me jure anuli liberaliter donaris. Apud Romanos teste Isidoro *lib.* XIX. anuli de publico dabantur, & non sine discrimine, nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Anulis aureis tribuni mil. usi, ferreis cæteri milites, ut Stewech. Anulum aureum, neque Servus, neque Libertinus gestabat, aut in publico, sed anulo aureo Liberi utebantur; Libertini argenteo; Servi ferreo. Item triumphantes, quod innuit Plin. *libro* XXX. *cap.* I. *Æqua fortuna triumphantis, & servi, coronam sustinentis*, loquens de anulis. Apud Veteres ultra unum anulum gestare infame habitum viro. Gracchus in Mevium. *Considerate* (inquit) *Quirites sinistram ejus, en cujus auctoritatem sequimini, qui propter mulierum cupiditatem, ut mulier, est ornatus*. Fœminæ non usæ sunt anulis, nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius, quam binis aureis, qui dicti pronubi, ferreos fuisse sine gemmis sua ætate Plinius ait *lib.* XXXIII. Anuli demum oppigneratio fuit indicium deploratæ egestatis. Juvenalis *Sat.* XI.

Talibus a Dominis post cuncta novissimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Martialis *epig.* LVII. *lib.* II.

Oppigneravit Claudii modo ad mensam
Vix octo nummis anulum, unde cœnaret.

Et se anulos detracturos dicebant, cum omnia sua profusuros esse pollicebantur in alicujus favorem. Suetonius in *Julio* cap. XXXIII. *Nam cum in alloquendo, exhortandoque sæpius digitum lævæ*

A *manus ostentans, affirmaret, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque æquo animo detracturum sibi: extrema concio, quia facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur, promissumque jus anulorum cum militibus quadringentis fama distulit.*

Trojanis temporibus anulorum nullus usus, cum Homerus codicillos missos dicat scriniis, colligatos nodis nonnullis. E Græcia ad Romanos anulorum usus pervenit. Iis tantum usi, qui legati ad exteras gentes ituri erant, datis de publico, vulgoque sic triumphabant, ut in publico tantum aureis, intra domos vero ferreis uterentur. Sponsæ anulus ferreus, pronubus dictus, sine gemma donabatur. Judices, & Equites ferreos primum anulos, deinde aureos gestabant, quibus a Senatoribus Equites discernebantur. Ælianus lib. x. *de Anim.* narrat consuevisse Ægyptios milites gestare in anulis scarabæi effigiem, quasi oporteret esse masculos, qui pro patria pugnarent, quia omnes scarabæi mares nascuntur. Ideo apud Polyb. Romani pollicentur Imperatoribus se fore viros, & viros bonos. Seneca *epistola* XXXVII. *Promisisti virum bonum, Sacramento ligatus es*. Romani milites in anulis & clypeis Imperatorum effigies gestabant, & nonnunquam candenti ferro in cute nomen eorum gestabant inscriptum. Macrobius lib. VII. *Saturn.* cap. XIII. refert, Veteres non ornatus gratia, sed signandi causa anulos circumtulisse. Unde nec plures uno habere poterant, nec nisi liberi, & præter Tribunos (referente Appiano *lib.* III.) omnes anulo ferreo usi, quo deinde promiscue usi singuli aureo, luxu crescente, alioqui enim trimodia anulorum Carthaginem Annibal in II. Punici belli clade haud mittere potuisset. In luctu vero, funestisque casibus, aureo deposito ferreum gestabant. Anuli signatorii gemma erant ornati, in qua insculpta signa, vel hieroglyphica. Hos licet quacumque manu gestarint, & quolibet digito, lævæ tamen addicti, quæ otiosior, ac digito minimo proximo: & licet cuilibet digito anulos destinassent, medium tamen, ut infamem excipiebant, tanquam καταπύγον, *Cinædum*, anulus vero pronubus ferreus digito tantum minimo proximo creditus. Flamen Dialis apud Rom. anulo nonnisi pervio, cassoque utebatur ex Gellio *l.* X. *cap.* XV. Et Epicuri imagines in anulis habuere ejus discipuli, fausti id ominis, gratique animi argumentum rati. Romani Harpocratem, statuasque Ægyptiorum Numinum in digitis gestabant, referente Plinio, Artemidoro *Onirocr.* Eoque usque elegantiæ, & mollitiei delicatiores Romæ pervenere, ut anulorum duo genera haberent æstivorum & hybernorum; illi leviores, hi graviores. Juvenalis *Sat.* I.

Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ.

F Perinde scripsit *Sat.* VII.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Anuli enim æstivi, & hyberni sunt semestres.

CAP. I

Opsonium unde dictum: Quorumnam erat illud in cœnam parare. Sybaritarum luxus. Inventores novorum opsoniorum quanti habiti. Adjicialis cœna quæ, & unde dicta. Flores in auribus, & manibus gestati cur. Florum donatio quid denotet. Phiala aurea data sponso a sponsa, vel a socero. Olla petita in nuptiis. Procorum nuptias ambientium vestitus varius quid significet. In puerperio, & nominis impositione dona missa. Amphidromia *quid. An partus vitalis esset, necne, qui dignoscebatur. Dies nominalis quæ. Lustrationes qui peractæ. Lustricus dies. Nundina Dea quæ. Domus puerperarum coronis insignita. Natalitia celebrantes quomodo salutati. Natalitia duplicia. Repotia quæ, & quando celebrata. Natalitia annua. Munera mittebant in Natalitiis. In iisdem Convivia agitabantur. Palilia quale festum. Dii Genethlii qui. Natalitia sacrorum quæ. Ablactationis festum, & Sacrum. Sacrificia varia Edusa, Potina, quales Deæ. Apaturia quæ festivitas. Cureotis quod convivium. Curosyna quale festum. Barba, comaque quando primum tondi solita. Puerorum insignia. Mathematici vocati in Natalitiis.* Fata occupare, *quid. Pueri statim nati humi ponebantur. Tollere puerum unde dictum. Levana Dea quæ. Puerum exponere, quid. Pueri quomodo expositi.* Nasci *quid denotabat apud Veteres. Natalis Deus. Pueri apud varias gentes quo anno ætatis ad patris conspectum accedebant. Reverentia patris.*

DE Opsonio pauca dicturus præmitto paucula quoque. ὀψωνεῖν est, vel *convivari*, vel *obsonium parare*, ὄψον dicitur ἀπὸ τῦ ὀψὲ, id est, *sero* sive *vesperi*; quod in cœnam pararetur opsonium, non in prandium; vel quod sero, voluptatis causa id inventum. Opsonatores olim, vel ipsi patresfamilias. Plutarchus: *Postquam opsonavit herus*. Vel servi, aut parasiti, ideo a Græcis dicti ὀψῶναι; a Latinis *opsonatores*: melius *opsonivori*, qui dicto citius, edulia pro convivarum numero emebant. Martialis *libro* XIV. *epigram.* CCXVII.

Dic quotus es? quantique cupis cœnare? nec unum
Addideris verbum: cœna parata tibi est.

Crescente deinde luxu, horum crevit existimatio; & si quis coquus novum opsonandi modum reperisset, novo munere decorabatur, ut olim apud Sybaritas. Hinc, *Sybaritarum luxus*, proverbio locum fecit. Quare Athenæus *lib.* XII. hæc refert. *Si quis coquus, peculiarem, excellentemque aliquem cibum invenerit, ne cui alii fas sit eo uti annum, nisi ei, qui invenerit, ut toto illo tempore auctor ejus inventi quæstum inde faciat, quo laborent & alii omni studio sese invicem talibus inventis superare*. Vide quanti factus coquus ob novitium inventum opsonii, non alias gustati. Hinc fortasse dicta *Cœna adjicialis*, in quam novum opsonium asportatum, & adjectum. Opsonivoros mitto, Floriferos adeo, non tamen Floralia ago, te Catone audiente, vidente.

Flores in auribus, & manibus gestiri solitos innuit Athenæus in calce ejusdem *l.* XII. *Molle*, inquit, *sysimbrum, aut rosa, aut lilium auri insidebat*. Remansit hoc in moribus nostris institutum gestandi flores in auribus. Sed quæ refert Clearchus Solensis in *Amatoriis* apud eundem subscribam, quia relatu digna, & eruditionis plena: *Sciscitatur*, ait, *cur manibus flores, poma, id genus alia, gestemus, an quod, qui delectantur illis, pulchritudinis appetentes esse natura demonstrent. Istaque, propter illud naturæ ipsorum veluti specimen, quæ pulchra sunt, habent in manibus, & illis gaudent: an potius ob duas res circumferunt? nempe, quod id felicitatis initium, & omen, ac voluntatis argumentum patefaciunt. Nam, quos habent flores, si quis petat; ad fruendum, sua pulchritudine invitat, & appellat; sin ultro dant iis, qui accipiunt, pulchritudinis se participes ut faciant, antea præscribunt*, &c. Paulo post. *An vero quicunque amant, hoc affectu, motuque animi procliviores ad luxum, & nitidiores pulchris illis gestiunt, & lasciviunt*. Ex quibus colligo, per ista occasionem colloquendi nos nancisci, & præbendi exemplum desiderii nostri, id est, docendi sub exemplo, quid ipsi expetamus. Vide, & perpende. Cave ab iis, qui hamo aureo expiscantur, ne fucum facientes, os tibi oblinant.

Ritum de nuptiis antiquum observo loco anuli sponsalis. Narratur ab eodem Athenæo historia quædam super Odatidis Regis filiæ cum Zariada nuptiis: *Nos*, inquit, *Odati, nuptias tuas nunc facimus omnes, tu circumspice, & contemplator: auream phialam vino plenam sume, & ei trade, quem maritum optas, illius esse conjugem te proclamabimus*. Ex quibus deprehendo morem, cum affinitatem divites inter se contrahebant, ut gener a socero, vel a sponsa sponsus phiala donaretur. De sponsa hoc habe. De socero Pindarus *Olympiad.* od. VII. Φιάλαν ὡσεί τις ἀφνειᾶς, &c. *Phialam ut si quis a divite manu sumptam, intus uvæ rore bullientem, donec juveni genero præbibens*, &c.

In Libyæ Lepta, ut refert Alexand. ad Alex. *libro* II. *cap.* V. usu receptum erat, ut postridie nuptias ollam sponsa ad sponsi matrem petitum mitteret, quam si illa asperius denegasset, jurgiorum auspicium augurabantur.

Procorum, nuptias ambientium, ritum nobis innuit Dionysius *lib.* I. *Moris est Latini, ut proci, qui mulierum nuptias ambiunt, paludamento vario induantur*. Hæc varietas coloris, vitæ quoque varium ritum innuebat, Polypi mentem induentium, & Chamæleontis.

Ad alia calamum verto, non tamen aliena a nuptiali sacro. Servi, & liberti munera mittere solebant nuptialia, natalitia, in puerperio, & quando nomen imponebatur, idque cum Cereris sacris suos liberos Athenienses initiabant, quod significavit Terentius *Phorm.* Act. I. Sc. I.

—— Porro autem Geta
Ferietur alio munere, Ubi hera pepererit:
Porro autem alio, ubi Erit puero natalis dies:
Ubi initiabunt.

Ἀμφιδρόμια, inquit Suidas (hoc enim etiam mantissæ loco addam) vocabatur quintus dies a natis pueris, quo, quæ obstetricatæ fuerant, aut aliquid ejus muneris attigerant, manus purgabant, & puerum, circum focum currentes, ferebant, & propinqui dona missitabant, fere polypos, sepias, &c.

Romani de partu, vitalis esset, necne, Pilumni lectum consulebant ex Servio, & per totam hebdomadam Junonis mensam proponebant, ex Tertull. *de Anima* cap. XXXIX. postea lustricum infantium diem celebrabant, qui fuit octavus puellarum, nonus puerorum ex Festo, Plut. & aliis. Hic dies dictus Nominalis ob nominis impositionem: quo die puerum lustrabant, vota pro eo faciebant. Lustrationes faciebant circumlatione in orbem, & affrictione salivæ ad labra, & frontem (qui mos hodie apud Christianos) idque infami digito. Pers. *Sat.* II.

Exemit puerum, frontemque, atque uda labella
Infami digito, & lustralibus ante salivis
Expiat, &c.

Aliquando pulverem sputo turbabant. Petronius: *Mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito, frontemque signavit*. Casaub. in Persium. Tum preces factæ (idque totum a piatricibus mulierculis, vetulis, cognatis) & vota pro infantibus, quos quatiebant, quasi præsentibus Diis illos ostentantes. Ritus varios natalicios exscribo ex Tertulliano *de Anima*, ita scribente; *Cui hominum non adhærebit spiritus nequam (Genius Ethnicis) ab ipsa etiam janua nativitatis aucupabundus, vel qua invitatus tota illa puerperii superstitione? Ita omnes Idololatria obstetrice nascuntur, dum ipsi adhuc uteri infulis apud idola confectis redimiti, genimina sua Dæmoniorum candidata profitentur. Dum in scribunda advocantur, dum prima etiam constitutio infantis super terram Statinæ Deæ sacrum est*, &c.

Lustricus hic dies dictus, qui, ex Festo, erat in pueris nonus, in fœminis octavus, quibus lustrabantur, nomenque illis indebatur, unde Nundina Dea dicta a Nono die infantium lustrandorum. Quinto vero die Græci pro infantibus sacrificabant ex Plauto in *Trucul.* & Platone in *Theæteto*.

Apud Athenienses, ut notat Meursius, consuetum fuit, domum, in qua puerpera esset, corona exornare, si masculus, oleagina; si fœmella, lanea, propter lanificium, cui vita procedente dedita erat futura, hinc dicta domus puerperarum στεφανηφόρος.

Natalitia celebrantibus, si occurrebant, hanc formula salutationis utebantur, *Hodie nate salve*. Id habeo in Plauti *Pseud.* Act. I. Sc. III.

Hodie nate, heus: Hodie nate, heus tibi, dico;
Hodie nate, redi.

Natalitia erant duplicia. Alia, quæ statim post partum, vel paulo post celebrata; alia, quæ quotannis celebrata. Paulo post, dicebantur *Puerperalia*, seu *Repotia*, quo die infantibus nomina imposita.

Repotia ergo celebrata postridie nuptiarum, vel septimo die post, vel secundo, quo virgo in muliebrem habitum induebatur, ut habet Turn. *Adv.* lib. III. cap. VI. Repotia etiam credo celebrata quotannis, cum maritis prope quotannis soboles nascatur, hæc dicta παιδοτρόφια, quasi parentes decernant alere susceptos filios, liberum enim illis erat apud Græcos, vel alere, vel exponere. Amphidromia quoque erat dies fastus familiæ, quo natum puerum lustrabant (ut dictum) donaque mittebant. Athenienses pueros initiabant Cereri, & Liberæ, ut notum. De Lustrico die a me alibi.

Natalitia annua fuisse conviviis celebrata apud Ægyptios, Persas, Græcos, planum. Apud Romanos item. Virgilius *Ecloga* III.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

Hoc tempore Sacrorum, Genio indulgere poterant, non alio. Crediderim tamen, quoties hilarius se excipiebant, toties Genium se placare antiquos opinatos, unde Horatius *Carm.* lib. III. *ad Lamiam*, od. XVII.

—— *Cras, ait, Genium mero*
Curabis, & porco bimestri:

Cui animalia mactari poterant, non autem die Natali.

A Tunc amici, clientes, natalem celebrantibus munera mittebant. Martialis. *lib.* VIII. *epigr.* LXIV.

Ut posceas, Clyte, munus, exigasque,
Uno nasceris octies in anno.
Et solas puto, tresve, quattuorve
Non natalitias habes Calendas.

Convivia inter se agitabant, quod habetur ex multis Plauti, & aliorum locis. Natalitia Romæ urbis etiam celebrata Palilibus, ex Ovidio, IV. *Fastorum*. Natalitia quoque Imperatorum, Principumque celebrata, cum ipsi in lucem editi, aut
B Imperatores renunciati. Item Natalitia Romæ, cum ea condita. Item inaugurationis, quibus diebus Panegyricæ orationes habitæ, in neminem animadversum fontem, accensæ lucernæ, per totam urbem. Vide plura apud Bulengerum *de Imperatore Romano*.

Dii Genethlii eo die, tanquam vitæ præsides, invocati, Juppiter, Juno, Lucina, & Genius. Natalitia sacrorum præterea celebrata, cum quis videlicet sacris initiatur. Apulejus *Metam.* lib. II. *Exhinc festivissimum celebravi natalem sacrorum, & suaves epulas, & faceta convivia*. Quo die pueri ab
C lacte removebantur, epulæ fiebant, ut notat Athenæus *lib.* IV. *Illo enim tempore nutrices infantes mares in agros exportabant ad Dianam Corythalliam cognominatam*, &c. Tunc igitur copidas (id erat genus convivii) Spartani agitabant. Sacrificabant præterea γαλαθηνοὺς ὀρθραγορίσκους, hoc est, *porcellos adhuc lactentes*; & in convivio apponebant panes furnaceos. Hoc fortasse sacrificium in ablactando infante. Cato Edusam, Potinamque vocavit, Deas præsides puerorum; has enim Nutrices invocare solebant, cum pueri lac dimittere incipiebant. Dentitionis quoque festum septimo mense pueri celebrabant: cum dentire incipiebant;
D dicta Græce ὀδόντια.

Athenienses celebrabant ἀπατούρια epulis, & sacris, cum pueros triennes, quadriennesque sodalitati ascribebant, & in classes tributim dividebant, eodemque die certatim poemata recitabant. Vide Suidam.

Apaturia erat festum quatuor dierum: primam diem vocabant δορπίαν, quod sodales ad vesperam in unum coacti epularentur; secundam, ἀνάῤῥυσιν a sacrificando, nam Jovi sodali, & Palladi sacrificabant; tertiam κυρέωτιν, puellarem, quod scilicet pueros, & puellas sodalitati ascriberent. Quartam ἔπιβδα. Cureotis ergo erat convivium,
E quod peragebatur die tertio Apaturiorum, quo pueri triennes, quadriennesque in classes tributim dividebant. Eodemque die iidem, ut quisque ingenio pollebat, poemata canebat, alter alterum superare nitens, qui plura recitasset.

Curosyna, κυρόσυνα, festum Græcorum, quo illi, qui ex ephebis excessissent, capillum, barbamque primam tondebant, eamque Apollini dicabant, tanquam primitias, & Fluminibus; quod tunc humor, & calor maxime vigeat. Romani altero, & vigesimo anno, convivio exceptis amicis, comam, barbamque attondebant, & Numini alicui offerebant. De hoc vide Hesy-
F chium, Plutarchum in *Theseo*, Plinium, & alios.

Puerorum, usque ad annum XIV. fuere insignia, bulla aurea cum prætexta. Hujus originem vide in Plutarcho & Macrobio. Et quo die prætextam deponebant togam virilem sumentes, epulæ celebrabantur. Persius *Sat.* V.

Cum primum pavido mihi custos purpura cessit,
Bullaque succinctis Laribus donata pependit.

Solitos fuisse reperio eo die, quo infantibus erant imponenda nomina (de quo a me alibi) invocare Mathematicos, qui inspecto themate genethliaco, fausta, infaustaque eventura prædicerent, atque in bonam scævam arriperent, quæcumque omina: quod erat, *fata occupare*. Plautus *Bacch.* in *Prologo*:

—— Vocitare nomine
Parentes, ut fit crebro, fata occupant.

Item Herodotus in *Euterpe*: *Alia insuper sunt ab Ægyptiis excogitata; quis mensis, diesve cujus Deorum sit, & quo quis die genitus, qualia sortietur & quam mortem obibit, & qualis existet*, &c.

Statim atque natum in lucem edidisset puerpera, humi ponebat, & parentes (liberum enim hoc Græcis) si alere voluissent, eos amplectentes, tollebant de terra, (unde Dea Levana hæc dicta παιδοτροφία) vel tanquam suppositituum extra ædes exponendum curabant, aut in viam, aut ad ripam, aut ad littus in vasculo de papyro facto, aut bitumine illito, vel cantharo. Ideo quidam locum illum Ter. in *Andria*, *Vidi Cantharam suffarcinatam*, emendant *Cantharum suffarcinatum*, quod cantharo ille puer exportaretur. Hinc nata illa formula, *Puerum tollere*, id est, *domi educare*. Terent. *ibid. Nam quod peperisset, jussit tolli*: & alibi Horatius, *Sublatus aletur*. Contrarium, *Puerum exponere*.

Non tamen nudos exponebant (hic mos Græciæ) sed aliquid sibi matres detrahebant, corporique ipsorum imponebant. Inde autem postea ut Comici, Tragicique fabulantur, aliquando illi agnoscebantur.

Nasci Veteres non solum eos putabant, cum in hanc lucem exibant, sed etiam cum honores amplissimos consequebantur; ita Cic. in orat. *post reditum*, *natus sum Consularis*, & ab exilio reversus, quo die rediit, *Natalem sui reditus* vocat: & Natalis erat dies SS. Martyrum a gladio ad palmam vocatorum, cum a faucibus Erebi ad Olympi fasces evehuntur. Natali die colebatur Genius, unde dictus Deus Natalis. Tibullus *lib.* IV. *eleg.* V.

Ac tu Natalis, quoniam Deus omnia sentis,
Annue.

Hic Deus erat tantum virorum, qui habere Genium dicebantur, at mulieres Junonem Natalem. Idem *eleg.* seq.

Natalis Juno, sanctos cape thuris acervos.

Quare viri per Genium, mulieres per Junonem jurabant, ut dictum.

Ex Apuleii *lib.* XI. & Polyd. *lib.* V. *cap.* I. elicio, apud Veteres, eundem diem, quo quis sacris initiabatur, natalem sacrorum appellari, religiosoque jentaculo celebrari. Pueri vero apud Lacedæmonios, Persas, & Scythas ante septimum ætatis annum ad patris conspectum non accedebant, ne ante patrem cognoscerent, quam illum vereri, ac venerari didicissent.

Patricius *de Regno*. Persæ non ante septennium ex Valer. *lib.* II. *c.* I. ex Strab. *lib.* XV. ante quartum, ex Herodoto ante quintum; ut scilicet patres parvulorum amissionem æquiore animo ferrent. Cæsar lib. VI. *de bello Gallico*: *In reliquis*, ait, *vitæ institutis hoc fere a reliquis differunt* (Galli) *quod suos liberos, nisi cum adoleverint, ut munus militiæ sustinere possint, palam ad se venire non patiuntur, filiumque puerili ætate in publico, in conspectu patris, assistere turpe ducunt*, Alex. ab Alex. *lib.* II. *c.* XXV. De puerorum institutione, plura ego quoque alibi, aliique permulti.

Patris enim nomen semper sacrosanctum, tum apud sacros, tum profanos scriptores, & divinum habitum, unde Deus pater, & Abraham, aliique ita nuncupati. Æneas pater passim vocatus honoris ergo. Hinc Senatores vocati patres patriciique. Romani nunquam magistratus nisi parentibus deferebant; improlibus, quibus erat proles præferebantur. Lycurgi legibus cælibes a ludorum spectaculis arcebantur. Reges Persidem obeuntes, binos aureos singulis parentibus dilargiebantur. Ita matres pro fœminis primariis habitæ, matronæ dictæ. Vide Mendozam *lib.* V.

CAP. III.

Convivia Natalicia duplicia. Puerperalia quæ. Repotia quando celebrata. Levana Dea quæ, & unde dicta. Onomasterium, sive Nominalis dies quis. Amphidromia quando agitata. Græcorum, ac Romanorum mos nomina pueris imponendi. Lustratio puerorum qui peracta. Convivia Natalicia annua. Publica, & Principum. Dii præsides Natalium. Qui a Thracibus celebrata. Nulla hostia die Natali. Vini libatio quotuplex. Die Natali quid peractum. Caro suilla convivio natalicio in deliciis præcipue habita. In eo Munera varia missitata. Puerperarum officia. Ablactatio puerorum quando celebrata. Edusa & Potina Deæ quæ. Dentitionis convivium. Cureotis qualis festivitas. Curosyna, Oenosteria, festa quando agitata. Capillus Threpterius Deo dicatus, ob quid. Puerorum initiatio. Juvenes capillati-ne an tonsi. Barba, crines, quibus Diis dicata. Juvenalia a quo instituta.

CONVIVIA Natalicia fuere duplicia: Alia quæ statim post partum, aut aliquot post diebus agitabantur. Alia anniversaria quotannis, quo quis in hanc lucem fuerat editus die. Priora illa, *Puerperii*, sive *Puerperalia* convivia, appellata.

Repotia, quæ etiam fiebant postridie nuptiarum, cum apud novum maritum cœnaretur; ut dictum a me alibi, quasi reficiatur potatio. Repotia tamen proprie celebrari solita, liberis natis, a parentibus volentibus eos alere; nam in Græcorum potestate erat liberos exponere, nec alere. Qui igitur ali volebat, depositum humi infantem tollebat, unde & Dea *Levana* dicta. De Natalitiis, & festis die natali agitatis præcedenti *cap.* egi pluribus. Dies vero quo nomina infantibus imponebantur, conviviis celebrabatur. Apud Athenienses decimo die congregatis necessariis, & amicis, & nominibus impositis infantibus, re divina peracta, splendidum parabant convivium. Hic dies *Onomasterium* dictus, sive *Lustricus*, sive *Nominalis*.

Amphidromia, quinto a nato infante die agebantur, quo manus expurgabant, quæ obstetricum munere fuerant perfunctæ, cursuque ad focum puer ferebatur, mittebanturque a propinquis polypodes, ac sepiæ munerum loco. Item munuscula oblata infantibus recens natis.

Apud Græcos igitur, & Athenienses præcipue, infantes quinto post partum die, sive ex aliis, septimo, sacrificiis quibusdam, circumgestatione celeri, circa focum, cum donorum missionibus lustrari consueverunt; & decimo illis nomina imposita, convivia agitata summa cum alacritate. Apud Romanos idem factitatum, sed dies impositionis nominis diversus erat *Lustricus* dictus; puellis octavus, pueris nonus.

Unde *Nundina* Dea Romanorum, a nono die nascentium dicta. Lustratio ergo aquæ aspersione fieri

fieri solita & igne, ut mox dicetur. *Lustrator*, qui lustrabat. *Lustratrix*, fœmina lustrans. *Lustratus*, puer qui lustratur. *Lustratio* autem, actus lustrandi.

Antoninus Philosophus primus jussit apud Præfectos ærarii Saturni, civium natos liberos profiteri, intra tertium diem, nomine imposito. Tertull. quatuor solemnitates recenset. Prima erat, *puræ togæ*, id est, vestitus virilis; quando is sumebatur. Secunda, *Sponsalium*, quæ annulo fiebant. Tertia, *Nuptialium*. Quarta, *Nominalium*, quando nomina pueris imponebantur.

Lustratio puerorum igne & aqua fieri solita, ita baptismus est Fluminis, & Flaminis. Deinde dies certus erat, sive decimus apud Græcos; sive nonus, octavus, aut tertius apud Romanos; ita dies Circumcisionis apud Hebræos octavus, apud Christianos eodem die quo baptizantur, nomina imponuntur. Demum apud illos munuscula dabantur, convivia opipara agitabantur: apud Hebræos, Christianos, Græcos, & Romanos passim in Onomasteriis, Amphidromiis. Mos antiquus refertur, sed abrogatus a Concilio Carthaginensi, tradendi pueris baptizandis lac, mel, vinum, & panem Ecclesiasticum.

Convivia autem Natalitia, quæ quotannis eo die, quo quis natus est, restaurantur, varia sed frequentia fuere apud varias nationes. Apud Persas, vide Athenæum *lib.* IV. & Platonem. Apud Judæos, sacram consule Historiam. Apud Græcos, hæc solemnitas dicta *Genesia*, vel *Genethlia*. Apud Romanos, dies natales celebrati multis sacrificiis, & conviviis; item munusculis mutuo missitatis.

Nec vero privata solum Natalitia celebrata, sed etiam publica, summa cum lætitia conviviorum, ut Palilia urbis Romæ XX. die Apr. Item, summorum virorum, ut J. Cæsaris, & aliorum multorum principum; quod hac nostra quoque tempestate passim usurpatum.

Juno, & Genius, ut Dii vitæ, culti die natali; Jupiter, & Lucina apud Græcos: at in Natalibus sive publicis, sive privatis nulla hostia mactata, ut a me alibi probatum.

At Thraces contra, suos Natales non lætitia, sed luctu fuere prosequuti, emortuales vero summo gaudio; perinde ac si nascimur miseriis, moriamur felicitati. Hæc enim gens candidis & atris lapillis dies lætos a tristibus distinguere solebat.

Postquam igitur illuxisset, Genio viri, Junoni natalitiæ fœminæ litabant, non quidem hostia, ut dictum, sed mero, hoc est, vino non diluto aut aqua macerato, sed puro, & sacrificiis apto. Ita enim, ex sententia Varronis, æquum videbatur, ut cum die Natali munus annale Genio solveretur, manus a cæde, ac sanguine abstinerent; ne die, qua ipsi lucem accepissent, aliis demerent. Hæc vini libatio trina erat in caput Genii. Adhibebant quoque libum, seu placentam de farre, melle, & oleo, item thus, præsertim divites. Neque unguenta negligebant, & serta ex variis floribus gerebant, ut colligitur ex Tibulli *lib.* IV. *eleg.* III. Ad hæc sacrificia accedebant εὐχαριστίαι, sive *gratiarum actiones*, pro tutela & vita in eum usque diem prorogata; & vota concipiebantur. Optabant enim dari sibi a Genio *Bonam mentem*, *Bonam Famam*, *Bonam Fidem*, ut est apud Persium *sat.* III. Vota illa fiebant voce clara, ut palam ab omnibus exaudiri possent. Vide locum integrum. Dehinc post sacra illa peracta, splendide exornabant domum, ut inibi omnia munda essent, ut colligitur ex Plauti *Pseud.* Act. I. Sc. II.

Sequebatur opiparum convivium, cui adhibiti propinqui, amici, clientes; ubi sedebant albati togis candidis, recentibus. Principes vero, & ditiores epulum publicum instituebant. Boves integros mactasse de Persis scribit Athenæus *lib.* IV.

Memorabile hoc, quod in natalitio isto convivio in deliciis præcipue habuerint carnem suillam, ut noto ex Juvenalis *Sat.* XI.

Moris erat quondam festis servare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente nova, si quam dabat hostia, carne.

Eadem die munera varia missitata ab amicis, & clientibus; etiam a parentibus, ut anuli, bullæ aureæ, lineæ margaritarum fœminis, & hujusmodi.

Puerperæ, ut notat eruditissimus Dempsterus, statim doloribus defunctæ Junoni quidem sacrificium instruebant, vestimenta Dianæ consecrabant, quæ dicta *Lochia* a levando, seu curando partu. Hunc ritum colligit ex Plauti *Truculento* Act. II. Sc. V.

Cum puer a lacte depellebatur *Apolactismus* dictus, sesquianno, aut biennio post partum, celebrari solitus. *Tithenidia* dicta Spartanis, nutricalia: cum nutrices infantes mares in agros exportabant, ad Dianam Corythalliam, copidas, seu convivia agitabant, sacrificabant porcellos lactentes in convivio, apponentes panes furnaceos. Quare *Edusam*, & *Potinam* Deas præsides puerorum nutrices perpetuo invocabant, cum pueri lac dimittere incipiebant.

Dentitionis convivium, cum videlicet pueri dentire incipiebant, dicta ὀδόντια fiebant apud Fessanos, & alios populos, ne odontalgia laboraret puer.

Cureotis, festivitas Atheniensium, tertia die Apaturiorum, in qua pueros triennes, quadriennes sodalitati ascribebant, & in classem tributim dividebant. Eodem die pueri, ut quisque ingenio valebat, certatim poemata recitabant, alter alterum superare contendens. Apud Ethnicos olim septima mensis cujusque die propter Apollinis natalem Scholasticis feriæ erant, ut Musas magis haberent propitias. Quinquatria etiam erat festum Scholasticorum, ut jam a me notatum.

Curosyna, festum celebratum a Veteribus sacrificiis ac epulis, cum pueri ex ephebis excedebant, primamque comam & barbam deponebant, illiusque primitias Apollini & fluminibus consecrabant: antequam tamen barbam, comamque deponerent, vini mensuram in Herculis templum inferebant, quam libabant, & his, qui convenerant, propinabant. Unde illa festivitas *Oenosteria* dicta, quasi Vinalia. Delphos etiam petebant, Apollini comam dicantes, anteriore parte capitis abrasa, ex Plut. ut a me quoque alibi notatum. Achilles Sperchio flumini Deo comam suam vovit. Capillus vero Deo dicatus *Threpterius* dictus, quasi nutricationis præmium. Græci in luctu comam recidebant, & inter navigandum tempestate urgente, ut ait Libanius.

Puerorum impuberum, & ingenuorum, usque ad XIV. ætatis annum, cum Musarum vel Martis tyrocinio initiabantur, antequam puram togam, seu virilem induerent, insignia erant bulla aurea, quæ ex collo pendebat in pectore, & toga prætexta, hinc pueri dicti prætextati. Juvenes Romani & Græci capillos alebant, at contrario ritu, quos in servitutem afferebant Græci tondebant. Hinc qui in peregrinationem longinquam aut expeditionem proficiscebantur, capillum alicui Deo

devovebant, cui domum reduces detonsum consecrabant: quare Theseus Apollini Delphico, Athenienses Herculi, adolescentes Romani Æsculapio: alii vero asserunt Apollini barbam, Baccho crinem dicatum, ex illo Statii:

Ille genas Phœbo, crinem hic pascebat Iacchο.

Quare Græcis in usu, ut colligit Dempsterus, capillos capitis detondere, & barbæ suæ primitias, aliquando alicui Deo ex suis Penatibus consecrare. Hinc Nero *Juvenalia* instituit, quod barbæ suæ rasæ pilos in sphæram auream conjectos Jovi Capitolino consecrarit, ex Dionis *l.* LXII.

CAP. IV.

Liberorum cura qualis. Eorum servi peculiares; ut & Ancillæ puellarum. Plauti locus explicatus. Progymnastæ, & ipsorum munus. Hi viris & pueris, Pædagogi pueris tantum destinati. Diogenes Pædagogus. Discipulorum aures signatæ. Custodes dicti Pædagogi. Pueri quandiu sub Pædagogis. Legitima ætas petendi Magistratus. Prisca disciplina puerorum sub Pædagogis. Contubernales in Ludis. Gabiis docti Romani. Puerorum potus & victus. Spartanorum & Athen. disciplina, ac institutio. Obesorum pœna. Principum liberi quomodo educati. Pædagogia quid Senecæ. Persarum ac Gallorum mos in educandis pueris. Eosdem Lacedæm. quomodo a temulentia arcerent. Ilotæ qui. Ægyptiorum filii quando cibo vescebantur. Pueri ingenui pro servis apud quos habiti. Ætates hominis. Præcipua puerorum educatio. Magistri quales. Parentum avaritia in didactris. Discipulorum ingrati animi vitium.

OLim liberi ita educati ut nunquam sine custode, seu Progymnasta, ac Pædagogo, sicuti nec puellæ sine ancillis, quæ olim in lanificio una essent, sectarentur, & curarent. Dictæ hæ peculiares, quod quasi in peculio essent; ita Servi peculiares vocantur, quia in peculio Servi numerabantur; similiter ac reliquæ res eorum peculiares, vel ut distinguantur peculiares servi a publicis. Peculiares proprii cujusque, publici vero publice conducti. De his Servis ita Plautus in *Prologo Captivorum*:

Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo Peculiarem.

Hinc peculiares Servi in *l.* 3. *§. Miles*, &c. *De suis, & legit.* & *l.* 21. *de pecul. leg.* Progymnastæ olim privatim habebantur, quasi præexercitatores, & qui docerent, & ducerent. Seneca *epist.* LXXXIII. *Progymnastas meos quæris? unus mihi sufficit Earinus puer, ut scis, amabilis, sed mutabitur. Hic quidem ait, nos eandem crisim habere, quia utrique dentes cadunt.*

Ex quo colligo Progymnastas, & pueris, & viris destinatos, ut in cursu, gradu præirent, exercerent, ad gymnasium ducerent, & deducerent. At Pædagogi (ut nomen sonat) solum erant puerorum doctores, & ductores, quod munus olim demandari solitum Servis domesticis. Plautus in *Mercatore*, Act. I. Sc. I.

Servum una mittit, qui olim a puero parvulo Pædagogus mihi erat, quasi uti mihi foret Custos.

Notus est Diogenes, qui, cum in Creta venderetur, præconi dixit, ut clamaret, se vendere Servum, qui sciret imperare liberis, eaque lege hunc emit Xeniades, eique liberos suos credidit instruendos. Apud Terentium, in *Adelphis*, manumittitur Syrus, quod Æschinum, & Ctesiphontem a pueris curasset, docuisset, monuisset. Plutarch. in *Catone*: *Uti capax esse cœpit, instituit eum ipse in literis, licet scitum litteratorem haberet Chilonem nomine, qui multos pueros erudiebat, nolebat autem filium, ut ipse ait, a servo male audire, vel aures vellicare, si tardius disceret.* Horum aures signatas refert Irenæus *lib.* I. *c.* XXIV. *Alii vero ex ipsis signant cauteriantes suos discipulos in posterioribus partibus extantis dextræ auris.* Ita victimæ sigillo signatæ per sphragistas. Plutarchus *de Iside & Osir.* innuit: *Bovem, qui immolandus est, sigillo notabant Sacerdotes certi, qui sphragistæ, id est, sigillatores dicebantur, sigilli autem sculptura exprimebat, ut Castor perhibet, homo in genua desidens; manibus post tergum reductis, jugulo ense imminente.* Auditori Brachmanum neque loqui, nec screare, aut expuere licitum, Strabo *lib.* XI.

Recte igitur adolescentes curæ Pædagogorum traditi, ut colligimus ex locis Plauti, ac Terentii jam citatis, & Cicerone *ad Atticum* lib. XXII. his verbis: *Sed & Pædagogi probitas, & Medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens me rursus id suspicari vetat.* Petronius *Satyr. Subduxisti te ab præceptoris colloquio.* Plautus in *Bacchidib.* Act. I. Sc. II. Lydus Servus, & Pædagogus conqueritur cum Pistoclero adolescente sic:

Jam perdidisti te, atque me, atque operam meam,
Qui tibi nequicquam sæpe monstravi bene.

Et paulo infra:

—— Illuc sis vide,
Non Pædagogum jam me, sed Lydum vocat.

Et alia in eadem Scena. Custodes igitur Poetis sæpe dicti. Horatius in *Poetica*:

Imberbis juvenis tandem custode remoto.

Idem *ibid.*

An custos, famulusque Dei Silenus alumni.

Et in *Satyris*, lib. I. sat. IV.

Dum custodis eges, &c.

Non solum autem pueri sub Pædagogis in pueritia; sed adolescentes quoque ad eam usque ætatem, qua petere magistratus per leges licebat. Idem Plautus hac de re in *Bacchidibus*, Act. III. Sc. III.

—— Hoc quidem ego certe scio;
Nam olim Populi prius honorem capiebat suffragio,
Quam magistri desinebat esse dicto obediens.
At nunc priusquam septennis est, si attingas eum manu,
Extemplo puer Pædagogo tabula disrumpit caput.
Cum patrem adeas postulatum, puero sic dicit pater:
Noster esto, dum te poteris defensare injuria, &c.

O tempora, o mores! Sed recentia, non prisca deploro, quorum ego ipse oculatus testis.

Custode remoto, Pædagogoque ablegato, viri-

lis ætas succedebat magistratibus idonea. Legitima vero ætas petendi magistratus, ut colligitur ex Auctoribus, erat annus ultra vigesimum.

Primo anno stipendii licet sine Pædagogis essent juvenes liberi, non tamen sine custodibus, qua ex consuetudine Virgilius lib. v. *Æneid.*

Custodem ad sese, comitemque impubis Juli
Epytidem vocat.

Et Plautus *Mostel.* Act. I. Sc. II.

Ad legionem cum itant adminiculum eis danunt
Tum jam aliquem cognatum suum.

Unde virilis toga, toga libera dicta, quam induebant liberati a Pædagogis. Propertius:

—— Novæque libertas
Properata togæ.

Ideo liberalia celebrabant.

Quænam fuerit olim antiqua disciplina in liberis educandis sub Pædagogis, corollarii vice nunc addo. Et fas mihi sit locum integrum Plauti ex *Bacchid.* Act. III. Sc. III optimo cuique patrifamilias in medium proponere. Audi sodes, si vacat:

Sed tu, qui tam pro corrupto dicis caussam filio,
Eademne erat hæc disciplina tibi, cum tu adolescens eras?
Nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiæ,
Digitum longe a Pædagogo pedem ut efferres ædibus.
Ante Solem exorientem, nisi in palæstram veneras,
Gymnasii Præfecto haud mediocres pœnas penderes:
Idque ubi obtigerat; hoc etiam ad malum accersebatur malum,
Et discipulus, & magister perhibebantur improbi.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis, quam scorto, aut suaviis.
Ibi suam ætatem extendebant, non in latebrosis locis:
Inde de hippodromo, & palæstra, ubi revenisses domum,
Cincticulo præcinctus in sella apud magistrum assideres:
Cum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tuum tam maculosum, quam est nutricis pallium.

Apparet hinc liquido, quæ vetus fuerit disciplina Juventutis educandæ, in vitia maxime proclivis, & lubricæ: ideo Horatius in *Arte Poetica* de Juvene:

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

De educatione, & disciplina puerorum a Numa instituta videndus Plutarchus in *ejus Vita*, sub finem. Idem Plutarch. in *Camillo* hæc habet: *Falisci autem quibus septos undique credebant se, freti munitionibus usque adeo contemnebant obsidionem, eos enim obsidere Camillus in animo habebat, ut præter stationes in muris dispositas, togati per urbem reliqui observarentur, liberique eorum circa ludos frequentes essent, & circa muros ambulationis exercitationisque causa producerentur a magistro communi. Demandabant Græcorum more Falisci liberos, ut eisdem a prima ætate rudimentis contubernioque assuescerent*, &c. Quare Græci quoque pueros ita instruebant, ut contubernales, & condiscipuli essent pueri sub eodem institutore, & Pædagogo: & idem paulo inferius: *At Tusculani errorem callide advertentes, cum esset jam in expeditione adversus ipsos Camillus, aratoribus agros, ut in alta pace compleverant, patebant portæ, pueri in ludis litteris operam dabant*, &c. In urbis cunabulis, Gabios mittebant pueros instruendos. Plutarchus in *Rom. At etiam Gabios delati pueri, litteras, aliaque didicisse dicuntur, ut ingenuos decebat pueros*: loquens de Romulo, & Remo.

Potissima Puerorum institutio circa victum versatur, ideo eorum potus apud Persas, ex Xenophonte, aqua, qua Spartanorum quoque pueri olim usi. Cyri pædiam lege *lib.* I. Spartanorum severam disciplinam puerorum habemus apud Plutarchum, & Ciceronem *Tusculana* v. Quare Lycurgi instituto pueri decimo quoque mense Ephoris se ostentabant, quo ab illis cæderentur, si pinguiores essent. Athenienses pueri instituebantur litteris, palæstra, & musica, ut colligitur ex Xenophonte, ac Terentio in *Eunucho*, Act. III. Sc. II.

—— Fac periculum in Litteris,
Fac in palæstra, in musicis, quæ liberum
Scire æquum est adolescentem.

Galli olim, si zonæ modum excessissent, mulctabantur. Apud Romanos obesus eques equo publico privatus. Indorum pueri apud Gymnosophistas magistros referebant eo die, quæ bona egissent. Apud Romanos Principum liberi, & alii ejusdem ætatis nobiles sedentes in propinquorum conspectu propria, & puriore mensa cibum capiebant. Claudius Imperator, ex Suetonio, adhibuit omni cœnæ liberos cum pueris, & puellis nobilibus, qui more Veterum ad fulcra lectorum sedentes vescebantur. Deplorat ille sui temporis, & nos nostri vitia, quæ a parentibus in filios traducuntur. Juvenalis *Satyra* XIV.

Plurima sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus,
Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.
Si damnosa senem juvat alea, ludit & hæres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.
Nec de se melius cuiquam sperare propinquo
Concedet juvenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem jure natantes
Mergere ficedulas didicit, nebulone parente,
Et cana monstrante gula: cum septimus annus
Transierit, puero nondum omni dente renato,
Barbatos licet admoveas mille inde magistros,
Hinc totidem, cupiet lauto cœnare paratu
Semper, & a magna non degenerare culina.
Mitem animum, & mores modicis erroribus æquos
Præcipit, atque animas servorum, & corpora nostra
Materia constare putat, paribusque elementis.

Vide quantum a prisca degenerabant disciplina, ut non immerito Horatius dixerit, lib. III. *Carm.* od. VI.

Ætas parentum pejor avis, dabit
Progeniem nequiorem.

Seneca ep. IV. *Omnium pædagogia velata facie vehuntur. Pædagogia* vocat pueros sui temporis qui in deliciis haberentur, quorum facies, iter facientium ne sol offuscaret, velabatur: & dabit progeniem nequiorem, & in dies de fumo ad flammam vadimus: quisque puer paternas canit cantiones. Mali corvi, ut dicitur, malum ovum. Dum

ætas, metus, magister prohibent, boni videntur. Exempla domestica, libertas vivendi, vicariorum consuetudo, cætera sileo, proh scelus! nequissimos reddunt, quos bonæ frugis futuros mihi persuadebam. Vix mihi tempero ad alia: nam thesauri nostri, ut habet Lucianus in *Xeuxide*, & alibi carbones erant.

Apud Persas pueri optime instituti, ut refert Herodotus in *Clio*: *Ante quinquennium filius in conspectum patris non venit, sed apud fœminas degit. Quod ea gratia fit, ut si inter educationem decedat, nullam hæc prolis jactura patri afferat molestiam.* Alexander ab Alexandro ante septennium, Strabo ante quadriennium pueros in conspectum patris non venisse refert *lib.* XV. Alium Gallorum morem affert Cæsar VI. *Belli Gallici*: *Ut reliquis* (inquit) *vitæ institutis hoc fere a reliquis differunt, quod liberos suos, nisi cum adoleverint, ut munus militiæ sustinere possint, palam ad se venire non patiuntur, filiumque puerili ætate in publico, in conspectu patris assistere turpe ducunt*, &c. Ad arcendos a temulentia pueros Lacedæmonii, temulentia usi fuere. Nam quosdam, quos Ilotas vocabant, ebrios cum juvenibus immiscebant, ut ebrios tam male se habentes cernendo (ut fit) abhorrerent ab ebrietate. Puerorum etiam nuda corpora apud Ephoros inspecta, ut si ultra, quam par est, pinguescerent, parsimonia emendarentur. Ægyptiorum filii nullo vescebantur cibo, nisi CLXXX. stadia cursu confecissent. Pueris etiam ingenuis pro servis utebantur Indi, Cretenses, & alii, ut tot transactis malis libertatem vere cognoscerent. Vide Tiraquellum *ad Alex. ab Alex. Genial. dierum lib.* II. *cap.* II. ubi nasturtio, pane, aqua, & sale vesci solitos refert pueros, quorum ætas tenera informanda bonis institutis, quæ ad ætatem virilem confirmanda.

Quia vero ab anno X. usque ad XVIII. sub Venere credebatur merere adolescens, ideo Sacra ei faciebat, ut amore suo potiretur, & virgines ei icunculas consecrabant, unde Callidorus apud Plautum in *Pseud.* Act. I. Sc. I. ait:

> —— *Nihil hoc Jovis ad judicium attinet:*
> *Sub Veneris regno vapulo, non sub Jovis.*

Innuere Comicus videtur, quod quidam philosophantur de hominum ætate, quam Censorinus septemplicem facit, cuique septennio destinatam, & cuique suum Planetam præesse. Primæ Lunam, in qua humiditas maxima. Secundæ Mercurium, sydus inconstans: Tertiæ Venerem, ob lasciviertem pruritum: Quartæ Solem, cum regnat vigor, decor, & dicitur juventutis æstas, flos vitæ delibatus. Quintæ Martem, cum regnat calor, iracundia, & fortitudo: Sextæ Jovem ob prudentiam, vitamque civilem: Septimæ Saturnum ob ætatis sterilitatem, & malignitatem. Alii aliter distinguunt, ego hac Sparta contentus, ne ex longa longiorem faciam fabulam, de via, ut dicitur, in semitam regredior.

Prima & præcipua puerorum educatio sint domestica exempla virtutum,

> *Omnis in Ascanio chari stat cura parentis.*

Ut parentes præluceant, magisque filios doctos, quam divites reddant. Quorsum (inquit Crates apud Plutarch.) ruitis homines, qui omne in comparandis pecuniis studium facitis, filiorum vero, quibus ea relinquitis, nullam sane curam suscipitis. Juvenalis *Sat.* XIV.

> *Hospite venturo, cessabit nemo tuorum*, &c.

Mox subdit:

> *Illud non agitat, ut sanctam filius omni*
> *Aspiciat sine labe domum, vitioque carentem.*

Optime Quintilianus: *Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus: infantiam statim deliciis solvimus, mollis illa educatio nervos frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Ante palatum eorum, quam mores instituimus.* Præcipit Juvenalis *loco cit.*

> *Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat,*
> *Intra quæ puer est; procul hinc, procul inde puellæ*
> *Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.*
> *Maxima debetur puero reverentia: si quid*
> *Turpe paras, nec tu pueri contemseris annos:*
> *Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.*
> *Nam si quid dignum Censoris fecerit ira,*
> *Quandoque, & similem tibi se non corpore tantum,*
> *Nec vultu dederit, morum quoque filius, & qui*
> *Omnia deterius tua per vestigia peccet*, &c.

Magistri quærendi liberis, ex *Cyripædia*, & Plutarcho, quorum inculpata sit vita, peritiaque non vulgaris, nam nemo docere potest, quod parum novit. At qui minoris docet, pluris habetur; res nulla minoris constat patri quam filius. Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum susciperet erudiendum: sed cum Philosophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter deterritus magnitudine pretii: *Minoris*, inquit, *emerem mancipium*. At hic, *Eme*, inquit, *& habebis duo Mancipia*. Patres malunt vitiosum nutrire, ut bene nummati, non morati, vivant filii: atque didactra quam tenuissima, vix, ac ne vix quidem persolvunt nisi coacti. Juvenalis *Sat.* VII.

> *Rara tamen merces, quæ cognitione Tribuni*
> *Non egeat. Sed vos sævas imponite leges,*
> *Ut præceptori verborum regula constet;*
> *Ut legat historias, auctores noverit omneis,*
> *Tanquam ungueis, digitosque suos, ut forte rogatus*
> *Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat*
> *Nutricem Anchisæ, nomen, patriamque novercæ*
> *Archemori: dicat quot Acestes vixerit annos,*
> *Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.*

Hinc illud ingrati animi vitium discipulorum in suos præceptores, mali enim corvi pessimum ovum. Unum si gratum reperias, sat est:

> *Rara avis in terris, nigroque simillima cycno.*

Juvenalis *sat.* VI. Lusias Fluvius Æliano referente cum pellucidis manet liquoribus, pisces nigerrimos procreat; & a bona disciplina, plerumque sentina vitiorum. Litteras igitur, & natare discebant pueri non solum Athenis, sed & Romæ, hinc contumeliose jactitatum proverbialiter, *Neque natare, neque litteras novit*: quod probat perspicue Adagiographus auctoritate Suetonii, Platonis, Aristidis.

CAP. V.

Ætatis virilis signum apud Romanos. Quo die, loco, ac ritu sumpta virilis toga. Syssitia, Phiditia, quæ Convivia. Andria Cretensium. Sumpta toga virili quid peractum. Eadem quomodo gestata a Juvenibus. Pallium a Græcis qui gestatum. Palliare verbum quid denotat. Manus sub Pallio cur. Verecundia Romana. Juvenes apud Græcos in foro non ante XXX. *ætatis annum. Seniorum in Juniores amor, & cura. Coram Regibus Persarum manus tunicis tegebantur.*

DE ætate virili Romanorum hæc habeo notata; ast paucis de meo more. Deposita prætexta juvenes Romani togam virilem statim sumebant, annum agentes XVII. Liberalium die. Ut puerorum prætexta purpura erat circumdata, sic tyronum vestis pura, candida, sine ulla purpura: tyrones autem eos dico, qui togam virilem sumebant, qui & eodem die in forum deducebantur, qui dies tyrocinium dicebatur: hæc toga dicta *libera*, quod pueri liberi a custodia pædagogorum liberalia peragebant XVI. Kal. April. Ovidius III. *Fastorum*:

Restat ut inveniam quare toga libera detur,
Luce geri pueris, candide Bacche, tua.
Sive quod ipse puer semper juvenisque videris,
Et media est ætas inter utramque tibi.
Seu quia tu pater es, patres tua pignora natos
Commendant curæ numinibusque tuis.
Sive quod es liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Et paulum infra:

Ergo, ut tyronum celebrare frequentia posset,
Visa dies dandæ non aliena togæ.

Suumque nomen in fastis publicis profitebantur, ita, quasi viria virtute facti, ad militiæ munia, & civitatis dignitates aditum sibi patefaciebant. Romani hunc morem (ut puto) mutuati a Lacedæmoniis, apud quos lege cautum, ne quis honorum esset particeps, qui non & sodalitatum, quæ conviviis publicis fiebant, quæ dicta Syssitia, a verbo συσσιτέω, id est, *contubernio, & convivio simul utor*. Vocabantur etiam *Phiditia*, φειδίτια; sive quod φιλίας, hoc est, *amicitiæ* causa essent instituta, sive (ut puto) a verbo, φείδω, hoc est, *parco*, *abstineo*, quod illorum maxime proprium abstinere, & sustinere: parsimonia enim magnum vectigal. Huic mos non absimilis apud Cretenses, quorum fuere ἀνδρεῖα, quasi *virilia*, & *virorum convivia*. Nullus enim ibi admissus, qui non in virum evasisset, & capax factus magistratuum, uti notat pluribus in *Politicis* Aristoteles, & alii. Quemadmodum igitur, necdum ad epulas publicas admissus, is nec vir nuncupatus, nec idoneus Reipublicæ administrandæ, tam apud Lacedæmones, quam apud Cretenses; ita nullus Romanorum, nisi virili toga sumpta.

Sumpta vero hac toga virili, forensia stipendia auspicabantur, & foro nomen dabant; sed primo anno modestiæ ergo, quæ omnium Virtutum custos, & ornamentum, brachium toga cohibebant, nec liberum dimittebant. Seneca Pater

A lib. VI. *Declam*. Controvers. VI. *Apud patres nostros, qui forensia stipendia auspicabantur, nefas putabatur, brachium extra togam exerere*. Et M. Tullius in *Cæciliana*: *Nobis quidem olim annus erat unus, ad cohibendum brachium toga institutus, & ut exercitatione, ludoque campestri tunicati uteremur*. Tertullianus libro *de Pallio*: *Cato juridicinæ suæ tempore humerum exertus*, id est, *humerum veste liberans*. Erat enim Oratorum hic habitus. Ammianus *lib.* XXVI. *Eoque, ut expeditius loqueretur, brachio exertante*. Sedulius *lib.* I.

B

Qualiter assueti varias producere sectas
Impugnant sua dicta viri, qui brachia nudis
Ostendunt exerta humeris.

Unde perquam egregie Sidonius, cum singulis Philosophis suum habitum daret, de Aristotele, qui Philosophus, & Orator fuit, inquit, *Aristoteles brachio exerto*. Igitur inquit Tertullianus istud
C non curavisse Catonem, sed exerto brachio, & humero proclamare solitum. Græci intra pallium manus continebant. Unde fortasse verbum, *palliare*; quod Apulejo est tegere, vel celare. Ait enim. *Nec palliari tam aperta res potest*, id est, *operiri*, *dissimulari*. An quia manus potestatem significat? Unde manumissio, e sua potestate dimissio. Ovidius:

An nescis longas regibus esse manus?

D Turnebus *Adver.* lib. VII. cap. II. causam refert hujus moris, ut videlicet modestiæ, & pudoris præseferrent specimen: qui enim brachium exerit, minus modestus esse videtur, quam qui toga brachium cohibet, & Æschines *contra Timarchum* priscorum oratorum modestiam laudans, eos ait perorasse manus intra pallium continentes. Eodem etiam illo anno nefas eis erat corpus in Campo Martio nudare, ne corporis nudatione impudenti amorem quærere velle viderentur. Itaque tunicati in Campo sese exercebant.

Plutarchus in *Lycurgo* alium Græcorum morem a juvenibus observatum mihi suggerit, his ver-
E bis: *Atqui juvenes ante trigesimum ætatis annum in forum nullo modo descendebant; sed per cognatos, & amatores necessaria transigebant*. Sed audi ex eodem mirum Seniorum in juniores amorem, & curam diligentissimam. Statim post: *Senioribus autem turpe erat, si frequentius circa hujusmodi studia viderentur; sed majorem diei partem in Gymnasiis, & in his, quæ Leschæ nominantur, versabantur. In hæc enim loca decore, & modeste convenientes, sermones inter se conferebant, nulliusque rei memoria tangebantur, quæ vel ad rem pecuniariam, vel ad ignobilem usum spectaret*, &c. Quare manus a juvenibus sub toga contenta non so-
F lum apud Romanos primo anno fori, sed etiam apud Græcos, saltem a modestis juvenibus factitatum, ut videtur innuere Plutarchus in *Phocione*, dum ejus mores pingit, ac delineat his verbis: *Siquidem neque ridentem, neque plorantem quisquam Atheniensium temere Phocionem vidit, neque in balneo publico lavantem, ut tradit Duris: neque extra pallium, cum amictus esset, manum ejus exertam*, &c. Dentium cura nimis anxia olim, ut delicatis probro dabatur, & Apulejo inter reliqua crimina objectum, quod dentifricium parasset, hinc Prov. *Lentiscum mandere vel arrodere*, ex lentisco enim dentifricium, & dentiscalpium confecta.

Qui vero tyrocinium fori ponebant, Pisandri galeam, ut dicitur, & supercilium deponebant, ad Senatorum, & plebis auram sibi captandam. Hunc morem continendi manus sub pallio, aut tunicis coram Regibus Persis quoque in usu A fuisse testatur Xenophon, lib. II. *Rerum Græcarum: Cyrumque occidisse Antobisacem, & Metreum filios Dariæ, sororis Xerxis, patris Darii, quod sibi occurrentes manus intra tunicas non contraxissent.*



JOSEPHI LAURENTII
Lucensis,
DE
PRÆCONIBUS, CITHARŒDIS, FISTULIS, AC TINTINNABULIS
COLLECTIO.
AD GUIDONEM VANNINIUM J. C. RHETORICES INTERPRETEM LUCÆ.

INDEX

CAPITUM.

JOSE-

JOSEPHI LAURENTII

Lucensis,

DE

PRÆCONIBUS, CITHARŒDIS, FISTULIS, AC TINTINNABULIS

COLLECTIO.

AD GUIDONEM VANNINIUM J. C. RHETORICES INTERPRETEM LUCÆ.

CAP. I.

Præconis etymon. Ejusdem varia nomina. Ipsius officia XIV. *enumerantur.* Linguis favere *quid. Tuba terminalis quæ.* Licitari hostium capita *quid denotet apud Curtium. Ceryces duplices, Fœciales scil. & Sequestres. Quanta Præconis majestas. Ejusdem jus cum illo gladii conjunctum. Portisculus seu Celeustes quis. Præconis præmia varia recensentur.*



B PRÆCONES, quasi *Præcanes* dicti, quod ante canant, & annuntient, quid faciendum, alias *Tubicines* dicti, quod tuba canant. Græce Κήρυκες, *Buccinatores*, *Caduceatores*. Horum officia varia.

Primum, sacris libationibus præesse.

2. Concionem advocare.

3. Dicturos citare, unde Demosthenis illud *de Corona*, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ, τίς ἀγορεύειν βούλεται; *interrogabat quidem præco, quis habere concionem*
C *vult?*

4. In templis inclamare, *Hoc age, quod agis*.

5. Silentium indicere, ut linguis, animisque faverent, non tam in templis, quam in certaminibus, Seneca *epist.* LXXVIII. *Nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens: ἀκούετε λαοί, audite populi*, alta voce inclamabat, vel, ut Attici solebant, εὐφημείτω πᾶς λαός, *linguis faveat omnis populus*. Ad hanc formulam respexit Aristonicus apud Athenæum *lib.* VIII. cum Mylassam Cariæ oppidum ingressus templa multa videns, cives autem raros, clamavit, ἀκούετε ναοί, non λαοί, hoc
D est, *audite templa, non populi*. Plautus in *Pœn.*

Exurge præco, fac populo audientiam.

Virgilius *Æneid.* v.

Victorem Æneas præconis voce Cloanthum
Declarat.

6. Ex quo colligo Sextum aliud officium præ-
A conum, nempe declarare, & renunciare Victores in ludis Olympicis, & aliis.

7. Tempus incipiendi, & finiendi præscribere; Horum tuba dicta terminalis, de qua Virgilius *Æneid.* v.

At tuba commissos medio canit aggere ludos.

8. Pro Histrionibus demum in Fabulis silentium poscere. Plautus *Asin.* in *Prologo*:

Face jam tu nunc præco omnem auritum populum.

B Vox vero plerumque illis usurpata hæc, *Animadvertite populares*. Suetonius in *Cæs.* cap. LXXXI. *Quinto Maximo suffecto, trimestrique Consule Theatrum introeunte, cum Lictor, Animadverti, ex more jussisset, ab universis conclamatum est, non Consulem eum.*

9. Si quempiam e medio sublatum volebant, per præconem cædis mercedem, quam vulgo dicimus *Taglia*, aut vivi capitis, proclamari, unde verbum ἐπικηρύττειν, id est, *per præconem pronunciare, pecuniam dandam interfectori*, quod Curtius, *licitari hostium capita* dixit. Per præconem
C etiam denunciabant res, & corpora sub corona venum exposita, & pretia præscribebant.

10. *Senatusconsulta* etiam prædicari.

11. Leges indici.

12. Judices & Candidatos suis nominibus appellare.

13. Munia obire magistratuum nomine, Numæ instituto, ut refert Plutarchus in *Numa*: *In profestis, & omnino in Sacerdotum festis per urbem præcones præcedebant, qui, ut quiescerent, & ab operibus desisterent*, &c. Sed præ cæteris hoc reperio.

14. Eosdem præcones fuisse una cum Caduceatoribus, qui Reipublicæ nomine legationes obi-
D bant, tanquam Fœciales, & Sequestres. Quare Ulpianus recte ait: *Duplices esse cerycas, alterum popularem, alterum belli communem deductorem legatorum, fœcialemve ad conveniendum de pace cum perduellibus, manu gestantem pro symbola caduceum*, κηρυκεῖον, *dictum*. Adeoque majestas hujus accrevit, ut jus præconis cum jure gladii conjungeretur. Apulejus in *Floridis*: *Nec vos pauca quædam, & parva similitudo falsos animi habeat, quoniam quædam (ut sæpe dixi) palliata mendicabula obambu-*

lant, Præco cum Proconsule, & ipse tribunal ascendit & ipse togatus illic videtur, & quidem perdius stat, aut ambulat, aut plerumque contentissime clamitat. Ex quibus illius majestatem, & auctoritatem colligere licet. Merces præconis dicta Præconium, Turnebus in *Adversf.*

Corollarium addo. Qui est præco in urbe, est Portisculus, seu Celeustes in navi. Præco, ut dictum, audientiam faciebat, in sacris, & spectaculis faventiam. Portisculus modum remigibus dabat, in verbis Catonis ex Festo habetur, viros Romanos, qui remiges scripti erant, per portisculum sub flagro venisse trans Tiberim; & qui flagris cædebantur ii sub præcone ob capital admissum; at remiges sub portisculo cædebantur, antequam ultimo supplicio afficerentur, Scaliger *ad Festum*.

A Præconis mercede ad aliorum gradum facio: antequam ad suum *Plaudite* caput hoc deducatur. Præmia varia, seu mercedes a me passim notatæ hactenus: namque Comistrum dicitur præmium ferentium. Didactrum, præceptorum. Epathlon, certantium. Euretrum, invenientium. Iatrium, medicorum. Lytron, captivi redempti. Mœotra, obstetricum. Oecuria, custodientium domus. Præconium, præconis. Proxeneticum, seu Pararium contrahentium. Rhysion, pro valetudine recuperata, & felici eventu. Costra, salvantium, & medicorum. Synegoricum, patrocinii. Xenium, hospitum. Zoagria, redemptionis. Alia modo non occurrunt. Hic sisto.

CAP. II.

Citharœdorum modestia prisca. Iidem custodes pudicitiæ mulierum. Cantores multa mentiuntur. Citharœdorum vestis qualis. Eorundem lex. Cum palla saltabant. Quanti olim habiti. Ab iis oscula jactata. Aurigarum osculum quale. In Circo quomodo Citharœdi plausu excepti. Anulus ipsorum insigne. Qui alios canendo vicissent, coronabantur. Poetarum prisca modestia. Epigramma aliquod quanti emptum. Cherili versus quanti. Poetæ scripturi coronati erant, ut & Sacerdotes, infulati vero Oratores. Poetarum corona qualis. Homerus quanti habitus apud Athenienses. Tyrtæo & Æschylo quantus bonor. Poetæ Latini ubi certabant. Ad clepsydram dabant fabulas; plures enim eodem die agebantur. Mali Poetæ lapidati; boni vero coronati. Lapidatio theatralis. Insani lapidati. Famosum carmen carbone scriptum in foribus. Lapidationis locus. Malorum & bonorum Poetarum præmia quæ. Iidem quomodo certabant. Pudicitia virginum quanta olim. Loti hospites olim a virginibus ancillis.

SAPIENTER ille, *Vivendum moribus antiquis, & loquendum verbis præsentibus*, & optime præscripsit. Ast passim (dolendum) priscos bonos mores antiquatos in omnibus, & præcipue videmus in Citharœdis, qui olim modesti & frugi; at nunc immodesti, & nebulones. Athenæi eclogarius de hoc disserit. *Quamobrem uxoris Clytemnestræ cantorem Agamemnon reliquit monitorem, & custodem, quam non prius Ægisthus stupravit, quam in insula occidit cantorem.* Ejusmodi fuit Cantor ille, qui insidiatores procos Penelopes execrabatur, vel repugnante adagio illo vetere: *Multa cantores mentiuntur.* Citharœdorum corona erat querna. Martialis *lib.* IV. *epigr.* LIV.

O, cui Tarpeias licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas.

Et *epigr.* I. ejusdem libri:

Perque manus tantas plurima quercus eat.

Citharœdorum vestis olim demissa ad pedes usque, ut colligitur ex Virgilio, Horatio, aliisque classicis Scriptoribus. Hæc dicta palla, eratque purpurea, & variegata. Apulejus II. *Florid. Eique prorsus citharœdicus status, Deam prospiciens canenti similis, tunicam picturis variegatam deorsum ad pedes dejectus ipsos.* Hæc quoque distincta. Ovidius:

Induerat Tyrio distinctam murice pallam.

Legem hanc Citharœdorum Tacitus *Ann.* lib. XVI. refert. *In theatro ne fessi residеant, ne sudorem, nisi ea, quam induti gerebant veste detergerent, & nulla oris, aut narium excrementa viserentur.* Hos cum palla cecinisse, & saltasse Plautus quoque in *Menæcb. refert:*

Salta sic cum palla postea.

Hinc dicti Citharœdi *pallium trahere*. Quapropter Citharœdorum, ævo depravato, conditio olim maximi habita, & lautior, quam Poetarum, aut eruditorum. Ideo Martialis de se *lib.* III. *ep.* IV.

Exierat; veniet, cum Citharœdus erit.

Et *lib.* V. *epist.* LVII.

Artes discere vult pecuniosas?
Fac discat Citharœdus, aut Choraules.

Ingressi scenam oscula, seu basia jactabant ori prius manu admota, deinde protensa in eos, quo adorabant, & hoc erat *adorare*, quod factum vel ab Hierone innuit Tacitus, loquens de eo Citharœdum agente. Aurigæ vero populum flagello ad os admoto, cum aliter non possent, adorabant. De adoratione alibi. Citharœdi, cum placebant, plausu excipiebantur, ut habemus in eodem Martiale *lib.* VI. *ep.* V. Plinio, Luciano, Ovidio, & aliis.

Citharœdorum, ut & Musicorum, insigne anulus, seu gemma fuit. Anuli meminit Suetonius de Symphoniacis Neronis. *Insignes pinguissima coma & excellentissimo cultu pueri, nec sine anulo lævis.* Quasi dicat, ex consuetudine aliorum Musicorum, & Citharœdorum lævas anulis habuisse ornatas. De gemma meminit Plinius *lib.* XVII. *cap.* II. Citharœdi, qui alios canendo vicissent, coronabantur, detractam ipsi coronam citharæ imponunt.

Poetæ quoque nomen venerandum olim, quia temperantiæ, omniumque virtutum magistri dicti, σοφοὶ, & σοφισταὶ. Citarem Homerum, Strabonem, Quintilianum, Plutarchum, Clementem Alexandr. nisi actum agere vellem. Confirmat dictum de Poetarum æstimatione, quod idem Athenæus refert *lib.* V. de Hierone, cujus hæc verba: *Navis autem in Alexandriam remulco deducta est, Hieroque Archimelon, epigrammatum Poetam, ob epigramma de illa nave scriptum, donavit bonoris ergo mille tritici modiis, quos Athenas in Piræeum portum sumptu suo perferendos curavit. Epigramma in eo libello adbuc extat.* Cherilus (etsi Poeta diobolaris) in singulos versus accepit aureos stateres, & ab Alexandro pro singulis versibus Philippeis fuit donatus. Hinc Horatius *lib.* II. *epist.* I. cecinit:

Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille
Cherilus, incultis qui versibus, & male natis,
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Corona redimiti Poetæ versus scripturi, ut Sacerdotes coronati, infulatique Oratores oraturi, ita apud Maronem *Æn.* VII.

Quin & Marrubia venit de gente Sacerdos,
Fronde super galeam, & felici comptus oliva.

Ut auspicato se fronde coronantes, Deos sibi hominesque conciliarent hac tanquam religione. Horatius *epist.* I. *lib.* II.

Fronde comas vincti scribunt, & carmina dictant.

Poetarum corona ex Marcilio *in Persium* erat ex hedera, lauro, & myrto, quod sacri essent Baccho, Apollini, & Veneri, Numinibus illarum plantarum. Apud Athenienses lex erat, ut quinto quoque anno in Panathenæis Homeri unius ex omni Poetarum numero carmina publice recitarentur, quod inflammarent animos ad honestatem, docerentque quid faciendum, quidve fugiendum. Lacedæmonii simili honore prosecuti Tyrtæum, Poeticis licet adversarentur scriptis, lege constituta, ut quoties cum hostibus dimicaturus in procinctu constitisset exercitus, convocarentur milites in tabernaculum regis, ibique audiendis Tyrtæi carminibus, ad spernendam pro patria vitam, incitarentur. Æschylum quoque Athenienses; unius enim ex omnibus Tragicis fabulæ, ipso etiam mortuo, ut docerentur, decreto publico statutum est, ut notat Muretus *lib.* VI. *cap.* VII.

Poetæ Latini certabant carminibus in sacris Jovis Capitolini singulis lustris, victor corona donabatur. Athenis in Dionysiis Poetæ tragici, & Comici fabulas contentione quadam docebant, recitabantque ipsi ut olim Homerus, & Hesiodus carmina a se facta; mox adhibiti histriones. Ad clepsydram dabant fabulas, nam plures agebantur eodem die. Quinque judices, teste Epicharmo, judicabant, victorem manibus extensis pronunciabant.

Quod si Poetæ infelices, & inculti putabantur lapidibus petebantur: at contra felices & culti, sertis & floribus decorabantur, quam Græci φυλλοβολίαν, id est, *florum, & frondium sparsionem* dicebant. Athenæus *lib.* VII. refert Polyctorem quendam, citharœdum infelicem, petiisse ab amico saxa ædificandæ domui, quia vero ille pauca pollicebatur, indignatus citharœdus. *Quid* (ait) *tu mihi tam parce lapides promittis, possum ego plures reportare ex theatro, cum artis meæ specimen præbens lapideo imbre fuero impletus.* Lapidationis theatralis multa exempla habemus in Macrobio II. *Satur.* & in Seneca.

Ingeniosissimus Æsopus *Apolog.* XLII. huic apertissime subscribit. Quia Poetæ insulsi phrenesi correpti insaniæ notam subibant, si carmina canerent; ideo imitantur in lapidatione Poetarum malorum, pœnam insanorum, quæ erat lapidatio. Plautus in *Pœnulo:*

Neque nos populus pro Cerritis insectabit lapidibus.

Lapidatio ergo finis malorum Poetarum; mordacium vero scommata carbone notabantur; quæ famosa carmina foribus amantium carbone inscribebantur. Plautus in *Mercatore:*

— Occentent noctu ad ostium.
Meæ impleantur carbonibus elegiarum fores.

Quando scilicet face extincta inscribebatur famosum aliquod carmen ad ostium infamiæ gratia.

Lapidationis malorum Poetarum meminit apposite Petronius his verbis, quæ libet attexere. *Ex [illegible], qui in porticibus spatiabantur, lapides in Eumolpum recitantem miserunt; at ille, qui plausum ingenii sui noverat, aperuit caput, extraque templum profugit. Timui ego, ne me Poetam vocarent, itaque subsecutus fugientem, ad littus perveni: & ut primum extra teli conjectum licuit consistere. Rogo, inquam, quid tibi vis cum isto morbo? minus quam duabus horis mecum moraris, & sæpius Poetice, quam humane loquutus es. Itaque non miror, si te populus prosequitur. Ego quoque sinum meum saxis onerabo, ut, quotiescunque cœperis a te exire, sanguinem tibi a capite mittam. Movit ille vultum, & , mi, inquit, adolescens, non hodie primum auspicatus sum: imo quoties theatrum, ut recitem aliquid, intravi, hac me adventitia excipere frequentia solet,* &c. Mali igitur Poetæ in theatro, & ludorum actores, si artis suæ specimen infeliciter darent; & ipsi quoque spectatores, si odiosi populo, & invisi lapideo imbre petiti; contra boni munuscula varia florum, ac frondium conjectionem referebant: illam Græci dicere ἐπαγερμὸν, hanc φυλλοβολίαν, seu *florum, ac frondium asperginem, jaculum.* Ideo Gentianus Hervetus ait. *In certaminibus primo fuit donum athletarum. Secundo autem exercitatio. Tertio foliorum sparsio. Ultima autem fuit corona.* His additi petasi, zonæ, cingula, bracteæ, tuniculæ, galeri, crepidæ, & his similia. Videndus meus eruditissimus Franc. Bernardinus Ferrarius, non ferri, sed auri puri, putique fodina inexhausta. Erant & Poetarum certamina ex Suetonio in *Augusto, Caligula,* & aliis. Veniebant autem ad commissiones coronati. Qui vincebatur, is detractam sibi coronam vincenti donabat, quo Flaccus alludens dixit *Satira ultima lib.* I. de se, & Lucilio, quem carpserat;

— Neque ego illi detrahere ausim
Hærentem capiti multa cum laude coronam.

Hæc pœna ignavi Poetæ.

Alio gradum verto, & ab impudentia, & stultitia Citharœdorum, malorumque Poetarum me converto ad pudicitiam virginalem, quam admiror in illis antiquis, quod maximo cum stupore suspexi in eodem Athenæo *lib.* I. quanta fuerit priscorum continentia. Refert enim, a virginibus, atque fœminis hospites lotos, nec inflammationi, nec intemperantiæ obnoxios, tam recte illorum vita instituta. Ex quo colligo, vel virgines ancillas hospites lavisse sine ulla pudicitiæ macula. O ætatem vere auream, etsi auro non væniret honos.

CAP. III.

Fistula quid, & ejus usus, ac Inventor. In bello quinam uterentur. Tibia quid, & unde dicta. Pastoritia quæ. Apud Veteres tota Musica septem sonis continebatur. Fistulæ materia. Vasa ærea stanno antiquitus illita. Vasa fictilia quomodo illinebant Veteres. Incoctilia quæ. Cantores & Poetæ asymboli. Sacrum sine fumo quale. Virgines hospites lavabant. Lactuca mortuorum cibus, & cur. Romani in Athenienses perbenigni. Vatis etymon. Vaticinantium varia genera afferuntur.

FISTULA proprie, ut Pomponius ait, dicitur, per quam aqua educitur fusa, ab hujus similitudine dictum instrumentum musicum, quo flatu canitur, cujus Pan dicitur inventor. Hac usi non tantum in rebus lætis, ut nuptiis, amatoriis, festis, epulis, quod passim obvium; sed etiam in bellis, ut observo in Clemente Alexandrino II. *Pædagogiæ*, cap. IV. dicente: *In bellis suis Tuba Hetrusci utuntur, Fistula Arcades,*

Cretenses Lyra, Cornu Thraces, Tympano Ægyptii, Arabes Cymbalo. Cui subscribit Alexander ab Alex. *Gen. dierum* lib. IV. cap. II. *Lacedæmonii*, inquit, *& Phryges, non cornuum, tubarumque signis, sed tibiarum miti sono, & modulo leni temperare consueverunt: Lycurgus enim militibus tibiam pro classico dedit.* Etsi tibia ab osse cruris suræ opposito vocata, sit instrumentum musicum, oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum digitis modo adductis, modo reductis, symphoniam reddit, non sit absimile fistulæ, aliquando alterum pro altero usurpatur. Fistula ergo de collo pendebat, pastoribus potissimum, ideo Maro *Æneid.* III.

Solamenque mali de collo fistula pendet.

Ideo hæc dicta pastoritia, rustica, & silvestris, multis constans cicutis, vel avenis cera junctis, quarum series imitatur organorum, vel hydraulorum fistulas, habet enim unaquæque cicuta sonum suum, ab aliis discrepantem; ita ut septem calami dispares septem vocum discrimina reddant, qui labro percurruntur canentis; quare Lucretius, *lib.* V.

Et supra calamos unco percurrere labro.

Quare ex septem calamis cicuta compacta fuerit, nec pluribus, nemo rationem requiret, qui Musicam artem vel primoribus labris degustarit Siquidem post septimam vocem necesse est in octavam cadere; quæ octava vox apud veteres Musicos & recentiores eadem est cum prima.

Ea causa est cur cœli sive septem planetæ concentum quendam efficere Pythagoræ sint visi, quod in septem sonis tota Musices varietas & ratio contineatur. Hinc est quod Virgilius fistulam, de qua modo, ex septem calamis compingit in *Ecl.* II.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula. ——

Idem *Æneid.* VI. de Orpheo in inferis degente ita canit:

Nec non Threicius longa cum veste Sacerdos,
Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Materia fistularum adhuc incerta. Papinius II. *Thebaid.* buxeam facit:

Et Celenæa committere prœlia buxo.

Cicero vero *de Oratore* ait: *Servas cum eburneola fistula, qui inflaret eum sonum,* eburneam facit. Julius Pollux *Onomastici* libro IV. capite X. quinque concludit; dicens, κάλαμος, ἢ χαλκὸς, ἢ λῶτος, πυξος, ἢ κέρας, id est, *Fistula vel est æs, vel lotos, vel buxus, vel cornu*; mirum, excludit ebur.

Morem nostrum vasa ærea stanno illinendi, munditiei & salutis gratia, Homeri tempore usu frequentatum lego in Eustathio, quod dicebatur γανῶν, splendidum reddere, quod ideo factum, ut argentea viderentur. Sed Plinius *libro* XXXIV. *cap* XVI. *Stannum* (ait) *illitum æreis vasis, saporem facit gratiorem, & virus æruginis compescit.*

Fictilia vero Antiqui κόνει id est, *pice* liquida illinebant, ne liquorem infusum æstate exudarent; hinc vasa picata, testæ picatæ apud scriptores celebratæ. Argento testas illitas apud Hebræos Casaubonus *in Athenæum Notis* illustrat, quo artificio hodie non opus, cum fictilia vitri oblitu, aut alius pellucidæ, aut discoloris materiæ porcellanas æmulentur; quibus nullum ἀργύρωμα, si sapiam, prætulerim. Vasa illa ærea dicta *incoctilia*, quibus plumbum incoctum erat, Plinii *libro* XXXIV. *cap.* XII. *Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum invento, ita ut vix discerni queat ab argento, eaque incoctilia vocant.* Jactent ergo neoterici hoc novitium inventum ad stomachum usque & nauseam. Vasa escaria vidimus; audiamus musicam adhiberi solitam in conviviis, sed prius gratis cœnam cantoribus apponamus, siquidem Cantores, & Poetæ asymboli cœnitabant. Ita Athenæus Antiphanem differentem inducit: *Divina vita est, si sine rationibus, aliena quisquam sæpius cœnarit.* Deinde: *Hac arte domum instructus veni ad convivium, id præmeditatus; & hospiti mercede non persoluta evadam, nos enim Poetæ sine fumo sacra sæpe facimus.* Jus namque est Cantorum uti & Poetarum, ut sacrificent sine fumo, hoc est, laute epulentur, nullo suo sumptu, etenim rem sacram convivium opiparum sequebatur.

Sacrum sine fumo dicebatur, nimirum tenue convivium, in quo nihil cocti obsonii apponitur. Translatum a pauperculorum sacris, molas, thusculum, lac, aut corollas offerentium, cum Dii nidorem illum expectent, una cum fumo subvolantem, ut est apud Homerum. Vide Adagiographum. Ante cœnam lotos, unctos fuisse hospites, a me alibi pluribus differtum; hic noto per transennam, quod vidi in Gallia, & Germania, non solum mulieres hospitibus ministrasse in mensa, & ante mensam lavisse; sed & virgines advenientium hospitum pedes lavisse, vel Homeri tempore, ut ex Athenæo percipi potest. Apud Zenobium Cocali filiæ, cum vitæ Minois insidiarentur, occasione publici moris usæ sunt, ut eum interficerent. Advenientem de more lavantes, calidæ aquæ loco picem ferventem infuderunt.

De lotione ante cœnam alibi ego fusius. In Athenæo *libro* II. lego, lactucam vocari ab Eubulo νεκύων βρῶμα, *mortuorum cibum*: quæ superstitiosa opinio adeo inveteravit, ut ad Augustum usque principem multis esset religio vesci lactucis, teste Plinio, *libro* XIX. *cap.* VIII. Illis tamen in ægritudine conservatus, prudentia Musæ medici; adeo ut servari etiam in alienos menses eas oxymelite fuerit repertum. Galenus non dubitat affirmare, succo lactucæ tamen facile aliquem tolli posse, quam cicutæ, III. *de Facultat.* Diphili sententia est in commune de omnibus oleribus, esse illa ἄτροφα, καὶ κακόχυλα, *non alere, malumque succum generare*, an mortuorum cibus antiquis dictus lactuca, quia soporifera, quia ψυκτικὴ *refrigerativa*; frigus enim inimicum naturæ, & inferis cognatum, & affine: an religio illa priscorum, propter Adonin? Callimachus enim refert Venerem Adonin in lactucis occuluisse, ibique ab apro fuisse interfectum. Medici herbarii de his consulendi. Athenæi locus in *lib.* V. *cap.* XIII. me monet de Romanorum modesta reverentia, quam exhibebant civitatibus bene meritis, & antiquitate conspicuis, ut erant Athenæ: loquitur de quodam Athenione adscriptitio, & novo cive Athenas portato, cujus fastum ita delineat: *Ne Romanus quidem tanta specie ac fastuosa pompa, tantoque omnium fastidio Atticam esset ingressus.* De Romanis hoc vere Athenæus, & historiæ convenienter: semper humanius, & civilius cum Atheniensibus Romani Magistratus egere. Clarum in Antonio exemplum, quem narrat Appianus: *Athenis cum esset, ita se per urbem sine insignibus potestatis, duobus tantum amicis comitatum, cum totidem famulis.* Tacitus II. *Annal.* de Germanico: *Hinc ventum Athenas, fœderique sociæ, & vetustæ urbis datum, ut uno lictore uteretur.*

Vates, quasi Fates. Fatidicus, qui fata dicit, hoc est, decreta Deorum exponit; Vaticinium quasi Faticinium; hinc Effari deductum, quod est eloqui.

Vaticinia varia prisca illa ætas commenta, dæmonum instinctu, ut a Creatore creaturas averterent, & adorarent non adoranda; sed tantum laudibus adornanda, quia opera Protoplastæ. Vaticinantium genera varia recenset eruditissimus Gyraldus *Synt.* XVII.

Aeromantes, ex aeris diversa facie vaticinantes.
Alectryomantes, ex gallinis, & pullis.
Aleuromantes, ex farina.
Alphitomantes, ex farina hordeacea.
Arithmomantes, ex numeris.
Axinomantes, ex securibus.
Astragalomantes, ex jactu talorum
Capnomantes, ex fumo.
Chiromantes, ex manibus.
Coscinomantes, ex cribro.
Botanomantes, ex herbis.
Engastrimantes, ex ventre.
Hydromantes, ex aqua.
Ichthyomantes, ex piscibus.
Geomantes, ex terra, punctis, & lineis.
Lecanomantes, ex pelvi.
Metopomantes, ex facie.
Necromantes, ex mortuis.
Nephelomantes, ex nubibus.
Oniromantes, ex somniis.
Psychomantes, ex animo.
Pyromantes, ex igne.
Thyomantes, ex hostiis sacrificiorum.
Tyromantes, ex caseo.

CAP. IV.

Tintinnabulum unde dictum. Ejusdem usus antiquus, ac varius in multis; ac præcipue in funere. Cœlo tonante cur campanæ perstrepant. Codonophori quinam. Adhibita præterea Tintinnabula, in tumultu; in thermis; in damnatorum supplicio; in foribus ædium; in arcibus custodiendis. Animantibus olim appendi solita. De Tintinnabulo symposii ænigma. Foculi mensarii usus antiquus ad quid. Flabellum etiam in usu olim. Interdiu fores semper apertæ.

TINTINNABULUM nomen fictum a sono, quem edit vas æneum, cujus inventum antiquissimum, (nos *Campanam*, seu *Nolam* dicimus) vel Mosis tempore, teste Josepho III. *Antiquitatum*. Princeps enim Sacerdotum superinduebatur tunica hyacinthina, ex cujus fimbriis tintinnabula pendebant, quæ sonitum ederent, cum ille esset Sancta Sanctorum ingressurus. Auctor hujus tamen ignotus. Usus varius, & præcipue in funere, ut notat Scholiastes Theocriti, qui mos in hunc usque diem perdurat, quod is sonus credebatur esse καθαρὸς, καὶ ἀπελαστικὸς τῶν μιασμάτων, hoc est, *avertens spectra, & Dæmonum ludibria*. Atque hinc receptum, arbitror, ut tonante Cœlo campanæ perstrepant; etsi aliam causam subesse opinor, ut illarum complosu aerem longe, lateque diverberante, vis tonitrui infringatur.

Codonophori dicti anteambulones atrati, & præcones ferales qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt ex Budæo; tales hoc anno vidimus præcurrentes currus portantes tabida corpora pestilentia grassante, atque animus meminisse horret.

Deinde, si qua vis, seu tumultus ingrueret, aeris tinnitu indicium ejus rei dabatur olim, quod colligo ex T. Livio dicente, *Campanarum in bellis multitudo, cur æris crepitu, qualis in defectu Lunæ, silenti nocte fieri solet, edidit clamorem?* Omitto Corybantia æra, & alia in succurrendo laboranti Lunæ, & Dodonæa.

A Alius præterea usus, ut in thermas statis horis advocarentur, dimitterentur lavaturi, & loti. Ita Martialis, *lib.* XIV. *epigr.* CLXIII.

Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?

In Damnatorum etiam suppliciis Nolarum tinnitu admoniti, ne incauti occurrerent, & funestarentur, aut polluerentur contactu, vel occursu funesti corporis. Hinc Carnifices dicti *Tintinnabuli*, quod iis uterentur in cædendis sontibus: etiamsi alii velint sic dictos, quasi reddant tinnitum, dum cædunt flagris, & verberant.

B Verum hujus æris usus potissimum in foribus ædium, in cujus locum successit orbis ille æneus pulsandis foribus idoneus. Seneca III. *de Ira* cap. XXXV. *Quid miser expavescis ad clamorem servi, ad tinnitum æris, ad januæ impulsum?* Confirmat Suetonius in *Augusto* cap. XIX Dion *lib.* LIV. hæc habet. *His enim tintinnabulis Janitores nocturni utuntur, ut, si quid ipsis opus esset, significare possent, & vicorum urbis custodes his usi.* Quemadmodum apud Græcos in Civitatum muris excubantes, ut Suidas refert ex Aristophanis Interprete. Plutarchus in *Arato*: *Subeuntibus primis, ille, qui vigiliam matutinam tradebat, transibat illac ad tintinnabulum, multaque lumina, & strepitus erant sequentium eum.*
C Et paulo post. *Ille ex turri respondit alia voce, nihil mali esse; sed canem ad stationis lumen, & strepitum tintinnabuli lacessitum.* Qui mos etiam durat in Arcibus custodiendis. Tintinnabula olim animantibus appendi solita. Item arieti gregem præcedenti & equorum frænis, Novarinus docet II. *Sched. cap.* XXV. Præterea equos sonitu tintinnabuli probatos, vigiles excitatos, pisces venales esse in foro piscario, eoque concusso a mulionibus lanios & carnifices incessisse cum tintinnabulis, pluribus idem docet. Vide.

De tintinnabulo symposii Ænigma.

D
Ære repens curvo patulo componor in orbe.
Mobilis est intus linguæ crepitantis imago.
Non resonat positus, motus quoque sæpe resultat.

De foculo mensario nullus dubii locus, quin eo Prisci usi ad fercula calefacienda hyberno tempore. Ita Seneca *epistol.* XCV. *Quid illa jurulenta, & quæ tamen ab ipso igne in os transferuntur, judicas sine noxa in ipsis visceribus extingui?* Eo fine Foculi mensarii inventi, ut in mensam iis prunæ deferrentur. Idem *epistol.* LXXXV. *Circa cœnationem ejus tumultus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos trans-*
E *ferentium, hoc enim jam luxuria commenta est, ne quis intepescat cibus, ne quid palato jam calloso parum ferveat, cœnam culina prosequitur.* Apud Aristophanem δμῶες ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο, καὶ τὴν ῥιπίδα: *Heus famuli ex ædibus huc afferte foculum, & flabellum.* Flabellum addit, nam flabellum etiam in usu fuisse antiquis ex multis colligo. Terentius in *Eunucho*, Act. III. Sc. *v.*

—— *Heus tu* (inquit) *Dore*,
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lavamur.

F Ovidius *de Arte*:

Proficit in tenui ventos movisse flabello.

Martialis *lib.* III. *epigr.* LXXXII.

Et æstuanti tenue ventilat frigus
Supina prasino concubina flabello.

Hinc referenda Historia narrata ab Athenæo *lib.* I. de Pithyllo liguritore, Catillone dicto, Ganeone,

Popinone. Item quæ referuntur ab eruditissimo Pontano in *Atticis bellariis* prisci usus LXVI.

In Plauti vero *Mostell.* Act. II. Sc. II. usum priscum noto, de quo a te subdubitatum, interdiu fores nunquam clausas, his verbis:

Sed quid hoc, occlusa janua est interdiu?

Fores apud Lacones non pulsatas, sed ingressuros foris exclamasse Plutarchus in *Laconicis* ait: *Morem habebant non pulsandi fores, sed foris clamandi.* Sciscitabantur aliquando, non solum qui esset, qui fores pulsaret, sed quot essent, maxime noctu, ut colligitur ex Petron. *Satyr. Et jam plena nox erat, cum Eumolpus ostium pulsat, interrogo eos, quot estis?* &c. Item in foribus apud plerosque pingebatur, fingebaturque signum artis, quam quisque exercebat. Vide Novar. *Sched.* lib. II. cap. XVIII.

F I N I S.



LILII GREGORII GYRALDI,

Ferrarienſis,

DE COMŒDIA,

EJUSQUE APPARATU OMNI ET PARTIBUS,

COMMENTARIUS.

LILII GREGORII GYRALDI,

Ferrarienſis,

DE COMŒDIA,

EJUSQUE APPARATU OMNI ET PARTIBUS,

COMMENTARIUS.



OMOEDIA eſt privatæ civiliſque fortunæ, ſine vitæ periculo comprehenſio. Græci itidem ſic definiunt: κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Donatus vero ita: *Comœdia eſt fabula, diverſa inſtituta continens affectuum civilium ac privatorum, qua diſcitur quid ſit in vita utile, quid contra evitandum.* M. Tullius Comœdiam eſſe ait, *imitationem vitæ, ſpeculum* B *conſuetudinis, imaginem veritatis*: id quod eſt viſus accepiſſe a Livio Andronico, qui Comœdiam ante Ciceronem eſſe dixerat *quotidianæ vitæ ſpeculum*: nec injuria: nam ut intenti ſpeculo veritatis lineamenta facile per imagines colligimus, ita lectione Comœdiæ imitationem vitæ, conſuetudiniſque non ægerrime animadvertimus. Unde etiam ſcriptum eſt, *Comœdiam eſſe poema ſub imitatione vitæ, atque ſimilitudine compoſitum.* Aliam tamen definitionem affert Ariſtoteles, quæ & alium habet finem: ita enim ait: *Comœdia eſt imitatio improbioris quidem, non ad omnem tamen malitiam, ſed turpitudinis quædam eſt ridicula particula. Ridiculum* C *enim peccatum quoddam eſt, & turpitudo doloris expers, correptionem minime afferens: veluti ridicula facies, quæ ſtatim eſt turpe quiddam & perverſum, ſine dolore.* Videtur ex his verbis Philoſophus innuere, Comœdiam inventam eſſe ad oblectandos populos: & propterea varia quæ traduntur de ejus inventione recitabo. Scribit Ælius Donatus, præter ea quæ ſupra diximus, nondum coactis in urbem Athenienſibus, cum Apollini Nomio, id eſt, paſtorum vicinorumque præſidi Deo, conſtructis aris in honorem divinæ rei, circum Atticæ vicos, villas, pagos, compita, feſtum carmen ſolemniter cantarent, ortam eſſe Comœmiam, ἀπὸ D τοῦ κωμάζειν, quod eſt, *comeſſatum ire cantantes.* Alii κωκάζειν interpretantur, cum quadam laſcivia & petulantia ſaltationibus, & carminibus indulgere: alii nocturnis etiam amoribus petulantiiſque operam dare, ut ſolent amatores: quæque plura Græci Grammatici colligunt, quæ & ipſi Comœdiæ convenire poſſunt. Varro ſic inventam Comœdiam voluit: *Juventus*, inquit, *Attica cum circum vicos eſſet ire ſolita, & queſtus ſui cauſa hoc genus carminis pronunciaret*, ἀπὸ τοῦ κόμμου, id eſt, *luctu*, vel ἀπὸ τῶν κόμων, hoc eſt, *a pagis & conventiculis ruſticorum, nomen invenit.* Vel certe poſteaquam ex agris Athenas commigratum eſt, id quod a Theſeo factum Valerius Maximus & Plutarchus tradunt, hi ludi conſtituti ſunt: ſicut Romæ Compitalitii, in quibus ad canendum prodibant: atque a κώμη & ᾠδὴ Comœdia dicta eſt, vel quod τῶν κωμωδρίων, id eſt, *viculorum* & humilium domuum fortunæ comprehenduntur, non ut in Tragœdia, publicarum regiarumque. Vel ἀπὸ τοῦ κώμου, hoc eſt, *comeſſatione*, quæ olim in ejuſmodi fabulis amantium juvenum canebantur, dicta eſt Comœdia. Quam etiam ſunt qui dictam putent a Co inſula, in qua Comœdiæ inventor exulavit Epicharmus. At Græci quidam expoſitores ita tradunt: Cum apud Athenienſes jam bella ſedata eſſent, & ad ocium cives ſe contuliſſent, cœperunt agreſtibus injurias inferre: qua cauſa agreſtes ipſi in urbem ſe recipere ſoliti erant, interdiuque de injuriis cum apud cives quererentur, nullus eis tamen opem auxiliumque ferebat. Tum igitur illi noctu, cum mortales omnes ſomno & quieti indulgerent, urbis vicos obeuntes nominatim cives compellabant, a quibus eſſent injuriis affecti, eorumque in ſe malefacta atque delicta in publicum proferebant: & hæc quidem noctu cum ſæpe vicini audirent, poſtridie audita ſe referre ſolebant, eique civi vitio dabatur, cujus noctu fuiſſent audita convicia. Cum vero ea res pleriſque prodeſſe videretur, nec in ruſticos adeo ſævirent divites, cognitum fuit id civitati utile eſſe, quodque ea exprobratio quoddam veluti eſſet malorum remedium. Hac igitur cauſa urbis principes, ut ea in theatrum deferrentur quæ in malos cives noctu jactabantur, juſſerunt, quod videlicet eas res civitati ſimul & placeret, & prodeſſet: ſancitumque, ut qui ingenio præſtarent, de hujuſmodi rebus carmina facerent, eaque publice in theatro recitarent, idque libere & impune: quin & præmia addita. Quare cum id noctu agi cœptum eſſet, ἀπὸ τοῦ κώματος, hoc eſt, a *ſomno* Comœdiam dictam voluere. Primi vero qui hujuſmodi carmina fecerunt, fuiſſe dicti ſunt Suſarion Tripodiſcius, & Rhullus, qui a Diomede Grammatico *Nullus* vocari videtur, vel (ut ab aliis) *Mullus*, & *Magnes*, de quibus in hoc ipſo ſermone, ſuo loco nonnihil meminerimus. Alii non in Attica, ſed in Sicilia repertam eſſe Comœdiam voluere. Solinus de Sicilia loquens: *Hic*, inquit, *primum inventa Comœdia, hic & cavillatio comica in ſcena ſtetit.* Sed ſi Ariſtotelem in *Poetica* audiamus, in

in varias sententias mens distrahetur: alicubi enim hoc quod Solinus ait, his verbis astruit: *Fabulas*, inquit, *fingere Epicharmus & Phormus incœpere: atque hoc quidem*, ait, *primum ex Sicilia venit. Athenis vero primus Crates cœpit, omittens prorsus formæ jambicæ fabulas & orationes facere.* Idem autem Aristoteles cum superius eandem res tractasset, sic ait: *Dorienses*, inquit, *sibi Tragœdiam & Comœdiam vendicarunt, Megarenses vero Comœdiam tantum, quoniam apud ipsos democratia, hoc est, popularis status prius sit constitutus, & qui ex Sicilia sunt, quod scilicet ibi natus est Epicharmus poeta, qui est longe prior quam Chonnides & Magnes fuerint*: quo loco legendum potius *Chionides*, ut suo loco ostendemus, quam *Chonnides*. Tum addit: *Nonnulli Tragœdiæ initium apud Peloponnenses fuisse voluerunt, vocabulaque in ejus rei signum esse illi ajunt, κώμας vocitari villas, seu loca circum urbem ædificata: Athenienses vero populos ut Comœdos, non ἀπὸ τοῦ κωμάζειν dictos, sed ea ratione, quod per vicos & pagos inhonorati neglectique, ex urbe errore quodam vagabantur. Item ipsi quidem agere dicunt δρᾶν, Athenienses vero πράττειν.* Atque hactenus quidem ille totidem fere verbis. Ex quibus, inquam, omnibus quæ attuli, videtis quanta sit varietas, quanta pene inexplicita opinionum diversitas, quas nec temporum nec locorum ratione habita defendere possumus.

Nunc quid inter Tragœdiam & Comœdiam differt, disquiramus. In Comœdia quidem mediocres fortunæ hominum, parvi impetus, periculaque, lætique sunt exitus actionum: at in Tragœdia omnia contraria, ingentes personæ, magni timores, exitus funesti habentur, & illic turbulenta prima, tranquilla ultima: in Tragœdia contrario ordine res aguntur, tum in Tragœdia fugienda vita, in Comœdia capessenda exprimitur. Postremo omnis Comœdia de fictis argumentis. Tragœdia sæpe de historica fide petitur. Illud etiam a multis quæri solet, utrumne Tragœdia an Comœdia prior inventa sit. Quibus his verbis respondet aperte Donatus: *Itaque*, inquit, *ut rerum, ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine, Tragœdia primo prolata esse cognoscitur: nam ut ab incultu & feris moribus paulatim perventum est ad mansuetudinem, urbesque sunt conditæ, & vita mitior atque ociosa processit: ita res Tragicæ longe ante Comicas inventæ. Quamvis retro prisca volventibus reperiatur Thespis Tragœdiæ primus inventor, & Comœdiæ veteris pater Eupolis, cum Cratino Aristophaneque, esse credatur.* Plato tamen in *Minoe* dialogo, Tragœdiam ait longe antiquiorem civitatis Athenarum fuisse inventum, quam Thespis ipse & Phrynichus: nisi forte malimus Eusebio credere, qui in *Chronico* ita scribit: *Quadragesima secunda Olympiade in agone, certantibus τράγος*, hoc est, *hircus præmio datus, unde ajunt Tragœdos nuncupatos*: hæc ille. Sed enim Homerus, qui omnis poeticæ largissimus fons est, his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit, qui *Iliaden* instar Tragœdiæ, *Odysseam* ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur: id quod & Macrobius aliique. Aristoteles tamen hoc ipse aliter in *Poetica* tractat: proportionem enim Tragœdiam habuisse ait ad *Iliaden* & *Odysseam*, Comœdiam vero ad *Margiten* ejusdem Homeri opus, de quo vobis locutus sum. Atque ita ait Aristoteles Tragicos ab *Iliade* & *Odyssea*, Comicos a *Margite* sua duxisse poemata. Post Tragœdiam successit Comœdia vetus: ut ipsa quoque olim Tragœdia, simplex carmen fuit, suo vero tempore moribus multum profuit civitatum, cum unusquisque caveret, culpa ne & spectaculo cæteris extitisset, & domestico probro. Sed cum poetæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret lata lege sanxerunt, id quod etiam in *Eupolide* planius referemus. Idem & apud Romanos factitatum est, qui ut in quarto *de Republica* libro testatur Cicero, & Aurelius Augustinus in secundo *de Civitate Dei*, duodecim Tabularum lege caverunt, ut is capite puniretur, si quis actitavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri: sed & mox fustuarium supplicium constituisse dicunt in autorem carminum infamium, quod innuit Horatius poeta, aperte vero scribit Porphyrion.

Post legem latam ab Atheniensibus, voluit Donatus Satyras exordium sumpsisse, de quibus nunc agendum. Has voluit Acron Athenis cum Dionysia celebrarentur, a Cratino primum inductas. Satyræ vero appellatæ a Satyris sylvestribus, quos illotos semper ac petulantes deos esse scimus, & similiter in his ridiculæ res pudendæque dicuntur. Alii a satyra lance, quæ referta variis multisque primitiis, in sacris priscorum deis inferebatur, & a copia & saturitate rei Satyra vocabatur: cujus lancis & Virgilius meminit, cum ait, *Georg.* II.

—— *Lances & liba feremus.*

Sive a quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum satyram Varro vocitat. Est autem hoc positum in secundo libro *Plautinarum quæstionum*: *Satyra est ubi passa & polenta: & nuclei pinei ex mulso conspersi*: ad hæc alii addunt, & de malo punico grana. Quidam Satyram dictam putant a lege Satyra, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet & Satyra carmine multa simul poemata comprehenduntur; cujus legis meminit Lucilius in *primo*:

Per satyram ædilem factum qui legibus solvat.

Et Salustius in *Jugurtha*: *Deinde quasi per satyram sententiis exquisitis in deditionem accipitur.* Meminerunt & hujus legis Jurisperiti, & Canonici, & Isidorus. Quidam inepte *Saturam* per *u* legendum putant, atque a saturo verbo deducunt, vel quod ita convicia & crimina hominum libere invadat, ut saturi homines, id est, ebrii: quod scribit Acron. In satyricis vero fabulis non reges, & heroes, sed satyri, cani, barbati, imberbes, sileni, pappi, & similes, ut Autolycus & Burrhus inducebantur, ut est apud Pollucem & Diomedem qui ait ideo satyros induci, ut ludendi jocandique causa essent, simulque ut spectator inter res tragicas seriasque, satyrarum quoque jocis & lusibus delectaretur: quod & Horatius sentit *de Arte Poet.* his versibus:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum,
Mox etiam agrestes Satyros nudavit, & asper
Incolumi gravitate jocum tentavit, eo quod
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator, functusque sacris, & potus, & exlex.

Hoc & Aristoteles fere in *Poetica*. Sed deinde Satyræ ipsæ versæ ad convicia & maledicentiam, ut est Satyrorum, qui in his prius inducebantur, natura. Græci vero expositores Satyras ita incœpisse tradunt, quod & archæis Comœdiis convenire video. Morem hi ajunt Atheniensibus fuisse, cum per pagos adhuc dispersi viverent, & agricolationi inservirent, ut cum ab opere & labore cessarent, voluptati genioque indulgerent, atque inter se dicta ridiculis jocisque referta jactarent, qui & in deorum solennitatibus mos fuit: sic enim deos

A laudabant. At hæc in curribus & plauſtris inſilien-tes factitabant, & exinde in ſcommata & d... flectere cœperunt, & quædam extemporanea poemata: unde Satyræ, & priſcæ exortæ ſunt Comœdiæ. Atque quod ex plauſtris id primum factitatum eſt, Græcis verbum inolevit ἐξαμάξω, quod in eos, qui conviciantur & maledicunt, uſurpari ſolet. quod ſi non vidit Eraſmus, illud certe quod idem eſt, multis eſt executus, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, hoc eſt, *de plauſtro loqui*. Sed quod de plauſtris poemata recitarentur, meminit & Horatius, cum ait *loco* mox *cit.*

B *Dicitur & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis.*

At vero Chamæleon in eo quem *de Theſpide* libro compoſuit, & Suidas tradunt, apud Antiquos ante poetas de Dionyſo ſcripſiſſe, & in iis certaſſe, quæ poemata ſatyrica dicebantur, poſterius vero cum Tragœdias ſcribere cœpiſſent, paulatimque ad fabulas & hiſtorias converſi eſſent, nullam de Dionyſo mentionem faciebant, ex quo illud factum eſt proverbium, *Nihil ad Dionyſum*. Quod ſi vera ſcribunt, antiquior Satyra quam Tragœdia eſſe videretur, quod nos non ita eſſe oſtendimus. C Sed ne a propoſito recedamus, ejuſmodi ſatyrica fabula fuiſſe proditur, ut in ea, quamvis d... o & veluti agreſti modo, de vitiis civium, tamen ſine ullo proprii nominis titulo carmen eſſet: quod genus fabulæ multis obfuit poetis, cum in ſuſpicionem potentibus civibus veniſſent, illorum facta reſcripſiſſe in pejus, ac deformaſſe genus ſtylo carminis: quod primo Lucilius novo conſcripſit modo, ut poem inde faceret, id eſt, unius carminis plures libros unde noſtra tota Latina manavit Satyra, qua poſt Lucilium, Horatius, Perſius, Juven. alii claruerunt, de quibus egimus. Hoc ergo, quod ſupra diximus, mali poetæ coacti ſunt omittere Satyram D & aliud genus carminis τὴς νέαν κωμῳδίαν, hoc eſt, *novam Comœdiam* reperere poetæ, quæ argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus amaritudinis ſpectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumentos, conſuetudine congrua, utilis ſententiis, grata ſalibus, apta metro. Sunt igitur tres Comœdiarum differentiæ, quas ita recenſet Platonius: *Unam*, inquit, *archæam eſſe, hoc eſt, priſcam: alteram* νέαν, *id eſt, novam: tertiam* μέσαν, *id eſt, mediam quarum unaquæque proprias quaſdam virtutes habet.* Sed de hac fabularum diviſione, cui & poetæ ipſi E ſubduntur, ut infra videbitis, frequens eſt apud Athenæum & Suidam mentio, nec eam ignoravit Latinus Diomedes. Sed jam dictum ſit de Comœdia ſatis. Nunc ad Mimos tranſeamus.

Mimus eſt ſermonis cujuslibet motus ſine reverentia, vel factorum cum laſcivia imitatio. Mimus dictus eſt a diuturna imitatione vilium rerum & levium perſonarum, ut ait Donatus: vel ut Diomedes, quod *quaſi ſolus imitetur*, παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, cum & alia poemata idem faciant, ſed ſolus, quaſi privilegio quodam, quod fuit commune poſſedit. Sane ab ea imitatione proverbii vice Theophilus μῖμος ὁ βίος dixit quod ſcilicet vita noſtra ſit Mimo ſi- F milis. Unde & illa apud Fulgentium Beatinii ſeu Vatinii Urbici mimologi ſimilitudo ad ridiculos honores, ut ipſe ait, citius fugitivos. Apollonius quoque Tyaneus tyrannos ſimiles eſſe dicere ſolitus erat mimorum regibus, qui modo ſummi ſunt, modo imi. Ab ea igitur imitatione Græce Mimus poema & actor dicitur. Latine vero, Diomede teſte, *Planipes* & *Planipedia* fabula, ſic ob humilitatem argumenti ejus ac vilitatem actorum vocata: Mimi enim non cothurno aut ſocco utuntur in ſcena, aut pulpito, ſed plano pede, hoc eſt, nudo, ut ait Feſtus, vel quod in plano orcheſtræ poſitis inſtrumentis mimicis fabulam agitarent: vel ideo, quod non ea negocia continet Planipedia, quæ perſonarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium ſunt, ſed in plano & humili loco: unde & humilis locus dictus eſt, *planus pes*, quomodo Vitruvius in primo uſus eſt: *Sed*, inquit, *non in omnibus locis eſt aggeris ratio facienda, niſi quibus extra murum ex alto loco plano pede acceſſus fuerit ad mœnia oppugnanda*. Quem imitatus eſt is qui ex Antyllo Oribaſium eſt interpretatus in IX. *Collectaneorum* libro: *Plano pede*, inquit, *& terreno habitationes & cubicula, graviter & acute languentibus commodiora ſunt, quam in ſolariis, & tabulatis, qua ratione* Planipes & Planipedia *dicitur*. Alii inepte a *Plano* prima correpta, id eſt, fatuo & impoſtore, *planipedem* dictum putant. Planipedis Actius togatarum ſcriptor meminit in Ædilitia fabula: *Datum eſt*, inquit, *aurum, exultat planipes*. Meminit item Fabius Quintilianus: *Ut Caſſius, qui iſtam faciem planipedis ſenis torques*. Item *ad Paulum* Auſonius. Sed enim Mimorum autores & poetæ variis nominibus dicuntur: nam & *Mimographi*, & *Mimologi*, & *Mimijambi* vocati ſunt. Mimorum vero ſpecies longe plures, ut eſt apud Pollucem, Suidam, Strabonem, & Athenæum copioſius. Nam & maſculi & fœminæ *Mimi* dicti ſunt, & *Hilarodi*, qui & ab autore *Simodi*: ſunt & qui *Magodi*, & ab his parum differentes *Lyſiodi*, item *Sotadici* ab autore, qui & *Ionici*. Sunt quoque *Cinædologi*, qui & *Cinædi*, de quibus præcipue Ariſtocles in eo quem *de Muſica* libro ſcripſit. *Dicceliſtæ* quidem, ut Soſibius Lacon grammaticus ait, ex Comœdiarum genere ſunt. Sed verius Mimi a Lacedæmoniis, teſte Plutarcho, vocantur: quorum diverſæ ſunt ſpecies: nam & a locis interdum vocantur, ut Sicyonii, Thebani, Itali. Sunt vero inter hos præcipui qui *Phallophori*, & *Autocabdali*, vel ut alii, *Adecabdali* vocati ſunt, quorum hi coronati, illi etiam ſine perſona in ſcenam prodibant: de his Athenæus & Suidas multa. Decelictan (niſi ſit error in codice) Plutarchus in *Laconicis apophth.* mimum a Lacedæmoniis vocari ait; nam & Eudemus ſcribit δείκηλον ſimulachrum & exemplar ſignificare. Inter Mimorum præterea genera & *Phryax*, & *Ethelontes*, qui & *Sophiſta*, & *Ethologus* interdum dicitur, reponitur. Sunt item *Jambi*, & *Mimijambi*, & *Ithyphalli*. Eſt vero inter mimos caſtior *Hilarodos*: nam & propterea alba veſte, & corona aurea, & calceis utebatur, ut ſcribit Ariſtocles. *Magodus* autem cymbala & tympana habebat, & veſtes muliebres, eumque ad Comœdiam pertinere Ariſtoxenus prodidit. Sunt qui *Magodian* inde dictam exiſtiment, quod in ea magica, & pharmacorum poteſtates proferrentur. Sed *Pantomimus a multifaria*, ut Caſſiodorus ait, *imitatione nomen habet: cum primum in ſcenam plauſibus invitatus advenerit, aſſiſtunt conſoni chori diverſis organis eruditi, tunc ille ſenſum manibus, oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum in illa quæ dicuntur apices rerum, & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declaravit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem fœminam repræſentat in mare, minari Regem facit & militem, ſenem reddit & juvenem, & in uno credas eſſe multos. tum varia imitatione diſcretos*. Et hæc quidem de Pantomimo in libris *Variarum* Caſſiodorus. Lucianus vero conſona his in eo qui περὶ ὀρχήσεως inſcribitur: *Non indecenter*, inquit, *& Itali ſaltatorem Pantomimum vocant, ab eo quod factum eſt.* Et cætera, quæ paulo poſt vobis afferam, cum de ſcenæ ſaltationibus agemus. Meminit & Pantomimi Seneca, Plinius, Diomedes, Capitolinus, alii. Suetonius: *Primis*, inquit, *temporibus*

quæcumque in scena fierent, in Comœdia quoque agitari consuevisse; nam & Pantomimus & choraules in Comœdia canebant, postea separata sunt Comœdorum a Pantomimis artificia. Causam vero Diomedes exequitur. Quidam Pantomimorum duo genera faciunt, mythicum, & scenicum. Illud est etiam vobis observandum, quod sicut *Mimus* pro poemate & histrione capitur, sic etiam *Pantomimus*. Sane *histrio*, quoniam & hoc ad propositum facit, vocabulum est Latinum (τεχνίτης Διονύσου Græce dictus est) vel ab *Histrio* Hetrusco ludione, qui, ut Ruffus & Plutarchus tradunt, Romam accitus fuit, cæteris pestilentia absumptis: vel quod eo nomine ab Hetruscis vocarentur ludiones, ut Livius & Valerius Maximus scribunt, vel ab *Histria* regione, ut Pompejus Festus ait. Sed & *ludios* & *ludiones* histriones vocamus, vel a *Lydis*, id est, Hetruscis: vel a *ludo* ut Grammatici observant. Ovidius:

Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

Hinc & *Ludia* fœmina Juvenali & Martiali. Sunt & in hoc genere histrionum apud Græcos Tragœdi & Comœdi. Nec id vos latere velim, non apud Romanos modo infames ac famosos fuisse histriones, sed etiam apud Græcos. Aristoteles siquidem in *Problematis* causam perquirit, cur histriones improbis sint moribus magna ex parte: refert ille, quod solidæ sapientiæ minus dent operam, & sint incontinentes. Apud nostros vero cum per leges pontificias & civiles damnantur, tum præcipue in tertio *Digestorum*, ubi hi qui in scenam ob præmium prodierint, & omnes qui operas suas locaverint artis ludicræ, famosi esse jubentur. Marcus quoque Cicero in libris *de Republica*, eos probro duci ex verbis Scipionis tradit, & non modo honore civium reliquorum carere, sed etiam tribu amoveri notatione censoria. Idem scribit Aurelius Augustinus. Nonnullos tamen in historiis legimus & divites factos, & in honore habitos, ut apud Græcos Polus Chariclei filius Suniensis, & Satyrus Theogitonis, Marathonius & Aristodemus, cujus alias meminerim: & apud Latinos Bathyllus, Pylades, & hujus discipulus Hylas, & his priores Roscius & Æsopus. Sed & hodie ipse novi qui sacerdotia, & quidem ampla, hac histrionica arte sunt affecuti. Porro histriones, ludii, artifices, personæ, & actores, iidem fere sunt: qui & *primarum* & *secundarum partium* ac *tertiarum* etiam dicuntur. Quando videlicet sæpius in fabularum actibus ingrediuntur, *primarum partium actores* vocantur: *secundarum*, cum minus: *tertiarum* vero, cum eo minus in scena agunt. Hinc Terentius.

Primas partes qui aget, is erit Phormio.

Horatius in *Epistolis*:

Ut puerum sævo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mimum tractare secundas.

M. Tullius *in Verrem*: *Ut*, inquit, *in actoribus Græcis fieri videmus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multo summittere.* Quo loco Asconius Pædianus: *Actoribus*, inquit, *Græcis palliatarum scilicet fabularum: in iis enim etiamsi Latinæ sunt, Græca omnia servantur: nam Latinæ fabulæ per pauciores agebantur, ut Attellanæ togatæ, & hujusmodi aliæ.* Tum mox idem subdit: *Comœdia quinque actus habet, hoc est, quinquies dicitur in scena.* Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur. Secundarum & tertiarum, quæ minus minusque procedunt.

Nunc illud etiam annotandum, quod locupletius

A tamen primo sermone narravi, scenam quoque in primis proprias & peculiares saltationes habuisse, Emmelejam tragicam, Cordaca comicam, Sicinnin Satyricam: quanquam alii aliter, ut in primo ostendimus. Hoc vero loco illud addendum quod de saltatione Lucianus scribit, prisco videlicet tempore eosdem & cantores, & saltatores fuisse: sed demum cum animadverterent assiduo saltandi modo anhelitum immutari, & propterea cantum turbari, magis e re fieri censuerunt, si canentes alii, alii saltantes essent: id quod & hodie commodius fieri videmus. Ea autem laus maxima in fabulis agendis saltatoribus dabatur, ut personis in
B scenam introductis saltatores ipsi per omnia gestu ac motu responderent, ne ab introductis discreparent, ut in unoquoque demonstraretur proprietas & excellentia. Sed præstat ut audiatis quæ de saltatoribus ex Luciano excerpsi. *Oportet*, inquit, *spectantem saltationem, quod ait Pythicum oraculum, & mutum intelligere, & non loquentem saltatorem audire, quod & Demetrio Cynico contigisse ajunt, qui & ipse orchesticen, id est, saltationis artem accusabat: dicebat enim, tibiarum & fistularum & sonitus parergon quoddam saltatorem esse, hoc est, præter rem additamentum, & nihil ad fabulæ perfectionem afferre.* Subjungit historiam, quam & vobis, si libet,
C recitabo. Imo, inquit Piso, utrique placet. *Erat*, inquam ego, *cum Nerone saltator quidam eximius, nec, ut dicebant, imprudens, sed si quis alius in historiæ vel fabulæ memoria, & motus elegantia præcellens: hic Demetrium Cynicum sapientissima, ut visum est, oratione precatus est, ut se saltantem videret, & ipsum deinde accusaret, recepitque sine tibiis, sine canticis, sese illi ostensurum: ut & fecit, & silentio indicto sonis & tibiis chori, ipse per sese saltare cœpit Veneris & Martis adulterium, solem id manifestantem, & Vulcanum dolum cogitantem, & ambos, Venerem scilicet & Martem, vinculis irretitos,*
D *deosque spectaculo assistentes, Venerem pudore suffusam, Martem subverentem & supplicantem, omnia denique quæ hac ipsa fabula contenta sunt, adeo ut Demetrius his factis exhilaratus, maximam hanc retribuerit saltatori laudem: exclamavit enim, & magna voce pronunciavit,* ἀκούω ἄνθρωπε ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν, hoc est, *o homo, audio quæ facis, non solum video, sed ipsis videris mihi loqui manibus.* Alias hac de re historias addit idem Lucianus, quas brevitatis causa prætereo. Unum hoc non silebo: Cum barbarus forte quispiam personas quinque paratas videret (quinque enim actibus constat fabu-
E la) & non nisi orchesten unum, id est, saltatorem, *quisnam quæso*, dixit, *quatuor reliquas personas aget*, & cum unum illi responsum fuisset, tunc barbarus, *O optime, fefellisti*, inquit, *corpus istud quidem unum, multas vero habens animas.* Hoc est Græce, ἐλελήθει ὦ βέλτιστε, σῶμα μὲν τοῦτο ἓν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχων. Atque de scenicis saltationibus hactenus: quare reliqua quæ restant, subjungamus.

Scribit Acron Horatianus Interpres, sex esse Comœdiarum genera, Statariam, Motoriam, Prætextatam, Tabernariam, Togatam, & Palliatam: cum nos tamen multo plures ex probatis autoribus
F collegerimus, quas hoc vobis loco commemorabo. *Togatæ* igitur, ut ab his incipiam, fabulæ dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritum & habitus hominum togatorum, id est, Romanorum: unde & *Togatarius histrio* appellatus est. Suetonius in *Augusto*, Stephanionem *togatarium* vocat, cujus & Plinius meminit: *Minus*, inquit, *miror Stephanionem, qui primus togatas saltare instituit.* Toga namque, ut plane scitis, Romana est vestis, unde *togatæ*: veluti fabulas Græcas ab habitu æque *palliatas* Varro

A ait nominari. Me fugit an & hæ ab Ælio Donato in *Adelphorum* Comment. *crepidatæ* vocitentur, quod crepidæ Grajorum sunt, ut pallia: an magis quod in quodam fabularum genere crepidis uterentur. *Togatas* quidem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernariis non modo communis error usurpat, quod Fannius & Togatas appellat, sed & poetæ, ut Horatius, qui ait:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Togatarum fabularum tot fere sunt species, quot & Palliatarum. Nam prima species est, quæ *Prætex-* B *tatæ* dicuntur, in quibus Imperatorum negocia agebantur, & publica, & reges Romani, vel duces inducebantur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. *Prætextatæ* autem dicuntur, quia fere regum vel magistratuum, qui prætexta utuntur in ipsis fabulis, acta comprehenduntur. Prætextata vero in hoc a Tragœdia differt, quod in Tragœdia heroes introducuntur, in Prætextata Romanæ personæ, ut Brutus, Decius. Altera Togatarum species *Tabernariæ* dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares, in quibus non magistratus regesque, C sed humiles & privatæ personæ inducuntur, quod olim tabulis tegerentur domus privatorum, nuncupatæ. Tabernaria differt a Comœdia, quod in Comœdia Græci ritus inducuntur, personæque Græcæ, in hac vero Latinæ. In Tabernariis Aphranius & Ennius floruere. Tabernarias eo versu innuit Horatius.

Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Attellanæ & ipsæ Latinæ sunt fabulæ, ut jam dictum est, jocis & salibus compositæ: quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam, ab Oscorum civitate, vel Campaniæ (ut ait Donatus) Attella, quæ D nunc *Aversa* vulgo existimatur, dictæ, in qua primum cœptæ sunt, argumentis dictisque jocularibus similes satyricis fabulis Græcis. Attellanæ a Satyra differunt, quod in Satyris fere Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ ridiculæ sunt Satyris similes, ut Silenus, Autolycus, & Burrhus: in Attellana obscœnæ personæ. Sane & personata fabula fuit, quam quidam putant primum a personatis histrionibus dictam: sed cum post multos annos Comœdi personis uti cœpere, verisimilius esse ait Sextus Pompejus, eam propter inopiam Comœdorum actam novam per Attellanos, qui proprie vocantur personati, quia iis jus fuit non cogi in scenam ponere personam, quod cæteris histrionibus E pati necesse fuit. *Rhintbonicæ* fabulæ dictæ sunt ab autoris nomine, ut ait Donatus. Sed qui fuerit Rhinthon, nos suo loco dicemus. Sunt vero Rhinthonicæ *Hilarotragœdiæ* dictæ, & *Italicæ*. Est illa præterea fabularum differentia, quod *statariæ* aliquæ, aliæ *motoriæ*, & *mixtæ* quædam dicuntur. Statariæ, quietiores: motoriæ, turbulentæ: mixtæ, ex utroque actu consistunt. Alii sic: Statariæ, ajunt, res continent quietiores, ut *Cistellaria*. Motoriæ, res turbulentas inducunt, ut *Amphitryo*. Mixtæ, quæ ex utroque consistunt, ut *Eunuchus*. Atque hucusque quantum de fabulis a F principio sum pollicitus. Quædam tamen his superaddam, quæ ad fabularum cognitionem vobis conducere existimo.

Nos vero, inquit Picus Puer, *te libenter audivimus: sed per velim dicas, cur non ita Comœdiam in partes, ut Tragœdiam divisisti: Jamdudum enim istuc ipsum expectamus.* Et id, inquam, eram dicturus, sed paulo post: verum quando ita vos velle video, id in præsentia agam.

Membra, inquam, Comœdiæ, teste Diomede, tria sunt: Diverbium, Canticum, Chorus. In Latinis duo tantum, quod in Comœdiis nos choro caremus. Sunt vero Diverbia Comœdiarum partes, in quibus diversorum personæ versantur. Personæ autem Diverbiorum aut duæ, aut tres, aut raro quatuor esse debent: quod & noster Horatius astruit, cum ait:

Nec quarta loqui persona laboret.

Ultra enim augere loquentium numerum non licet. In canticis una tantum esse debet persona; aut si duæ fuerint, ita debent esse, ut ex occulto una audiat, nec loquatur, sed secum, si opus fuerit, verba faciat. Chori apud scenæ poetas frequentes, ducti ex antiqua institutione, quæ fuit, ut Maximus Tyrius scribit, talis: *Antiqua*, inquit, *Atheniensium Musa in choris consistebat, chori vero ex pueris & viris constabant, ruris colonis tributim congregatis, qui necdum deposito pulvere, quem ex agro nuper vel sato, vel arato contraxissent, carmina tunc primum composita canebant: a quare animus paulatim ad aliam artem declinans cum propter dulcedinem ejus sitim explere non poterat, in theatris ac scenis corrumpendæ civitatis principium fecit:* hæc Maximus. Chori igitur in fabulis ita inducti, qui licet in Latinis non sint Comœdiis, sunt tamen in Tragœdiis: atque ideo nonnulla vobis afferam, quæ cognitione non indigna censeo. Priscis igitur temporibus chori in plaustris constituti circa vicos Tragœdias dicebant, ut scribit Acron: quin, ut est apud Laertium, chorus ipse totam fabulam agebat, cum nondum histriones essent. Postmodum Thespis histrionem unum invenit, ut chorus aliquando quiesceret: mox Æschylus secundum adhibuit, &, ut ait Aristot. πρωταγωνιστὴν. Tertium vero & scenæ descriptionem, quam Græci σκηνογραφίαν vocant, addidit Sophocles: unde & a Græcis quibusdam τριταγωνιστὴ est vocitata, id quod & in Sophoclis imagine dicemus: atque in hunc ferme modum consummata est Tragœdia. Canticum quoque, ait Vitruvius, Græci poetæ Comici interponentes e choro, diviserunt fabularum spatia, atque ita cubica ratione partes facientes, intercapedinibus levarunt actorum pronunciationes. Quæ autem in choro agenda & tractanda sunt, ita exequitur Horatius, ut nullius melius verbis, quam illius versibus sint tradita, si modo probe versus ipsi intelligantur: perperam enim in Commentariis exponuntur:

Autoris, inquit, *partes chorus, officiumque virile*
Defendat, neu quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat apte.
Ille bonis faveat, & concilietur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapes laudet mensæ brevis, ille salubrem
Justitiam, legesque & apertis otia portis.
Ille tegat commissa, deosque precetur & oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

Et ita quidem Horatius de iis quæ in Choris tractanda. Modestus vero Columella de Chori numeris & certa canendi lege hoc modo, ut mihi quidem videtur, recte prodidit: *Nam ubi chorus*, inquit, *canentium non ad certos modos, neque numeris præeuntis magistri consensit, dissonum quiddam & tumultuosum audientibus canere videtur: at ubi certis numeris ac pedibus, velut facta conspiratione consensit, atque concinuit, ex ejusdem vocum concordia non solum ipsis canentibus amicum quiddam, & dulce resonat, verum etiam spectantes audientesque lætissima voluptate permulcentur.* Quæ Columellæ verba sumpta videntur ex Xenophontis *Oeconomico*. A quo prætera & illud scriptum legimus, & Chorum alium

esse, qui *Cyclius* vocetur, pulchrum exhibens spectaculum: nam spatio intermedio vacuo puroque, pulchram admodum speciem offert spectanti. Hinc tanta igitur apud antiquos Græcos Chori cura & voluptas fuit. Et licet Latini Grammatici in choris numerum personarum non esse definitum ajunt, quippe quod junctim omnes loqui debeant, quasi voce confusa, & concentum in unam personam reformantes, Græci tamen in Tragœdiæ choro personas xv. a Sophocle demum institutas habuere, cum antea ex duodecim tantummodo chorus constaret. In Comœdia vero personas vigintiquatuor esse debere tradunt. Sed nec illud vos latere volo, quod ex Græcis didici: Chorus, inquiunt, Comicus in orchestram, quæ nunc demum λογεῖον dicitur, inducebatur: qui cum histriones alloqueretur, scenam spectabat: cum vero hi abirent, ad populum convertebatur, & στροφὴ dicebatur, & quidem jambicis tetrametris fiebat: tum & iisdem jambicis ἀντίστροφος adjiciebatur: erant ut plurimum eæ sedecim carminum: vocabantur autem hæc ἐπιῤῥήματα, id est, *adverbia*. Totius autem Chori transitus, hoc est, παράβασις, ideo dicebatur, quod ab legitima statione in adversum theatri ac spectaculi prospectum transitus fieret; id quod agebatur cum aliquid per chorum poeta pronunciare vellet præter rei subjectæ argumentum sine histrionibus. Παρηγορήματα dicta fuere, cum Chorus aliquid ageret intus, quod tamen in theatro exaudiretur, velut *Ranarum* chorus apud Aristophanem, & ejusmodi alia. Sed denique Chori totius ordines, ejusque partes & nomina, cantica etiam & saltationes curiose admodum Græci, & in primis Pollux exequitur. Sane fabularum cantica, ut scribit Donatus, modis temperabantur, non a poeta, sed a perito artis musicæ factis: neque enim omnia iisdem modis in uno cantico agebantur, sed sæpe mutatis, ut significant qui tres numeros ponunt in Comœdiis, quæ tres continent mutatos modos cantici illius. Qui hujusmodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris & actoris superponebant. Hujusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibiis paribus aut imparibus, & dextris aut sinistris: & dextræ quidem sua gravitate seriem dictionemque Comœdiæ pronunciabant; sinistræ & Serranæ, acuminis levitate jocum in Comœdiis ostendebant: ubi autem dextra & sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim joci & gravitates denunciabantur. Varro quidem dextram non aliam quam sinistram tradit, *ita tamen*, inquit, *ut quodammodo altera alteri conjuncta: altera enim ejusdem carminis modorum incentiva, altera succentiva*. Sed enim Servius in nono: *Tibiæ*, inquit, *Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cavernas: aut Phrygiæ, quæ impares sunt, & inæquales habent cavernas. Ergo cum dicit Vergilius*,

—— Biforem dat tibia cantum.

Biforem dixit dissonum, & dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositæ: nam, ut ait Varro, tibia Phrygia dextra unum habet foramen, sinistra duo, quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem. Scribit tamen Diomedes, quod cum paribus tibiis vel imparibus invenimus scriptum, hoc significare, quod si quando monodio agebant, unam tibiam inflabant: si quando synodio, utranque. Quando vero chorus canebat, choricis tibiis, id c[illegible] choraulicis artifex concinebat, in canticis aute[illegible] horaulicis responsabat. Erant autem præter has quas diximus, tibiarum genera alia, Præcentoria, Vasca, Puellatoria, Milvina, Gingrina, quam quidam perperam *Giguicam* vocant: tum erat & Lydia, quæ & Corania, vel Choraulia: erat & Corinthia, & Ægyptia, itemque Gingria: erant & Assæ, aliæque. Sed de tibiis hactenus: nam si, quæ traduntur a Græcis & a nostris, nunc vobis colligere velim, quove repertæ modo, nimius sim: quare ipsius jam partes Comœdiæ, quas Pice desideras, attende. Sunt vero, ut Donatus scribit, Prologus, Prothesis, Epitasis, & Catastrophe. *Prologus* est velut præfatio quædam fabulæ, in quo solo præter argumentum aliquid ad populum, vel ex poetæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris commodo loqui licet. Vel sic: *Prologus* est antecedens veram fabulæ compositionem elocutio. Inter vero prologum & prologium hoc interesse voluerunt, quod prologus est ubi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. Prologium autem est, cum argumentum tantum describitur: vel, ut ait Donatus, *cum tantum de argumento deducitur*. Sane *prologium*, ut ait Festus, & *proloquium* ab Antiquis dicebatur. Illud tamen etiam vos scire oportet, Græcos nostro more prologos in Comœdiis non habuisse. *Prothesis* est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur, ad populi expectationem tenendam. *Epitasis* involutio est argumenti cujus elegantia connectitur. Vel sic: *Epitasis* est incrementum processusque turbarum, ac totius, ut ita dixerim, modus erroris. Illa, id est, *Prothesis*, Latine *propositio*, hæc *intentio* dici potest. *Catastrophe* vero est explicatio fabulæ, per quam eventus ejus approbatur. Vel sic: Catastrophe conversio rerum est, ad jucundos exitus patefacta cunctis, cognitione gestorum. Sane *Catastrophe* apud Græcos aliquando proverbii vice usurpatur, & a Luciano in primis. Crates quoque Mallotes & Dionysius in quatuor partes fabulam dirimunt, sed non sicut Latini, nec iisdem nominibus: quippe qui *prologum*, *chori melos*, *Episodion* & *Exodum* appellarunt. Et *prologum* quidem usque ad Chori ingressum esse dixerunt, in ingressu vero Chori locutionem, *Chori melos*. At *Episodion* melos esse volunt, inter cantus & Chorum binorum locutiones. *Exodum* autem ajunt, usque ad Chori finem, locutionem. Sed hæc in Græcis, in Latinis vero fabulis parum congruunt. Porro ex Latinis scriptoribus quidam in quinque partes divisere, & iis quatuor partibus supradictis Argumentum addidere. Quinque etiam sunt actus fabularum, hoc est, ut ait Pædianus, quinquies dicitur in scena: neque enim vel productiores, vel contractiores esse debent scenicæ fabulæ, sic Horatio canente:

Neve minor quinto, neu sit productior actu
Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.

Adeo ut res usque sit in vitæ quoque proverbium deducta, *Actus extremus*, vel *supremus*: tametsi hodie hoc nonnulli parum interdum observant, multo contractiores fabulas actitantes, & præcipue in Hetruria. Actus vero fabularum apud Antiquos facile discernebantur, quoniam ab unoquoque Chorus intercinebat: paulatim dein is in Comœdia sublatus est: ex qua re factum, ut in Latinis fabulis haud facile plerunque distinguantur, quod nostri Comici choro penitus abstinuerunt. Quo tamen modo, & unde distingui possint, operæprecium duxi hoc vobis loco Donati verbis significare. *Principio*, inquit, *dicendum est, nullam personam egressam quinquies, ultra exire posse. Sed illa re plerumque decipimur, quod personam, cum tacuerit, egressam falso putamus, quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur at-*

tente animadvertendum, ubi & quando scena vacua sit ab omnibus personis, ut in ea chorus vel tibicen audiri possit: quod cum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Confundit sæpe lectorem id, quod persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa: quod ipsum experientes statim dijudicant de rerum ac temporum quantitate: potest enim fieri ut & ingressa sit ac egressa, quam prave credimus de proscenio non recessisse. Posse autem quinto egredi personam, non & necesse esse, dicimus, ut appareat ultra exire non posse. In Tragœdia & parcius exire, & solere pariter & licere. Atque hæc quidem Donatus.

Nunc & de Scena vobis, quoniam & res & locus exposcit, aliquid dicere non pigebit. Erat vero scena antiquis umbraculum, ex arborum frondibus umbræ causa a rusticis constitutum, id quod σκηνὴ significat: ubi festis diebus convenientes, diversa ludorum & jocorum genera exercebant: id quod & hodie in pagis multis in locis servari videmus. Hac de re Cassiodorus libro *Variarum* quarto sic ait: *Theatri frons scena dicitur, ab umbra luci densissima, ubi a pastoribus, incboante verno tempore, diversis sonis carmina canebantur: ibi actus musicus & prudentissimi seculi dicta floruerunt.* Tria tamen postea facta sunt scenarum genera, ut autor est Vitruvius: unum Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum: quorum ornatus inter se dissimili erant disparique ratione. Namque Tragicæ deformatæ columnis fuerant, & fastigiis, & signis, reliquisque regalibus rebus: Comicæ autem ædificiorum privatorum & mœnianorum habent speciem, prospectusque fenestris dispositos, imitatione & communium ædificiorum ratione. Agatharchus Athenis dicitur, Æschylo Tragœdiam docente, scenam hujusmodi fecisse, & de ea commentarium reliquisse. Ex eo moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumque extensionem, certo loco centro constituto, ad lineas ratione naturali respondere, uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem: & quæ in directis planisque frontibus sint figurata, alia ascendentia, alia prominentia esse videantur. Et ego constructas hujusmodi ligneas, cum Romæ aliquando, tum Ferrariæ conspexi. At vero Satyricæ scenæ ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii speciem deformatæ, ut ait Vitruvius. Quare Horatius cum Satyrographos signare vellet, sic in *Poetica* cecinit:

Sylvis deducti caveant me judice Fauni.

Et reliqua. Fuerant præterea aliæ scenæ temporariæ, aliæ stabiles, tum etiam quæ versiles seu versatiles & ductiles dicebantur. Versiles quidem, quæ subito totæ machinis quibusdam convertebantur, & aliam picturæ faciem ostendebant: ductiles vero, tractis tabulatis hac atque illac, species picturæ nudabat interior, ut Varro & Suetonius apud Servium testantur. Idem innuit illo versu Vergilius:

Vel scena ut versis discedat frontibus.

Mitto vobis hoc loco, quæ portentosissima scribit Plinius XXXVI. *naturalis Historiæ*, de theatris & scenis Scauri & Curionis: hic enim ex ligno, versatili libramento quodam, ille ex marmore confecit, ne ab instituto discedam. Quod autem ante scenam pulpitum erat, *proscenium* vocabatur: *episcenium* vero, scenæ pars superior. Vitruvius quidem de scena apud Alabandenos ab Apaturio

A constructa: *Præterea*, inquit, *supra eam episcenium*, &c. Scena quidem histrionum propria est, ut inquit Pollux: Orchestra vero chori, in qua erat thymele, sive pulpitum id esset, sive etiam ara. Hinc Vitruvius: *Ampliorem*, ait, *habent orchestram Græci, & scenam recessiorem, minoreque latitudine pulpitum, quod λογεῖον appellant*: ideoque apud eos Tragici & Comici actores in scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones: itaque ex eo scenici & thymelici Græce separatim nominantur. Erant præterea *Periacti*, ut ait idem Vitruvius, loca in scena ad ornatum comparata, quorum & Plutarchus meminit, & Pollux.

B Athenæus etiam sellas περιάκτους vocat, quasi nos *versiles* dicamus & *circumductiles*: qualibus hoc tempore utuntur podagrici, ut nostra illa, de qua sic in nostro Epigrammate:

Qua facili impulsu quovis referorque ferorque:
Dum plantæ partes lubrica sphæra facit.

Sed & *Brontæum* erat sub scena, machina ad tonitru imitandum, unde & illi nomen: qualia & Latinis, ut Pompejus scribit, *Claudiana tonitrua*. Fuit & *Ceraunoscopion* in altiore eminentiorique scenæ loco ad fulmina imitanda, a quibus & illi nomen Græce factum. Legimus & varia pægmata, automata, quæ sponte & minimo impulsu agerentur: itemque quæ *Neurospasta* dicta sunt, quorum

C meminit Gellius *libro* XIV. *capite* I. item Athenæus & Aristoteles in libro *de Mundo* ad Alexandrum, quem locum ita vertit, vel potius circumscribit Apulejus: *Astutia unius conversionis multa & varia administrant, etiam illi qui in ligneolis hominum figuris gestus movent: quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur cervix, nutabit caput, oculi vibrabunt, nec invenuste totum videbitur vivere.* Hæc ille. Videor & me hujus dictionis meminisse apud Lucianum. Sed postquam in hæc ludicra scenarum incidimus, alia nonnulla referam, quæ cum apud alios Græcos, tum maxime

D apud Pollucem in quarto legi. Fuit ergo *Crade* pægmatis species in Comica tantum scena: in Tragica vero μηχανὴ, hoc est, *machina*, qua in aere Dei & heroes agebantur, ut Perseus & Bellerophontes. Tametsi quidam Craden hamum ferreum seu vinculum significare scribant, quo in aere pendere videntur, qui ita sustolluntur, ut hodie quoque in celebritatibus fieri conspicimus. Sed Pollux a ficus imitatione κράδης dictam autumat: *nam κράδην*, inquit, *ficum Attici vocant*. Sed & de *Crade* est apud eos proverbium. Theologium quoque supra scenam facere consuevere, ubi Jupiter cæterique dei in Tragœdiis ita agerentur, ut

E repente apparere viderentur, & fabulæ finem afferre. Aristoteles meminit in *Metaphysic.* & Cicero in primo *de Natura deorum*. Sed hac de re longe plura collegit in proverbio Erasmus, *Deus ex improviso apparens*: quo loco & nonnihil de μηχανὴ. Erat & *Geranon* machina, qua veluti Memnon ab Aurora, vel Endymion a Luna rapi videretur, talis scilicet qualis Martialis de tauro, libro primo:

Raptus abit media quod ad æthera taurus harena.

F *Aeoræ* præterea funes vehementius intenti dicuntur, quibus ii sustinentur qui per aera ferri videntur heroes, deique. *Eccyclema* etiam pægmatis genus, quo rotis circumacto, quæ intus agerentur, ostendebantur. Erat & *Acrobatica* machina ad scandendum in spectaculis idonea. Et hæc quidem & alia plura Græci habuere: ego ad Latina redeo. Claudius Pulcher, ut Valerius scribit, scenam primus varietate colorum adumbravit, vacuis ante pictura tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petrejus, vel ut alii legunt,

P. Etelius, vel P. Betejus (adeo variant vetuſta exemplaria) ebore Q. Catulus prætexuit. Verſatilem fecerunt Lucius & Cinna: locum quem argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit. Sed & in hoc loco varii ſunt codices: quidam enim *lucum*, non *locum* habent. Scenæ autem ornamenta ſunt aulæa, peripetaſmata, ſiparia, vela, & velaria, choragia, & id genus cætera. Ornabantur ad hæc & inſpergebantur ſcenæ & theatra plerunque floribus & croco, aquaque crocea, id quod Lucretius, Horatius, Propertius, Statius, Martialis, Seneca, alii palam oſtendunt. Plinius: *Crocum*, inquit, *mire congruit, præcipue dulci tritum, ad theatra replenda*. In ſcena præterea ante fores, ut Pollux ſcribit, ara ponebatur, quæ *Halieus* dicta eſt. Sed & qui Comœdiam celebrabant, in Apollinis honorem, quem Caſſium Menander vocaſſe dicitur, aram conſtituere ſolitos legimus: hæc vero an ſit, neſcio, quæ Comœdiæ ara vocabatur. Sed enim Donatus duas in ſcena fieri aras ait: dextram, quæ Libero Patri dicata erat: & ſiniſtram, quæ illi deo in cujus laudem ludi fiebant. Sed quoniam in ludorum mentionem incidimus, par eſt ut ludorum etiam genera, in quibus fabulæ agebantur, vobis referam. Illudque in primis vos ſcire oportet, ludos apud Latinos, religionis, non voluptatis cauſa fuiſſe inſtitutos: quod Livius & Valerius oſtendunt, & poſt hos Aurelius Auguſtinus. Ex qua re palam fit, id quod a principio diximus, fabulas a rebus divinis incœpiſſe, non modo apud Latinos, ſed etiam Græcos: quod & Horatius innuit, cum de Tragœdia ageret & Satyris,

—— Eo, inquit, *quod*
Illecebris erat, & grata novitate morandus
Spectator, functuſque ſacris, & potus, & exlex.

Ludorum igitur, in quibus fabulæ recitabantur, quatuor apud Latinos genera Donatus enumerat, quos Ædiles curules munere publico curare ſolebant: Megalenſes, qui & Romani, & Magni, & a circo *Circenſes* dicuntur, magnis deis conſecrati: quos ludos Græci μεγαλήσια appellant. Funebres, ad retinendum populum inſtitutos, dum pompa funeri decreta in honorem patricii viri plene inſtrueretur. Plebejos, qui pro ſalute plebis luduntur. Apollinares, Apollini conſecratos. Quorum ludorum omnium apud ſcriptores, & in primis Livium, eſt crebra mentio. Honorarios etiam ludos Suetonius nominat: *Triginta*, inquit *amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit*. Honorarios vero ludos alio nuncupari nomine *Liberalia*, docet Feſtus: dicti quidem videntur, ut Jus dicitur honorarium, prætorium. Fuerunt & ludi Attellani, ab Oſcis acciti, ut Valerius docet. Thraſylus quoque apud Græcos ait, Tragicos & Scenicos poetas certaſſe Dionyſiis, Lenæis, Panathenæis & Chytris: quorum hoc ultimum Satyricum fuit, & propterea a numero, τετραλογία vocata eſt apud Laertium. Hinc & quidam Tragœdiam, quaſi τετραγωνίαν dictam putant, ut ex Iſaacio recitavimus, quaſi quatuor certaminum. Hinc & τεσσαρολογία & τετραλογία ποιημάτων. Porro in Alexandria a Ptolemæo rege Muſis & Apollini ludi conſtituti, in quibus, ut ait Vitruvius, ſcribentium poetarum certamina fiebant: ut Græcorum celebratiſſimos mittam, Olympicos, Nemæos, Iſthmicos, & Pythicos. Sed & in quinto *Sympoſiacon* Plutarcho teſte, vetuſtiſſima fuerunt poetarum certamina, id quod & in primo dialogo latius docuimus. Fuerunt & apud Latinos alii ludi, ut Votivi, Compitalitii, & Seculares: ſed non omnia complecti poſſumus.

Reſtat jam ut de veſtitu habituque ſcenico nonnihil agamus: eo enim pro qualitate vel perſonæ inductæ, vel diſcretione, vel moribus, uti convenit. Hinc Ulyſſem palliatum ſemper inducunt, ſive quod inſaniam aliquando ſimulavit, quo tempore tectus eſſe voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: ſeu ob ſingularem ſapientiam, qua tectus munituſque, plurimum ſociis profuit: hujus enim virtutis erat, animi ſemper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacæ incolas, ſicut Locros, palliatos fuiſſe commemorant. Achillis ſive Neoptolemi perſonæ diademata habebant, quamvis regalia ſceptra nunquam tenuerint: cujus argumenti probatio inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ juventute ad gerenda cum Trojanis bella, ſacramenta conjurationis inierunt, nec unquam ſub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis ſenibus candidus veſtitus inducitur, quod is antiquiſſimus fuiſſe memoratur. Adoleſcentibus diſcolor attribuitur: ut vero Pollux ait, purpureus. Servi comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agant. Sextus Pompejus tales ferme veſtes, *exomidas* vocat Comicas, quod exertis ſint humeris. Polluci vero veſtiuntur alba tunicula, quæ Græce ἐγκύβωμα dicitur. Paraſiti cum intortis palliis veniunt, Julio Polluci cum nigris vel φαιαῖς, hoc eſt, *fuſcis*: præterquam in Sicyonio, cui datur album, quod ipſe ſit ducturus uxorem. Læto veſtitus candidus, ærumnoſo obſoletus, diviti purpureus, pauperi phœniceus datur. Militi chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varii coloris utitur, cui virgam rectam in manu dat Pollux. Meretrici ob avaritiam luteum veſtimentum eſt attributum. Lenæ & meretricum matres tæniam ſeu vittam purpuream habent circum caput: anus vero veſtes melinas, ſeu aereas: præter ſacerdotes, quibus albæ attributæ ſunt. Sane non modo Comicæ & Tragicæ veſtes diſtinctæ eſſe debent, ſed etiam Thymelicæ & Citharœdicæ, quarum crebra mentio apud ſcriptores. Sed & Juriſconſultus Calliſtratus has contineri veſtis appellatione cenſet, libro quarto *de Cognitionibus*. Cætera hujuſmodi haud exequi par eſt: magis neceſſaria vobis retuli: ſi plura vultis, Pollucem adite. Syrmata dicta ſunt ab eo quod trahuntur: quæ res, trahendi ſcilicet veſtes, ob ſcenicam luxuriam inſtituta eſt. Eadem in luctuoſis perſonis incuriam ſui per negligentiam ſignificant. Sunt & calceamenta, ſocci & cothurni, ἐμβάδες & ἐμβάται a Græcis nuncupata, ut idem Pollux ſcribit. Hammonius: *Embades*, inquit, *Comica ſunt calceamenta, embata Tragica*. Idem & Thomas Magiſtri: qui & illud ait, Eμβάδια ſimpliciter *calceamenta* ſunt. Ariſtophanes in *Pluto*.

Τοῖς δ' ἐμβαδίοις τίς χρήσεται;

Hoc eſt, *quis calceamentis utetur?* ἐμβάται & ἐμβάται, idem ait Thomas, tragica ſunt calceamenta. In aliquibus etiam fabulis crepidis utebantur, quæ crepidatæ dictæ ſunt, ut ante relatum eſt: tametſi etiam Græcorum philoſophorum crepidæ vocantur. Aulæa quoque humi in ſcena ſternebantur. Erat autem *aulæum*, ornatus pictus ex Attalica regia Romam uſque perlatus, pro quibus ſuppara, ætas poſterior accepit. Eſt autem minutum velum, quod populo obſiſtit. Plerique hoc loco apud Donatum non *ſupparum* legunt, ſed *ſiparium*, quod teſte Feſto genus veli eſt mimicum. Utitur hac voce M. Cicero, Quintilianus, Seneca, Juvenalis & Apulejus, quod recordor. Sunt & qui non *ſiparium*, ſed *ſupparium* vocent. Por-

ro de velis alia plura in nostris *Navigi.* retulimus.

De personis ratus sum nihil mihi dicendum, etsi in his describendis multis verbis usum esse Pollucem videmus, qui Tragicas, Satyricas & Comicas seorsum narrat. Hoc tantum non mittam, me apud Dioscoridem legisse, *Arcion* herbam ab aliquibus appellatam *prosopida* & *prosopion*, a Romanis *personaciam*: quo loco ab interprete notatur, moris fuisse Antiquis, ante personarum usum hac herba, quoniam lata, ut cucurbita, habet folia, pro persona usos fuisse, unde & illi nomen. Vidimus & nos hoc tempore paganos aliquando hac ipsa personacia faciem obtegere, itaque risus spectantibus ciere. Porro personarum inventionem Diomedem & Græcorum plerosque Thespidi, alios nonnullos Æschylo attribuisse legimus, id quod in imaginibus explicandis planius percipietis. Aristoteles tamen in *Poetica* personas, & prologos & histrionum multitudinem quis protulerit, & hoc genus cætera, ignorari scribit. Sane *Mœson* persona comica appellatur, ut coci, aut nautæ, aut ejus generis, dicta ab inventore ejus Mœsone comœdo, ut Aristophanes grammaticus & Festus tradunt. Alii Mœsona scribunt histrionem comicum quempiam fuisse Megarensem, eundemque primum personam excogitasse, quæ & *Mœson* ab eo est vocata. Scommata quoque, quibus mordaces id genus homines utuntur, *Mœsonica* sunt appellata. Idem hoc & Athenæus. Lucianus vero in quadam *Saturnalium* epistola, in comœdiis ait personas quasdam induci solitas, quæ barbam promissam in acutum haberent in cunei

A speciem, a qua re nomen est factum illis σφηνοπώγωνες, quasi dicatis [illegible]. Illud præterea in fabulis observandum, ut quæ Latine scribuntur, hoc est, Latino argumento, per pauciores agantur personas, quam quæ Græce: quod Asconius Pædianus diligenter annotavit. Sed & illud attendendum, ut histrionibus aliisque personis introductis nomina imponantur, quæ convenientia aliqua ratione sint, etymologiamque habeant fabulæ vel personæ congruam: id quod parum observarunt nostris diebus quidam, qui fabulas docuerunt. Est enim absurdum, ut ait Donatus, poetam aperte argumenta confingere, vel nomen per-
B sonis incongruum dare, vel officium quod sit a nomine diversum. Hinc servus fidelis *Parmeno*, salutifer *Sosia*, infidus *Syrus* & *Geta*, juvenis *Pamphilus*, & id genus plura: in quibus summum poetæ vitium, si quid e contrario repugnans diversumque protulerit, nisi per contrarium ridendo, ut *Misargyros* apud Plautum trapezita. Aristoteles & ipse in *Poetica* subobscure de hac nominum impositione in Comœdia & Tragœdia præcipit, sed ita ut vix intelligatur. Fabulis etiam imponenda sunt nomina, quæ vel a loco, vel facto, vel eventu, vel vocabulo ducantur. Porro
C & apud Antiquos quinque judicibus dabatur negocium, ut de Comicorum fabulis pronunciarent, ut Epicharmus apud Zenodotum parœmiarum scriptorem testis est: unde illud exiit, ἐν πέντε κριτῶν γόνασι κεῖται, hoc est, *in quinque judicum genibus jacet*. Sed jam satis, ut puto, de ipsis scenæ fabulis pro tempore dixerimus.



JULII CÆSARIS SCALIGERI
DE
COMOEDIA ET TRAGOEDIA,
EJUSQUE APPARATU OMNI
ET PARTIBUS,
COMMENTATIO.

INDEX CAPITUM.

JULII CÆSARIS SCALIGERI, DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA, EJUSQUE APPARATU OMNI ET PARTIBUS, *COMMENTATIO.*

CAP. IX.

COMOEDIA ET TRAGOEDIA.



A CANTIONIBUS agrestibus orta postea Comœdia est. Quare Theocritus communi verbo usus est & pastorali, & scenicæ actioni. *Κωλάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα.* Ac quemadmodum Siculi Bucolicum sibi vindicarunt: ita etiam se gerunt pro Comœdiæ authoribus. Quippe jactant se Megariensium colonos, suumque civem Epicharmum profitentur, qui ante Chonnidam & Magneten vixit: ut falso his attribuantur initia Comœdiæ. Neque vero solum asserunt natalia, verumetiam & cultum, & nobilitatem: siquidem ejus Poematis laus, atque gloria penes Phormin & Epicharmon stetit, qui primi rudem ab Antiquis acceptam dicacitatem fabulis insertis, ei quasi animam addidere. Aliud afferunt argumentum. Nam quod Attici *πράττειν* dicunt, Dores *δρᾶν*. unde Dramata. Quod illi *δήμους*, Dores *κώμας*: unde *κωμάζειν*, quod est per vicos vagari animi gratia. Id a cœna faciebant, ut remitterent animum post negocia diurna. Jentatione enim præparcæ ac minima contenti (a quo etiam Jentare verbum,

A *ὅτι δεῖς ἰεῖν*, & ut Dores loquuntur *ἴεν*) haud multo largius merendabant: quod ab hora mediæ diei, in qua cum cibum caperent, appellarunt. Prandium autem, quia iterum ad opus parati essent illico: qua ratione a Græcis *δεῖπνον* dictum est, *ὅτι δεῖ πονεῖν*: suo igitur quisque in opere reficiebat eo cibo vires: quo perfecto in sero diei lautius largiusve sese accipiebant, tum uberiore epularum apparatu, tum familiarium atque affinium societate. Iccirco cœna dicta, quia *κοινῇ* vescerentur; non privato demenso diurno. Græci *δρόπον παρὰ*
B *τὸ δόρυ παύειν*; militaris sane vox: non enim curarent corpora, neque arma deponerent, nisi opera absoluta. Juventus ergo vacui temporis otio, atque licentia noctis abusa, secura imperiorum vel heri, vel patroni, vel parentum per pagos (nondum enim in urbes convenerant) discurrere. Qui mos cum ipso nomine simul ad nos deductus est. Legimus enim apud Livium comessationes. Inde ii lusus, quos vicatim exercerent, *παρὰ τὴν ᾠδὴν καὶ τὰς κώμας*, apte Comœdiam dixere: quoniam non in pascuis, aut in arvis, aut ad tumulos, aut ad
C aras canerent. Habes autem huius significationis vestigia in mutilis versibus, qui extant, Epichar. *Ἐκ μὲν θυσίας θοίνης ποσις: ἐκ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου θυάνια: ἐκ θυανίας δίκη: ἐκ καταδίκης πέδαι τε, καὶ σφακελος, καὶ ζημία*, ubi *κῶμον* e potu, ex Como insaniam ortam scribit. Theopompi quoque verba subnectam ex lib. IV. *historiarum*, de Philippi Macedonis intempestiva incontinentia. *καὶ πιὼν δὲ τὰν*

νύκτα πᾶσαν καὶ μεθυσθεὶς ἤδη πρὸς ἡμέραν ἐκώμαζεν. Ut fuerit sub lucem usque comessatio, tanquam Acerræ illius, quem facete descripsit Martialis. Lucianus quoque in *Discategorumeno*, Lunam ait splendere τοῖς κωμάζουσι. Ἐπικωμάζειν autem verbum est, sicut apud Hippocratem ἐπικραιπαλᾶν: cum repetitur Comessatio, alia sane res a Repotiis: quemadmodum in *Originibus* declaratum est. Ejus vocis notionem expressere per aliud verbum, βαλλίζειν: quod rarius quidem est. Fortasse & lenones Balliones inde. Eo verbo & Alexis, & Sophron, & Epicharmus usi sunt in suis Comœdiis. Quemadmodum vero in cæteris quoq;ita usu venit, ut tempus artium sit & lima, & lex: politioribus deinde seculis in artem redacta, certisque præscripta limitibus. Itemque constituta loca ac tempora, in quibus ageretur. Nam quod ajunt Apollini Nomio, id est, *Pastorali* per compita & vicos cantatum carmen, a quibus appellata sit Comœdia: id postea contigisse arbitrandum est: neque tam tunc originem extitisse, quam ortæ rei cultum quendam. Ne erremus cum Idomeneo: qui ausus est affirmare, Pisistratidarum inventum esse δαλίας & κώμους: id est, *hilaritates*, & *facetias*: veteri enim licentia ab aliis inventas & inchoatas acceperunt, atque excoluerunt. Par Varronis lapsus: neque enim, ut arbitratur, iccirco dictam putes, quia juvenes quæstus gratia vicos circumire soliti essent, in quibus fabulas recitarent. In vicis enim prius nota fuit, quam circumlata. Et profecto lusus quoque, quam quæstus, prior. Quemadmodum ne id quidem verum, ab Epicharmo inditum nomen hoc, quum exul in Co insula scriberet id genus Poematis. Ab aliis enim cum re simul nomen acceperat: quam ingenio suo fecit ille cultiorem. Tragœdiam vero esse rem antiquam constat ex historia. Ad Thesei namque sepulchrum certasse Tragicos legimus. Non tamen, quod tradunt, Tragœdiam Comœdia vetustiorem. Nam & res latæ in cantionibus quæsitæ prius: & prius nuptiæ, quam interitus: & potationes, quam sobrietates: & communis sermo, quam ampullatus: & pastoralis vita, quam regia. Probatio quoque falsa. Ajunt enim *Iliadem* priorem *Odyssea*. *Iliadem* Tragœdiæ modulum, Comœdiæ *Odysseam*. Nam ut taceam, quod possit disceptari, utra sit scripta prior: legendum prius *Odysseam* censeo. Est enim remissiore stylo. Adhæc, non omnia ad Homerum referenda, tanquam ad normam, censeo: sed & ipsum ad normam. Præterea quis nescit *Odysseam* esse verissimam Tragœdiam? In *Iliade* autem nullum Tragœdiæ filum: si totam simul consideres. Uno enim tenore perpetuæ mortes. Jam incipit a peste: quæ plus hominum absumpsit, quam universum bellum. Ea desinit in unius tantum morte: a cujus nomine nulla inscriptio. Et quum sit inscriptum opus *Ilias*, non interit ea Ilium, sed in *Odyssea*. Contra in *Odysseæ* tractu unus tantum moritur Elpenor, isque ebrius. Nam cæterorum sociorum interitus unico pene verbo involvitur sine affectu ullo propemodum. Jam est imago nuptiarum, convivia, cantus, saltationes. In fine autem & proci interficiuntur, & intervenit θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: quod Tragœdiæ proprium est. Postremo irridet eos Aristoteles, qui unum corpus utramvis esse putent tanquam fabulam unam. Sed multas ex utraque fabulas confieri posse censet: propterea quod & multæ partes, & multa ἐπεισόδια. Iccirco Veteres excerpta toto ex corpore quasi quædam membra recitabant. Pugnam ad naves: Catalogum: Animarum evocationem: quæ apud Circen acta sunt: Arma Achillis: Procorum cædes, atque ejusmodi: quæ sunt in Rhapsodia a nobis declarata. Verum nihil non audent judicare Grammatici: post-

A quam arti suæ tertiam partem κριτικὴν adjecere. Non enim tanquam Grammaticis judicium illud esse potest attributum: sed existimandum est primi Philosophi officium: penes quem unum jus est omnium scientiarum. Quare stultissime nobis Grammatici nomen imponunt ex libro nostro *De caussis linguæ Latinæ*. Omnia enim illa ad libellam Philosophiæ appensa sunt. Nam quemadmodum probare potest artifex principia sua? Atqui probamus ibi nos, quæcunque a Grammaticis pro notis accipiuntur: verum ita meruere Aristotelis obtrectatores ut nihil nisi loquantur. Neque vero Homerus ipse tam docuit vel Comœdiam vel Tragœdiam,

B quam est edoctus ab agrestibus atque aniculis in Ithaca, & Chio, & alibi, fabellas, quas operibus intertextas accommodaret. Argumento Hesiodus est, qui & illo major natu fuit, & in agro vixit, & in vicis cecinit. Itaque Aristoteles non dixit prius inventam Tragœdiam, sed prius excultam. Sero enim Comœdiam expolitam. Tragœdiæ vero & Comœdiæ genus unum commune, commune unum nomen, Fabula. Certe hæc haud longe abest ab ea sententia, quam introduxit tantum, non etiam definivit Plato in *Symposio*. De Comœdia illa quoque falsa Grammatici docuere: quia esset po-

C ema positum in imitatione, totum in gestu consistere atque pronunciatione. Profecto nihilominus Comœdia est, etiam quum legitur vel tacitis oculis. Quin gestus recitantium solus est: non omnes vero qui legunt, recitant. Præterea nimis jam sæpe dictum est, imitationem universæ poeseos finem esse. Comœdiam igitur sic definiamus nos, poema dramaticum, negotiosum, exitu lætum, stylo populari. Erraruut enim, qui Latinis sic definivere, privatarum personarum, civilium negotiorum comprehensio, sine periculo. Principio aliis quoque fabulis convenit, non dramaticis, quæ simplici narratione recitari possunt. Deinde in Comœdia sem-

D per est periculum, alioquin exitus essent frigidissimi. Quid enim est aliud periculum, quam imminentis mali aditio sive tentatio? Præterea non solum pericula, sed etiam damna lenonibus, rivalibus, & servis, & heris: quemadmodum in *Asinaria*, & in *Mostellaria*, ipsi quoque heri male mulctantur. Adhæc Prætextatas Comœdiæ nomine appellare nequeant ex ea definitione: non enim sunt privatæ personæ. Postremo & Mimis est communis definitio, & Satyræ dramaticæ. Primus Crates Athenis dempto metro Comœdiam in soluta ostendit oratione. Quum igitur unum sint Comœ-

E dia, & Tragœdia, quod ad modum attinet: de Tragœdia quoque hoc in loco scribendum est communi narratione: quoad suas cuique personas atque actiones postea assignemus.

CAP. II.

TRAGŒDIA.

TRAGOEDIA, sicut & Comœdia in exemplis humanæ vitæ confirmata, tribus ab illa differt, Personarum conditione, fortunarum, ne-

F gotiorumque qualitate, exitu: quare stylo quoque differat necesse est. In illa e pagis sumpti Chremetes, Davi, Thaides loco humili: Initia turbatiuscula: fines læti. Sermo de medio sumtus. In Tragœdia Reges, Principes, ex urbibus, arcibus, castris. Principia sedatiora: exitus horibiles. Oratio gravis, culta, a vulgi dictione aversa, tota facies anxia, metus, minæ, exilia, mortes. Memoriæ proditum est, Euripidem ab Archelao rege Macedoniæ, cujus in fide, ac clientela esset, rogatum, ut de se

Tragœdiam ſcriberet. Ne, inquit ille, Jupiter, ne tantum mali. Nomen traxit ab hirco nullam aliam ob cauſam, niſi quia in ejus numinis honorem ageretur ejuſmodi fabula, cujus victima eſſet hircus. Eo igitur victores donati rem illi divinam facere. Primum ſane agi cœptam vindemiarum tempore ſcriptum eſt. Unde occaſio data Grammaticis, uti παρὰ τὸ τρύγημα nomen ducerent, quaſi τρυγῳδίαν: quam vocem integram etiam apud Ariſtophanem habes, Ἀχαρνεῦσι. Qui eam primus dederit, haud ita pro comperto habetur. Satis conſtat illud, a Theſpi poeta factam nitidiorem, qui primus penſiles ſcenas in plauſtris circumegit addiditque nudis oribus fæcem pro perſona: a quibus fæcibus vinaceis alii Tragœdiæ nomen deductum maluere. Id enim ſignificat τρύξ, quemadmodum τρύγημα vindemiam. Falluntur tamen hi quoque, quum ipſo Theſpi nomen hoc fuerit antiquius. Diſceptant hic Grammatici, utrius fuerit fæx, vinine, an olei, & addunt fatali more ſuo nugas, fæcem eſſe aquaticum humorem vini. Sane in vino nihil longius ab aquæ natura diſtat, quam fæx, uſque adeo ut etiam lapideſcat. Tartarum noſtrates dicunt medici. Arabes quoque vini, & aceti, atque ejuſmodi liquidiorum, *Durdi* vocant: olei vero ſicut nos, amurcam, ita illi *Thefal.* Hoc nomen, hæc origo. Definitio autem apud Ariſtotelem hæc, μίμησις πράξεως σπουδαίας, καὶ τελείας, μέγεθος ἐχούσης, ἡδυσμένῳ λόγῳ χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν ἐν τοῖς μορίοις δρώντων, οὐ δι' ἐπαγγελλίας, ἀλλὰ δι' ἐλέου, καὶ φόβου περαίνουσα τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν. Quam nolo hic impugnare aliter, quam noſtram ſubnectendo. Imitatio per actiones illuſtris fortunæ, exitu infelici, oratione gravi metrica. Nam quod harmoniam & melos addunt, non ſunt ea, ut Philoſophi loquuntur, de eſſentia Tragœdiæ: etenim Tragœdia in ſcena tantum eſſet, extra ſcenam non eſſet. Quod autem dixit, μέγεθος ἐχούσης, poſitum eſt, ad differentiam Epopœjæ, quæ aliquando prolixa eſt. Non tamen ſemper: cujuſmodi vides apud Muſæum. Præterea κάθαρσις vox neutiquam cuivis materiæ ſervit: ſicut μέγεθος mediocritatem ſignificat hic. Paucis enim verſibus nequit ſatisfieri populi expectationi: qui eo convenit, ut multorum dierum faſtidia, cum aliquot horarum hilaritate commutet. Quemadmodum inepta quoque eſt prolixitas: adeo ut facete dicas illud Plautinum,

Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent.

CAP. III.

COMŒDIÆ SPECIES.

HÆ ſunt origines tum Comœdiæ, tum Tragœdiæ. Deinceps utriuſque & ſpecies, & partes videamus. A Comœdia vero incipiendum eſt. Ejus ergo differentiæ aut a temporibus, aut ab argumentis. Itaque tres Comœdiæ narrantur ætates, una vetus, quo tempore ſummum imperium penes populum fuit. Iccirco licuit illius ſæculi Poetis riſum aucupari ex quocunque genere jocorum, ſive ii ſale, ſive acerbitate aſperſi eſſent. Non enim æquo ſolum, ſed etiam libenti animo audiebat populus quæ in judicum iniquitates, prætorum mala vel facinora, vel eventa, pravorum civium corruptos mores dicta jacerentur. Id tum impune fuit maledicis poetis: quaſi malæ famæ metu deterriti componerent animos avios a virtutibus,

A atque appellarent ad frugem bonam. Graſſabatur ergo ea licentia in omnes ordines, ætates, ſexus, conditiones impune: idque non in tranſcurſu tantum, ſed integro fabularum tractu, ac primario ſtudio. Quod in *Ranis*, & in *Nubibus* conſtat Ariſtophanis. Vexatio autem illa tametſi ſparſim, atque ut ſeſe res daret, exercebatur, ipſi tamen choro potiſſimum eſt attributa. Habuit autem hæc quoque vetus ætates duas. Quippe ſub Sannyrione, cujus nomen primum inter priſcos celebratur, inconditæ partes, ac perſonarum introductiones:
B neque lex erat earum numero poſita. Primum ferunt Cratinum & partes diſtinxiſſe, & actus diſpoſuiſſe, & ad tres tantum perſonas numerum aſtrinxiſſe, neque tamen ab eo tam exacte hanc operam poſitam, quam ſtudioſe ſuſceperat: perfectam poſtea ab Ariſtophane. At ſi quis accuratius hujus quoque operam perpendat, inveniet partes diſſitas, neque diſpoſitas per actus ad eum modum, quem ſucceſſores inſtituerunt. Quin alia quoque ratione inventa eſt ſibi diſſimilis, ſcilicet pro cujuſque ingenio poetarum: quæ ad trium tantum judicia digeſta ſunt, Cratini, Ariſtophanis, Eupolidis. Omnium enim unus cum eſſet ſcopus, taxan-
C di nimirum atque irridendi, non uno modo ſunt proſecuti. Cratinus acer, & aperto nudoque telo. Eupolis gravis, & confictarum novitate perſonarum ſuſtinens acerbitatis ſuæ venuſtatem. Ariſtophanes cum riſu mordax, nihil ſine facetiis impingens: ut & hinc diſcant Juvenalis obtrectatores, non eſſe, quod jactant, verum. Ajunt enim illius affectatione illatam labem Satyricæ venuſtati. Quam lenem, ac placide fluentem videas in Horatio, in Juvenali aſperam, ac temerariam. Non enim reprehenſorem, aut objurgatorem eſſe Satyrum, ſed ſubſannatorem, & irriſorem: haud
D ita eſt, quemadmodum ſuo loco diximus. Videmus enim hic, veterum & uſum & judicium, quod ex veteri Comœdia in Latinis Satyris pro lege habendum eſt: tales enim fuere & Eupolis & Cratinus. Ariſtophani vero propior Horatius. Attritis deinde populi opibus, reductaque illius inſana & licentia & inconſtantia ad tyrannicam paucorum libidinem, continuit poetas metus potentiorum in officio benedicendi. Quocirca ſublatus chorus fuit: cujus illæ videbantur eſſe præcipuæ partes, ut potiſſimum, quos liberet, læderent. Quare cum cætera nihil mutata eſſent: manſit ſpecies quidem prior, parte tantum deſiderata. Unde mediæ no-
E men ortum eſt: non tunc quidem, ſed poſteaquam novæ Comœdiæ appellatio fuit inſtituta: inter quam, & veterem illam quæ intercederet, μέση fuit nominata. Interceſſit autem & tempore, & forma: quando neque hujus, neque illius faciem repræſentaret: tempore quoque poſterior fuit ſuperiore, & poſtrema prior. Quippe nova ſub Alexandro florere cœpit. Cujus ætas oligarchiam ſubſecuta eſt. Chori autem loco παραβάσεις quædam fiebant, in quibus aliorum poetarum dicta, ſcriptaque ſine maleficii crimine, aut pœne ſuſpicione irridebantur. Cratinus itaque unam fecit ejuſmodi, quam Ὀδυσσεῖς inſcripſit, ſpecioſo ſane ti-
F tulo plurium Ulyſſium. In ea ajunt Homeri Ulyſſeam vexatam maledicentiſſimis cenſuris. Talem quoque prodiderunt Αἰολοσίκωνα Ariſtophanis. Etiam in ejuſdem *Pluto* Chori deſiderantur, quod & alibi monebamus: ita tamen, ut non omiſſus, ſed exemptus videatur. Illud conſtat, Cratinum, ad priſtinam licentiam cum eſſet auſus reverti, βάπτας fabulam edidiſſe: unde illi contigit interitus. Ab illis enim, in quos fuerat invectus, captum, ac vinctum, atque in mare projectum, ea merſione imitatum eſſe nomen ſuæ fabulæ. Floruerunt in antiqua præter eos, quos ſupra memoravimus,

A Phrynichus, Theopompus, Archippus, Plato, Teleclides, Pherecrates, Stratis, Crates, alii. In media vero Philippides, Strates, Anaxilas, Mnesimachus, Epicrates Ambraciota, Nicostratus, Sotades, non illud monstrum nobile impuritate sua, sed alius, cujus extant versiculi de fabula, quæ inscribebantur ἐγκλειόμεναι. In hoc Comœdiæ genere Alexis perillustris fuit. Quod Horatius ait: ab Accio versus Ennii rideri: an proxime accedit ad hujusmodi modum παραβάσεως, quam Comœdiæ hujus mediæ propriam dicebamus? Nullus enim Grammaticorum quid illud rei sit, nos docet ibi. Differt autem a veteri nova multis modis: potissimum vero B compositione. Astrictior enim certis legibus tam ad argumenta, quam ad dictionem. Non enim ridicula dramata in nova, ut ex qualibet materia risum captet. Quinque partitionibus secta, tibicinem interserit. Vocabula nova fabricat ad risum, aut ad cavillum. Et populari sermoni de medio sumpto propior nova fuit apud Græcos. Neque excurrit nova ad alios versus, solis jambicis, aut trochaicis contenta. In veteri multas carminum species videmus. Ortam tamen ex antiqua novam satis apparet ex iis, quæ Veteres memoriæ prodidere. Ajunt enim Aristophanem scripsisse fabulam Cocalum, cujus filum fuerit amussis C & regula Menandro, atque Philemoni ad novam Comœdiam comminiscendam. Hoc unum genus nostri quanquam amplexi, atque imitati sunt: tamen secundum ætates Comœdiæ quoque modos a temporibus notavere: quæ eis differentias non a specie sed a stylo constituerent. Itaque veteres fabulas Livii Andronici dicimus, Pacuvii medias, Terentii novas, quia hic postremo seculo, ille prisco, Pacuvius medio natus esset. Andronicus enim primus dedit fabulam, quam Græcorum more docuit histriones, ita ut esset in Scena ipse, atque eos castigaret. Quod per initia suorum studiorum quum Aristophanes non esset ausus facere, D ludiones habuit duos, quorum opera pro se ad populum uteretur, Callistratum, & Philonidam. Castigatus tamen conviciis Aristonymi & Amipsiæ deposuit timorem, ipseque in scenam prodiit. Chorum vero an introduxerit Livius, nondum legi. At Plinius Cæcilius veterem Comœdiam suo tempore Latinam recitatam scribit, non tamen actam; nec abstinuit tamen nova Romanorum a censura atque animadversione vitiorum; ut est sæpe apud Plautum: semel Terentius, nec palam. Ancilla enim in *Eunucho* ait, Chæream esse in eo, ut patiatur, quod mœchis fieri solet: *Quod*, inquit, E *nunquam vidi fieri, neque velim*. Sustinet hic suam personam, quæ meretricio quæstui daret operam, nolebat male esse mœchis. Tectis verbis deinde oppugnat Romanorum negligentiam in ulciscendis mœchis, quum ait, Se nunquam vidisse factum, perinde ac si dicat, non consuesse fieri. At Plautus tametsi ex Diphilo, Menandro, Epicharmo Philemone, Apollodoro accipiebat, tamen addidit aliquando priscæ acerbitatem: neque in transcursu solum, sed multis interdum versibus. In *Gurgulione* hæc:

F *Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant,*
Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis,
Constant, conferunt sermones inter se tanquam drapetæ:
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis.
Quos semper bibentes videas esse in œnopolio:
Ubi quid surripuere, operto capitulo caldum bibunt:
Tristes atque ebrioli incedunt.

Item multis aliis locis notat sua tempora, & nationes: neque solum communes mores, sed etiam nominatim Pelioni ineptias histrionis, in *Bacchidibus*. Quinetiam interposuit *maledicam παράβασιν* in eadem: quod & suo monuimus loco: in his Græca vestigia: postea Romanus ausus est emollire opicam severitatem: ac nomina simul cum moribus inferre in scenam e Latio, & deducere in festos ludos. Itaque Marcellus, & Brutus, & alii nobiles viri non solum in cuneis spectarunt, sed etiam in scena spectati sunt. Unde orta fuere genera fabularum, ab ornatu vestituve quem gererent nominata. Nam quemadmodum Græcas Palliatas, a gentis veste vocabant: ita a Romana toga Togatæ dictæ sunt. Latinarum igitur species hæ: Nobiliores, quæ a personis primariis Prætextatæ appellabantur: erat enim prætexta Magistratuum toga, cui purpura prætexebatur, a Græcis iccirco περιπόρφυρος. C. Melissus, qui fuit ab Augusto præfectus Bibliothecæ in porticu Octaviæ, edidit novum genus Togatarum, quas Trabeatas appellavit: quemadmodum legimus in libello *De claris Grammaticis*. Minus nobiles, in quibus Senatores privati cum togis introducebantur. Ultimum genus capiebat humilem fortunam popularium negotiorum cum tunicis tantum: quæ tamen haudquaquam Tunicatæ eadem ratione sed ab habitaculis nomen adeptæ sunt: igitur Tabernariæ, quod cum tabernis scenæ disponebantur. Fuit autem ab his diversum genus Atellanæ, ab Atella Oscorum oppido natura omnium maxime & jocosa, & dicaci. Quare cum facetias suas in Theatra municipii intulissent, id gratiæ sunt assequuti, ut in urbem quoque transferrentur. Nihil enim præter risum aucupabantur, etiam in ipsa verborum acerbitate. Cujusmodi fuit in versu illo, quem recitat Suetonius in *Tiberio*: cui olido hirsutoque seni oris obscœnitas esset exprobrata: versus fuit:

Hircum vetulum capris naturam ligurire.

Quibus verbis fortasse subest etiam stimulus, ut capras nominaret: quod ille in insula Capreis agebat. Romani igitur inter serias Reipublicę tractationes, ad animorum refectionem minime turpe putarunt in vicinorum abire mores. Adeo vero placuerunt, ut tametsi omnia obscena erant, persona, res, oratio: tamen occœptæ sint sententiæ dicaces a civibus agi per joca versibus inconditis jactata. Quod genus poematis, quia ei deerat multum ad justam Atellanæ magnitudinem, tanquam pars toti conveniens, insertum fuit postea in Atellanas, atque ex eo facta exordia: quæ causa fuit, ut ii, qui agerent Atellanas, neque histrionum numero ascriberentur, neque tribu amoverentur: quinetiam jus retinerent nomina dandi ad militiam. An vero hanc, aut unam e superioribus, veteres Italicam appellarint, haud satis constat: neque sane ita magni refert. In nono libro *Dipnosophistæ* meminere Sciræ cujusdam poetæ natione Tarentini, qui Italicæ Comœdiæ author fuerit. Donatus his quare addiderit Rhyntonicos, reddit rationem; quippe ab actore. Verum actor Comœdiæ genus mutare aut constituere qui possit, non video. Athenæus in *tertio* Rhyntonis meminit tanquam poetæ, non quasi actoris, atque ejus fabulam *Amphitryonem*. Idem Donatus, quemadmodum & nos, Togatas a Tabernariis specie distinguit, alii non: quos quidem errare puto. Atque hæc quidem sunt separata genera ex Personis: quas tamen Pacuvium miscuisse produnt, ita ut Prætextatæ argumentum Palliatæ nomine circumferret. Siquidem inscripsit *Orestem* atque *Agamemnonem*. Adeo placet novitas rerum, etiam depravatarum. Festive (ut solet) Plautus *Amphitruonem* suam Tragicomœdiam ap-

pellavit. [illegible] qua personarum dignitas atque magnitudo Com[illegible] humilitati admistæ essent. Ab argumentis etiam [illegible]dimus agnoscere differentias. Amatoriæ [illegible], ut [illegible], Calumniatoriæ, ut *[illegible]*, R[illegible]. [illegible] fortunæ & morum, ut *The*[illegible], [illegible] Eventa, ut *Phasma*, [illegible] Fallaciolæ, ut [illegible], *Pseudolus*. Alia quoque ratione: Turbulentas, negotiosas agnoscimus, [illegible]. Has motorias [illegible]. Alias [illegible] statarias vocant, in quibus non [illegible], talis [illegible], *Asinaria*. Alii [illegible]res, & con[illegible] tales, cujusmodi *Bacchides*. Nunc ad Tragœdiæ suas species transeamus.

CAP. IV.

TRAGOEDIARUM SPECIES.

TRAGOEDIARUM species a [illegible], Græca & L[illegible], quæ [illegible]. qualis extat Nero Senecæ. Ab argumentorum vero generibus [illegible]. Nam C[illegible] Atheniensis, qui major [illegible], quam Stratis, fuit, Tragœdiam fecit, quam Grammaticam nominavit: propterea quod e [illegible] & sonum ducebat, & [illegible]. Nam Chorus nihil aliud quam saltatio fuit ex nominibus, & sonis, & temporibus, & rhythmis elementorum. Quod qui exactius nosse [illegible]let, ex Athenæo petat. Haud enim multum facit ad rem: & Latinis est prorsus inutilis, quanquam ejus [illegible]umeros adeo sunt veteres admirati, ut memoriæ proditum sit, eorum imitatione composit[illegible] [illegible] aliquot in [illegible], & *Oe*[illegible] Sophoclis. Alia species continet Satyros mistos Heroibus, ita ut etiam severis hilariora misceantur, cujusmodi *Polyph*[illegible] extat Euripidæ. Menedemus Phil[illegible] [illegible] in genere poematis primas tribuit Sophocli & A[illegible]. Erant autem quatuor festivitates, in qu[illegible] Tragœd[illegible] [illegible]. In tribus Tr[illegible] feriæ dabantur: Dionysi[illegible], P[illegible]. Quarta [illegible] tragœdiæ, scilicet Chytris.

CAP. V.

COMOEDIÆ ET TRAGOEDIÆ PARTES.

PARS non uno modo intelligitur. Est enim quam Philosophi appellant Essentialem. Ea duplex est, aut in re, aut in intellectu. In re, materia & forma: ab intellectu materiam referens genus: & differentia formam in definitione. Aliæ dicuntur partes universales, sicuti species generis. Genus enim suas species, tanquam partes, continet. Ac de his quidem jam diximus. Sunt præterea partes quantitatis, aut quasi quantitatis. Nihil enim divisibile, nisi quantum. Cubitus igitur est pars tricubiti. Quasi quantitatis pars est, quum dicimus igneitatem, quæ in flamma existit, [illegible], quæ in majore flamma sit: non enim est per se divisibilis, sed ratione illius quantitatis, quæ ei subsiat. Has nunc partes in fabulis [illegible]. Sunt autem enarratæ sub communi [illegible] appellatione genera illa, Tragœdia, & Comœdia. Comœdiarum species aliquot. Comœdiæ igitur partes aliæ primariæ, aliæ accessoriæ, aliæ attinentes. Veræ & primariæ sunt quatuor, protasis, epitasis, catastasis, catastrophe. Scio a nonnullis tres tantum enumeratas, nos autem ad subtiliora semper animum appulimus. Harum partium communes portiones majores, Actus dicuntur: verum non penitus, neque semper. Actus enim quintus interdum non

A est pars catastrophes, sed æqualis ei, simul cum ea sortitur & [illegible] & finem. Eodem modo & protasis actum primum [illegible] comprehendit, quam ab eo tota compl[illegible]. Præterea protasis non semper in [illegible] enim actu est apud Plautum in *M*[illegible]. Actuum autem portiones minores [illegible], [illegible] vocant. Par ratio & in Tragœ[illegible]. H[illegible] & primariæ, & legitimæ. Accessoriæ autem, Argumentum, prologus, chorus, mimus. Attinentes vero, quas Philosophi circumstantes nominant, Titulus, modi, cantus, thymele, [illegible] apparatus. Tragœdia neque argumentum habet, neque prologum se[illegible]tum, sed in persona aliqua ad fabulam

B pertinente. Nam prologi comici persona, quum lubet, extra Fabulam tota est: non quia semel quum recitat[illegible], nunquam præterea comparet: hoc enim etiam a [illegible] pertinens persona interdum patitur: quemadmodum [illegible] Sosia in *[illegible]*, atque ecit [illegible], vel [illegible], [illegible] dicitur: verum prologi per[illegible] nihil cum [illegible]: [illegible], neutram, [illegible] connecta negotia, quam [illegible] epirrhemata introducuntur, qualis in *[illegible]* Plauti. Habet autem Tragœdia [illegible], quem nunquam amat; & hoc [illegible] Satyrum. Catatem quo-

C que commune cum Comœdia partem habet, & Titulum cum saltatione & apparatu. Has igitur om[illegible] [illegible].

Partes legitimæ sunt, sine quibus nequit Fabula consistare, quibusque contentam esse oportet. *Protasis* est, in qua proponitur & narratur summa rei sine declaratione [illegible] argumenti, animum semper auditoris suspensum habens ad expectationem. Si enim prædicitur exitus, frigidiuscula fit. Tametsi ex Argumento omnem rem tenes, tamen adeo expedita ac brevis est indicatio, ut non tam saturet animum, quam incendat. *E*[illegible], [illegible] turbæ aut [illegible]antur, aut intenduntur: *Catastasis*, est vigor, ac status Fabulæ, in qua

D res [illegible] tempestate, in quam [illegible] est. Hanc partem multi non animadvertere. [illegible]. *Catastrophe*, conversio negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam. His partibus additus, uti dicebamus, Prologus: quem Latinis solis attribuunt quida[illegible]. Pars hæc *monoprosopos* est, quæ non potest explicari definitione, nisi colligantur ex divisionibus. Unus enim argumentum narrat. [illegible] alius Poetæ consilia in Fabulis, ut in *A*[illegible]. Illum vocant [illegible]: quia [illegible] *ὑποκείμενον*, *πεδιοχ*[illegible]: tal[illegible]

E in *Aulularia*. Mirum vero, si Prologus tota[illegible] Latina est, quomodo invenit nomen Græcum. Alterum genus commendatitium. Quare *συςατικὸν* nominant: quia exoret auditores pro Authore, & Fabula: quoniam stare dicitur, aut stetisse Fabula, quum peragereur: quasi igitur confirmaret animos spectatorum. Hujusmodi habes in *Hecyra*: Tertium genus, quum refelluntur objectiones adversariorum: ut in *Andria*. Aut etiam regeruntur crimina: cujusmodi versus ille,

Idem ille phasma nuper nunc dedit

F Quod propterea dixere *ἀναφορικόν*. Alii sunt misti, ut in *Casina*. *Trinummo* autem *διπρόσωπον* fecit Plautus Prologum, quem sane queas *ἠθικὸν* appellare, accommodatis ad nequitiam adolescentis personis Luxuriæ, atque Inopiæ, quemadmodum in *Rudente* Arcturi, in *Aulularia* Laris familiaris. Pro quibus fiebant machinæ, quarum impulsione repente apparerent. Arcturum enim e sublimiori devectum, par est: quemadmodum ipse quoque ibi profitetur: sicut Tragœdiarum [illegible], & i[illegible]

fine *Amphitruonis*, earundem genere machinarum opus fuit ad producenda Numina, quorum ope summa pericula, summæ desperationes in meliorem spem reducerentur: quales exitus in Sophoclis *Philoctеta*, & apud Euripidem legimus. Quod autem supra diximus, Prologi personam ad fabulam non pertinere, id sane verum fuit. At suo more Plautus novas res molitus, Mercurium in *Amphitruone* fecit agere Prologum: qui tamen magnam deinde Fabulæ partem expedit.

Argumentum autem nova sane res, neque necessaria, nisi iis in Fabulis, quarum Prologus aliud agit, neque in protasi continetur. Profecto neque in Prologo, neque in Protasi *Andriæ* ostenditur Fabulæ argumentum. Ita neque in *Eunucho*, neque aliis quibusdam. Donatus Argumentationem vocat: male. Est in *Originibus* nostris declaratum ex Ciceronis, atque aliorum, observatione; Argumentationem nunquam capi pro eo, quod est ὑπόθεσις, sed aut pro invento quopiam ad faciendam fidem: aut, quod frequentiore in usu invenitur, pro inventi illius expolitione. Id quod etiam in *Topicis* Severinus Boetius declaravit.

Titulus est inscriptio nominis, non a tutando, ut ajebat Varro: sed παρὰ τὸ τίειν. Honor enim & Titulus, idem nomen dico tam authoris, quam Fabulæ: quod non pronuntiabatur tantum ab eo, qui modos faciebat: sed etiam proponebatur in proscenio. Ajunt, si esset vetus Græca fabula authoris novi opera edita Latine, Fabulæ nomen proponi solitum. Sin esset aliter, authoris nomini Fabulæ nomen postponi, quo attentior esset populus ad audientiam ex vetere opinione. Argumentum autem ipsum sub titulo etiam proponi solitum descriptum grandibus literis arbitror. Quare illud quoque argumenti genus excogitarunt, ex cujus versuum capitibus Fabulæ nomen legeretur.

Actus est dictus ab actionibus communibus: quia totum genus δραματικόν: est enim pars fabulæ continens diversas actiones pro diversitate, quas diximus, partium. Denominati autem sunt ab ordine, qui numero quinario complectitur, neque enim plures paucioresve quinis esse convenit. Distinguebantur autem interventu cujuspiam personæ novæ olim. Postea vero sæpe aliter factum invenias. Personam eandem negat Donatus plus quinquies exire in proscenium: falso: vel statim ipsa in *Andria* Davus ostendit haud ita esse, tum alibi sæpe.

Scena est actus pars, in qua duæ pluresve personæ colloquuntur, ejus initium est aliquando ab omnium ingressu, aliquando ab unius tantum, qui deinde alium quempiam invenit e Scena superiore: finitur autem abitu interdum omnium, nonnunquam unius tantum. Adeo ut si tres fuerint, duo reliqui sequentem constituant scenam. Aliquando unus solus relinquitur ad futuram scenam. Nomen invenit ex eo, quod alia atque alia facies subinde apparet ex ædiculis, quæ olim quum e ramis ac frondibus conficerentur, ita sunt ab umbris & tabernaculis appellatæ. Est sane verbum militare σκηνοῦν. Et apud Timæum Locrum σκᾶνος haud longe abest ab ea significatione.

Chorus est pars inter actum & actum. In fine tamen fabularum etiam Choros videmus. Quare tutior erit definitio, quæ dicat: post actum, introducta cum concentu. Is tractus non fuit uniusmodi. Sane aliquando totus cum cantu, & motu, & gestu, & saltationibus ad tibias. Miscebatur aliquando & versuum, & tractuum varietate: nonnunquam etiam singularibus personis. Choro autem de Comœdia nova sublato, explebat officium Tibicen. Id quod in *Pseudolo* Plauti satis patet. Erant autem cum Choro ii, qui saltabant in Orchestra: unde nomen λόγιον etiam dictum scribunt Grammatici quidam: male. Erat enim λογεῖον Orchestræ pars. Cum quibus illi quoque aderant, qui modos faciebant, at quorum leges voces temperarent. Ajunt primos Choros ab Arcadibus institutos ex Dionysiacis tibicinibus Timothei, ac Philoxeni legibus. Nobis tamen pro comperto est Philoxeno Choros longe fuisse vetustiores. At iidem Arcadibus etiam totius Musices attribuunt primordia. Chorus sane res adeo vetusta fuit, ut olim actio Satyrica in Tragœdiis solo Choro constiterit. Primus autem Philammon Delphicus ad aram patriam Choros disposuit in Apollinis honorem. Romæ vero, sicuti a Polybio in xxx. scriptum est, L. Anilius devicto ac triumphato Gentio Rege Illyriorum, in Circo Scenam extemporaneam excitandam curavit, Ludosque edidit cum Thymelicis tum primum, quos in Orchestra constituit, in Proscenio autem Tibicines cum Choro. Primus Archontes in Scenam duxit comicum Chorum. Fuit autem per initia monoprosopos Chorus in fabulis. Unus enim quispiam prodibat civium vitia recensens, idque sine cantu. Talis est apud Plautum Choragus in *Gurgulione*. Deinde alter additus, ut interrogationibus, atque responsionibus explerent animos varietate. Summa enim laus in Poetica, novitas. Postea quaterni fuere, ita ut partirentur Chorum in paria duo, quæ iccirco Græci vocavere ζυγά. Qua in re ita evenit, quemadmodum in tribubus Romanis. Nam Romulus universum populum tres in partes quum divisisset, unde & Tribus appellatæ, tametsi major deinde numerus additus est, mansit tamen nomen. Sic τοῦ ζυγοῦ vox non est mutata, quanquam aucto numero. In Comicis enim Chori vicini quaterni distincti erant in certa paria. Igitur ζυγὸν ex quaternis constitutum, nomine retento, pristinam fefellit significationem. Alia quoque fuit partitio, sive complexio, in versus, sive ordines, στοίχους Græci vocant: quorum singuli senis constabant. Ad eum modum disponebantur in Orchestra quum staret Chorus: sicuti fit in acie. Id appelabatur χοροστασία. Idem ordo quum recta ambularet, vel exiens, vel ingrediens, hi dicebantur quadrati Chori. Quum accedebant, πάροδος vel παροδία vocabatur: quo tempore canebant προσόδιον: quum ingrediebantur εἰσόδιον, causam dicebant cur adessent. Tum aut stantes canebant, quod & στάσιμον nominarunt, & συνῴδιον, tum narrabant rei eventum: aut statim revertebantur & exibant: quæ erat μετάστασις. Quod si rursus ingrediebantur, ἐπιπάροδος: in qua si saltarent prolixius, erat κόρδαξ: si præcisius, κομμάτιον: ibi lugebant. Quum vero abibant postremo, ἄφοδος, & ξυνέξοδος: ibi canebatur ἐξόδιον. Utebantur Græci unica tibia in cæteris, in synodio tantum geminis. Timæus memoriæ prodidit Choros Laconicos tetragonos fuisse, Athenienses orbiculatos, quos & Διονυσιακοὺς appellarint illi, Siculi autem ἰαμβίστας. Multum frequentemque eorum usum vidimus in Illyrio, Græcia, Macedonia, Thracia: paucis locis olim in Italia, nunc in Galliis plurimum. Veteres autem non semper confertis manibus, sed aliquando solutis quoque in orbem disponebantur. Concinentes movebantur in lævam primum, quo motu ajebant sese primum cælorum orbem imitari. De hoc scriptum satis est in exotericis. Sane etiam nunc qui tripudiare sese dicunt, lævum pedem primum movent, quasi artem profitentes a natura separatam. Quippe natura dextrum movet primum. Daci, ut jactant sese in aliis quoque multis ab opinione consuetudineque cæterorum di-

verſos, non ſiniſtrum, ſed dextrum promovent. Chorus igitur motum illum lævorſum ςροφὴν nominabant; quam quum explerant, totidem numeris eadem veſtigia paribus temporibus relegebant: qua reverſione ſubterlabentium adverſum motum Planetarum referri profitebantur: ἀντίςροφος hæc. Eo ſpatio abſoluto ſtantes Terræ quietem repræſentabant. Quo in ſtatu quum diverſa a ſuperioribus accinerent, ἐπῳδὸν nominarunt. Nunc vulgares Chori noſtri progreſſiones conciſas,& regreſſiones minutas conficiunt, ut ego ridere ſoleo, quaſi in Epicyclis. Hæ Chori partes tum a materia, tum a forma. Mutatas tamen leges invenias aliter alibi: nam ςροφὴν ſolam in Tragicis ſæpe videmus. Alii ſuo arbitratu ſic diſpoſuere: ςροφὴν, ἐπῳδὸν, ἀντίςροφον, ἐπῳδὸν: ut eſſent membra quatuor. Alii ab Epodo incipere maluerunt. Ita quinque facta ſunt tribus Epodis, Strophe, Antiſtrophe. Nomine ſunt abuſi, namque ἐπᾴδειν eſt *accinere*. Illis autem erat προᾴδειν. Quare nonnulli hæc, quæ præcinerentur, προῳδικά, ſicuti quæ interea concinerent, μεσῳδικά, quæ recinerent παλινῳδικά. ubi vero a propoſita materia divertebantur, ſtantes αντιπροσωπιςὶ alloquebantur ſpectatores. Ea παράβασις dicebatur: eratque Comicarum propria, damnato a Criticis Euripide, qui hoc frequentius: Sophocle non item, qui rarius. Habebat autem παράβασις partes ſeptem: κομμάτιον, quæ erat conſtitutio brevioris partis, unde & nomen a præciſione. Altera pars dicebatur Anapæſtica: quia olim ex ſolis anapæſtis conficiebatur: poſtea ſuppoſitis aliis pedibus nihilo ſecius nomen retinebat. Tertium vocarunt μακρὸν, non propter tractum productiorem: erat enim breviſſima: ſed quia unico impetu ſine reſpiratione abſolvendum eſſet: Luſerunt in nomine Ludiones ad laborem potius reſpicientes. Poſt eam erat Strophe, cui Antiſtrophos reſpondebat: huic Epodos ſuccedebat, aut Epirrhema: cui antepirrhema reſpondebat: quod XVI. non amplius verſibus conſtare, lex fuit. Ariſtophanes numerum auxit. Partiebantur autem utrumque in Semichorum: interdum verſu anapæſtico, ſive commatio & ſtrophe: vel uti in *Ranis* apud Ariſtophanem. Aliquando παράβασις quartæ perſonæ attribuebatur, quod tunc παραχορήγημα dicebatur: propterea quod eſſet diverſio a materia ſcenica: erat enim illa perſona ſcenica. Quod ſi non e ſcena, ſed e choro unus loquebatur, παρασκήνιον hoc: quia extra chori & propoſitum & numerum id fieret, quemadmodum fecit Æſchylus in *Agamenone*. Ita apud Antiquos legi: quum tamen e choro παραχορήγημα, e ſcena παρασκήνιον eſſe ego & antea putaram, & nunc etiam cenſeo. Nomina enim ipſa hoc produnt. Semichorum voco, quod Græci ἡμιχόρειον, alterum chori dimidium: nam totus chorus ita dimidiatus διχορία dicebatur. Quare chori reſponſus appellatus eſt ἀντιχορία. Componebantur autem tunc pari habitu adverſi alteris alteri. Primus Tyrtæus τριχορίαν conſtituit; verum extra ſcenam, ex impuberibus, viris, ſenibus. Partiendi autem chori a locorum proportione alia fuit ratio. Qui ad dextram collocaretur, δεξιοςάτης: a læva, ἀριςεροςάτης: ab latere, πλευροςάτης: qui poſt hunc, τριτοςάτης. Fortaſſe λαυρόγραμμος eadem ratione ea ſit, quam Galenus ἐν ἐγκοσιογράμμῳ lateralem σιμόν. Confiebat chorus ex quavis ætate, officio, ſtatu, ſexu: pueris, puellis, viris, ſenibus, fœminis, aniculis, civibus, peregrinis, militibus, agreſtibus, ſervis, liberis, captivis. Nubes quoque, & ranæ, & veſpæ, & alia, quæ volueris, quemadmodum nos olim luſimus in Comœdia noſtra *Vidulo*: cujus chorus conſtabat Alliis, & Cæpis, & Ulpicis, & Aſcaloniis, & Bulbis. Etiam duplicem fecit Ariſtophanes in eadem fabula: unum ex Ranis, alterum ex initiatis. Anteibat chorum dux: qui inde nomen invenit χοραγὸς. Choragi apparatus χορήγιον: unde χορηγεῖν *ſuppeditare*. Ille enim & omnia curabat facienda, & ſervabat ornamenta,& producebat, & reducebat. Itaque Plautus quærenti veſtem, jubet a chorago utendam ſumi. Chori princeps. κορυφαῖος etiam apud Ariſtotelem. Actus dedita opera confuſos ait Donatus interdum, ut ne liceret faſtidioſo ſpectatori exurgere, atque abire antequam tollerentur aulæa.

CAP. VI.

MIMUS.

Sublato choro, quemadmodum dicebamus, introducti qui modos facerent. Aliquando etiam actores extra argumentum, quorum urbanitate adhuc magis animi laxarentur: quam introductionem etiam ἐπεισόδιον nominarunt, non ſolum in choris. Hoc idem in Atellana dicebatur exodion: quia penitus extra fabulam eſſet. Introducti igitur quod omnia geſticulatione imitarentur, Mimi nominati: atque alii plenius παντόμιμοι. Tantum potuit apertior, atque expreſſior actio, ut generis nomen, quod eſſet poeſeos univerſæ, ipſi ſoli ſibi vindicarent. Sic mortalis pro homine tantum, quum omnia nata intereant. Ita ποιμὴν (uti diximus) opilio: quum tamen ποία omnibus paſcuis communis haberetur. Et ποιητὴς, qui carmina faceret: non cujuſque rei author: & ſicut oſtendimus, apud Latinos Factor, olei tantum. Hoc in luſu, quum poſtea quædam impenſius populo placuiſſent, auſi ſunt ſeorſum ſuis auſpiciis, quam commoverant, expectationem ſuſtinere, atque in eo laudem quærere, & artificiis præterea nomen vindicare. Hos Latini Mimos vocant ex Publio & Laberio, qui in eo genere excelluere, & Planipedes ob eam cauſam, quod cothurno Tragici, ſocco autem Comœdi pedes induebant: ipſi autem nudis pedibus agebant. Hujus definitio proportionem habet cum Comœdia, quæ ipſius parens extitit. Hoc enim eſt Mimus ex Comœdia, quod Feſcennina carmina ex Attellana. Cui (ſicuti dicebamus) inter actus apponi quum eſſent ſolita; ex ea extracta atque aſſerta ſervitute, juſtum ſe ſibi poema fecere. Sic Satyra prodiit ex Tragœdia: ſic e Rhapſodia, Parodia, de quibus ſuis eſt dictum locis. Eſt igitur Mimus, poema quodvis genus actionis imitans ita, ut ridiculum faciat. Cicero tamen Ethologos quum vocat a moribus, quos exprimerent, ridiculi rationem non admiſcuit. Sunto igitur duo genera, quæ etiam vicatim & oppidatim per univerſam Galliam mirificis artificibus circumferuntur, *Morale*, & *ridiculum*. Falluntur, qui Planipedes dictos autumant: quia ſine ædificiis humi agerent. Nam æque in proſcenio recitabant. Quinetiam Philadelphum & Antiochum reges ſaltaſſe mimos author eſt Athenæus. Lucianus in libro περὶ ὀρχήσεως, ὀρχηςὴν, inquit, *Itali Pantomimum vocant*, Sane de geſtu, non de ſermone, loquutus eſt. Tranſlata in Italiam argumenta adeo ſalibus ac dicacitate aucta ſunt, ut unus Publius univerſam Græciam ea laude ſpoliarit. Laberius autem elegantia & ſermonis puritate etiam omne Latium provocarit. Tametſi Gellius aliquot vocabula ut ſordida notat: Horatius autem negat eſſe pulchra poemata: nam & veri Mimi proprium eſt quædam ſordida ut affectet: Et ut ex ungue leonem metimur, legantur carmina, quæ recitat Macrob. Iis enim meliores non ſunt Horatii verſus illi, quibus ipſum non vult mirari. Profecto

fecto & acriore judicio, & puriore eloquentia Divus Julius, quam Horatius, adeo probavit illius dictionem, ut & equestri donarit dignitate: & auditor ejus fuerit, ac vero lubens: & ei præ cæteris cupide tum studuerit, tum etiam faverit: denique jusserit jam equitem in scena prodire, acturum quæ scripsisset. Illos adeo versus, qui a Macrobio recitantur, semel atque iterum legendos censeo: ut eorum suavitas, atque puritas de authore suo judicet, non malevoli. Erat autem apud Lacedæmonios Mimorum argumentum varium ac ridiculum: veluti imitatio furantium poma quædam. In alio medici peregrini. Actores appellabantur δεικηλισταὶ apud Plutarchum. In apophthegmate Agesilai δεικηλιστὰ scriptum est sono Dorico. Id verbum designat figulos, & imitatores. Alii vocabant eos αὐτοκαβδάλους: vetus Græcia in Italia φλύακας, etiam σοφισταὶ a quibusdam dicti. Thebani ἐθελοντάς, Latini volones. Sicyonii φαλλοφόρους ab imitatione pompæ, quæ Priapo fiebat. φαλλὸς enim palum significat: unde & Latine phalanges ligna teretia, quæ subducendis navibus, deducendisque subdebantur. Osiridis quoque pompæ his erant similes: itaque φαλλοφόροι Mimi non erant personati, sed fuligine obliti, & agninis amicti pellibus, quæ Pescia dicta legimus in carmine saliari: unde pascua & pascere, non a pecore, ut putarunt, deduximus in *Originibus*. Ibant autem cum canistris, & herbis, Serpyllo, Acantho, Violis, Hedera, Corollis: saltabantque in numerum; atque in honorem Bacchi, cujus more victores hedera coronabantur, quemadmodum, Semus Delius author est, ita concinebant:

> Τοὶ Βάκχε τάνδε μῶσαν ἀγλαΐζομεν,
> Α᾽πλῶ ῥυθμὸν χέοντες αἰόλῳ μέλει,
> Καὶ μὰν ἀπαρθένωτον: ὕτι ταῖς πάρος
> Κεχρήμεθα κανώδεσιν: ἀλλ᾽ ἀκήρατον
> Κατάρχομεν τὸν ὕμνον.

Inde procurrentes obvium quemque subsannabant. Hoc enim differebant ab Ityphallis: eundo enim canebant. Ityphalli stantes pronuntiabant, ebriorum persona, & coronati. Hoc enim ebriorum fuit, ut est tum alibi, tum in *Menæchmis*, & *Symposio* Platonis, & in *Vita Xenocratis*, de Polemone. Manuum quoque tegumenta gerebant ex floribus confecta, & tunicas albo ad medium distinctas a cinctura, quam cogebat velum Tarentinum, ad talos demissas. Silentio per ostium ingressi, ubi ad orchestræ medium evaserant, convertebant sese ad theatrum, ac dicebant,

> Α᾽νάγετε: εὐρυχωρίαν ποιεῖτε τῷ θεῷ· ἐθέλει
> Γὰρ ὁ θεὸς ὀρθὸς ἐσφυρωμένος διὰ μέσον
> Βαδίζειν, &c.

Baccho vero dicatum poema est simul & celebritas propterea quod ex oppido Bœotiæ, cui nomen erat ἐλεύθεραι, Pegasus quidam mysteria detulit Athenas una cum Liberi patris signo: quod populus cum segnius accepisset, ejus contemptionis pœnas dedit. Correptæ namque sunt morbo pudoris partes. Multis ego frustra tentatis remediis, ex oraculo φαλλὲς, hoc est, *perticas*, atque in earum fastigio coriaceum genitale tum publice, tum privatis in ædibus erexerunt. Simile quiddam legimus in historia Palæstinorum. Habes cantionem apud Aristophanem Α᾽χαρνεῦσι: sed de his plus satis. Aristoteles ait τὰ φαλλικὰ esse Comœdiæ sobolem: puto quia Mimorum simillima sint. Hæ sunt Comœdiæ partes, de quibus hic agendum fuit. Modi autem & cantus, & saltationes, & apparatus declarabuntur post, quam de Tragœdiæ partibus dictum fuerit, communes enim utrique sunt.

A

CAP. VII.

TRAGOEDIÆ PARTES. DE CHORO ITERUM.

TRAGOEDIÆ quoque distinguuntur, per eadem pene membra, quibus & Comœdia. Protasin dico, & alias: item actus ac scenas. Protasis autem & Catastrophe non differunt genere, sed modo. Utraque enim negotiosa. Catastrophe illis turbis addidit mortes aut exilia. Utrique tamen commune, interdum exitum commistum habere mœ- B rore ac lætitia. Nam in *Asinaria*, & *Phormione*, & *Casina*, & *Persa*, lætos simul ac mœstos invenias. Quin ipsum militem male mulctatum: de quo tamen Comœdia est inscripta. Nam si Comœdiæ est lætus exitus, & Comœdia est miles: Miles exitum lætum habeat, oportet. Sic in *Antigona* interficitur Mater & Adulter: at exultant gaudio virgines. Sic & apud Euripidem solius Eurysthei mors lætitia multorum explet animos. In ea vero non semper actus novi a nova persona constituuntur: quemadmodum in multis videre est. Unum Calliam Atheniensem ajunt Tragœdiæ prologum addidisse: C idem Grammatici, qui Prologum rem totam Latinam esse scribunt. Sane Euripides cum protasi prologum fere miscet eodem in multis filo: propter quod & a Criticis damnatus est. Aristoteles aliter partes digerit: sex enim statuit, Fabulam, mores, dictionem, sententiam, apparatum, melodiam. Principio non est æqua divisio. Namque Fabula totum ipsum est. Mores, qualitas fabulæ. Dictio, ornatus, aut imitatio rei, aut species. Sententia, pars dictionis. MELODIA, extra rem penitus. Tanto longius etiam apparatus. Sane cætera ad aures: apparatus ad oculos. Ille tamen quasi partem Tragœdiæ necessariam numeravit τὸν τῆς ὄψε- D ως κόσμον. At enimvero ad Choragum pertinet id, non ad Poetam: igitur cum quinque sint personæ, Poeta, Histrio, Saltator, Modulator, Choragus: Hujus erit apparatus, Modulatoris sonus, Saltatoris gesticulatio, interdum cum cantu: Histrionis actio: Poetæ autem, inventio materiæ, formæ, ornatus dictionis. Inventionem dico rei: formam, modum repræsentandi: ornatum, versus ipsos cum suis figuris. Inventio autem multiplex, de qua suo loco ad ornatum aut ad formam pertinet digestio: quæ pro re variatur: exornatio quoque duplex, in re & oratione: unde Schemata & Tropi. In re sunt ἤθη, & πάθη, & E διάνοιαι: id est, *mores*, *affectus*, *sententiæ*: verum hæc ad inventionem atque exornationem potius pertinent: ibi igitur de his amplius: nam hic, quantum esset satis ad partes cognoscendas, positum est. Partes igitur Tragœdiæ ad hunc modum. Membra statuit aliter Aristoteles: Prologum, Episodium, Exodium Choricum: cujus duas partes facit: alteram mobilem, alteram stabilem. Prologum ante Chori ingressum definit. Alio igitur modo atque in magna parte nostratium Comœdiarum: idem enim est, uti supra di- F cebamus, cum Protasi. Ε᾽πεισόδιον, Tragœdiæ justa pars inter Choricos perpetuos cantus. Exodus justa pars, postquam nullus deinceps est chori cantus. Chori ingressus, chori integri primus sermo. Stabilis est sine Anapæsto, & Trochæo, κομμὸς autem sive planctus, & luctus chori communis cum iis, qui in scena sunt. Sic Aristoteles. De choro autem accuratius hæc: vetustiorum chorum ex quinquagenis constitisse: ac postea quam Æschylus *Eumenides* fabulam dedit, turba illa ad quindenos reducta est: ita ut essent paria,

id eſt, ζυγὰ quina, externis verſibus: unde qui cantum incipiebat, κορυφαῖος, proximus παραστάτης, tertius τριτοστάτης dicebatur. Legimus apud Laertium; eum, qui cantum inciperet, altiore ſono vocis uſum, quo cæteri mediocri exciperent tono, atque ſubſequerentur. Cum fiebat πάροδος, id eſt, acceſſio per paria, terni introducebantur: ſi autem fieret per verſus, quini ſeſe inferebant. Aliquando, ſicuti in Comœdia dicebamus, evenit, ut ſingulatim fieret ingreſſus. Aliter quoque, quam Ariſtoteles de verſibus; ſuos enim quæque pars cum haberet modos, in Parodis poſt decem anapæſtica acatalecta, catalecticum apponi ſolitum. Tametſi quidam citius, quidam ſerius, quidam nuſquam interſeruere ejuſcemodi περικοπάς: ſic enim appellant. Veluti Sapphicis nullo certo numero Adonium: Anapæſticis vero vel illum, vel Jambicum. Talis uſus ea quoque ſunt, quæ ἐφύμνια vocitarunt: qualia ſunt ἰὴ ἰὲ παιάν: & ὦ διθύραμβε, & Hymen o Hymenæe. Ponebatur autem id poſt Strophen. Si autem Strophe insereretur μεσύμνιον dicebatur. Similia ἐφυμνίοις ἐπιφθεγματικά. ut ἰώμοι μοι, & Nefas, & Heu. Ajunt tamen Critici Epiphthegmatica eſſe ſupervacua: ἐφύμνια, vel μεσύμνια non. Hæc de Tragœdiæ veris partibus. Non vera pars fuit ea, quæ ad eluendas allati mœroris maculas introducebatur cum riſu, & jocis, & petulantia. Ac ſicuti diximus de Feſceninis in Atellana: de Mimo in Comœdia ad augendam varietatem luſus: ſic in Tragœdiam Satyri inducti ad atrocitatem leniendam. De quibus jam dicendum eſt.

CAP. VIII.

SATYRA.

SATYRI dicti ſunt Bacchi comites, & Tityri, & Sileni. Satyros Ælianus ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι, quia eſſent dicaciſſimi: ſicuti Σιληνοὺς παρὰ τὸ σιλλαίνειν, σιλλὸν enim ψόγον interpretantur μετὰ παιδίας δυσαρέστου, contumeliam cum joci acerbitate. Satyrorum id Etymon confutavimus in libris *Originum*: σάθυ ſalacitatem dixere veteres. Nihil capra ſalacius. Capripedes Satyri: quos item Tityros dictos ajunt. Tityrus autem capellam ſignificavit priſcis Æolenſibus. Iccirco in Liberi Patris feſtis, quibus Tragœdiæ recitarentur, nimirum numinis illius ſocii ac miniſtri ludis adjungebantur. Iccirco falluntur, qui putant Satyram eſſe Latinam totam. A Græcis enim & inchoata, & perfecta primum, a Latinis deinde accepta, atque extra ſcenam exculta. Quamobrem non a Satyra vel lege, vel lance dicta eſt, ut fruſtra ac temere ſatagunt Grammatici. Quin has a Satyris dictas puto: cum lancibus enim prodibant, & caniſtellis pomorum omni genere plenis, quibus Nymphas allicerent. Tribus modis Satyrarum ſpecies agnoſcuntur. A generibus carminum, a characteribus, a ratione poematis. Nam cum eſſent aſperitatis tragicæ diverticula, tragicorum quoque verſuum leges obtinuerunt. Iccirco Nicolaus in viceſimo ſeptimo libro *Hiſtoriarum* ait, a Sylla Romano ſermone Satyricas fuiſſe Comœdias ſcriptas. Sic & Lucilium aliquot confeciſſe patet ex illis verſibus *Satyræ* XXVII.

Salutem fictis verſibus Lucilius,
Quibus poteſt, impertit ſtudioſe, & ſedulo.

Varronis quoque Satyræ illæ Menippeæ conſtabant Jambicis. Ex multis ergo ponam hos ex ea, quæ ab illo fuerat inſcripta *Hercules tuam fidem*:

Noctu Annibalis quum fugavi exercitum,
Tutanus hoc, Tutanus Romæ nuncupor.
Hac propter omnes, qui laborant, invocant.

Item ex ejuſdem *Marcipore*:

Ventique ab axe frigido ſe eruperant
Phrenetici Septentrionis filii,
Secum ferentes tegulas, ramos ſyros.

Hos Lucilius numeros cum ſenariis dactylicis catalecticis primus dicitur commutaſſe: quo Latina tota, excepto nomine, facta eſt. Hæ a carminibus ſpecies. A ratione poematis tres ſunt: ſimplex διηγηματικὸν, & δραματικὸν, & μικτόν. Narratio ſimplex ex perſona authoris, ut prima Juvenalis. Activa ex perſonis conſtituta duplex: aut enim perſonæ ſunt ſine nomine, ut prima Perſii: aut nominatæ, ut Catii & Damaſippi. Miſtæ vero ſunt, ut illa pulcherrima, ac pleniſſima munditiarum, *Ibam forte via ſacra*. A characteribus vero, ut alibi diximus, ſpecies duæ. Altera ſedatior, qualis Horatiana, ac ſermoni propior. Altera concitatior, quæ magis placuit Juvenali & Perſio. Hi ſtrictam habent cuſpidem: illi veluti fronde contectum gerunt Thyrſum Satyrorum more, quo feriant imprudentes. Hedera namque obductus contus incautos vulnerabat: hederam, quam contemnerent, non metuebant: cuſpide, quam non viderent, transfigebantur. Eſt autem poema liberum, ſimileque ſatyricæ naturæ: omnia ſuſque deque habens, modo aliquid dicat. Itaque nec procemium inſtituit, nec init epilogi rationem. Iccirco jambus aptior. Hoc enim fuit ἰαμβίζειν, quod nos *maledicere*, ſicut ait Ariſtoteles, & repetit Strabo: inde noſtrum *Jacere*, παρὰ τὸ ἰεῖν ἄχος: unde *jacere maledicta* apud Livium, *jacere contumeliam*, atque etiam *injuriam* apud Ciceronem: ex quo ad eandem notionem *Objicio* compoſitum eſt.

CAP. IX.

COMICÆ PERSONÆ.

HACTENUS partes cujuſque: nunc apparatum videamus. Is duplex eſt, aut in perſonis, aut in loco. Perſonæ tres, Agens, Saltans, Modulans. Locus eſt Theatrum. Atque Agens quidem potior, quam Saltans: eſt enim vice Poetæ ſcribentis loquens. Saltans eſt quaſi tacita locutio: quippe effictio rerum per corporis motus, ſtatus, figuras. Poſtrema perſona, Modulans: nec ſane perſona: cum ſonus aliunde quoque quam ab ore, proficiſci queat: ut in Hydraulis olim, & nunc in iis, quæ dicuntur organa. Eſt autem hæc canentis norma. Propterea vero quod qui canit, verba canit: iccirco Agens duplex erit: loquens cum cantu, & ſine cantu. De Agentibus ergo primum dicendum eſt.

Perſona non uno modo definita eſt: verum ad hunc locum haud magis pertinet, quam ad librum de inventione. Impræſentia ſatis ſic ſit: Perſona eſt res animata ficta in ſcena, veræ imitatrix. Veram ſuo loco deſcripſimus. Qualitas hominis poſita in moribus & fortuna. Ita complectimur affectum, affectuſque rationem omnium ſexuum & conditionum. Imitatur autem nomine, corpore, moribus, dictis, factis, affectibus, habitu. Dico rem animatam, ut a locis fictis diſtinguatur: qui vera loca nihilominus imitantur. Rem, inquam, animatam, voce univerſali: ut etiam Ranas comprehendam: perſonæ enim init rationem. Sic Nubes, Aves, Veſpæ, alia: quare enim pro perſonis non accipiantur, quibus ſermones, diſputationes, conſilia ſint attributa? Idola tamen, ſive formæ defunctorum pro ipſis corporibus introductæ ſunt

ab Euripide *Polydoti*, ab Æschylo *Darei*: an Idola hæc alia sint ab animabus, videndum in Græcis nugis, & apud Luciani *Diogenem*, & in Platonis *Phædone*. Personarum distinctiones in Comœdia sunt a conditione, a professione, ab officio, ab ætate, a sexu. Conditionem appello statum cujusque fortunæ: est enim quasi quædam fabrica: faber autem Fortuna. Servus, Libertus, Liber. Pater aut Filiusfamilias. Virgo, Cælebs, Maritus. Professio est habitudo, qua quis præ se fert aliquid actionis ad vivendi rationem. Miles, Cacula, Agricola, Leno, Trapezita. Meretrix, Mercator, Nauta. Officium in Comœdia haud parum distat ab officio Philosophorum. Nam illi officium ab honesto non disjungunt: in Comœdia suum se officium facere clamat Leno cum juventutem perdit. Ad eundem modum scriptum est authore *Rhetoricorum ad Herennium: Canes fungi officio Luporum.* Est igitur officium hic, jus actionis ad quemcunque statum pertinens. Ætas est dimensio vitæ variata secundum concretionis mutationem. Infantia, pueritia, pubertas, juventus, stata ætas, quam Græci ἀκμὴν vocant: ambitiosi Medici recentiores reformidarunt *Statum* dicere, cum Latinum verbum scitissimum sit: ac propterea quod ii, quos vocant Barbaros, usi fuerant, rejecere. Sequitur hanc Senectus: post hanc Senium, sive decrepita ætas, quam comici Capularem vocant. His nomen varium accommodatum, ex agris, aut ex oppidis sumptum. Davus, Syrus, Sosia, servi communes: Cursores, Dromo. Delitiosum nomen, Storax, Pægnium. Lorariorum, Sparax. Coqui, Anthrax, Congrio, Machærio. Lenonis, Chrysophagus, Lycus. Trapezitæ, Chrysocos. Meretricis, Thais, Lais, Glycerium, Philænis. Sunt dein Chremetes, Simones, Critones, Pamphili, Charini, & alii. Corpus aliud militi, aliud colono, cursori, umbratili, parasito. Corpus nunc intelligo non solum corpulentiam & molem, sed etiam faciem, figuram, colorem. Mores, dicta, facta plurimum pendent a nationibus & professionibus. Habitus est corporis tegumentum. Differentia in materia: panni linei, lanei, erici: a forma, Arma, Clypeus, Machæra, Causia, Toga, Chlamys. Instrumenta, Corbes, Trullæ, Penniculus, Cantharus, & ejusmodi: neque laboro, si quis clypeum & machæram inter instrumenta, an instrumenta inter habitus appendices connumerarit. Sunt præterea ab eventu, Sarcinæ, Cunæ, Cistellæ, Situlæ, Tabellæ, & ejusmodi. Duplex autem est tegumentum: aut cum ornatu: ut Spinther, Armilla, Annulus, Mitella, Stalagmus, Strophium, Capitium, Zona, Baltheus, Pinnulæ: aut simplex, quales Bardocuculli, Chlamydes, Pallia, Pilei. Quare non immerito Persona dictus est habitus is fictus, qui veram imitaretur. Non quemadmodum refert Gellius, a personando: quia cætera tectiora tantum aperta essent, unde vox exaudiretur: sed quod erat περὶ σῶμα. Primus autem, sicuti dictum est, Thespis, quasi colorem induxit quendam ore fæcibus peruncto. Puto ego pastores pellibus opertos, personas induisse. Nihilo secius herbarum folia grandiora ob faciem obtenta: unde a nobis Personata, quia a Græcis προσωπεῖον, & προσωπίς. Mæsonem Megarensem ajunt primum personam excogitasse: quare Festus videtur in aliqua Comœdia legisse, etiam aliquam personam eo nomine designatam; sic enim ait in XI: *Mæson persona coqui aut nautæ, a Mæsone Comœdo inventore.* Traditque ejusce rei authorem Aristophanem Grammaticum, idem Athenæus in *quartodecimo*. Apud Latinos excultam maxime personam ab Roscio Gallo histrione. Alii malunt Cincium & Faliscum longe illo antiquio-

A

res, personatos primos egisse Comædiam. Tragœdiam vero, Minutium & Protonium. Additi postea Galericuli tum candidi, tum nigri: item virgæ in manus, non (ut ajunt) ex Homericis Poematibus, sed a baculis pastorum: a quibus universam poesim effluxisse ostendimus. Consultum hominem gravioris habitus amictu tegebant. Servum tunicula angusta, curta, expeditior ut esset: non, uti putarunt, ob paupertatem: nam divitum quoque servi ad eundem modum adornabantur. Nuncium, aut viatorem cum penula. Nautam causia. Militem sago, aut chlamyde, eaque fere purpurea, & machæra. Populus tunicatus, pullatus. Parasito

B

pallium obvolutum. Sane parasitari & adulari, Græca res. Itaque Græcum nomen cum Latina voce nulla commutari potuit. Talem & amictum esse decuit. Sed & tunica pulla, aut nigra, aut alba a Latinis est introducta: alba sane, si ejus suasu aut technis nuptiæ tractabantur. Strigilem, & ampullam dat Plautus in *Sticho*: color ater ex Athenæo & Cicerone: Lenoni versicolorem attribuere. Adolescentibus pro eventu & statu: lætis candidam, mœstis obsoletam, diviti purpuream, pauperi puniceam: eo namque colore tinctas tunicas, servitiis Gallicis e vaccinio ait Plinius. Afro tunicam manicatam, demissam: eidem inaures. Phry-

C

gibus mitellam, vittam cum redimiculis. Tunica huic, qualis & Afro. Quibusdam Exomides datæ, quibus unica tantum erat manica. Servis interdum albæ. Exomides, vel tunicula, quam Græci ἱματίδιον, & ἐγκόμβωμα, aut ἐπίβλημα. Pictæ florenti adolescentiæ: atræ senibus: interdum puniceæ genus quoddam, quam καμπύλην vocabant a flexu. Priscis senibus candidæ, de more antiquitatis. Coqui vestis duplex & rudis: rudem dico fulloniæ operæ expertem. Eunuchi vestem non posuere, sed variam intelligas ex fabula Terentiana. Differentiam faciunt inter μαστροπὺς ϗ πορνοβόσκυς, illo nomine designari scortorum matres:

D

πορνοβόσκυς esse conciliatores. Ego Lenones hac posteriore voce dictos scio: quid enim aliud est scortum alere? Fœminas ornant vitta purpurea circum caput. Lenonibus Græcis versicolor, ut diximus, tunica & amiculum pictum desuper, non sine baculo, quem ἄρεσκον vocarunt: παράπηχυς vestis muliebris: cujus manicæ ad cubitum usque. Altera Talaris: quam dicebant σύμμετρον, cujus ima ora erat ἁλυργός: species hæc purpuræ, qua esset prætexta, non autem cæruleo colore, sicuti putarunt recentiores: μήλινον colorem sæpe commemorant in vestibus. *Festucinum* vocant Veneti viri-

E

diusculum palearem, eum vetulis dabant, & cæsium, id est, cinereum. Puellis autem habitus fere peregrinus, propterea quod tametsi erant aliquando cives: maxima tamen ex parte pro exteris introductæ sunt usque ad catastrophen: color illis byssinus, aut candidus. Meretrici luteus: auro enim, cujus maxime cupiens est, similis hic. Sacerdotibus albus: item juveni hæredi, sed additæ fimbriæ. Donatus author est, Ulyssem palliatum semper introductum, addit causam, propterea quod, inquit, Pallium sit Locrorum, & Ithacensium proprium: duo errores; commune enim fuit Græcis omnibus: quare Græcis Comœdiis nomen Palliatarum, & Ulysses alio habitu sæpe fuit: cum exercet

F

mercaturam in Scyro: cum intervenit sagittis Philoctetam: cum insaniam simulat. Armatum quoque in Ajace fuisse par est, aut saltem Chlamydatum. Regibus & diadema & sceptrum: Regum filiis diadema sine sceptro. Erat Diadema, vitta capiti obvoluta. Sceptrum, virga ære ornata. Muliebris vestis Tragica Syrma, a cauda & tractu: item Peplum: invenias etiam virorum amictum peplum apud alios, quam apud Euripidem: quam ob causam

male reprehensum a Criticis videmus. Parasitum, A sicuti dicebamus, cum strigili, aut, quod alii malunt, pectine: vel cum olei vasculo: sicut agrestes cum pera, pedo, & pellibus. Calciamenta quoque vestitus veniunt appellatione: ejus genera duo. Cothurnus in Tragœdiis, qui utrivis pedi æque accommodari poterat: crassum ajunt adeo, ut ejus accessione Heroum magnitudinem æquatam prodant. Heroas enim omnes mira fuisse proceritate apud Philostratum quoque legimus. Unum Tydeum excipiunt. Si talis fuerit cothurnus, quo modo venatricem eo calciat Virgilius, quam decet esse expeditissimam? Soccus humilis est. Italas mulieres altissimis usas vidimus: B quamvis diminutiva dicant voce *Soccolot*. Patris mei perfacetum dictum memini: *Ejusmodi uxorum dimidio tantum in lectis frui maritos, altero dimidio cum soccis deposito*. Ἐμβάδας cothurnos appellatos, soccos autem ἐμβάτας. Nauticum vestitum pinxit Plautus in *Milite* Act. IV. Sc. IV. his versibus:

> *Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam,*
> *Palliolum ferrugineum. (Nam his color thalassicus.)*
> *Idem & cum nexu in humero lævo, expapillato brachio,* C
> *Præcinctus.*

Ludiorum nomen in Pastoralibus & Græcum & pervetustum fuisse ostendimus. Quare autem dicti sint Histriones, nondum constat: non enim a gente barbara: quam equidem & domi & foris pene ad omnia exactiora munera ineptam scio. Picardos & Francos excellere præter cæteros arbitror. Athenis in Theatro saltare, aut agere fabulam peregrinis neutiquam licuit: qui contra fecisset, ei mille nummum dicta multa fuit. Si anicula divina virum eloquentia Theophrastum & agnovit & appellavit D peregrinum, qua spe ageret Thrax Athenis aut Romæ Illyricus?

Hæc personarum insignia. Agebant autem neque omnes, neque eædem una semper lege: nam in scena cum actione temperata: in diverbiis actuosæ, sine saltatione tamen: id enim erat Satyrorum, ac Mimorum. In canticis autem cum iis, qui modos faciebant. Dividebantur agendi munera pro captu & viribus. Qui plurima recitabat πρωταγωνιστής: qui proximi laboris munere fungebatur δευτεραγωνιστής. Illi primæ partes attribui dicebantur: hic vocabatur secundarius, sicuti panis secundarius: E similis denominatio, sed alia ratione illa, de qua supra. Protactica, sive protastica, cum quæpiam persona introducitur primo actu, neque amplius usquam comparet, qualis Sosia in *Andria*. nam quod ajunt a Terentio sæpe, a Plauto nunquam factum: hoc quidem verum, illa mera calumnia. Alia sunt præterea genera personarum, quasi in ima cera. Puella enim cum parit, non prodit, sed intus clamat:

> *Juno Lucina fer opem, serva me obsecro.*

Alia, quæ neque apparet, neque loquitur: qualis F Storax servulus in *Adelphis*: exiens enim Mitio non exeuntem alloquitur. Sunt & quæ apparent, sed nihil loquuntur: cujusmodi satellites in *Milite*; & bajuli in *Andria*: atque alibi. Lorarii quoque raro. In *Captivis* tamen eis attribuit orationem Plautus. In mutam personam ambigue lusit Martialis, *lib.* VI. *epigr.* VI.

> —— Κωφὸν *Paula* πρόσωπον *amat*.

CAP. X.

PERSONÆ CERTÆ.

HÆ personæ in communi appellatione, & earum officia, actiones, ornatus, quemadmodum ab Antiquis observatæ sunt. Crevit autem postea licentia: ut acceptas e variorum libidine Grammatici pro legibus statuerint: quas recitabimus non tam ut probemus, quam ne quid omissum esse videatur: neque enim conveniunt Comœdiæ, qua Comœdia est, omnes: sed ut quæque introducendas suadet res. Ac veteris quidem Comœdiæ personæ tales erant, quales ii, qui incessebantur: sicuti etiam in Tragœdiis. In nova autem & media, ad hunc pleræque modum. Senum genera multa: primum & secundum dixere πάππον. Prior, ut pro avo haberi posset, fingebatur raso capite, leni supercilio, decora barba, maxillis modicis, subtristis, colore candido, facie nitida. Talis fortasse Crito Terentianus. Alter non absimilis, verum habitudine meliore, obtutu intentiore, tristis, suppallidus, barba composita, rufus, auribus flaccidis. Tertium quare appellarint ἡγεμόνα, non declarant: eum putassem adolescentum moderatorem, nisi ridicula facie finxissent, quippe sparsa coma, naso aquilino, dextro elato supercilio, capillo in coronæ modum. Quarto, promissa barba ac densa: quam etiam menti agitatione succutiat. Capillorum habitus idem, supercilia immota, facies vieta. hunc πρεσβύτην nominarunt. Hermonium quoque cur aliam personam vocent, non scripsere: videtur fuisse Arrilator, quem postea Coctionem appellarunt, Galli *Machinonem*, quasi Machinatorem: ejus enim interventu & tractatu merces distrahuntur. Italia quibusdam locis *Sensalem*. Ejus facies ad hunc erat modum: obtutus acer, protensa supercilia, barbatus, recalvaster. Aliter ejusdem operæ, diversa facie, tonsus, cuneata barba, sic enim σφηνοπώγων. At Galenus per σφήνωσιν ubique significat partium cohæsionem atque infarctionem. In terræ angustiis coactum spiritum. Aristoteles secundo *Meteororum* designavit hoc verbo πιληθῆναι. Plutarchus id declarans, τὴν σφήνωσιν dixit. Nona notio vocis apud Euthydemum Atheniensem, in libro *de salsamentis*: Mugilum genus, quod esset τετράγωνον, σφηνίσκ vocat: quippe qui non esset passus, ut passer, sed coactus in quadratum: cujus latitudo altitudinem æquaret. Quod vero nomen fecere alii personæ, Lycomedius, a cura & astu videtur ductum: multa enim attingit, quorum satagit negotia: huic barba crispa, mentum oblongum, alterum supercilium protensum. Haud absimilem fecere hujus faciem lenoniam: diduxere tamen buccas, atque etiam distorsere, contraxere præterea supercilia: ademere capillum, ita ut aut calvus, aut recalvaster esset.

Alia ætas Adolescentum: quorum species item multæ, primo loco frugi ponendus est: qualis in *Trinummo*: sic enim interpretor παγχρηστον: corpore exercitato, colore vividiore: quippe non in umbra, sed in aperto plurimum agitat: ac rebus agendis præest. Itaque & rugas aliquot fronti addidere, quod indicium Physiognomones optimi animi statuunt: nam distenta in fronte cutis remissæ vitæ ac væcordis frequens indicium est: intenta quoque supercilia consideratum hominem designabant: quemadmodum corrugata dijudicantem: huic quoque cæsaries in orbem composita. Erat alter junior, atque atrior, demissis superciliis, corpore nihilominus exercito, & sciens literarum. Tertius crispus, capillorum cirris eleganti

A diſpoſitione, rubore diluto, elatis ſuperciliis, frontis tractus unica diſtinctus ruga. Quarta facies, adoleſcentis mollioris, omnium natu minimi: coma, qualis Frugi. Candor vitam umbratilem indicabat: quos Galenus vocat σκιατροφίας; hoc differunt a Gymnaſticis: educationis indulgentiam arguit: cujuſmodi Æſchynum in *Adelphis* potes intelligere.

Hæc ab ætatibus: nunc ab officio. Perſonis agreſtibus, iutpote inſolatis, ater color attributus, efficti in his Labeones: recte ſane: at Simi, non recte; naſutiores enim fere ſunt. Attonſa in orbem coma: ſic enim interpretor στεφάνην τριχῶν; non B pro corona (qualis ridicula eſt in monachis) ſed pro figura capillamenti. Duo præterea militum genera, utrique cæſaries, quam in inceſſu quateret, unde & ἐπίσειστοι nominati: ſic enim ſonat vox Græca potius, quam ſi dicas, Effuſam ventis comam, ut aliis placuit. Priori nigra, qui & aſperior & glorioſior; alteri flava, qui lenior. Totidem ad hæc hominum monſtra introduxere Græci: alterum κόλακα, *adulatorem*: alterum *Paraſitum*, qui caret Latina appellatione. Nos in Comœdia *Ceparum* poſuimus nomen novum Cœnaturionis: in qua Centurionem glorioſum & guloſum irridebamus. Menſarum aſſeclam legimus ad eam ſigni C ficationem in oratione *contra Saluſtium*: quæ an ſit Ciceronis dubitavi diu: utranque tamen perſonam in una invenias: ita ut Paraſitus idem ſit Colax. Artes ſane, ac pluſquam artes: non enim ſolum docent agere, ſed etiam pati: Paraſitica ſine aſſentatione profecto nulla. Gnathones quoque dicti a maxillarum officio. Atrum colorem dant, atque in Palæſtris exercitant: ſane vero; Adoleſcentum enim cœnas cum captarent, eos ſectabantur, non ſenes: quibus omnem operam præſtarent in ludo, in palæſtra, in balnea, ad venandum: quo non? offa enim, ut ille ait, monet. Itaque diſcurſo opus erat, ad portum, in arcem, ad lenam, D ad templa, in theatrum, unde colorem adipiſcerentur: cujuſmodi & Alexis ſcribit, nitidum tamen illum, tum ob lautitiam ciborum, tum ob exercitationem. Cum autem aduncum deſignant naſum, minus bene faciunt: illuſtris enim mimi eſt. Ita ſentio, ſi ἐπίγρυπος id ſignificat: nam alii incurvum malunt: duo tamen genera docet Ariſtoteles: alterum corvo, alterum aquilæ ſimilem: illum ſane ignobilem, qui ſtatim a fronte curvatur. Addunt autem συμπαθεῖς, id eſt, *affectuoſos*. Aures vero ſcitiſſime pendulas fecere: non ab ætate, aut inedia, aut morboſo corporis habitu eas E productas deducit: ſed inſolentia dominorum, quos etiam ſuos appellabant Reges: horum enim manibus ſæpe ſunt convulſi. Supercilia quoque aptiſſime intendunt: ſunt enim omnium rerum, omnium orationum, omnium momentorum admiratores. Sermo, geſtus, vultus, animus in aliorum vultu atque animo ſita ſunt. Horum genera tria animadvertimus, unum commune, pro arbitratu Comœdodidaſcalorum: alia duo diſtincta, quorum primum appellarunt εἰκονικόν, alterum autem Siculum: quem arbitror nulla re alia a cæteris dif-F ferre, quam veſtitu; nam εἰκονικός quoque erat peregrinus. Is ſine barba erat, raſus, amictu nitido. Malas quoque ei pertuſas faciebant: fuit autem nomen hoc, ut ait Polybius, apud veteres Gallos in honore, ſuos enim Poetas ſic appellaſſe ſcribit, quemadmodum συσίτος & συσίσια voces ſunt minime contumelioſæ. Priſci vero Græci eum ita vocabant, cui ſacrarum epularum eligendarum cura publice mandata erat. Quin ipſum quoque nomen ſacrum fuiſſe ait Polemo Samius, & τῷ συνθοίνῳ ſimile. Quod ſi ita eſt, eſto: quemadmodum apud Romanos collegium Epulonum. Sicut colligi poteſt ex columna quæ ſita erat in Herculis fano, quod fuit in Cynoſarge. In ea enim hæc legebantur, τὰ δ' ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων: & in Pallenidæ donariis: ἄρχοντες καὶ παράσιτοι ἀνέθεσαν. Locum item in quem ſacrarum frugum primitias componendas curabant, Paraſition appellatum. Ariſtoteles in *Methonenſium republica*, *Principibus*, inquit, *bini erant Paraſiti, ductoribus autem ſinguli*. Illud quoque annotatum eſt: eos exigere ſolitos tum certas a quibuſdam aliis portiones, tum a piſcatoribus opſonium. Primum ferunt Epicharmum tam nobile nomen ad hoc opprobrium Comicum tranſtuliſſe: quem ſecutus eſt Alexis. Homerus autem vocat εἰλαπιναστάς. Paraſitorum genera duo quam feſtive deſcribat Alexis ἐν κυβερνήτῃ, videre operæprecium arbitror: ludens enim vera dicit:

> Δύ' ἐστὶ Ναυσίνικε παρασίτων γένη.
> Ἓν μὲν τὸ κοινὸν καὶ κεκωμῳδημένον,
> Οἱ μέλανες ἡμεῖς: θάτερον ζητῶ γένος.
> Σατράπας παρασίτους, καὶ στρατηγοὺς ἐπιφανεῖς,
> Σεμνὸν, παρασίτων ἐκ μέσου καλούμενον.

Et ſubdit elegantiſſime:

> Τούτω δ' ἑκατέρου τῶν γενῶν ὁ μὲν τύπος
> Τῆς ἐργασίας εἷς ἐστὶ, κολακείας ἀγών.

Servorum autem perſonæ ſeptem: unus per canitiem referebat diuturna ſervitute ac frugalitate ſeſe adeptum libertatem: talis Terentianus Soſia. Hunc quoque πάππον appellabant, ſicut alterum item ἡγεμόνα, quemadmodum & ſenes: ejus officium arbitror fuiſſe, deducendorum ac reducendorum herilium liberorum in palæſtram, in ludum, ad ſacra: qualis fuit ille in *Phormione* Geta: Ruſos hujuſcemodi pædagogos fingebant Græci capillis in coronæ modum attonſis. Ruſum tamen ibi Poeta Davum facit, non Getam, qui erat pædagogus. Facete quoque protenſis dabant ſuperciliis, nihil enim ineptius aut fucatius pædagogo. Hujus natura ingenio ſenis ducis, de quo ſupra dictum eſt, reſpondet. Huic ſimilem faciebant, quem ἐπίσειστον cognominabant, niſi quod huic erat cæſaries juſta & plena. Tertium vocant, κάτω τρυχίαν, ſive κάτω τετρυχωμένον, quod aut nolo, aut neſcio Latine dicere, ruſo capillo, recalvaſter, elatis ſuperciliis. Quartus capillo, & cute ruſus item, ſed criſpus, qua calvitium non occupat, & ſtrabo. Addunt unum, quem μέσον vocabant, calvum item ac ruſum. Acceperunt etiam ex alicujus Poetæ fabula, quem τέττιγα nominarunt, id eſt, *cicadam*, nigrum, perverſis oculis: ejuſque in calvitio duo treſve capillorum tractus diduxere. Ad mentum barbæ ratio par. Puerum fortaſſe in Comœdiis fecere Græci adverſitorem: quemadmodum vero eum appellarint, non prodidere.

Fœminarum perſonæ ad XIV. explent ordines. Duo matronarum genera. Primam dictam ajunt λεκτικήν, ab eloquentia opinor, ne dicam ab ipſa loquacitate: nequaquam enim tales ſunt fœminæ. Coma ei circumfuſa, non diſcriminata, leniter applanata ac pexa ſupercilia, color candidus. Cui fecere alteram ſimilem, præterquam capillo, qui eſſet criſpus. Totidem puellarum ſpecies, diſcriminata coma, recta ſupercilia, nigra, candor ſubpallidus. Eam, quæ non eſſet virgo, ſed pro virgine ſeſe gereret, ψευδοκόρην appellarunt: hæc ſummo in vertice nectebat comam: qualem modum, nodumque in Leda marmorea, Atavorum noſtrorum domi meminimus pueri. Faciem mulieris ſemel nuptæ aſſingunt. Altera ſimilis, ſine nodo comata, atque diſcriminata. Duo genera meretri-

cum, ab ætate, ab ornatu. Ab ætate duæ: Anus & juvenculæ. Anus duæ inter se similes: altera natu grandior, & ad quæstum jam inepta declarabatur ex capillo canitie asperso: unde & σπαρτοπόλιος nominata: cui etiam eloquendi rationem attribuebant: alteram vocabant παλλακὴν, pleniore coma circumfusa. Juniorum quæ major erat, τέλειον iccirco ἑταιρικὸν dicta rubicundior fuit quam altera, quam ψευδοκόρην appellabant, a cujus auribus pendebant cincinni. Scortillum vero juvenculum minus comptum est: tæniola tantum astringit caput: hæ ab ætate. Ab ornatu autem tres. Prima διάχρυσος, quæ multo luceret auro. Secunda διάμιτρος, quoniam varia mitella redimiret caput. Tertia λαμπάδιον a plexis crinibus in metæ, aut faculæ, modum. Tria lenarum genera, aniculæ omnes: unam Lycænion a Lupa vocant: proceriuscula, rugæ tenues, frequentes, candida, subpallida, straba. Altera pinguis, crassis rugis, vitta crines cohibens. Tertia domestica, exuctis malis, utrinque binos dentes aperit. Ancillularum personæ duæ: maturior ætate περίκουρος dicta, tunicula candida succincta. Qui hunc locum sunt interpretati, αὔραν Auram Latinæ fecerunt, at Græcis famulam significat. Item περίκουροι virginem, quasi περὶ τὴν κούρην agentem: non reprehendo. Cæterum περικεκαρμένην *emptitiam* dixere. Hoc autem idem est, quod attonsam: ut etiam περίκουρος nomen inde fortasse. Alteri ancillulæ discriminata coma: nasus simulus, tunicula coccina succincta, ut præsto esse queat meretriculis: παράψηστος a calculis, quasi παραψήφιστον transtulere: magis placet mensa: ψηστὸς enim abacum significat: sic ad abacum, & ad cyathum stare pueros dicimus. Obstetricem vero nutricemve nullam finxerunt isti spicilegului Græculi. Illam esse decet amictu vulgari anum, vegetam, rubicundam, bibulam, tecto capite linteolo, suffarcinatam maniculis ad cubitum reductis, aut sine manicis. Nutricem pinguem, rubicundam, hilarem, loquacem, jurgiosam, ætate integra. Matronarum nutrices jam emeritas, anus esse oportet: loquacissimas, quæque vel herarum interpellent orationes: exploratrices, suspiciosas, capite & pectore, & brachiis tectis.

CAP. XI.

MIMICÆ PERSONÆ.

MIMICÆ personæ e foro, & tabernis & angiportis, facies atque habitus afferunt, Cauponis, Coqui, Productoris, Sycophantæ, Militis, Meretriculæ, Conciliatricis, Cursoris, Ebrii, Stolidi, Insani, Pictoris, Pædagogi, Surdi, Cæci, Fartoris, Circulatoris, Impostoris, Arrilatoris, & ejusmodi. Nunc Galli monachos adulteros aut claustrorum desertores tanta venere ostentant, ut merito existiment omnes eis cedere nationes. In libro *De Inventione*, materias aliquot posuimus, ut ex earum filo aliæ quoque texi possint.

CAP. XII.

TRAGICÆ PERSONÆ.

TRAGICAS autem Regum, Ducum, Militum Nunciorum haud alia forma esset par est, quam a veris sustinentur. Ponunt tamen aliquas Græci adeo longe a tragica gravitate, ut ridiculæ videantur: verum ne quid desideretur, ne has quidem omittendas duxi. Communis omnibus gravitas & proceritas. Privatim autem ab ætate, senes sex. Primus rasa barba: iccirco ξυρίας. Omnium natu maximus, canicie candida, capillos adjacentes habet summo frontis tumori, quem Græci ὄγκον vocant, figura trianguli sine basi longis maxillis. Alter candidus canicie universali cincinni circum caput: Barba impexa, atque iccirco compacta: propendulo supercilio, albido colore, brevi frontis tumore. Tertius σπαρτοπόλιος, ut supra dictum est, pallore fusco. Quartus ater color, crispa barba & coma, aspectu aspero, frontis prominentia magna. Quintus coma flava cincinnata, minore frontis tumore, colore nitido. Sextus flavior priore, sed pallore ægrotos repræsentante.

Adolescentium personæ octo. Frugi primus natu maximus, imberbis, nitido colore, subfuscus, denso capillo & nigro. Secundus flavus, fastuosus, capilli summam ad frontem astricti. Supercilia passa, facies torva. Subcrispus huic similis, sed natu minor. Quartus mollis, flavis cincinnis, candida cute, hilaris: cujusmodi facies decet alicujus dei personam. Cui similis alter junior, sed macilentior. Deinde recensent duos: unum pallidum, alterum subpallidum. Prioris formam attribuebant spectro in scenam introducto: aut ei, qui e vulnere laboraret: cutis iccirco arida, color ægroti, coma subflava. Subpallidus autem eadem, qua Frugi, forma: sed ad effingendum amantem, aut ægrotum.

Servorum personæ tres: διφθερίας primus quare dictus sit, non ponunt: pellibus accinctos in scenis egisse certum est: unde & hoc nomen. Hujus frons plana, sine tumore, vitta aut mitella pexos crines candidos arcet. Facies pallorem albo dilutum ostendit. Nasus animi præ se fert asperitatem: fubelatis superciliis: oculorum tetricus obtutus: barba ætatem grandiorem ostendit. Duo præterea, quibus Nuncios exprimebant: unus dictus, ut in Comicis, σφηνοπώγων, vegeta ætate, frontis summitate lata & tumida, ambitu depresso, flavus, asper, ruber. Alter resimus, fronte tumida, flavus: e medio vertice passi crines, imberbis, subruber.

Mulierum personæ undecim. Prima, in qua maxima dignitas & ætas grandissima, cana coma, frontis tumor modicus, subpallida: itaque παράχρωμος dicebatur. Secundum hanc: anicula libera, qua calamitosam exprimebant: cutis subrufa, subflava canicies, frons modice extans, crines passi ad claviculas usque pectoris. Post hanc famula anicula, quo loco cæteræ frontis tumorem expressum habent, ex agninis pellibus vittam gerit: cutis rugosa fuit. Altera famula μεσόκουρος, quia in medio rasa erat. Frontis summitas tumore castigato, candor subpallidus, mediocris canicies. Hac junior est ea, quam διφθερῖτιν vocant: frons tumore vacua. Duæ præterea, capillorum forma diversa. Comatam κατάκομον nominant, coma nigra, pallidam, mœsto vultu. Altera, quæ non esset coma pleniore, sed μεσόκουρος. Similis tonsura ei, quam dicunt πρόσφατον: quidam recens violatam, alii recens tonsam malunt: nonnulli juvenculam admodum intelligunt: sicuti mox πρόσωπον νεαρὸν: ab hoc significatu esset nitida, succi plena: νεαρὸν autem πρόσωπον est in primo flore, qualis Danae fuit repræsentata. Duæ adhuc: quarum utraque κούριμος virgo dicitur, caret ea frontis exporrectione, quam toties in aliis expressimus. Sed ejus loco capillum applanatum, bipertitum, modice circum attonsum, & cincinnatum, unde & nomen quidam attributum arbitrantur: namque alii κούριμον potius juvenculam interpretantur: color subpallidus. Altera eodem nomine & facie. Cæterum in capillo neque discriminatio, neque cincinnus.

Hæ personæ communes: seorsum autem pro statu cuique ac fortuna. Reges Latini cum trabea & lituo, Romani Imperatores paludati, cum purpura, & laurea, & stipatoribus, & igni, qui præferebatur. Reginæ cum palla, & croceo velo. Pallæ facies tracticia: unde & Syrmata, & συρτὸς a Græcis, & πέπλοι, & ποδήρεις: omnes demissæ, cujusmodi Iberas uti solitas scribunt. Nunc tota Asia & Europa universa. Purpureus his fuit color: albo ad cubitum distinctus lætis: infelicibus atra palla. Tametsi exules quoque aliquando prodibant albati: quibus tamen certa Poetarum lege fuscæ vestes, & atræ, & subvirides, & cæruleæ erant attributæ. Præter velum etiam Palliolum gerebant: quale etiam nunc Romaniscæ, *Sberniam* nonnulli vocant. Brevissimum est, cum fenestella, per quam brachium exerunt. Gallicis matronis undatum, atque ad talos usque demissum. Græci ἐπίβλημα dicunt. Multa vero nomina ἐπιβλημάτων, ξυστὶς, βατραχὶς, χλανὶς, χλαμὺς, διάχρυσος, χρυσόπαστος, φοινικίς. Fuit & κόλπωμα laxior amictus sinuatus, quo Reges utebantur. Hoc quoque pictum erat, sicut & alia pleraque. Militare autem indumentum puniceum, aut purpureum: quod ad manum advolvebant tum bellatores, tum venatores: ἐφαπτὶς dicebatur. Capitis ornamenta regia Diadema, & Tiara, & Galericuli. Diadema erat fascia: qualis & nunc Ægyptiis & Mauris: non, quod vulgus somniat, umbraculum. Muliebria, καλύπτρα, κεκρύφαλον. concisum vocabulum & transposita elementa: fuit enim κρυπτοκέφαλον. Faciem autem, quo tegerent, παρακαλύπτρα. Penelopes verum ad eum usum κρήδεμνον vocat Homerus. Gerebant etiam mitellas cum redimiculis. Haud multum absimilis ornatus nunc fœminis Vasatensibus. Privatus amictus ἄγρηνον. Reticulum erat intextum e lana, quo totum corpus suum obtegebat Tiresia. Monachorum cohors quædam tale quid superinduit. Philoctetes & Telephus pannosi. Primus Æschylus, non (ut putant) Euripides, in scenam tragicam ebriorum intulit spectaculum: in Cabiris enim introducit Jasonis comites ebrios: ipse fortasse haud multo minus, cum illa scriberet. Liber Pater cum thyrso, & veste crocotula: ita Plautus κροκωτόν: & cum μασχαλιστῆρι picto. Erat hoc, quod Latini Capitium in virginibus, quia pectus caperet: non capitis tegmen, ut scribunt recentiores. Eo verbo Philippides Comicus in fabula ἀδωνιαζούσαις usus est. Eodem nomine μασχαλιστὴρ, equi ornamentum aut munimentum, quod ab armis penderet. Veteres ornatus trajigi, pelles hinnulorum, leonum, caprarum, pantherarum. Gladii, lanceæ, coryti, pharetræ, sceptra, currus, clavæ, caducei, armaturæ.

Hæ personæ certæ, pro libidine Poetarum, quæ ut novi quippiam afferat, semper mutat, vertit, invertit. Attributæ sunt personæ etiam mutis rebus. Sic in *Phaethonte* loquitur Terra & Eridanus: in *Argonautis*, Navis: in *Prometheo*, Vultur & Mons: & Mare in *Ariadna*. Et nos in Græca nostra, quam *Delum* inscripseramus, insulam ipsam cum Latona colloquentem. Mors olim in *Chirone* & *Hercule*: in *Oedipo*, Erinnyes: in *Hecuba*, Rabies: in *Athamante*, Insania: in *Oreste*, Pavor: in *Io*, Oestrus. Præterea Bellona, Contumelia, Obtrectatio, Eloquentia, Tempus, Occasio, Fraus, Fides, Ignavia, Livor, Fas, Nefas, Pax, Justitia. Quorum alia propria hujus generis fabularum: alia cuivis communia. Galli in Mimis utuntur non raro: & appellant *Moralia*.

CAP. XIII.

SATYRICÆ PERSONÆ.

IN Satyra Græca veteri Satyricæ personæ, Satyrus canus, Satyrus barbatus, Satyriscus imberbis, Silenus, Pappus: & ex utroque compositus, tanquam mulus, Papposilenus fero aspectu, ac terribili. Eorum nomina, Autolycus, Burris, actus obscœni, facies ridicula. Satyricus ornatus, hinnuli pellis, quam iccirco ἰζάνλω nominabant: quia sine rugis tota assidebat corpori, atque adhærescebat. Pellis item capræ, quam propterea αἰγῆν & τραγῆν appellabant. Comtiores pantheram induebant. Apud Verrium Flaccum scriptum fuit, Veteres πέσκη pelles appellasse. Lucilii versum in libris *Originum* recitavimus, in quo Pescia significat tergus pecuinum, quo pro amiculo usi essent. Eam vocem posuimus in *Satyris* nostris: idem enim est, quod αἰγῆ: pecus enim nostrum inde, & pasco, unde & Græcis πόκος, *lana*. Quin aliquibus Italiæ locis, *pocam*, vocant lanæ certæ pondus. Satyri, quia putabantur cum contis & thyrsis in Liberi Patris exercitu prælia iisse, ejus generis venabula gerebant. Iccirco θυραῖα Διονυσιακὰ dicta sunt a Græcis. Eos quidem eadem de causa militari sago tectos introduxere: alii tunicula punicea. Sileno crassa tunica fœno contexta, & ἀμφίμαλλοι χιτῶνες utrinque villosæ.

CAP. XIV.

SALTATIO.

CUM choro erant in Orchestra & Thymelici, id est, cantores: quique modos faciebant, & saltationes. Inter quæ Saltatio primum historiæ locum debuit obtinere. Est enim vetustior sermone motus. Præterea ab his tantum Orchestra nomen invenit: otiosi cantus, mollis, inertis. Saltatio vegeti, acris, exercitati: maximo quoque in honore fuit, propterea quod etiam ad militarem exercitationem plurimum facere videretur. Quapropter, quemadmodum supra diximus, Phrynicum, quod in fabula Pyrrhicham apte saltasset, Imperatorem sibi delegere. Athenienses. ὄρχησιν Græci dixere *Saltationem*, παρὰ τὴν ὁρμὴν, καὶ τὸ ἔχειν, detracta aspiratione, aut ἀπὸ τοῦ ὀρούειν. Est autem motus compositus, numerosus, cum gestu effingens rem, aut personam vel quam canit, vel quam tacet. Ita habes definitionem cum divisione & vocalis, & tacitæ saltationis. Latini non habuere propriam vocem, sed communem hujus legibus astrinxere. Nam salire est moveri in sublime, vel tanquam medium, vel tanquam metam: ejus frequentativum salitare: unde concisum saltare. Græca origo verbi ἅλλεσθαι. Eum motum rudem inter pastores primum fuisse credere par est: quem dum certis legibus & variassent & composuissent, ὄρχησιν privato nomine vocavere. Latini rudem illum veterem, Saltum, Saltationem cum appellassent: non habuere verbum separatum, sicut Græci, ὀρχεῖσθαι: ab eo quod fuerat ἅλλεσθαι. Quare apud Sallustium audiens, Psallere & saltare quam necesse est probæ mulieri: nequeas tam distincte intelligere, atque si Græce dicas ὀρχεῖσθαι. Saltationis meminere Plato, Homerus, Xenophon, Strabo, Herodotus, Plutarchus, Galenus, alii innumeri. Quidam vero etiam ejus genera descripsere: Lucianus, Pylades, Pollux, Athenæus.

Prima atque antiquissima videtur in pedibus fuisse. Namque agrestes prisci multum erant in

venationibus. Itaque amabant pedum exercitia. Et ſane ingreſſus communior motus, quam manuum eſt. Quippe manus uni homini data eſt a natura, pedes etiam aliis: quanquam manuum uſus nobis, quam pedum, prior: quia facilior. Neque enim pedes ad motum tantum, ſed etiam ad onus: manus autem non ita: & geſtantur a pedibus: ipſæ nihil geſtant corporis. Proxima fuit manuum motio, quam χειρονομίαν appellabant. Habes hanc vocem etiam apud Juvenalem. Poſtea pro vitæ genere ac modo, acceſſiones multæ, Calathi, Abaci, Rotæ, Gladii, Haſtæ, Thyrſi, Pilæ, atque ejuſmodi. Nam & apud Homerum duo genera ſunt obſervata, κυβιστητέρων, quod erat ſimplex: alterum διὰ σφαίρας, quod erat cum pila. Cujus inventum Nauſicaæ Alcinoi filiæ attribuit Agallis Corcyrenſis fœmina, quæ etiam Grammaticam olim docuit, hoc ſuæ genti gratificata. At Dicæarchus Sicyoniis. Hippaſus Lacedæmonios primos authores fuiſſe autumat. Ac de ſimplici quidem primum ita ut motus deſcribamus communes prius: poſterius, certa in genera partiamur. Motum in animali Ariſtoteles confieri ὤσεως, & ἕλξεως, divinitus, ut omnia, docuit nos: neque enim jejuna nobis, Grammaticorum more, hiſtoria texenda eſt: ſed doctis apponenda quædam, quaſi ἐμβάμματα. Impulſu igitur, & tractu movemur. Hæ ſunt ſummæ differentiæ: minores autem, flexus, procurſus, ſaltus, conquiniſcentia, divaricatio, claudicatio, ingeniculatio, manuum connixio, conſertio, compectinatio, agitatio, commutatio, comploſio, elatio, jactatio, pedum permutatio, alternatio, ſupploſio, atque alia talia, quorum non pauca nomine carere arbitror: quis enim dicat, compernatio? atqui decuit, ſicuti divaricatio. Aliquot meminit Galenus in ſecundo *de conſervanda ſanitate*, ὀρχηστῶν· αἱ σύντονοι κινήσεις, ἐν αἷς ἅλλονται μέγιστα, ᾗ περιδινοῦνται στρεφόμενοι τάχιστα, καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ προσύρουσι, καὶ διαχίζουσιν ἐπιπλεῖστον τὰ σκέλη: appellabant hoſce modos corporis, σχηματισμοὺς: in quibus non ſoli motus, ſed & quietes numerabantur, ſtantis, dormientis, cogitantis, ſedentis, feſſi, ignavi, metuentis, admirantis: etiam a partibus quibuſdam corporis. Nutus, nictus, oſcitatio, riſus, fletus, digitorum concrepatio, quæ omnia apud Græcos & Mauros etiam nunc vidimus: itemque eorum ſoboles Hiſpanos. Vaſcones crurum tantum jactationem retinuerunt: cum tintinnabulis & crepitu digitorum. Italia ſaltum, procurſum, recurſum, & verſationem. Primum ajunt ab Æſchylo σχηματισμοὺς in choros Tragicos translatos: veteribuſque modis novos additos a Teleſte illius ſaltatore, Chamæleon autor eſt. Alios ab aliis: nominaque indita e re ipſa: ξιφισμὸς cum enſe, καλαθισμὸς cum caniſtro. Quæ figura fuerit, quam καλλαβίδας vocant, non poſuere: ita ſunt puri ac miſeri recitatores nudique: quorum princeps Pollux. Neque ſane multum laboro: haud enim magni refert: σκώψ fuit facies ſpeculatoris in digitos erecti ſummam manum ad umbellæ uſum ſuperciliis admoventis: ejus meminit Æſchylus in *Theoris*. Fuit & θερμαϋστρίς: quaſi vellet vociferari ore aperto, elatis ſuperciliis, cervicibus inflatis. Et θαυμαστὶς, admirantis, contracto ore, & cervice inflexa, paſſis manibus. Et μηδοποδισμὸς pedum motus Medorum inſtituto. Et χεὶρ καταπρηνὴς χειρὶ, cum manui ſubſternebatur manus. Et ξύλου παράληψις, cum tollere quippiam volebant. Et στρόβιλος, cum in modum turbinis verſarentur, quod etiam nunc faciunt. Et ἐπαγκωνισμὸς, quaſi dicas, *incubitatio*: cogitabundi fuit. Et ἐγγόνασις *ingeniculatio*. Firmicus Ingeniculum ἐγγόνασιν ſignum vocavit. Sic in hiſtoriis monſtri, non Imperatoris, quem nolo nominare honoris cauſa. Et τραχηλισμὸς, *Cervicatio*, Cervicis jactatio. Ita & ſimplex, & compoſitæ aliquot dictæ ſunt.

Genera vero ſic veſtiganda. Aſſam vocem Veteres dixiſſe cantum ſine tibia, aut cithara, aut lyra, Varro author eſt. Ita ſaltatio quædam ſine cantu fuit, atque vetuſtiſſima. Deinde cantus additus, quem poſtea χορείαν appellarunt: τὴν μετ᾽ ᾠδῆς ὄρχησιν. Ita Chorus apud Ariſtophanem agebat, cum canebat, καὶ βούλομαι χορεῦσαι: ſaltabat enim tunc, τὸν κύκλωπα μιμούμενος. Poſtremo adjuncta inſtrumenta. Saltationis autem differentiæ ſummæ duæ, ſtataria & motoria, pro argumentis Fabularum: non quod non utraque moveatur, ſed quod hæc magis. A quibus ſpecies illæ deductæ. Contentæ, remiſſæ, ſeriæ, molles, ridiculæ. Alia vero nomina vel ab regionibus, ἰωνικόν: vel ab inventoribus, πυῤῥίχη: vel a modo motionis, μηδοποδισμός: vel ab imitatione, γέρανος: vel ab inſtrumentis, πινακίδες: ab habitu, ἐνόπλιον: γυμνική, cum Thyrſo, Calatho, Haſta, Aratro, Abaco, Olla. Summa autem genera ab uſu & loco, duo: vulgaris quæ conjugiis ac ſacrificiis adhibebatur, & Theatralis: Hujus ſpecies tres pro modo, numero, genere Fabularum. Una in Tragœdia, quam vocarunt ἐμμέλειαν: gravis ea & compoſita, quemadmodum vox ipſa quoque declarat. Altera in Comœdia, ſolutiore licentia, κόρδαξ dicta. Tertia laſciva, inconſtans; in Satyris appellata σικίννις, cujus etiam meminit Euripides. Emmelia igitur gravis & modulata, oratorum geſtu propior. Unde Agamemnonem agens Hylas, cum ſeſe feciſſet grandiorem, correptus eſt a Pylade præceptore: ἀλλὰ σὺ μὲν, inquit, μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς. Tum ipſe expreſſit meditantem. Hujus ſimile, quod de Capheſia tibicine memoriæ proditum eſt. Is enim diſcipulum cæcidit, qui contentus inflaſſet tibias: addiditque elogium ſane divinum, οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Tragicæ autem ſaltationis figuras nominibus fere Veteres prodidere. Quarum multas præter nomen eos equidem ſuſpicor ignoraſſe. Ea vero ſunt σίμη, χειροκαλαθίσκος, χεὶρ καταπρηνής, tametſi ſupra ſcriptum erat, χεὶρ χειρὶ καταπρηνής, ξύλου παράληψις, διπλῆ, θερμαϋστρίς, κιβυστησις, παραβῆναι τέτταρα, ἑκατερίδες. Ex quibus hanc & θερμαϋστρὶν magnum ac laborioſum motum in manibus præ ſe tuliſſe ſcribunt. Quippe θερμαϋστρὶς alia ab ſuperiore, inter furioſas recenſebatur: ſimul cum duabus aliis Cernophoro, & Monga: in illa τὰ κέρνα ferebant, quæ interpretantur ἐσχαρίδας, hoc eſt, *foculos*: quia κέρνος erat poculi quoque genus. Cordax Comica, ſicuti dicebamus laſciva: unde κορδακίζειν de licentioſa ſaltatione. Species ejus, ἡδύκωμος & ἡδίων, jucundæ ambæ, unde & nomina, ὑπορχηματική, quæ erant Cretenſium propria, plena luſus. Ex Cordace Bathyllus Alexandreus confecit ſaltationem, quam Italicam nominavit: non enim fruſtra Juvenalis poſuit nomen hoc illo verſu.

Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo.

Quidam etiam Emmeliam hujus inventum arbitrantur. Sicinnis autem dicta, ut aliqui voluere, a Sicinnio quodam Barbaro: alii Cretenſem non barbarum, prodidere: ea erat maxime motoria, geſticulatione creberrima & celerrima, potiſſimum Satyrorum: quare Scamon dictam putabat παρὰ τὸ σείεσθαι: adde tu καὶ κινεῖσθαι. Icciro Satyros ſaltantes dixit divinus poeta.

Saltan-

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.

Apud Gellium in Latinis monumentis, Sicinniſtarum nomen legis eorum, qui ad tumulos modos facerent, Galenus τυμβαύλης vocat.

Theatrales hæ extra Theatrum haud abſimiles multæ: Belli ſimulacra, Pax, Luctus, Nuptiæ, Vindemiæ, Meſſes. Acres & fortes, atque contentæ multæ: aliæ molles, uti dicebamus. Armatas ἐνοπλίυς dicebant. Variatus habitus pro more nationum. Pilum, Phalanx, Geſa, Sariſſa, Acinaces, Pelta, Parma, Scutum, &c. Armata fuit illa, quam vocabant Pyrrhicham: non a Pyrrho Achillis filio: tametſi ab eo ſaltatam ajunt victo Eurypylo filio Telephi: quippe ejus pater Achilles ante ipſum dicitur ab Ariſtotele ad Patrocli rogum eam ſaltaſſe. Itaque πυρρικὴν παρὰ τὴν πυρὰν: a Cypriis autem πρύλιν. Alii faciunt ejus authores Caſtorem & Pollucem: quibus ſaltantibus Pallada feciſſe modos ſcripſit Epicharmus. Atque inde a Lacedæmoniis ad bellum cum tibia exire cœptum. Nonnulli originem quidem agnoſcunt in eodem loco, ſed inventum ajunt Pyrrhichi Spartani fuiſſe: cujus ſententiæ dicunt Ariſtoxenum extitiſſe: eamque ſaltationem apud cæteras olim nationes una cum reliquis belli artibus deſitam, ſolis Lacedæmoniis perpetuatam fuiſſe. Adeo nanque laborioſa erat, ut ſpem gloriæ labor extingueret. Iccirco poſteri aliis rationibus mitiorem fecere: quippe pro lanceis thyrſos, pro jaculis ferulas, atque etiam lampadas gerebant: quamobrem Dionyſiacam quoque appellarunt, in qua Liberi Patris apud Indos geſta ſaltabant. Accinebant ſimul & pulcherrima carmina: necnon ex tibiis ὄρθιον νόμον. In priſca illa ſevera atque aſpera etiam puelli Lacones ſeſe exercebant, tecti perfecta, integraque armatura, quam propterea πανοπλίαν alii, ipſi παντόχίαν nominabant. Hanc nos & ſæpe & diu coram Divo Maximiliano juſſu Bonifacii patrui, non ſine ſtupore totius Germaniæ repræſentavimus. Quo tempore aliquando vox illa Imperatoris, *Hic puer aut thoracem pro pelle, aut pro cunis habuit*. Hujus ſimilem aliam ab inventore Teleſiadem dictam, memoriæ prodidere. Κῶμος vero, ut in Comœdiis jocoſa, atque hilaris; ita extra Theatrum cum pugna & ictibus: ξιφισμὸς cum gladio. Talis eſt noſtra Sciamachia. Et ποδισμὸς a pedum motu: τετράκωμος militaris, Herculi ſacra. Sicuti Phallica Baccho: atque Ithymbi. Sic & Baryllica ab inventore in Apollinis honorem ac Dianæ a viris ſaltabatur & mulieribus ſimul miſtis. Καλλίνικος quoque Herculi ſacra fuit, hoc enim Herculis cognomen ex Pindaro & Euripide. Tetracomen autem Athenienſibus peculiarem putant, ab eorum vicis, qui per initia quatuor numero juncti ſunt. Eorum nomina, Piræenſes, Phalerenſes, Xypeteones, Thymœtadæ. Thraces quoque & Cares armati ſaltabant: eumque modum καλαυρισμὸν nominabant. Apud Lacones vero etiam ἐμβατήρια μέλη erant ἐνόπλια: quemadmodum priſci Lacedæmonii Tyrtæi carmina concinuerant. Primos Curetas ἐνόπλιον ſaltaſſe autumant, ut eo ſtrepitu Jovis obtegerent vagitum: Curetes autem iidem, qui & Corybantes. Eos Heſiodus non Cretenſes, ſed Phrygas agnoſcit, neque abeſt ab ea ſententia Callimachus. Alii Bactrianos affirmant, atque in Idam Phrygiæ ejus officii ergo accitos. Nonnulli e Colcho evocatos. Armatæ ſimilis ὄκλασμα Perſarum propria cum magna contentione. Iccirco a motionis crebritate & flexu corporis ὑγρὰν vocabant. Talis etiam μόθων, admodum laborioſa & nautica. Ejuſdemmodi Laconicæ pleræque acres, aut terribiles. Inter quas, quæ dicebatur Leo, aſpectu & impetu fero. Erat & διποδία, in qua junctis pedibus, labore plurimo, & conatu Picas imitabantur. Præter cæteras immanis erat illa quam κόσμυ ἐκπύρωσιν appellabant. Nero potuit ῥώμης ἐκπύρωσιν ſaltare: dignus cujus ἐκπύρωσιν ſaltaret mundus. Hujus item generis & illa, quam Theſeum inſtituiſſe ajunt devicto Minotauro, ad Labyrinthi imitationem. Ac de Labyrintho quidem nulla fabula: extant enim etiam nunc in Creta, & viſitur. Eam Saltationem Theſeus cum ſociis redux in patria luſit circum aram Deliam. Plures erant ſimul, verum certis ordinibus: utrinque a capitibus lecti duces verſus certos inter ſe ſubeuntes implicabant. Qualem ludum Troiam divinus deſcripſit Poeta, non ſine ſumma eruditione appoſita Labyrinthi comparatione. Alluſit etiam ad hanc Theſei ſaltationem, fatali illo pudore, ſine fuco atque oſtentatione. Pueri olim vidimus hanc ſaltari cum Thyrſis fornicatis non ſine arte atque venuſtate. Eam Theſeus γέρανον appellavit, tum ob aciem, tum propter commutationem certis legibus ſervatam. Neque enim ſatis ſapiunt, qui ſtoliditatem Gruibus attribuunt proverbio communi. Eſt ſane animal hilaritate civili, prudentia atque animo militari. Nam & ſervat caſtra, & cavet pericula, & diſponit aciem, & pugnat. Sine armis vero etiam aliquot e gravibus. Quin ipſam quoque ἐμμέλειαν exarmarunt: retinebat tamen prælii ſimulacrum. Nam tametſi nudi puelli, unde γυμνοπαιδικὴ dicta fuit, ſeſe numeroſis motibus inferebant: tamen corporis flexionibus, brachiorumque jactationibus Palæſtræ facies erat. Ejuſdem rationis duæ quoque in Liberi Patris honorem, ἰθυφαλλικὸς & βακχικός. Emmelia igitur caput quaſi quoddam ac matrix. Proxima ei γυμνοπαιδική: per quam ait Ariſtoxenus, contra quam ſupra ſcriptum eſt, Veteres ſibi gradum ad Pyrricham feciſſe: utriuſque autem comes ἀναπάλη. Emmeliæ ſimilis, quam Arcades Cidarin nominabant: ſimilis & apud Sicyonios ἀλητήρ. Quo nomine unam exercebant Ithacenſes: quam non ſine Ulyſſis fortuna, atque ærumnis conſtituiſſe arbitror: ἀλητὴρ enim mendicum ſignificat, & erronem ex Homeri verſibus, Hippocratis uſu, atque Galeni interpretatione.

Diverſa hiſce genera levium, & mollium, & muliebrium, & fractarum, & ridicularum, & fœdarum. Muliebris erat ἐκλάκτισμα. In ea oportebat calce humerum ſuperare: unde & nomen. Ego ὑπεκλάκτισμα dixiſſem. Huic ſimilis apud Laconas βίβασις: in qua cum pueris, tum virginibus præmia proponebantur. Saltu opus erat, ſed eo, ut attingerent calce nates. Saltuum numerus recenſebatur. Quare inſcriptum ajunt in quadam ſaltatione, χίλια πόκα βίβαντες. Mollium una βαυκισμὸς, ab authore: mollis valde, & corporis inclinationibus multis varia. Hanc quoque κῶμον nominarunt. Non fuiſſe has fœdas argumento eſt, quod τὸ Ἰωνικὸν Dianæ virgini ſaltabant Siculi. Et Syracuſani privatim Dianæ χιτωνίῃ propriam ad tibiam, item καρυάτιδας, de quibus in Bucolicis. Anthema quoque molliuſcula, a floribus dicta, quos hiſce numeris accinebant: πῦ μοι τὰ ῥόδα, πῦ μοι τὰ ἴα, πῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα. Ridiculæ autem Mimis, & Satyris peculiares: quarum nomina Igdis, Mactriſmus. In hac cum alveolo prodibant, & libis, ac polentis: interdum etiam farinam effundebant, & dicebatur ἀλφίτων ἔκχυσις. Sic in alia cum Abaco, in quo carnes concidebant, κρεῶν ἀποκοπή. Mactriſmi autem duæ habebantur, nova, & vetus: veterem ἀπόκινον vocabant: ejus meminerat Cratinus. Hanc multas fœminas exercuiſſe, quas Martypias cognominarunt. Erat etiam Sobas ab impetu dicta: hoc enim σοβεῖν.

Item *μορφασμὸς* cum plurimis subinde figuris Protei mutationes referebat: quamobrem *στοιχεῖα* vocarunt: tanta sane solertia, ut etiam componerent dictiones. Morphasmi species fuit, *σκώψ*; alia ab ea, quam supra describebamus: quæ etiam *σκωπίας* dicta est. At hic avis est *σκώψ*: quem asionem Latini: ridicula & mirabunda circumactu capitis, & colli flexu. Imitabantur autem in hac etiam ætates: itaque senes exprimebant cum scipionibus: ii tum saltatores *ὑπογύπωνες* nominabantur. Siquidem *γύπωνες* significarunt ligna teretia: quo nomine dicebantur ii, qui in grallatoriis phallis saltabant amicti pellucida Tarentina veste. Similis *σκωπὶ* est *γλαὺξ*, quemadmodum asioni noctua. Leonem quoque inter has connumerant. Cæterum aliam esse oportet hanc ab ea, quam inter graves recensebant: sicut & Pyrrhicham inter ridiculas impudenter nimis transtulerunt.

Ex fœdis erat *ῥίκνωμα*: nam *ῥικνοῦσθαι* est lumbis & femoribus fluctuare: *Crissare* Latini dicunt. Apud Hispanos adhuc exercetur abominando spectaculo. Ejusdem modi Bactriasmus a regione: & *ἀπόκινος* a motu: quod nomen, ut dicebamus, erat etiam veteris Mactrismi: *ἀπόσεισις* a quassatione ac vibratione, *στρόβιλος* a versatione. Nihilo pudicius *κνισμός*: par aut major impudicitia in ea, quam *λαμπρότερα* vocabant: nudi enim cum fœdo ac spurco cantu prodibant. Talia Fescennina tripudia apud Romanos: & Lupercalia proxima fœditate.

Locorum autem vel temporum ratione aliæ atque aliæ extitere. Loca appello ut ad nuptias in Hymenæis, ad cyathum in Tricliniis: quæ erat species Ionicarum, & *παροίνιον* dicebatur: cujus modus quidam fuit illa, quam nominabant Angelicam. Erat ea extra triclinia, quæ nuncium agebant, prospectantes primum, tum autem suspenso gradu circumspectantes. In funeribus autem Gingria, quem edebant ad cognominem tibiam, de qua suo loco. Ad tibias namque saltasse supra diximus aliquot: Sicut & *πινακίδας* & aliam nomine *κελευστὸν*, & *πυρκαστέαν*: quæ componebantur numeris dithyrambicis. Tempora vero alias alia exigebant: in messe, vindemiis, ad focos noctes hybernas cum excubarent: item festis diebus, ut non unam cantionem, ita diversas agitabant saltationes, quas arbitratu suo nominabant.

A regionibus non paucæ. Italicam supra memoravimus, & Tetracomon Atheniensium, & Embateriam Laconum. Legimus præterea Persicas, Lydias, Ponticas, Thracias, Bactrias, Molossicas, Thessalicas, Arcadicas. Quarum quæ in manibus plurimum exercerent motum, ab Aristoxeno musico cæteris antelatæ. Laconicæ, Trœzeniæ, Ionicæ, Cretenses, Mantiniacæ, Epizephyriæ. Memphis autem, cujus (si diis placet) etiam Socratem studiosum fuisse autumant, an fuerit a cognomine urbe dicta, non scribunt: erant Cretensium *ὑπορχήματα*, & *αἱ κυβιστήσεις* propriæ: *ὑπορχηματικὴ* multum conveniebat Choris concinentibus. Numerant duo præterea Cretensium genera, Orsiten & Epicredion. Laconicarum meminit etiam Pindarus, in qua erant hæc verba: *Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα*. Virginum enim fuit ea primum, postea viri quoque additi. Canebant in ea Liberum Patrem, & Venerem, & Pæanas: verum frugalissimis modis, qui ex eo *παρθένιοι* appellati sunt. Distinguebantur in duos, *προσῳδικοὺς*, *καὶ ἀποστολικούς*. Thessalæ autem mulieres nudæ saltabant, verenda modo tectæ, quæ subligacula *διαζώσφας* nominabant. Quo miror apud Euripidem Peleus qua ratione potuerit Lacænarum virginum nudationes objicere. Mira dexteritas Arcadum: quippe inermes prodibant ita salientes, ut mox in numerum sumptis armis perficerent saltationem. Macedones armati eam, quam supra diximus, Telesiaden, a cognomine inventore. Tota hæc fuit militaris: eam Ptolemæi milites saltantes Alexandrum Philippi fratrem interfecere: quemadmodum memoriæ proditum est a Marsya. Omnium corruptissima Gaditana, ut hinc etiam intelligas epigramma Valerii Martialis. Ejus modos produnt tres; Chironomiam a manuum agitatione: Halma a saltu: Lactisma a calcitratione. Nunc quoque Hispani calce occiput aliasque contingunt partes: item vestigio terram feriunt: id quod appellant *Calceationem*: manus complodunt: earum alterutra aut utraque in soni numerum pectus, femora, frontem, calcem, os, terram pulsant: digitorum crepitu, tibiarum, aut tympanorum momenta assequuntur. Xenophon in Convivio Seuthæ Thracis multa hujuscemodi genera explicat. *Thraces*, inquit, *ad tibiam saltabant armati: & in sublime facili ac levi saltu corpora subjiciebant, ac gladiis ita utebantur, ut alterum alter iceret. Nemo erat, quin verum putaret vulnus, adeo composite is, qui percussus fuerat, cecidit. Tum clamor ab omnibus sublatus est. Ille igitur lectis spoliis egressus est canens Sitalcam. Is est illis cantus, qui Græcis παιάν. Jacentem comites defuncti modo extulerunt. Post hos*, inquit, *Æneianes, & Magnetes eam saltarunt armati saltationem, quam καρπαίαν vocant. Argumentum tale: Quidam positis armis arat, & serit, crebro respectans metuentis modo. Supervenit latro, quo viso raptim resumptis armis pugnat pro bobus: idque in numerum & ad tibiam. Latro aratore victo vinctoque boves abigit. Interdum latronem arator vincit. Persicum autem saltationis genus, cum increpuissent peltis, conquiescebant per vices, perque vices surgebant, æque vero numerose.*

Quinetiam præter hæc tot tamque varia, ad pilam saltabant: quemadmodum Corcyræi: unum pilæ genus Harpastum, ludum ipsum Phæninda dixere maxime laboriosum: eam Antiphanes sic descripsit:

> ———— *σφαῖραν λαβὼν*
> *Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφευγ' ἅμα:*
> *Τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν*
> *Κλαγκταῖσι φωναῖς.*

Φαίνινδα dixere ab inventore Phænestio, ut scribit Juba: itaque idem Antiphanes sic:

> *Φαίνινδα παίζων ἦες Φαινεστίῳ*

Non enim ludebant incondite, ut nunc; sed numerose ac compositis intervallis: quemadmodum scripsit Demoxenus de quodam adolescente:

> *Τό, τ' ἦθος, ἥτε πρᾶξις ὡς ἀπὸ θεῶν, ὅτῃ*
> *Ἐν τῷ λέγειν τι, ἢ πράττειν ἐφαίνετο.*

Non enim deducunt Grammatici *παρὰ τὸ φαίνομαι* verbum, sed ab ea elegantia, & efficacia illius saltationis. Aristonicus Carystius lusit optime Sphæricam, id est, pilarem saltationem: fuit enim Alexandri Magni *συσφαιριστὴρ*, id est, *a pila*, qua sese Rex iste exercebat.

Hæc sunt origines, genera, modi saltationum. Non vulgare studium, non obscœnum: quippe quod a sua dignitate neutiquam alienum Heroes arbitrati sunt: sane saltarunt, ut diximus, & Theseus, & Achilles, & Pyrrhus, & Socrates ipse. Quinetiam Duris Samius in septimo *historiarum* scriptum reliquit: Persarum regem semel in an-

no saltare consuevisse, idque temulentum: quo die sacra deo suo, quem Mithram vocabant faceret. Recte sane & saltatio & ebrietas conveniebat Regi illi, eo potissimum die. Vascones enim nostri *Mitrum* asinum appellant. Ea die tota præterea Asia nulli omnium idem facere fas erat.

CAP. XV.

MODI ET TIBIÆ.

SEQUITUR, ut Thymelicam aggrediamur, cujus est forma & materia: quasi namque materia tibia est. Nam tametsi & nomen & naturam obtinet instrumenti: tamen cum gerit modos ipsos atque sustinet, pro materia capi potest: nam vero materia aer est. De tibia igitur postea, de modis nunc. Duæ fuere Græciæ primariæ nationes. Græcum nomen adeo priscum est, ut etiam Græcis ipsis jam desitum sit. Apud Aristotelem & Lycophronem & Athenæum, atque alios, extat. Recentior vox Ἕλλω ab Hellene: cujus fuere liberi duo Ἴων, & Δῶρος. Accepto hi a patre imperio, suam uterque partem ac nationem ab sese denominavit. Æolenses inde Doriensium coloni, quemadmodum diximus in rebus Græcis: Ionum autem Attici. Cæterum Athenienses Ionum appellationem abjecere: sive ob rerum gestarum gloriam, sive quod Iones, qui in Asiam migrarant, atque ibi Panionium instituerant, in barbaros mores abiissent. At Æolenses in Siciliam atque Italiam delati, ita sunt a Doriensibus segregati, ut nihil de veterum morum gravitate remitterent. Integerrimi Doriensium Lacones, Æolensium Thessali: namque a Doriensibus, Æoli auspiciis & ducti & dicti sunt: inde ut ingeniorum & morum, ita vestium, & festivitatum, & exercitiorum, & artium non unus modus. Quare per initia tibiarum ac modorum duplex ratio: Dorica & Ionica. Dorica vetus, magnifica, sublimis, gravis, contenta: nihil habuit fusum, nihil solutum, hilare, nihil molle: sed plenum, vehemens, paucis modicisque flexibus, bellicis conveniens numeris & motibus. Pannonum, & Getarum, Scytharumque nostris etiam temporibus talem audivimus in Dalmatia ac Transsylvania & Mysia superiore. Exultationem addiderunt Æoles, tumidamque fecerunt atque audacem: quanquam veterem simplicitatem retinuere neque fregere, sicut Iones. Talis est Germanorum, & bello apta, nec inepta conviviis neque ab amoribus aliena. Itaque Lasus poeta vocavit eam ἀμαβαρύβρομον: utriusque affinis, & quasi media efficta ab ambitiosis, dictaque iccirco ὑποδώριος: quam falso quidam cum Æolica eandem existimarunt. Iones autem suis moribus similem effecere, mollem fluxamque numerorum creberrimis conciliunculis. Iones intelligo posteriores; qui mollissime, atque, ut jocemur, nepotissime vixerunt. Nam veteris Ioniæ mores haurias ex illis verbis, τῶν σωμάτων ὀξείαις βρενθυόμενοι, θυμοῦ πλήρεις, δυσκατάλλακτοι, φιλόνεικοι, οὐδὲν φιλάνθρωπον, οὐδὲν ἱλαρὸν ἐνδιδόντες, ἀστοργίαν ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ σκληρότητα ἐμφανίζοντες. Ajunt Pithermum Ionicæ in genere harmoniæ invenisse σκαιὰ μέλη: ut & hinc vestiges sinistrarum tibiarum appellationem, quarum Ionica sit harmonia: quia Ionicus inventor. Quartum genus extra Græciam, Phrygum, cujus meminit in *Bacchis* Euripides. Et sane hi, quum dicantur tibiarum authores primi, rem ipsam quoque instituisse videntur. Ajunt tamen Σειρίτην e Libya tibiis canendi primum authorem extitisse. Quare frustra simul ac temere Græca garrulitas, atque superbia eam laudem sibi arrogat: quippe Heraclides, tametsi ille Ponticus, haud Græcus fuit, in tertio *de Musica* negavit harmoniam ullam vel Phrygiam, vel Lydiam debere appellari, cum tamen etiam ὑπερφρύγιοι, etiam μιξολύδιον, & ὑπερμιξολύδιον inveniamus. Mixolydion Tragœdiæ profitentur aptiorem: affectus enim plurimum movere solitam. Dorica gravitas & incitatio simul in ea erat, quam admiscuisse primam Sappho, Aristoxenus author est: alii Pithoclidem malunt. Damon Atheniensis ejus offensus gravitate, flexit adeo, ut illi contrariam fecerit: quam iccirco Lydiam remissam dici voluit. Tanto vero attentius historia ipsa consideranda est: cum Dores ipsi Lydorum fuerint coloni. E Phrygia namque Pelopis socii in eam, quæ postea Peloponnesus appellata est, transtulere. E Sipylo enim Lydiæ Lydi Phrygem Pelopem sunt sequuti. Itaque tum alibi in Peloponneso, tum Lacedæmonio in agro extabant sepulchra sociorum Pelopis, quos magnos tumulos nominabant. Lydum vero fuisse Pelopem etiam Pindarus docuit; tametsi Paphlagonem putavit Istrus. Autesion autem etiam nugatur, cum scribere ausus est, eum Olenium fuisse: Olenus enim Achajæ oppidum. Ajunt Lydios modos a Cario Lydo inventos, qui Jovis habitus est filius & Torebiæ. Quare Torebum quoque legas horum modorum authorem: quanquam alii ad Antippum referunt. Carium igitur illum, sive Torebum, nactum puellas quasdam prope paludem, quam de matris nomine dixit postea, ab illis cantionum modos didicisse, quos & coleret & doceret. Quinta igitur hæc erit harmonia, haud multum a Phrygia distans: minus enim incitata. Nam in Phrygiis excitabatur impetus ad insaniam usque. Quod etiam Philosophus docet in octavo *Politicorum*: Τὴν μιξολυδιστὶ afficere ὀδυρτικωτέρως, καὶ συνεστηκότως μᾶλλον: τὴν δὲ δωριστὶ μέσως μᾶλλον καὶ συνεστηκότως· ἡ δὲ φρυγιστὶ ἐνθουσιασμοὺς. In quinto *sententiarum* Hippocratis & Platonis scripsit Galenus verba Possidonii Philosophi: *Damon*, inquit, *Milesius cum ad tibicinam accessisset, quæ Phrygiis modis adolescentes quosdam temulentos ad furorem usque incenderat: jussit ad Doricas leges tonum demittere: quo illi demulsi quievere.* Extant Telestæ Selinuntii versus super harmonia Phrygia lepidissimi, quos iccirco adscripsi:

Πρῶτοι παρὰ κρητῆρας Ἑλλήνων ἐν αὐλοῖς
Συνοπαδοὶ Πέλοπος ματρὸς ὀρείας
Φρύγιον ἄεισαν νόμον.
Τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς
Κρέκον λύδιον ὕμνον.

Erat igitur Dorica animis componendis: iccirco idem Philosophus in eodem ita sancit. Pueros docendos esse τὴν δωριστὶ, quia media, καὶ πρὸς τὴν ἀνδρίαν μᾶλλον. Æolica exultationibus: Ionica vetus aspera, nova mollis. Phrygia & Lydia proximæ, utraque acuta: iccirco luctibus adhibebant. Primum ferunt Olympum cecinisse Lydiis modis Epicedia, alii id ascribunt Melanippidæ. Contra Niobes nuptiis accommodavit Lydios modos Pindarus, negantque ab eo id primum institutum, sed aliorum more factum.

Sunt autem Legum partes omnibus modis communes hæ, θέσις in bissyllabis: ἄρσις in trissyllabis: διποδία in bissyllabis τετρασήμοις, id est, *trium temporum*: συζυγία tam in his, quam in polysyllabis: βάσις in pæonibus. Nam qui aliter tradidere, usum rationemque simul ignorarunt: συζυγία namque, & διποδία reipsa idem. Sed in longis pedibus διποδία non dicitur: breves enim bini unico tantum metro comprehenduntur: συζυγία autem

commune nomen ad utranque conjunctionem & longorum & breviorum. Erat autem θέσις soni demissio, ἄρσις elatio, βάσις æquabilitas eodem tenore procedens. Quare pœonibus & proceleumatibus adhibebatur. Ex quibus satis patet Thymelicos neutiquam fuisse accentuum sequutos rationem, neque enim caret ἄρσει vox hæc λόγος, tametsi & bissyllaba & δίσημος, id est, *duum temporum* tantum, quemadmodum in *causis Linguæ Latinæ* declaratum est. In tertio *Rhetoricorum* Aristoteles appellat προαύλιον, quod barbari præludium in tibiis.

CAP. XVI.

TIBIÆ.

ANTIQUISSIMA tibia est; ac statim post fistulam inter pastores: non autem cithara, ut ajunt. Quippe Apollinis inventum tibia: alii malunt Palladis, a qua ille sit edoctus. Majores hi natu, quam Mercurius, qui citharam primus commentus est testudine. Quin alii putant Hyagnidem ante Apollinem tibia cecinisse: deinde ejus filium Marsyan: tertium Olympum. Olympi & famulus & discipulus Hierax: qui etiam ab sese leges & dederit & nominarit. Post hos Terpander: a quo Clonas, hunc Tegeatem Arcades, Thebani suum prædicabant. Post illum Archilochus, alii præponunt Ardalum Trœzenium Clonæ. Qui hasce temperent discordias, dixerint Olympum in tibiis primum leges instituisse, idque in Apollinis honorem: quam legem a numerorum frequentia nominavit πολυέφαλον: alii Crateti ejus discipulo ascribunt hoc. Olympi autem eam extitisse legem, quam dixit ἁρμάτιον: unde & alia καταδάκτυλος nominata, frequens Stesichoro Himeræo. Alii primum ajunt Pronomum Thebanum tibia ad harmoniam cecinisse. Omnino vero in Phrygia primas tibias agnoscunt. Adducunt pro se Mysorum gentem, quæ fuerit tibiæ peritissima: & Alcmana poetam, qui tibicines barbaro, nec alio nomine designarit. Sambas, Adon, Telus. Item Hipponactem, apud quem nomina ejusdem notæ, Cion, Codalus, Babys: unde proverbium, Χεῖρον ἢ Βάβυς αὐλεῖ.

Tibiarum genera multa ab inventoribus, a sono, a regionibus, a materia, a numero, a figura, ab usu. Inventores jam diximus: nomina vero ab illis nulla: solus Sirites quidam, qui in Libya primus, ut supra dicebamus, tibicen fuit, Libyn cognomen fecit tibiæ. Nescio an Palladis ea fuerit, quam ἀθηναῦ vocabant: certe nomen convenit. Illa usum scribunt Nicophelan.

A regionibus historia locupletior est. Syriacas audaciam atque impetum spirare prodiderunt, quare si usum spectes, ad leges Entheas & Orthias referantur. Syris similes Bombyces & aptæ ὀρθίοις νόμοις. Lacones, sicut & saltationes, ἐμβατηρίας appellabant suas, quibus ad pugnas utebantur. Sonum autem illum Castorium a Castore Ledæ filio. Gingras, sive Gingris, Gingros etiam dicitur, Phœnicum inventum: Phrygiæ similis, quia & Cares usos prodidere, imprimis apta funeribus. Nam Phœnices Adonium vocabant Gingram: in cujus luctu illam ad cantum accommodabant: sicut affini voce apud affines Ægyptios Ginglarus habita est, pusilla tibiola sono acuto, ad monodias. Eosdem quoque Cares lugubrem illam, quam Phryges invenerant, funeribus adhibuisse. Tyrrheni non uno genere contenti. Singulari quidem canebant in sacris, eaque ænea: tanto apud eos in honore; ut quemadmodum scripsit Aristoteles, non solum ad ejus sonum pugiles certarent: verumetiam quum in noxios flagris animadverteretur, tibiæ sonum adjungerent. Quinetiam, quod mirere magis, coqui ipsi ad ejus sonum epulas appararent. Altera fuit non singularis, sed composita ex duobus tubulis: quasi inversa syrinx. Namque inferne tubus minor inflabatur bucca: unde spiritus in majorem subibat, movebatque aquam, quæ intus erat: atque ex ea multisonam edebat harmoniam. Id quod de Ctesibii quoque Hydraulo conjicere possumus. Cornu tamen pro tibia Tyrrhenos usos, & Cretas legimus. Etiam Romani olim ad prælia: etiam Helvetii. Nunc Germani cornua e buxo efficta multis foraminibus inflant magno spiritu, non sine gratia ac decore, præsertim nocturnis festivitatibus: vocem namque humanam imprimis imitantur, eamque vehementer contentam. Ad prælia vero tibias cum tympanis. Scythæ anthropophagi & Melanchlæni, item Arimaspi ex aquilarum ac vulturum ossibus. Eburneas memorat Trypho, & Cicero, atque Virgilius. Ex asininis ossibus Theatrales, atque argento. Arundineas ex Theophrasto & Plinio. Internodium radici proximum excidebant ad lævam tibiam: quod subesset cacumini, ad dextram. Quo lævarum sonum gravem agnoscas, dextrarum acutum. Sic apud Veteres scriptum est: at Latini ajunt sinistras acutiores aptasque rebus ludicris: item Serranas: quibus ajunt foramina fuisse æqualia, veluti Spondaicis. Non igitur constat sibi. Spondaicæ enim rerum gravium affines fuere. Hac de causa Phrygiis foramina erant inæqualia, sicuti dactylicis, quæ ludicris adhibebantur. Dextras autem apud Romanos funeribus dicatas, quia essent graves, quum tamen in funeribus Barbari acutissimis uterentur. Dextras autem, & sinistras appellarunt ab lateribus, unde inflarentur. Antiquissima e sambuco emedullata. Mox e crurum ossibus hinnuleorum & capreolorum: author est Jubas: und & tibiæ nomen apud Latinos. Hoc inventum Thebanis assignant quidam, quam θηρίον αὐλὸν dixerint a ferarum ossibus atque ære texerint. Alii Palladis agnoscunt: inter quos & Callimachus: alii Pana ferunt authorem. E buxo primi Phryges excavarunt eam, quæ Berecynthia cognominata fuit: quum antea Elymos diceretur. Alexandrini e loto exenterata, cujus meminit Euripides tum alibi, tum in *Bacchis*.

Ἐν Φρυγίαισι βοαῖς, ἐνοπαῖσί τε,
Λωτὸς ὅταν εὐκέλαδος
Ἱερὸς ἱερὰ
Παίγματα βρέμῃ.

Hanc illi patria voce φώτιγγα nominarunt. Græci, ut est natio sibi arrogans omnia, non Alexandrinis, sed Thebanis attribuunt. Afri Scenitæ ex lauro, soni acutissimi in pascuis, uti diximus, equarum, Osiridem excogitasse tibiam ex hederaceis internodiis multiforem, quum ante id temporis quaterna tantum haberet foramina. Nonnulli cætera a Diodoro Thebano addita prodidere. Hæ omnes ab summo inflabantur directo flatu. Afri primi invenerunt eam cui Plagion, & Plagiaulon fecere nomen, non quod esset curva, ut quidam sunt arbitrati: sed quia ab latere inflabatur, quemadmodum & Germanica. Alii ajunt in Phrygia a Mida primum excogitatam. Sic habes ejus discrimina ex gentibus. Item materias. Numerum quoque. Geminas enim diximus apud Tyrrhenos: quem numerum a Marsya institutum prodidere, quum antea essent singulares. Quare Monaulon cur Mercurii quidam, alii Ægyptiorum inventum fuisse dixerint, videndum est. Mo-

A naulos enim ſingularis tibia. Singulares autem dictæ ſunt impares: geminæ autem pares. Habes & figuram in magnitudine: nam Marſyæ tibias æquales fuiſſe puto: in Tyrrhenis altera major, præterea utre addito Aſcaulon factam longe diverſa figura: apud Myſos ac Pannonas tanta acritate, ut pene tubam ſuperet; apud Gallos plenior, raucior, gravior, mollior, adeo ut in cubiculis quoque ſine aurium offenſione audiatur.

A ſonis quoque vidimus differentias, dextrarum, ſiniſtrarum, & aliarum, ſicut & ejus, quæ Magadis appellabatur, quamquam nomen hoc alius quoque ſit tabella inſtrumenti. Palæomaga B dis autem eodem foramine tum gravem, tum acutum ſonum edere poterat: tales etiam noſtrates ſunt. Sic Dactylicæ dictæ, quibus utebantur ad ὑπορχήματα; Spondaicis vero ad hymnos deorum. His æquidiſtantia erant foramina, ut ſupra diximus. Dactylicis autem inæqualia intervalla: qualia ſunt in temporibus pedis dactyli. Scythalia vero puſilla fuit tibia, & exigui ſurculi ſimilis, ſono prætenui, ac rei ipſi reſpondenti. Iduthum autem nomine tenus, ut pleraque alia ſine ulla declaratione inter tibiarum ſpecies recenſuere.

C Tibiarum uſus multiplex, atque ab eo nomina. Choricæ in choris, quorum gratia hæc omnia ſunt a nobis enarrata. Primus Sacadas Argivus docuit choros canere tribus modis, Dorio, Phrygio, Lydio, ita ut ne miſcerentur. Iccirco ea lex τειμερής, ſive τειμελής dicta, alii Clonæ attribuunt inventum hoc. Dicebantur autem leges, quia nefas eſſet aliter facere. Horum tonorum quilibet habebat communes tonos veteres διάτονον & χρωματικόν: quibus Olympus addidit ἐναρμονικόν. Ab ætatibus & ſexibus tres. Virginales, quibus virgines: pueriles, quibus pueri, ὑπερτέλειος, quibus perfectæ ætatis viri canerent. Qui modos D faceret, Choraulus: cui etiam fabularum artifices ſuccinuiſſe legimus. A ſeculis ſic partiuntur. Apud Lacedæmonios primum ſub Terpandro factos modos in choris: in quibus ſaltata fuit Γυμνοπαιδία. Alterum ſeculum ſub Thaleta Gortyneo, quo tempore duos floruiſſe, Polymneſtum Colophonium, & Sacadam Argivum, qui ad Terpandri æmulationem, non nudi, ſed induti: ſub Thaleta Pæanas, ſub Polymneſto Orthia, ſub Sacada Elegias exercebant. Aliæ dictæ Nuptiales: has monaulos fuiſſe ſcribunt: ad quas canerent Hymenæos; alii binas ajunt, junctas, impares: ac pla- E cet omen conjugii ſpecie. Attulere ad Monodias Græci eas, quas παρατρήτυς dicebant, acutum & infractum ſpirantes. Erant Funerales: erant Conviviales. Quinetiam quaſdam ad citharam quas compararent, excogitarunt: atque iccirco κιθαειςηρίους cognominarunt. Conviviales erant pares & æquales, eæque puſillæ, ad ſignificandam æqualitatem conviviorum. Iccirco rotunda olim menſa, ne quem ſibi prælatum quiſpiam conquereretur. Ita δαὶς ἐίση ab Homero a partiendo. Et Ceres iccirco non ſolum ſpicifera, ſed etiam legi- F fera appellata, cui ob eam rem agerent Θεσμοφόρεια: ut eadem ſit & ciborum, & juſtitiæ inventrix. Has epulonum tibias παροινίους appellabant, propterea quod vinum eſſet anima conviviorum. Philoxenus autem in tibiis certos conſtituit modos primus: quos Legem Locricam nominavit, a novo Harmoniæ genere, quod receptum Pindari, ac Simonidæ tempore legimus inter leges Lyricorum. Idque dicebatur agi Λοκρισί. Cecinerunt autem Tibicines etiam in Elegiaca, quemadmodum ſupra diximus. Fuit enim una ex legibus ea, quam Elegon appellabant, ſicuti ἀπόθετος, quæ remitteret. Sunt & alia nomina, κωμάρχιος, θεῖος, σχοινίων, κηπίων ab authoribus modorum vetuſtiorum addita poſterius, quæ πολυμνάςια dicebantur. In caſtris quoque Romanis tibiarum uſus; vel cum ad concionem vocarent, vel cum ſilentium indicerent. Argolici æſtivo tempore in Antheſmophoriis faciebant tibiis eum modum, quem vocarunt θηράκιον. Suum habuere Paſtores βουκολιασμόν: in Bacchanalibus ἐπίφαλλον: in choris χορεῖον: in Panibus καλλίνικον: in Orthiis πολεμικόν: in dicacitatibus & luſibus ἡδύκωμον; in ridiculis σικιννωτύρβην. Amatores ante oſtium moram cum deprecarentur, θυροκοπικόν: hic Elegiis conveniebat. Idem concitatior, quum deſperata omnia: tum fores invadebant, & κρουσίθυρος nominabatur.

CAP. XVII.

THEATRUM.

RESTAT locus & apparatus, ſine quibus multa, quæ in fabularum narratione ſunt, intelligi nequeunt. Majores noſtri facere, quam dicere, præclarius ſemper exiſtimarunt. Quare operum geſtarumque rerum exercitationes prælatæ generibus meditationum. Iccirco roboris atque celeritatis quum ederent ſpectacula, locum, in quo ea fierent, Theatrum potius a ſpectando, quam ἀκροατήριον ab audiendo, nominarunt. Olim in diem ac locum indictum convenientes, qui ſpecimen firmitatis, aut dexteritatis, aut pernicitatis edituri eſſent, in medio datis nominibus profitebantur. Circumfuſa turba cum judicibus ad ſpectandum, mox alia item affluente commode ſpectare non poterant: quod aliis alii objectu corporum conſpectum adimebant. Iccirco aggeſtis ceſpitibus editiorem locum ſibi pulvillis auctis faciebant. Eam ob cauſam medius locus depreſſior fuit, ac propterea Cavea dictus. Habes hoc ex divino Poeta, *Æneid.* v.

Proximus ut viridante toro conſederat herbæ.

Igitur per initia ſtantes ſpectabant. Poſtea ſubſellia ſibi quiſque quum ferret, his etiam pro tello, dum pugnant de loco, rem agebant. M. Meſſala atque Caſſio Coſſ. id primum videtur creviſſe. Mox P. Scipione Naſica Cenſore ſublatus eſt apparatus, & mox S. C. cautum, ne cui in urbe propiuſve mille paſſuum ſubſellia poſuiſſe, ſedentive ludos ſpectare licitum eſſet. Primus omnium Theſpis tanquam ambulatorium Theatrum commentus eſt. Tectis enim vehiculis in ædicularum modum, in iis fabulas egit, atque agendas circumvexit. Poſtea eſt Athenis ſtructum e lapide, quum antea ſublicium fuiſſet: quo tempore inter eos quoque pro loco ad manus ventum eſt. Quare lex lata ſcitaque, ut de publico ærario viritim binos acciperent obolos, quibus locum ſibi quiſque compararet. Primum deſcripta cavea, circunque deſignati conſeſſus per ſimplices gradus. Poſtea Poetarum delitiæ quum ſeſe inſinuaſſent, tam commoda & ſpecies ſeparatarum partium, & projectorum, & receſſuum, aut umbraculorum, aut ambulacrorum excogitata ſunt. Itaque commentorum ſuorum imagines exhibuerunt architectis Poetæ, ut illi quid eſſet faciendum docerent, hi quo eſſet modo fabricandum expedirent. Romæ M. Scaurus Ædilis M. Scauri, qui princeps Senatus fuit, & Metellæ, quæ poſtea Syllæ nupſit, filius, auguſtiſſimum Theatrum faciendum curavit, ſcena triplici alii alia imminente. Columnarum numerus CCCLX. Scenæ pars e marmore vitro

medio translucens. Signa ænea in intercolumniis MMM. Cavea cepit hominum millia octoginta, Theatri figura fuit ſemicirculi in cornua producti. Pompeii juſſu & cura amphitheatrum, cujus vacuum expleretur hominum quadraginta millibus. C. Curio, is qui Cæſaris partes fovit, ligneum amphitheatrum excitavit: quod ſubditis totis penſile ex iiſdem cardinibus diduceretur medium: atque vitardi Solis cauſa etiam averteretur: coiretque rurſus in circulum, ubi res poſceret. Habes Amphitheatri laudes apud Martialem, quod ab Auguſto deſtinatum Veſpaſianus extruxit, Titus filius dedicavit. Duo in urbe noſtra: quorum alterum admirabile: unum Polæ vidimus non contemnendum. Nemauſi unum ſtructura & mole nulli ſecundum. Theatri partes veteres, uti dicebamus, cavea, & ſedilia. Mox additis aliis ſedilibus altioribus, ſcalarum quoque uſus quæſitus, & additus. Inter ſedilia ad apicem ſcalarum, additum ad ſedentium pedes ſpatium in quo inambularent locum capturi. Sediliſum ordines cunei a figura. Cum enim excurrerent ab anguſto ſpatio ad ambitum extimum: ſtrictiores erant neceſſario quo propius accederent ad caveam. Porticus, per quas eſſent inambulationes ad cuneorum aditus. Hæ partes neceſſariæ. Nam ornamenta & multa & varia, pro locis Actorum & Thymelicorum excitata ſunt per initia, umbracula pro caſis, Scenas Græci, quemadmodum ſupra dictum eſt, vocant. Manſit nihiloſecius nomen poſtea marmoreis quoque. Hæc erant perſonarum habitacula. Locus ante ſcenam, proſcenium: in quo erant agentium diſcurſiones. Pulpita dicta, quia fuerant ab imo ſolo primum ceſpitibus elatiora. Ita pulvilli in hortis & pulpita in caſtris. Orcheſtra, ſicuti diximus, ſaltantium chori, Thymelicorum. Nunc in Gallia ita agunt fabulas, ut omnia in conſpectu ſint: univerſus apparatus diſpoſitis ſublimibus ſedibus. Perſonæ ipſæ nunquam diſcedunt: qui ſilent, pro abſentibus habentur. At enimvero perridiculum ibi ſpectatorem videre te audire, & te videre teipſum non audire, quæ alius coram te de te loquatur: quaſi ibi non ſis, ubi es: cum tamen maxima Poetæ vis ſit, ſuſpendere animos, atque eos facere ſemper expectantes. At hic tibi novum fit nihil: ut prius ſatietas ſubrepat, quam obrepat fames. Itaque recte objecit Æſchylo Euripides apud Ariſtophanem in *Ranis*: quod Niobem & Achillem in ſcenam introduxiſſet capite cooperto: neque unquam ullum verbum qui ſint loquuti. Quatuordecim primi ordines erant ſcenæ propriores: unde clarius, atque expreſſius actores exaudiebantur. In primo ordine ſedes erant Judicum: is locus προεδρία fuit appellatus: in qua qui ſederat primus eum appellavit Epicrates antiquus Comicus πρωτόβαθρον. In omnibus ſedilibus ſedendi Spartanis æquale jus fuit. Solis Regibus certa loca ſpectaculis proxima, & commodiſſima: ſecundum ea Ephoris. Athenis principi civitatis qui annuus erat Magiſtratus, eodem modo præcipua ſedes, Cæteri ſine diſcrimine ſpectarunt diu, quoad ſenatoribus ſuus eſt attributus locus: quem βουλευτικὸν appellarunt. Sic alia pars, quæ adoleſcentibus deſignabatur, ἐφηβικόν. Romæ quoque edicto cautum ab Auguſto, ut prætextatis, & pædagogis certorum cuneorum uſus eſſet: ſeverius Maſſilienſes, qui univerſæ juventuti ſuæ theatro interdixere, ne eorum animi otioſis auditionibus remolleſcerent. Primum igitur Ædiles curules, qui indignum plebi æquale cum melioribus eſſe jus ſedium arbitrarentur, ludis Romanis P. Corn. Scipione, T. Sempronio Longo Coſs. eam a Senatoribus ſepararunt. Cæterum priſtina ſive libertas, ſive licentia, plus va-

A luit. Abolito novo imperio nihilo ſecius confuſi ſpectare. Quam pervicaciam Sex. Ælius Pœtus, quem catum Ennius poeta dicit, & L. Cornelius Cethegus, quem idem cecinit eloquentiſſimum, Cenſores caſtigare inſtituerunt, veteri edicto inſtaurato. Paulatim vero per negligentiam magiſtratuum, ac plebis pertinaciam in veterem conſuetudinem cum rediiſſent, Atrilius Seranus, & L. Scribonius Libo Ædiles Curules ludis Scenicis, & Romanis facere, diviſa ut eſſent loca. Hoc quoque plebis inſolentia, & indulgentia patrum corruptum integravit lex Julia Theatralis, & Roſcia. Primique ordines XIV. Senatoribus, atque

B Equitibus reſtituti. C. autem Gracchus etiam ferocius exercuit potentiam: quem, cum obſervaſſet contra morem majorum temere patritiis, ac plebeiis ſedes occupari, accitis fabris eas demolitum eſſe memoriæ prodiderunt. Nec minus Syllæ dominatu populari ſuperbia confuſis per loca ſexibus, ordinibus, ætatibus, renovata etiam Tribunitia poteſtate, ſedendi ratio pro cenſu ac dignitate, repetita: verum ſub C. Cæſare alia ſedendi fortuna fuit. Nam quum ille non tam ex opibus, aut natalibus, quam ex virtute, ac meritis, & in Senatum, & in equeſtrem ordinem multos legiſ-

C ſet, tantum multitudinis nequivit XIV. ordinibus capi. Contra Otho Trib. pleb. potiorem cenſum, quam virtutem duxit, pro cenſu enim loca civibus deſignavit, non honori, non dignitati, non ordini quicquam tribuit: excluſit namque a primis XIV. ordinibus eum, cui ipſi, patrique avoque quadringenta ſeſtertia non fuiſſent. Item qui artem ludicram exercuiſſet. Ridiculum ſane, ſi quibus in ſcena eſſe liciuſset, propius ſcenam eſse non liceret, & qui alios feciſset ſpectatores, eſse ſpectator non poſset ipſe. Certa quoque loca Tribunitiis attribuit Viatoribus: certa iis, qui non ſua culpa decoxiſsent. Voluntarios decoctores, qui

D ganea, quive alea aut ſcorto, aut luxu rem feciſſent deteriorem, quique ſeſe ære obligaſsent, Athenienſium ſequutus morem, toto Theatro abſtinere juſſit. Idque ut ſervaretur, per cuneos diſpoſuit, quos præfectos ordinum appellabat, qui excitarent de ſede, quam quis contra legem occupaſset, quemadmodum ad ſeditiones atque rixas cohibendas ſtatio cohortis erat in Theatro a principibus poſita, quam Nero ad ſpeciem libertatis ſuſtulit. Ante principum imperia, ei muneri præpoſiti fuerant Lictores atque viatores: quos in eodem officio apud Græcos ῥαβδούχους nominatos legimus. Locus inter ſenatores ſociarum gentium le-

E gatis datus, quo more Germanorum Legati cum arceſſiti non eſsent, ultro ſeſe ad Senatorias ſedes contulere, atque recepti conſedere. Barbari fuit non arceſsere: Germanum uti etiam inferiorum gentium prærogativa: Romanum agnoſcere, quod & ſuum eſset, & aliorum quoque eſse vellent. Auguſtus vero etiam milites a plebe diſcretos habuit Othonis lege temperata. Qui bello civili attrito patrimonio equeſtrem cenſum amiſiſsent, ſi eum a parentibus accepiſsent: uti ii XIV. ordinum jus ne amitterent, Alexandri exemplo: qui emeritis veteranis primas ſedes aſſignavit: eiſque ut ſpecta-

F rent coronati, licere voluit. Idem Auguſtus etiam fœminas ſegregavit: quibus ſuperiora loca ſunt deſignata omnibus in ludis, atque ſpectaculis præter athletica certamina. Veſtalibus contra Prætoris tribunal locum dedit: verum ea parvo quoque tum tempore ſervata eſt: ita ut Claudius princeps illam reſtituere coactus ſit. Etiam a Nerone plebi Equites antepoſiti: ſed eo eventu, ut pari cura Domitianus intermiſſum edictum illud renovarit. Tanti uere populi illius ſpiritus, ut æquali cum patribus animo, quam majore vel labore, vel periculo pe-

perissent, libertatem vindicarent. Quæ plebs secessionem facere non auderet in montem sacrum, in theatro communi, atque æquali jure civitatis, non successione, sed coitione per honestam atque civilem vim frueretur. Post Cæsaris dictaturam, podium Imperatori & Coss. proscenia,& pulpitum oratoribus provinciarum atque sociorum. Quibus in locis principes interdum cum illis, quam e podio spectare maluerunt. Neronem etiam in proscenio sedisse legimus: Legatos in Orchestra aliquando. Quem morem sustulit Augustus, quum eum locum a Libertini generis hominibus occupatum deprehendisset. Atque hæc quidem loca (ut solebat Plato & Aristoteles dicere) ὡς τύπῳ ad hunc modum enumerata sunt. Exactius vero etiam sic persequamur. Scenarum modus priscus sane atque etiam militaris: quemadmodum est apud Xenophontem & Thucydidem, atque in oratione Demosthenis *contra Midiam*: eæ casæ dictæ sunt olim in Romano exercitu: unde castra: non quemadmodum nugantur Grammatici, sed sicut a nobis dictum fuit in *Originibus*. Additæ postea partes aliquæ, eæque aut ab officio, aut a figura nominatæ: πυλὶς fuit ostiolum, per quod quasi e longinquo repente apparerent peregrini. Fuit & locus, quam ψαλίδα vocarunt. Verum is cujusmodi esset, neutiquam describunt: more suo sane. Sic alia pars κερκίδες, & alia a præcisione certi spacii κατατομή. Cæterum hæc omnia potius ut ne nesciamus, quam ut necessaria sciamus: & puto non omnibus argumentis convenisse, sicuti ne Aram quidem illam, quæ appellaretur ἀγυιεύς: nam propriæ ac veræ aræ, dextra Baccho in Tragœdia, Apollini in Comœdia: Sinistra ei vel deo, vel divo, vel heroi, vel civi, cui fiebant ludi, aut justa, aut parentalia. Unde etiam Κωμαίου Apollinis faciunt mentionem, quem celebrabant Panegyri Naucratitæ omnes Prytaneum ingredientes candidis induti vestibus, quas iccirco Prytanicas appellabant. In iis aris verbenæ imponebantur Apollini, ut est in *Andria* Terentiana, Baccho hederæ. Apud Græcos etiam πήγματα, etiam θυωρίδα nominant a sacrificiis: alii θεωρίδα legunt: ea erat in Proscenii postremo cornu. Ludis funeribus ara illa ita inscribebatur D. M. Abaci quoque cujusdam faciunt mentionem: αἰλιὸν appellabant: quem in locum ascendens e choro aliquis respondebat: ubi canebatur ᾠδεῖον. Ea vox apud Ciceronem & in historiis frequens: in Odeo Attici theatri Ægyptiorum regum statuas fuisse, Pausanias scripsit. Extra theatrum quoque loca dicata Musis eodem dicta nomine. Quale Athenis a Pericle destinatum Musicis certaminibus. Alexis quoque, & Plutarchus, Demosthenes, & Aristoteles in quarto divinæ *Philosophiæ* ᾠδείου faciunt mentionem. Pausanias in *Achaicis* memoriæ prodidit, Herodæ Attici jussu atque impensis constructum pulcherrimum ᾠδεῖον defunctæ uxoris monumentum: ᾠδείου columnarum mentio fit in libro *De formis dicendi*, qui Theophrasto attribuitur. Scenarum quoque facies auctæ: nam cum priscæ e ramis ac frondibus constitutæ fuissent cum racemis & corymbis, ac postea casæ cum cellis, postremo ad magnificentiam auctæ sunt projectis & mœnianis in Comœdia, in Tragœdia vero etiam prætoria, & palatia, regiæ, turres. In Regiis διστεγίαι, & διῆρες δωμάτων: quamquam privatis quoque in ædibus invenimus διστεγίας: e quibus πορνοβόσκοι, & aniculæ mulieres prospectabant captantes negotiorum suorum occasiones. In Satyrica scena fontes, speluncæ, ambulacra, viridaria, sylvæ, recessus, topiaria. C. Antonius & Muræna scenam argenteam fecere. Scenæ partes aliis aliæ. In Comœdia tres. Media potentiorum ædes insigniores.

A In Satyra medius locus erat speluncæ. In media scena habebat ὁ πρωταγωνιστής. In dextro diversorio ὁ δευτεραγωνιστής. Sinistra humillimam quamque personam capiebat, aut fanum desertum, aut omnino vacua. In Tragœdia dextra porta peregrinum aut hospitem emittebat: in sinistra Carcer: media Regia. Factum vero aliquando fuit, ut in Comœdia Græci tentorium quoque ponerent: κλισίον appellabant. Ibi nonnulli Poetæ jumentorum stationem designarunt: iccirco aditus ostio latiore; quæ ostia propterea dicta κλισιάδες: per ea transmittebant carros & jumenta, alii ejusmodi partem ad officinæ usum transtulere: sicut Antipho in B *Acestriis*. Media utrinque habebat alias interdum portas, quarum postibus essent affixæ machinæ. Eæ, quia pro re ac tempore circumagebantur, περίακτοι sunt appellatæ: nam personarum aspectus quum esset tectus a spectatoribus, repente ex occasione comparebant nuncii, & peregrini, aut cives peregre, exulesve postliminio revertentes. Itaque dextra machina afferebantur ea, quæ extra urbem acta factave essent, aut agenda intus forent ex præscripto propter jura suburbiorum, oppidorum, civitatum, municipiorum, coloniarum, sociatarum, peregrinarum, pacatarum, hosticarum. A læva machina reddebantur, C quæ in urbe jussu permissuve populi, aut Principum, eove, iisve invitis, gesta, acta, transacta fuissent, aut ex consilio futura viderentur. Id quod factum est ab Euripide in *Oreste*. Atque inter hæc eodem jure censebantur, si qua e portu afferrentur: cujusmodi est in Plautina *Amphitryone*, in *Mercatore*, in *Hecyra*. Prisci Tragici etiam deos aquaticos per eam introduxere, Acheloum, Thetin, Proteum, Arethusam. Si quæ personæ machinis non circumagebantur, sed pedibus accedebant, per alteram introducebantur. Duo hæc machinarum genera. Tertium ἐγκύκλημα nominabant: alii ἐξώστραν. Erat hæc sedes sublicis elata, D strata longuriis, super quibus sella. Destinabatur locus is ad ea recitanda, quæ secreto patrata essent in ædibus, qualia in *Oedipode* Sophoclis, Plauti *Amphitryone*, & *Casina*, & aliis. Quartum genus, quod in summa trepidatione remedia arcessebat humanis majora. Demissa namque deos ostendebat ex improviso: id quod etiam ad proverbium rerum desperatarum traxere, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: plurima exempla Tragicis omnibus, & in Plauti *Amphitryone*. Alterum ejusdem machinæ officium, quum veheret per aerem Heroas: veluti Tlepolemum, Medeam, Perseum, Bellerophontem. E Idem officium in Comœdia, nomen diversum: κράδη enim dicebatur, qualis Cantharus sive Scarabæus Aristophanis. Est præterea machinæ genus quintum, quo rapiebantur personæ, γέρανος dictum. Hoc in fabulis Aurora Memnonem rapuit, Boreas Orithyiam. Restes, quibus per aerem ferebantur, αἰῶραι. Proxima huic alia versatilis, unde nomen στροφεῖον: cujus opera Heroes in deos transformabantur. Ejus usus in *Hercule Oetæo*, & in ea, quam olim feceramus, *Indigete*. Fuit & alia circunductilis, quam κεραυνοσκοπεῖον vocabant Græci. F Ea valde celsa post scenam, in qua utres calculorum pleni cum æneis vasis, unde fulgura exibant, tonitrus exaudiebantur, fulmina mittebantur, ut in *Ajace Oilei*. Quare etiam βροντεῖον dicta. Machinæ similis, quæ non esset machina, Caroniæ scalæ, unde simulachra emittebantur: quemadmodum in *Hecuba* Euripidis. Privatim, quibus e locis exiliebant Erinnyes, ἀναβαθμοὶ, gradus inæquales in *Oedipo*, & *Oreste*, & *Athamante*, & *Amata* nostra. In scena speculæ quoque de turri aut de muro affingebantur: nec absimili specie locus: quem

A φρυκτώριον nominabant: ex quo facibus dabatur signum præsidiis, ut adventantibus hostibus expedirent arma: unde & nomen cum alibi, tum in Rheso. Propterea vero quod multarum facies regionum explicabantur, neque locus aptus erat ad capiendum, disponebant vela quædam cum abacis & picturis, non sine nominibus, quæ certis pensilia machinis statuebantur. In iis montium, marium, fluminum, oppidorum species, natura, situs, status efficta erant. Si quod numen introducebatur, erat locus extraordinarius, quem θεολογεῖον nominabant: qualis in *Aiace* Sophoclis, & in *Hippolyto* Euripidis: erat autem sublimis sine B machina. Ante scenam quibusdam in Theatris ambitiosioribus additæ porticus ornatus gratia cum columnis, & peristyliis ac fastigiis. Ante quas proscenium apertum videbatur, in quo agebant (uti diximus) e scena egressi. Item in magnificis Theatris sub proscenio, hyposcenion aliquanto depressius: id quod per gradus descendebant. Sic Græci: nostri vero Podium inter pulpitum & proscenium, depressius proscenio, altius pulpito. Erat autem pulpitum altum ad pedes quinque. Vitruvius ædes vocat Hospitalia, præter Regiam. At enim non omnes, præter familiam regiam, ho- C spites sunt. Orchestræ partes erant tres: planities, in qua chorus, caneret ac saltaret: pulpitum, in quo nihil aliud, quam canebant aut pronuntiabant. Hemicyclium non in omnibus fabulis, sed in quibus ad eum locum agebantur enantes e mari: ut in *Rudente* Plautina. Tametsi ibidem quoque fingebatur urbs longinqua pro rei argumento. Sic parvo momento traduxit exercitum Atheniensium Theseus sub urbem Thebas: quæ sane ibi in conspectu statuebantur. Id quam recte, scriptum est in sexto. Græca orchestra fuit amplior: & scenarum recessus profundiores. Pulpitum vero haud ita latum, quod appellabant λογεῖον, propterea quod D in eo ῥήματα, & alia actuum intervalla recitabantur. Eum locum ab Odeo distinguit Vitruvius, ut sit pulpiti pars, in qua canerent, ᾠδεῖον: altera autem, in qua aut risum moverent, aut censuram exercerent, aut vitæ nostræ putarent rationes. Theatri partes præterea nullæ: nisi cellas connumeres subterraneas, in quibus vasa ænea dispone bantur ad reddendum acceptas voces pleniores. De judicum sedibus dictum est: hæc tamen animi gratia apponentur. Histriones, qui exciderant, aut inepte agerent, aut perperam pronuntiarent, a populo non expectata judicum sententia exsibilabantur. Hoc quoque est legere de Æschine apud E Demosthenem: bene agentibus manuum plausu favebant. Olim quum esset ligneum Theatrum, calcibus pluteos tundebant, a qua pedum supplosione, explodere nostrum, Græci πτερνοκοπεῖν. Idem significatus alio verbo κλώζειν: item συρίττειν: quod sibilum notat. Alterum verbum a Gracculorum voce deductum est. Qui recte agebant, dicti sunt διεξαποθοι, qui male μιζέμενοι.

Partes autem accessoriæ, atque extra ordinem, hæ. Parapetasmata, quæ a Latinis vela, ea carbasina posuit Q. Catulus: byssina Lentulus Spin- F ther: Nero stellata. Hic luxus. Primum excogitata defendendi æstus causa. Quod officium auxit Pompejus etiam aqua deducta per sedilia. Aulæis quoque ornaverunt. Græcum inventum puto, quia vox item Græca est: ea utitur Hyperides in *oratione* contra Patroclum, Præterea statuebantur signa, & tabulæ in funeribus, & imagines. Primus Clodius Pulcher scenam signis ac tabulis ornavit, auro Trebatius, ebore Pompejus, arenam auri scobe sparsit Nero. Pegmata autem erant compacta ædificia editiora ad aliquid ostendendum. C. Princeps in scenam produxit pegma ex argento. Claudius objecit bestiis aliquot, qui parum diligenter pegma in scenam produxissent. Etiam extra Theatrum excitabantur, ut est apud Valerium Martialem. A Palis *Paleos* Italia claustra, & pegmata: nunc *Catafaleos*, addita aspiratione: sicuti sinum maris *Golfo* κόλπον. Theatri amphitheatrique facies atque ichnographias subjecissem: verum eas petes ab optimo cive nostro Saraina, & Vitruvii codicibus.

CAP. XVIII.

LUDI.

HACTENUS fabularum ortus, genera, partus, apparatus. Ludi autem ipsi, tametsi videntur ab illis separati, tamen ad apparatum ipsum maxime pertinent. Sane Ludi sunt tacitæ fabulæ: fabulæ vero Ludi loquentes. Omnino ludorum pars fabula est: quare ipsi quoque actores Ludiones dicti. De Ludis igitur quam brevissime fieri poterit, dicendum est. Ludi nomen a Græcis priscis, & Ludionum supra ductum docuimus. Multa Ludorum genera ad summa duo reducuntur. Utrunque positum est in motu naturali, addita postea arte: verum alterum simplex est, alterum cum æmulatione. Nam per initia ubi coissent temere pastores, aliquid agebant saltu, aut cursu. Tandem vero rediit res ad obtrectationem, atque inde ad certamen, quum alius alii præstare videretur. Vetustissimi Ludi apud Romanos Consualia in honorem Neptuni: quem Consum vocabant, sane minus considerate. Quis enim putet Neptunum esse numen consiliorum? Festus author est in Consualibus Quirites sese cernuos jactasse: fuit & ille pervetus, quum per utres uncti saliebant. Haud parva quæstio poterit oriri: quodnam primum inter pastores fuerint certamen. Quinque enim sunt, cursus, lucta, saltus, jactus, pugillatus, in eo versu:

Αλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Ac pro motus quidem ratione statuendum est. Itaque luctam puto fuisse postremum omnium inventum: est enim compositus, quippe situs in duobus, motus. Composita vero simplicibus posteriora: cursum autem primum: mox saltum. Pedum initia jactum arbitror, mox lapidem crassum ac gravem. Qui motus sit quasi introrsum: contrarius autem huic jactus extrorsum, quem in disco jacendo exercebant. Nam ad jaculi aut pili missionem brachium pandimus, mox prorsum impellimus: contra fit in disco, manu ad pectus adducta atque extrorsum disclusa. Pugillatus ratio eadem, quæ in lucta: non enim sine antagonista fieri quit: videtur autem subtilius contemplanti proportio quædam inter hæc quatuor. Nam cursus motus est aliquo modo continuus: saltus discretus. Sic lucta motus quasi continuus: cohærescunt enim: pugillatus autem discretus: sunt enim inter ictus ipsos intervalla. Uter igitur vetustior, lucta an pugillatus? pugnis prius, quam complexu, certasse par est. Is enim primus congressus solutus. Mox lucta junctis compositisque, atque etiam insertis brachiis ac manibus mutuo. Ex temeraria, aut hostili contentione redacta est ad exercitationem atque æmulationem. Sic ergo digerenda sunt. Certamen, tametsi est plurium, tamen aliquod videtur quodammodo unius corporis, ut cursus: aliquod duorum, ut lucta. Ratio

tio est, propterea quod currere solus quis potest, pugnare non potest. Utrunque erat aut nudorum, aut tectorum. A nudis dicta Gymnasia: quod nomen haud quaquam convenit literariis ludis: nusquam enim minus, quam in tam sanctis sodalitatibus, nudos agere convenit. Ita certarunt Athletæ, oleo uncti, & pulvere, aut arena conspersi. Quapropter Augustus vetuit ejusmodi spectaculis fœminas interesse. Thucydides in primo *historiarum* Athletas olim fibulatis campestribus certasse memoriæ prodidit: nudos autem sua tempestate. Quo tamen tempore a barbaris in Asia veterem modestiam servatam scribit. Tecti vero aut veste (ut est apud Hippocratem) vel etiam armis, quemadmodum docebamus in saltationibus: unde ὁπλίτης δρόμος, quum in armis currerent. Aucta etiam exercitatio adjuncto instrumento, eoque multiplici præter discum ac jaculum, de quibus supra, etiam equo, aut curru, aut cestu: illis quasi sociis, hoc quasi telo. Nam pugnis nudis primum factum est: itaque πὺξ Græci, & πύκτης pugil: nostra pugna inde, atque etiam pugnus: quoniam manus, quæ erat antea passa, & μανὴ, unde vox nostra, contracta, clausis digitis effecta est πυκνὴ, densa: quemadmodum in *Originibus* dictum fuit. Pugnis addita lora ad munimentum: propterea quod nudi quum ferirent, sæpe plus damni acciperent, quam facerent. Ea lora Græco vocabulo Cestus dicti, κεστὸν enim cingulum: brevia initio: mox ne excussa exuerentur in ictibus, cum cubito tum humero alligabantur. Postremo ferrum plumbumque assutum est sævissimo spectaculo. Cerebrum enim ac guttur facillime elidebant. Iccirco aurium munimenta induebant, ἀμφωτίδας. Tota ars ictum vitare non fuga, sed corporis inclinationibus & flexionibus. Tum autem excipere ictum ictu, si sit fortior. Postremo ne inferret ictum frustra: concidebant enim plumbi onere præcipites acti, si impensius niterentur verberare. Id quod Cataphracticis præceptis docebamur juvenes, cum clava ferrea pugnandum esset. Me puero Grammatici nugabantur, Cestus lora ligno tereti alligata fuisse, quorum in summo appensæ essent pilæ plumbeæ. Cestu Erycem Siculum excelluisse, atque ab Hercule victum. Præter cæteros artem calluisse Pollucem, qua fortissimum virum Amycum superavit: Bebrycum Amycum, ut ait Theocritus & Argonautæ, atque innuit doctissimus Poeta in quinto *divini operis*. Luctam autem Græci πάλην a concussione, Latini a motu, unde luxare. Haud uno modo luctamur: aliquando amplexu mutuo ab illis & humeris interdum consertis brachiis manu apprehensis. In pugna solis pugnis pugili uti licebat: in lucta impulsu tantum, & tractu, & pressione, & supplantatione, ut non cæderetur concertator, sed prosterneretur. Pugilatui propior παγκρατιαστής: nam pugnorum & omnium aliorum membrorum vi experiebantur: etiam calcibus, etiam genubus, etiam dentibus abutebantur. Hinc nomen, quod & a Propertio positum est. Cursus a quantitate variatus. Minimus fuit stadii unius, quod CCXXV. passus capiebat. Duplex stadium erat in longum δολιχός: id quod vox ipsa declarat. Quum vero decursum relegerent stadium sine intermissione recurrendo, δίαυλον nominabant. Apud Platonem in octavo *de Legibus* δολιχὸν majoris esse laboris, quam δίαυλον scriptum est. Quum igitur præter quinque certamina supradicta, esset Cestus, esset Pancratium, tamen quinque tantum illis constabat πένταθλον: quod qui vicissent, a Latinis sunt Quinquertiones appellati: quoniam vox hæc Ars prima sua origine robur ac fortitudinem designavit. Græca enim omnia, ἄρης, ἀρετὴ, ἐνάρετος. Sic Virtus a viribus apud majores nostros: pro fortitudine tantum accipiebatur. Aristoteles in primo *Rhetoricorum* ita disponit. Quæ corporis virtus attributa est certaminibus, constat magnitudine, robore, celeritate. Qui jactare certo modo crura, porroque movere potest, cursor est, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is est luctator: qui percutiendo pellere, pugil, qui horum utroque modo, pancratio idoneus, qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.

Hæc per se viri certamina agitabant. Opibus deinde obtinuit luxus, ut etiam equos alerent cursores. Qui privis equis currerent, κέλητες vocati: unde & priscum Celeris nomen. Sic enim Equites sub Romulo dicti, qui postea Trossuli ab oppidi nomine, quod sua ipsi opera sine peditatu expugnassent. Romæ nunc & in patria olim nostra etiam asellorum certamen committitur, non sine risu. Juncti deinde etiam bini ad currum, & bijugii dicti: quaterni, quadrigæ: ne fallantur adolescentes a priscis præceptoribus nostris: qui nobis dicere soliti erant, quadrigas & currum esse idem: a Græcis illi, δίωροι: hi τετράωροι, & τεθρίπποι. Junctæ etiam mulæ carrucis, quas ἀπήνας Græci nominant.

Erant præter his privatæ quædam aliæ exercitationes in publicis Gymnasiis: inter quas aliquot recenset Galenus in secundo ὑγιεινῶν. Harum nomina ἀλτῆρον ἄρσις: de quibus & Aristoteles, & Martialis: ἀκροχειρίζειν, πυτιλίζειν: unde πυτίλισμα apud Juvenalem exclusis jactabundis nugis. Est autem ἀκροχειρίζειν luctæ pars, cum primoribus tantum digitis insertis roboris faciunt periculum.

CAP. XIX.

LUDI GRÆCI PYTHIA.

LUDI igitur alii celebres, & quasi Panegyrici, ad quos pene universum nomen Græcum confluebat. Alii certorum oppidorum quasi privati: celeberrimi quatuor veteres censuerunt eos omnes funebres: sane Olympici in Jovis honorem ob mortem Pelopis. Nemei Neptuno propter Archemorum. Eidem Isthmia in honorem Melicertæ. Satis recte hactenus fortasse: non enim Pelops moritur, sed Oenomaus vincitur: vincit Pelops, qui statuit ludos. Etiam miror hosce quoque Olympicos Jovi, non Neptuno a Pelope nuncupatos fuisse: quem victorem fecissent equi Neptuni, non Jovis. Præterea Pythia Apollini dicata, quis dicat in honorem cæsi Draconis? profecto scelerato Draconi cum ejus interfectore, eoque deo nobilissimo communem gloriam facere nefas arbitror. Ac tametsi Olympia præferebantur, propterea quod supremo deorum numini essent attributa: Pythia tamen vetustate anteibant: quippe ab Hercule Olympia instituta. Alii verius tradunt, Pelopem, a quo Oenomaus curru victus fuerit, anniversarios ludos indixisse: eosque intermissos, postea ab Hercule instauratos Augea male mulctato. Hercule igitur & Pelope quum fuerit antiquior Apollo, quos ipse ludos dicarit, illorum æque Ludis vetustiores arbitrari par est: nam Nemea & Isthmia longo post tempore inchoata: quare a Pythiis incipiendum: eorum originem ad hunc modum prodidit Clearchus Solensis Aristotelis discipulus in primo libro *Proverbiorum*. Latona ex Eubœæ Chalcide Apollinem Dianamque reportabat Delphos. Ad Pythonis speculam admotis vestigiis, ab eo improviso pene oppressi, nisi puello mater animos addidisset, ut sagittis, quas

habebat, pestem illam occuparet. Acclamatio fuit, ἰὲ παῖ, ἰὲ παῖ: unde nomen ei factum ajunt certis syllabis additis, παιὰν, παιὼν, παιήων. Narrant etiam lapidem a Latona intentatum; alii dicunt Apollini porrectum antequam animadvertisset illum cum telis esse. Eum postea lapidem in Delphis repositum sub ænei Latonæ signi pedibus. Strabo ex Ephori *historia* Pythonem latronem fuisse tetrum ac cruentum, qui infessis itineribus infestam faceret provinciam: quapropter Draconis cognomen inditum a maleficio. Tanta peste soluti Delphi pro recepta libertate ludos quasi beneficiarios celebrandos curavere. Quos ludos auctis postea rebus, auctos ab Amphictyonibus sub Eurylocho, addito equestri simul atque gymnico certamine, victori præmium corona. Introducti quoque tibicines cum citharœdis: item citharistæ sine cantu: quorum modos appellarunt πυθικὸν νόμον. Argumentorum ratio ac tractus totus in Apollinis pugna quinque partibus constabat. In prima fuit ἀνάκρουσις: erat hoc proœmium. Secunda ἄμπειρα, in qua certaminis periculum Apollo faciebat, expediens ad prælium sese, attentans telorum aciem, suspenso gradu circumspectans, captansque pugnæ locum. In tertia seipsum ad prælium hortabatur: quare pars illa dicta κατακελευσμός: postrema erat [illegible], a temporum numero appellata: quam ab imitatione sibilantis inter moriendum serpentis Syringa cognominarunt: hæc ab Cithara. At vero seorsum saltatio haud illi absimilis edebatur, in totidem actus æque distributa. Primus erat πεῖρα: in qua deus cati militis præ se fert prudentiam omnia tum circumspiciens, tum designans; In secundo κατακελευσμὸς, quum hostem provocat. Tertius est jambicus in pugna: longe id sane commodius, quam apud Citharœdum. Jambus enim præliator pes est ac tanganarius, quemadmodum alibi dictum est. Eo in actu tibia saltandi numeros edit bellicæ tubæ: & dentibus frendentem Pythona, qui sagitta jam ictus est, exprimit. Quartus σπονδεῖος capiebat victoriæ celebrationem: quippe victis hostibus victimas cædebant, ac diis libabant: hoc autem est λείβειν, & σπένδειν. Postremus exultantis Dei, in quo tripudii certis legibus terram quatiebat: iccirco dictus καταχόρδευσις. Quoniam vero Græca tractamus, hoc est, mendacia, & poetica, id est, fabulas, festivitatis hujus origo ex aliorum quoque authorum fide narranda est. In faciem versus cothurnicis Jupiter Latonæ vitium obtulit in ea terræ Atticæ parte quam ζωστῆρα nominabant. Parturiens Latona undique ab Junone exacta in Delum insulam recepta est, quam prisci Ortygiam vocabant. Ibi editis gemellis, Apolline ac Diana, substitit mater: Diana in Cretam transmisit, Dictynnumque montem coluit. In Lyciam sese contulit Apollo. Inde a Pane divinationem quum didicisset, in eum oraculi ingressus est locum, ubi Nox olim, deinde Themis responsa dederant. Quo tempore occiso Pythone tripodis custode, oraculum suum fecit. Cujus corio obductus ejusdem opera tripos inde etiam Cottina fuit appellatus. de hoc tripode quam ægre nobis satisfaciat Diodorus Siculus, alibi scripsimus. Ex eo certamen septimo quoque die constitutum, ille Pythicum appellavit. Mirum sane quum rem sagittis confecisset, non & sagittandi, sed Cithara canendi posuisse. Quanquam non eodem modo ab omnibus describitur: sic enim alii digessere. Ut primum vocent πεῖρον, in quo tentet pugnam: Secundus ἴαμβος, convicio eliciens serpentem: ἰαμβίζειν enim λοιδορεῖν. Tertius δάκτυλος in honorem Bacchi, cui pes ille sacer sit, quique eo in loco ante Apollinem responsa dedisse ferebatur. Quartus Creticus ab Jovis incunabulis, cujus ipse filius. Nomen eadem ratione, qua Dactylus: pede enim Amphimacro conficiebatur. Quintum appellarunt μητρῷον: quoniam Telluris aviæ suæ jus oraculi priscum fuit. Sixtus σύζυγμα: hæc certaminis causa, atque instituta: haud parvo post tempore ad viarum angustias, quæ in Delphos agunt, Crissæi quum infestum iter facerent iis, qui oraculum peterent, sociorum copiis adjuti Amphictyones Crissam aggressi expugnarunt: alterumque certamen addiderunt, in quo tibicines canerent. Crissæorum exitus quominus facinora sequerentur, neutiquam deterruit Cirrhæos: neque enim minora latrocinia exercuere. Quare victi ab Eurylocho Thessalo, qui ob roboris præstantiam novus Achilles dictus fuit, ad montem, qui Cirphis nomine contra Parnasum jacet, confugere. Eurylochus ad belli reliquias persequendas, relicta exercitus ibi parte sub prætore Hippia, abiit ipse, constituitque Gymnica certamina. Hoc factum est Athenis præturam agente Simone, Delphis autem Gylida. Victori pecunia præmium. Annis autem sex postea debellatis reliqui Cirrhæorum prætore Athenis Damasio, Delphis Diodoro, redintegratis ludis coronam victori tum primum propositam quidam prodidere; verum equidem alios, ab Apolline datam coronam, melius sentire arbitror, eamque e lauro cujus ille vel termites, vel taleas e Thessalia tulisset. Etenim e Creta ad Tempe sese contulerat, quo de Draconis cæde a Chrysotomide expiaretur. Neque vero iis assentior, qui coronæ usum apud Veteres nullum fuisse autumant, imbecilli sane argumento: propterea quod, inquiunt, ejus nullam mentionem fecerit Homerus: cui ne στεφάνου quidem vox nota fuerit. At enim a Promethei usque temporibus coronæ usum deducunt doctiores: quippe ab Jove solutum vinclis, quem ille imminenti ex Thetidis concubitu periculo solvisset, supplicii tamen vestigiis manere jussis: quippe ad pristinæ catenæ memoriam annulum ferreum gestare, in quo lapis impactus rupem illam Caucasi repræsentaret. At illum tam triste monumentum non sapientia temperasse, verum etiam coronæ capiti imposita hilarasse: unde simul & coronarum & annulorum origo ducta videatur. Ego vero etiam ante Prometheum puto eos, qui exstiterint mortales ad æstiva umbracula coronas excogitasse: victoque certaminibus ablatas, atque impositas victori, ut ea ignominia cœli incommoda pateretur. De celebrationis quoque tempore minus convenit: minus enim per initia frequentatos legimus: quippe nono quoque anno. Argonautarum tempestate vicit stadium Castor, pugilatu Pollux, Calais dolichon, armatum cursum Zetus, discum Peleus, luctam Telamon, Hercules pancratium, laurea corona victori data.

CAP. XX.

OLYMPIA.

PROXIMA Olympiorum origo, si Pelopis tempora putes. Is Hippodamiæ Oenomai filiæ fama & amore captus, in Elide apud patrem ausus est proci nomen profiteri. Oraculo monitus ille exitum suum pendere ex filiæ nuptiis, quibus artibus interitum effugere, quærit, sibi molitus est. Virginem petentibus proposuit in bigarum certamine victori filiæ nuptias, victo mortem. Qua lege tredecim juvenes interfecit: quemadmodum canit Pindarus, cujus Interpres etiam eorum nomina recensuere. Pelops a Neptuno impetratis equis victum Oenomaum in mare præcipitavit.

Hippodamiam uxorem duxit: certamen victoriæ monumentum instituit. Hæc ita gesta sunt ad Pisam Elidis: quæ a cognomine Endymionis filia sic fuit appellata. Victor Cotino, quæ est agrestis olea, coronabatur. Hercules intermissum in Olympii Jovis honorem, victo Augea Elidis principe, de præda atque manubiis instauravit. Is enim sterquilinia immania quum haberet, neque haberet quo pacto iniret purgandi rationem, cum Hercule de certa mercede egit, ejusmodi commodum pollicente. At postea mira sapientia fluminis appulsu fimum facile deductum ubi vidisset, preciumque majus opera illa ratus negasset, exutus est vita simul cum imperio: hæc sane vulgatiora. Pausanias autem longe diligentius. Nam & duos tradit Herculis appellatione, & altius repetit, & post Pelopem recenset alios. Saturno aurei seculi mortales deorum tum principii erexisse fanum. Editum Jovem ab Rhea alendum datum viris, quos e Creta accitos Idæos Dactylos, alii Curetas nominarunt. Eorum nomina, Hercules, Pæoneus, Epimedes, Jasius, Idas. Herculem natu maximum commisisse fratres ad cursus certamen, victoremque oleastro coronasse, cujus ibi sylva frequens adeo, ut & virentes frondes substernerent ad somnum capiendum. Ramum ex Hyperboreis allatum ab eodem Hercule ad eam magnitudinem multitudinemque adolevisse. Adeo more suo malæ fidei author est Græculus. Nam quo tempore Hercules Idæus ad Hyperboreos sese contulit, qui e Creta tum primum in Elidem navigavit? Aut ubi gentium invenias oleastri arborem Hyperborei gelu patientem? Primum igitur hunc Idæum Herculem Olympia posuisse, quinto quoque anno celebranda, quot ipsi fratres extitissent. Quin Jovem tum adolescentem lucta certasse cum Saturno de imperio, atque vicisse. Cursu ab Apolline victum Mercurium, Martem vero pugilatu. Quinquagesimo autem post Deucalionis diluvium anno, Clymenum Cardis filium, unum ex Herculis Idæi nepotibus e Creta venisse, atque Olympicum certamen quasi familiæ suæ prærogativa instaurasse: aramque tum Curetibus, tum suæ gentis authori Herculi statuisse, quem παραστάτην cognominari jussit. Hunc postea Clymenum Æthlio satus Endymion exactum regno privavit, liberisque suis in cursus certamine regnum proposuit victori. Altero ab hoc seculo Pelopem quam magnificentissimo apparatu eos ludos illustrasse. Pelopis filiis ex Elide per universam dispersis Peloponnesum, Amythaon Cretheo genitus, nepos Endymionis Olympia indixit. Post eum Pelias, & Neleus communi tum gloria tum authoritate. Postea Hercules Amphitryonis capta Elide. Iolaus curru vicit, Iasius Arcas κέλητι, id est, equo solo; Castor cursu: Pollux pugnis: Hercules lucta & pancratio. Secundum hosce Oxylus, qui in Elide regnum obtinuit, renovavit. Intermissum deinde usque ad Iphiti tempora. Sub quo certaminum inita ratione, multa omissa fuisse propter inscitiam atque oblivionem. Cujus rei argumentum afferunt, quod tum primum solius cursus præmia posita fuerint: ajuntque victorem Eliacum Corœbum. Aliquot annis post in mentem venisse δολίχου: itaque additum pristino cursui; quem vicit Hypenus Pisæus: sequenti Olympiade Acanthus. Anno inde quintodecimo Pentathli, ac luctæ memoriam renovatam. Illo Lampidem, hac Eurybatum victores declaratos. Quinta post eam Olympiade, quæ tertia & vicesima numerabatur, pugilatus redditus: quo vicit Onomastus Smyrnæus. Quinta & vicesima equorum cursus additus. Pagondas Thebanus

A curru cæteros anteivit. Octava ab hinc Olympiade, excitatum de integro pancratium, & equus singularis. Hoc polluit Crauxidas Cranonius, illo Syracusanus Lygdamis: cujus corporis magnitudinem Herculeæ parem memoriæ prodidere: quare & celebratum est ejus sepulchrum ad Latomias. Neque vero solum viris, sed pueris quoque certamina indicta sunt. Cursus quidem ac luctæ septima ac tricesima Olympiade. Lucta vicit Hipposthenes Lacedæmonius: Polynices Elæus cursu. Pugilatu prima & quadragesima superavit Philetas Sybaritanus. Quinta & sexagesima, cursus in armis cœptus simul cum
B scutis. Excelluit Demaratus Hereensis. Tertia & nonagesima bigis: quibus Eleus Evagoras victor fuit, idque equis perfectis: nam etiam pullos introducebant, quemadmodum undecentesima Olympiade: quibus coronam tulit Sybariades Lacedæmonius: atque ibi quidem unicus pullus currum trahebat. Postea vero etiam juncti bini. Item ductus unus sine curru κέλης. Bigis palmam tulit mulier e Macedonia Belistiche nomine: singulari equo Lycius Tleopolemus. Centesima quadragesima quinta pueris constituto pancratio, victor fuit Phædimus Æolensis ex urbe Troade.
C Quinetiam quibusdam aliquando institutis alio tempore abstinuere. Tricesima enim octava pueris Pentathlum propositum, postea desitum est: qua tempestate Eutelidas Lacedæmonius precium operæ tulit. Quemadmodum ἀπήνης & κάλπης cursum illum septuagesima, hunc sequenti Olympiade institutos abrogaverunt quintodecimo post anno. Victor ἀπήνῃ Thersius Thessalus fuit, κάλπῃ Achæus Dymensis. Erat autem ἀπήνη, quemadmodum diximus, junctis mulabus. Equa vero Calpe fuit, de qua successor sub ipsas metas desiliens apprehensis frænis simul cum illa decurrebat. Quemadmodum qui ἀναβάται dicebantur
D tur a Græcis, qui a Calpe hoc differebant, quod equo masculo, non fœmina, utebantur. Alio more quam desultores nostri, qui equo insidentes alterum ad manum habent, in quem e priore insiliant: κάλπης etiam Plutarchus meminit: quod simul cum gladiatorio antiquatum scribit. Qui certamina ipsa ponerent, ἀγωνοθέται, dicti. Ac primum quidem unus erat author Hercules, Iphitus, Oxylus. Verum quinquagesima Olympiade duobus ex Elide civibus datus sortito iis fuit magistratus. Judices autem electi novem Olympiade quinta & vicesima, quos Ἑλλανοδίκας nominarunt. Tres equorum curabant cursum:
E totidem curæ erat Pentathlum. Reliquis certaminibus præerant reliqui: Altera deinde Olympiade additus & decimus. Quum autem essent Eleensibus tribus duodecim, centesima tertia e singulis tribubus singuli Judices electi sunt. Ab Arcadibus deinde bello petiti victi: agrorum parte mulctati quatuor ex eo numero detraxerunt: tot enim tribus in hostium venerant potestatem quarta supra centesimam Olympiade: vicesimo tandem post anno ad decem res rediit. Hi vero Judices etiam ἀθλοφόροι, etiam αἰσυμνῆ-
F ται. A nonnullis vero ῥαβδοῦχοι quoque dictos invenias.

CAP. XXI.

NEMEA.

ARGIVORUM Nemea regio est, a cognomine Jovis & Lunæ filia Nympha. Alii a pascuis armentorum agri, quæ Junoni sacra essent. Nonnulli a Danai liberis. Ea in terra, Thebas Argivi quum peterent, siti fatigatus exercitus Hyp-

ſipylen habuit obviam Lemni reginam geſtantem Ophelten puellum Eurydice & Lycurgo ſatum, qui flamen Dialis erat: quanquam Ophelten alii Creuſæ & Eupheti, prodidere. Hypſipyles ductu, atque indicio inventis aquis, dum ſolvunt ad fontem ſitim, relictum ab ea in pratis infantem Draco necat. Illi reverſi belluam interficiunt: & certamen indicunt funebre triennale. Primum ſoli certarunt milites: deinde etiam populus admiſſus. Quidam falſo negarunt vel curru, vel equo ſingulari celebratos eos ludos: curru inquam δίφρῳ: nam altero currus genere, quod appellant ἅρμα, non negant: in illo ſella erat, in hoc non erat. Pindarus meminit in *Nemeis* etiam pancratii, & luctæ & quinquertii, & ſtadii, & ἁρματος. Ophelten autem fatali nomine appellavit Archemoron vates Amphiaraus, concepto ac deſtinato tam infelicibus auſpiciis exitio futuro. Alii evenisse hoc Talao Adraſti regis, qui exercitum ductabat, fratri prodidere. Æſchylus putavit Archemorum fuiſſe Nemeæ filium, qui hunc ad modum vita functus ſit. Certamenque illud Thebano bello fuiſſe longe vetuſtius. Certamini præſidebant Corinthii, Argivi, & Cleonæi. Alii non Cleonæos, ſed Deceleonæos primos præfuiſſe ſcribunt: atque poſt illos, Corinthios. Per initia ex olea coronam factam, datamque ad Medici belli uſque tempora. Deinde oleam cum apio commutatam: quem fruticem infelicem putarent funeribus convenire. Iccirco Judices pullati ſedebant. Poſtremo Hercules Nemeo Leone debellato & inſtauravit, & correxit, Jovique Nemeo dicavit.

CAP. XXII.

ISTHMIA.

INO & Athamas duos liberos habuere, Learchum ac Melicertam. Learchum Athamas Junonis opera in furorem actus interfecit. Quem, eadem authore, pari morbo affecta mater in lebetem ferventis aquæ plenum immerſit. Tam atroci exemplo monitus Melicerta cum per Geranæam Megaræ montem regionis aufugiens ad rupem, quæ Moluris dicebatur, perveniſſet: de ea ſeſe in mare præcipitem dedit: quem ſecuta mater ſimili fato perfuncta eſt. Alii tradunt matrem ſurrepto ex illo periculo Melicerta, cum eo ſeſe præcipitaſſe. Exceptos Nereides matrem fecere Divam, Leucotheam Græci, Latini Metutam vocant: Melicertam divum, Palæmonem illi, nos Portumnum. Eædem Nereides Siſyphum monuere, ut in honorem Melicertæ ludi ſtatuerentur. Alii etiam fabuloſius a Delphino delatum cadaver ajunt: atque ab Siſypho, qui tum Corinthi regnum obtinebat, inventum, tum propter affinitatem datum ſepulturæ: quippe Siſyphus, & Athamas Æolo geniti. Cæterum vero propiora tradunt, qui Melicertæ cadaver fluctibus appulſum, ſcribunt ad Iſthmi locum, cui ab juncis nomen erat χοινυντία. Peſte ex eo correptam Corinthum, oraculo monitam haud prius ceſſaturum malum, quam Melicertæ juſta perſolverentur: ac præterea ludi fierent. Igitur Amphimachi, & Donacini opera cadavere translato cum celebritatis initium & peſtilentiæ fuiſſet finis, paucis autem feſtivitate celebrata ac deſita: rurſus ab numine ceſſationis poſtulati, ac peſtilentia oppreſſi, ex oraculi præceptis morem intermiſſum redintegrarunt. Pinu autem Iſthmionicas fuiſſe narrant coronatos, propterea quod Melicertæ cadaver pineis obvolutum ſurculis inventum eſt. Alii dicunt Neptuno ſacram pinum: unde Phytalmii cognomen attributum autumant iccirco, quia pinus, picea, abies maritimæ rei plurimum conveniant. Timæus ſcriptum reliquit: Apio antea coronari ſolitos victores: idque Corinthiorum judicio. Eadem hiſtoriæ ratio ex Proclo, Callimacho, Euphorione.

CAP. XXIII.

LUDI ALII MINUS NOBILES.

ALIOS quoque ludos minus illuſtres in Græcia factos legas; in quibus lebetes erant præmia, in aliis Arnacides, id eſt, agninæ pelles. Certorum quoque populorum feſtivitates, ut Panionia & Panathenaica: in quibus utriuſque ſexus flos per mutua nexis manibus ſaltabant Pyrrhichicam. Quædam vero præter hos, potius feſtivitates & ſacra, ſive ludis, cum pompa: qualia Adonia Athenienſibus, & Theſmophoria, atque alia, quæ inter gentium ritus a nobis narrata.

FINIS.

JULII CÆSARIS SCALIGERI


DE

VERSIBUS COMICIS

TRACTATUS.

AD SYLVIUM CÆSAREM FILIUM.

JULII CÆSARIS SCALIGERI
DE
VERSIBUS COMICIS
TRACTATUS.
AD SYLVIUM CÆSAREM FILIUM.



QUIBUS artibus poetarum ingenia excolerentur, cum esset a nobis duobus libris explicatum: non prius absolutum fuisse opus illud videbatur, quam addita *de Versibus Comicis* commentatione institutum teneremus. Nam cum de origine, generibus, partibus fabularum, quæ in scenam afferrentur, & ab aliis olim, & a nobis ipsis suo loco sit disputatum: in animo habebamus totum hoc negocium legare iis, qui de pedum quantitate, deque versuum ratione conscripserant. Verum cum & maximus vir Erasmus, & post eum plerique alii ita hanc conficere provinciam aggressi sint, ut & ille his non pauca reliquisse, & hi eadem illa aut nescisse, aut præteriisse visi sint: coactus sum, Sylviole fili, hac quoque opera ostendere animum erga te nostrum: ut quem in locum Naturæ ope teipsum evehere mirabamur, nostris auspiciis promoveri, ac provenire eo possis. Nam cum pernecessaria per se cognitio est ipsa, tum etiam si non esset, videntur tamen viri illi talem effecisse, sive ad eorum magnitudinem intueare, quam ad hujusmodi lucubrationem demisissent: sive negligentiam spectes, qua mutilam depravatamque relinquerent.

Ac primum quidem quam Erasmus affert, vereor ut accipienda sit dubitatio: *Sit, nec ne, certis pedibus astricta Comœdia*. Nam quanquam Quintilianus hoc dixisse videtur, non tamen pedum leges potius, quam trimetrorum præscriptionem desideravit: neque in omnibus, sed in Terentianis tantum: quarum gratiam, quam elegantia orationis atque puritate consequutæ essent, diminutam putabat licentia versuum longiorum: cum tamen Plautus nihilo sit in trimetris frequentior. Hoc autem amplius eadem in quæstione peccat Priscianus, quosdam esse, qui in Terentii fabulis extare metra negent, atque eosdem tamen ait, illa quasi arcana quædam, sibique solis cognita profiteri. Quid enim est hoc? negare numeros in versu quopiam, eosdemque numeros in eodem versu se solos dimetiri posse? Hanc sententiam more suo de illo mutuatus Erasmus commodiorem fecit: dividit enim eam, ejusque partes ad diversa refert judicia. *Alios* inquit *negare: alios quasi inutilem eam investigationem existimare*. Quorum utrumque cum ipse rejecisset: quod erat priore loco, merito quasi judicatum omisit. Alterius autem rationem hanc reddere instituit, non operam perdere nos indagandis versuum generibus: hac enim diligentia effici, ut quæ librariorum incuria transpositæ voces sint, suis eæ sedibus restituantur. Ego vero neque hoc esse necessarium video, & plus

A conferre ad solutæ orationis libertatem. Nam neque ubivis transpositæ voces, versus tollent connexionem: & frequentissime deprehendimus, ob numeri necessitatem ita transpositas, ut si eandem sententiam in epistola sis allaturus, cogaris aliis sedibus digerere: veluti cum Terentianus Simo ait:

Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallaciæ conari, quo fiant minus.

Nam priore versu multa invertas sine dispendio numerorum: in altero autem & quotidiano sermone, & forensibus contentionibus aliter loquare. Itaque si librarii ita scripsissent:

B *Fallaciæ conari, quominus fiant:*

Ex eorum temeritate hoc fructus capiamus, ut minore negocio imitemur. Hoc igitur non negamus nos, versuum legibus duci nos ad verborum sedes investigandas: sed in eo ullam esse utilitatem, hoc negamus: imo vero conducere interdum magis, si transposita sint, quo ordine orationem nostram instituamus. Sed profecto hac opera plus fuit laboris sumptum, quam captum utilitatis: ut non sine caussa miraremur, summos viros tantum scidii in dimetiendis illis versibus posuisse, Priscianum, Donatum, Asperum, Jubam, Scaurum, C Probum, Sulpitium, Varronem ipsum. Quorum frequentiæ cum mihi in mentem venit, apparet illico aut obscura diligentia, qui infecto negocio eguerint successore: aut res ipsa perdita, quæ vel ab uno alterove tantorum virorum nequiverit confici. Quare ea quoque caussa, sed potissimum ea, inquam, esse potuit, ut ad hanc contemplationem studium nostrum adhiberemus. Neque enim sola res petenda jam est nobis, sed ipsa contentione de clarissimis authoribus victoria reportanda Atque ut eorum judicia hac quoque in parte emendemus, simul ad hanc operam incitemus ingenia D literatorum: ut non minimam pronunciandi rationem ex hac commentatione consequi sese posse putent: quemadmodum cum intellexerint neque aspirationem, neque sibilum, neque mutam inter se conspirare potuisse, ut prima syllaba in voce hac, *isthic*, produceretur. Qua in voce eadem qui putant sibilum extrudi in pronunciando, neque morem servarunt, neque etymologiam observarunt. Nam Æoles, quos Latini maxime sunt imitati, quod alii, ἐθγὸν, dicerent, ipsi, ἐσλὸν, pronunciabant: ita in verbo, *isthic*, satius fuit mutam abjicere, & fuit ratio: nam, *is*, pronomen integrum manet: cauda autem illa, quam vocant syllabicam adjectionem, nullo dispendio expuncta etiam leniori relinquit locum conjunctio-

ni. Præterea multis in locis animadvertas, posituram consonantium non producere vocalem; sed suapte natura niti brevitate: ut, *in, sed, ad, quod, aliud, simul*: in quibus qui putarunt oportere postremum elidi elementum, vehementer errarunt. Sed longe facilius in disjunctis vocibus correptam vocalem tenuere, quam in conjunctis. At in conjunctis ita pronunciabant, ut positura nihil afferret moræ brevitati. Sic *insidias*, & *inferos*, primam producere dixerunt: *indicationem* autem & *incautum*, corripere. Quare si hoc in uno tractu ac tenore faciebant, multo commodius interposito eo intervallo, quod separatis vocibus debetur, efficere debuere. Nam si dicas, *in sedibus*, atque ibi præpositio brevis sit, quæ in ea compositione longa fuisset: quanto aptius brevis erit, si dicas, *in diem*: quæ, si compones, brevis quoque erit? Præterea animadvertemus, quam celeriter multas vocales pronunciando expediverint, ut etiam cum sequentibus obscurarint. Sic enim in illis, *scias, suæ, tuæ, fuit, dies, deos, prius*: quæ efficiebant monosyllaba: ita ex duobus comparativis, *potius, melius*, duos constituebant pyrrhichios. Nam quemadmodum mensuremus versum illum ex *Andria*?

Dabit nemo: inveniet inopem potius, quam te corrumpri sinat.

Necesse enim est ex duabus vocibus his *potius quam*, unum pedem fieri: quod ut efficias, multa prius, ac mirabili eget interpolatione. Ego vulgo ita quoque locutos puto, non laturos scenarum barbariem, quæ de medio sumeret sermonem. In hac tamen re & disceptarunt multi, & non pauci errarunt: sicut & illi, qui reddere voluerunt rationem versuum: cum alii essent curtissimi, alii adeo longi, ut mihi libeat cum Plautino trapezita jocari, Dum unum scribo, explevit mihi totas ceras quatuor: quantus ille est ex *Eunucho*:

Et magnifica verba: verba dum sint: verum si ad rem conferentur, vapulabit.

Quanquam hic quoque ab illis dissentio, ajoque duos versus esse: priorem trochaicum dimetrum brachycatalecticum: alterum octonarium. Nam sic pronunciavit, ut cum dixisset,

Et magnifica verba:

Substitit, affixitque ibi propositum in verbis: postea simul cum re mutavit sententiam, ut pro factis facta redderet, & verbera minitaretur. Priscianus distinctionis caussa breviores insertos versus dicit. Verum neque ille distinctio hæc quid esset, declaravit: neque nos, quid sibi velit, sane scimus. Nam quæ distinctio esse debet, non solum eadem in scena, sed etiam persona? quæve in prima scena gravissimæ Comœdiæ *Amphitruonis*? Ipso enim ingressu statim nusquam sibi constat. Aut qualem in ea scena, in qua Pamphilus de patris duritia queritur? qui in eodem argumento propositoque perstaret conquestionis, & tetrametris illud inseruit dimetrum:

Quod si sit, pereo funditus.

Alii, ut sibi videbantur, acutiores, e rebus ipsis duci, non solum pedum statum, aut cursum, sed etiam versuum tractus prodidere: in re perturbata mutari versus, pedesque ipsos confundi: in celeritate trochaicos trudi: gravibus personis statarios sermones confieri ex spondeis. Afferunt huc non tam pro teste, quam pro judice Vergilianam prudentiam, divinam illam sane mihi: qui rem, & verborum nitore ac numerorum concinnitate oculis subjiciat. Ego vero ut horum diligentiam veneratus sum, quam equidem tanto studio in meis poematis exprimere conatus fuerim: ita in comœdiis falsam simul atque supervacaneam animadverti. Nam si in personarum statibus diversis, si in contrariis negociis, si in fabularum partibus maxime inter se dissimilibus, idem pes, idem pedum ordo, idem carminum genus ostendatur: jam nulla caussa est, qui in horum sententia, tanquam vana explodatur. Ergo in divina fabula, ac vere thesauro, quam levi nimis de caussa *Trinummum* inscripsit Plautus, Protasis trimetro jambico tota constat: item Epitasis: tum Catastrophe. *Stichus* e contrario, tota trochaicis longis. In *Mostellaria* adolescenti Philolacheti homini perdito luxu, atque ocio corrupto, quique unam modo rem ageret, ut inserviret ventri, dati versus sunt omni pedum pene genere pleni. Tranioni autem servo, trepido, in re desperata, versus compositi, atque sibi ipsis constantes. Seni Teuropidæ viro gravi, parco, læto, aucta re, amoto maritimorum metu periculorum, senarii jambici. Quid gravius *Amphitruone*? quid magis statarium, quam finis fabulæ conversæ? concluditur tamen fabula trochaicis. In *Sticho* autem tam jambis pótant, quam trochæi. *Gurgulio* currens in re nova, novo nuncio vehitur trochæi rotis. At Acanthio in *Mercatore* haud absimili in re quadratis utitur jambicis. At iisdem in Terentiana *Phormione* Geta pari in negocio. Ergasilus vero parasitus in *Captivis*, tam trochaicis, quam aliis: cum tamen similem ageret cursuram. Quemadmodum & Dinacium puer in *Sticho* nuncii autor novi, utrisque mistim usus est. Præterea trochaicis Harpax Cacula militaris in *Pseudulo* dum Lenonem quærit. Trochaicis Erotium meretrix in *Menæchmis*, ut obsonium comparandum curet. At e contrario trochaicis Lysiteles adolescens & gravis, & frugi in *Trinummo*: & Chremes senex, vir bonus, ac prudens in *Andria*, seria in primis de re, paterno animo, constanti conquestione. Quod si ad Davum respiciant, qui sequenti scena jam ocium atque tranquillitatem imperando sibi, bellissimos fundit trochaicos, jam ipsi illa de celeritate aliquid consultius remittant. Poetas profecto istos comicos nostrates, ut in mentem venerant res, arripuisse, eisque numeros accommodasse reor. Isti vero legum latores novi plerique hoc suis obtinent ingeniis peculiare: semel alicubi si quid deprehendere, illico pro lege habent. Atqui longo multoque opus est studio, est opus consilio prudenti, acri judicio opus est: quanquam equidem non negarim, fabularum initiis ubi animos, aurésque spectatorum trimetris versibus imbuissent, ipsi sibi suo quasi jure agerent; deinceps interspersis alicubi ejusdem generis senariis, idque neque semper, neque coactos, neque consulto factitasse existimamus. Fuit tamen hoc illis in more positum, ut narrationibus trimetros majore ex parte adaptarent: neque solum in Argumentis, aut Prologo, aut Protasi, sed etiam apud personas eas, quæ etiam aliud agerent. Quemadmodum cum Davus in *Andria*, de aliis rebus loquens, alia utitur versuum dimensione: ubi ad narrationem deventum est de navi fracta apud Andrum, ad trimetros divertitur:

Ad hæc mala, hoc mihi accedit etiam hæc Andria.

Eadem diligentia in epistolis. In *Pseudulo* ab longis in senarios deflectitur. In *Asinaria* quoque quod pactum conscriptum est inter adolescentem, & le-

nam, ſenariis expletur: quoniam ſit narratio quædam: quanquam ne hic quidem ſemper. Nam longis verſibus narrat in *Rudente* Grippus, eventis fortunæ ſeſe bene acceptum. At in eadem ſenex ſomnium trimetris. Ex utriſque vero, atque etiam aliis miſtis Soſia *Amphitruonis*: quanquam ubi ad manus ventum eſt, jamborum vim atque alacritatem minutiore gyro flectit, ac vibrat. Cum igitur tam inconſtantem legem videamus, ut illis poetis neque curæ fuerit, uti facerent: neque ſalvo puri ſermonis nitore efficere potuere, uti numeris eſſent aſtrictioribus: nos ſic inventa, aut quemadmodum exiſtunt, permittamus: aut ſi quid ſiniſtri ſeſe offerat, ne odioſe extorqueamus: præſertim cum licentiæ vitium cum Græcis, unde ſumpſiſſent, ſibi commune, licentia, uti ſolet, auxere.

Illud vero, quod aliqui dubitando, quidam etiam aſſeverando negabant, fabulas Terentianas trimetris circumſcriptas; falſum eſſe deprehendimus. Nam & apud eum poetam plus eſſe hujus carminis invenies: & contra, apud Plautum quadratos, aliaque longiorum genera. *Andria* pene ex æquo diviſa in utrunque genus eſt. Haud enim ita multo ab longis ſenariorum numerus ſuperatur. In *Eunucho*, & *Heautontimorumeno*, item. At in *Adelphis* pene ex quadrante longi ab ſenariis exceduntur. *Phormionem* potior ſenariorum numerus conficit. *Ecyra* laxior fabula, ac pedeſtrior eſt: itaque omnium Terentianarum ad ſermonem quotidianum quam proxime accedit, eſt tamen in ea ſenariorum plus tertia parte. At contra, Plautina *Amphitruo*, & *Rudens* vix totus quadrans expletur ſenariis. *Aſinaria*, *Epidicus*, quam tantopere ipſe autor laudat, *Moſtellaria*, *Menæchmi*, *Miles*, *Mercator*, *Pſeudulus*, *Aulularia*, *Caſina*, *Gurgulio*, *Bacchides*, aut ex utriſque æque conſtant, aut etiam minus habent ſenariorum. *Captivi* vero, & *Perſa*, & *Pœnulus* plus dimidio textæ ſunt longis. *Trinummus* legebatur hactenus tota quadratis, aut non multo brevioribus. Eam nos ita reſtituimus priſtinæ ſinceritati, ut ad quingentos ſenarios excuſſerimus. Quorum tamen numero præſtant longi verſus duplo. Quam operam etiam cum *Truculento* impendiſſemus, paulo minus ducentis reformatis, tantam longiorum invenimus multitudinem, vix ut illorum hi eſſent pars quinta. Atque is labor non temere ſuſceptus eſt: cum tam facile mendacium, Quintiliani autoritate tegeretur. Nam iſti magni Viri, dum nihil inexcuſſum volunt, & faſtidiunt leviora, plus profecto nominis uſurpant, quam ponant operæ. Quemadmodum Priſcianus quoque, cui de anapæſto ſententia excidit ſatis abſurda, cum dixit: *Erit autem probabilis jambicus verſus, & tragœdiis aptus, ſi ſecundum, & quartum pedem, non alios feceris, quam jambos, aut eum, qui tribrachus eſt, aut anapæſtus: quoniam ſunt pares*. Qua enim audacia fretus anapæſtum tribracho parem dixit? Nam quod ait paribus ſedibus anapæſtum recipi, verum eſt. Sic enim extat in *Pluto* Ariſtophanis:

Ως αργαλέον πρᾶγμ' ἐςὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

Et bis in eodem verſu:

Οἱ δ' ἐξετρέποντο, κ' οὐκ ἐδόκουν μ' ὁρᾶν ἔτι.

Verum hoc eſt illi adeo frequens, ut nullus pudor Latinis ſit jam futurus, quibus linguæ ratio perſuaſit, ne hoc attentius curarent: præſertim cum tragœdia quoque hoc admiſerit, gravius ſane ac longe caſtius poema. Obſervantior Sophocles: Euripides minus obnoxius: nam minus pepercit illis ſedibus:

Γλῶτταν δ' ἐπιορκεῖ σιγᾶν ἰδία τῆς φρενός.

Et in *Hecuba*:

Κεἰ σμικρὸν ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχει.

Neque ſolum anapæſtum paribus ſedibus poſuit illis, ſed etiam in ultima, ut in *Oreſte*:

Αυτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σώζουσι πόλιν.

Quem ſi tribrachyn voces, ſyllabam nunc reſpicias, non legem illam, qua ultima habetur indifferens.

Eraſmus autem recte ſedibus imparibus dicebat, pro jambo receptum ſpondeum, dactylum, tribrachyn, anapæſtum: proceleuſmaticum autem omiſit, quoniam excidiſſet memoria: & creticum, quem ſane putaret non admitti. Nam ſi in eam ſedem poſſe recipi ſperaſſet, non multa carmina ſubvertiſſet. Proceleuſmaticus autem proxime ad naturam dactyli accedit, differens ſyllabarum numero, temporum tractibus par. Tribus autem modis excipitur pes ille. Aut enim mollis eſt, atque adminiculis quibuſdam ſimilior factus dactylo, ut, *Genua labant ariete: parietibus*. Duabus enim vocalibus conſtitutis, prior conſonantis vim quandam videtur obtinere. Aut eſt apertior: ut in verſu Enniano:

Capitibus nutantis pinus, rectoſque cupreſſos.

Aut eſt coactus, ademptis conſonantibus, quibus ſyllabarum brevitas impeditur: cujuſmodi eſt in *Andria*:

Sine invidia laudem invenias, & amicos pares.

Itaque ad eum verſum cum deveniſſet Eraſmus, neque agnoſcere vellet proceleuſmaticum, quem in ſuis legibus non conſtituiſſet, & putaret duriuſcule fieri, ſi Æolicum digamma auferretur, ut exiret proceleuſmaticus: ſuſtulit tamen, ut exciperetur tribrachus in duabus primoribus ſyllabis hujus nominis, *invidia*, & ex duabus poſtremis vocalibus una ſyllaba concreta eſſet. Verum ut in natura, ita in arte illius imitatrice faciendum nobis eſt, nihil aut otioſe, aut ſuperfluo agere. Ergo ut conſtet ratio dimenſionis, ſi recipias proceleuſmaticum, unum tantum moliris, cum tollis digamma. Si malis tribrachum: & hoc tibi idem curandum eſt, ut tollas: & præterea duabus confertis ſyllabis obſcuranda oratio. Nam ſi nihil refert pronuncieſne *invidia*, an *invida*, quid intelligamus? quod ſi (ac verius quidem eſt) ita pronunciemus, ut quaſi ſonum conſonantis prior vocalis obtineat, jam non ſit tribrachus amplius, ſed anapæſtus. Nam ita pronunciari in quibuſdam proceleuſmaticis jam diximus, & apparet ex illo verſu Poetæ:

Stellio, & lucifugis congeſta cubilia blattis.

Et apud Horatium:

Ut Naſidieni juvit te cœna beati.

Nam idem nomen aliter:

Naſidienus ad hæc.

Quare in priore verſu, omnes erunt ſpondei, præter quintum. Sic enim etiam Catullus, *pituitæ*, primam cum produxit:

Muccuſque & mala pituita naſi.

Non

Non corripit Horatius:

Nisi cum pituita molesta est.

Sed trisyllabum posuit: ita ut media litera Æolicum sit digamma: quod & elicitur ex judicio Ælii Stolonis, qui a petendo vitam duci ratus est. Verum quod in, *invidia*, fecit, ut unam ex duabus efficeret syllabam, commodius confecisset, in *injuria*, illo versu:

Quo jure, quaque injuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Sicut in, *perfidia*, prologo *Amphitruonis*:

Non ambitione, neque perfidia, qui minus.

Id quod si animadvertisset, non sustulisset pronomen *me*, quod magna cum emphasi, ac gestu ad timorem personæ positum est: & omnibus in exemplaribus legitur. Tolli autem Æolicum elementum in ea voce, palam est etiam versu illo *Phormionis*:

Qui sæpe propter invidiam adimunt diviti.

Neque enim mirum est adventiciam literam de medio tolli quasi peregrinam. Est enim *video*, ἴδω: sicut in verbo *vivo*: fuit enim βιῶ, eo versu:

Liberius vivendi fuit potestas: nam antea.

Puto enim non admodum vegetam, contentamque fuisse literæ illius pronunciationem: sicuti neque in *ovo*, neque in *ove*, cum libitum esset: quæ ut asperrima est apud Germanos, ita pene vocalis apud Vascones, non consonans: nedum ut duplex usquam sit. Sed nequaquam par ratio fuit aut necessitas, ut elideretur idem digamma, in verbo hoc, *inveniet*: eo versu ex *Andria*:

Dabit nemo: inveniet inopem potius, quam te corrumpi sinat.

Nihilo enim mutatur versus dimensio, sive tollatur, sive relinquatur: quare, contra quam sensere, nullo pacto debeat tolli. In conjunctione quoque hac, *enimvero*, durius fit, si eximatur. Quid enim esset, *enimvero*? Sed unam syllabam fuisse, *enim*, cum vellent arbitror, siquidem Græcum fuit ἦν, & νυί. At quasi pro consonante accepere, ut ostendimus in *Stellio*, *invidia*, *injuria*. Quod sicut paulo asperior videatur pronunciatio: is non meminit, ea ratione, *cui*, esse monosyllabum: &, *Pompei*, bisyllabum: &, *Cai*, monosyllabum, &, *hui*: & quod omnium durissimum est, *huic*. Proceleusmaticos autem aliis duobus versibus animadvertere quidam, utroque ex *Andria*:

Mala mens, malus animus: quem quidem ego si sensero,
Tibi generum firmum, & filiæ invenies virum.

Ac de priore quidem non est disceptandum. In posteriore autem mollior est: propterea quod antiqui pronomina *mi*, & *ti*, monosyllaba pronunciabant ab Aeolensibus accepta, μοὶ, τοί: tu τύ: τέ, te. Sic enim in *Gurgulione* accipiendum est:

Curato ego tibi quod amas, jam huc adducam.

Tibi, proceleusmaticum hic quoque facient, neque errabunt. Hoc tantum agebamus, ut intelligeres fecundiorem fluxum earum syllabarum ad proceleusmaticum, quarum duæ in unam redigi atque coalescere possint. De cretico autem, quem isti omni conatu subterfugere, pluribus rationibus, atque exemplis est disputandum. Nam si in heroicum admittitur, si in tragœdia, quod est poema clarum, nobile, elatum, castum, locum invenit: quare in medium ac vulgatum sermonem non recipiatur? Est igitur apud Poetam;

Et naufragum scyllacæum.

Dicent non fuisse emendatum librum. At Vari & Tuccæ judicio emendatum fuit hoc. At est in emendatissimo libro *Georgicon*, quod supra adduximus:

Stellio, & lucifugis.

At est Euripidæ cum alibi, tum in *Hecuba*:

Δυοῖν δὲ παίδοιν δύω νεκρὼ καθό√εται.

Cum tamen dicere potuisset:

Παίδοιν δυοῖν.

Itaque nos quoque in *Nemesi*, studuimus gravitati, & auribus:

Heu genus nefandum.

Nam abjecta interjectione, exanguis oratio est: item si dicas:

Heu gens nefanda.

Et alio loco posuimus, *sinistra*: potuisset dici, *scæva*. Sed paucis aures poeticæ datæ sunt. Præterea si dactylus & anapæstus in jambi loco suffecti sunt, quorum utervis una illum & syllaba & tempore superaret, quare eam licentiam sermonis eadem puritas non coegerit recipere quasdam voces, in quibus esset creticus? præsertim cum e puris creticis aliquot versus constent. Præterea, ea nomina verbaque, *deus*, *dies*, *fuit*, *mea*, *sua*, *tua*, eo pertinent, ut cum collectionem in unam syllabam patiantur, doceant nos, in cretico idem quoque fieri posse, ut emolliantur pronunciatione. Ad hæc, si omnium morosissimus pes, ac pene ferus ἀντιβακχεῖος, in heroicum receptus est apud Homerum: cum αἰγύπτιον, & ἀνδροτῆτα, facit ut dactylum primoribus syllabis amplectantur: nulla causa est, quin rationes etiam autoritatibus fulciantur; quas Erasmus si diligentius recensuisset, non transtulisset præpositionem, *ex*, in *Andriæ prologo*: sic,

Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Quod equidem ut non improbo, ita consilium non laudo: quo adductus est, ut id faceret, ob amphimacrum vitandum. At si his rationibus non acquiescat, exemplis saltem credere cogatur: quæ quanquam habebam pene infinita: tamen & multa omisi, in quibus possent tergiversari: & alia firma pene innumera, ne tædium parerent: paucis igitur contenti simus. Ex *E.yra* igitur cum illud possemus adducere:

Eam calamitatem vestra intelligentia:

supersedimus duabus de causis: quoniam & ipsi liquidam non geminant in postrema dictione: & nos pronomen, quod primo loco positum est, monosyllabum agnoscimus: quare audiamus ex *Asinaria*:

Forte si tussire occepsit, ne sic tussiat.

Puto autem sic legendum præcipient: *Fors si tussire*. Nam ii magis erunt ferendi, quam qui putabunt conjunctionem, *si*, corripi: ut in, *nisi*, & in, *siquidem*. Quare alia quæramus: ex *Gurgulione*:

Sitit hæc anus: quantillum sitis modica est, capit.

Item in his duobus, binos:

Pervelim sepultam: sed quom adhuc naso odos meo.
Sedatum te: quam longe a me abest: lumen hoc vide.

Videamus alios multos, in eadem;

Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro.

Ubi, *fac*, longum est, contra recentiores;

Salve anus: egon' salva sim, quæ sicca sum siti?
Jamne ego huic dico? quid dices? me periisse age.

Item ex *Andria*:

Sive ista uxor, sive amica est, gravida e Pamphilo est.

Quo e versu ut creticum tolleret, non veritus est universæ orationis detrahere ornamentum: pronomen illud scilicet, quod in secundo loco statim legitur. Videamus ergo etiam ex *Eunucho*;

Quæ cum amatore suo cum cœnant liguriunt.

Nam hic non possumus effugere, quin aut prima in sede creticus sit, aut in quinta. Nam si secundam vocem non collidas, sed integram relinquas in dimensione; sicut frequenter fit, & Plautus voluit sibi licere in *Pseudulo*:

Si de damnosis natis, aut de amatoribus.

Creticus fit inevitabilis in quinta. Nam prima syllaba natura, non positione longa est. *Cœnare* enim mediam natura producit. Sin collidas, jam in prima sede hoc eveniat, eadem validissima ratione: qualis etiam ex *Heautontimorumeno*;

Itane comparatam esse hominum naturam omnium.

Quem versum qui trochaicum putent, nugas agant, hæc enim fuga neque necessaria est, & est frustra. Nam in *prologo Adelphorum*, quæ pars esse debet politissima:

Indicio de se ipse erit: vos eritis judices.

In eadem *fabula*:

Quam aut hic nunc manere tandiu, aut nunc persequi.

Inepte divertunt ad trochaicos. Quid enim in illo dicent?

Ille futilis, somnium sineres vero illum tuum?

Etenim trochæos extorquere nequeant ex eo. Et in *Eunucho*:

Sed neminem curiosum intervenire nunc mihi.

Quem Erasmus versum pro senario imprudenter sese metitum esse putat. Et in *Ecyra*:

A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia.

Et in *Pœnulo*:

Perque meos amores, perque Adelphasium meam.

Et in *Amphitruone*:

Inimicos osa sum semper obtuerier.

Item in *Asinaria*:

Deam sibi invocet, quam lubebit, propitiam.

A Et in *Aulularia*:

Nempe sicut dicis: quid hic? non poterat de suo?

Ex *Casina*:

Aut quasi lumbricus terram quidem te postules.

Sicut ex *Captivis*:

Inde me continuo recipiam rursum domum.

Ex *Casina* alterum:

Quid facies? concludere in fenestram firmiter.

Quod si dicant elidi sibilum, quemadmodum in *Rudente*:

Illustriores fecit, fenestrasque indidit:

Objicies illud ex *Aulularia*:

Aedepol mortalem parce parcum prædicas.

B Quo loco si jurandi adverbium pronunciatum autument ab antiquis per mediæ syllabæ exemptionem: alium opponas e *Pseudulo*:

Nunc tuo cum filio liber accubat: omnia.

Ubi si dicant, *ad*, præpositionem in compositione etiam correptam enunciari consuevisse: quæramus nos, quare in aliis carminum generibus nullis licuerit hoc. Quod si respondeant in causa esse pedestrem ac vulgarem orationem: hinc instemus nos, non valde meritam esse illius vilitatem, ut C tam accuratis astricta numeris creticum aspernaretur. Itaque verbum substantivum aliquando miris torsere modis: ut in *Milite* Plautus:

Censen' vero adeo esse parcum, & misere vivere?
Dicas uxorem tibi esse necessum ducere.

Apertius vero in *Gurgulione*, simplici sibilo pronunciatur:

Huic anui non satis est soli: canem esse hanc quidem.

D Cæterum quis eximet a cretico versum illum ex *Trinummo*?

Sit taciturnitati clam fidei ac fiduciæ.

Nisi qui ad trochaicam aram illam misere confugerit? Quare illo obruantur ex *Gurgulione*, quem Jambicus, ut sese in omnia vertant, quin sit, efficere nequeant:

Liberi lepos, ut veteris vetusti cupida sum.

Atque initio quidem arbitror vocalium tenuiorum E mollitie factum, ut subirent pedes alieni: sic dicimus,

Χρεώ, πηληιάδεω, πόλεως, πλέων.

Ut bacchium etiam receperimus illo versu:

Et leveis ocreas lento ducunt argento.

At hunc versum spondiacum putat Diomedes vir doctus: non male: ut mollior vocalis subeat fortiorem. Sic creticum interposuit, ut spondeum F faceret, in verbo, *aureo*. Quod si in tragœdia cretici sunt, in heroicis bacchius & antibacchius, ut taceam anapæstum tum Homeri, *βορέης ζέφυρός τε*: tum Virgilii, *Fluviorum rex Eridanus*: non videntur fuisse tot monstra necessaria, quot isti eximendis elementis crearunt, in *quidem*, in *sicut*, in *simul*, atque aliis: neque excludendas integras fuisse voces, aut alias spurias ingenuis supponendas, quod fecisse Erasmum & supra ostendimus, & ex his patet. Nam in *Eunucho*, *despectam*, posuit: *despicatam*, sustulit:

A *Habeat deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis.*

Auxit etiam errorem alia culpa: cum ex eadem fabula verſum fingit ex puris creticis:

Siccine agis? quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?

Quem tamen jambicum quadratum agnoſcas. Pari in fœlicitate & illum ex *Andria* creticis concluſit, qui eſſet ſenarius integer:

B *In denegando modo quis pudor eſt paululum?*

Reſtituta nanque per initium præpoſitione, quam ille nimis confidenter ſuſtulerat in prioris finem, tolles illius & errorem, & audaciam: ſimul deprehendes craſſam culpam: qui creticum ex tribus vocibus confectum iri ſperavit illis, *quis pudor eſt*. Verum ille vir curioſior paulo fuit emendandis autoribus. Nam & apud Senecam:

Arcum intenſio frangit, animum remiſſio:

Eum ibi dixit eſſe inverſum ſenarium, atque ipſe C ſic invertit:

Remiſſio animum frangit, arcum intenſio.

Dixiſſet commodius, quod ad pedes attinet, ſic legi poſſe: nunc cum neceſſitatem affert, cauſam ſuam facit deteriorem. Nam & ſic ſenarius eſt: & in aliis apud eundem autorem ſenariis non obſervatas magis leges intelligas, quam in comœdiis aut aliis fabulis, unde ille ſumeret. Quod ſi acrius contemplere, longe concinnior ſententia eſt: quam deformat ille inverſione ſua. Nam ſententia tametſi æqualiter de arcu, & de animo, pronunciat D per contraria: tamen vult arcum referre ad animum: quoniam de animo quærit ſtatuere. Itaque non ab eo incipere, ſed in eo ſententiam terminare oportuit: præſertim cum præter expectationem de animo ſentiat. Nihil enim mirum, intenſione arcum, at mirum remiſſione animum frangi. Quare & creſcit oratio, & talis eſt, ut quavis pedum diſpoſitione potior ſit. Ita curioſa hæc ingenia ſæpenumero judicio carent.

De Comicorum Verſuum materia, partiumque quantitate, ſatis diſputatum eſt: de ipſarum partium numero deinceps videamus. Principio, quod E antea in libris *De arte poetica* ſtatuimus, hic repetendum eſt, Verſus per initia curtos fuiſſe, duobus ad ſummum contentos pedibus. Id quod & ratione comprehenditur: ſiquidem partes toto corpore priores ſunt, & exemplis: ſic enim ortum eſſe primum ſenarium in Apollinis pugna, quam cum Pythone conſeruit, ex illa ſimplici acclamatione:

Ἰὴ παιάν.

Quam cum & iterarent, & frequentarent, natum ajunt ſenarium: quo tantopere in ſuis oraculis poſtea ille celebrarit:

F Ἰὴ παιὰν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν.

Qua de cauſa apud autores fabularum, invenias unica voce contentum verſum: ut in *Eunucho*:

Occidi.

Sed & monoſyllabum interdum: ut in *Hecuba*:

Φεῦ.

Et eadem geminata voce, diſtinctæ voces: ut in *Pluto*, ut in *Oreſte*:

ἆ, ἆ.

Et conjuncta: ut in *Philoctete* Sophoclis:

Ἀππαπαπαί.

Repetitis deinde tractibus productiores facti: ut in *Nubib.*

Ἰοὺ, ἰού.

Hoc quoque ita in *Trinummo* duplicatum fuit, ut dimeter fieret:

O Callicles, o Callicles.

Ergo cum duo pedum eſſent genera, alterum motorium, alterum ſtatarium: qui verſus ex motoriis conſtarent, in iis binos pedes ſinguli collectos tractibus feriebant: qui autem e ſtatariis conflabantur, ſatis habebant ſuum cuique ſedi pedem referre. In priori claſſe fuit pyrrhichius: cujus verſus Enoplios dictus eſt; quo uſi ſumus nos toto poematio, quod dicaveramus Sileni natalibus:

Modo citus ego pede celere magis ago numeros:
Abeoque Venere duce loca ſuper alia volans.

Et Euripides in *Oreſte*:

Χρέος ἐμόλετέ ποτε.
Ανὰ κέλαδος ἀπὸ λέχεος.

Ejuſdem generis eſt jambus, trochæus, tribrachus. In ſecundo cenſu ſpondeus habetur, dactylus, anapæſtus, proceleuſmaticus, creticus, amphimacrus, bacchius, palimbacchius. Neque vero ſine ratione fuit hoc. In his namque vocibus, accentionum natura quatuor, aut quinque temporibus frequens eſt. Ergo ſtatarii verſus ex pedum numero nomen obtinuere: ita ut Heroici, quoniam ſex ſpondeis conſtarent, Senarii dicerentur: motorii autem non item: qui ob celeritatem ſatis habuerunt, ex dimidio tantum nomen ſibi retinere: propterea quod bini prodirent ſimul: atque ita factum eſt, ut quibus eſſent pedes bini, ii Monometri vocarentur: quibus quatuor, Dimetri: quibus ſex, Trimetri: quibus octo, Tetrametri. Hæc apud Græcos. Latini autem his nominibus etiam alia addidere: non ab dimenſionibus, quæ binos caperent pedes, ſed a pedum numero, Quaternarios, Senarios, Octonarios: tanto commodius, cum unica voce etiam imparibus conſtitutos pedibus nominabant, Quinarios, Septenarios. Nam hos Græci brachycatalectici adjectione agnoſcunt, quanti ſint. Octonarios autem etiam quadratos appellavimus: quemadmodum in cubica figura anguli octoni ſunt: ita cum eandem quadrantalem dicerent, eodem nomine hoſce verſus inſignitos voluere. Nam conſtituta quadrata ſuperficies, ſi fluat atque poſtea ſiſtatur, quadrantal creat: quare corpus hoc Latini Græca voce teſſeram vocitarunt: non a laterum numero, ut quidam putavere, ſunt enim ſex: ſed ab radice conſtitutionis: ſic enim appellant mathematici. Præterea cum ſenarii plus in uſu fuiſſent, primuſque Boiſtus produxerit octonarios, ab ipſo tractu longos nominavere. Ergo neque Gellius Ennianos verſus quadratos recte appellavit trochaicos illos:

Hoc erit tibi argumentum ſemper in promptu ſitum:
Nequid expectes amicos, tute quod poſſis agere.

Neque Varro in ſeptimo *De lingua Latina* illos ex *Eunucho*:

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo.

Siquidem Ruffinus autor eſt, eundem Varronem ita ſenſiſſe, verſum ſeptenarium fieri, cum ad ſe-

narium pes triſyllabus adderetur: additque exemplum iiſdem numeris, ex *Ecyra*:

Nam ſi remittant quippiam Philumenæ dolores.

Non ſolum igitur a ſe diſſentit ipſe: verum etiam errat definiendo. Nam & major eſt ſeptenario: & triſyllabus pes bacchius præſertim, jambo non ſolum eſt adventitius, ſed etiam alterius tractus diverſi, neque dignus qui in jambici definitionem admittatur. Et ridiculum eſt, non potius ſeptenarium ex ſeptenis fieri, ſicut ex ſenis ſenarium: quam e ſenario & uno pede, tanto minus triſyllabo. Sed profecto magnos viros autoritas ſæpe texit, etiam male ſentientes. ſicut Ciceronem quoque fugit ratio, cum in prima *quæſtione Tuſculana* ſeptenarios vocat illos:

Heu reliquias ſemiaſſi Regis denudatis oſſibus,
Per terram ſanie delibutas fœde diu vexarier.

Eraſmus Varronem ſecutus tetrametrum nihilo fœlicius explicavit illis verbis, *Jambicum tetrametrum interdum in fine fraudari una ſyllaba producta penultima, quoties jambico dimetro accinitur dimeter catalecticus.* Nam quid attinebat dicere penultimam productam? neque enim neceſſarium hoc eſt: quo loco & tribrachus eſſe poteſt & dactylus: quorum ſyllabæ poſtremæ breves ſunt. Aut quæ eſt illa explicatio? quaſi cum dicas, Homini interdum pes deeſt: quoties integro ſemihomine, alteri ſemihomini pes deeſt. At vero quis neſcit tetrametros, non e duobus dimetris, ſed ex quatuor dimenſionibus conſtare? ſi quis vel partium conſideret rationem, quarum ſingulis æquale jus ſit in verſu: vel originem ipſam intueatur. Neque enim Boiſtus ille, aliuſve quiſpiam, dimetro dimetrum aptavit: ſed trimetrum, quem tum longiſſimum invenerat, monometrum addidit. Præterea quis hoc audiens, non putet eſſe nefas cæſuram facere in quinto pede? ſiquidem ex duobus dimetris tetrametrum eſt conſarcinandum. Quid quod idem abuſus eſt dimetri trimetrique appellatione? Nam imprudenter verſum illum ex *Andria* jambicum pentametrum dixit eſſe:

Hoccine credibile eſt aut memorabile?

qui eſſet trimeter brachycatalecticus. Neque enim idem eſſe μέτρον, & pedem, ſupra diximus: ſed μέτρον capere motorios pedes duos: quare ſi pentametrum jambicum exigas & a Græco poeta, & a Latino, tanto altero majorem oſtendat: quem errorem etiam in illo continuavit:

Novi rem omnem, ſed eſt Simo intus? eſt.

Ergo nihil mirum ſit, qui motoriis pedibus auferat ſua jura, ad ſtatarios immerito transferre. Illum enim verſum ex *Andria*:

Ut malis gaudeant, atque ex incommodis:

auſus eſt creticum dimetrum nominare: qui tamen pes cum non ſolum ſyllabarum numero, ſed etiam temporum quantitate prolixior, quam ſpondeus ſit: quare ſolus unam dimenſionem non expleat, ſi ſpondeus implet? Eum tamen ſecutus Rivius, parem erroris admiſit proportionem. Siquidem trochaicis anapæſtum inſeri nonnunquam ſcripſit cauſa celeritatis: quod dictum cum illo ſuperiore maxime convenit: idem namque ſentiunt: cum ille creticum ad jambum, hic anapæſtum referat ad trochæum. At qui pes ita eſſet quatuor prædi-tus temporibus, ut duo ſimul unam ſyllabam efficerent plenam ponderis & gravitatis; non potuit inter curſores illos annumerari: præſertim cum jambo ſimilior eſſet anapæſtus quam trochæo: uterque enim a brevibus incipit, in longam deſinit. Quanto enim gravior eſt jambus trochæo, tanto eſt anapæſtus dactylo. Quare non levi de cauſa factum eſt, ut graviſſimi poematis graviſſima pars, chorus ad graviſſimi pedis majeſtatem ſeſe conferret, ſcilicet anapæſtum. Quid quod ille nullam poſuit rationem, propter quam trochæus eſſet jambo volubilior? At vero & nomen Græcum excitabat nos, & ſuberat ratio. Nam qui & ſyllabarum numero, & temporum ratione par eſſet jambo, non potuit eo eſſe celerior, niſi ſane temporum, temporaque deferentium ſyllabarum ſitu, qua una re illi fieret diſſimilis. Trahit enim trochæus ſyllaba priore vocem ita, ut in poſteriore emolleſcat, ac quaſi evaneſcat. Jambus e contrario celeritatem profeſſus, gravitatem præſtat. Itaque ſanguinarius pes, & promptus ad vulnerandum, indicat & impetum primo, & ſtatariam pugnam mox. Id quod Hipponax cum acerrimo ingenio vir animadverteret, quam rationem impetus in pede agnoviſſet, eam in peculiarem pedi verſum tranſtulit: ut ſicut jambus in ſyllaba longa pertinax pugnaret, ſic jambicus verſus in longum pedem incumberet. Leviorem enim ratus jambum, quam ut ad impreſſionem faciendam ſatis eſſet, in quintam prælato ſedem, ſuccedere ei ſpondeum fecit. Quare id quoque judicio conſecuti ſumus nos, propius ad naturam partium acceſſurum fuiſſe totum verſum, ſi jambus imparibus, trochæus paribus ſedibus conſtituti fuiſſent. Cujus rei exemplum, quoniam res eſt minus uſitata, e noſtris poematiis ſubjiciemus: unum ex jambicis:

Malis fortuna Cornucopiæ fundit.

Alterum ex trochaicis:

Si plaudit malis fortuna: quid juſtis fit?

Qui flexus numerorum ſi cui abſurdus videtur, is meminerit aurium conſuetudinem violentam eſſe: novaque atque inuſitata non tam ſemper admirari quam ſæpe reſpuere. Verum magnopere noſtra intereſt, qui quoad licet Ariſtotelis exemplo rerum cauſas veſtigamus, venari rationem, propter quam cum jambo ſedem aſſignarent, priſci maluerint pares retinere. Nam ſi in dactylico ſenario una tantum ſatis fuit, quinta ſcilicet: ſive ille fuit ſpondaicus, una item fuit ſatis, quippe ſexta: quare trochæo impares, alias jambo conſtituere? nam hoc ſane præter naturam factum videtur. Etenim per initia ſi ſolis aut jambis aut trochæis verſus conſtabant, videtur ſane primam quamque ſedem illos arripere debuiſſe. Quibus verbis ut reſpondeam, ſane primum ſic agam. Non eſſe rerum naturam ſecutos veteres poetas: multa illis pro libidine facta fuiſſe, multa fortuito excidiſſe, quæ poſtea pro legibus probarentur. Verum illud ſatis conſtat, cum trochæo ſedem primam retinerent, non inconſulto diverſam ab ea, & aliis imparibus adverſo pedi jambo aſſignaſſe. Quare autem hanc huic, illam illi reddiderint, ſane haud facile eſt intellectu. Atque hic quidem ita ſentit Priſcianus: *Quoniam*, inquit, *in ſecundo pede cum dimetiendo ferietur verſus, minor ei loco mora debita eſt.* Nam mihi contra videtur, majorem moram deberi in pronunciando, ubi tempore ipſo immoramur. Et falſum eſſet ibi poſitum pedem, quoniam ferietur: ſed contra, verum eſſet, ibi feriri, quoniam pes poneretur. At hoc quærimus nunc nos, quam ob cauſam ibi poſitus ſit. Præterea ſi ea ratio eſt, quomodo conſtabit in trochai-

cis, qui ibidem feriuntur? Ut igitur quæstionis rationem apud nos putemus, intelligamus secundum verborum inventionem esse, ut a longis incipiamus, & in breves deducamur. Nam quanquam brevis syllaba natura sua prior est, quam longa, quippe simplicior est: tamen per initia inventionum cunctabantur primum: quæ ratio est, ut vocum fines in pronunciatione obscurentur. Ita enim meditantis, & consulti animi suspendere vocem, non præcipitare. Quamobrem tam in versibus, quam in prosa oratione postremarum syllabarum habita ratio est nulla. Trochæum igitur antiquiorem fuisse jambo, & dactylum anapæsto par est. Ergo trochaicum versum jambico priorem. Quare cum primæ quæque sedes trochæo fuerint peculiares, alteræ illi relictæ sunt. Præterea cum trochæus esset pes volubilis, statim sese ingessit in versum. Jambus autem grassator ille idem fecit, quod civilibus in rebus plurimis consuevimus. In oratione ipsa, ut principiis gravis ac sedata sit, pugnam quoque cautius aggredimur: tum illa incitatu effervescit: sic ad saltum ubi comparamus nos, fortius pedem figimus: ut statariæ moræ majorem impetum subjiciamus. Sic Aristoteles omnium bonarum artium dominus motum omnem sub finem esse probavit concitatiorem. Ita proposito spondeo, & jambo, satius fuit ab hoc illum excipi. Præterea recentissima quaque memoria fere metimur ipsas res, quare assignata prima sede trochaico, ultima quoque necessario trochæo finitur. Quæ sedes, primam dico, si jambi fuisset, in ultima jambum nullum haberemus: nunc ut in ea ille sit, pares sedes illi attribuendæ fuere: ut recentissimo sono, quippe novissimo, aures spectatorum caperentur.

Quæ de universa re dicenda erant, fere habes Sylvi: quare deinceps ad ea, quæ particulatim animadversa sunt, descendamus. Atque equidem, ut sese offerent, ita ea describam. Sit ergo quod affert ab *Adelphis* eo versu:

Quid is fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet.

Cum enim agnosceret senarium, neque rationem inire posset dimensionum, abstulit alteram ex liquidis in pronomine, *ille*: id quod ut ego quoque fateor, & posse, & solere fieri: ita hic duo dico. Primum, ab eo creticum quarta in sede esse constitutum: quem tamen pedem adeo evitarit, ut everterit multa. Deinde versus aut ipsum disjecisse, aut aliorum incuria solutos præterisse. Sic enim legendi sunt:

Quid tristis es? rogitas me ubi nobis Aeschinus
Sit, quid tristis ego sim? dixine hoc fore? quid is
Fecit? quid ille fecerit? quem neque pudet.

Ubi verbum, *fiet*, unica syllaba concretum fit. Sic etiam ex *Andriæ* illo sibilum abstulit, non unde debuit:

Quis igitur est relictus objurgandi locus?

Sibilum, inquit, in pronomine, *quis*, eliditur. At vero cum necessario jambicus sit: nullo pacto ad eum modum secare possis: sed ex participio tollendus est. Sed & illum male dimetitus est:

Perii obsecro tam infandum facinus mea tu ne audivi quidem.

Quem dicit esse trochaicum catalecticum: cum sit

A integer quadratus jambicus, neque ad trochaicum torqueri possit. Sicut & præcedentem illum:

Forte ad nos redierit vise amabo num sit: jam faxo scias.

Nam ut evaderet amphimacrum, non est veritus trahere sui trochaici caudam etiam ultra octo pedes: nisi arguet, *scias*, esse monosyllabum. Sed cum omnes illi sint quadrati, etiam hunc jambicum malim, nulla facta in prima voce collisione:

B *Quo ille abire ignavos possit longius, nisi si domum.*

In prologo autem *Andriæ*, eo versu:

Nam in prologis scribundis operam abutitur:

Cum diceret vocis hujus, *prologis*, primam syllabam esse a Terentio productam, addidit sane rationem frivolam: *Latina*, inquit, *consuetudine: quibus mos est eam præpositionem productam habere*. Nam in Latinis verbis producant, in Græcis au-

C tem abstineant, nisi alia vis subsit: sicut in hac voce, ubi liquida illa geminatur, sicut in *Heautontimorumeno*:

Oratorem voluit esse me, non prologum.

Et ex prologo *Truculenti*:

Sed relliquam dat operam, ne sit relliquom.

Et illo:

D *Ut pernoscatis ecquid spei sit relliquum.*

Nam nisi hoc soliti essent facere, mille aliæ viæ erant ad eadem pene verba versu concludenda, ut rem novam evitaret. Verum nova nequaquam erat: sed ab Homero usque. Nam in *Hymnis* μέλος, in *Iliade* ἑλώρια, atque alia produxit. Etiamque nunc multæ rationes adeo crasse eam literam pronuncient, ut intus esse aspiratio videatur, Gabali, Arverni, Græci, Germani, Ligures, Taurini. Cæterum etiam alia ratio est, ut & versus ille prologi constet, neque liquida geminetur: Sane si eam vocem quæ in eo versu prima est,

E non collidas: quod sæpe alibi & in ea, & in aliis factitatum est: sicut in *Eunucho*:

Una ire cum amica imperatorem in via.

In secunda enim sede dactylus est, neque præpositio colliditur. Ita in illo si conjunctionem, *nam*, non collidas, nihil innovabis: præsertim cum in promptu habuit, ut pro, *nam*, subjiceret, namque. Verum ut diximus etiam in alio prologo idem factum est, ut geminaretur; & recte: minus vero recte a Donato in *Ecyræ prologo*:

Prope jam remotum injuria adversarium.

F Nam tametsi geminari consuevisse fatemur, tamen non eum fuisse locum, eam affectandi novationem, qui sibi jambum, quandocunque posset, asciceret. Sicuti non minus infeliciter Priscianus: qui cum reddúcit geminare mutam diceret, idque exemplo probare vellet, attulit dimetrum Horatianum ex *Epodo*:

Redducet in sedem vice.

Nam quid ajat, si negem? neque enim necessi-

tate pedis persuadebitur nobis. Quid si contendam non esse factum ab Horatio, qui quoad potest, jambos etiam aucupatur? Quare igitur abjecerit genuinum pedem, quare admiserit spuriam literam, et illam excluderet? Melius fecisset, si ex *Ecyra* illud. A

Remissam opus sit vobis, an reductam domum.

Neque mirum, quæ in, *reddo*, geminetur. In scena quoque primi actus quinta, cum Pamphili orationi intervenisset Mysis, atque suis uterque seorsum affectibus uteretur, versus interseruit diversos quidem poeta, quos Erasmus confudit: sic igitur legendi sunt. B

Hoccine est humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?
Quid illud est?
Proh Deum atque hominum fidem, quid est? si non hæc contumelia est?

Sic enim etiam alio genere Mysis utitur iterum:

Miseram me, quod verbum audio?

Cui respondet illud Pamphili:

Quod si fit, pereo funditus.

In eandem autem scena versum illum:

Proh Deum atque hominum fidem, nullone ego:

appellat dimetrum pede redundante, laxe sane nimis. Nam quamobrem non quinarium? quare non timetrum brachycatalecticum? quis unquam audivit versum ullum pede esse redundantem? non ne ipse ille versus talis est hoc ipso pede, quem dicis redundare? Illud quoque male dignoscere visi sunt: cum actus secundi putarunt initium, caudam esse postremi versus, quo clauditur actus primus: sic,

Ne ad morbum, hoc etiam: teneo: quid ais Birria?

Nam ut hoc primum dicam, multo satius est, ut initia actuum integra sint, quam fines. Deinde apparet properatio in Myside abeunte, ut Glycerium consolaretur. Itaque abrupit sermonem, atque abiit. Præterea inter actus vetus comœdia interserebat προσρήματα, choros, diverbia, apostrophas, atque alia ejusmodi. Nova comœdia raro gregem, nisi in fine. Aliquando etiam Choragum legimus apud Plautum. Omnino autem tibicen canebat: quod e *Pseudulo* licet perspicere:

Dum concenturio in corde sycophantias,
Tibicen vos interea hic delectaverit.

Tanto igitur intervallo, quomodo Charinus Mysidis explesset versum, quem non audiret? In eadem vero scena, ita perverse legit, ut alterum novenarium faciat, alterum senarium relinquat: sic,

Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non potest, velis
Quod possit: nihil aliud nisi Philumenam volo.

Cum tamen duo priores optimi sint octonarii: sic,

Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest:
Velis quod possit: nihil aliud nisi Philumenam volo.

Etiam priore consilio monometrum vocat illum:

Ah quanto satius est.

Dimeter enim est brachycatalecticus. Sed & nulla necessitate mutat, *abi*, in abin', sive, abeas, cum frustra putat alioqui constare non posse versum. Nam & trochaicus est si collidas: & jambicus, si non collidas. Nam & maxima est vis ejus vocalis quæ est ultima in verbo, *abi*. Sic Vergilius, eo pulcherrimo versu, quo Theocritum æmulatus est:

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.

Et aspiratio prohibet collisionem: sicut illi:

Ecyra est huic nomen fabulæ, hæc cum data est.

Sic imprudenter nimis elidit sibilum ex pronomine illius versus:

Sed istud quidnam est? hodie uxorem ducis? ajunt. Pamphile.

C Qui tamen rotundissimus sit octonarius, neque usquam coactus. Nam quod monet, in nomine, *suspicio*, tertiam a fine produci, verum est: sed neque nova res, neque sine ratione. Nam & Plautus ita scripsit:

Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina ut celetur suspicio.

Et satis liquet coaluisse duas vocales in unam. Namque ab eo quod esset suspicitum, suspicitio fuit: itaque cum erit brevis, tunc intelligetur syncope: D cum longa, synæresis: ex eo quoque versu in *Andria*:

An non dixi hoc esse futurum? dixti: quid meritus es? crucem.

Prisciani autoritate dicit tolli verbum substantivum. Quo in loco mihi oblatam sentiam occasionem duos simul emendandi magnos viros: illum qui erraverit: hunc qui non correxerit. Est enim integer octonarius. Illud vero ejus proprium est, cujus culpam in alium transferre nequeas. Nam E verbum substantivum, *adfuerunt*, trisyllabum professus est eo versu:

Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.

Qui tamen versus senarius jambum habet in quarta: ferendus tamen erat quasi lapsus, nisi altero errore culpam cumulasset, cum primam auferri jubet syllabam ex eo versu:

Aufugistin'? hera, factum: satin' id tibi placet?

Integer enim senarius est, etiam citra ablationem, F spondeis duobus, anapæsto, duobus dactylis, & postremo jambo. Ibi temere transfert syllabam inferioris in superiorem: contra debuit transferre in *Ecyra*, neque transtulit:

Quæ dico parvipendent, porro hoc jurgium ad
Uxorem: hæc cujus fiunt consilio omnia.

Sicut interjectionem quoque debuit ascribere priori versui in *Adelphis*, ut sic legeretur:

Syre præceptorum plenus istorum ille: phy,
Domi habuit unde disceret fit sedulo.

Restituisset etiam in *Ecyræ* versu verbum, ut sit septenarius, ac par priori, sic:

Tecum ferantur: dixi: ita ut jubes faciam pater.

Non debet errati censeri loco illud in *Andria* eo versu:

Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem quo fretus sim.

In quo dicit, *hem*, extra versum ab alio additum potius, quam positum a poeta: cum tamen mutila sit sine eo sententia: & sibilum elidi videmus etiam in multis locis. Sic audacter nimis aufert verbum, *cupio*, ex illo *Eunuchi*:

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Cum tamen commodius eximeret, vocem sequentem, sine ullo carminis detrimento, etiam sententia rotundiore. Sed aut sit proceleusmaticus primus pes, & alter amphimacrus, aut pronomen possessivum, quod postremo in loco est, demittatur in versum alterum subsequentem, qui nihilo minus sit senarius, sic:

Meo: id amabo adjuta me, quo id fiat facilius

Nam, *facilius*, eodem modo trisyllabum est, quo, *potius*, bisyllabum: eligat autem lector, quod magis erit ex animi sententia: quandoquidem etiam apud Lucretium, *aliud*, ita bisyllabum accipitur, ut cauda dactyli sit. Iniquior fuit illi versui ex *Ecyra*, ex quo, *dum*, particulam expletivam exemit: qui tamen cum sequentibus, cumque præcedentibus octonarius sit:

Mane dum sodes: timeo, ne aliud credam, atque aliud nuncies.

Hoc ibi cum adimit, ita alibi æque importuna addit de suo: ut ad eum versum ex *Eunucho*:

Par pari referto, quod eam mordeat.

Modo addit *nunc*, modo *mox*, modo *sic*, modo nescio quid. Ego vero nihil immutandum censeo de consilio poetæ: qui integrum proverbium, sicut circumferebatur, ita interseruit trochaico tractu: quare audacius etiam, *remordeat*, suppositum est. Nam si quid addas, versus non constat: si nihil addas, ad concinnandum trochaicum nihil est opus. Et non solum hoc exemplo in omnibus legitur exemplaribus, sed etiam eadem fide recitatum a Cicerone in epistola *ad Lentulum*. Verum apposuit pari audacia adverbium, *nunc*, ei versui:

Alio pacto honeste quo modo hinc abeam, nescio.

Nec enim vocalis eliditur, sed perstat longa ante aspirationem adverbii, *hinc*: & trochaicus decurrit octonarius catalecticus. Sicut in verbo monosyllabo nulla item collisio fit, neque in adverbio, eo versu:

Ora me: obsecro te vero Phædria: i, intro, hoi, hei

Corrupit etiam syllabarum quantitates: ut in illo ejusdem *fabulæ*:

Sic est: inveniam hodie parem ubi pol referam gratiam.

Ausus est dicere adverbium, *hodie*, primam producere: *quoniam*, inquit, *idem sit, ac si dicas, hoc hodie*. At quod nusquam est, narrat. Nam cum

A est, hoc die, propter positionem producitur. Nam suapte natura breve pronomen est: sicut ejus compar, *hic*, Græcum enim est, ὁ. Quare illud Vergilianum:

Hoc erat alma parens.

Non solum propter interrogationem, sed etiam ob syllabæ servitutem, legunt, *hocce*, ii qui existimati sunt doctiores. Breve enim fuisse vel inde deprehenditur, ubi consonante amissa in adverbio, *hodie*, correptum est: quod etiam exemplo invenias ex versu *Ecyræ*:

B *Visum est: certone? certe: deus sum, si hoc ita est: verum reperies.*

Est enim pronomen, *hoc*, secunda syllaba dactyli, qui in quinta sede est: quamobrem versus, de quo nunc controversia est, septenarius est jambicus. In convivio autem poetico, illum ex *Eunuchi prologo*:

Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur:

Ait mendosum esse: neque enim scazontes in ea genera carminum admitti: itaque ut metrum corrigere, linguam Latinam depravavit, cum supposuit, *condonabitur*. Nam quis dicat, *Tu condonaberis a me commentarios*? An vero etiam ἀπροσώπως

C ausus est, & rectum apponere tamen casum? At ego puto veteres excitandi spectatores gratia, nævos hosce aspersisse: neque in ea re falsus sum. Nam qui decuit minus, spondeo claudere jambicum, quam dactylicum sistere? At quantum decoris addit affectui, cum diximus in Inferiis filiolæ nostræ, sororis tuæ lectissimæ, Sylvi:

Heu heu quonam animam, quo carmine compellabo?

Sed de his numeris in tertio libro *Poetices* tibi satis est disputatum. Ita gravitatem, & lenitatem, & constantiam animi ostendens Terentius, remisit de

D jambi acerbitate: neve sine exemplo fecisse eum arbitrere, habebis ex *prologo Amphitruonis* unum:

Quod ego huc processi sic cum servili schema.

Est enim, σχῆμα: quanquam non sum nescius viros doctos sublata aliunde syllaba, *schemate*, legere solitos: quare aliud habeas ex *Asinaria*:

Age nunc reside jam: cave modo ne graxis.

Neque enim sequentur analogiam, qui *graxeris*,

E legerint: nihilo sane melius, quam si *faxeris*, & *occepseris*, pro faxis, & occepsis, malint: sicut in *Captivis*:

Nunquam istbuc dixis, neque animum induxis tuum.

Accipies etiam unum ex *eadem fabula*:

Avis me fere consimilem faciam, ut prædixti.

Adducerem & ex *Casinæ prologo*, nisi suspicarer verba esse transposita:

Clerumenæ hæc vocatur Comœdia Græce.

F Sicut ex eodem alterum:

Ratione utuntur, ludis neminem poscunt.

Sed profecto & alibi multis locis, & in *Pœnulo*:

Gerræ germanæ, atque ædepol λῆροι λήρων.

Ac ne in illis quidem servavit Latinitatem:

Ne te iratus suis sævis dictis protelet: scio.

Substituit enim pro *sævis dictis*, sævidicis: at sævidicum, mobile nomen est: cui igitur hærebit? an ille invenit usquam in naturæ legibus, accidens

A sine substantia? In eadem autem scena etiam pedum numerus eum fugit: namque jambicum senarium hypercatalecticum dixit illum:

Non possum adesse: ab quid agis? quo abis Antipho? mane.

Habet enim duos dactylos alterum alteri subeuntem ante postremum jambum. Aeque autem incommode ex *Heautontimorumeno* brachycatalecticum nominavit illum, in quo periculum potius imminet, ne quid redundet:

Et illam simul cum nuncio tibi hic ego affuturam hodie scio. B

Est enim quadratus jambicus. Sicut illum quoque minus bene octonarium hypercatalecticum:

Probe: huic filium scis esse? audivi, in Asia: non est pater.

Nam si jambum in prima sede statuas, & creticum in secunda ob positionem, aut dactylum ex natura syllabæ, septenarius est. Sed, *audii*, pronunciandum est, ut, *Asia*, sit anapæstus. Sin malis trochaicum, non collidas adverbium, *probe*, & erit anapæstus prima in sede, eritque octonarius, trochaicus, catalecticus, & *Asia*, bisyllabum. C In *Phormione* frustra laborat transponendo verba, ut numeris consulat, eo versu:

Ut ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias.

Mavult ita legi:

Ad pauca ut redeam.

At vero verbum, *redeam*, bisyllabum esse, vel sexcentis locis, ubi opus est, constat Eximit etiam vocalem hujus præpositionis, *per*, eo versu *Adelphorum*:

Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet. D

At vero, quid fuerit dicere, *proppressionem*? nempe frigidum admodum est, ne dicam absurdum, novum fugæ genus, quo evitet creticum fatalem illum: cum tamen adeo molliter pronunciari possit, ut vix divertat a natura spondei. Sed jam vereor ne quis eorum, quos ille multis locis premit fabulis atque irridet, reponat ei gratiam, cum in verbo, *postulo*, sciant ab ipso exemptam mediam vocalem. Magno enim in periculo est, ne ab illis barbarus appelletur: propterea quod Germani, præsertim nostrates Vindelici, Carini, Norici, item Suevi, Saxones ita illud verbum pronunciant, E vix ut eam vocalem exaudias. Verum equidem, neque irridebo maternos avos meos, neque hominis consilium, quippe qui memor sim ejus versus ex *Casina*:

Nunc ne tu respondere postules me tibi.

Non igitur judicium reprehendo, sed judicii locum. Ei enim versui optimo atque pulcherrimo quadrato, ex *Andria*, hanc injuriam faciebat:

Cum is nihil promereat: postulare, id gratiæ apponi sibi.

Verum & hic nihil necesse habeas concidere, & primam natura cum corripiat, non potuit sibilus im- F pedimento esse in illo *Casinæ* versu, quin unico tantum tempore proferretur: factum enim est ex posse, & tollere. Neque enim literas geminabant, quod etiam durat in præterito, *tetuli*, & *teram*, simplici elemento scriptam in libris augurum, ait Varro: & hoc monet nos plurimis locis Verrius, ejusque interpres atque imitator Festus. Cæterum Erasmus utinam eam curam alium in versum transtulisset, ad nomen hoc, *periculo*, potius quam tolleret omnem sermonis elegantiam: atque adeo Atticismum. quippe pronomen, *hoc*: est autem ex *Andria* is:

Sine omni periculo nam hocce haud dubium est, quin Chremes.

Præsertim cum anapæstus esse potuerit in primo pede. Nam, *omnis*, primam corripit natura, ductum enim est παρὰ τοῦ ὁμῶς. Universitas enim fit ex rerum conjunctione. Est enim universum, extra quod nihil est. Neque illas mutam ac liquidam potuisse cogere syllabam ad producendum, & pueri sciunt, & Priscianus docet ex Callimachi versu. Major vero difficultas objicitur in nomine hoc, *voluptas*: ex quo ille vocalem mediam auferendam censet, eo versu *Andriæ*:

Quod voluptates eorum propriæ sunt, nam mihi immortalitas.

Nonnihil vero est, si sit ita pronunciandum, *Folptas*: nihil enim ad Theutonicum sonum accedere potest propius: atque hoc ut effugeremus, aut constitueremus creticum in prima, aut etiam anapæstum. Correpta enim conjunctio est alibi, vel judicio illius, quare hic quoque esset. At frustra viderer laborare: quoniam duo versus in *Casina* sunt, nihilo nobis secundiores:

Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea.
Quid deosculer te? quæ res? quæ voluptas mea?

Nam nisi, *volup*, legas, aut facias anapæstum, sane aspera est pronunciatio. Sed *voluptas*, fuit volupetas, a volo & peto: quæ omnia cum sint brevia, non immutarunt naturam. Nam sic quoque corripias in versu ex *Heautontimorumeno*, si ita legas ex Bembi codice:

Nec mihi fas esse ulla me voluptate his frui.

Quanquam codex ille, de quo vir doctissimus atque sanctissimus metitur nostros, plus habuit tum apud nos venerationis, ob vetustatem, tum apud illum opinionis ob novitatem, quam quantum re ipsa præstare valuerit. Omitto enim quæ ad privarum vocum pertinent rationem: nam eæ in *Originum* libris tibi satis explicatas puto. At quod ad versuum ipsorum tractus spectat, operæ precium est animadvertere multos, qui non constent: veluti e *Phormione* hunc;

Quæ si astu non providentur: me aut herum pessundabunt.

Ita dico apud hosce qui creticum recipiunt nullum: in nostratibus autem mollius legitur sic:

Quæ si non astu providentur.

Ubi octonarius est. Item ex *Heautontimorumeno* sic legit:

Pergin' mulier odiosa esse? nullamne ego rem in vita mea?

At in nostris sic legitur:

Venire in mentem: mi vir: ob pergin' mulier esse? ullamne ego?

Ubi vides, si addas omnia illa verba, quæ præcedunt exprobrationem senis, versus fiat stadio longior; at illi octonarii sunt. Verum lepor quoque in verbis est illis, *Ob pergin' mulier esse?* plus enim est esse mulierem, quam odiosam. In altero autem sequente:

Rem unquam volui, quin tu in ea mihi advorsatrix fueris Sostrata?

vide-

videtur syllaba redundare: sed *mi*, pronuncies, non *mihi*. Bembus autem ita legit, ut una desiat: sic:

Volui: quin tu in ea mihi fueris adversatrix Sostrata?

Locutionem quoque non leviter pertranseas. Ille enim dicit, nullam ne rem volui? sane tolerabilis sermo, cum verbo hoc, *volo*. Nam negatio quæ est in nomine, in verbum transit, & fit, ullam rem nolui. Non possis vero dicere cum verbo substantivo, nulla ne res est? quonam modo nanque esset, si non est? neque melius procedit ille ex eadem, quem nos sic:

Sustulisti; sic est factum: domina, ergo herus damno auctus est.

Ille sic:

Sustulisti: sic est factum: domin'? ergo herus damno auctus est.

At duo sunt, quæ dissuadent esse recipiendum. Primum versus, qui trochaicus sit: quare in quinto pede jambum statuit: nos anapestum. Et minus simile veri fuit, domi educatam, atque herum latuisse: erat enim modica domus, quæ vel cœna Bacchidis premeretur: quare inepta fuisset interrogatio. Neque fuisset auctus damno, quoniam domi educasset: sed quoniam filiam, cui dos paranda esset. Itaque non foris educandam dedit, sed exponendam. Præterea plus impendii est, si foris educantur liberi, quam si domi. Sed & ille in *Eunucho*, toto verbo longior est, temere repetito:

Idque adeo visam: visam si domist: quisnam hinc a Thaide exit?

Sed ubique videtur non minimi judicii quispiam neglectis numeris leporem quæsisse orationis; sicut in *eadem fabula*:

Nihil præter promissum.

At nos legebamus:

Nihil prætermissum.

Verum hic argutia etiam dimensionibus suum reliquit locum, si *nihil*, sit monosyllabum, quod frequentissimum est. Vult dicere, Phædriam nihil præstaturum eorum, quæ militi pollicebantur, neque quicquam illum præter promissum laturum. Sed in eadem lepor quoque nitidissimus est, iis versibus:

Illum liquet mihi dejerare mensibus
Sex septem prorsus non vidisse proximis.

Nostri vulgate nimis legebant, sex vel septem. Ceterum & a numero excluditur conjunctio, & a sermonis puritate: sicuti cum dicimus, quinquaginta plus minus annos natus sum. Illud quoque lepidius videtur in *Heautontimorumeno*.

Confitere tu? au obsecro, istuc inimicis fiet:

Quam quod legitur ab Erasmo & aliis:

Confitere tuum non esse? ah obsecro te, isthuc inimicis fiet.

Splendidior est oratio repetita negatione sensu, non verbis: & necesse est ita legi, quoniam præcedentes versus hic concinnat: quos versus tam Bembus quam Erasmus male disponit. Bembus sic:

Subditum se suspicatur: subditum? ain' tu? certe: sic erit mi vir.

Erasmus sic:

Subditum se suspicatur: subditum? ain' tu? certe inquam mi vir.

Verum uterque longior est, Erasmianus una syllaba: alter autem etiam pluribus; quare ita legendi sunt, ut sint trochaici octonarii catalectici:

Subditum se suspicatur: subditum? ain' tu? certe inquam
Mi vir: confitere tu? au obsecro isthuc inimicis fiet.

Sic etiam ex *Adelphis*, illis duobus versibus, neuter est audiendus. Bembi codex sic:

Obsecro mea nutrix, quid nunc fiet? quid fiet, rogas?
Recte ædepol spero: modo dolores mea tu occipiunt primulum.

Erasmus sic:

Obsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? quid fiet rogas? recte.

Ergo Erasmus male collocat adverbium, recte: Bembus male omittit pronomen, tu: ut sint jambici quadrati. Hæc quidem manifesta lectio: at illa ambigua utra probior sit. In *Heautontimorumeno* vetus exemplar sic habet:

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere? &
Quod illum insimulat durum, id non est: nam parentum injuriæ
Uniusmodi sunt ferme: paulo qui est homo tolerabilis.
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier.

Bembus & aliquot eximit verba, & alia seria digerit numeros:

Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex hujus vivere?
Et quod illum insimulant durum, id non est.
Nam parentum injuriæ, uniusmodi sunt ferme.
Scortari crebro volunt, volunt convivarier.

Sed numeros obterit Bembus, quarto versu: in quo & trochæum invenias tertia sede, & jambum sexta: quare errorem subesse necesse est: & confundit versuum tum genera, tum quantitates. Nostra autem lectio horum nihil: sed asperior visa est in sententia: cum tamen non sit: nam ita dicit: patres duros nihil remittere de imperio, quod exerceant in liberos: omnia animi laxamenta prohibere: at qui paulo est tolerabilior, aliqua sane patiatur: sed non crebro ea fieri. Mutavit autem numerum verborum Terentius, cum in singulari dixit, *paulo qui est tolerabilis*: debuerat subdere, *non vult crebro scortari liberos suos, non vult crebro convivari*. Sed retulit numerum ad universitatem patrum. At in singulari tolerabilem posuerat, quoniam rariores sunt. Ita mutat numerum in *Eunucho*:

Eunuchum porro dixti velle te,
Quia solæ utuntur his reginæ.

Quam mutationem aliquis minus commodam cum putaret, sublatis illis verbis, *paulo qui est homo tolerabilis*: quæ vitia prohiberent patres in nostra lectione, ea fecit patrare flagitia filiis in sua.

Hæc sunt, Sylviole fili, quæ laboriosissima opera excussi tibi: majorene tædio tot ineptiarum, an metu, ne pari inscitia caperere, nescio. Omisi

vero multa carmina controversa, aut ambigua, alia vasta: quæ etiam si ad sanitatem redigantur, at cura ista nostra vel sic longe minora sint. Verum enimvero neque tibi puerilia videri debent, qui ista ætate literariæ laudis aditum omnem explorare juberis ab indole tua, quæ magna ac multa promittit A nobis: neque mihi plebeja adeo, in quibus, omissis studiis gravioribus, tantos illos viros elaborare aliquid non pœnituit. Qui si quibus in locis lapsi sunt, vel hoc ipsum eis debeatur, quod nos excitarint ad veritatem. Cujus splendorem, fili mi, quovis nomine chariorem habere debes.

F I N I S.



JOACHIMI CAMERARII

DE

COMICIS VERSIBUS

DIATRIBA.

JOACHIMI CAMERARII

DE

COMICIS VERSIBUS

DIATRIBA.



E Plauto fabularum iſtarum autore pauca dicam, in primis ut conſtet quo tempore vixerit. Hunc incidere in ætatem Catonis: quo & ipſo cenſore mortuum eſſe, ſcripſit Cicero, ante ſe Coſ. CLX. annis, hoc eſt, ab V. C. circiter D. P. Claudio, L. Portio Coſſ. Cujus ætatis, in quam Nævius quoque includitur, participes fuere ultra citraque Ennius, Cæcilius, Pacuvius, Terentius. Pacuvium quidem ac Cæcilium male locutos, Cicero ait. Ennium & Nævium probat. Sed noſtro ſtudio relictus eſt Plautus & Terentius tantum. De his igitur petenda forma Latinæ locutionis, & ſternendum quaſi ſolum, ſuper quo oratio bona & diſerta, verbis & ſententiis apte conſtructa collocetur. Non enim compoſitio, neque veluti ædificatio qualis eſſe debeat illius, hinc cognoſci & diſci poteſt. Etiam munditiæ & nitori, &, ut ita dicam, innocentiæ ac integritati ſermonis antiquitas officit, cum quia omnium rerum eſt ſua elaboratio & perpolitio, quæ perfectio exiſtimanda: tum quod ſtudium elegantiæ ut in vita, ſic ſermone quoque illa non uſurpavit. Quapropter poſteriores in ſermone priorum nonnulla mutarunt emendantes, formam certe componendo, quaſi coagmentando atque reconcinnando reddiderunt & pulchriorem & meliorem. Hæc jam illa eſt certa & conſtans, atque omnium eruditionis atque bonarum artium cupidorum imitationi ſola propoſita, Ciceronis, & eorum qui ætate illa vixerunt: ſed Ciceronis, ut principis & autoris Latinæ linguæ, de quo alibi diſſeruimus copioſius, cum contra reprehenſores hujus ſtudii diſputaremus. Hæc autem qui perſpexit, in Plautinis & Terentianis ſcriptis ita verſabitur, ut quaſi materiam orationis bonæ, & ſi fas nobis eſt dicere, eloquentiæ Latinæ ab illis ſumat, neque in delectu vel verborum vel figurarum ſermonis allucinabitur. Sed de hoc jamdudum ſatis. De comico autem carmine etſi alii ſcripſere, quæ & magnifacio & probo, tamen noſtro quoque ſtudio exiſtimo adhuc loci aliquid relictum eſſe. Cum res illa quidem ejuſmodi ſit, ut penitus comprehendi, & omnium etiam diligentia quaſi enucleari his temporibus nequaquam poſſe videatur. Quo autem eſt difficilior labor, eo aſſiduitatis pluſculum in veſtigando adhiberi convenit. Nihil autem tam eſt abſtruſum, de quo non aliquid, ſi ſæpius & ſtudioſe exquiratur, erui poſſe ſperandum ſit: τὸ γὰρ ζητούμενον, inquit Sophocles, ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον. Minus autem certe turpe eſt, in eo a quo quamplurimos magnitudo & obſcuritas deterruerit, quantumvis modicos, quam illorum veſtigiis inſiſtentem nullos progreſſus feciſſe. Si tamen eſt adeo digna res, ubi quis nervos intendat ſuos, ut ait Terentius. Quod quidem ita eſſe nobis perſuaſum eſt, & ſenſerunt omnes qui aliquam famam eruditionis litterarum & doctrinæ conſecuti fuerunt. Cum quidem non ſolum beſtiæ demulceantur numeroſo ſono, ſed ſolitudines etiam atque ſilvæ quaſi afficiantur, ita reſpondeant carminibus. Qui muſarum reliquias in cura bonarum artium non amplectetur, vel etiam contemnet, eum nos quidem nimis aut faſtidioſum aut barbarum quoque eſſe judicabimus. Etſi fatemur in hac parte ſupervacaneum, & in quodam inconceſſo amore Muſarum inſanum ſtudium impendi non oportere, ne ſequentes, volucres illas, hoc remigio deſtituti, ut de Pyrenæo fabulæ tradunt, in exitium nos præcipitemus.

Sed ad rem accedamus: pauca quidem quaſi præfati de horum ſcriptorum genere. Comicus poeta fuit Plautus. Comœdia autem eſt poema δραματικὸν, hoc eſt, expoſitio numeroſa, id eſt, carmine comprehenſa, & in actionem implicita, ſeu collata in perſonas, argumenti ficti, de rebus, caſibus, negotiis ſumtis e vita communi, & quaſi cotidianis eventis. Hoc carminis genus de Tragœdia fluxit, ut Horatius docuit, qui Theſpin dicit inveniſſe ignotum genus Tragicæ Muſæ: atque addit:

Succeſſit vetus his comœdia non ſine multa
Laude.

Initia autem fuiſſe admodum parva & rudia, cum hilares, poſt labores exactos, diebus feſtis concinerent aliquid, & alii, & idem Horatius in *epiſtola ad Auguſtum* perhibet, ubi dicit, ab innoxiis jocis libertatem hanc ad intolerabilem licentiam provectam fuiſſe. Qui primus autem Comœdiam ſcripſerit, non conſtat. In libro qui Ariſtoteli inſcribitur *de Poetica*, inter alia & hæc leguntur: Siculos ſibi vendicare inventum comœdiæ, fuiſſe enim Epicharmum ante Chonnidem & Magnetem: & uti nominis quoque teſtimonio. Eſſe enim certe comœdiam non ἀπὸ τοῦ κώμου, ſed ἀπὸ τῆς κωμῶν, id eſt, non *de hilaritate* & *exultatione*, ſed *de pagis* appellatam. Sed ab Athenienſibus pagos non κώμας, verum δήμους vocari. Similiter & quoſdam Peloponeſios ait ſuum facere inventum Tragœdiam, quod fabulæ δράματα dicantur, cum tamen Athenienſibus in uſu non ſit verbum δρᾶν, ſed πράττειν. Ibidem & hoc ſcriptum eſt. Ab eo demum tempore comœdiæ autores celebrari, quo formam illa & ſpeciem quandam nacta fuerit, cum principio obſcura eſſet, & autores ipſius laterent. Sed comœdia quæ priſcis temporibus in uſu fuit, qua nominatim aut hi improbos

aut inimicos suos perstringebant, principum etiam virorum vitam & mores reprehendentes, hæc igitur antiqua dicta est. De cujus licentia κωμωδεῖσθαι vulgo dixere eos, qui probris lacesserentur. Hujus autor vetustissimus nominatur Sannyrio, Sed excellentes fuere, temporibus belli Peloponesii,

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque poetæ,

Hæc postea fuit mutata, cum dolerent, ut inquit Horatius, *cruento dente lacessiti*. Tum nomen obtinuit Mediæ, quæ dissimulato nomine vitia tantum exagitaret:

—— Quinetiam lex,
Pœnaque lata malo, quæ nollet carmine quenquam
Describi.

Atque ferunt Eupolin in mari submersum, ab iis quos maledictis læsisset. Tum igitur Tragœdiarum fere argumenta detulerunt in scenam, retexta ad ridiculum modum: deque hoc genere chorus paulatim defluxit. In quo præ cæteris clarus fuit Plato comicus. Hanc secuta est Nova comœdia, in qua primas tenuit Menander, potiente rerum Alexandro magno: atque hæc chorum omnino non habet, sed ornatu vario & multiplici personarum insignis est. Atque hæc indicanda breviter & strictim putavi, de initiis ac progressionibus Comœdiæ apud Græcos. Apud Latinos autem, Scenicos ludos institutos fuisse C. vel ut alibi, T. Sulpitio Bætico (vel ut alibi, Petico, alibi Potito) C. Licinio Stolone Coss. notavit Valerius: & paulatim ludicram artem ad satyrarum modos perrexisse, a quibus primus omnium poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulerit. Cicero autem scripsit, Livium primum omnium fabulam dedisse, annis fere cccccx. post Romam conditam: fuere autem celebrati primum ludi Romani patrum & equitum, qui & magni, ludicrum autem equi & pugiles, ut Livius memorat, *libro primo*, qui & ludorum plebejorum mentionem fecit *lib.* XXVIII. Idem Livius quo tempore & qua de caussa instituti & ludi scenici dicti sint, copiose eadem quæ Valerius, retulit *libro* VII. Quod tempus est urbis circiter CCCXX. Idem tamen *lib.* XXXVI. scripsit, ob dedicationem ædis matris magnæ primos ludos scenicos factos, Valerium Antiatem esse autorem, Megalesia appellatos, quod tempus distat a priore annis pluribus CLXV. Cicero Livium fabulam docuisse, ut retulimus, scripsit in *Bruto*, & prima *Tusc.* Claudio & Tuditano Coss. anno V. C. ccccx. Hoc Gellius retulit in annum DX. ideoque fuere qui apud Ciceronem numeros mutandos censerent. Quod nobis fieri oportere non videtur, cum ipse Cicero indicet, alios hæc aliter exposuisse, & res sint inexplicabiliter confusæ. Sed postquam componere fabulas argumentosas poetæ Latini cœperunt, sequentes & vertentes Græcorum scripta, in hoc genere magna licentia usi fuerunt. Cum autem essent Latinorum propria quædam poemata, ut Atellanorum, videntur libertatem illam in Græcis & Latinis argumentis poetæ Latini, non tam fuga laboris & cupiditate edendi sua, ut Horatius putat, quam necessitate quadam custodiisse, ne aures civium peregrinitate offenderentur. Ita factum puto, ut neque intra trimetros constiterint, neque Græcorum exquisitionem & quasi normam, ad quam numeros illi exegerant, hi servarint. Sed nunc deinceps de ratione horum, & carminum comicorum structura, quæ nostra diligentia observavit, quæque postulare videtur lectio fabularum Latinarum, breviter quidem differemus: ita tamen, ut fortasse nondum ab aliis demonstrata, indicemus. Metra præcipua sunt novem, Jambicum, Trochaicum, Dactylicum, Anapæsticum, Choriambicum, Antispasticum, Ionicum a majore, Ionicum a minore, Pæonicum. E quorum numero nunc eximemus Jambicum & Trochaicum, deque iis quæ videbuntur, dicemus. Jambicum metrum a principe pede nomen habet: qui a conviciis appellatus fuit, ut placet Aristoteli; cumque sit maxime conveniens sermonibus (nam fortuito etiam loquentes, jambos crebros proferimus)

Hunc socci cepere pedem, grandesque cotburni,
Alternis aptum sermonibus, & populares
Vincentem strepitus, & aptum rebus agendis.

ut ait Horatius. Hoc carmen cum purum est & integrum, omnibus in locis Jambos habet; ut apud Catullum,

Phaselus ille quem videtis hospites,
Ait fuisse navium celerrimus,

Et Horatium,

Beatus ille qui procul negociis.

Quo autem gravius paulo in tarditate procederet Jambus,

Spondeos stabiles in jura paterna recepit
Commodus & patiens, non ut de sede secunda
Cederet aut quarta socialiter. ——

Sed neque Tragici hoc, in primis Latini, servarunt, & comici omnibus in locis collocarunt pedes sine discrimine, quinque: Dactylum, Anapæstum, Tribrachyn, Spondeum, Jambum:

Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus.

Deos, cliens, ferox, quæ si ambæ breves sint, Pyrrichius is pes vocatur: *lege, bere, grave.*
Spondeus habet duas longas: *exlex, concors, amens.*
Tribrachys tribus brevibus constat: *domine, canere, misera.*
Anapæstus, duabus primis brevibus, postrema longa: *Silices, rabies, patiens,*
Dactylus, prima longa, sequentibus duabus brevibus: *litera, scribere, Musica.*

In Latinis Comicis rari Jambi sunt, etiam in trimetris, qui sunt Senarii. In integro tamen Jambico, vult esse ultimus pes hic, aut propter ultimæ indifferentiam Pyrrichius, quasi definiens numeros ac versum. Sicut in dactylico, quintus dactylus. Horum loco cum Spondeus ponitur, ii versus tum σπονδαΐζοντες & σπονδαϊκοὶ dicuntur, ut,

Armatumque auro circumspicit Oriona,
Apollinarem conveni meum scazon.

Claudicare enim hi versus putantur, & σκάζοντες nominantur, & χωλίαμβοι. Comici autem, ut dixi, numeros ideo minus distinxerunt, ut similitudo sermonis communis custodiretur. Itaque Cicero in *Oratore* sic ait: *At comicorum senarii propter similitudinem sermonis, sic sæpe sunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit.* Hæc confusio cum est maxima, tum carmina vocantur ἀπεμφαίνοντα, id est, *immanifesta, & ἀνάρμοστα,*

Exclusit, revocat redeam? non non si me obsecret.

Qui versus, si producas penultimam, erit dactylicus σπονδαΐζων: .

Tres unam pereunt adolescentes mulierem:

Totus dactylicus, præter ultimum Jambum. Hoc genus & ad octonarios producitur a comicis, qui sunt τετράμετροι: a Latinis etiam quadrati vocantur. Habet apud eosdem & κατάληξιν, ita ut ad Senarium additus amphibrachys, id est, syllaba brevis longa brevis: aut bachius, id est, syllaba brevis longa, (ultima enim syllaba omnis versus est indifferens) hoc numeros perficiat:

Nam si remittant quippiam Philumenam.

hic est τρίμετρος Addantur illæ tres syllabæ, *dolores*, & erit jam τετράμετρος καταληκτικός. Nam in hoc genere alii pedes, quam supra memorati, non nominantur. Sed neque servarunt hoc, ut ante κατάληξιν semper esset Jambus: neque non pro syllaba longa catalectica sæpe duas breves posuerunt:

Ædepol lenones, meo animo, novisti Lusce lepide.

Ante κατάληξιν τρίβραχυς est:

Tacuisse mavellem, haut male meditate male dicaces.

Ante κατάληξιν est spondeus:

Bene ego istam eduxi meæ domi, & pudice. ——
—— *Si hujus miseret.*

Ante κατάληξιν est dactylus:

Nunquam me orares quin darem: nunc illum te orare melius est.

Lius est, in unam Syllabam concrescunt. Hi versus appellantur Hipponactei, ab autore, & Latine septenarii: tum enim, Priscianus ait, Varronem scripsisse, fieri septenarium, cum ad senarium Jambicum trisyllabus pes addatur, hoc modo:

Quid immerentibus noces? quid invides amicis?

Talia sunt Aristophanea in *Pluto*, quorum primum hoc:

Ω̃ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταυτὸν θύμον φαγόντες.

Trochaicum carmen est Jambicum commutatum. Trocheus a volubilitate & ratione nomen habet, contrarius pes Jambo, constans longa & brevi; *scribe*, *Musa*, *verba*. Hoc Jambum non admittit, quemadmodum neque in Jambicum trocheus ingreditur. Etsi reperitur etiam in Græcis τροχαϊκὸν τετράμετρον καταληκτικόν, in cujus quarto loco ponitur Jambus, ut in *Nebulis*:

Ω̃ θεώμενοι κατερῶ πρὸς γ' ὑμᾶς ἐλευθέρως.

Idque εὐπολίδειον ἀσύστατον vocarunt.

Sed multo majore licentia Latini usi fuerunt, & passim ut videtur, inseruerunt Jambos. Docent autem ita fieri hoc carmen, si ad senarium Jambicum addamus creticon, qui ἀμφίμακρος, id est, syllaba longa brevis longa: ut *aurifex*, hoc modo,

—— *Dii boni,*
Boni quid porto, sed ubi inveniam Pamphilum?

Et,

—— *Lætus est,*
Nescio quid: nihil est: nondum hæc rescivit mala.

Ita hos numeros composuisse Archilochum perhibent, atque ab eo μέτρον ἀρχιλόχειον dictum. Sed hoc non servarunt comici, præsertim Latini, ut secundam syllabam brevem semper facerent, quod præceptum de cretico subjicit, cum in hoc versu ubique reperiatur, dactylus, anapæstus, spondeus, trocheus, τρίβραχυς:

Apage, non placet me hoc noctis esse: cœnavi modo.
Quid si ego illum tractim tangam ut dormiat? servaveris.
Exossatum os esse oportet, quem probe percusseris.
Facinus, nequiter ferire malam male discit manus.
Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo.

In fine esse ante κατάληξιν debet trocheus, ut carminis ratio appareat, sed reperitur & τρίβραχυς ut,

Quid id exquiris, tu, qui pugnis os exossas hominibus.

Et Aristophanes:

Ω̃ σοφώτατοι θεαταὶ, δεῦρο τὸν νοῦν προσέχετε.

Sæpe autem multumque usi fuere hoc carmine archilochio comici, & illo plurimas sermocinationes composuerunt. De aliis generibus quid dicam, aut quomodo in Latinis comœdiis indicem, non habeo. Et Sisenna, referente Rufino, anapæsticum metrum in *Aululariæ* quadam scena esse dixit, sed concisum ita, ut non intelligatur. In his igitur nos frustra torquere, præsertim tam fœde corruptis exemplis, & in metricæ nequaquam exacta cognitione, nihil necesse, vel potius curiositatis hoc fuerit, ocio non admodum liberaliter abutentis. Confusa quidem, id est, συγκεχυμένα μέτρα plurima sese offerunt passim tam in Plauto, quam Terentio: in quibus Jambus & trocheus, & alii pedes ingredientes hæc metra, collocantur promiscue. Quod autem ad καταλήξεις & βραχυκαταλήξεις & ὑπερκαταλήξεις attinet, de eo magis suspicari possumus, quam certi aliquid demonstrare. Qui tamen cogitatione non illiberali his de rebus sese occupare voluerint, ii primum ad exemplum aliquod rationem numerorum in versibus conferent, & ita informabunt animo qualemcunque notionem horum. Ponatur igitur hoc. Numeros esse aptos quosdam & determinatos, & consentaneos sonos vocis humanæ. Hi cum in voce natura insint, in oratione quoque inesse oportet. Sed cum abest cura compositionis, & ars quædam veluti structuræ, facile illi & dissipantur & delitescunt. Atque hoc est quod Aristoteles poemata, suapte sponte extitisse, & fortuito prodiisse ait, ipse αὐτοσχεδιάσματα vocat. Hæc concinnitas quædam in omnibus linguis reperitur, ad quam aurium observatione adhibita, versus extitit, elaboratus studio & arte ingeniosorum & doctorum hominum, & processu temporum ita suo quisque in genere perfectus, ut nihil fieri elegantius neque pulcrius, aut magis sonorum posset. Potestque de nostris vernaculis cantilenis etiam aliquo modo hoc cognosci, ut quamvis forte hoc ineptum videatur, sed in docere fideliter cupiente nihil ineptum, si conferamus hæc nostratia ad illa erudita, nonne in his similiter desinentibus, quæ nostrum vulgus rhythmos appellat, aliquid jambicis senariis simile agnoscitur? & in modis chorearum, quasi anapæsticum est & Pæonicum melos. Sed & in soluta oratione diligentia nunc multorum, accurate verba componens, ῥυθμοὺς, qui sunt numeri, efficit. Certo autem & plane ostendere omnia id esse ejusmodi puto ut fieri nequeat, quemadmodum & in aliis quæ usu perdi-

ta fuerunt, instauratio & restitutio absoluta desperanda est. Citius enim mihi aliquis illud Hesiodeum plaustrum lignorum centum construxerit, quam scenam hoc tempore explicuerit, omnibus partibus & numeris suis, ut dicitur, absolutam. Hoc tamen dubium non est, in linguæ cujusque usu communi, harum rerum rationem consistere, quo labefactato aut amisso, illa quoque vacillet atque confundatur, vel potius non magis appareat, necesse est. Est autem in omni genere carminum varietas numerorum depositionis, ut vocant: ea est versus conclusio, talis quædam. Versus dicitur ἀκατάληκτος, qui est plenus & integer, & pedes suos habet totos: ut,

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit.

Versus est Jambicus trimeter, qui & senarius ἀκατάληκτος. Sic est ἀκατάληκτος Theocriteus hic primus in fistula,

Οὐδενὸς εὐνάτειρα, μακροπτολέμοιο δὲ μανήρ.

Et postea σκάζων,

Μαίης ἀντιπάνροιο θοὸν τέκες ἰθυντῆρα.

Et mox καταληκτικὸς εἰς συλλαβὴν,

Οὐχὴ κεράσαν ὅν ποτε θρέψατο ταυροπάτωρ,

Et πεντάμετρος deinde, vel καταληκτικὸς εἰς δύο συλλαβάς:

Οὔνομ' ὅλον δίζων ὃς τᾶς μέροπος πόθον.

Atque ita usque ad δίμετρα καταληκτικὰ εἰς συλλαβὴν, κολλίοπα & νηλλεύσω. Nam in hoc genere μονόμετρος ἀκατάληκτος fieret unus pes. Metimur enim omnia genera carminum pedibus duplicatis, præter dactylicum. Idque & Rufinus testimonio Herodoti comprobavit, Veteres factitasse: nam dactylica oracula reddita fuisse ait τόνῳ ἑξαμέτρῳ. Gygis autem facinoris meminisse Archilochum in Jambico versu τριμέτρῳ, qui hujusmodi quidam ibi ascribitur,

Οὔ μοι γε Γύγεω τοῦ πολυχρύσου μέλει.

Est ergo & elegiacus dactylicus, quem, ut scimus, tribus dactylicis pedibus, additi anapæsti duo, absolvunt,

Ὅττι δὲ μοῖρα παθεῖν οὔ τι δέδοικα παθεῖν.
Eis est cum forma magna pudicitiæ.

Ita penthemimeris utraque conjuncta, & ita facit spondeum, ut sic pedes quinque dactylici construantur. Est autem penthemimeris τὸ μὴ πενθημιμερὲς, id est, quinaria, cum syllaba in verbo superest post pedes duos:

Arma virumque cano.

Hephtimimeris, τὸ μὴ ἑφθημιμερὲς, cum fit hoc post tres pedes,

Mnesthea Sergestumque vocat.

Sed in aliis versuum generibus metra duplicatis pedibus procedunt, ut in Jambico est hoc μονόμετρον ἀκατάληκτον, id est, habet duos pedes integros,

Pessima mane.
Optume, odio es.

Δίμετρον hoc:

Verebar quorsum evaderet.

A Τρίμετρον:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Τετράμετρον hoc:

Quid faciam nunc? si tres viri me in carcerem compegerint.

Atque hactenus producti Jambici versus exempla adduxisse satis fuerit, etsi grammatici πενταμέτρου quoque formam adjiciunt. Illum autem tetrametrum reperisse Boiscum quendam Cyzicenum, ἐπίγραμμα indicat, tetrametri ἀκαταλήκτου, & καταληκτικοῦ, quod legitur in commentario Rufini de
B metris Terent.

Βόισκος ὡ' πὸ Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
Τὸν ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον.
Boiscus ille Cyzicenus scriptor omnis carminis
Versus pedum octo repperit, Phœboque dedicavit.

Verum ad καταλήξεις revertamur. Est igitur καταληκτικὸς, cum deest quo minus versus compleatur, syllaba una:

Data, mox ego huc revertar:

C Jambicus δίμετρος καταληκτικός. Sit enim reverterο, nam & hac forma usi verbo fuerunt, erit jam ἀκατάληκτος.

Si mihi perget quæ vult dicere, ea quæ non vult audiet.

Trochaicus Archilochius, id est, τετράμετρος seu quadratus καταληκτικός. Sit enim, audientur, erit Trochaicus τετράμετρος omnibus numeris absolutus.

D Hypercatalecticus versus est, in quo syllaba una abundat: hujus exemplum de dactylicis adducunt,

Alloquitur Venus. O qui res hominumque Deorumque.
Jactemur doceas, ignari hominumque locorumque.

Verum diligentiores in dactylico genere ὑπερκατάληξιν & βραχυκατάληξιν, nominari oportere negant, sed κατάληξιν εἰς συλλαβὴν, aut εἰς δύο. Ex Plauto Priscianus, δίμετρον Jambicum ὑπερκαταληκτικὸν esse hunc voluit,

Hospitio publicitus accipiar.

E De quo nos dubitare, neque hanc distinctionem servasse, ante indicavimus.

Βραχυκαταληκτικὸς dicitur, cum toto pede deficitur versus integritas. Ut si μονόμετρος sit, *Eheu mihi*, βραχυκατάληξις erit, *Eheu*. Priscianus δίμετρον hunc retulit, *Ita peregre adveniens*: de quo supra. Et jam fassi sumus, hæc neque observari, neque exquiri potuisse a nobis, & haud scio an a nullo possint omnium qui nunc vivunt, in tam tenui scientia Musices antiquæ, & hac depravatione exemplorum.

F Sciendum autem, Comicos Latinos, prologos & primas fere scenas, pertexuisse Senariis Jambicis, qui sunt τρίμετροι ἀκατάληκτοι. Plautus tamen & in *Amphitruone* & alibi, in primis statim scenis numeros mutavit. A trimetris autem ad longiores pervenerunt, ut τετραμέτρους,

Mirabor hoc si sic abiret, & heri semper lenitas.
Ne forte imprudens faciam quod nolit, sciens cavebo.
Quid? credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?

Nec non concidisse reperiuntur versus, ut subjicerent longis breviores. Nec non confudisse numeros, ut miscerentur trochei & jambi: de quibus jam satis dictum. Hoc autem silentio prætereundum non est, in Jambico & Trochaico creticum non esse: quamvis de Archilochii Trochaici structura ille præcipiens, Rufinus ut ferunt, hoc scripserit:

Creticon Archilochus supra caput addit Iambi.

Nam cretici ratio, qui est, ut diximus, *ἀμφίμακρος*, temporum quinque, ab hoc genere est alienior. Itaque quidam inculcantes in Jambicos & Trochaicos versus hunc pedem, audiendi, mea quidem sententia, non sunt. Et si, ut verum fatear, hoc dixisse illi videntur, in his versibus reperiri verba in quibus creticus insit: ut, *Edepol*, & similia, de quibus postea. Non quod in versu jam sit creticus, sed quod in illis esset verbis, si totis syllabis plane proferrentur. Hæc sententia est, ut puto, Scaligeri, viri eruditi, qui *de Versibus Comicis* edidit brevem libellum: itaque in eo requisivimus nonnulla, quæ minus explicarentur nobis, & viderentur secundum Platonem, *τῶ πατρὸς διϊσθαι βοντα, αυτὰ ετ' αμυνασθαι, ἔτι ζονθιον τι δυϊχτὰ αὐτοῖς*. Ad numeros Versuum Comicorum expediendos assumenda sunt ea quæ Græci *πάθη* nominant *λέξεως*, quibus & dilatantur & contrahuntur dictiones. Idque nimirum tum loquentes communiter fecerunt, ut pluribus aut paucioribus syllabis verba enunciarent, quam nos descriptura, aut secundum rationem versuum nobis notam. De qua re nunc etiam breviter quædam memorabimus.

Dilatantur verba dissolutione, seu divisione syllabarum, quæ est *διαίρεσις*. Ut jam, *δισυλλάβως*. Quod & Scaurum Rufinus ait indicasse, qui diceret in *Pseudolo*. Nunc jam, esse tres syllabas, & Plautum divisisse *Jam* in duas. Tale est indicatum in eadem fabula, *Malai*, *τρισύλλαβον*. Sic & *quis*, *qui*, *quæ*, & casus horum diviserunt:

Qui per virtutem peritat, non interit.

Legendum, *Qui*, *δισυλλάβως*: si est vera scriptura, de quo quæretur illo in loco. Sed exempla in Plauto jam multa indicavimus. Apud Horatium lib. II. *Carm.*

Ramis quo obliquo laborant.

Est enim versus Jambicus dimeter *ὑπερκατάληκτος*. Huc pertinet *calim*, pro *clam*, ut Festus ait. Et in diversis verbis hiatus vocalium. Quod tamen non fecisse Latinos, nisi poetas quosdam, Cicer. in *Oratore*, scripsit, qui ut versum facerent, sæpe [illegible]averint. Ennium semel, Scipio invicte: & se:

Hoc motu radiantis etesiæ in vada ponti.

Sed sunt & apud Maronem hujus divisionis exempla:

Et longum formose vale, vale, inquit, Iola.
Insulæ Ionio in magno.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.
Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.

Apud Horatium, lib. I. *Carm*
Ossibus & capiti inhumato.
Apud Lucretium, *lib.* V.
Passim per cœli volvunt se inania templa.
Et *libro* II.
Vivam progeniem qui in oras luminis edant.

Ubi tamen & *διαίρεσις* esse potest dictionis *Qui*: ut & in hoc versu,

At contra quæ amara atque aspera cunque videntur.

Et apud Horatium rursum lib. III. *Carm.*

Jam virum expertæ male ominatis parcite verbis.

Et *Sermon.* lib. I. Satyra IX.

Si me amas inquit, paulum hic ades.

Item cum retinetur litera m, *ἀνέκθλιπτος*, tum collisio usitata fieri non potest, ut:

In signita fere tum milia militum octo.

Ut Horatius:

Nil opus est te circumagi.

Lucret. *lib.* III.

Namque papaverum aura potest suspensa, levisque.

Et *libro* I.
Corporum in plumbo est.
Et rursus:
Plus in se corporum esse.
Et mox:
Corporum augebit numerum.
Et paulo post:
Corporum atque loci.
Et rursum *lib.* III.
Sed dum abest quod avemus.
Et *libro* II.
Cæteraque cum ita sunt.
Et hoc:
Nam quod fluvidum est.

Atque etiam vocalium concursum & contractionem interposita litera d, prohibuerunt. Sicut in *redeo*, *redhibeo*, *redarguo*, *redoleo*, *reduncus*, & in diversis dictionibus, *mederga*, *tedhoc noctis*. Ita longæ illæ manent, si natura longæ sunt. De his exempla quædam Plautina promiscue ponam, pauca illa quidem, sed de quibus similes loci facile explicari posse videantur:

Jam hi ambo & servus & hera frustra sunt duo.

Jam hi am, est Jambus, vel soluta dictione *Jam*, vel retenta litera m.

Quot pondo tedesse censes nudum, nonedepol scio.
Ille opere foris faciundo lassus noctu advenit.
Quanquam invita te carebo, animum ego inducam tamen.
Te heri me vidisse, qui hac noctu in portum advecti sumus.
Blepharonem ut re divina facta mecum prandeat.
Nimis bella es atque amabilis, & si hoc esset meum hodie.

Qui versus omnes *διαιρέσει* explicari poterunt. Contractio syllabarum crebrior est. Et apparet, fuisse linguam Latinam magis aptam ad voces cogendas, quam distrahendas. Hoc illud etiam indicat, quod retulit Cicero lib. II. *de Divinatione*: *Cum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas, clamitabat*. *Dicamus*, inquit Cicero, *si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret.* Sonuisse enim appa-

apparet illud, *cauneas*, contractum hoc, *cave ne eas*. Hæc indicantur nominibus συναλοιφῆς & ἐπι συναλοιφῆς. Synalœphe, quæ & συναίρεσις proprie vocatur, cum duæ ſyllabæ in unam veluti confluunt. Ut Phæthon διασύλλαβον, pro triſyllabo Phaeton,

Cum te dejectum crudeli fulmine Phæthon.

Nam a & e in lingua Latina diphthongum faciunt *Deinde*, *proinde*, διασυλλάβως Lucret. Tandem coierunt τρισυλλάβως. *Nihil*, *nil*: *Mihi*, *mi*: *mehe*, *me*: ſi vis, κατ' ἔκθλιψιν, u, pro conſonante, *Sis*, *ille & terris*, *illet*. *Sceptroque innixus eburneo*. *Eburno*: *pendent lychni laquearibus aureis*: δισσυλλάβως:

Libra diei noctiſque pares ubi fecerit horas.

Diei, vel, *die*, duabus ſyllabis. Tale & *rei*, συνηρημένως.

Sic *Dii*, *Di* ſunt: & *iit*, *it*: *periimus*, *perimus*: ἐπισυναλοιφὴ autem longius patet, cum qualeſcunque vocales contrahuntur, deque duabus ſyllabis una fit: quod ſæpe nobis mirifice factum videtur in lingua Græca & Latina, cum in ſua fieri nemo miretur, quia minus conſiderat. Secundum autem diverſarum linguarum naturam diverſitas in his eſt. Sed exempla ἐπισυναλοιφῆς, ad quam quidem & ἔκθλιψις & συνίζησις referenda, hæc ſunt, fuit, una ſyllaba. Lucret. *lib.* v.

Et ambiens multa peruſſit.

Et:

Et equorum duellica proles.

Ubi & σύλληψις eſſe poteſt *duel*. Et:

Et ſonitu ſterilia.

Item:

Nunc ſcio quid ſit amor.

Sco, κατ' ἐπισυναλοιφὴν legendum, ut Diomedi placet. *Sodes*, ſi audes. *Sultis*, ſi vultis, κατ' ἔκθλιψιν. Suam, *ſam*: ſuum, *ſum*: ſuis, *ſis*: eum, *im*: *eapſe*, ea ipſa: *ſapſa*, ſe ipſa:

Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.
Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus habet ſas.
Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentatque jubetque.

Tuus, *tus*: tua, *ta*: ſuæ, *ſe*: aut συλλήψει μονοσυλλάβως, ſicut *ſuavis*. Eſt & crebra ἔκθλιψις, & poſtea contractio: ut Amaverunt, decreverat, commoverit: *Amarunt*, *decrerat*, *commorit*. Et apud Lucretium:

Irritat virtutem animi.

Pro *irritavit*. *Sultis*, pro ſi vultis:

Pandite ſultis genas & corde relinquite ſomnum.

Omnino autem quo minus corriperetur pronunciatio, non obſtitit Veteribus, u pro conſonante: ut, *Sine invidia laudem invenias*. Eſt enim *ſin inid.* τρίβραχυς. Audivi, *audii*. Eliditur & litera m, *Multum ille & terris*. Hanc colliſionem vocant. Etiam litera b, non obſtitit interdum contractioni ſyllabarum: ut, *abi*, μονοσυλλάβως prolatum: συγκοπὴ eſt conciſio, cum ſyllaba diminuitur verbum. *Nis*, pro nobis: *ſcilicet*, pro ſcias licet: *capſis*, pro cape ſi vis. *Emem*, pro eundem. *Cette manus*, pro cedite, *Actæ non alio rege puertiæ*, pro pueritiæ:

Evaſti? credo metues, doctuſque cavebis.
Vixet, cui vitam Deus & ſua dextra dediſſet.
Motus quoque ſurpere debet.
Quæ me ſurpuerat mihi.

Extritio autem proprie unius tantum literæ eſt, ut illa ἔκθλιψις literæ m, & literæ u, pro conſonante: & *caldior*, *lamnæ*, pro calidior, laminæ: iſthic, priore brevi: ab *oles*, pro ab illis: antiqui enim litteram non geminabant, ut inquit Feſtus: qui & *feneſtram* dixere, quam poſteriores τρισυλλάβως feneſtram. *Senx*, vel *ſnex*, pro ſenex. Edepol, *Edpol*. Virgines, *Virgnes*. Semine oriundi. Sed magis univerſum apud Lucretium, *Semne* & univerſum. Sic & in *evenat*, extrita i litera videtur, ut apud Ennium, referente Nonio:

Senex ſum, utinam mortem oppetam priuſquam evenat.
Quod in pauperia mea ſenex graviter gemam.

Quin etiam initiales ſyllabas quaſi abſorbentes minus expreſſerunt. Sed ad extritionem revertamur. Delituit igitur in Latina lingua ſæpe ac multum in pronunciatione, littera s.

Samnis Spurcus homo vita illa dignus locoque.
Formido quid ago, da Venus conſilium.
Pandite ſultis genas
Puncto temporis reddant.

Huc referenda illa quæ a Cicerone memorantur, *multimodis*, *vaſargenteis*, *palpet crinibus tectifractis*: pro multis modis, vaſis argent. palmis & cr. tectis fr. Et illæ συγκοπαὶ, ſecundum quas *tali*, & *ala* extitit, de taxillis & axilla: & *meum factum*, *exitium*, pro meorum factorum, & exitiorum: quæ in quibuſdam uſitatæ admodum fuerunt, *Deum*, *numum aureum*, *liberum*. Quinetiam duorum virorum judicium, aut trium virorum capitalium, aut decem virorum litibus judicandis, ait ſe Cicero, dicere nunquam, quomodo ergo? nimirum συγκεκομμένος, *Duum virum*, & trium *virum*, & decem *virum*. Item *fiet*, ſit. *E* rep. pro ex: *pomeridianas* quadrigas, pro poſtmeridianas. His addantur ἀποκοπαὶ: *Viden' Ain' Satin' Men' Mihin'* de quibus abſciſſum eſt ne. *Exin*, *dein*, *proin*, amputato de: *famul*, pro famulus. Lucretius:

Oſſa dedi terræ proinde ac famul infimus eſſet.

Volup, *Animal*, *Exemplar*, de quibus reciſum eſt e. illi, pro illic. Jam de productione & correptione vocalium multa dici poſſent. *Fuit*, *fieri*: extenta priore ſyllaba. *Inclitus*, ut ait Cicero, prima brevi. Secundum hæc fiunt mirificæ colliſiones, eliſiones, detritiones, & comprehenſiones litterarum ac ſyllabarum, & pronunciatione vera, quam ſæpe nos non poſſumus conjecturis noſtris conſequi, verſus procedunt: in quibus ſcriptura non raro, præſertim in dilatando, numeros non ſervat. Sed nunc & eorum, de quibus multo minus diximus, quam dici potuiſſet, & tamen ſatis fuiſſe manifeſtum indicium videtur, Plautina exempla afferamus, & ita tandem hanc quaſi commentatiunculam finiamus:

Similem rem ipſe in legem juſſit eſſe Juppiter.

Aut corripitur, *Eſſe*, aut eſt κατ' ἐπισυναλοιφὴν, *Similem*, διασύλλαβον:

Ut conquiſitores fierent hiſtrionibus.

Histrionibus, κατὰ συνίζησιν. Nisi maluerit aliquis conquæstores.

Qui ne quo placeret alter, fecisset minus.

Qui ne quo, spondeus, pronunciatione mediam syllabam absorbente:

Qui cum Amphitruone abivit hinc in exercitum.

Et mox:

Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu.

Hinc in exe, & *huc ab exe*, spondei sunt pari ratione concisionis, in brevitate syllaba quasi evanescente:

In tabernaculo: id quidem hodie nunquam poterit dicere.

Simplicissimum est, ut legatur, *tabernaculo*:

Quid in tabernaclo fecisti? victus sum, si dixeris.

Quid in ta, Trocheus. Vel ut notavimus: *Quid in*, κατὰ διαίρεσιν anapæstus, & *taberna*, spondeus:

Ridiculi caussa, vel hunc rogato Sosiam.

Nam hanc veram lectionem puto: vel hunc μονοσυλλάβως pronunciandum:

Quin, si tu voles, domi servi qui sunt castrabo viros.

Dmi, μονοσυλλάβως κατ' ἐπισυναλοιφήν.

Portitorum similli mæ sunt januæ lenoniæ.

Aut portitum κατὰ συγκοπὴν, aut smillimæ, κατ' ἐπισυναλοιφὴν pronu nciandum:

Da meus ocellus, da mea rosa, da mi anime, da mea voluptas.

Aut sic, *Da mus ocel.* Aut sic, *da ma rosa*, & *mea voluptas*, o, brevi absorto δισυλλάβως: vel *ma voluptas*:

Lenonis hæ sunt ædes, male istis eveniat.

Pronunciandum evenat κατ' ἔκθλιψιν litteræ i.

Credam Pudor si cuipiam lenoni fiet.

Pronunciandum cuipiam δισυλλάβως κατὰ συναίρεσιν & συνίζησιν:

Voltis ne olivas aut pulpamentum, aut capparim?

Olivas δισυλλάβως, ut notavimus, & ut in versu Lucilii *Maluisti* τρισυλλάβως, in Procemio primi libri *de Finibus*: vel potius, *Voltine*, extrita litera s. Quis autem scit utra potius pronunciatio actori arriserit:

Fateor: abi deprome: age tu interea huic somnium.

A *Abi de*, spondeus: *huic som*, spondeus: κατ' ἐπισυναλοιφὴν & συνίζησιν:

Superstitiosus hic quidem est, vera prædicat.

Quidem est ve, spondeus κατ' ἐπισυναλοιφήν: hæc collisio creberrime occurrit in comicis versibus:

Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in comitium.

Ni re vult, spondeus, elisa u, pro consonante:

B *Quo is homo insinuavit facto se ad te? per Dionysia.*

Quo is ho, τρίβραχυς κατὰ διαίρεσιν syllabæ *quo*:

Nam eum pater ejus subegit: nunc mea mater irata est mihi.

Nam eum pater, dactylus est: *ejus sub*: aut dactylus liquescente s. aut Trocheus, κατ' ἐπισυναλοιφὴν, ut *ejus*, una fit syllaba:

C *Hujus quæ locuta est quærere ajebas, filiam.*

Hujus, κατ' ἐπισυναλοιφὴν, una syllaba: sicut, *ajebas*, duæ:

Ego ad anum recurro rursum. Lampadio obsecro.

Aut est, *ego ad annum*, anapæstus pronunciatione e initiale colliquante: aut etiam prioris hoc cum versus ultimæ dictionis finali syllaba, ut sæpe fit, collidente.

Videar fortasse in his alicui nimis diu morari, & non necessariam, vel etiam inutilem operam D consumere. Veruntamen ego de re neque prorsus negligenda & digna liberalibus studiis, & a plerisque tractata negligentius, dicendum hoc loco aliquid putavi: quod quidem ejusmodi esse confido, ut qui forte voluerint in his versari accuratius, mediocrem occasionem exercendi studium suum habituri esse videantur. Etsi autem hæc sunt præcipua, per quæ poterunt numeri versuum comicorum expediri & quasi exolvi, tamen & alia quædam ad hanc curam assumenda sunt, & in primis syllabarum productio, quæ ἔκτασις, ac correptio, quæ συστολὴ nominatur. Fit autem ἔκτασις, vocali interdum producta natura brevi: ut *fuit* & *fieri*, E quod supra retulimus. Interdum geminata consonante, ut *relligio*, *redduco*, *repperi*, συστολὴ autem, syllaba correpta; ut *omitto*, & *rejicio*, & συναιρέσει *reicio*, ut:

Tityre pascentes a flumine reice capellas.

Ita putatur ἐκτεταμένον, *Vitam dederitis in undis*: & *Transieritis aquas*. Etsi quibusdam natura flexionis postulare videtur, ut in hujusmodi verbis, *ri*, syllaba producatur, & illa corripiatur κατὰ συστολήν. Hæc & superius indicatorum παθῶν, de Homero etiam nunc quædam demonstrabimus, F Ιλ. σ.

υἱεῖ ἐμῷ κλυτὰ τεύχεα δόμεναι παμφανόωντα.

Est enim δόμεναι, quasi δόμναι, sicut abietibus, & ariete, & parietibus: & hoc Ennianum:

Capitibus nutantes pinus, rectasque cupressos.

In quibus tamen συλλήψεις sunt, pronunciato i, pro consonante, sicut hoc versu Οδ. γ'.

Πόλλ' ἐπιμηρί' ἔθεμεν.

Est enim μηρί' ἔθε, dactylus: νῦν δ' αὐτέ με φίλαι' ἀθήνη: vel ut alibi, φίλαι ἀθήνη: & ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο παλλὰς ἀθήνη, pronunciandum enim quasi gemino λλ, ut φι longum fiat. Sicut Ιλ. β'.

Ιλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι.

Quasi ἀππ. Tale & illud ἄρες, quasi ἄρρες esse videtur. Ita & φιλομειδὴς ἀφροδίτη, habet λο syllabam productam. Et hic versus similiter pronunciationis productione sustentatur, Ιλ. γ'.

Αἰδοῖος τέ μοι ἐσσὶ φίλε ἑκυρὲ δεινός τε.

Nam & aspiratio brevis vocalis pronunciationem remoratur, & ρεδει, est quasi ρεδδει: sicut ἔδδεισε δ' ἑλένη. Rursum Ιλ. έ.

Καί νύ κεν ἔτι πλέονας λυκίων κτάνε δῖος ὀδυσσεύς.

Etsi poterat facere κ) νύκ' ἔτι πλέονας, tamen illud maluit, nimirum pronunciatione versum expediente, quatuor brevibus syllabis unam longam & duas breves sonantibus; sicut Οδ. ζ.

Καὶ τότε φαιήκων ἐς πόλιν ἴμεν ἠδ' ἐρέεσθαι.

Est enim πόλιν ἴμεν, dactylus non syllabis, sed veteri pronunciatione, quam nos exprimere lingua aliena non possumus. Hoc loco in mentem mihi venit versus quem Scaliger adduxit ex Euripidis *Oreste*, in quo esset ἐπισυναλοιφή:

Αὐτουργός: οἵπερ κ) μόνοι σώζουσι πόλιν.

Sed nos & in editis ab Aldo exemplis & in explicatione reperimus σώζουσι γῆν. Hoc igitur relinquamus. Ιλ. ύ.

Μόρσιμον δέ' οἱ ἔς' ἀλέασθαι.

Ubi manifesta est συγκοπή, & illud μόρσιμον quasi μόρσμον. Sicut & in hoc, Ιλ. ώ.

Εκτὸς μὲν δὴ λέξον γέρον φίλε.

Est enim plane, γρον φίλε. Quemadmodum & Οδ. ή.

Μήδ' ἄπω φίλον δι' πατρὶ γένοιτο.

Ubi φίλον est quasi φλον. Jam in hoc Ιλ. β'.

Βωμοῦ δ' ὑπαΐξας.

Συναίρεσις est:

Εως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε.

Ιλ. ά. cum sit primus pes ἀμφίβραχυς alienus carmine Heroico: θεραπεύεται τὸ μέτρον συνιζήσει, secundum Eustath. ὡς ὃ, producta syllaba ὃ. Aristoph.

Εἰρηνη, οἱ γεωργοὶ τοὔργον ἐξέλκουσι κάλλος οὐδείς.

Οἱ γεωργ. spondæus συνιζήσει. Ιλ. ξ':

Ωκεον δ' ἐν πλευρῶνι.

Hesiodus:

Νείκεα κ) δῆριν ὀφέλλειν.

Ιλ. autem ώ. in hoc:

Χωόμενος ὅ τινι δήπω ἀδελφεὸν ἔκταμεν ἕκτορ.

Est συνίζησις.
In hoc vero Ιλ. θ'.

Ηὼς μὲν κροκόπεπλος ἐκίδνατο πᾶσαν ἐπ' αἶαν.

Et hoc, Ιλ. β'.

Πολυστάφυλον' ἱστιαίαν.

Et hoc, Ιλ. ἑ.

Ος' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας.

Et paulo ante:

Ος ῥα καμάνδρυ,

Αρητὴρ ἐτέτυκτο.

Et hoc, Ιλ. ή.

Σὸν δή τοι κλέος ἔσαι ὅσον ἐπικίδναται ἠώς.

Et hoc, Οδ'. έ.

Κλῦθι ἄναξ ὅστις ἐσσί.

Et hoc, Οδ. λ'.

Καὶ ῥέσχεν δύο παῖδας, ἀμφίονά τε ζῆθόν τε.

Παῖδας ἀμφ' spondeus liquescente littera σ, ut in superioribus versibus omnibus cursui hæc numerorum obstaret, nisi removeretur pronunciatione.

Nam si versibus aliquis alienos pedes, qui sunt proceleusmaticus, & creticus seu ἀμφίμακρος, aut nescio quos alios inserit, cum constet heroici carminis proprios pedes esse, dactylum ac spondeum. Jambici, jambum, spondeum & spondeo æquales. Trochaici, trocheum & spondeum & huic æquales, & alios alius generis. Illum igitur qui admiscet alienos, non audiendum putamus, corrumpentem carminis modos, & numerorum rationem dissolventem. Sed pronunciatio hæc omnia quondam nullo cum negotio & sine omni insuavitate explicuit. Quare non assentior, neque Plutarcho, qui Homerum studiosum bonæ narrationis, compositionem neglexisse scribit, & primum statim versum ἄμετρον extulisse:

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος.

Non enim ille ita extulit ut Plutarchus, multo minus ut nos, secundum perscriptas literas: neque Scaligero infulcienti creticos in jambicos modos. Etsi ad hoc delabitur ut *voluptas*, anapæsticam velit esse dictionem: id quidem melius, sed illæ συγκοπαὶ pronuntiationis rectius expediunt numeros, mea quidem sententia, & antiquitate teste, cujus unum etiam nunc exemplum adducere visum, Hesiodi:

Ασκρη χεῖμα κακῇ, θέρει δ' ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.

Est enim θρεῖ & λῃ. Sed de hac re, cum tantum jam verborum fecerim, plus quidem quam initio institueram me facturum esse, nunc desinam, & hæc nostra judicio aliorum sub-

mitto: & quod restat, observationem & cu- A ram harum rerum diligentium studio committo. Quantulamcunque autem operam hanc industriæ meæ cupio omnes boni consulere, quod bonos & bonarum artium cupidos scio esse facturos: ii enim neque ullam in literis exquisitionem nimis parvam & futilem ducunt, neque hos conatus judicii nostri poterunt despicere:

Περὶ δὲ τῶν ἄλλων, οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ.

F I N I S.



JO. BAPTISTÆ CASALII

Romani,

DE

TRAGOEDIA ET COMOEDIA

LUCUBRATIO.

JO. BAPTISTÆ CASALII

Romani,

DE

TRAGOEDIA ET COMOEDIA

LUCUBRATIO.

CAP. I.

Tragœdiæ etymologia. Ejus antiquitas. Eadem quas personas sibi proponit. Finis qualis. Partes quænam. Fabula quid, & cur Tragœdia sic dicta. Quibus conditionibus instructa esse debeat. Mores quinam. Sententia, Dictio, quæ. Apparatus. Theatri partes. Histrionum vestes: Iidem nunquam nisi personati egerunt. Cothurnos gestarunt. Quantitatis partes: Prologus, Episodium, Exodus, Chorus quid.



TRAGOEDIAE vocabulum aliqui dictum volunt, quod Vindemialibus ludis esset illa inventa, nempe quod nil aliud ea sit, nisi musti cantio, seu carmen Vindemialibus sacris in Bacchi, Liberique Patris laudem decantatum. Alii Tragœdiam dici malunt quasi asperum cantum, quia flebilis genus Poematis est, & asperitatem, crudelitatemque continet. Alii denique ab Hirco dictam; quia is qui inter Bacchi sacra, ludosque in hoc genere certaminis esset victor, hirco, qui Baccho erat sacer, donabatur: ut canit Horat. *de Arte*:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Sicuti etiam Tragœdiam a Satyris, hoc est, hircinis, dictam putarunt; quoniam Satyri ad conviciandum, vel ad risum commovendum cum cæteris personis inducerentur.

Dicitur Tragœdia a Platone antiquissima; & quamquam ab Aristotele in *Poeticis* excogitatam in Peloponeso fuisse; fuere tamen qui Thespin Atheniensem facerent auctorem: is enim vini fœcibus, aut minio sibi ora perunxit, atque ita personatus actitare cœpit e plaustris, ac Tragœdiam informem incondite recitare: ita Horat. in *Poetica*:

Ignotum Tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fœcibus ora.

Et a Tibullo fit mentio de minio dum Bacchi sacra describit:

Agricola, & minio perfusus Bacche rubenti
Primus inexperta duxit ab arte choros.

A Hæc Tragœdiæ incunabula sunt, quæ paulatim deinceps adolevit: excultaque postmodum ab Euripide, Sophocle, & Æschylo est, & ab aliis expolita, ac etiam perfecta.

Definitur ab Aristotele Tragœdia, ut sit Imitatio actionis illustris & absolutæ, ejusque justam magnitudinem suavi complectens oratione: cujus partes eo pertinent, ut metus & commiseratio spectatorum animis inferatur ad hujusmodi morborum salutarem purgationem. Imitationem actionis illustris sive gravis, & severæ, ut intelligamus Regias, Principesque tantummodo, personas
B Tragœdiam sibi proponere: vulgares, communesque permittere Comœdiæ, quæ leves illarum & despicatas actiones imitatur: hancque imitationem, *Suavi sermone* effici oportere; hoc est, versibus & concentu atque harmonia, cujus est in choris usus potissimum. Quod egregie ab Aristotele expressum videtur cap. IV. *de Poetica*, his verbis: *Poeticen duæ primum causæ naturales produxisse videntur, Imitatio, & ex imitatione voluptas.*

Dicitur Tragœdia ejusmodi personarum illustrium actiones idcirco imitari, & spectatoribus proponere; ut contendat animi mœrorem, ac commiserationem concitare ad illas ipsas, quas
C commovet, perturbationes abstergendas. Sed quamvis Plato Tragœdiam repellat a Republica, eo quod animi nostri morbos, & ægritudines augeat, efficiatque ut fræna dolori, ac commiserationi laxemus. Non, inquam, audiendus is est: quia dum homines ejusmodi spectaculis intersunt, crebroque audiunt, ac cernunt personas ea loquentes, agentesque, quæ commiserationem excitant, doloremque ac terrorem incutiunt: assuescunt illi quidem dolere, pertimescere, ac misereri; sed ex ea consuetudine sequitur, ut cum ipsis aliquid humanitus acciderit, minus doleant, timeantque, quam si actionibus illis non interfuis-
D sent: necesse est enim, ut qui numquam doluerit, timueritve, eum vehementius exterreri ac dolere, cum repente nec opinata calamitas evenerit. Adde quod sæpe numero perperam homines dolent, ac pertimescunt iis de causis, ob quas minus dolere, ac extimescere par esset: & cum in Tragœdiis proponuntur res commiseratione, ac terrore dignissimæ, apprehendunt homines quid & quo tempore dolendum, & commiserandum sit, quæ utilitas & vitæ fructus est maximus, ut docet Arist. *Politic.* lib. VIII. sub finem. Denique spectandis Tragœdiis intelligimus omnium communem mortalium iniquam esse fortunam, & qui casibus obnoxius non sit, reperiri omnino neminem.

Quo fit ut facilius quicquid adversum & præter voluntatem acciderit feramus, eoque animum solatio sustentemus, cum idem prorsus ac gravius etiam Principibus ac Regibus evenire videamus: quod expressit ad vivum Timocles apud Athenæum *lib.* VI. *cap.* I. his versibus:

Primum Tragœdi quanta commoda adferant
Perpende sodes. Si quis pauperculus,
Majore pressum si videbit Telephum
Mendicitate, lenius suam feret
Mendicitatem. Insanus est ne quispiam?
Furiosum is Alcmæona proponit sibi.
Captus quis oculis? aspicit cæcum Oedipum.
Gnatus obiit? Niobe dabit solatium.
Claudus aliquis ne est? is Philoctetem aspicit.
Miser aliquis senex? tuetur Oeneum.
Omnia namque graviora, quam patiatur
Infortunia, quivis animadverterit in aliis,
Suas calamitates luget minus.

Utilitatem hanc, quæ capitur e Tragœdia, docent hi versus; ut aliorum exemplis facile possit spectatorum animus instrui, ac ferre mala sua tolerantur, cum multo graviora videt esse aliena.

Duo partium genera Tragœdiæ tribuit Aristoteles, nempe Quantitatis, in qua tota Tragœdia certa distributione dividitur, ut in Prologum, Exodum, Chorícum duplex. Sunt etiam Qualitatis partes, a quibus Tragœdia nomen aliquod accipit laudis, & has in summa sex esse: Fabulam, Mores, Sententiam, Dictionem, Apparatum, & Melodiam: & ut nos aggrediamur initio de qualitatis partibus explicare.

Fabula igitur est structura, & coagmentatio, qua tota Tragœdia continetur: & quoniam ingenio Poetarum excogitatur, ac fingitur, appellatur fabula; sed quamvis possit etiam historia argumentum Tragœdiæ tradere, non tamen ei suppeditat structuram. Quæ structura rerum tunc probabilis erit, si conditionibus iis, quibus instructam esse vult Aristoteles, instructa sit. Prima ergo conditio sit ut quæ principio struenda sunt, non inculcentur in medium, aut rejiciantur in finem, vel e contra; quoniam ex prava & præpostera partium dispositione monstrum existit, ut monet Horatius:

Credite Pisones isti tabulæ: fore librum
Persimilem, cujus velut ægri somnia, vanæ
Finguntur species; ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.

Secunda conditio sit, ut justam habeat magnitudinem, neque longiorem neque breviorem, quam par sit, faciat Tragœdiam: & hunc Tragœdiarum terminum duplicem esse ex Aristotele, artificiosum unum, naturalem alterum. Naturalem ait eum esse quem natura fabulæ, quæ tractatur expostulat; quemadmodum res ipsæ naturales terminum habent suum: & hoc Poetarum judicio omnino permittendum; quorum erit ita omnia disponere, & tunc necessario finem imponendum, cum nihil aliud ad actionis absolutionem requirere possunt fabulæ spectatores. Artificiosum Tragœdiæ finem, quem apud Veteres clepsydra præscribebat per instillationem aquæ, ut sic enumerarent horas, quemadmodum partimur nos easdem per arenam: nostra hac tempestate crediderim respondere Antiquorum clepsydræ vulgarem consuetudinem, ut juxta eam sit habenda magnitudo fabulæ, quæ nec eos qui audiunt molestia dimittat, nec satietate fatiget. Tertia præceptio est; ut Fabula una sit, ac minime multiplex, nempe si unius hominis sit, & finem habeat unum tantummodo, quo referantur universa, & unico illo fine fabula circumscribatur. Quarta cautio est, ut in fabula omnes artes sic cohæreant, aptæque sint inter se, ut una pars tolli non queat, quin tota compositio perturbetur, nec episodia seu digressiones fabulæ affingantur, ut corpus quasi coagmentari videatur.

Hæc Tragœdiæ pars, quæ in effingendis personis, earumque moribus exprimendis versatur, picturæ similem fabulam facit, ut docet Aristot. cap. XII. *de Moribus* prope finem: duo enim in pictura sunt, Lineamenta, & Colores: sed quia in lineamentis videtur esse posita summa picturæ vis, & artificium primum, secundum in coloribus aptis & variis. Cum lineamentis confert fabulam, quæ anima Tragœdiæ est; cum coloribus mores, qui secundum obtinent locum. Debet propterea maxime æstimari hæc pars; quippe quæ ponat sub oculos spectatorum personarum vota, consilia, consuetudinem, indolem, ingenium; ac natura non intelligatur modo, sed conspici quodammodo videatur. In Hippolyto enim adolescentis pudici, severi, voluptates aspernantis, ingenium ipsis propemodum oculis intuemur; in Phædra animum fœminæ impotenter amantis; in Theseo iram, &c. In moribus quatuor spectanda ait Aristoteles, ut Probi, ut Convenientes, ut Similes, ut Aequabiles sint. Quantum ad primum ut mores sint probi, non æque in omnes, sed in eam cadit hæc præceptio personam, quæ principem in Tragœdia locum obtinet, quæque certum impertiri solet fabulæ nomen: adeoque nisi proba sit, non poterit hujusmodi affectum animi permovere, quem propositum ad permovendum habet Poeta: nec ullam a nobis extorquebunt commiserationem improbi calamitosi, quos intelligimus ea calamitate esse dignissimos. Convenientes debent secundo esse mores, hoc est, congruentes, respondentes personæ, cui tribuuntur: fortitudo enim & prudentia in fœminis minime conveniunt, & juvenibus aliqua congruunt, a quibus abhorrent senes, & similiter de aliis: Aristoteli concinens Horat. hæc perstrinxit;

Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.

Et infra:

——— Ne forte seniles
Mandentur juveni partes, pueroque viriles.

Egregie Terentius complexus varia personarum genera:

Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, gloriosum militem,
Puerum supponi, falli per servum senem,
Amare, odisse, suspicari.

Tertio ut mores similes sint, ex Aristotele; nempe si formæ, opinionique jam de persona vulgatæ omni ex parte respondebunt, atque illum agere sciunt universi. Norunt scilicet omnes Achillem implacabilem semper esse, Ulyssem astutum, &c. Nec aliter effingi possunt per Poetam hi mores, quales fuisse jam fama vulgavit. Jure igitur Horatius:

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge.
Scriptor honoratum si forte reponis Achillem;
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer;
Sit Medea ferox, invictaque, flebilis Ino,
Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes.

Quarto denique mores æquabiles esse oportere ; hoc est, eundem semper habere tenorem, ac modum, quem initio susceperunt, ne a se ipsis paulatim discordare videantur ; & quem iracundum semel effinxeris, quem placidum, quem crudelem, ac impium ; eum eosdem plane mores præseferentem semper atque ad exitum usque fabulæ retinentem facias : cujus ratio quia habitus morum constantissimus semper & æquabilis est : ut docet Horatius inter cætera Poeticæ monita :

Si quid inexpertum scenæ committis & audes
Personam formare novam, servetur ad imum
Qualis ab incepto processerit & sibi constet.

Quarto Sententia mores debet excipere ; ut qui certis præditus sit moribus, animi quoque sententiam habeat, opinionemque moribus illi respondentem. Sententiæ partes sunt ex Aristotele Demonstrare, Solvere, Perturbationes ciere, Augere, Imminuere : Demonstrantur enim obscura : Contraria, & repugnantia solvuntur : Perturbantur & commoventur spectatorum animi : Augentur exilia : Grandia minuuntur ; quæ omnia etiam cum Oratore communia.

Quinto sequitur Dictio seu Elocutio, quam interpretationem animi per verba esse ait, & definit Aristoteles. Propriam Tragœdiæ locutionem grandiloquæ ac summæ dictionis esse, nempe circa translata, sonantia, hyperbolica, illustria, cujus majestatem conferens Horatius cum Matrona, quæ festis diebus egreditur, inquit :

Effutire leves indigna Tragœdia versus,
Ut festis matrona moveri jussa diebus.

De genere carminis Tragœdiæ deberi Jambum senarium : ita pronunciavit Aristotel. in cap. II. *Poetices*.

Apparatus Tragœdiæ præcipue continet Theatrum : cujus partes sunt Cunei, id est, Sedîles ab extremo theatri ambitu usque ad caveam excurrentes : Orchestra ubi saltabant & gesticulabant : fuere quoque Pulpitum, Proscenium, Podium & similia, ut refert Julius Pollux *lib.* IV. Cassiodorus lib. IV. *Variar.* ep. ult. & alii : sed potissima Theatri pars erat Scena, quæ originem duxit a sylvis umbrosis, ubi jam fabulæ rudi & impolito sæculo canebantur a Pastoribus. Hanc scenam triplicem fuisse scribit Vitruvius *lib.* V. *cap.* VIII. Tragicam, Comicam, & Satyricam, respondentem triplici prorsus dramaticæ poeseos formæ : quorum ornatus in Tragica Columnis, fastigiis, reliquisque regalibus rebus formabatur : Comicæ privatorum ædificiorum speciem, prospectusque habent : Satyricæ ornantur arboribus, montibus, reliquisque agrestibus rebus. Scena in Tragœdia parabatur ampla & magnifica, quæ Regias ædes & Basilicas imitaretur ; sic enim Comica, & Satyrica facile secernebatur. Fuit etiam apud Romanos interdum aurea scena, ut Petrei ; interdum argentea, ut Antonii, & Murenæ ; interdum marmorea, ut M. Scauri ; interdum versatilis, ex ligno & suspensa cardinibus, ut Curionis, ut nos diximus supra.

De Histrionum indumentis refert Lambinus ex Aristotele, & Demosthene nunquam illos egisse nisi Personatos, ut etiam primus Tragœdiæ auctor Thespis Atheniensis minio primo faciem aspersit. Fuit tragica vestis syrma, hoc est, oblonga, sinuosa, qua non singuli, sed præcipuæ personæ, quæ Tragœdiæ nomen imponunt, utebantur. Pro personarum varietate multiplex & varia fuit vestis : Latini Reges cum lituo egrediebantur : Imperatores Romani paludati cum purpura, laurea & stipatoribus suis : Reginæ cum syrmate & croceo velo : exules cum atro, fuscove indumento : Barbari Reges cum diademate, aut tiara : cæteri quos ducebant cum pileolis & galeris. Dii cum insignibus suis : Liber cum thyrso, Phœbus cum cithara, Jupiter cum fulgure, & telo trisulco. Quod attinet ad pedes universos gestasse Cothurnos, quod calceamenti genus, quia est altius, Tragœdos & actores ipsos attollebat, ut refert Juvenalis ;

——— Breviorque videri
Virgine Pygmæa nullis adjuta cothurnis.

Dicendum nunc esset de Melodia & concentu, sed cum hæc respiciant chori partes & officium ; explicabimus hæc forsan in alio proposito.

Circa partes Quantitatis(ut nos diximus supra) primum locum fecit Aristoteles in Prologo : hic autem continet in se totam illam Tragœdiæ partem, quæ primum antecedit ingressum Chori ; hoc est, Actum primum : nam illa fabulæ membra, quæ Latini vocarunt *Actus*, esse oportet quinque ex Horatio, qui actus interventu Chori distinguuntur. Illa ergo pars, quæ ante primum ingressum Chori præponitur, Primus dicitur *Actus* a Latinis ; ab Aristotele *Prologus* nominatur : etenim in eo rerum tractandarum initia, progressiones, nexus, exitus, nec non actionis exhibendæ semina spargenda præcipit Quintilianus. Quamquam enim Furiæ, Umbræ, Dii, qui Prologi hujus personam interdum sustinent, non ingrediuntur amplius in proscenium, ad fabulam tamen pertineant.

Episodium est secunda pars Quantitatis ex Aristotele ; nempe quæ Chori modulationibus est interjecta : ac etiam episodia nominantur quicquid præter actionem interponitur.

Tertia pars est Exodus, post quem nullus est Chori cantus ex Aristotele, & in hac parte continentur rerum eventus, & exitus fabulæ, quæ clauditur quinto actu.

Chorus quarta fabulæ pars certo constans personarum numero ex viris, fœminis, rusticis, urbanis, senibus, & similibus pro argumenti varietate multiplici : Certus vero numerus illorum quamvis in ipsis Tragœdiæ incunabulis quinquaginta saltantes, ac concinentes inducerentur ; paulatim ille numerus imminutus ad quindecim, & duodecim. Quamvis antiquissimi Tragœdiarum chori, ut tradit Horatius in *Arte*, constarent ex Satyris incondite, temereque saltantibus, repudiata deinde illa satyrorum obscœnitas, inductæque personæ, quæ musice canerent, atque ad numerum moverentur : & hæc omnia semper cum antecedenti & consequenti fabulæ parte conjuncta sint : debet etiam chorus bonis favere, eorumque partes tueri, qui sunt innocentes : ac etiam consilium amicis sine fuco & fallaciis dare : iratos & furore percitos placare : temperantiæ ac parsimoniæ favere : justitiam, & pacem tueri : ut etiam religiose Deum precari, ut innocentes respiciat, & noxios feriat.

C A P. II.

Comœdia quid, & unde dicta. Ejusdem divisio. In ea deteriores quare imitandi. Ridiculum cur & quando. Mimi martyres. Tragœdia & Comœdia qui inter se differant. Cothurnus & soccus quale calceamentum. Scenæ obscœnitas. Scenici omnes infames. Scena, & Orchestra quomodo discrepant. Mirifici quinam dicti. Quænam patraverint. Petauristæ, Cernuatores quales fuerint. Oscilla quid. Grallatores, Acetabularii seu Circumlatores, Funambuli, qui. Parasiti secundas agebant. Moriones, Sanniones, Miriones, an iidem. Histrionum origo. Ludii. Planipedes, Mimi, eorumque munia. Pantomimicæ & aliæ saltationes. Personæ unde dictæ. Monitores, & Præcones qui. Calvi Scenici: Iidem quam mercedem acceperint. Plausus & Sibilus in omnibus pene ludis dati. Machinamenta hodie in scena. Autoris mystica consideratio.

QUONIAM de Tragœdia aliqua diximus supra: modo de Comœdia etiam subsequi non ingratum: Comœdia ergo deteriorum imitatio est secundum illud quod est ridiculum.

Dicitur Imitatio, quia forma quædam poeseos est: Poesis enim est imitatio, vel expressio actionum humanarum verisimilium ex Aristotele in *Poetices* cap. I. Et hæc imitatio est Deteriorum, hoc est, mediorum, infimorumque; non autem illustrium virorum, ut in Tragœdia: itaque ex hominibus deteriores imitandos reservat sibi Comœdia, non tamen in omni genere turpitudinis, ac vitii, sed in eo tantum quod risum commovere propter levitatem queat; hoc est, quæ sunt imprudentium juvenum, servorum corradentium ab avaris Dominis aurum, Lenonum decipientium adolescentes & senes, Parasitorum fames, servi calliditas, vel stultitia, & similia quæ turpitudinem habent, sed horrenda non sunt, ut in Tragœdia: adeo ut requiratur non esse hujusmodi imitationem a Risu alienam; qualia sunt vulnera, ulcera, quæ sine commiseratione & horrore intueri non possumus.

Comœdiam volunt dictam a commessatione: quod olim in hujusmodi fabulis amantium juvenum commessationes agebantur.

Quoniam apud Græcos varia fuere Comœdiarum genera, ut alia dicenda vetus, alia media, alia nova. Veterem dico maledicam illam Comœdiæ formam, quæ prima omnium in usu fuit; tempore quo summum civitatum jus penes populum erat. Fas enim illius sæculi fuisse risum ex quocunque jocorum genere aucupari; quamvis amaris atque acerbitatibus aspersi in Judicum iniquitatem, in mala Prætorum facinora, in improborum Civium, & divitum præsertim ac nobilium corruptos, & profligatos mores, certis etiam ex ipso nomine designatis hominibus: ita enim facile fieri posse credebant, ut flagitiosi malæ famæ deterriti metu ad bonam frugem revocarentur. Redacto deinde Populi dominatu ad iniquum paucorum Imperium, sublata illa veteris maledicendi libertas pœnis coercita illa Comicorum licentia: inde medium Comœdiarum genus inductum: nam obliterata illa maledicendi parte, mansit species illa prior totius fabulæ, ac etiam sine ulla suspicione, aut timore pœnæ licebat aliorum poetarum scripta irridere. Novum & postremum Comœdiæ genus, quod tempore Magni Alexandri florere cœpit; caret illa maledicendi licentia; ac etiam quæ in poetas invehebatur: & risum captat; ex quo universe notentur mores, certi tamen homines nulli describantur.

A Apud Latinos novum illud tantummodo Comœdia complexa est genus sine maledictis ullis, & sine Choro. Partiti sunt Rom. Comœdias in genera tria a vestitu, quo histriones vario utebantur. Nam ut in Urbe pro triplici Civium ordine, triplex etiam erat vestis, qua ordines ipsi distinguebantur; tres illi excogitarunt etiam Comœdias, Prætextatas, Togatas, & Tabernarias. Prima, inquam, Prætextata a Prætexta Senatorum, qui sic inducebantur ornati, magistratus fuere & viri Principatum obtinentes, atque in Civitate primarii, sed minime tamen Reges. Secunda Comœdiæ forma deterior prima inducebat quidem Senatores, sed B privatos cum senatoriis togis, a quibus ea Comœdia dicta Togata. Tertium Comœdiæ genus humilis fortunæ imitabatur homines tunicis indutos, nec Tunicata dicta est, sed ab habitaculis humilibus, ac tabernis, quæ disponebantur in scena, Tabernaria est nominata.

Ex omni mortalium numero Comœdia sibi proposuit imitandos deteriores. Quoniam duo hominum genera turbas in civitate faciunt; unum eorum qui potentia atque opibus pollent: alterum eorum qui rerum inopia, & desperatione laborant. Igitur ad continendos in officio atque instituendos C utrosque hominum ordines, duabus Poeticæ dramaticæ formis Tragœdiæ & Comœdiæ datus est locus. Tragœdia quippe admonet primarios & Principes, ut intueantur in exitus infelicissimos virorum potentium, qui limites æqui & recti per vim egredi voluerunt: Comœdia docet inopes & destitutos de felici rerum deploratarum, involutarumque successu bene sperare; etenim videtur magis fuisse consentaneum rationi successum illum exprimere in ordinibus deterioris fortunæ, qui sæpissime solent a rebus adversis gradum ad secundas & prosperas facere, quam in Principibus, qui plerumque a statu vitæ secundo corruunt in D adversum.

Commotioni misericordiæ & terroris in Tragœdia respondet risus, jocique tractatio in Comœdia: nec ullam fabulam vere esse Comœdiam, quando in ea risus, jocique tractatio desideraretur; neque graves illæ Prætextatæ, & Togatæ suo risu caruerunt, & quamvis effusum risum & vulgarem non habuerint, habuerunt tamen eum, qui deceret personas, satisque posset a Tragœdia & cæteris fabulis separare.

Quorsum autem Comœdia risum excitet? hoc processit a recta rerum existimatione, de quibus risu purgato atque correcto facilius ac rectius ju- E dicamus quid, & quando jure ridendum sit. Præterea sicut in Tragœdia ex purgatione metus & misericordiæ, audaciæ quoque correctio sequitur & crudelitatis; ita in Comœdia purgato jam risu necessario subnascitur ipsius tristitiæ, mœrorisque moderatio, quemadmodum gravissimi quidam affectus, & perturbationes animi sedantur Musica, ut docet Aristotel. lib. VIII. *Politic.*

Quæ autem sit in Comœdia ridiculi causa? Dixit Aristoteles Ridiculum, hoc est, Res dictumque concitans risum; nihil aliud esse, nisi vitium, & F turpitudo sine dolore: & quamvis aliquando sit Risus, qui nulla excitatur aliena animi, seu corporis turpitudine, nempe cum amicos repente conspicimus, aut nuntium læta deferentem, & loquentem exaudimus: In proposito respondetur hic Aristotelem non disputare de illo risu, qui nostra voluntate & judicio nascitur ad indicandam animi voluptatem, cum lætæ res accidunt; sed de illo proprie, ac nominatim, qui nobis quasi excidit invitis aliqua re visa, vel audita prava, enormique, hoc est, a decoro longius aberrante; videlicet in his personis, qui voce, habitu, actione cor-

poris fabulam agunt, seu in his apte finguntur, acuteque dicuntur ad captandum risum.

Quoniam de Ridiculo a Mimis in theatris aliquid perstrinximus; egregium illud spectaculum huc recitare non pigeat, quod Urbi præbuit Genesius Mimus, qui in theatro, Maximiano Imp. spectante, cum mysteriis Christianorum illuderet, repente Dei virtute mutatus, serio agere cœpit, quod jocis antea actitabat; usque adeo ut perfecte factus Christianus post multa tormenta martyrii palmam consecutus fuerit, ut in Romano *Martyrolog.* xxv. *August.* & acta ipsius apud Surium. Longe plane felicius, quam ille miser qui Ajacis furentis personam agens, tantopere eo est raptus affectu, ut in insaniam vere fuisse conversum, recitet Lucianus *de Saltat.* prope finem.

Porro quod Genesio accidit, Ardeleoni quoque contigisse, eumque mimum ex joco factum serio Christianum & Martyrem tam Latinorum, quam Græcorum *Martyrologia*, & *Menologia* testantur xviii. *Kal. Maii.*

Estque haud longe dissimile illud quod de Dioscoro Architheatro ad Alipium Augustinus *e.* LXVII. scribit, qui cum in deridendis Christianorum rebus soleret esse effusus; effectus est & ipse, licet sæpe frustra renitens, Christianus.

Sicut & Mimus nomine Porphyrius, cum ut Christianam Religionem risui exponeret, baptismo per jocum initiatus esset, serio exinde Christum confessus, ac tyranni jussu necatus martyrium feliciter consummavit, ut in *Martyrologio Romano* xvii. *Kal. Octob.* Consueverunt namque Gentiles in derisum Christianæ Religionis personas in theatrum inducere, quæ acta Christianorum repræsentarent; sed Deus, qui illusores irridet, jocos in rem seriam, fabulam in historiam, & Mimum convertebat in Martyrem.

Hinc quam vere illud sit attendamus, quod *Spiritus ubi vult spirat*: deridentes siquidem præfati Mimi Christianam Religionem, repentino Spiritus Sancti afflatu eandem confitentur etiam sanguinis effusione, & martyrii palmam recipiunt; & ad hunc Spiritus Sancti impulsum attente respiciens Propheta inquit: *O meum aperui, & attraxi illum.* Certe isti gratum Deo, Angelis, & hominibus spectaculum exhibuerunt, & jucundum immo beatum humanæ fabulæ sortiti sunt finem; sed ad argumentum revertamur.

Quid vero inter Tragœdiam & Comœdiam intersit, modo videamus. Differunt primo in materia: nam in Comœdia amores fere, & virginum raptus; Item sales & risus: in Tragœdia luctus, exilia, cædes introducuntur, ac perturbationes. Secundo Personæ in Tragœdia sunt Heroes, Reges, Principes & similes: in Comœdia privati homines, & mediocris tantum fortunæ. Tertio differunt stylo, nam in Comœdia verba & affectus sunt mitiores: in Tragœdia sunt atrociores, quos afferunt res grandes. Quarto exitus in Comœdia sunt læti & jucundi: in Tragœdia tristes & funesti. Quinto in Comœdia socco utebantur: in Tragœdia Cothurno.

Erat autem Cothurnus calceamentum quadrangulum, quod utrique pedi accommodari poterat, adeo crassum, ut ejus accessione Heroum magnitudinem æquatam prodat. Soccus vero erat calceamentum humile, populo commune, a Thracibus acceptum. Rosinus *Antiquitatum Roman.* lib. v. cap. viii.

Atque ut grandiores essent Regumque similes magis actores, alte sublevatos calceos, id est, cothurnos induebantur. Plinius *lib.* xxxvii. *cap.* ii. de Sophocle: *Quod quidem miror in tanta gravitate cothurni*: Horatius *lib.* i. *Satyr.* v.

Non illi larva, aut tragicis opus est cothurnis.

Sidon. Apollinar. *lib.* viii. *ep.* xi.

Socco ferre cave, nec ut solebas,
Laxo pes natet altus in cothurno.

Ut hos alte elevari, quo melius exprimerent heroum non gestus modo, sed & corporis habitum; ita Comicos pedestris sermo, humiles calcei ornabant. Apulejus lib iii. *Floridor. Joca non infra soccum, seria non usque ad cothurnum.* Lepide Plinius Junior *l.* ix. *ep.* vii. *Itaque illam Tragœdiam, hanc appellare Comœdiam soleo: illam, quod quasi cothurnis, hanc quod quasi socculis sustinetur.* Et ob hoc Comici Planipedes dici possunt, quod si cum tragicis conferantur, videantur plano pede agere, & *Excalceati* a L. Seneca *ep.* viii. Comœdi vocitantur. Claudian. proxime citatus:

Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat...

Auson. *Eidyl.* iv.

Percurris pulpita socco.

Utrumque scribendi genus conjungunt, Soccum & Cothurnum, id est, Tragœdiam, & Comœdiam auctores antiqui. Claud. lib. i. *in Eutrop.*

Quo socci superent risus, luctusque cothurni.

Martial. *lib.* viii. *epigr.* iii.

An juvat ad tragicos soccum tranferre cothurnos?


Horat. *de Arte Poetica*:

Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni.

Lubet hinc nobis vanam mundi felicitatem intueri; similem illis quibus in scena sceptra & diademata porriguntur, cum elati & cothurnati incedunt; nam ut primum exierunt, excalceantur, & ad staturam suam redeunt: nec dissimile Purpuratis, & magnatibus persæpe evenit; siquidem qui cothurnis elati superbi incedebant, vix soccis excalceati humiles revertuntur.

Hinc ego delineandos curavi ex Musæo Clarissimi & Eruditissimi Domini Cassiani a Puteo Equitis sancti Stephani, a quo etiam alia plura Antiquitatum fragmenta humanissime desumpsi ad ornatum mearum lucubrationum: Primo Herculis iconem Cothurnis calceati & veste syrma, hoc est, longa sinuosa, ut mos erat in Tragœdia præcipuarum personarum. Secundo expressos plures propono humili, & populo communi Socci calceamento, sicuti etiam personati in Comœdia interveniebant, de quibus etiam in meo Museo. Et hæc ad majorem antiquitatis elucidationem.

Pluribus jam cognitis de his, quæ in theatro, seu scena a priscis repræsentabantur, videndum modo quali turpitudine & flagitio Mimi, & Pantomimi scenam fœdaverint, quo factum genus id hominum non modo Civium honore carere, verum auctore Cypriano *epist.* xxxvii. iidem communione, ac cœtu piorum in fide Catholica expulsi fuerint: quod etiam jampridem Apostolorum interdicto fuerat promulgatum, ut apud Clementem lib. viii. *Const.* cap. xxxii. his verbis: *Si quis scenicus ad Ecclesiam aggregatus sit vir, mulierve, aut si quis agitator, aut gladiator, aut cursor, aut ludo præfectus, aut athleta, aut citharista, aut lyristes, aut saltare doctus, aut caupo, desinant artem suam, aut cœtu piorum pellantur.* Ut eodem prætextu vir uxorem repudiare posset, *Novell. Justin.* xxii. his verbis: *Vir dimittere uxorem potest, si præter voluntatem suam Circenses, & theatricas vo-*



luptates captet, ubi scenici ludi sunt, aut ubi feræ cum hominibus pugnant. Ut etiam in *l. consensu Cod. de Repud. Mulier.* Cujus ratio adducitur a Juliano in *Misopogone* ibi: *Non potest domi temperans esse, & castus, qui publice incontinens, & impudicus esse vult, e theatris voluptatem captans.* Et D. August. lib. II. *de Civit. Dei* cap. XXVII. Hanc talium Numinum placationem petulantissimam, impurissimam, nequissimam, immundissimam fuisse ait Arnobius *lib.* IV. Quid Pantomimi vestri? quid histriones? nonne ad usum quæstus sui abutuntur Diis vestris & lenocinia voluptatum ex injuriis attrahunt, contumeliisque divinis. Tertull. in *Apolog.* cap. XV. Sed & histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant: luget Sol filium jactatum de Cælo lætantibus vobis: & Cybele Pastorem suspirat fastidiosum, non erubescentibus vobis: & Minucius in *Octavio* sic inquit: In scenicis etiam non minor furor, turpido prolixior: nunc enim Mimus vel exponit adulteria, vel monstrat: nunc enervis histrio amorem dum fingit, infligit: idem Deos vestros inducendo stupra, suspiria, odia dedecorat: idem simulatis doloribus lacrymas vestras vanis gestibus, & nutibus provocat. Hoc idem Tert. *in Marcionem* l. I. inquit, solemnes voluptates Circi furentis, & Caveæ sævientis, & scenæ lascivientis, & idem Tertull. in *Apolog.* inquit, Dispicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, utrum mimos an Deos vestros in jocis, & strophis rideatis: mœchum Anubin, & Masculum Lunam, & Dianam flagellatam, & Jovis mortui recitatum testamentum, & tres Hercules famelicos irrisos: sed & Histrionum litteræ omnem fœditatem eorum designant: item nihil est nobis dictu, visu, auditu cum insania Circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, xysti vanitate. Denique Cyprianus *ep.* CIII. inquit, Auctores omnes, tum sacri, tum profani spurcitiam scenæ exagitant, non modo quod fabulæ obscenæ in scena agerentur, sed etiam quod motus, gestusque essent impudici, atque adeo prostibula ipsa in scenam sæpe venirent, & sub scena prostarent; unde & obscenum ait Varro, quod non nisi in scena palam dicitur.

Ex prædictis non mirum omnes scenicos infames esse; ut in *Tit. D. de his qui notantur infamia l.* I. *Infamia notatur, qui artis ludicræ pronunciandive causa in scenam ascenderit.* Et *l.* 2. *§. ult.* ibi: *Et omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse Pegasus & Nerva filius responderunt.* Et Tacitus *lib.* XI. inquit: *At Claudius munia Censoria usurpans, theatralem populi lasciviam severis dictis increpuit.* Arnobius vero *lib.* VII. inquit: *Quarum fabularum actores inhonestos esse jus vestrum, & inter capita computari judicavit infamia.* Augustinus lib. II. *de Civit. Dei* cap. XIV. *Romani ab honoribus omnibus repellunt scenicos.* Et *cap.* XXVII. ait: *Cujus auctores laudanda Romanæ virtutis indoles bonore privavit, tribu movit, agnovit turpes, fecit infames.* Senatoris filia, quæ artem ludicram fecit, impune liberto nubit, *l.* 42. *l.* 47. *D. de Ritu Nuptiarum.* Miles æque puniendus est capite, si artem ludicram fecerit, ac si in servitutem se venire passus sit, *l. quædam delicta D. de Poenis.* Quintilianus *declam.* CCCIII. inquit: *Qui artem ludicram exercuerit in* XIV. *primis ordinibus non sedeat.* Histriones Romæ sæpe coerciti. Tacitus lib. I. *Annal.* Theatri licentia proximo priore anno cœpta, gravius tum erupit, &c. Sueton. in *Augusto* cap. XLV. Coercitionem in histriones, magistratibus omni loco & tempore lege veteri permissam, ademit; præterquam in ludis & scena. Et apud Tacitum *lib.* I. in vincula ductos fautores histrionum. Idem *l.* XIII. ait: *Inter Vibullium Prætorem & Tribunum Antistium ortum certamen, quod immodestos fautores histrionum a Prætore in vincula ductos, omitti jussisset; comprobavere Patres,*

Scenam proprie histrionibus & ludis; Orchestram choro, & thymelicis additam fuisse vulgo notum est: quinam alii, vel in scenam ascenderint, vel in Orchestram descenderint, ut voluptati populo essent per interludia, si fabula daretur; vel in ipso fabulæ decursu, si eorum opera usui esset actoribus? Ingens utique hujusmodi hominum sylva fuit, quarum alii miracula patrarent, Latine Præstigiatores nuncupati; alii Acetabularii; alii per Catadromum decurrerent, Pantomimi, Citharœdi, Satyri, Lentuli, Tibicines, Parasiti, &c. de quibus a nobis in decursu plura erunt dicenda.

De Miraculorum patratoribus, seu Mirificis. Dicti homines projectæ erant audaciæ, qui summo vitæ periculo stupenda in vulgus patrarent, per rotas & ignes se trajicerent; tenuissimis & adversis funibus currerent; ingentia onera supra hominis vires portarent; in immensam altitudinem mergerentur; & sine ulla respirandi vice maria perpeterentur; ut scribit Seneca l. II. *de Ira.* Dio Chrysost. in *Diogene* inquit: *Cum multi Miraculorum editores miracula patrarent, multi miraculorum spectatores de miraculis judicarent, multi prodigiatorum interpretes portenta interpretarentur.* Erant, qui e loco superiori machina lignea descenderent, unde flammam spargerent in scenam: alii in chori speciem flammas ore, vel manu jactantes innoxii. Claudianus *Panegyric.* VIII.

Mobile ponderibus descendat pegma reductis,
Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scena rotet, varioſque effingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus. ——

Erant, qui contum in fronte immotam gererent, aut puerulos in summa pertica luctantes inter se exhiberent. Chrysostom. *de Jurejurand.* inquit: *Frons sola quolibet vinculo tutior est.* Nicephorus Gregoras *lib.* VIII. inquit: Alius equo insidens ad cursum illum incitabat; eoque currente nunc erectus in sella stabat, nunc in equi juba, in fronte, clunibus, pedibus semper apte & concinne commutatis: erant qui per flammas illæsi se trajicerent, in arido natarent, & sine alis in aere volarent. Manil. *lib.* V.

Membraque per flammas, orbesque emissa flagrantes,
Delphinumque suo per inane imitantia motu,
Et viduata volant pennis, & in aere ludunt.

Fuere, qui pede tela vibrarent, scriberent, cibos caperent, nares emungerent, manus abstergerent, pilam pede quasi manu exciperent. Manilius *lib.* V. ut legit Scaliger:

Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus prensat manus, & ludere saltu,
Mobilibusque citos ictus glomerare lacertis, &c.

Apud Homerum pila ludunt saltantes, & pedibus pilam reddunt. Erant Urinatores, qui maris ima scrutarentur, quos describit Manil. *lib.* V.

Illis in ponto jucundum est quærere pontum,
Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antris
Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas.

Alii e machina tonitrua excitabant. Plutarch. *Symp.* IV. cap. II. inquit: *Me autem exhortante, & dicente, tempus esse quod solet Comœdia, ut machinas sumentes, & tonitrua injicientes, in vino & joco de fulminibus ageremus.* Alii in enses insiliebant, & in rota versabantur illæsi. Plato in *Euthydemo* inquit: *Saltu supra enses in caput præcipitari ferri, &*

in rota versari. Clemens Alex. lib. VII. *Stromat. Miraculorum patratores, qui capite prono, ac præcipiti supra enses transiliunt, usu & exercitatione docti.* Cum autem in rota versarentur, scribebant, ludebant, interdumque ita corpus contorquebant, ut rotam imitarentur. Xenophon in *Sympos. Scribere & legere in rota, quæ simul versatur, monstri loco est: contorquentes autem corpora, & rotas imitantes*. Nonnulli, ait Eustathius lib. IV. *Odyss.* Protheum præstigiatorem fuisse autumant, & artem factitasse: *Qui spontaneum ignem existere faciebat, aliaque monstra per artem procudebat, quibus hominum animi extra se raperentur*. Quidam reperti sunt, qui enses deglutirent. Plutarch. in *Apophtheg.* ait: *Præstigiatores enses deglutiunt*. Canes ipsos, & Elephantas miracula patrasse refertur: apud Diaconum *lib.* XVI. Andreas habuit canem rufum & cœcum, qui cum staret in turba, suos cuique annulos reddebat, & adulteros, prægnantesque indicabat. Zonaras in *Justiniano*, & Cedrenus ibidem. Cum autem ea fierent, moris fuit, ut in Theatro & foro Præstigiatores includerent se, ne a turba obruerentur. Plato lib. VII. *de Rep. Quemadmodum thaumatopœii septis se includunt, supra quæ miracula ostentant*. Ex quo loco a longe miracula sua Populo exhibebant, ne ars deprehenderetur, & ut melius a ministris res in majus tolleretur. Aristides in puteo Æsculapii: *Quemadmodum famuli medicorum, & Præstigiatorum exercitati sunt, ut dominis suis subserviant, & adjuvantes in stuporem rapiant spectatores*.

Petauristæ dicebantur, qui per aerem volabant. Ut ex Suida refert Varro lib. III. *de Re Rust.* Petaurum dicitur palum affixum, in quo volatilia dormiunt, seu eidem incumbunt. Hinc Nicander: *Gallinam somno consopitam petauro abripiens*. Inde Petauristæ dicuntur, qui stipiti transverso inequitantes se in altum efferrent, & deorsum dimitterent. Fuerunt etiam qui per rotas & circulos se transmittebant, ut scribit Julius Firmicus in *Astronomicis*. Turnebus libro VIII. *Advers.* cap. IV. ait Petauristas tignum altius aliquando suspendisse, & inde saltus ad stuporem spectantium dedisse. Juvenal. Petauristas cum funambulis conjunxit *Satyr.* XIV.

An magis oblectant animum jactata petauro
Corpora, quique solet rectum descendere funem?

Petauristæ e loco superiori tignum, seque ipsos per rotam trajecisse, Martialis *lib.* XI. *epigr.* XXII.

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

Videtur rota in sublimi posita fuisse, quæ a duobus versaretur, alterque superne, alter inferne niteretur; ita fiebat ut alternis dejecti nunc penderent, nunc erecti sederent. Sæpe autem factum est, ut Petauristæ in rota se trajicerent desperata audacia; unde Aristophanes in Dædalo: *O Petaurista, quoties voles vertere rotam, dic, vale lumen solis*. Non dissimiles erant prædictis Pegmares gladiatores, ex Sueton. qui in eo pegmate depugnabant, & si ad feras damnati essent, in caveam ferarum præcipites dehiscente machina ferebantur. Strabo in Seleuco latrone: *Cum positus esset in tabulato alto instar Ætnæ, cum id derepente dissolutum concidisset, Seleucus ipse in caveas ferarum solutiles de industria paratas sub pegmate absorptus est*.

Cernuare dicuntur, qui prono & cernuo capite saltant. Apulejus *Milesf.* I. inquit: *In flumen pene cernuat*. Sidonius *Panegyr. Aviti*:

—— *Curvato cernua collo*
Ora gerens. ——

Unde Cernuatores, qui uno pede in utrem infla-
A tum, & inunctum, ut lubricus esset, insilirent, quibus sæpe accidebat, ut laberentur, & caderent, non sine risu spectantium: Tzetzes *in Hesiodum* inquit: *Utres inflatos, & spiritu plenos humi deponentes, & uno pede insilientes super iis feruntur, & sæpe labentes in terram cadunt. Hoc autem faciunt in honorem Dionysi: uter autem est pellis Hirci, quia hircus vitis germina comedens, eam lædit*. Veteres vitis repertorem honorantes, morem canendi, & per vicos dicta dicendi induxerunt: unde Comœdia dicta: Capram victori præmium posuere, quod ea vitibus noceret. Unde Tragœdi appellati Cernui & Petauristæ in *Vet. Gloss.* Varro. Etiam pel-
B les bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant. Virg. II. *Georg.*

—— *Atque inter pocula læti*
Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

Festus Oscilla esse ait festa in honorem Bacchi, in quibus homines se per funes jacerent. Oscilla interdum dicuntur pensiles gestationes de arboribus per sex feriarum Latinarum dies, de quibus Virg. II. *Georg.*

Necnon Ausonii Troja gens missa coloni
Versibus incomptis ludunt, risuque soluto,
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis,
C *Et te Bacche vocant per carmina læta, tibique*
Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.

Ubi Servius cum Hygino: Respondit oraculum, sedari posse pestilentiam, si Erigonis & Icari cadavera requirerentur: quæ cum diu quæsita non invenirentur, Athenienses ut etiam in alieno ea viderentur quærere elemento, suspenderunt de arboribus funem, ad quem se tenentes homines hac atque illac agitabantur, ut etiam quasi in aere illorum cadavera quærere viderentur; sed cum inde plerique caderent, inventum est, ut formas, vel
D personas ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspenderent & moverent: unde & Oscilla dicta sunt, ab eo quod ab illis cillerentur, id est, moverentur ora.

Grallatores dicuntur, qui ligneis pedibus ingrediuntur, ut grandiores appareant. Pollux: *Gypones, seu Grallatores, qui ligneis pedibus ingrediebantur, saltabant pellucida veste Tarentina amicti*. Nonius Grallas interpretatur fustes, quibus innituntur. Grallatores adjectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes ad similitudinem crurum gradiebantur. Plautus:

E *Vinceretis cursu cervas, & grallatorem gradu*.

Refert Festus, ut Heroas exprimerent, aut ligneis pedibus, aut cothurnis altis Grallatores incedebant. Justin. Martyr. *ep. ad Zenam* ait: *Ut qui clamore ingenti Orestis personam agens, terribilis & maximus ab insipientibus esse putatur, ob pedes ligneos, & ventrem factitium, & vestem peregrinam, & faciem monstruosam*.

Acetabularios dici qui celeritate & dexteritate manuum e pluribus acetabulis, quæ in mensa exponunt, efficiunt, ut quos calculos sub uno aceta-
F bulo conditos duces, sub altero reperias. Senec. *ep.* XLV. *Præstigiatorum acetabula, & calculi, in quibus fallacia ipsa delectat*. Acetabularii cavillatoribus comparati apud Stobæum *serm.* LXX. ibi: *Sicuti acetabularii spectantium oculos agilitate manuum suffurantur, ac illudunt; ita & Rhetores suis cavillationibus judicum animis tenebras effundentes, suffurantur legi calculos suos*. Athenæus *lib.* XII. ponit Acetabularios, machinatores, qui præstigias, & offucias faciunt. Greg. Nazian. in *Athanas.* inquit: *Sed idem erat calculis ludere decipientibus oculos*

celeritate transpositionis, aut omni genere effæminatarum rationum insultare auditoribus, & de Deo aliquid novum dicere, & audire. Apulejus *de Asino* lib. I. Circumlatorem aspexi equestrem spatham præacutam mucrone infesto devorasse. Victorinus Afer: *Circumlatores, qui animos hominum sensusque quadam specie veritatis illudunt.* De quibus Celsus lib. V. *de Medic.* cap. XXVI. Horat. *Satyr.* II.

Similes prædictis Funambuli fuerunt, qui exercitatione docti & agilitate corporis subnixi suspenso vestigio in funibus currerent. Justinus *ad Zenam*: *Sursum, deorsumque per funem ire.* Nicephor. Greg. inquit: *Deinde clausis oculis assumpto in humeros puero, per aerem quasi ingrediebatur in fune ex altero ad alterum malum.* Artis enim fuit suspendere, & librare vestigia, ne alteram in partem flecterent: quod ut tutius fieret, pondera manibus apprehensa exæquabant, ut pari libramento ingrederentur, Nazianz. in *Apolog.* inquit: *Ut iis, qui in ligno alto & suspenso ambulant, non tutum est in hanc vel illam partem propendere vel leviter; securitatem autem affert iis æquale libramentum.* Cyprianus *de Jejunio Christi* inquit: *Quasi novus funambulus in excelso pendulus se deorsum ad spectaculum vulgi jactet intrepidus.* Elephantes quoque funambuli dati sunt, Plinius *lib.* VIII. cap. II. *Postea per funes incessere lecticas etiam ferentes.* Sueton. in *Galba* cap. VI. in *Neron.* cap. XI. Catadromum vocat funem, per quem elephas decurrit. Dio in *Nerone*: *Elephas per funem decurrit sessorem ferens.*

Comœdiam in Ridiculo versari: hinc Arist. lib. *Poet.* cap. V. ait Ridiculum est peccatum quoddam, & turpitudo doloris expers, & innoxia, velut ridicula persona turpe aliquid & distortum habens sine dolore. Demetrius Phalereus: *Dores omnia pingui, & lata pronunciatione efferunt, quare & ii qui carpebant alios in Comœdia non Dorice loquebantur, sed Attice & acerbe.* Latini dictiosos vocant, mordaces, urbicarios, &c. Horat. *Epod.* od. VI.

Aut si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer.

Hieronym. *l.* II. *ep.* XIX. *Tabido ore sævire, & tincta facie viperinis orbibus, dentibus pumiceis carpere.* Cicero *pro Balbo*. *Dente maledico carpere.* Alia sunt dicta jocularia & mimica, quæ risum excitant, & ab iis dicuntur *Faceti*, aut si effuse & impudenter ridiculi sunt. Arist. *Nicomach.* lib. II. *Qui nimis sunt in ridiculis, parasiti videntur esse, molesti, appetentes cujusvis ridiculi, & magis studentes risum efficere, quam apta & honesta dicere. Qui autem concinne jocantur, dicuntur faceti, & elegantes. Hoc videre est ex antiquis Comœdiis, in quibus turpia dictu risum movebant, in novis autem suspicio turpium risum excitat.* Depinguntur a Claudiano:

Qui lætis risum salibus movisse facetus.

In Mimis fere secundarum partium fuere Parasiti, unde Seneca l. III. *de Ira* optimum judicavit quicquid dixisset sequi, & secundas agere, id est, assentari, supparasitari. Horatius:

— *Mimum partes tractare secundas.*

Parasitorum erat in conviviis canere & assentari, Juven. *Satyr.* XIV.

— *Et cantus pernoctantis Parasiti.*

Lib. II. *Græcorum Epigram.* inquit Interpres: *O venter impudens, per quem Parasiti adulatores jusculo vendunt leges libertatis.* Parasiti nomen nunc sordidum & infame est, apud antiquos sanctum: perinde autem erat, ac si dixisset coepulonem. Athenæus *l.* VI. in Pallenide: *Donariis inscriptum est; hæc Prætores, & Parasiti dedicarunt aurea corona coronati. Prætorium erat Parasition: parasiti qui electi sunt ad eligendum sacrum frumentum.* Et idem Auctor hæc habet: *Locus is, in quo parasiti primitias sacri frumenti ponebant, dicebatur parasition: singulis Prætoribus duo erant Parasitia.* Postea viluit nomen ex eo forsan, quia accipiebant ab aliis quibusque etiam impudenter: unde *Muscæ* dicti a veteri Poeta ibi: *Ut non vocatus prandeam musca sum.* Iidem dicti etiam Adulatores. Alexis de Parasitis. *Illi non est necesse, ut me vocet, invocatus adero. Tunc autem facetus sum, & multum risum excito, & eum, qui convivium præbet, laudo.* Umbræ dicti sunt Parasiti: quemadmodum umbra sequitur corpus, sic illi sequuntur ad convivia. Horat. *l.* I. *ep.* V. dixit:

— *Locus est & pluribus Umbris.*

Et idem Horat. *Satyr.* VIII. *lib.* II.

Quas Mœcenas adduxerat umbras.

Non in Theatro modo Moriones, Sanniones, Miriones, & cætera ejusmodi hominum propudia in scenam inducebantur, sed etiam in divitum ædibus alebantur ad risum & ludibrium. Clemens Alexandr. lib. III. cap. IV. *Pædag.* conqueritur mulieres fastigiosas *Accumbere iisdem in lectulis cum Morionibus capite acuto, ludentes cum iis, & se oblectantes sicinnis illis portentosis, & Thersiten audientes ridere.* Easdem ait Arnobius *l.* VII. delectari stupidorum capitibus rasis. Sanniones nonnulli dictos putant a Sannis Asiæ Populis. Jurisconsulti eos esse liberos negant, qui contra formam humani generis converso more procreantur, puta monstrosa, aut prodigiosa, *l. non sunt D. de Statu hominis.* Plinius *ep.* XVII. *l.* VII. Moriones fatuos vocat. Lampridius de Alex. Severo. *Nanos, Nanas, & Moriones, & Vocales exoletos, & omnia acroamata, & Pantomimos (quos Heliogabalus in deliciis habuerat) populo donavit.* Sanniones a Sanna verius dictos: Sanna enim est os distortum cum vultu, auctore Probo. Juven. *Satyr.* VI.

— *Qua sorbeat aera sanna.*

Cicero II. *de Orat.* *Quid potest esse tam ridiculum quam sannio est? sed ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipso.* Hinc sanna, subsannator dicuntur Moriones & Miriones, Martial. *l.* VI. *epigr.* XXXIX.

Hunc vero acuto capite, & auribus longis,
Quæ sic moventur, ut solent asellorum,
Quis Morionis filium nescit Gyrtæ?

Miriones eosdem esse volunt cum Morionibus. Varro lib. V. *de LL.* a miris, id est, monstris appellatos esse vult; unde miraculæ meretrices: nam miracula auctore Festo in rebus pudendis ponuntur. Tertull. Mirionem distorti oris vocat. Hinc ego delineatos propono Sanniones ex ære in meo Museo Gibbos, capite, & ore distortis, ut apparet, quorum unum humanissime mihi dono dedit Illustriss. & Reverendiss. DD. M. Ant. Cuccinus Imolensis Præsul antiquitatum & eruditionum omnium amantissimus.



Quæ origo ludis ſcenicis fuit, eadem & Hiſtrionibus, ſive ab Agricolis res nata ſit, ſive ab iis, qui e plauſtro dicta jacerent: Romæ certe ab Hetruſcis accerſiti artifices, motus inconditos dederunt. Livius *l.*VII. Cajo Sulpitio Pætico, & C. Licinio Stolone Coſſ. Juventus deinde eos imitari inconditis verſibus cœpit, nec abſoni a voce motus erant. Proprium nomen eximii artificis Hiſter fuit, a quo cæteri dicti ſunt Hiſtriones. Plutarch. in *Romulo: Dicunt enim jam olim C. Sulpitio, & Licinio Stolone Coſſ. peſtilentem annum Romæ omnes eos, qui in ſcenam aſcenderent, corrupiſſe: cum autem precibus id contenderent ex Tyrrhenia multi artifices venere, quorum princeps, qui feliciſſime omnium in Theatris verſatus eſt, ac diutiſſime, dicebatur Hiſter, quo cæteri dicti Hiſtriones*, Tertull. lib. *de Idololatr.* Hiſtriones non manibus ſolis, ſed totis membris victum elaborare ait.

Ludii, ſicut & ludi ipſi a Lydis profecti & appellati, auctore Herodoto *l.*I. his verbis: *Chorus erat citchariſtarum, & ſatyrorum adinſtar pompæ Tyrrhenicæ; omnes baltheo accincti coronam auream capite gerebant, & æquo gradu gradiebantur ordine cum cantu, & ſaltatione. Ludios eos vocat, quia Tyrrheni Lydorum coloni ſunt.* De rudi eorum ſaltatione & tibiæ cantu Ovid. lib. I. *Artis aman.*

Dumque rudem præbente modum tibicine Thuſco
Lydius æquatam ter pede pulſat humum.

Erant igitur Ludii adoleſcentes imberbes, impuberes, glabri, tunicis inſignibus amicti, galeas, parmas, gladios geſtantes, qui in pompis theatralibus ordinatim incedebant, & in numerum ſaltabant, ut Salii, vel, ut ait Nonius, Ludii, quod ludis pueri præſules eſſent glabri, ac depiles propter ætatem, quos antiqui Lydios appellabant, ut eſt in lib. I. Varronis *de Vita Pop. Rom.* Fuere & Ludiæ. Statius lib. I. *Sylvar.*

Hoc plaudunt grege Ludiæ tumentes,
Illic cymbala, tinnulæque Gades
Illic agmina confremunt Syrorum.

Deſcribit hanc pompam Halicarnaſſ. *lib.*VII. ibi: *In omnibus pompis inveſtes pueri, tunicas excellentes induti, galeaſque, & enſes, & parmas habentes ordine ingrediuntur, videntque ſunt pompæ ducente Ludio auctoribus Ludiones appellati.* Et infra: *Ornatus Saltatorum erant tunicæ puniceæ baltheis æreis accinctæ, & enſes ſuſpenſi e baltheis, & haſtæ modicis breviores.*

Planipedes dicti ſunt, quia non in podio, ſed de plano agerent, pedibus tamen nudis; & ut pedaneus curuli opponitur, ſic planipes Mimo. Diomedes *lib.* III. Planipes Latine dictus, quod actores planis pedibus, id eſt, nudis in proſcenium introirent (ſine cothurnis ſcilicet aut ſoccis) quod olim non in ſuggeſtu ſcenæ, ſed in plano Orcheſtræ poſitis inſtrumentis muſicis actitabant. Excalceatos pedes planipedis intelligit Seneca *lib.* I. *epiſt.* VIII. *Planipedia autem fabula, inquit Donatus, dicta eſt ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem actorum qui non cothurno, aut ſocco utuntur in ſcena, aut pulpito, ſed plano pede: vel ideo quod non ea negocia continet, quæ perſonarum in turribus, aut cœnaculis habitantium ſunt, ſed in plano & humili loco.* Planipedes ipſis etiam mimis inferiores ſunt; ſicuti & Comœdi Hiſtrionibus. Auſon. *epigr.* XI.

Nec de Mimo Planipedem, nec de Comœdis Hiſtrionem.

Erant autem Planipedes diſtorta facie. Fab. *lib.*V. *cap.* XI. *Ut Caſſius quis iſtam faciem planipedis ſenis torquens.* Saltabantque ad tibicinem, Gell. *lib.* I. *cap.*XI. *Quid enim foret iſta re ineptius, ſi ut planipedi ſaltanti, ita Gracchο concionanti numeros, & modos & frequentamenta varia tibicen incineret?* Et verba obſcæna jaciebant. Macrob. lib. II. *Saturn.* cap. I. *Vicem planipedis, & fabulonis impudica, & prætexta verba jacientis.*

Mimi dicta & facta hominum ita imitabantur, ut actionem ſuam gravitate ſententiarum jocis interpoſitis condirent; quorum alii fuere ridiculi & obſcœni, alii graves. Ulpian. II. *Olynth. Mimi Sophronis Poetæ graves ſunt: alii mimi ridiculi.* Proprie tamen mimi ridiculi. Diomed. *lib.* III. *Mimus eſt ſermonis cujuslibet motus ſine reverentia, vel factorum cum laſcivia imitatio.* Ovidius:

Scribere ſi fas eſt imitantes turpia mimos.
Quid ſi ſcripſiſſes mimos obſcœna jocantes?

Plutarchus pro Circulatore poſuit, cui canis fabulæ partem peregerit lib. *de Animant. ſolert.* inquit:

Cum adesset Canis mimo fabulam agenti pluribus personis constantem, & alios gestus agebat rebus idoneos, & similis erat trementi, lapsanti, & ebrio pharmaco sumpto; denique se ipsum extendens, quasi mortuus jacebat, præbebatque se trahendum, & circumferendum. De Mimis autem actoribus, Petronius:

Grex agit in scena mimum, Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Mimorum rasa capita fuere. Arnob. vii. Delectantur stupidorum capitibus rasis. Juvenalis *Satyr.*v.

——— *Omnia ferre*
Si potes, & debes, pulsandum vertice raso,
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati.

Tertull. lib. *de Spectac.* cap.xxiii. Placebit & ille, qui vultus suos novacula mutat, infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno, & Isidi, & Libero proximam facere; insuper contumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto Domini ludat. Seneca de prædictis *ep.* xi. *Artifices scenici, qui imitantur affectus, qui motum & trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur verecundiam: dejiciunt enim vultum, verba summittunt, figunt in terram oculos & deprimunt.* Lactant. *l.*vi. *c.* xx. quid de Mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam, qui docent adulteria, dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera? Mimi & histriones varias personas induebant. Lucian. in *Necromant.* inquit: Vidisti sæpe in scena tragicos istos actores, qui, ut res postulat, jam Creontes sunt, Priami, aut Agamemnones: idem paulo post Cecropem, aut Erechtheum agens jussu Poetæ mendicus procedit. Fabula autem finita, exuta veste auro intexta, & persona deposita & cothurnis, pauper ac humilis errat, non jam Agamemnon aut Creon, sed Paulus Suniensis filius Charulei, aut Satyrus filius Theogitonis. Et quatenus etiam prædicti per dedecus eorum Deos repræsentent. Tertull. in *Apolog.* inquit: *Dispicite Lentulorum & Hostiliorum venustates, utrum mimos an Deos vestros in jocis & strophis ridentes, Mœchum Anubim, & Masculum Lunam, Dianam flagellatam*, &c.

Cum variæ & celebres fuerint saltationes, nulla illustrior, aut gratior fuit saltatione Pantomimica, quam licet Suidas sub Augusto natam velit, multo tamen ante fuisse constat, cum Aristotel. lib. i. cap.i. *Poetic.* dixerit ipso rhythmo sine vocum & cantus modulatione res gestas saltatores imitari, ibi: *Saltatores ipso gestu, sine concentu & harmonia imitantur: quia per gestus & motus imitantur & mores, & affectus, & actiones.* Plutarch. cap. ult. lib. ix. *Symp.* inquit. Pictura est saltatio muta, & saltatio loquens est pictura tacens. Emicuit ea ars sub Augusto, Bathyllo, & Pylade ducibus, quos Paris, Hylas, & Caramallus secuti sunt. Pylades, ait Seneca lib.iii. *Controv.* in Comœdia, & Bathyllus in Tragœdia saltationem venuste peregerunt. Ea saltatio fuit tumens affectibus, & planctu plena ex Athenæo *l.*i. *c.*xvii. Bathylli saltationem satyricam expressit Horatius *l.*ii. *ep.*ii.

Ludentis speciem dabit, & torquebitur, ut qui
Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa moretur.

Pyladis saltationem significat Artemidorus *lib.* i. *cap.* lxxviii. ibi: *Regias personas imitatur, & multos habet, qui subserviant, saltator.* Fuerunt alii celebres Pantomimi, de quibus Sidonius in *Narbone*:

Coram te Caramallus, aut Phabaton,
Clausis facibus, eloquente gestu,
Nutu, crure, genu, manu, rotatu,
Toto in schemate, vel semel latebit.

Inter veteres Pantomimos M. Nestor non postremum locum tenuit, quem Caligula etiam inter spectacula osculabatur, ac si quis saltante eo, vel leviter obstreperet, detrahi jussum, manu sua flagellabat, ait Sueton. in *Caligula* cap.lv. Huic hominum generi tantum honoris est habitum, ut equites & Senatores, atque adeo fœminæ primæ nobilitatis latus iis darent: quod ne in posterum fieret, edicto cautum est, ne domum Pantomimorum Senator introiret, ne egredientes in publicum equites Romani cingerent: ait Tacitus *l.*xiii. De prædictis inquit Athenæus: *Loqui per saltationem.* Delineat hanc corporis conformationem Claudian. *in Eutrop.* lib.ii.

Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet, verrat quis marmora crine supino?
Quis magis enodes laterum detorqueat artus?
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet?

Hanc partem musicæ disciplinæ mutam nominavere Majores, scilicet, quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturæ textu possit agnosci, ait Cassiodorus. Fuere olim, quos etiam hodie in publico spectavimus, juvenes, & fœminæ, quorum corpora ita mollia, flexibilia essent, ut resupinato dorso, & capite clivi, ac propendulo terram lamberent, & rotæ instar flecterentur, de quibus egit Chrysost. Orat. *de Jurejurand.* ibi: *Cum juvenis aliquis se ipsum tradiderit iis, qui corpus ejus mollire ac frangere, membraque inflectere voluerint, certaveritque accurate corpus omne convolvere rotæ instar, & volutare in terra, & coegerit per oculorum, manuumque motum, ac circulationem, aliamque volubilitatem in sexum muliebrem abire.* Et infra: *Qui autem alternis enses in aerem jaculantur & omnes manibus excipiunt.* Hi rhythmi & gestus erant, ut plurimum obscœni, Cyprian. *epist.* ciii. superinducitur homo fractus omnibus membris, & vir ultra muliebrem mollitiem dissolutus, cui ars sit verba manibus expedire, ut desaltentur fabulosæ antiquitatis libidines. Clemens lib.ii. *Pædag.* cap.x. inquit: *Saltatorum illorum mollium, & fractorum, qui cinædicam mutam artem in pulpita inducunt, vestem tam contumeliose defluentem, desidiæ pusillanimæ attractionem ostendunt.* Cinædi dicti sunt apud Veteres saltatores & Pantomimi, ut vult Nonius, quod *Pudenda commoverent.* Lactantius in *Epitom.* cap.xiv. Histrionici etiam impudici gestus, quibus infames fœminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent. August. lib.vii. cap. xxvi. *de Civit. Dei*, inquit: *Veneris lasciviam, stupra, & turpitudines cæterorumque proferremus de libris, nisi cottidie cantarentur & saltarentur in theatris.* Quamquam in theatris saltationes plerumque impudicæ & salaces; quædam tamen in conviviis & nuptiis minus fœditatis: & hunc saltationis modum expingit Lucretius *lib.* i.

—— *In numerum procedere, membra movere*
Mollia mobiliter: cum alternis brachia mittunt,
Et repetunt oculis gestum pede convenienti.

Homerus *Odyssee* lib. I. Alii dedit Deus bellicam virtutem, alii saltationem & cantiunculam amabilem. Nonnus *Dionys.* lib xvIII. ibi Cymbala sonabant, fistulæ autem Panicæ ad mentem bene sonantem bombum edebant, tibiæ fremebant implexæ, & circulus graviter sonantis tympani dupli strepitu tinniebat in ædibus, & sonus erat crotalo- ... ad cœnam. In medio autem vino gravis Maro ferens instabilem impetum tremuli pedis ibat huc & illuc œstro agitatus.

Personæ dictæ sunt a personando: nam caput & os cooperimento personæ tectum undique, unaque tantum vocis emittendæ via pervium, quoniam non vaga, neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam, coactamque vocem, & magis claros, canorosque sonitus facit: ait Gellius *lib.v. cap.*vII. scribunt Columel. *lib.*vII *cap.*xvIII. & Plin. *lib.* xxI. *cap.*xv. personam herbam esse pastinacæ similem, quæ foliis latis faciem tegat: Zonaras ficus folia fuisse, quibus triumphum secuti vultum tegerent. Pollux *lib.*II. scribit: *Prosoputa vas æneum est, echino assimile, cui ad os affisti vultus Leonum, Boum*, &c. Personas ab Aeschylo repertas volunt. Horat. in *Arte Poet.*

Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Aeschylus.

Et Suidas: *Aeschylus primus reperit personas horrificas oblitas, quibus Tragici, sicut & calceis embatis, seu cothurnis, uterentur.* Nam ante eum abstinuere contenti minio vultus, aut fæcibus oblinere, authore Thesp. Horat.

——— *Et plaustris vexisse poemata Thespis,*
Quæ canerent agerentve peruncti fæcibus ora.

Romæ personis uti cœpit Roscius Gallus oculis perversus, nec satis decorus in personis, ut scribit Diomed. *lib.*III. Personati primi egere Comœdiam Cincius, & Faliscus, Tragœdiam Minutius & Prothonius, auctore Donato. Crates Atheniensis primus ebrios in Comœdiam induxit: hujusmodi personæ Manduci a Latinis dicuntur, Pollux *l.* x. Manias etiam Festus interpretatur turpes, deformesque personas, ut sint ficta quædam ex farina in hominum figuras, erantque ore hianti, de quibus Prudentius *in Symmachum:*

Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquid cujus per hiatum crimen anhelet.

A Luciano *de Saltat.* ita describitur: *Homo quidam extructus in proceritatem absonam, & abundam, qui calceis altis, quasi quodam equo inveheretur, personam, faciemque habens supra caput sublatam: & os hians maximum, ... ante pectus, & ventrem, pinguedinem exuberantem assimulans.* Dixi vocari Manducos, Lamias, &c. de quibus Plautus in *Rudente:*

Quod si aliquando me pro Manduco locem?
Quia pol clare crepit dentibus ———

In personis sæpe Batavi, Aethiopes, Germani, quasi absurdæ, & horrificæ personæ repræsentabantur, & de Batavis Martialis:

Sum figuli lusus rufi persona Batavi,
Quæ tu derides, hæc timet ora Pater.

Fuerunt personæ, quæ vultum illustrium virorum, aut fœminarum repræsentarent, Sueton. in *Nerone* cap. xxI. *Tragœdias quoque cantavit personatus, Heroum, Deorumque, item Heroidum, ac Dearum ... ad similitudinem oris sui & fœminæ ... quam ... diligeret.* Ejusmodi personæ erant ex ligno, fæce, foliis, cortice, testis, & similibus. Virgil.

Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis.

De Personis Tertull. lib. *de Spectac.* cap. xxIII. inquit: *Jam vero ipsum opus personarum quæro an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ? Non amat falsum auctor veritatis. Adulterium est apud illum omne quod fingitur. Pronuntiantem ... ætates mentientem, amores, iras, gemitus, ... adulterantem non probabit, qui omnem hypocrisim damnat.*

Erant in Scena Monitores, qui actoribus verba suggererent, si forte memoria laberentur. Festus, histriones in scena suos habent monitores. Plutarch. in *Polit.* *Imitari oportet histriones, qui monitorem audiunt, & tenorem ac modum datæ sibi potestatis non egrediuntur.* Erant & Præcones, qui audientiam imperarent populo, & voluntatem Imperatoris & jussa significarent, actoresque populo ostentarent. Plautus in *Pœnulo:*

Exurge Præco fac populo audientiam.

Dio *lib.*LVIII. de Claudio. Præconibus raro utebatur, sed ut plurimum in tabellis scribebat, quid animi haberet, ac populo indicabat. Erant qui populo significarent, quid agendum mox esset in scena. Synesius lib.II. *de Provid.* *Oportet aliquem antequam ludi committantur prodire, qui populo renuntiet, quid jam spectaturus sit.* Erant, qui noctu faces spectatoribus in theatro accenderent, & abeuntibus e theatro prælucerent. Xiphilinus in *Tiberio* scribit, Sejanum per D. pueros calvos abeuntibus e theatro faces prætulisse.

Calvi Mimi, capite raso planipedes. Festus, & Pollux scribunt, eos qui Lenonem agerent, recalvastros fuisse. Cicero pro *Roscio Comœdo:* *Qui idcirco capite, & supercilio semper est rasis, ne ullum pilum viri boni habeat.* Depugnabant calvi in scena, Synesius *de Calvitio.* Videre est ei qui spectaculo frui voluerit, hominem in Theatro, qui multam & gratam populo præbet exercitationem. Hic est ex eorum numero, qui non naturæ sponte, sed data opera calvi sunt, qui in populi oculis versatur eo animo, ut capitis robur ostendat, cui nihil eorum quæ difficilia sunt, difficile est; verum & cum pice ferventi componitur, & arietat cum ariete ad id docto: deficiunt autem fictilia vasa Megarensium hoc capite contracta, secantur, ac conscinduntur. Cyprian. *ep.*CIII. *Ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter saginetur.* Tertull. *de Spectac.* *Insuper contumeliis alaparum sic os objicit.*

Demosthenes, ut habetur in Orat. *pro Corona* decrevit, *Ne architector, & magister theatri locum daret Legatis, quem alioqui habuissent duobus obolis soluti.* Duos enim obolos solvebant. Aristophanes in *Vespis:*

Spectavi duos obolos ferens.

Ubi Schol. *qui e tabulatis & foris spectabant, duos obolos præbebant.* Solon legem tulit, ut spectaculis ludorum tres drachmæ solverentur privato cuique, & duæ aliæ in publicum conferrentur. Plutarch. in *Solone.* Varia a variis Imperatoribus merces histrionibus constituta est. Antoninus enim Philosophus temperavit scenicas donationes, jubens ut quinos aureos scenici acciperent, ita tamen ut nullus editor decem aureos egrederetur, ut ait Capitolinus in *Antonino.* Philo, & Lamprid. in *Alex-*

A *Alexand.* Alexander Imp. arcarios instituit, qui de arca fisci ederent munera. Roscius tamen mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus accipiebat, ut scribit Macrob. lib. III. *Saturn.* cap. XIV. Scenicis autem honor habitus, docet Augustinus lib. II. *de Civit. Dei* cap. X. Nam & interdum & Civitate donati, & Corona, & pecunia. Synesius in Aegyptio inquit: *Etenim in vetulæ persona agenda coronatur & prædicatur; in Regis persona peccans exploditur & sibilatur.* Sueton. in *Nerone* cap. LIII. *Exiit opinio post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas.* Scenicæ autem coronæ Romæ ex B ære Cyprio factæ, auri speciem præbente, Plin. *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. & Sueton. in *Claudio* cap. II. de Mercede histrionum Arnob. *lib.* IV. *Et quod nullis possit expiari satisfactionibus, exoletis, atque irrisoribus numinum dona instituuntur, & munera, ab officiis publicis immunitas & vacatio cum coronis.* Lactant. *lib.* V. *cap.* XX. *Quid hæc religio, aut quanta majestas putanda est, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris, & qui hæc fecerint non pœnas violati numinis pendunt, sed honorati etiam laudatique discedunt.* Jam vero moris Romæ fuit ut gratis spectarent: neque enim a populo quicquam theatralis pecuniæ exactum, tamen sponte C in ludos stipem spargebant: quod institutum est. S. Posthumio, Q. Martio Coss.

Plausus pene ludis omnibus si placuissent, datus est, & ab histrionibus expetitus. Quintil. *lib.* V. inquit: *Tunc est commovendum theatrum, cum ventum est ad illud ipsum, quo veteres Tragœdiæ Comœdiæque clauduntur. Plaudite.* Plautus in *Truculento*:

Spectatores bene valete, plaudite, exurgite.

Idem in *Curculione*, *Amphitryone*, *Captivis* inquit: *Clare plaudite, plausum date*, &c. Horat. D *de Arte*:

Donec Cantor vos plaudite dicat.

Interdum etiam exsibilati sunt histriones, si parum probarentur. Cicero in *Paradox. Histrio si paulum se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba brevior, aut longior, exsibilatur, exploditur.* Et idem lib. III. *de Orator. Quotus quisque est, qui teneat artem numerorum, ac modorum? At in his si paululum modo offensum est, ut aut contractione brevius fuerit, aut productione longius, theatra tota reclamant.* Pollux *lib.* VI. *cap.* XIX. *Tabu-* E *lata plantis pedum verberare.* Quod faciebant cum aliquem sibilo ejicerent. De plausu Tacitus *lib.* XIV. *Et plebs quidem Urbis histrionum quoque gestus juvare solita, personabat certis modis plausuque composito.* Seneca *epist.* XXIX. *Si intrante te clamor, plausus, & pantomimica ornamenta obstrepuerint.* Plausus illi sæpe empti erant. Martial. *lib.* VII. *epigr.* LXXIII.

Vendere nec linguam Siculis, plausumque theatris.

F Viri ambitione præditi pecuniæ non parcebant, ut hos plausus extorquerent. Cicero *pro Sextio*: *Emptos plausus, & exiles, & raros levitate nonnullorum theatrales, & gladiatorii consessus exhibent.* Ovid. lib. I. *de Arte*:

In medio plausu, plausus tunc arte carebat.

Laudatur quoque hac nostra ætate theatralibus in ludis Roma: non ut alias Circi furentis, Caveæ sævientis, & scenæ lascivientis voluptatibus; ut jam vidimus: sed hilaritate & honestate præscripta. Inchoat siquidem fabulam, perficitque concentus. Agunt Modos Musici Romani, hoc est, Musicorum Reges. Machinamenta & automata plusquam regia: usitatum quippe ibi transvolare cum levi nube, cum igne erumpere, cum pegmate evanescere: maria terris nasci: valles ascendere, montes subsidere, alium in orbem momento transmigrare: sensu perjucundo sequi triumphantes Divos, ac Cælum curru sulcantes. Nam choros, saltationes, syrmata personarum, & reliquum choragii apparatum, haud facile sit animo æstimare; tanta sunt quæ videntur: & ut olim cum odoribus apud priscos Romanos fabula agebatur; etiam hodie quidquid uspiam floreum apud nos vivit, in veris scena primas sustinet: exitu plerumque Tragico; nam & florum regibus vitæ sed caduca sors: & quibusdam etiam in primo actu sanguis purpurat.

Dixi de his, quæ in scena repræsentabantur; ut jam obserata cortina demum auditores, seu lectores dimittam.

Hæc habui ex his, quæ olim a priscis Gentilibus & a Romanis præsertim in impudico, & infami theatro, seu scena repræsentabantur: hinc nos Christi fideles aliquid ad nostrum proventum mystice intueamur, qualiter in eodem theatro & in tragico potissimum primum immodica cantus, lusus, & triumphorum petulantia intercedebat: at demum proditiones, rixæ, & cædes opus claudebant; ut teste Seneca: *Extrema gaudii luctus occupat.* Nec dissimile certe hominibus sæculi sectatoribus continget, quippe inter mundi delicias, cum in bonis duxerint dies suos, in puncto ad inferna descendent. Dum vivimus; versamur in hac mundi scena, in qua singuli partes suas tuentur; ille Regis, domini, docti, divitis, nobilis: alter servi, mancipii, indocti, pauperis, ignobilis. Cortina per mortem reducta, redimus ad priora, ad animæ & corporis paritatem; ad unum Patrem, & judicem filii & rei, peractæ scenæ rationem reddituri, præmiaque aut pœnas relaturi. Hic vides non inferiora præmia, aut pœnas a scenæ magistro referri, qui rusticum & servum bene, maleve expressit, quam qui nobilem & Regem. Lusit in hanc rem egregie Petronius:

Grex agit in scenam mimum, Pater ille vocatur,
Filius hic, nomen divitis ille tenet.
Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,
Vera redit facies, dissimulata perit.

Eadem in illa Domini die reperies, sed & eum qui hic Deum secutus monentem, suadentem, servi personam sustinuit bene, regia non raro inter cælites æterna tura donandum corona; cum non pauci Regum servitutem servient omnium infelicissimam, numquam inter æternos ignes deponendam. Mutat nimirum tribunal illud Domini theatrum, scenam; & e Dominis servos, e servis Dominos statuit: præmiat servos, punit Dominos. Beati servi, quorum præmia felici & perenni commensurantur libertate; infelices Domini, quorum pœnæ infelici & æternæ respondent servituti. Nulla tunc erunt in illa die amplius discrimina purpuræ & sagi; non sceptri & ligonis; non doctæ & indoctæ mentis; non divitis & pauperis, non Domini, Regis, servi. Sola enim virtute ibi discriminabimur, solis meritis, demeri-

tiſque diſcernemur . Dura nimis ſors Regum , Principum , ſæculi magnorum , divitum , nobilium , doctorum , ineruditæ , egenæ , vili , & toties pedibus calcatæ æquari plebi , Hoc , inquam , Magnatibus & Purpuratis evenit , ubi forſan cras , for-

A ſan hodię , forſan hac hora fabulæ , quam agimus , reducta cortina fuerint expurpurati , exſericati, nulla dignitatis cujuſcumque prærogativa , nullo diſcrimine ſceptri & ligonis, tremuli ſtabunt. Vera nimis hæc ſunt & advertenda .

F I N I S.



ALBERICI GENTILIS,

JC. Clariſſ. Profeſſoris Regii,

DE

ACTORIBUS ET SPECTATORIBUS
FABULARUM NON NOTANDIS
DISPUTATIO.

Ad Illuſtriſſ. & Reverendiſſ.

THOBIAM MATTHÆUM

Epiſcopum Dunelmenſem.

INDEX CAPITUM.

ALBERICI GENTILIS,

JC. Clariss. Professoris Regii,

DE

ACTORIBUS ET SPECTATORIBUS FABULARUM NON NOTANDIS DISPUTATIO.

Ad Illustriss. & Reverendiss. THOBIAM MATTHÆUM, Episcopum Dunelmensem.

CAP. I.

STATUS DISPUTATIONIS.



DE poetis dum tracto in alia Disputatione, & per excursum affero quædam de ipsis fabularum actoribus, hæc mihi in excursu illo pro conclusione sunt verba: *Histriones non publice mercenarios indignarumque actores fabularum nota nulla dignos videri*. Itaque non defendo actores, qui edant publico, id est, omnibus petentibus, & in publicum propter quæstum. Sed, *nullam aulicos, aut scholasticos labem contrahere, qui agunt aliquando fabulas apud nos*, in aula principis, in academia, hoc dixi. Sed indignarum fabularum actores omnes improbavi: audi, ecce alia mea verba: *Fabulas plerasque omnes multis asperfas, & conspersas fuisse verbis, factisque inhonestis, & improbis ego non dubito*: loquor autem de his, quæ olim Romæ, aut in Græcia agebantur: atque infero generaliter, *Qua de caussa improbaveris simul actores, simul etiam auctores*. Atque tantam ego honestatem in fabulis desidero, ut nec probem prorsus, quæ probari supra alias valent, Terentianas. Scripsi enim aperte, *Non his carent vitiis inhonestatis, & improbitatis pauculæ, quæ supersunt, moralis ipsius Terentii*. Et intuitus sui præcipue illam in *Eunucho* picturam, & quod admonitu picturæ factum est. Quæ & Augustinus I. *Conf.* XVI & *ep.* CCII. notat. Et tamen nunc putem, defendi illic Comicum posse: qui sic monuerit, picturas improbi exempli haberi non oportere. Sicut & poeta Propertius *lib.* II. *el.* VI. diserte:

Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo:
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.

A Picturas moratas Polygnoti laudamus, vituperamus Pasonis: si has intelligimus (quod non facit Victorius) fœdas apud Aristotelem *Polit.* VIII. ubi Vict. Fabulas moratas, id est, ad bonos mores effictas, laudamus nos. Et hæc tota nostra defensio per illum excursum est in Disputatione tota, in omnibus rationibus, & conclusionibus. Nam quod etiam velle videar, agere virum partes mulieris, liberum servi, sobrium ebrii, honestum impuri, hominem belluæ: neque ab his indecoris imitationibus, & re inhonesta hac se eos subtrahere actores, quos laudo: personas ipsas repræsentatas, & res ipsas repræsentatas intelligo, quæ indecoræ, inhonestæ sint: non intelligo personas
B repræsentantes, quasi hæ habeant etiam indecore & inhoneste repræsentare, quemodum inhonesta, & indecora sunt, quæ repræsentantur. Non sic. Sed ut medici, ut alii omnes mendacio, re turpissima, non turpiter uti aliquando consueverunt, ut Cic. II. *de Orat.* turpia refert, non turpiter: ut professor, & doctor in scholis itidem facit. Scilicet non semper verum est, quod ait Sophocles, *Inhonesti facti honestam esse rationem non posse*: ut contra hoc Sophoclis de Sophocle ipso, & de aliis Plutarchus docet *de au. po.* Et quod magna sit differentia inter bonam, & bonorum repræsentationem: & quod bona repræsentatio esse quoque malorum possit. Neque vero Theophrastum induxi, qui, in scholis dum docebat, gestu omnia comita-
C batur, etiam quum de ebrio, aut alio ejuscemodi, incidisset oratio, ut qualitatem actionis ejus, quam fœdam fuisse legebam in notato tum a me Athenæi *loco*, adprobarem, sed ut adprobarem actionem: itaque actionem nominavi tantum, qualitatem actionis reticui. Potest quis (nostri dicunt, Decia I. *cons.* XV. & II. *cons.* LIV.) adprobare factum, & improbare qualitatem facti. Nec adprobatio facti infert adprobationem qualitatis, &c. Legeram apud Aristotelem *de Poet.* qui tum mihi in manibus semper, de ipsorum histrionum actione, quomodo nec ipsi sic agere deberent quasi simiæ cum illiberali, aut nimio motu. Ut enim non omnis mo-

tus improbatur, ita inverecundus, inhonestus valde vituperatur, vid. Apul. x. *Asin.* Scio autem, aliter Junonem quieta, & inaffectata gesticulatione, & nutibus honestis: aliter Palladem inquieto capite, oculis inspectu minacibus, citato, & intorto genere, gesticulatione alacri: aliter agere Venerem, ad omnem illecebram, lasciviamque compositam. *In theatralibus scenis histrio nunc Herculem robustum ostendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem*, ut Hier. *epist.* XVIII. Et quisque in eam se induit personam, quam refert. Sed tamen aliter agent semper publici illi histriones, aliter agent alii pudentiores, etsi non alias agent personas. Atque dicam quoque hac de re postea. Nunc, exposito defensionis meæ statu, in quæstionem rursus ingredior: quam tractem quasi opera justa: quando mea illa defensio egere defensione aliquibus visa est: & mihi ipsi supersunt plura, quæ in eandem jactari varie valent. Quoniam autem tribus in summa capitibus a me tota hæc conclusa egressio fuit: age, ordinem illum non deseramus. De idololatria videamus: quæ maxime olim histriones damnavit. Mox, si vestium abusus, qui in istis actionibus intervenit, dum masculi fæmineis induuntur, nunc damnare valeat actores nostros. Et tertio, si contra leges bonas, & contra bonos mores in aliquo omnino peccetur ab iisdem actoribus nostris. Tu hactenus habes, quos dico nostros, & quos defendo.

CAP. II.

DE IDOLOLATRIA SCENÆ.

IDOLOLATRIA olim admittebatur sine dubio in ludis. Nam erat spectaculum nullum absque idolo, Cypr. I. *ep.* Et ludorum celebrationes erant festa deorum: itaque sacerdotum, & pontificum jus fuit, curare ludos, & ludis præsidere, Lact. VI. *Inst.* XX. Cassiod. III. *Var.* LI. Fab. II. *Agon.* XIX. XXIX. Manu. *de leg.* Et itaque aræ in theatro constituebantur, altera a læva divo illi, aut Deo, aut heroi, cui fiebant ludi, aut etiam defunctis viris, quibus hæc religiose in justis fiebant, & parentalibus: altera a dextra Baccho semper in tragœdiis, Apollini in comœdiis semper. Quæ explicata ab aliis sunt fusius, Mint. IV. *de poet.* Scal. I. *cap.* XX. Et ergo Tertullianus, *de Spect.* c. XXVII spectacula sic nominat Ecclesiamque Diaboli. Et sic alii aliis nominibus infamant. Erat theatrum Veneri sacrum totum: aut verius omnium domus dolorum. Marti erat sacrum amphitheatrum, Salv. VI. *de provid.* Cyp. *ep.* CIII. Et ipsum theatri nomen sic a Deo magis deducunt quidam, non a respiciendo, Plut. *de musi.* Ego autem, si quid idololatricum hodieque admittitur a poetis nostris, & fabularum actoribus, id non tueor: qui indignas improbo fabulas. Et, idololatria nihil indignius esse, scio, Aqui. II. II. *quæst.* LXXXXIV. *num.* III. Improbavi alias, quæ a nostris his de Ethnicorum superstitionibus proponuntur. Et aliam tum dixi rationem optimam, quæ proprium hic erratum artis ostendit poetarum inexcusabile: quod duæ poeseos quasi animæ, *mirabile*, *& verisimile*, sic pereunt. Poesis nec unquam deserit verisimile: in tantum enim delectat imitatio, in quantum est verisimilis, ut ait Plut. *de aud. po.* Ceterum & propter istam idololatriæ caussam improbaveris, nomina illa dæmonum veluti Deorum audiri. Veteres videlicet Theologi Christianis scribebant, ut ab istiusmodi abstinerent repræsentationibus Bacchi, & reliquorum. Et quamvis non idem nunc videatur pericu-

A lum resumendi cultum idolorum, quod tum fuit temporibus illis Semichristianis, & Christianis novellis: vacare tamen malo nec posse videtur, quod de profundo inferni, quo dejectæ illæ sunt religiones, in lucem, & in conspectum hominum qualiter retrahantur. *Nomen Deorum alienorum ne recordamini; ne auditor in ore tuo:* inquit Deus noster, *Exo.* XXXIII. *Deut.* XXII. ubi Tremell. *Ephes.* V. Drus. *lib.* III. *obs.* VII. *Perdetis nomen eorum*, etiam de sermone familiari, Cl. Alex. III. *pæd.* XI. Eorum facies anulis impressas gestare, spectare, vetitum scribunt, Savon. IV. *de scie.* Tr. *Os.* II. Detestabile etiam, sub Jovis, aliorum fictitiorum

B deorum nomine Jehovam, Deum verum appellare: etsi vel aptari nomina possent: non tamen amat Deus, sub tam indigne usurpatis venire nominibus. *Non vocabit me ultra Baalim*, ait: & hoc tamen significat nomen superiorem, & dominum. Hic peccant & alii nostri, & nostrorum venustissimus Buchananus, cum Diana, Phœbo, Parcis, Eumenidis, Cerebris, aliis infernorum figmentis: quæ in sua habet *Baptiste*. Istæ mihi fabulæ indignæ sunt: quas non probavi: & quarum auctores non laudo. Pseudotheologæ sunt istæ. Et putem nihilominus, verba illa Dei nostri non ex suo sono

C accipi oportere, sed magis ex sensu. Sic ut illa, *Exod.* XX. *Non facies tibi sculptile, neque ullam similitudinem*, non ex sono accipiuntur, at ex sensu, ut eam tu adores, vel colas. Attamen hic in fabulis & cultus aliquis idolorum est, fictus: quem non feras. Hic nomina, dignitates, virtutes, opera, reliqua de diis illis audiuntur: quæ veri sunt solius Dei. Aut profanatur certe Deus verus, si sub illis ipse huc nominibus venit. Sic igitur, idololatriam omnem, & idololatriæ omnem speciem fugiendam censeo, & quicquid ab idololatria promanavit: ut ait Tertullianus, *de Idolo.* fugiendam omnem profanationem sancti Dei, sanctorum no-

D minum. Sic & cibos præceptos, delibatosque altaribus potus abhorrebamus: sic militiam. Quæ de primo capite brevissime.

CAP. II.

DE SCENICIS FÆMINIS.

SECUNDUM fuit caput de abusu vestium propter illam Dei legem, *Deut.* XXII. *Non induetur mulier veste virili; nec vir utetur veste fæminea:*

E sive, ut interpretantur alii, *Ne esto instrumentum virile super fæminam: neque induitor vir vestem fæminæ.* Ad quam legem dixi primum, non hoc posse multum histrionibus obesse: qui mimas habent, & scenica: ut non habeant opus isthac vestium commutatione. Dico, fabulasque esse posse sine muliebrium personarum interventu: ut sunt Plauti *Captivei*, Aristophanis *Equites*, Euripidis *Cyclops*, Sophoclis *Philoctetes*. Et quod ad prius dictum, de mulieribus producendis, respondetur mihi: remedium esse ipso malo deterius: referam ego, nec velle me, mulieres ut in scenam prodeant nostram, aut ut ita immisceant se cœtibus vi-

F rorum. Atque puto, factum olim in honestiori illa antiquitate ad honestatem, ut partes mulierum agerent viri personati, non ipsæ (quod postea evenit, & quod sæpe hodie in publica fit histrionia, Hipp. *lo. Mercur.*) mulieres agerent. Scilicet in fœmina semper est abusio major, Don. Andr. Bal. *l.* IV. *Conf. de ser. fug.* Et interim nego tamen, remedium esse deterius malo inter histriones illos, qui sic fœminas viliores habent: nam istis non adeo probrosum, ut aliis honestioribus, si quid

minus honeste agunt. *Non similiter indecorum in vulgaribus, & in his, qui non vulgaria profitentur:* inquit Basilius, *q.* XXII. *d. e.* Et Baldus noster, III. *cons.* CXVI. *Nobili infamia maxima, quæ nulla plebeio.* Sed sic passim omnes & sentiunt, & loquuntur. Sic jus distinguit distincta ratio personarum. *Inter seculares nugæ nugæ sunt: in ore sacerdotis blasphemiæ:* ait Bernardus, II. *de consid. Quædam delicta pagano aut nullam, aut leviorem pœnam irrogant: militi vero graviorem: nam si miles artem ludicram fecerit, capite puniendum.* Menander scribit, *l.* 14. *de pœn.* Quod & notandum est specialiter ad tractatum nostrum: & generaliter ad nobilem Aquinatis sententiam, *q. disp. de pec. ven. q.* VII. *a.* VII. a dignitate personæ non fieri pœnam in infinitum majorem, nisi delictum transfertur in aliam speciem, sed aggravari. Atque sic sciunt omnes de jure distincto personarum distinctarum. Vulgaribus, sive humilioribus fæminis non adeo est probrosum, miscere se operibus histrionalibus: quarum fæminarum vestis toga cum viris fuit communis. Si id docet verius contra veteres grammaticos Aldus nepos, *q. per epist* imo Asconius *in Verr.* III. contra alios. Hoc igitur remedium non gravissimum: non his gravissimum, qui abominationem censent omnem abusum vestimentorum. Ego tamen ut fabulas non condemnem, in quibus mulieres sunt personæ: & ut damnem, mulieres in scenam, præsertim in nostram adducere: ita in prima ista solutione non substiti: quæ nec actoribus meis patrocinatur, sed aliis, quibus ego non patrocinor.

CAP. IV.

DE ABUSU VESTIUM IMPROBATO.

ABII ad solutionem aliam. Scripsi, me putare, sic vetitum usum illum vestimentorum promiscuum in lege Dei, ut in omni alia bona aliorum lege est: id est, longum, ordinarium, ex nulla probabili occasione; at mollitiei, lasciviæ, luxuriæ caussa tantum. Ecce vero sic illam legem accipit, qui scribit Philo, *de fort.* ad illam. *Voluit lex, virum in vestitu se, ut virum decet, gerere: quem cum die, noctuque circumferat, talis esse debet, ut eum semper decoris, honestatisque admoneat. Sic, & mulieres ornans pro dignitate, vetat, virilem vestem sumere: longe submovens tum effæminatos viros, tum plus æquo viriles fæminas*, &c. De usu loquitur, auditur lex. Et sic etiam Josephus, IV. *Antiq.* fi. recitat: *Cavete autem, maxime in bello, ut neque mulier habitu virili utatur, neque vir stola muliebri.* Atque sic civilis lex. 23. *de au. & arg.* ait quod sine vituperatione vir non facile utitur muliebribus. Intelligitque de longo illo usu, & ex instituto: nam declarat, quæ virilia, quæve muliebria sint vestimenta: & ex usu distinguit. Usus autem, qui ea distinguit, non breviculus est, sed, ut dico, longus, ex instituto. Sic usurpatio est usus frequens: usucapio usus longus, *l* 1. *de it. act. pr.* Sic alia. Sic *Vivianus recte ait, eum, qui propter incommoditatem rivi, aut propterea quia via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit: quamvis id frequenter fecit: non videri omnino usum.* Quod M. Tullius, in *Parad.* IV. *Non igitur, ubi quisque erit, loci jus tenebit, si ibi eum legibus esse non oportebit.* Atque sic eædem tradunt leges, non rem esse loci ejus, ubi aliquando reperitur, sed ejus, ubi solet, aut ubi habet esse. *l* 78. *de leg.* 3. *l.* 32. *de pi. l.* 7. *in qui c. p.* Quibus & Varro, l. IX. *de L. L.* concinit, scribens, *Tunicam virilem, & muliebrem dicimus non eam, quam habet vir, aut mulier, sed quam habere ex instituto debet: potest enim muliebrem vir, virilem mulier habere: ut in scena ab actoribus haberi videmus.* Nec mutat de isto jure privatus usus umquam, *l.* 110. *de V. O.* Si criticæ credimus Hotomani, III. *Obs.* XIII. aut nisi quum de voluntate utentis unius quæritur: nam ista vel ab unico facto colligitur. Verbum *usus*, & *utendi* latitudinem habet, *l.* 33. *de au. & arg.* Bal. *lib.* I. *Dig.* Sic & Marcianus, accepto usu togæ Romanæ cives Romanos agere, ait, *l.* 32. *de jur. fi.* Neque enim ille usus in diem acceptus, sed in perpetuum, est, qui facit cives Romanos. Usus hic consuetudo, & mores sunt: qui latitudinem habent, *l.* 32. *de legi.* Alioqui nec obscurum est, quomodo dicitur ejusque usus, quo semel, & defunctorie utimur. Et sic ergo synodus Gangrensis, *c.* VI. *dist.* XXX. canonica lex, usum improbat hunc vestium promiscuum. Et sic improbat Tiberius promiscuas vestes viris, & fæminis, apud Tac. *Ann.* III. Et vestes sic sunt promiscuæ, si pariter sint in usu utriusque sexus. Sic de usu loquitur J. C. Paulus, lib. III. *Sent.* VI. ad hanc rem virilium, & muliebrium vestimentorum. Ubi Jacobus Cujacius, allatis exemplis Caligulæ, & Heliogabali, qui per lasciviam soliti vestibus uti muliebribus, ostendit, quo sensu Jurisconsultus sit accipiendus. Apage, ut credas, de Tatiano docere Cujacium aliud, quam stolam esse vestem muliebrem, & viro alienam. Nam quod Tatianus ipse vestem hanc muliebrem vituperet & in actoribus fabularum, facit quidem cum aliis Theologis. Sed id neque Paulus, neque Jacobus aut uno verbo attingit. Una est quæstio, *quæ sint vestes muliebres*: & eam tractant hi nostri: & stolam de Tatiano isthic numerant: ut scilicet sic Latini restrinxerunt ad vestem honestæ matronæ, Cic. *Phil.* II. Drus. VI. *Sir.* Bayf. *de re Vest.* itaque Liviam illam Augusti Ulyssem stolatum appellatam audimus. Nam usurpat Apulejus pro veste Sacerdotali: & Evangelistæ, ac Vulgata Versio habent & pro virili. Græcique dixere pro omni indumento. Sed hæc quæstio nostra non est. Altera est nostra, si uti vir aliquando muliebribus potest. Et hanc nostri illi nec tangunt. Nos autem dicimus, usum vetari: & usum interpretamur de eo, qui ex instituto est. Et, verbum *usus* sic accipi oportere, ostendimus. Non de breviculo histrionali usus est titulus Codicis Theodosiani, *de habitu, quo uti oporteat intra urbem.* Non in titulo *de scenicis* vetatur mima uti gemmis, sigillatis, sericis, textis, auratis vestibus. Non vetatur, dum agit mima. Quid enim si mulierem principem agit in scena? His proculdubio vestibus, & ornamentis utetur scenica. Ita enim sunt tragica apta in vestimenta, foris aurea, ut ut intus ex pannis admodum vilibus sint consarcinata, Lucia. *Satur.* & *Anach.* Est tragœdia qua matrona dives, superbaque, & purpura fulgens, & auro, Plut. *de vi. be. Ath.* Adi *Asinum* Apuleii lib. X. ubi vel rusticam tibi Paridis depingit scenam, & in ea personas auro, & diadematis coruscas. Audi apud eundem, *ibid.* lib. II. *aurum in gemmis, & in tunicis matronam confitebatur.* Audis & in comœdiis aurata ornamenta, Plaut. II. *Epid.* II. Et apte quidem pro luxuria temporum: quæ & in personis comicis sic habeat, idem V. *Menæch.* II. Sed vide & citharœdum, IV. *Rh. ad Her. Uti citharœdus quum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta, & cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata.* Addi hic alia possunt, Apul. *Flor.* I. Fab. *Agon.* I. XIX. Neque ista possunt scenis eripi, Alc. V. *conf.* XXXIV. Ut scilicet necessarii sumptus, & quasi pro victu dicuntur vestes, & monilia pre-

tiosa quibusdam pro moribus locorum: ita & necessaria sint pro iisdem repræsentandis. M. Tyr. ser. XXXVII. *Pro usu fabularum amictus commutantur.* Ergo extra scenam usus illorum interdicitur. Et extra scenam quoque consueverant histriones cum scenicis indumentis vitam una degere: ut fuerit lege prohibendum, Arist. I. *Oecon.* Aut quid pompa isthæc vestimentorum ad personas illas multo corruptissimas non pertinerit? Dic mihi, quot ubique terrarum semper vestiariæ leges? Leo. *Nov.* LXXXI. Et luxuriam istam coercere omnes numquam valuerunt. De feminis sui temporis Plautus, *quæ si non fundi exornata multo incedunt per vias.* Et Tertullianus postea, *de hab. mul. Uno lino decies sextertium inseritur. Saltus, & insulas tenera cervix fert.* Et Cyprianus postea etiam aureorum meminit compedum, *de ha. vi.* Et Chrysostomus deinde, fornicarias multas auro fulgentes, & scortos auratis vestibus, narrat *hom.* XXI. XXIII. I. *ad Corinth.* Et postea Hieronymus non minus de viris sui temporis, *vi. Pa. er. Qui uno filo villarum insuunt pretia.* Et hæc olim plurima: quæ & ab aliis collecta sunt, Lips. IV. *adm.* VII. Prodigalia dicit Baldus sui vestimenta temporis, c. VI. *de prob.* Quid hodie? Quid satagimus? Ordinarius igitur, & ex instituto vestium abusus improbatus: qui extra scenam. Nec mihi quisquam respondeat, in lege Dei *utendi* verbum non sumi a melioribus interpretibus, sed *essendi, induendi*: & hæc in uno actu, & in omni loco expleri. Nam ad id respondeo ego, verborum istorum sensum esse tamen de usu: & sic sensum esse relatum ab interprete veteri: & expositum a Philone, & Josepho: & adfirmatum per civiles, & alias leges bonas: & ratione prorsus vinci. Audi.

CAP. V.

RATIONES IMPROBATI ABUSUS VESTIUM

IMPROBATUS abusus vestium ordinarius etiam per naturam est: quæ & discrevit sexus, & discretorum posuit signa. Sic mulierem exsecramur (aiunt) barbatam, virum imberbem, Jacch. *na. q.* LXII. Sic & de vestibus ait Hieronymus, *ep.* VIII. XXII. *Aliæ virili habitu, veste mutata, erubescunt esse, quod natæ sunt. Contra naturam, imo ultra naturam est, non exercere, quod nata sis.* &c. Et idem de viris, ut cincinnatos, calamistratos pueros eos appellat: & de quibus illud Arbitri esse dicit, *Non bene olet, qui bene semper olet.* Manilius, *lib.* V. sic inquit de eodem effæminato, *Quem naturæ pudet*, &c. Et ille Arbiter semper acute, *Quærit se natura, nec invenit.* Plura autem sunt apud Ovidium, *Ep. Ph* & I. *de Ar.* & *de me. fac. Sint procul a nobis juvenes, ut fœmina, compti. Forma viros neglecta decet. Fœminea vestri potiuntur lege mariti: Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.* Etiam Columella, *lib.* I. invehitur hic: *Miramur gestus effæminatorum, quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur.* Utinam nec solæ mulieres capillos alienos sumerent proprios mentirentur: quod & olim, Hier. *ep.* VIII. Ovid. III. *ar.* Cl. Al. III. *Pæ.* III. Tert. *de cul. fæ.* Nescimus officinasque, ubi raderentur, vellerentur, picarentur isti androgyni? *Cultus facit mulieres meretrices, viros androgynos*, Hier. *ep.* II. XXIII. Ovi. *d.* III. Cl. A. *d.* III. *c.* II. III. XI. Clemens Alexandrinus. Sic ista sunt contra naturam. *A natura, & ab usu lex, nudum in foro ambulare non oportere, aut muliebri veste uti: etsi nulla lege scripta vitium sit*: dicebat Plato, apud Laertium. Et Apostolus de coma: quæ veluti vestis, & habitus muliebris: *An ne natura quidem ipsa hoc vos docet, quod viro quidem comatum esse dedecori sit?* I. *Cor.* XI. Hier. *d. ep.* XXII. Cyprianus priores sic exsuit mores, & defluam cæsariem compescuit ad breves capillos. Contra de muliere cautum, *Gangr. syn.* c. XVII. ea ut nequeat vel religionis prætextu comam tondere. Non de solis vestibus capietur illa Dei lex, sed de omni, quod contra naturam est. Et hæc est prima ratio ejus prohibitionis, quod sejuncta per naturam eadem contra naturam conjungi non oporteat. Sed & attigimus rationem alteram deformitatis. Affert utramque Chrysostomus quoque, I. *Cor. ho.* XXVI. & turbationis ordinis humani, & deformitatis: *Vir in muliebrem vilitatem prolabitur*, inquit. Deformantur viri fæmineis, & fœdantur ornamentis, nominibusque fæmineis, Quinct. *pro.* XI. Plaut. III. *Men.* II. Alciatus II. *Parerg.* XLVIII. Sic a viro summo exprobratum alteri, quod ad morem muliebrem tunicis uteretur, manus totas operientibus, Gell. VII. XII. Vituperatus Zeno, (Laer. in *ejus Vita*) qui præcepit usum istum promiscuum vestimentorum. Plura isthæc, & confessa. *Nec mulieres virilis, nec viros muliebris ornatus decet*: Nazianzenus, I. *de theol.* Et pro condicione personarum, ætatum, figurarum, studiorum distinctas esse vestes oportet: quod a nostris, aliisque traditum auctoribus est, *l.* 15. ubi Goth. *de in.* Cuja. *c.* IV. *de Ju.* Cl. A. III *Pæ.* IX. Lam. *Ale.* Scal. I. *poe.* XIII. Sed & ambitio improbatur, Tert. *de pal.* Sexuum hæc confusio vituperatur: ex qua sunt, quæ per confusionis prohibitionem caventur mala, & malorum occasiones: ut, huc legem Dei nostram respicere, & Rabbinus, R. Moy. *d.* III. *du. du.* XXXVIII. Chry. *d.* XX. Ra. II. *rel. Chri.* IX. & alii nostri tradunt. Eodem modo atque, quum alibi habitu non distinguerentur Saraceni a Christianis, contingebat aliquando, ut illi Christianis commiscerentur mulieribus: quare & vetita ea confusio generali fuit Concilio c. XV. *de Jud.* Vituperatur in viro habitus muliebris etiam, quia sic mens ejus detegitur muliebris, *Forma vestium deformitatis mentium & morum indicium est.* Bernardus *de cons. Qu. proe.* VIII. *Cultus magnificus* (ait Quinctilianus) *addit hominibus auctoritatem: muliebris non corpus exornat, sed detegit mentem.* Sic præsumitur in Jure quis talis, qualis habitus illius est, Dy. *cons.* LIII. Bal. *l.* 32. *de legi.* Et ex decentia habitus extrinseci ostenditur honestas intrinseca. Et sic Sylla in Cæsarem: caverent a puero male præcincto, Dio *lib.* XLIII. Plu. *Cæs.* Sic Cicero in Clodium plurima, & in alios, & alii, *in Clod.* & *de har. resp.* Siracides autem, *Eccl.* XIX. *Ornatus viri enuntiat constitutionem ejus.* Et Clemens Alexandrinus, III. *Pæd.* III. *Signa proxima caussæ significant, effectum prope esse*: fumus ignem, amictus nostei nos indicat, Card. III. *de sap.* Atque ita factumque proverbium est, εἵματα ἀνήρ: *Vestes vir.* Sic sane & omnia, quæ circa virum existunt. Aut num putamus, comatulos, & cincinnatulos vituperari? barbatulos istos, quos cernimus ita pexos ad speculum, ut nec sit capillus, qui aberret, ferri posse putemus? Cic. XVI. *Att.* I. Neque per contrarium laudes tu affectatam horriditatem: non Est & illic crimen: ut ita Lacedæmoniorum vestitus quidam reprehenditur ab Aristotele, IV. *Eth. Per actus exteriores significantur veri habitus rerum*: noster Baldus, I. *cons.* generaliter. Atque nomine hoc bonum affert malus habitus: quia expedit, malos cognosci. Signa sunt, quibus adulterinum cognoscitur aurum: & dolendum est, non item esse, quibus vir valeat malus cognosci, Cl. Alex *Strom.* VI. Sic igitur se habet res. Contra natu-

turæ conatum est is vestium abusus. Dedecet. Occasio malorum est. Detegit mentem indignam.

CAP. VI.

QUANDO NON IMPROBETUR ABUSUS VESTIUM.

SUnt casus tamen, in quibus liceat vestibus abuti: quum ratio nulla legis prohibet scilicet, & nonnulla suadet occasio bona. Lex autem ratio est, non verbum legis: ea declarat verbum legis, extendit, cogit: ei magis statur, quam verbo, &c. Bal. *Inst. de leg. agn. tu.* Et in his quidem casibus mores, & instituta quis primum dicet: quibus eædem vestes adprobantur viris, & fæminis. Ut sic non Hibernis modo, sed & Germanis olim factitatum, vid. Polyd. XIII. Tac. *de mor. Ger.* Cl. Al. III. *Pæd.* III. Arist. I. *Rh.* Rhod. *lib.* XV. *c.* VIII. De quo quidem sic Ambrosius in *epistola* XV. *Habeant excusationem, qui patrios usus sequuntur, sed tamen barbaros: ut Persæ, Gothi, Armeni. Major est natura, quam patria.* Vera, & notabilis sententia. Et contra quam dicens Socrates, imo legem antestare naturæ, reprehensus merito sit a Philosopho Indo, Str. *lib.* XV. Qui tamen philosophus, dum nudus incedit, & hoc naturæ esse existimat, in altera peccat parte argumenti. Plato, qui nudæ saltationis meminit Spartanorum, prudentius ad eam dixit, quod assuetudo emollit omnia, in *Theæt.* & V. *de Rep.* Sed (quod & huc spectat) antiquus dicitur fuisse mos, ut viri, sicut mulieres, capillos componerent, Serv. VI. X. *Æn.* & id ostensum ex illorum antiquorum statuis, item & ex personis, quas viderent in tragœdiis similes in utroque sexu, quantum adornatum pertinet corporis. Sed & dicitur, Scythis, Gallis, Hispanis, Spartanis usitatum, ad terrorem colere comam non immodice. Et sunt isti populi laudati. Homerus etiam laudatos vult a se Græcos: quos semper nominat comatos. Neque hos tetigerit proverbium, *Nemo comatus, qui non,* Synesius *lau. calv.* Ego vero id dixerim, quod censuit non semel Augustinus, II. *solilo.* & *de tem.* 247. non sic esse legem illam Dei accipiendam, ut in turpitudines inexcusabiles decidatur: nec ut frigore mori aliquis malit, quam fæminæ induere vestem: & nec ut patriæ liberandæ relinquat occasionem, qui id efficere vestibus indutus mulieribus valet. Illud videlicet necessitati conceditur: alterum pietati. Atque in neutro læditur ratio ulla legis. Ex caussa necessitatis licere clericis ingredi tabernas, loca inhonesta, & prorsus interdicta, & ex justa caussa timoris habitum transformare, dictum in concilio quodam est generali, *c.* XV. *de vi. & ho. cler.* Necessitati, an pietati dedit Achilles? Stat. I. *Achil.* an mater dedit timori justo, quæ eum vestiit muliebribus, quo fatum fugeretur Troicum? Ovid. I. *Ar.*

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,
Veste virum longa dissimulatus erat.

Pietati hoc datum matris ab Achille. *Feras in puero matris sollicitudinem*, hoc de habitu Achillis Tertullianus *de Pall.* etsi gesta Achillis in eo habitu reprehendit bene. Hercules (quod mox dico)

A etiam abusus vestibus traditur. Neque dico, quum est abusus per libidinem. Etenim hoc exagitarim cum eodem Tertulliano valde. Atque necessitati itidem, & timori justiori idem hoc ea dederit mulier, quæ ne daretur ipsa iterum summam per injuriam carnifici, a cujus manibus per plura evasit miracula, secto crine, & virili assumto habitu latuit. Et quam laudat Hieronymus, *epist. ad Inn.* Quid? An illa peccasse nobis videbitur, quod comam secuerit, quod Apostolus vetat? Ecquid igitur si ægrotet mulier, & radi ipsam (sæpe sic præcipit medicina ars) oportuerit? Vestis mutatio eodem est loco. *Creaturam Dei refingit, & naturæ*
B *insidiatur, qui evirat: sed naturæ succurrit, nec legi subjicitur, qui propter morbum id facit*, ut Leo *Nov.* 60. 98. An vero Socrates objicietur? qui Sicyoniis usurum calceis negabat, etsi aptis, quia viriles non essent: & itaque nec usurum vel in suo capitis periculo oratione Lysiæ molliori. At hoc factum, dictum Socratis examinavi in libris De armis Romanis, & hinc rejeci. Ita non recipietur hic dictum Chrysostomi, I. *Cor. ho.* XXVI. *Si semper decalvatio turpis, etiam capitis detectio semper turpis.* Neutrum turpe semper. Pietati id contribuerunt patriæ adolescentes Thebani: qui ad patriam a tyrannide Lacedæmoniorum liberandam
C habitu muliebri accesserunt, Xen. V. *rer. Græc.* Plut. *de ge. Socr.* An nos putabimus, peccare mulieres, quæ armis indutæ virilibus ad tuendam patriam adiint? In exercitu, qui ad sacrum bellum sub Conrado secundo exiit, mulieres fuisse plures, narrat Sigonius lib. II. *De reg. Ital.* quæ virili more equis insederint, atque arma gestarint. Noto autem de his unis: quia crucem signum militi illi Bernardus administraverit. Et quanquam hoc de armis expresse vetent verba legis; attamen sensus legis alius est. Quod si fæminæ licet, vasa, & instrumenta virilia hoc casu induere: viro etiam
D licebit induere muliebria. Adde autem illa Ciceronis lib. III. *de Officiis*, quod etsi saltare in foro turpe sit, si tamen quis patriæ consulendo saltat, is turpe non faciet. Et sic sunt plura pro patria. Et sic sunt casus Augustini. Est & tertius religionis. Atque ecce tibi David nudus ad arcam Domini saltat: ut Ambrosius habet, *apo. Davi.* cap. VI. & *ep.* XXXVI. & factum defendit: quoniam *neque contuitus regalis potentiæ est habendus, ubi religioni exhibetur obsequium: & honestum est, pro religione facere, etsi id incongruum potestati fuerit.* Incongruum etiam omni homini. Sed *quæ corporeo aspectu fiunt turpia, religionis contemplatione re-*
E *verenda sunt*: & nudos, & pudendos ceteroqui sanctos alios narrat. Et id quoque Valerius Maximus *l.* I. *c.* I. in casu simili, de prætore, qui ancilia tulit: *Omnia namque post religionem ponenda semper nostra civitas duxit: etiam in quibus summæ majestatis conspici decus voluit*, &c. Et apud Euripidem, in *Bacch.* plura: *Non discernit Deus sive juvenem, sive senem velit choros agere: sed vult, ab hominibus honorari communiter, & neminem vult eximium habere*, &c. Ego vero Davidis factum nuditatis profero, quod ejusdem rationis est cum abusu vestimentorum: nam utrumque est contra
F naturam. Et hoc nuditatis vituperabile magis est, magisque impudentiæ Cynicæ, ut Cic. I. *de Off.* & IV. *Tusc.* Et dico hoc nuditatis contra naturam: ut hæc nostra nunc est vitiata, & serva. Alioqui parentes primi, in vera illa natura, nudi erant, nec ullo attinebantur pudore: quos peccatores vestivit postea Deus, non modo ipsi se texerunt ficulneis, *Gen.* II. III. Ethnici quoque, qui putarunt utrumque esse contra naturam, fecerunt tamen utrumque, & probarunt caussa religionis.

Quod intelligis de nudis Lupercis, & de Bacchis, Veneriisque muliebriter vestitis, Plut. *Probl. R.* LXVIII. Macr. III. *Sat.* VIII. Eurip. *Bacc.* Bacchus, Junonem metuens, vestiit se muliebriter scilicet, Sen. *Oed.* II. Etiam in sacris Herculis sacerdos habitu fæminæ alicubi erat, Plut. *Probl. G.* LVIII. quod & Hercules eum habitum induit, ut tegeret se a multitudine quadam, quæ se oppugnabat. Etenim nec Hercules contra duos. Tum etiam putarunt illi licitum, & magicis uti: Ovidius V. *Metam.*

Verum ubi virtutem turbæ succumbere vidit,
Auxilium Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
Dixit, ab hoste petam: vultus avertite vestros,
Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora, &c.

Erat & in pompa Isidis, qui soccis obauratis indutus, serica veste, mundoque pretioso, & adtextis capiti crinibus, incessu perfluo, fæminam mentiebatur, Apul. ult. *Asi.* At dixit Plato apud Laertium in *Aristi. Effeminata veste non possum tegi: cum sim vir, & virili natus stemmate.* Dixit: quod ego mihi oppono. Sed, ut hic sumus cum religione, respondit Aristippus: *Neque in sacris Liberi patris pudica mens umquam corrumpitur.* Fortassis male qua Aristippus: & certe male, qua illa erat occasio, Dionysii voluptuosa, & temulenta, ad quam Plato invitabatur: at a religionis concessu proculdubio bene. At (ne quid dissimulem) & hoc vituperatum Clementi Alexandrino est, I. *Pæ.* III. si ridiculam vel in pompis formam susceperis: absurdius etiam judicatum, si studueris, ut sis ipse ridiculus. Hoc etiam & Romanus martyr apud Prudentium, servulorum vilissimum agere eum, qui nudus Lupercus per plateas cursitet. Verum & hic reprehensus Antonius a Cicerone: & defensus consul per religionem a Caleno fuit, Dio XLVI. Pergo vero, & quartum dico casum, qui exemptus de ratione regulæ, & legum est, utilitas. Ecce, inquit Plutarchus in *Lycurg.* denudationi virginum Spartæ nihil obscœni infuisse, at simplicem exstitisse assuetudinem boni habitus. Cui ego credo philosopho, & Platoni. Non moveor a poetis, (Ovi. *ep. Par.* Prop. III. *el.* XIII. Eur. *Andr.*) diversa mussitantibus: si tamen aut poetæ sunt, non alienæ Spartanis personæ, & externæ. Athletæ nudi certabant ubique nulla cum infamia, Fab. II. *Ago.* II. III. IV. & *lib.* III. *cap.* VIII. Gymnosophistæ item nudi: an isti, aut a me notati? Jun. *Apol. Tert.* XLII. Non, extra generale enunciatum contrarium regulæ naturæ. Sed referes ad utilitatem, & quod *recte Lycii, quum iis luctus incideret, muliebrem vestem induerant: ut deformitate cultus commoti maturius projicere stultum mœrorem vellent*, Val. II. *cap.* VI. Plutarchus, *prob. R.* XIV. ait, sic rationem postulare luctus, ut fiat contra quam est solitum: & sic fæminas tondere capillos in Græcia, nutrire viros: sic viros tum tecto capite esse Romæ, aperto fæminas. Huc ad utilitatem spectant pœnæ quædam. Julianus ignominiam morte graviorem ratus militibus, quos muliebri amictos veste per castra duxit, Zosi. *lib.* III. Et sic alii: & sic species muliebris affìcta aliis, & nomina appicta muliebria, Diod. II. Virg. IX. Zon. III. Et mulieres adulterii convictæ, damnatæ ut in publicum prodirent virili toga indutæ, Bays. *de re vest.* Huc studium docendi, discendique spectat. Et ecce laudo Euclidem, qui ad Socratem audiendum indutus veste proficiscitur muliebri: neque enim toto potuit aliter per inimicitias mortales Atheniensium cum Megarensibus suis, Gell. VI. *cap.* X. Et ita potuit tutius inter alias ire mulieres: ut multi utriusque sexus in auditoria illorum philosophorum conveniebant, Apul. *de dogm. Pla.* Athen. XII. Huc referatur Ciceronis disputatio *pro Rabirio*, qui habitum induisse Græcum accusabatur: & a Cicerone defenditur, quod utilitatis, non lasciviæ gratia vestitum mutarit. Nominat ille alios, qui necessitate defenderentur hic: etiam viros magnos, qui deliciarum caussa, & voluptatis, etiam mitella usi sunt: & quorum fuerit impunitas non modo a judicio, sed etiam a sermone. Etiam mitella? quæ muliebre vestimentum: & qua vir *non facile* uti potest sine vituperatione. Sed sic *non facile*: ut itaque possit aliquando, *l.* 23. *de au. & arg.* Virg. IV. *Æn.* Serv. IX. Hier. *ep.* X. Cl. Al. II. *Pæd.* ult. Atque huc ego referam quæstionem spectaculorum nostrorum. Docetur, discitur illic, honesta capitur voluptas, & recreatio. Nam, esse poemata, & actiones istas his finibus, constitutum habeo, & post rursus expono.

CAP. VII.

RESPONDETUR NONNULLIS.

Nunc sunt, qui objiciunt: quod etsi aliæ leges vituperent usum longiorem, non istum breviculum: aliæ tamen sint, ut synodus generalis sexta in Trullo, *cap.* LXII. quæ diserte vetant & histrionicum: qui sic breviculus. Ea Gangrensis laudatissima synodus: & probata a sexta illa in Trullo: nec rapit legem Dei extra *usum*. Fateor autem cum Lactantio, V. *Inst.* I. Tertullianum in omni genere litterarum peritum. Eo nihil eruditius, aut acutius dixerim cum Hieronymo, *ep. ad Map.* ecquid præterea? Vir insignis, accurataque legum, & actorum Romanorum peritia clarus, Nic. Cal. II. *c.* VIII. Euseb. II. *c.* II. vir legum, & institutionum Romanarum peritissimus: quod historiæ. Breviter, Jurisconsultus ille, cujus symbola in libris sunt nobis *Pandectarum*, Cont. II. *subs.* VIII. Cuja. VI. *obs.* II. Et licet sæpius tamen aut cum uno Francisco Junio, *in Tert. de An.* VI. XXXVI. *de monog.* VIII. *de pud.* V. dicere Tertulliani paradoxa, infantiam defensionis, ineptam argumentationem, malam rhetoricationem, &c. Et pudet me ejus, quum aut legem hanc, aut verbum illud, *Nemo addit ad mensuram corporis sui*, aut similia torquet huc, ut nec liceat altiusculos gestare calceos, similia agere. Quod si enim sonum istorum verborum sequimur, immoderatum quid haberemus tamen intelligere, & fraudulosum: puta, quod Scaligeri avi dictum habet in mulieres Italas, quæ soccis altissimis utebantur, I. *Poe.* XIII. *Ejusmodi uxorum dimidio tantum in lectis frui maritos, altero dimidio cum soccis posito.* Vehementior vir ille, & pronior sæpe, quam par fuit, trahere scripturas ad opiniones suas. Ceterum & respondeo, damnati a Tertulliano, interdici a synodo abusum vel breviculum vestimentorum in ea idololatrica, & fœda gentium histrionia: de qua & loquuntur sola. Et itaque abusum vetant ad rem improbabilem. Quod & nos facimus. Porro autem non quæstio est, si lex perfectior Dei leviorem abusum, in quo aliquid sit immundi, vetare existimetur: certum enim, omnia mundissima præcipi lege Dei. Sed quæstio est, si hic immundum ali-

quid ſit, quod lex Dei voluerit pro ſua munditia prohibere. Et ego nego: quia aliæ leges bonæ non prohibent: quæ legi Dei eſſe conſonæ conſueverunt. Nullum vitium in breviculo, rationabili abuſu eſſe, defendo. Itaque ſi de brevi abuſu intelliges legem Dei, non utique etiam de rationabili intelliges; at de eo, qui eſt ad facinus aliquod improbabile. Ut ſic lex illa moralis eſſe poteſt: quæ alias cæremonialis eſt: nec aliter prohibens veſtium mutationem, quam ſi fiat contra aliquod decalogi præceptum, aut expreſſum, aut tacitum, ut Aqui. I. II. *q.* CII. *a.* VI. Ut illic ſunt regulæ peccatorum generales: ad quas referuntur ſpecies ſingulæ. Quid peccati, quid contra decalogum in mutatione veſtium probabili? Phi. *de deca.* & *quis re. di. ſit be.* Aqui. I. II. *q. cit. a.* III. Aut litteram ſequimur: litteræ ratione non regimur? Aut negamus caſus ullos mutationis probabiles? Audivimus plures tamen. Atque unus nos docet Auguſtinus, non præfracte capere dictam legem. Noſtram legem Hebræi ajunt poſitam, etiam quia cultores idolorum, & magica tractantes ſic veſtibus abutebantur, vid. R. Moy. *Ægypt.* III. *duc. dub.* XXXVIII. Et ſic plurima vetita, quæ ritus gentium haberent, & aliquem odorem idololatriæ: ut illi explicant late. Sic ceremoniæ erant de raſura capitis vetita: quæ in uſu idololatris, *Lev.* XIX. 21. *Jer.* IX. *Eze.* XLIV. *Baru. ep. cap. ult.* Sic quia Ethnici comam ad delitias, & laſciviam alerent, cœperunt viri noſtri pii comas tondere, Aug. III. *de op. mo.* Sic vetitum clericis, comam alere, etiam barbam radere: etſi verbum hoc poſtremum ipſum ſit de decretali raſum, Carth. *conc.* IV. & *c.* V. *de vi. & bo. cl.* Et hæc quoque agnoſcunt noſtri theologi: Danæus *controv* II. *cap.* XL. & quod quidem ceſſent ceremoniæ. Addunt tamen, eis oſtenſum ceremoniis, improbata iſthæc fuiſſe Deo. Quod & ego addo. Verum nec fuerint aliter Deo improbata, quam quomodo ſignificabant ceremoniæ: id eſt, quomodo illi Ethnici utebantur idololatræ.

CAP. VIII.

ABOMINATIONES.

QUod ſi breviculus notatur abuſus in illa lege: ſcripſi, latere etiam, & deſignari turpius aliquid, quam id eſt, quod verba ſonant. Nam additur, *Abominationi Deo eſt, quiſquis facit iſta.* Quod autem tantum ſcelus, in breviculo veſtium abuſu, eſt, ut ſit abominatio? Permagnum quidem hoc peccatum defendit Chryſoſtomus, parvum dici non patitur: ut ſic ego apud Chryſoſtomum, *hom.* XXVI. I. *ad Cor.* legi. Sed quia parvum quoque fit magnum per inobedientiam, ut ait ille: & quia permagnum eſt, turbare magnum in genere humano ordinem. Quæ hic vacant crimina. Ut neque hic eſſe poſſit abominatio. Nam abominatio ubi ubi dicitur in Scripturis, ibi non quale quale facinus, ſed facinoroſiſſimum ſignificatur: quod hoc veſtimentorum non eſt. Habes autem in Scripturis verbum illud (niſi falſus ſum legendo, aut numerando) bis, & ducenties, nec in alia ſignificatione umquam, quam ſi quid notetur, quod ſupra cætera ſit odioſum, ſive de odio Dei, ſive de hominum ſermo ſit. Nam abominari eſt abhorrere: ut ita Jobus XXXI. *Abominabuntur me veſtes meæ*, vid. ibi Tr. Et ut ita, qui decumbit graviter, cibum omnem dicitur abominari: & id genus alia, *Pſal.* CVII. ubi Tr. & ut abominandorum ſic exempla alia apud alios habes, Val. VII. *cap.* VI. Teſtator inquit, *l.* 41. *de vulg. l.* 85. *de be. in l. pe. de l.* 2. *l. ult. de di. re. Si filius meus (quod abominor) prius morietur*: & JC. *Alia, quam per portas egredi, hoſtile, & abominandum.* Et Imperatores ajunt, ſe abominari captivitatem: & abominanda eſſe dogmata Apollinaris, & Eutychetis, &c. *l.* 17. *C. de ſa. eccl. l. ult. C. de apo.* Jam in Scripturis idololatria, & quicquid ad idololatriam referri poteſt, abominabile, & abominatio ſæpius audit, quam ut putidum non ſit ſæpius indicare locos. Hæc dicuntur abominationes maximæ, peſſimæ, abominationes abominationum, *Ezech.* VIII. Et, quod in hoc genere committunt contra præceptum primum, abominationes ſunt. Atheiſmus verbis, factis, Apoſtaſia, Gentiliſmus, Perjurium, *Pſal.* XIV. *Ti.* I. *Mac.* I. I. *Mac.* III. II. VI. *Jer.* VII. Acceptio de re ulla idoli: & ſic *Deut.* VII. *anathema vocatur deteſtabile, & abominabile*: ut inquit Auguſtinus, *Nu. q.* XLI. Abominatio eſt vitioſi pecoris ſacrificatio: & ſacrificatio liberorum facta idolis, *Deut.* XVII. *Lev.* XVIII. *Jer.* VII. Hæc autem eſt idololatria, non modo idolis cultum præſtare, ſed Deo etiam alium, quam ipſe ſibi præſtari voluit, Tr. *Lev.* XVII. Alioqui & Iſaacus oblatus ſancte in ſacrificium Deo: & Chriſtus Patri. Simulatio, diſſimulatio in cultu divino abominanda, II. *Macc.* VI. Et ipſe Antichriſtus abominatio deſolationis, poculum abominationum, mater abominationum terræ, *Matt.* XXIV. *Mar.* XIII. *Apoc.* XVII. Ut taceam oblationem de pretio canis: & ſi quid eſt aliud figurate dictum, aut ceremoniale, quod itidem dicitur abominatio, *Deut.* XXIII. & de quo (ut ſcribit Auguſtinus *quæſt.* XXXVIII.) non promptum ſit reddere rationem. Sanguinarius abominatio eſt. Inceſtæ nuptiæ abominationes. Adulteria, & quæ ſpurciora, *Pſal.* I. *Prov.* XVII. *Lev.* XVIII. *Reg.* I. XIV. Etiam quod cum uxore eſt per hebdomadam ſeparationis, *Ezech.* XVIII. 22. Phi. *de ſp. le.* Clem. Alex. II. *Pæ.* II. Merc. Hip. I. *de mo. nul.* Juſtæ: nam contra naturæ legem & hoc eſt, ad nullum, aut ad malum fœtum agere. Nuptiæ item cum alienigenis ſunt abominationes, *Ezr.* IX. *Malac.* II. de quo expono alibi. Reductio dimiſſæ itidem abominatio, *Deut.* XXIV. Uſuræ, furta, rapinæ abominationes, *Jer.* VII. *Ezech.* XVIII. Lances, menſuræ, pondera doloſa abominationes, *Deut.* XXIII. *Pro.* XI. *Mic.* VI. *l.* 6. *de ex. cr. l. ped. de fal. l.* 37. *de pœ. c.* I. *ne cl. vel mo.* & graviſſime puniuntur: nam ſunt furta tetriora: & juſtitiæ inſtrumenta, teſtimoniaque corrupta ad injuſtitiam ſunt, & ad fraudem. Cuncta turbantur, ſi integritas cum fraudibus miſceatur, ait Caſſiodorus, lib. I. *Var.* X. *A.* III. Ri. *T.* IV. de injuſtis ponderibus, & menſuris. Iſti cæteris ſunt injuſtiores, qui per bonas res nocent, ait Ariſtoteles. Fraus eſt fœdior vi: quoniam inſidiis juſti propoſiti graſſatur: ut ita apud Thucydidem. Et ita Salomon, *Pro.* XVI. inquit, regi abominationem eſſe oportere, malum facere: quia thronum ſuum poſitum intelligit ad juſtitiam. Hoc grave ſic dicitur a Cæſare noſtro, *l.* 6. *C. un. vi.* & ab aliis, Phil. *de jud.* ut illinc injuriarum occaſio fiat, unde jus eſſe debet. Et idem ergo ſapiens, *Pro.* XVII. & Ezechiel, *capite* XVIII. quod qui juſtificat improbos, aut probos condemnat, judex de juſto faciens injuſtum, is abominationi ſit Jehovæ. Severum in iſtos exercetur judicium, niſi juſtitiam adminiſtrent etiam *juſte*, *Sap.* capite VI. De quo verbo & Philo *de jud. de cherub.* belliſſime. De falſis teſtibus, labiis fallacibus idem

judicabis ex eadem ratione, ut abominabilia sint, & habeantur, *Pro.* XII. XXVI. Ceterum longus fuero nimis, si recenseo omnia illa, quæ hoc nomine abominationis insigniuntur in Scripturis sacris. Omnis altus animi, & oculi elati, est abominationi, *Psal.* CI. CXXXI. *Pro.* XVI. *Isa.* II. Phi. *de vict.* Ber. I. *de adu.* Scilicet superbia vitium est comprimis invisum Deo: nam meminisse decet, nos lutum esse, & vermes, & putredinem. Hæc radix, & initium omnis peccati, & caussa totius perditionis. Hæc bonis etiam operibus insidiatur, ut pereant. Cum id genus aliis, quæ apud Theologos exstant. Via improbi, cogitationes mali abominationes, *Pro.* XI. 16. 24. ubi Tr. Hi namque sunt, qui maleficiis incumbunt: & ita perversi animo: &, ut ille amicus Jobi ait, vir imbibens, ut aquam, iniquitatem, *Job.* XV. ubi Tr. Id est, cui tam ordinarium est, familiare peccatum, quam cibus, & potus. Sic peccatores dicuntur simpliciter, qui scelerate perditi sunt, *Mat.* IX. *Luc.* VII. *not.* & peccandi velut artem factitant. Hæc nequitia est, vitium Deo odiosissimum, perversitas omnimoda, & omnis mali in omni tempore fabricatrix, *Pro.* VI. 16. ubi Tr. & *not. Jo.* IX. Drus. I. *Obs.* VII. Qui filii Belijahal dicti Hebræis, illi *viri nequam* a Tremellio passim nominati. Nihil non est sceleris in viro nequam, Budæus *de ser. cor.* Nihil potuit Cicero in Antonium promere vehementius, quam ut *Philipp.* II. diceret eum nequam. *Dicitur siquidem nequam, quasi nequaquam.* Si Bernardo *de pr. & disp.* credis: *ut is solummodo nequam appelletur, qui nequaquam, hoc est, in nullo appareat bonus.* Filius prævaricationis is est, improbus, exlex, Drus. *vo. N. T.* XVIII. Itaque sunt abominationes. Quibus non conferetur brevis abusus vestium. Ecce, inquit Salomon: *Scelus stulti est damnabile, abominandum vero cujusque derisoris*, *Prov.* XVI. ubi Tr. id est, illud peccatum est, & reprobabile, sed non tantæ atrocitatis, ut istud. Ecce & Siracides: *Est improbitas, quæ eadem abominanda*, *Eccl.* XIX. ubi Ju. Quod est, distingui scite oportere inter eos, qui certa malitia improbe in peccatis se ipsos occupant, & eos, qui animi imbecillitate abducuntur. Sed distinguitur abominatio a peccatis reliquis. Et quod idem Siracides ait, *omnem abominationem odit Dominus*, *Eccl.* XV. ubi Dr. Non ego de vitio omni intelligam: utut intelligat Drusius eruditissimus. Nam etsi offenditur Deus perque levissima, non tamen odit ea, habetve sicut abominationes. Et quod derisores dicuntur itidem abominationi, *Psal.* I. ubi Tr. & IX. & *Pr.* XV. id nec quidquam mutat: quoniam hi sunt derisores, qui obfirmati in animi improbitate, & vita improba sunt: Dei contemptores, & salutis desperatæ. Et si quid abundat sermone, itidem dicitur abominationi, *Eccl.* XXVI. tu audi alium Hebræum sapientem, *Apoph. Hebr.* lib. III. *Molestum habere, & quartanam paria.* Illum recogita importunum locutorem unum, a quo vix Apollinis ope servatum se, clamat Horatius, *lib.* I. *Sat.* IX. Aut tu nescis Plutarchi librum integrum hoc de vitio loquacitatis? Ait ille, vitium esse contra naturam, immedicabile, ubique omnibus semper intolerabile, omnia habere in se reliquorum vitiorum mala. Pertinet igitur abominationis nomen ad peccata importunissima, & capitalissima. Quale non est abusus vestimentorum noster. Nam si hoc quoque esset abominatio, tetriora, & immaniora supra nominata quid erunt? Aut tetriora, & immaniora illa cur singulari quasi nota abominationes appellantur? Scelus nec fuerit abominabile, etsi fæmina per jocum, ac petu-

A lantiam induat se semel virilibus: aut futilis aliquis adolescens vestes induat muliebres per quandam itidem lasciviam, aut petulantiam: nam hoc istorum peccatum, est peccatum stultorum: quod non est abominatio. Etsi & pro his sint sacrificia, *Ezech.* XLV. *Stultiloquia, vaniloquia, ociose dicta, facta, cogitata, peccata venialia sunt: leve verbum, risusve per impetum excussus eo facillime veniam promeretur, quo vix vel peccatum reputatur*, ut Ber. *de præc. & disp.* Distinguenda petulantia est a gravioribus, *l.* 16. *de pœ. l.* 6. *de re mil.* & lapsis per lasciviam pœna est minuenda. Etenim Stoicorum est, nullum inter scelus, & erratum B discrimen facere, Hier. *ep.* XIV. ut Paulinus ait, apud Hier. *ep.* II. *Ineptias amatorum in comœdiis erubescimus, in seculi hominibus detestamur.* Sic & distinguit Hieronymus, I. *Jo. ult.* & nostros non facit abominabiles. *Πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστί· καὶ ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον.*

CAP. IX

RESPONDETUR ALIIS QUIBUSDAM

C Ceterum contenditur, imo & abominationem esse in omni abusu: ut est abominatio in contactu rei idololatricæ anathematizatæ: & ut dicitur abominatio oblatum victimæ vitiosæ. Scilicet hæc sceleris insignis, id est, impietatis, aut occasiones essent, aut indicia. Et non fuerit excusandus, si qui meliorem victimam non habet, is vitiosam offerat Deo. Aut, cui desunt opes, is aliquid de Baalis auro in usum suum accipiat. Quæ mihi similia non videntur. Nam qui vitiosa offert Domino, mensam ille Domini contemptibilem dicit, apud Malach. Nec paupertate excu-D satur: quoniam voluntariæ erant oblationes, & sacrificia pleraque: & quæ erant necessaria, ipsa etiam permodici æris erant, & quantavis paupertate parabilia. Sic ad decimam ephæ similæ, ad turtures, pipiones, ad aviculas aditur, *Exod.* XXXV. *Lev.* I. II. III. V. XII. XIV. XV. XIX. XXII. *Nu.* VI. ubi Tr. *Eze.* XLV. Et illud auditur, *Quod si non assequatur manus ejus*, &c. Imo & oblatio admittitur bestiæ malæ immundæque, *Levit. ult.* Nam pretium ejus erit sacrum, non ipsa sacrificium. Atque illud quoque manebat semper, *Obedientiam volo, non sacrificium*: certe magis, E quam sacrificium, I. *Sam.* XV. *Pro.* XXI. *Isa.* I. *Matt.* XII. Qui accipit de anathemate, is item peccat facto suo. Nam hoc furtum est, imo sacrilegium: dum furtum rei fit, quæ Dei est. Dei sunt anathemata, *Num.* XXI. *Deut.* VII. 13. *Jos.* VI. Disputetur de rebus aliorum, si illas furari liceat in necessitate, Sot. V. *de jud.* III. Et nec video ipse tamen, quomodo disputetur, *Pro.* VI Sed de rebus Dei quæstio cessare penitus habet. Necessitas facit licitum, quod in lege, *c.* IV. *de reg. jur.* illicitum est. Et David panes propositionis comedit Domini, I. *Sam.* XXI. Hæc scio. Sed hæc fieri sic potuerunt adversus ceremonia-F lia. Quibus visa potior est anima hominis, *Luc.* IX. Aut Dei tacita dispensatio Davidi accesserit. Hebræi scribunt, neque ad utilitatem licuisse quid sumere de idolis, R. Moys. *Æn.* III. *du. du.* XXXVIII. ut sic destruerentur opiniones pravæ: quum valde crederetur, bona ab idolis esse: & ut sic recederetur ab idolis omnino. Nunc non est ita, Bez. pr. *N. T.* Dan. III. *co.* IV. *c.* XVI. Sed accedimus ad convivia infi-

delium: vescimur idolothytis, & sanguine, & suffocato. Sic igitur respondeo, objecta illa nobis fuisse abominabilia per se. At *ab hominibus instituta illa de vestibus: & Deus post confirmavit:* inquit Chrysostomus, I: *Cor. ho.* XXVI. Vestium abusus nec malo est fomiti, nisi malis. Vitia isthic hominum, non rei sunt. Phi. *de temul.* Spectatores aliqui carmen obturatis auribus aversantur, quod alii quasi lapides nec sentiunt, & alii ad plausus usque probant. Muretus VIII. *Lect.* VII. *Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit uno, eodemque igni.* Apul. *apol.* I. Atque nihil in rebus omnibus est tam innoxium, quin id possit aliquid aliqua obesse. Ovid. ad August. II. *Trist.*

Omnia perversas possunt corrumpere mentes.
Nil prodest, quod non lædere possit idem.

Itaque vitium perversorum hominum, qualis Nero fuit, & Heliogabalus, quibus fomitem hinc extitisse, objiciunt mihi: non hoc scenæ est: quæ imo his fomitibus purgandis, & affectibus reliquis medendis est: ut, Aristotelem, & Timoclem docere, notavi in Disputatione pro poetis, & alii etiam viri doctissimi notant, vid Zab. II. *de na lo.* XV. Et item alii pulchre, (Mint. I. *de poet.*) philosophorum præceptis populum numquam usum: & ocium quoque ei defuisse: adeoque opus aliquo istiusmodi poetarum artificio fuisse, quo horridam refugientes speciem libertatis, & philosophiæ, allici, & doceri possent. Sic Burrhus, ac Seneca, ille severitate morum, hic honesta pollens comitate, lubricam Neronis principis ætatem, aspernantis virtutem, voluptatibus concessis retinendum censuere, ut Tacit. *Ann.* XIII. Aristoteles autem, ult. *Pol.* & Plutarchus, VII. *Symp.* VIII. eleganter, quod sic ut belluæ, quæ non moventur oratione, sibilis ducuntur, & cantibus: ita agrestes multorum animi his excoli actionibus magis, quam re ulla alia possunt. Non omnes recta possunt ratione doceri: igitur movendi deliciis Rhetoricis sunt: ut est apud Augustinum, II. *de ord.* At addunt, Davidem etiam, non modo Neronem, & Heliogabalum brevi aspectu captum, & raptum in adulterii scelus: atque in scena posse facilius fomites, & illecebras sic esse. Ego autem dicam? Posita de parricidiis lex a Romanis est: qui meminerant reum Romulum fraternæ cædis, Oros. V. *c.* XVI. Cic. *pro Ro. A.* Sed a Solone nihil est de eo crimine constitutum, ne ejus, quod non posse fieri existimabat, admonere magis videretur. Sic est, sic. Et nihil multum Ciceronis ratio contra est. *Sanctius ad Oceanum vivitur*, Quinct. *decl.* III. Et illic invertendum Apuleii dictum in *Apolog.* II. in quem nescio, *Nihil histrionis habuit, præter impudicitiam.* Vitia (audis?) histrionum damnant histrioniam, ex se non damnandam. Verum ad Davidem. Captus est: certe a pulchra, nuda muliere. Ego autem nudas produci mulieres nolo. Hoc item contra histriones illos suos, & ludias notat Tertull. *de sp.* XVII. ubi Ju. quod nudæque agerent. *Averte oculum a muliere formosa, Eccl.* IX. XLII. Cl. Al. III. *Pæ. pe.* ad concupiscendam eam scilicet: nam voluit Deus, opera spectari sua, & pulchritudinem. Nolo ludos, qui semina præbeant nequitiæ. At si aliquis ex reconditis in se seminibus ad honestos ludos affici inhoneste potest, *tolli tota theatra jubes? Perdite, si qua nocent, verum hæc quoque perdite tantum*, Ovid. *Trist.* II. & *Metam.* ult. Et neque illud interim inficior, posse cuilibet (sic hominis corrupta natura est) evenire, ut malos de scena non mala affectus hauriat. Sed & sic fit cum aliis omnibus rebus, & bonis, extra virtutem, Arist. princ. *Rhet.* Plu. *de le. po.* Aug. I. *Retr.* IX. Quas tamen non condemnamus. Egregie etiam nostri, (Deci. *apol.* X. XIII.) Non esse æquum id haberi malum, quo uti pro bono licet: & nullam esse artem, nullam vel tam sanctam disciplinam qua mali homines abuti non possint, &c. Dicam postea de voluptate: quam iidem bonam dicunt, quia illam appetunt omnes: & item malam, quia caussa malorum est sæpe. Sic est, sic. *Si in colluctatione, dum inter se exercentur, alius alium occiderit, siquidem in publico certamine, cessat Aquilia: quia gloriæ causa, & virtutis videtur damnum datum, l. 7. ad le. Aquil.* Jaceant artes omnes, & commercia omnia, & omnes sensus, si quod abuti his omnibus possumus, hæc sic caussa omnium affligendorum. Non ita sit tamen. Verum continenda sunt omnia in bono usu. Bonum autem esse histrioniæ usum, dictum est, & dicetur rursus. Sed tu cogita semper, de qua loquamur histrionia. Et sic igitur si abominatio non dicitur nisi de crimine gravissimo: & hoc nostrum vestimentorum non est tale, aut per se, aut per proprium accidens. Sequitur, ut hoc non sit notatum Dei lege: quæ de abominatione loquitur.

CAP. X.

FIGURATUS SENSUS LEGIS DE ABUSU VESTIUM.

Ergo ego ad figuratam ejus legis interpretationem descendi: & censui, flagitium tecte illic significari, quod abominabile est: & specialiter appellatur, non modo cum reliquis generaliter abominatio: & quod fœda intemperie turpissimum, & nefarium etiam ab Ethnicis dicitur: sive mulieres in virorum, sive in mulierum veniant viri opera. Hæc lingua sancta non nemini ita dicitur, quod caveat obscœna plurimum, R. Mos. Æ. II. *du. du.* IX. Cui interpretationi meæ contradicitur nomine hoc, quod legem istam ego interpreter, contra quam omnes faciunt Theologi, dum interpretor figurate. Imo etiam esse illud satis durum, quod scripsi ad interpretationem meam adfirmandam, quod ut alibi in Scripturis sacris, sic tecte verbo *retegendi* figurantur paria flagitia, ita in lege hac, de qua disceptamus, simili loquendi modo, & verbo *non induendi* par crimen significetur. At isti mei magistri dent, intelligi verba legis de abusu longo: & ego eam non capio figurate. Contendant etiam de breviculo, sed propter caussam non probabilem: & obstinate me repugnantem non invenient, quin audiam legem verbis ejus acceptis proprie: quod dixi. At in brevi abusu ex caussa probabili legem istam, & verba ejus proprie accepta obtinere, numquam quisquam evincet. id. Lyr. Cajet. T. Ju. & Ra. *rel. chr.* Et si specialiter ad speciem istam non descendunt, quam ego infero a verbo *abominationis*: quod scelus scelerosissimum denotat. *Viri excellentes*, inquit Philo *de sp. leg. plerasque leges, autumant, apertis ver-*

bis ſignificare occulta my[illegible]ria. Et alibi hanc ipſam legem myſtice explicat: ut ante retuli. Et Clemens Alexandrinus, *Strom.* II. de eadem hac, *Quam rationem habet ea lex? An non vult, nos eſſe viros, & nec corpore, nec factis, nec verbis, nec mente effæminari?* &c. Audi Ambroſium, qui integram epiſt. quæ eſt XV. ſcripſit ad quæſtionem hanc: & contra naturam, & contra decorum adſtruit iſtum abuſum: audi, quid dicat nunc: *Arbitror autem, quod non tam de veſte, quam d[e] moribus dixerit lex, vel de uſibus noſtris: atque actibus, quod alius virum, alius fæminam deceat actus*. Quis non Theologorum ſentit ſenſum myſticum magis? Prætereo alias ſymbolice expoſitas: qui ſymbolicos iſtos pleramque non amem. Nec prætereo tamen ſimillimam noſtræ: quæ & accipitur figurate: *Ne induito veſtimentum varie commixtum*, *Deut.* XXII. XXVII. Chryſ. I. *Cor. ho.* XXI. Tandem vero nec dura expoſitio noſtra dici meretur. Nam a veſtibus eſt utraque oratio *retegendi*, & *induendi*. Ait alia: *Ne quiſquam retegito oram veſtimenti patris ſui. Maledictus, qui retexerit oram veſtimenti patris ſui*. Et hic decens ſermo: quem notamus in Scripturis frequenter, & in aliis auctoribus, *Gen.* IV. *Lev.* VI. XV. XVIII. *Deut.* XXIII *Pro.* pen. *Baru.* ult. ubi Ju. Aug. *Exo. q.* LXXVIII. Dr. I. *Obſ.* V. Gell. XIX. *c.* IX. Serv. IV. *Æn.* Alc. X. *parerg.* XI. Neque enim Stoici ſumus omnes, amantes illi libertatis, aut Cynici impudentiores. Frequentiſſime autem in Scripturis noſtrumque verbum *induendi* figurate ponitur. *Ecce is* (de Abrahamo ait Saræ Abimelechus, *Gen.* XX. ubi Tr. adi & XVII. *Ezech.*) *tibi eſt operimentum oculorum*: & jus, & officium viri ſignificat. *Spiritus Jehovæ induit Gedeonem*, *Jud.* VI. ubi Tr. id eſt, voluntate, & facultate, tamquam armis convenientiſſimis inſtruxit: & frequens ſic eſſe metaphora adnotatur. Et II. *Chr.* XXIV. *Spiritu Dei induente Zaccariam*. Induere juſtitiam, decorem, celſitatem, majeſtatem, jus, ſalutem, virtutem, & id genus alia: quæ non nos legimus in Concordantiis: induere pudorem, ignominiam, maledictionem, & ſimilia. Induere robur, & brachium Jehovæ: induere veſtes ornatas: quod eſt parare ſe ad lætitiam, *Pſ.* XCIII. *Iſa.* LI. LII. ubi Trem. Induere incorruptam naturam, novum hominem, Chriſtum, armaturam Dei: ſuperindui domicilio e cælis: & amiciri veſtibus albis: cum reliquis Bibliorum plurimis, I. *Cor.* XV. II. *Cor.* V. *Eph.* IV. ult. *Gal.* III. *Apoc.* III. Et Tacitus, *Ann.* I. XII. XV. XVI. *Induit munia ducis fæmina*: & is ſic figurate pluries in *Agr.* de quo alii etiam adnotarunt, vid. Fab. II. *Sem.* XVI. *Induit illa patrem*, dixit Ovidius *ep. Herm.* &, quid id verbi velit, quærendum notat Egnatius. At moleſtum, plura de hoc audire, certe dicere. Etiam nudus non modo Adam, qui a veſtibuſque nudus, ſed & qui a gratia Dei nudus populus idololatra, *Exo.* XXXII. Verum ſatis jam, ſatis. Et de hac lege quæ alterum fundamentum contra hiſtrioniam plus ſatis.

CAP. XI.

DE ACTIONE.

TERTIUM autem fuit fundamentum: quod multa fiant in hiſtrionia contra mores bonos. Quod utique ſi eſt, hiſtrioniam ipſe nullam defendo. Sed hic attende, quod adverſariæ diſputationes Theologorum, aliorumve, non ipſam hiſtrioniæ petunt eſſentiam: quæ eſt repræſentatio, & ſimulatio perſonarum. Nam hiſtriones, qui ſic appellantur voce Etruſca, hypocritæ Græca nominantur, Auguſt. *de temp.* LIX. Tert. *de Sp.* ubi Ju. Val. II. *cap.* IV. Liv. VII. Bud. *l.* IV. *de inf.* Ineptum eſt, ducere *ludios* a Lydis: ineptius, *hiſtriones* ab Hiſtris accipere: ut de hoc Scaliger, I. *Poe.* XIII. Pariter, vel ab Hiſtro ludio excellenti ex Etruria hiſtrionum capere nomen, & hoc mihi non adeo aptum videtur. Et non neſcio tamen, Roſcios dictos vel in omnibus perfectos artibus, Cic. *de orat.* I. Et Appianum, *præf.* Feſtumque de Hiſtris tacere: etiam de Hiſtro Plutarchum, *qu. Rom.* CVII. Nam quid dicam, viſum Scaligero non conſtare, unde illud hiſtrionis nomen ſit? Hiſtrionia eſt repræſentatio. Ipſa autem repræſentatio perſonarum non poteſt vituperari. Etenim repræſentat orator, aliique, qui non vituperantur. Non dico, actionem oratori eam eſſe, aliiſve, quæ eſt hiſtrioni. Alia illa eſt quæſtio de qualitate actionis, & repræſentationis. Dico, referendas eſſe oratori perſonas, referendos vultus omnes, dicta referenda, & facta omnium generum. Dico, convenientem geſtum adhibendum ſingulis. Et rhetores hæc me docent omnia, vid. Cic. II. III. *de orat. Bru. orat.* IV. *Tuſcul.* III. *ad Her.* Quinct. I. *c.* XI. *Mimus hallucinatur, Comœdus ſermocinatur, Tragœdus vociferatur, Funerepus periclitatur, Præſtigiator furatur, Hiſtrio geſticulatur, ceterique omnes ludiones oſtentant populo, quod cujuſque artis eſt*: ut ait Apulejus, IV. *Flor.* Et itaque hiſtrionum omnium nec eadem actio eſt. Orator itaque omnino aliter, & alii. Rem autem levem, & importunam in oratore actionem, & hoc ſcimus, Ariſt. III. *Rh.* Cic. I. *de orat.* ſed &, ejus habendam tamen rationem, ſi non tamquam honeſtæ, certe tamquam neceſſariæ, volunt rhetores. Neceſſariæ? etiam primæ, & poſtremæ. Et nos, actionem hiſtrionicam levem quodammodo, & importunam eſſe, confeſſi ſumus: ejus tamen habendam rationem eſſe, ſi non tanquam honeſtæ, certe tamquam neceſſariæ ad poematum perfectionem, & hoc contendimus. Videlicet ſcribuntur poemata, ut agantur, non ut legantur: ut Ariſtoteles, *de Poet.* in tragœdiæ partibus ſic recenſet actionem, Mint. I. *de poet.* Quod ſi autem actio hiſtrionica levior eſt, & importunior: & id quoque defendimus, joci, & utilitatis cauſſa aliquantiſper: quod de Platone alias indicavi. *Qui paullulum aliquid decorum egreditur, non eſt in vitio*: de Ariſtotele, & de jure dicitur, Pic. X. *ph. mora.* Bal. *l.* 4. *C. de ſe. fu. l.* 2. *de re. ve.* Et Hieronymus, *ep.* I. ait, *Malo verecundia parumper, quam cauſſa periclitari*. Habeat (quod de moroſitate ſenectutis ſcribit Cicero in *Lælio*) actio hæc aliquid excuſationis, ſi non illius quidem juſtæ, at quæ probari poſſit tamen. Non, non in puncto aliquo vertitur virtus: a quo ſi abieris, ilico rem facias inexcuſabilem: facilior illa, & mitior eſt. Vitioſi illi ſunt actores, qui

peccant aliter per qualem actionem: & quos postea audiemus ambitiosos nominari. Nam isti nostri certe sunt non modo actuosi minus, quam aut publici fuerint, sintve hodie histriones, sed & quam fuerint olim oratores. Certe nostri vix agere visi essent actores.

CAP. XII.

VITIA POETARUM.

Et quia nec agit quicquam histrio, nisi quod accipit; atque eo quippe modo, quo a poeta factum, figuratum, dispositum est: ut ajunt verissime, Scal. VII. *Poet*, V. videri vitia importuniora multa possunt poetarum potius, quam histrioniæ. Nam potest poeta turpes illas personas non effingere, in quibus obscœni aliquid, aut indecori conspicitur. Notatus Æschylus est, qui primus ebriosorum personas in scenam duxit, Athen. X. Potuit Aristophanes ranas, vespas, scarabeos non inducere. Et potuit Eupolis non inducere capras: & in genus alii alia portenta, aliena comicis actionibus, Macr. VII. *Sat.* V. Et potuit Plautus amplexationes, & oscula non inferre in *Curculione*, & in *Truculento*: tractationem papillarum in *Casina*: scortationes in *Mostellaria*: & spurcissima plura in *Asinaria*. *Pseudolus*, *Persa* non vacant culpis; & neque *Stichus* in postrema fabula: propter quod adsumentum videri Ausonio, *idy.* XII (quid si Lipsius, I. *ep. q.* II. ista non novit?) *Stichus* potuit vilis; quæ alioqui est dignissima. Video ego vitia illa in Plauto: & reprehendit merito Sebastianus Minturnus magnus poetarum magister, IV. *Poet.* Reprehendit ille jocosque illiberales, insulsosque ejus poetæ merito: & accedit ad Horatii *Poet.* & veterum grammaticorum (Dona. *Eun.*) judicium in re ista. Quod quidem an rejiciat merito P. Victorius, XXVI. *lect.* XVI. motus populi Romani auctoritate, Plautinos sales adprobantis: & quia libertini filius, & Venusinus homo intelligere hic minus potuerit: ego, judicari ab aliis rem, velim. Alii etiam, (Card. III. *de Sap.*) discedunt hodie ab Horatio: & Plautum Terentioque præponunt. Hæc tamen quæstio alia est de Terentii, & Plauti dignitate. Atque exstat Volcatii Sedigiti, antiqui auctoris, judicium de comicis poetis: quod A. Gellius XV. c. XXIV. Macrobius, Donatus tanquam justissimum probant: ut Alciatus ait, II. *parer.* XLII. & in quo locus Terentio postque Plautum, & tantum non postremus adjudicatur. Etiam Servius sic I. *Æn. Sciendum est Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse propositum, quibus est, quantum ad cetera spectat, inferior.* Etiam Cæsar queritur, lenibus Terentii scriptis deesse comicam vim, Dona. in *Vit. Ter.* & jacere eum in hac parte despectum: & cum Græcis non æquato pollere honore amatorem puri sermonis. Atque ad sermonem quoque quod attinet, Plautus etiam audit verborum elegantissimus, linguæ Latinæ decus, & lex, & quid non? Terentius lima dicitur tamen, Gell. I. c. VII. *lib.* VIII. c. XVII. *lib.* XIX. c. VIII. Scal. *de cau. l. L.* 130. Et Plautus nec nominatur a Paterculo, quum aliorum clara recensentur ingenia, Afranii, Pacuvii, Accii, Lucilii: & quum facetiæ leporis Latini itidem Afranii, malique illius auctoris Latinitatis Cæcilii, & Terentii nominantur, Cic. III. *Att.* VII. *Bru.* Ubi mala medicatio Lipsii est. Audit heroicus summus Virgilius, tragicus nullus, at comicus Terentius fortasse: non certe Plautus, Mint. II. *de Poet.* Homerus, Virgilius, Menander, Terentius principes poetarum imitandi proponuntur: tacito Plauto, Hier. *ep.* XIII. Et antea: *Ennius summus epicus, & Pacuvius tragicus, & Cæcilius fortasse comicus:* non certe Plautus, Cic. *de op. ge. or.* No. *de va. si. se. In argumentis Cæcilius poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus.* Hæc varia judicia, & contra Plautum vera. Judicium Horatii in poetica re faciendum pluris est. Numerosus ille, & judiciosissimus, & ubique singularis, & in omni sapientiæ genere admirandus; quod & Veteres ajunt, & recentiores, Card. II. *de sap.* Dan. II. *co. s. c.* I. Nemo dicat, *semper in oratore probando, vel improbando vulgi judicium cum intelligentium judicio congruere; nec umquam istbic fuisse populo cum doctis intelligentibus dissensionem. Id ipsum esse summi oratoris, summum oratorem populo videri*, &c. & *finitimum oratori poetam, & prope eundem*. Nam *poema est reconditum paucorum adprobatione*, &c. Cic. *Bru.* & I. *de orat.* Nec tamen inficiamur, sæpius etiam elegans, urbanum, ingeniosum, facetum jocandi genus & Plauti fuisse, & Atticorum antiquæ comœdiæ. Nam resisteremus, non fæci modo Romuli, sed & Varroni, & Ciceroni, I. *de Off.* & aliis viris magnis, Brod. VI. *misc.* II. qui itidem laudarunt Plautinos sales, & Atticos veteres. Sed hoc est, quod dicimus, in multis illis locis Plauti, & Aristophanis, in cavillationibus, dictis, dicacitatibus esse nonnulla insipida, & nimis indecora, atque scurrilia. Nec id inficias ibit quisquam, qui a me modo notatas comœdias legerit Plauti. Nos & cum Scaligero, *Hyp.* III. summo illo altero doctore poetarum, verba, & orationem Plauti, suspicimus, artem sæpissime desideramus. Nec tamen recte reprehensum Plautum a Minturno, putem, in eo, quod poeta habet in publico comessationes. Licet enim sit verissimum, molestas spectatoribus, & plenas tædii esse, nec absque aliqua nota pudoris, comessationes istiusmodi: tamen Plautinæ non fuerint sic in spectatorum oculis, at in aliqua scenæ parte seposita, & intra domos: ad quas prospectus ipsis pateret actoribus. Ut ita simplicitati antiquorum placebat, ad frugalitatem testandam in atriis, foribus comessari apertis, Val. II. c. V. Serv. I. *Æn.* Ut ita etiam per leges jubebatur, Romæ fieri: quo, oculis civium testibus factis, luxuriæ modus adhiberetur, Macr. III. *Sat.* XVII. Et solet Plautus de illa civitate, urbeque multa palliatis suis aptare, Min. IV. *de poet.* Scal. Hyp. III. Et poetæ omnibus aliis melius Veterum, in edendo præsertim, & bibendo, mores expresserunt, Merc. I. *Lect.* XXII. Extra illum locum Minturnus hoc quoque de comessationibus bene. Et bene etiam illud, oris distortionem, & depravationem aliquando parasitis tribui in comœdiis: & esse tamen scurrile, & illiberale. Sane Pallas & ob hanc caussam abjecisse tibias dicitur, Arist. ult. *Polit.* Ovid. VI. *Fast.* Cl. A. II. *Pæd.* II. Prop. II. *el.* XXX. item & Alcibiades: *Turpia cum faceret Palladis ora tumor.* Et Scaliger ille, *de cau. l. L.* VIII. jacturam mavult hodie diphthongorum, quam redimere earum pronunciationem per aliquam oris distortionem. Etiam in vilissimis parasitorum personis hæc actio reprehenditur. Sic potest & vilissimarum personarum actio esse nec reprehendenda. Sic auctores ipse improbo, sic actores. Probo, quod de Captivis suis jactitat Plautus in prologo, & in epilogo, ut nihil obscœni, nihil indecori conspiciatur: non sint versus immemorabiles, non leno perjurus, non meretrix, non amatio, non scortatio: at ad pudicos mores omnia habeantur: qualia pauca poetæ referant, ubi boni meliores fiant. Ipsius Plauti *Trinummus*, *Rudens*.

Aulularia, aliæ probari poſſunt. Terentianæ omnes, & fere in omnia, & per omnia, Philemonis mediæ comœdiæ ſic laudatæ, Apul. III. *Flor.* raræ apud illum corruptelæ & uti errores conceſſi amores: nec uxor inhibens, mater indulgens, patruus objurgator, ſodalis opitulator, miles prælitor, paraſiti edaces, parentes tenaces, meretrices procaces, amica illudens, ſervus callidus, amator fervidus, leno perjurus. Non eſt verendum, quin ſint, aut eſſe fabulæ honeſtæ poſſint, & dignæ: ſive illæ comœdiæ ſint, ſive tragœdiæ. Et ecce toties dico, quales defendo fabulas, & fabularum actores. Aut ſi dura hæc ſunt: &

Fabula jucundi nulla eſt ſine amore Menandri.

Ovid. II. *Triſt.* dedi jam amationes, ſed Pamphili: dedi meretrices, ſed Bacchides Terentianas: & reliquas ſimiles perſonas dedi: in quibus effingendis Terentius quaſi contra illarum naturam, & contra præcepta artis laboravit: & probavit tamen ſe mirabilem: ut boni ipſius interpretes obſervarunt. Itaque ait Scaliger, *Hyp.* III. Terentium ſumma arte omnia confeciſſe.

CAP. XIII.

SENTENTIA THEOLOGORUM DE HISTRIONIBUS.

An contra me ſunt Theologi? Ajunt, ludos ſcenicos, & theatra eſſe ſpectacula turpitudinum, cathedram peſtilentiæ, licentiam vanitatum, publicas profeſſiones flagitiorum, & id genus alia, Aug. I. *de civ.* XXXII. II. XIII. & I. *de co. ev.* XXXIII. & *de fin. & op. Arena ſævit, circus inſanit, theatra luxuriant*, inquit Hieronymus, *ep.* XVIII. Cl. Al. III. *Pæd.* XI. Sed illud præcipuum hic eſt, quod Auguſtinus, III. *Conf.* VIII. ait, affectus imo ad theatra non purgari, ſed irritari magis. Et iſta tamen, quæ ego de Theologis affero, & quæ afferri alia ab aliis queunt, non hiſtrioniam, ſed qualem hiſtrioniam, affligunt: ſicuti quæ contra poeſim dicuntur ab iiſdem, Savon. IV. *de ſcient.* Iſta contra mercenarios illos hiſtriones valebant: contra actores meos non valent. Illi profligato pudore, deditiſſimi probris, & turpitudini: & dediti a teneris in iſtam artem quam facerent poſtea ſemper, Phi. *de lega*. Ut non mirum extiterit, ſi (quod fit) frequens imitatio tranſibat ipſis in mores, Quinct. I. c XVIII. Viri apud illos frangebantur (ut ſic loquitur Cyprianus, *ep.* X. & Hieronymus IX.) in fæminas. Glabri, pervolſique ludii, Plaut. *prol. Bacch.* & quibus ante pubertatis annos fibulæ, ſive circelli illic affigebantur, ubi viri ſumus, illi viri ne eſſent, & vocem perderent, Comm. *ve. Jun* VI. Merc. II. *Lect.* XIX. Semivirorum membra dicit Prudentius, *de orig. pec.* Illos exſectes plane, & enerves, & impudicos ait Apulejus, *Apol.* II. Alia ante retuli: & de idololatria expoſui. Quæ communia noſtris non ſunt. Atque Patres illi ſic caverunt egregie, nequid nobis commune in moribus eſſet, & conſuetudinibus Ethnicorum: itaque interdixerunt ſpectaculis: quæ pertinebant ad idololatriam: præbebant locum peccatis, concupiſcentiis, blaſphemiis, diabolo: ut ſic diſſerunt Magdeburgenſes, III. *cent.* VI. Quæ igitur injuſtitia hæc eſt, ut diſpari tempore, in diverſa cauſſa, contra alias perſonas eadem cum antiquis Theologis urgeantur? Non id ſane magis eſt juſtum, quam ſi novam comœdiam vituperaſſes ex his, quæ contra veterem notabantur: dicendi libertas intemperans nimis, lenitas conviciandi, ſcurrilitas admodum faſtidioſa, verba indecora paſſim, & laſciva nomina: cum interim *novæ elegantia, & jucunditas laudari debuit: quæ & ad effingendum, componendumque animos non nihil valet, & mores ad humanitatem*, quæ a viris graviſſimis, Ariſt. IV. *Eth.* Plut. VII. *Symp.* VIII. Hier. *ep.* IV. obſervata, & prolata ſunt nobis. Etiam hoc traditum, & receptum eſt in ſententiis veterum Theologorum de rebus religionis, illas plurimas fuiſſe conjectas bene adverſus ſuorum temporum hæreticos: quæ ſimpliciter dici nequirent. Diſtinguenda tempora, diſtinguendæ occaſiones, &c. Et prohibeantur ergo ſpectacula, quæ plena omni malo: ut Clemens Alexandrinus, & alii loquuntur Theologi. Sed quæ omni malo vacant, non prohibeantur. *Ut prophanos ritus ſubmovimus, ita feſtos conventus civium, & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoveri*: ait lex 4. *C. de paga.* Quæ verbis non tenentur, ea nec tenentur ſententia, *l.* 4. *ubi not. de da. inf.* Nam quid dicam de ratione? ut qui ea non attinentur, hi nec attineantur ſententia. Actoribus meis (ſcis, quos dico meos) non rationes, non verba aptari valent Theologorum, qui vituperant ludios. Et Auguſtinus, I. *de muſi.* (nota) vel ipſos illos hiſtriones cenſuerit laudandos, qui non captaſſent auram imperitæ multitudinis aut lucrum, ſed ipſa ſic oblectati fuiſſent muſica, re præſtantiſſima: adi ad libros *de muſica*.

CAP. XIV.

SENTENTIA JURISCONSULTORUM.

Ut vero inique urgent Theologi patres contra noſtros actores: ita etiam lex noſtra civilis contra eoſdem nominatur imperite. Notati lege noſtra ſunt, qui in ſcena artis ludicræ, pronunciandive cauſſa prodeunt, *l.* 4. *de infa.* Qui iidem ſunt cum notatis a ſchola Theologorum. Audiamus Juriſconſultum ſpectatæ pietatis, & doctrinæ, Hugonem Donellum, II. *comm. ju.* I. *Non enim in ſcenam prodire, aut quid in ſcena pronunciare, per ſe turpe eſt. Sed ea erat olim ſcena apud Romanos, ut ab his, qui in eam prodirent ſpectaculi ſui præbendi cauſſa, multa obſcœne, turpiterque & dicerentur, & fierent: quæ & læderent pudorem boneſtorum, & pravis verbis, ac factis bonos audientium, & maxime juventutis mores corrumperent.* Hæc & P. Fabri, boni item, & illuſtris Juriſconſulti, ſententia eſt, quam alias recitavi de illa Romanorum ſcena. Et de illa quis non? Aut quis hæc dubitat? Sic doctores juris divini, & doctores juris humani conveniunt, Viv. II. *Aug. de civ.* XIII. Et illi, & iſti ſcenam condemnant non per ſe, ſed per accidens quoddam: quod ſi removeris, abſoluta eſt ſcena. Ergo noſtra abſoluta ſcena eſt. Sic ludus alius nec per ſe reprobatur, Cic. I. *de Off.* Bal. *l. ult. de aleat. l.* II. *C. de co. ob. ca.* Dec. *conſ.* CXV. at quia in ludo blaſphemiæ, fraudes, alia admittantur mala ſæpius: quod Philoſophi, & item Theologi, & legum Interpretes tradunt. Venatio, alias prohibita, recreationis gratia cenſetur licita, nec prohibetur, &c. Decia. I. *conſ.* VIII. Cauſſa recreationis facit, ne is aufugiſſe videatur, qui abiit tamen, &c. Atque de hoc poſtea plenius. Interim audis ſcenam non eſſe infamem per ſe: & abſolvi igitur actores meos ab iſthac infamia juris. Audies ſermone proximo etiam clariſſimum Baronem. Sed neque attinentur mei infamia facti, quam vocant:

cant: quæque gravata est opinio: sive mores sunt leviores, & improbati: sive ignominia ipsa est: ut ista sunt frequenter synonyma, *l.*25.*C.de adult.l.*6. *de decu.*Bal.*l.*1.*de his, qui su.ju.*Cov.11.*de sp.*x.Bod. 111.*De rep.*111. Cic.*pro Clu.* & IV.*de rep.* apud. No. Infamia hæc est illaudari a laudatis: ut bona est fama a laudatis laudari. Infamia hæc est macula adquisita ex corruptis moribus, divulgata in populo detestabilis, & maxime apud bonos, & graves. Sic interpretes nostri, aliique. *Licet verbis edicti non habeantur infames, re tamen ipsa, & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam:* inquit Julianus, *l.*2.*de obs.ra.pr.l.*13.17.*C.ex qui ca.in ir.*de suis quibusdam. *Quæ pater in testamento filios increpans scripsit, infames quidem filios jure non faciunt, sed apud bonos, & graves opinionem ejus, qui patri displicuit, onerant:* ait Alexander. Et de quadam judicis interlocutione Gordianus: *potius verecundiam onerare, quam ullam existimationis maculam videatur adspergere.* Hac infamia facti videntur attaminari illi quoque, quos ab altera juris *l.*4.*de infa.* liberos audimus, agitatores. Sic enim dicere videtur diversa in Codice constitutio, *l.*4.*C.de spect.* Et ex hoc etiam videtur dicendum, aliosque ista facti attineri infamia, qui ab illa juris cum agitatoribus pariter eximebantur: omnes in scenam (verbi gratia) nec propter præmium prodeuntes. Tacitus sane, 11. *Hist.* scurris, & histrionibus aurigas jungit: & itidem dicit inhonestos. Mimis, & scortis jungit Hieronymus, *epist. ad Nep.* Et itaque P. Faber in *Semestribus* inhonestos relinquit agitatores, & infamia isthac facti aspersos. Cujacius, *l* 4.*C.de spect.* hoc amplius, sine pugnantiæ confessione vix, ac ne vix quidem explicari hic leges posse. At Bartolus tamen, *l.*2.*C.de spect.* (quod & ego dixi olim in Pomponio) antiquiorem legem de agitatoribus capit, qui certaminibus sacris deserviunt: posteriorem de notatis aliis. Sic leges posteriores aptantur prioribus, *l.*28.*de legi.*Ceph.*cons.* XXVIII. De athletis autem, qui serviunt sacris certaminibus, vide *Gymnastica* Mercurialis clarissimi, lib. 1. cap. XIV. & videris honores, privilegia, præmia, alia ipsis contributa. Sic ut nulla maculati labecula sint. Ipsi quinimo histriones non semper hac facti infames habiti videantur. Fuit namque Roscius & charus, & laudatus claris, laudatisque viris, Cic. *pro Ros. Com. pro Arch.* & *Rh.* 14.*le.* 17. & summorum virorum encomiis personam suam non inseruit impudenter, Val. *lib.* VIII. *c.* VII. Unde intelligimus rursus, non damnari scenicos propter ipsam scenam, sed propter vitia alia scenicorum. Quæ, cum essent vulgaria, fecerunt vulgo omnem histrionem lege infamem. Scilicet hæc est legis natura, ut a plurima caussa sanciat universaliter: etsi id in aliquibus iniquum esse necesse sit, *l.*3.*de leg.* Liv. *l.*XXXIV. Quam emendent hic, sicut & alibi sæpe, probi viri iniquitatem: nec ferant, esse eum infamem, qui per legis generalitatem, non per culpam suam incidunt in calamitatem. Hæc facti infamia spectanda nobis est magis: quæ & incurrit certiori judicio, & multo teneriori. Etiam ea lex civilis, infamans histriones, recepta nunc non est usu. Et neque olim valuit extra Romam, Tac. *de orat.* Nam in Græcia *honestum* fuit, ludicras exercere artes. *Quid erubescis tu, togate Romule, scenam quod introibunt tam clari viri? De more Græco prodeo in scenam Solon,* Auson. *Sap.* In Græcia decorum, quod Romæ indignum visum studium musicæ oblectationis, Cor. Nep. *proœ.* & *Ep.* Manu. *pro Arch.* Et huc igitur ad nos oculi advertendi. Nam banniti ex Anglia apud nos non sunt infames: ut ait Baldus, *l.* 2. *de or. ju.* Neque tamen non ostendi, actores nostros non esse infames lege Romana.

CAP. XV.

LEX NOTAT QUÆSTUARIAM. HISTRIONIAM.

AGE, & singula dispiciamus Juris Civilis. Pergit Donellus: *Sed hi soli notantur, qui quæstus caussa prodeunt, id est, qui ex arte quæstum faciunt. Quam vivendi artem qui sequerentur, apparet, desidiæ, & ignaviæ deditos, publice ad eam ignaviam, & alias malas artes exemplo fuisse. Ergo horum vita, & facta prohibentur, ne aliis noceatur in moribus. Quod nocendi genus est gravissimum: sed eo perniciosius, quod & publicum est, & specie blandæ voluptatis irrepit, & illapsum abripit incautos.* Atque sic habemus, infamia notari scenam non per se, sed propter allata in scenam, & propter personas venientium in scenam, & propter caussam adventus, quæstum. *Hi soli notantur, qui quæstus caussa prodeunt.* Inquit autem Quinctilianus, *lib.* ult. *c.* VII. pleraque hoc ipso videri vilia, quod pretium habent. Quum est arti commensurata merces, hæc in arte censenda valde valet. Alioqui *medicis, præceptoribus non rei pretium, nam inæstimabilis, sed operæ solvitur,* Sene. VI. *de benef.* Ceph. *cons.* 70. 71. Et honorarium est: & itaque dicitur, *l.* 1. *si me. fa. mo. di. l.* 1. *de ex. co.* P. Fab. *de ju. & ju.* Hot. *de co. ca. da.* & *cons.* XIII. Non correspondens justæ mercedi, nec mutat, Alc. V. *cons.* XII. Præmium dicitur, quod propter honorem, & dignitatem solvitur: merces, quæ propter laborem, Castr. *l. die functo.* Pretium non est, quod rei non respondet: nec merces, quæ non respondet fructibus: ideo nuncupatur servitium, quod pro feudo præstatur, Bal. *l.* 1. *de di. re.* Cum id genus aliis pluribus. Et tamen objicere se hic videtur Budæus & Dionysius Gothofredus. Ille *l.* 4. *de inf.* dum dubitat, an etiam notentur agentes sine pretio: quoniam Græca quædam epitoma hos quoque notet, qui propter ambitionem, non propter quæstum prodeunt. Alter, Goth. scil. *l.* 2. *de inf.* dum ita adfirmare videtur, scribens ad illa legis, *eos enim, qui quæstus caussa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse, Pegasus, & Nerva filius responderunt,* & notans, imo omnes scenicos esse probrosos, & tribu moveri solitos. Et cum Budæo is itidem affert de Livio, & Augustino, quod ostendat, histriones sic fuisse. Verum ad epitomam dicimus nos, eam non esse legislatoris: itaque nec obstringat valide nos. Imo nec obstringat tantulum: quæ an sit Jurisconsulti, nescis: obscura est, ignobilis, sine nomine, spreta, relicta tenebris, & tineis utcunque in Vaticano. Etiam *non ex indice alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendos esse nos,* ait *l.* 2. *de fi. instr.* Quid si index textui contradicit? Non auditur, Not. *l.* 1. *de re. cr.* Et inquit Alciatus eleganter, 11. *cons.* VI. plus esse credendum doctori, qui scripserit responsum, quam alteri, qui epitomam responsi fecit. Atque plurima hæc sunt. Et plura mox dico de epitoma. Nunc de nota Gothofredi quæro, an ad leges nostras pertineat, an ad alias vetustiores. Et de nostris aut sic notatur, quasi non dicant, carere nota, qui propter quæstum non agunt: etsi dicunt, non carere nota, qui propter quæstum agunt: quasi ineptæ sint istæ leges, & istæ Jurisconsultorum nostrorum distinctiones. Sed de sententia legum non dubitabitur, quin ita distinguant. Et verba Donelli audivimus. Audi & Baronis, *l.* 2. *de inf.* *Quare, qui de Christo, vel martyre tragœdiam hodie agit, non notatur: nisi forte ob quæstum prodeat in scenam.* Sed & ita Accur-

ſius, Gothofredus, Baldus, Caſtrenſis, *d. l.* 2. Sed & ipſi veteres Juriſconſulti perſpicue, *l.* 4. *de inf. l.* 1. *de poſtul. Athletas autem, Sabinus, & Caſſius reſponderunt, omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc facere: & generaliter ita omnes opinantur.* Atque iterum: *Qui locavit operas ſuas, ut cum beſtiis depugnaret, notatur, etſi non depugnaverit: ſi non locavit operas, ſed depugnavit, non notatur: & qui virtutis oſtendendæ cauſſa hoc faciunt ſine mercede, non teneri, ajunt veteres.* Et in hanc ſententiam alibi quoque, *l.* 3. *de teſti. l.* 7. *ad le. Aquil. Ignominia damnantur, qui quæſtus cauſſa prodibant in publicum,* Jun. *Tert. de Spect.* XXII. Mirum ſi & clariſſimus Junius diſtinctionem non agnoſcit. Merces, nomen, & res ſordidior damnatur. *Ubi pecunia, ibi ſord's:* ait Baldus, *l.* 1. *de off. p. v.* Pretium ſæpe multa facit illicita, & viliora, quæ gratuito, vel ob meritum concesſa forent & licita, & digniora, *l.* 29. *de ad..t.* Dec. III. *conſ.* XIX. Alc. 1. *conſ.* Etiam delictum eſt grave minus, gratia patratum. Sic infamis Laberius, qui invitatus D millibus in ſcenam prodiit, Macr. II. *Sat.* VII. Et contra, qui non præmii conſequendi gratia delationes ſuſcipiunt, eorum fama non læditur, *l.* 2. *de ju. fi. l.* 2. 3. 4. *de aleat.* Etiam quum ludere in pecuniam non licet, tamen, ubi pro virtute certamen fit, licet. Etiam quod in convivium veſcendi cauſſa ponitur, in eam rem ludere permittitur. Eſt ludus honoris, & laudis: eſt naturæ recreator: eſt alieni fraudator: eſt fortunæ tentator: ut exponit Baldus, *l.* 11. *C. de co. ob ca.* & priores ſic probat. Quod ſi illi quoque jure Quiritium notantur infamia, qui virtutis oſtentandæ gratia in munere gladiatorio nomen dederint: id ſic fuerit, quia iſti animas peterent hominum, Alc. *de ſi. ce.* 2. 3. Baro *l.* 3. *de inf.* & ille ludus perque excellentiam, perque antiphraſim. Ergo alia colluctatio virtutis cauſſa probata eodem jure. Non itaque nota Gothofredi pertinet ad leges noſtras: veluti hæ quidem ſic de quæſtu dicant, redicant, & iterumque dicant, ſed & ſentiant idem tamen, quum agitur ſine quæſtu. Et hoc tamen argumentum fortiſſimum eſt, ne cenſeantur notati, niſi quæſtuarii, de quibus toties non fruſtra expreſſum fuerit. Etiam verbi cauſſa ſic oſtendit: ut ex cauſſa verborum pendet, & cognoſcitur ipſorum effectus, Bal. *l.* 6. *de his, qui ſu. ju.* Ceterum & ſic diſtinctio claris eſt verbis polita. Alterum igitur mirabor, ſi Gothofredus veteres omnes juriſprudentes in hac diſtinctione notare voluerit impudentiæ, atque inſcitiæ: qui ipſam diſtinctionem contra edictum prætoris, quod interpretabantur tamen, induxerint. Nam eum hominem non moror, quem audio id audere, & huc afferre vulgare verbum, *Ubi lex non diſtinguit.* Brocardum hoc eſt: quod ita explicatur, ut non diſtinguendum ſit, niſi vel lex alia, vel ratio diſtinguat, Bal. *l.* 10. *de Pub. l.* 4. *C. de fur.* Sic & ſæpiſſime diſtinguitur, ubi lex non diſtinguit, Alc. *c. omnis. de pœnit.* Ceph. *conſ.* XVIII. Sic & excipitur, ubi lex non excipit. Quid ſi enim non facit mentionem prætor de caſibus exceptis, quia proceſſerit per modum traditivum regulæ? Sed quid ſi diſtinctio hæc non eſt, ſed declaratio, Bal. *l.* 3. *de Pub.* Differunt iſta, *l.* 1. 21. *de pe. co. l.* 32. *ad Vell.* Alex. II. *conſ.* CVI. & V. CV. Cov. II. *de ſp.* VI. IX. Pont. *rub. de V. O.* Differt intentio declarata ab extenſione, Ceph. *conſ.* XXVIII. add. Bal. *l.* 4. *C. de ſc. fu.* Declaratio hic eſt: diſtinctio non eſt. Etſi conſultorum auctoritas nec minor in edicta fuerit, quam prætorum in leges, *l.* 3. *de co. cu. em. li. e. l.* 10. *de coll. l.* 5. *de re ju. l.* 26. *de æd ed. Inſt. de bo. pe.* Sed declaratio eſt: nam oſtendit ratio, de qua dixi, actores non quæſtuarios edicto prætoris non infuiſſe. Et idem oſtendit mens, de qua dicam. Atque nos ſententiam, & mentem ſequimur, etiam quum verba aliter velint. Hos non ſequimur, qui figuram verborum ſequuntur: *Mihi Labeo videtur figuram verborum ſequi, Proculus mentem: ideo reſpondi, non dubitare, quin Labeonis ſententia vera non ſit, l. ſi quis de V. S.* Et ſic ſunt innumera. *Sententiam magis ſequendam, quam ſcripturam. Magis rem quam verba intuenda eſſe. Etſi maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legiſlatoris aliud vult. Edicti verbis induci, ſed ex mente prætoris denegandum. Et verba quidem videntur: ſed non eſt veriſimile. Nec adjecit, ſi non,* &c. *Sed ſic intelligi conſequens eſt, l.* 36. *de cond. l.* 20. *de bo. po. co. ta. l.* 15. *de fal. l.* 41. *de ju. do. l.* 13. *de excuſ. l.* 55. *de leg.* 3. Decia. II. *conſ.* XLIII. Et plurima ſic ſunt. Et igitur, quod nec adjecit in noſtro prætor, ſi non abſque quæſtu fecerint, ſic tamen intelligi conſequens eſt. Sic per contrarium, *l.* 7. *de juriſd. Edicti quidem verba ceſſant: Pomponius autem ait, ſententiam edicti porrigendam eſſe ad hæc,* &c. Baro id obſervat præterea, concepta aliter habere Ulpianum potuiſſe verba edicti hujus noſtri, atque nunc nos illa habemus. Sed neque mens, aut ſenſus prætoris tenet actores non quæſtuarios. Unde ſcripſi, nec reſpexiſſe in edicendo prætorem, niſi ad fæcem illam quæſtuariam: namque actores alios, præter quæſtuarios nec noverit. Non enim niſi ſub Cæſaribus exſtiterunt hi, qui, principi ut placerent, aut ſibi etiam indulgerent, non ut facerent hanc artem, prodibant in ſcenam. Quid, quod novit imo prætor aliquos hiſtriones, & eos nota omni exemptos, Atellanarios? Manut. *de Senat.* Aut quid Atellanarios dico? nulli hiſtriones notati erant a principio: quum necdum ludicra hæc res ad artem, & ab ſano more illo priſco in inſaniam non tolerabilem deveniſſet, ut ſic Livius, *lib.* VII. habet clare. Et ſic notat de Auguſtinoque Albericus, *rubr. & l.* 2. *de his, qui not. inf.* neque apud Græcos, neque apud Romanos antiquitus fuiſſe hiſtriones infames. Naſica cenſor ludiones amovit tribu propter ipſum hunc ſordidioris operæ contemptum, Scal. 1. *Poet.* & itaque annos habes amplius ducentos, in quibus non ſic infames fuere Romæ hiſtriones. Et intelligis damnatum hiſtrioniæ abuſum, non ipſam fuiſſe damnatam hiſtrioniam. Scilicet honeſta, & utilia, donec uſus rectus eſt, Dionyſ. V. Eadem vero turpia, ſi uſus depravetur. Ita porro & Caſſiodorus, IV. *Var.* ſi. in ſcena floruiſſe muſicos actus, & dicta ſeculi prudentiſſimi: factum vero poſtea, ut honeſtiſſimæ diſciplinæ fugerent conſortia improborum: & honeſtæ cauſſa delectationis repertum, id præcipitatis mentibus tractum ad corporeas voluptates. Et cetera de theatri abuſu. Poſt igitur Romana juventus reliquit hiſtrionibus fabularum actum. Et iſti notati ſunt. Ante & juventus agebat ubique ſine nota. Et igitur veteres Juriſconſulti videntes, non notatos olim ullos, non poſtea Atellanarios, & poſthumos alios, ſine quæſtu agentes, non cognitos prætori: rectiſſime interpretati ſunt edictum. Ecce tibi, honeſtiores iſti actores dixerint, ſe prætori cognitos non fuiſſe: itaque ad poſthumos ignotos mens, & ſenſus prætoris non pertineat: item, ſe diſſimiles eſſe illis, quos novit, & notavit prætor: ergo nota illa ad diſſimiles non pertingat: & tandem ſe eſſe aut ſimiles, aut meliores Atellanariis non notatis, *l.* 66. *de co. em.* Bal. *l.* 32. *de legi. l. ult. Cod. de her. inſt.* Ang. *l.* 2. *de lib. & po.* quare ſimilium jus adque meliores porrigatur. *Nam ſimilibus exiſtimari dignos, qui non ſunt ſimiles, nequaquam juſtum eſt,* Ariſt. II. *Rh.* Atellani ex honeſta urbis juventute erant ſine ignominia etiam Junio, *in Tert. de Spect.* XVII. Et Atellanam tamen dedere Latini pro ſatyra, aut pro mor-

daci veteri comœdia: ut pro nova tabernariam, pro palliata togatam, pro tragœdia prætextatam, pro mimis planipedes, ut habet Minturnus lib. iv. *Poet.* Et ſcriptores Atellanarum plures, qui Gellio, xii. *c.* x. *lib.* x. *c.* vi. *lib.* xvii. *c.* ii. Macrobio, i. *Sat.* x. aliis nominati, Nævius, Mummius, Pomponius, alii. Putat etiam Scaliger, lib. i. *Poet.* cap. vii. item Politianus, *in Perſ.* eas non modo jocoſiſſimas, & dicaciſſimas, ſed præterea obſcœnas totas. Et idem Scaliger ſcribit, earum actores nec hiſtrionum numero cenſos, nec tribu motos, nec jure militandi deturbatos. Etiam nec cogebantur, ut alii hiſtriones, perſonam in ſcena ponere, Briſſ. *de ju. conn.* Cur autem hæc Atellanariis data? Inquit idem Scaliger, quia ubi illi actores abſceſſiſſent de ſcena, ad eorum exemplum juventus, & cives jactare ſoliti per joca inconditis verſibus dicaces ſententias. Quod in ludis quoque Megalenſibus datum juvenibus fuit, ut ætatum, ordinumque mores omnium oratione, ac geſtu effingerent, Scal. i. *Poet.* xxix. adi Herodia. *lib.* i. Non abeo tamen a jocis Atellaniis. Ea exodia dicta Atellana: ut quibus ad juſtæ Atellanæ magnitudinem multum deerat. Sed ſic illi non notarentur actores; quoniam intervenerint iſti cum ſuis iſtis exodiis. Et ergo ſi hiſtriones Atellanarum aut ex interventu non notabilis juventutis vitant notam: ipſa noſtra juventus, quæ nec admiſcetur hiſtrionibus ullis, quanto erit a labe longius? Et actores, quos ego probo, ab omni obſcœnitate, & dicacitate illa Atellanaria abeſſe volo. Ut minus ſint notabiles omnibus Atellanariis, ſive actoribus primis, ſive exodicis. Si illi in exodiis non cenſebantur hiſtriones, aut non notabantur: cur noſtri cenſeantur hiſtriones, aut notentur? Brevior actus nihil hic mutat. Ipſum vero nomen non adeo abhorremus. Sicut enim Antigenidæ dolenti, quod monumentarii ceraulæ vocarentur tibicines, eſt reſponſum, animo ferret æquo hanc nominum communionem, poſtquam in mimis ſimili pæne purpura alii præſiderent, alii vapularent, Apulejus i. *Flor.* ita nos, dum cernamus illibatam noſtrorum exiſtimationem, de nudo, eoque momenti, nomine, nec malum ſonante per ſe, ſolliciti non admodum ſimus. Tu noſtros aſpice: & audi. *Aliquid vile eſt, ſi a perſonis vilibus tractetur: quod non ita eſt, ſi a nobilibus tractatur,* Alc. *l.* 207. *de V. S.* Ceph. *conſ.* 237. Viles operæ mercenariæ, quæſtuariæ. Ad noſtros igitur ſic concludamus cum verbis Juriſconſulti, *l.* 54. *ma. l.* 63. *de do. in. vi. & ux. Et verius, & utilius videtur, prætorem de hujuſmodi non cogitaſſe, Non eſt credibile, de his ſenſiſſe,* &c.

Cap. XVI.

SCENA NOTATUR.

Noſtri ſcholaſtici, quos ſimul doceo, ſimul defendo, notati noſtro Jure Civili non ſunt: quoniam in ſcenam non prodeunt: id eſt, in eum locum, quo paſſim homines ſpectaculi cauſſa admittuntur, *l.* 2. *de inf.* Noſtri enim peregrinitate linguæ, aliterve excludere a ſpectando ſolent pleroſque omnes: & uni hominum generi, academicis, fabulas agere. Sic dicebam cum P. Fabro, non loco, ſed facultate volentium ſpectare, rem iſtam dijudicari. Sic Alexander, vi. *conſ.* xcix. reſpondit, dici, publice proſtituere meretricem, etiamſi non reſideat in lupanari, ſed in quacunque domo ſtet, pudori ſuo non parcens, & unumquemque petentem cauſſa quæſtus admittens. Inquit ſane Tertullianus, *de Spect. Nuſquam, & numquam licet, quod ſemper, & ubique*

A *non licet.* Sed & hic quæſtio de gènere delicti eſt: quod ex publico, & privato diſtinguitur, ex manifeſto, & nec manifeſto, veluti furtum. Et innumeris argumentis expugnatur generalitas hæc enunciati effuſa, & in multas cogitur anguſtias. Juſtius, verius Quinctilianus, *lib.* v. *c.* x. *Neque idem aut licet, aut decorum eſt ubique.* Et Seneca, ix. *con.* ii. *Quædam quæ licent, tempore, & loco mutato non licent.* Sic illi notati Apollonio, *Arg.* ii. homines, qui, quod in medio foro facere omnes ſolent, domi ipſi facerent: quod vero faciunt alii clam, ipſi in mediis plateis agerent. *Domus tegens ignominiam:* ait Siracides, *Eccl.* xxix. quod quædam honeſta ſunt, & eadem foris, aut

B ſub dio turpia: ut illic adnotat Druſius eruditiſſimus. Domi veſtis eadem viris, & mulieribus, qua viri non uterentur foris ſine ignominia, ſoleæ, Manu. *de ba. re.* *Qui non dubitaret vel in foro alea ludere,* Cic. *Phi.* ii. cum publicam majoremque faciat turpitudinem. An vero ſexcenta iſthæc non ſunt? Tertullianus ergo rectiſſime, *de exh. ad ca.* ubi Jun. *Quod vere quid eſt, ſeu bonum, ſeu malum, id aliud eſſe non poteſt.* Sed de aliis non ita eſt. *Quod bonum per ſe natura imperat: ſed id ſumi permittitur, quod licet: hæc natura licitorum, ut poſſit non bonum eſſe,* Pli. vi. *ep.* xxvii. At de hoc neque eſt, neque eſſe quæſtio poteſt. De linguæ pe-

C regrinitate, Latinæ ſcilicet, referunt mihi, nec peregrinam dici Latinam in academia oportere: nec iſta quantavis peregrinitate excludi homines a ſpectando. Hoc autem poſterius aſſerunt, quod a Plauti *Pœnulo*, in qua Pœnus Pœnice loquens eſt, excluſi non ſint Romani plerique omnes. Item quod ſi non audiri, & non intelligi a populo, id ſit populum excludere, & non in ſcenam prodire: utique nec hiſtriones in ſcenam prodierint Romæ, quum per ſtrepitum nihilo magis audit eſſent, & intellecti a populo, quam ſi locuti non eſſent omnino, aut eſſent locuti lingua pere-

D grina. Quæ ſunt tenues diſſertatiunculæ. Nam linguæ peregrinitatem, quaſi per occaſionem, & cauſſam certam arcentur a veniendo in theatrum homines: per ſtrepitum, factum inſolens, & inexſpectatum, non ita, ſed ut veniſſe doluerint: & ſi præſciſſe valuiſſent futuram hujuſmodi perturbationem, utique nec veniſſent. Ergo & retorquetur argutatio, uti qui præſciant, fabulam ſibi lingua non intelligibili actam iri, ii ad illam ſpectandam non accedant. An ſurdus ad fabulam? Surdi ſumus omnes ad linguam, quam non intelligimus, Cic. *Tuſc.* v. Cl. Al. *Str.* v. Atque experientia ſic docet, rerum magiſtra, quemadmodum

E non accedamus ad eos audiendum, quos aut propter orationem, aut etiam propter res ipſas non poſſumus intelligere loquentes. Quod ſi quoque acceſſerimus ſponte, caſuve, non poſt multum temporis ab eiſdem diſcedimus. Ita Cæſar, & Auguſtus provide in illa gentium colluvie Romæ ludos edidere per omnium linguarum hiſtriones, Suet. *Cæſ.* xxxix. & *Aug.* xliii. Plauti vero Pœnulus, vel præcognitus, abigere a ſe ſpectatores non potuit, in parte adeo minutula Punice loquens, cum tota comœdia Latina eſſet. Embamma ſic quæritur, ne ſit obſonium. Leviter, levi-

F ter. Et leviter adhuc, quod in theatra non veniant homines ſolum, ut intelligant, at etiam ut audiant, puta concentus muſicos: vel ut ſpectent etiam, ſcenicum puta apparatum: vel ut ſpectentur quoque, quales mulieres ſunt, Ovid. i. *de ar.*

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur ut ipſæ.

Adde a me, quaſi ſic theatrum, ſic ſpectatores. quia major pars in geſtu, quam in verbis ſit, Dona. *Hecy.* Ceterum ſcena eſt aurium: ut itaque ſilen-

tium postulat, & aures. Et neque ista sunt PASSIM admittere: cum sint hi omnes paucissimi: & plerique omnes abesse soleant. Etiam dixi in excursu illo, *linguæ peregrinitate*. ALITERVE *excludi a spectando plerosque omnes*. Et itaque PASSIM, hoc est, sine delectu homines non admitti, & fœminas multo minus, *l.* 43. *de ri. nup.* Baro *l.* 2. *de inf.* Conferatur ratio admittendi spectatores in theatra histrionum mercenariorum cum ratione nostrorum Scholasticorum: & intelligetur, in Scholasticorum theatra admitti PASSIM homines non solere. Nam etsi, quod alterum objiciebatur, omnes passim academici, id est, magnus hominum numerus Latine scientium, non tamen admittuntur homines PASSIM: si aliud est, *passim homines* admitti, & aliud admitti *passim academicos*: & illic omnes omnium generum sint: hic generis unius omnes. Etiamne omnes academici? Etiam hoc falsum. Pulchre autem Cicero, *pro Muræ.* ad id, quod diximus de mercede, & ad id, quod nunc dicimus de articulo PASSIM, defendens Murænam: cui candidato, reverrenti ex provincia, obviam itum contra legem de ambitu: & itaque hoc accusabatur, quod parassetque hominibus locum ad spectacula, & prandia (id & lege comprehensum, Plin. VI. *ep.* XIX.) dedisset. Cùm enim lex de mercede conductis hominibus, deque locis, & prandiis VULGO datis notaret: infert patronus: *Quid enim? Senatus num obviam prodire crimen putat? non: Sed mercede convince. Num locum ad spectandum dare? aut ad prandium invitare? minime: sed vulgo passim. Quid est vulgo? universos.* Et alii magistri, Serv. *ecl.* IV. & *Æn.* III. VI. *Vulgo est passim. Passim prout quisque vult.*

CAP. XVII.

ARTIFICES NOTATI.

SUccedit defensio quarta. Actores, quos laudo, non sunt notati lege civili, quæ notat, *Qui artis ludicræ, pronunciandive caussa in scenam prodierit*: atque mei artis ludicræ caussa non prodeunt: neque enim instituunt eam artem, aut in ea vivunt: ut hoc edicti verbum *artis caussa* expositum a Donello audivimus. Inquit edictum, *Qui artis ludicræ, pronunciandive caussa*: & hoc est, qui artis ludicræ, sive faciendi, sive pronunciandi caussa. Nam ars ludicra utroque modo exercetur. Ut sic, *l.* 24. *de adult. l.* 28. *de pœn. Qui artem ludicram fecerit, in scenam saltandi, cantandive caussa prodierit*: & rursus, *Gesticulandi, vel aliter se movendi gratia*: & Cicero, III. *parad. Histrio si paullum se movit extra numerum, aut si versus pronunciatus est syllaba una brevior, aut longior, exsibilatur, & exploditur.* Cantare est pronunciare, Merc. I. *Lect.* XIX. Patr. VI. X. *poet.* Manut. *pro Sext.* Veteres scilicet fabulas, & tragicas, & comicas non sermone, ut hodie fit, sed altis vocibus, cantibusque recitabant, Aug. *de Magis*. Quod proprie non est loqui. Etsi canere est, vocem modulis certis tollere, aut premere, certisque temporibus producere, aut corripere, Scal. *de cau. l. L.* LII. Quæ in omni fiunt pronunciatione. Etiam in legendo non tam illi loquebantur, quam canebant, Boeth. I. *de musi.* Scal. IV. *Poet.* XLVII. *de cau. l. L.* I. VI. ut multi nunc quoque facimus Itali in poetis: & faceremus in omni sermone omnes, si aut cum accentibus pronunciaremus: a quibus est cantillatio. Histriones proculdubio magis cantillabant: unde verbum hoc in eis specialiter usurpatum est, Gell. V. *c.* VII. Horat. *Poet.* At ea vetus pronunciatio tota periit: & nova est alia cum in scenis, cum in concionibus, juxta sermonem quotidianum. Quod iterum nobis notandum, ut iterum intelligamus, actionem nostram esse tanto minus importunam. Propius autem ad rem præsentem est, quod exercetur ars ludicra sine omni pronunciatione, ac voce, solis gestibus, & corporis motu. Audi Augustinum *de Magis*: *Histriones quasdam in theatris fabulas sine verbis, saltando plerumque aperiunt, & exponunt.* Sic admirabilis ille saltator, qui exactissime omnia ostendit gesticulatione sola, quæ alii voce exprimerent, Lucia. *de salt.* Arist. *Poet.* Colum. I. Ath. I. XIV. Cassio. I. *Var.* II. & *lib.* IV. fin. Quo de artificio, & muta musica, quam dicebant, plurimi observarunt. Et sic dictum, saltare fabulas, & saltantes ludicras scenicorum choreas, Apul. *As.* X. *Apol.* II. Suet. *Ner.* Et sic in scena judicii Paridis apud Apulejum deæ agunt nutibus omnia. An hujusmodi fuisset Nero saltaturus Virgilii Turnum? Et qui Ovidii sæpe carmina, II. *Trist.* & *el.* VII. *lib.* V. pleno saltarunt theatro? An vero ut illi histriones, qui perpetuis & gestibus, simul & cantibus celebrare Didonis fabulam, quam habet Virgilius, consueverunt? Macr. V. *Sat.* XVII. At hæc omnia tamen esse absque voce voluerunt. Qui per funabulum, ipse funambulus, & funirepus, & qui per aliam machinam decurreret, demitteretur, ostenderetur populo in scena, cum utique artem facere ludicram, & sine voce, verum est. Ut de his qui ita in scenis sunt, non modo extra scenam, alii adnotarunt, Alc. I. *Pare.* XX. Scal. I. *Poet.* I. Et non vere negant id mihi. Prud. *de or. pec.*

Inde per aerium pendens audacia funem,
Ardua securis scandit proscenia plantis.

Est proscenium in theatro, in cavea, Apul. *As.* III. X. Est ipse locus ante scenam, in quo consistunt actores spectaculum sui præbituri: ut erudite frater meus, Scip. Gent. in *Parergis*, I. VIII. exposuit adolescens. Quamquam neque ego in meo illo excursu funambulum in scena posui: sed ita scripsi, *Artem ludicram illi dicerentur facere, qui saltarent in scena, aut quid aliud sine voce agerent: qui per funabulum, per machinam aliquam decurrerent.* Etiam non sapienter me cum Accursio rident, quod dixerim ego *funabulum*, pro fune: & Accursius, qui itidem in scena caballos per chordam habeat, & ab ea chorda scenæ nomen deducat. Lusi ipse tamen ad *funambulum*: & verbum a fune produxi. Ut sic est pro voce, vocabulum; pro cunis, cunabula; pro mendico, mendicabulum; pro saburra, sabulum; pro statione, stabulum; pro pascuo, pabulum; pro concilio, conciliabulum; & ejusmodi alia, Cuja. *c.* I. *de de. imp.* Scal. *de cau. l. L.* 72. 175. Ra. *Virg. ecl.* IV. Hier. *ep.* XI. Sæpe a doctissimis (ait Minturnus *Poet.* VI.) quæsitum est viris, an liceat, nunc aliis uti verbis, quæ in libris antiquorum non sunt. Et, posse nos ex usitatis illorum facere composita, sed nova extudere simplicia non posse, convenire videtur. Et Scaliger adhuc, I. *Poe.* II. & *lib.* III. *c.* XXVII. 126. Scaliger, inquam, facit licitum sibi etiam nova extudere Latinaque, Græcaque: & dicere *doctionem*, quia Cicero dixit *rectionem*: & Græce *epithesin*, apparatum epithetorum. Item, vir ille item maximus, Savonarola, IV. *de scien.* adfirmat, nos & nova invenire vocabula posse, imponere nomina rebus, & novos usurpare loquendi modos. Tantum abest ut probare Florentinos aliquos nunc possis: qui nolunt, Italum loqui, nisi quod Boccacius, & Petrarcha, & unus præterea, atque alter locuti sunt olim. Stulti. An, quia lingua illorum est Attica, ceteris nobilior, non propterea aut Umbra, aut Picena, aut alia est Italica? *Thuscus, Sabinus,*

Prænestinus sermo reprehensus, & Patavinitas: ego omnia Italica pro Romanis habeo. Sic Quintilianus *lib.* I. *cap.* IX. qui sapit aliquantulum supra nuperos Florentinos. Nam Veteres illi haud dubie sermonem nostrum in eas angustias non compegissent. Sermonis nostri oculos Virgilium, & Ciceronem dicit Petrarcha *tri. fa.* III. Et nos, si cum his oculis cernimus, non ultra Florentinum orizontem cernemus? Etiam in epico carmine (epicum Tassi poema, cui invident, hos commovit in tam absurdam opinionem) non licet loqui nisi Thusce, & quemadmodum seniores illi locuti sunt? Diversum Aristoteles de epico habet in *Poeticis*. Et sic igitur Attica nostra lingua Tusca & singulis collata præstet: sed & Ionica, & Dorica, & Æolica, & aliæ Græcæ sint, quibusque uti scriptores optimi possint, & communis itaque ipsique Atticæ antistet, & Italica communis antistet Thuscæ. Ego tamen ad Italos cur abivi? Savonarola probatque vocabubum *virtuosum*: in quo me notatumque quondam memini. Et quod tamen etiam legimus alicubi apud Veteres: & recentiores etiam politi usurpant, ut Briss. VII. *For.* Xilan. *Dio.* XLIV. LV. Veteres dixere annosum, bibosum, consiliosum, disciplinosum, ærosum, famulosum, granosum, humerosum, jactuosum, laboriosum, mammosum, nauseosum, opiniosum, perjuriosum, quæstuosum, ridiculosum, succosum, tumulosum, vitiosum, alia plurima. Sed morosum, & hoc contra Bartolistas, & Accursianos: qui excultam aliis linguam, & bellam litteraturam aliis concedunt faciles, Alc. *Præf. parad.* & *præf. de V. S.* Etiam his concedimus, quibus sit concedere injustum, adversariis hic nostris. Neque tamen hic vel Accursius erraffe videtur cum suis caballis. Cur enim viri, tauri, equi, elephanti, de quibus extra scenam legimus, in scena quoque non decurrerent per funem? Plin. *lib.* VIII. *c.* I. Mart *ep.* XVI. Xiph. *Ner.* Catadromus, de quo miranda vaticinatum eundem nostrum Accursium, Budæus *l. pe. act. e.* ait, (& Budæus tamen nec intellexit forte, quid esset) funis hic protentus, per quem histriones ingrederentur, saltarent, decurrerent, descenderent, Brod. III. *Mi.* VII. Alc. I. *Par.* XX. An & transennam dicimus? Nam transenna & est extentus funis: ut affert Servius V. *Æn.* illud Saluftii, *Transenna dimissum victoriæ simulacrum cum machinato strepitu coronam capiti imponebat.* Ut sic possit scenæque nomen esse ab isto fune, & schœno. Quid ni in tanta obscuritate, & varietate, & licentia etymologiarum? Cont. *Inst. de fur.* Scio, communem etymologiam esse aliam, Alc. *C. de spect.* & Accursium reprehendi nominatim in sua hac. *Scena, id est, inumbratio* ἀπὸ τ σκιᾶς. *apud antiquos enim theatralis scena parietem non habebat, sed de frondibus umbracula quærebant: postea tabulata componere cœperunt in modum parietis:* ait Servius, I. *Æneid.* Sed & defendi Accursius potest, ut dico, ab obscuritate, & licentia etymologiarum: item ab usitata simul scriptura, quæ erat vocabuli *scænæ* cum diphthongo, Gif. *præf. Lucr.* quales multas habent libri etiam Florentini, quas hodie non recipimus, Tav. *præf. Pand.* Scenam, alii ajunt, proprie esse obtectam, & obsitam illam partem, unde actores prodeunt. Et vero sic dicti Scenitæ Arabes ab usu tentoriorum, Zosimus *Sev.* Sic festum Judæorum *Scenopeia*. Sic alia. Labeo autem locutus sit vulgari more de scena, & intellexerit de proscenio. *Ineunt proscenia ludi.* Virg. II. *Georg.* ubi Serv. Et monuit meus Scipio elegantissime. At aliique frontem theatri volunt scenam, ab umbra luci densissima, ubi a pastoribus cantabatur, Cassiod. IV. *Var.* ult. Et hoc potest tamen fratri meo non adversari. Omnia Accursio adversantur. Quin igitur glossam, quæ sensitque etymologiam communem, sic emendamus? *Obumbratio*, &c. & *dicitur scena a sceja: schœnos quoque est chorda: atque joculatores*, &c. Depravata plurima sunt in glossis: quæ emendanda censent, & emendant sæpe viri clarissimi, docti veteres interpretes, critici recentiores, Bal. *l.* I. *C. de te. mi.* Ang. *l.* 14. *de tena.* Castr. *l.* 15. *loca.* Alex. *l.* 25. *de lib. & po.* Alc. IV. *Pare.* XVI. Cuja. XVI. *ob.* XXXII. Mir. *præf. Cod.* Schœnus est funiculus, ut sic Plautus II. *Rud.* I. *Hi schœni, atque hæ arundines sunt nobis quæstu.* Et sic olim schœnicolæ dictæ meretrices a juncis, quibus se præcingebant, sic artem profitentes suam, & facilitatem solvendæ zonæ suæ, Jun. *Hos.* II. *Baru.* ult. Et sic, ad rem præsentem, funambuli ars dicta schœnobatica, Cæl. *ep.* VIII. *ad Cic.* Illic vero nostra nunc opera est, quod edicto non exprimitur prætoris verbum *faciendi*: quod satis intelligebatur: cum ita loquerentur semper, *artem ludicram facere*: ut ubique legere est. Sed exprimitur verbum *pronunciandi*. Nec quia polysemo *faciendi* pronunciatio nequiret comprehendi: aut quia non satis inclusa fuisset his, *qui artis ludicræ caussa in scenam prodierit*, sed exprimitur, ut omni cavillationi ansa omnis præcideretur, vide Pla. *Craty.* & 218. *l.* ubi Alc. For. Reb. *de V. S.* Cl. Al. *Str.* I. Et ne quis fortasse diceret, pronunciationem non notari: quoniam si ludi communiter dicebantur extra fabulas, certe in fabulis agendis videri potuit non ars ludicra. *Ludi*, inquit Scaliger, I. *Poet.* II. *sunt tacitæ fabulæ: Fabulæ sunt ludi loquentes.* Et Manutius *in Or. pro Sext.* putat, ludios non histriones quidem fuisse, sed qui psallerent in scena. Et itaque si ludi sic sunt taciti, & ludicra ars tacita fuerit. Et itaque de pronunciatione potuerit non intelligi, *Qui artis ludicræ*. Et forte etiam sic distinguitur ludicra ars a scena illic, *Qui artem ludicram fecerit: in scenam saltandi, cantandive caussa prodierit*. Adde, quod in pronunciatione minus videtur inhonestatis semper, quam in gesticulatione: quæ & magis proprie factio est, quam sit pronunciatio. Infero autem & hoc, quod si gesticulatio, quæ res mimica est magis, & magis importuna, non infamat nisi eum, qui ejus artem fecerit, & in ea arte vitam agat: utique pronunciatio infamaverit multo minus, & nisi illum, qui ejus artem fecerit, & in ea arte vitam agat. Scholastici porro nostri, qui in scenam prodeunt aliquando, artem non faciunt: neque artis caussa prodeunt, sed voluptatis, exercitamenti. Namque artem facere quis dicitur dupliciter, aut auctoramento, aut actibus in arte iteratis. Qui semel, bis, ter agit id, quod spectat ad mercatorem, nondum dicitur mercator, Bar. *l. mariti. de adul. l.* I. *de tribut.* quia exercitium in eo deficit, ut inquit Alciatus *l.* 207. *de V. S.* Meretrix est, quæ ultra tres viros admisit, Alex. VI. *cons.* XCIX. Paris. IV. *cons.* LX. Atque tu mihi notes, quemadmodum hic idem est facere, & exercere artem, *l.* 4. *de inf. l.* I. *ult. de abig. l.* 42. *de rit. nup. l.* 7. 16. 25. 26. 27. 37. 38. *de op. lib.* Iteratio autem desideratur prolixior. Et Alciatus quamvis exprimit de unico tantum actu, sic tamen de pluribus significat per rationis verbum *exercitium*: quod frequentem usum notat. Et frequens nec dicitur binus actus, *Bal. l.* 4. *de ju. & ju. Sæpius* militare habet, qui miles dici vult, Ceph. *cons.* 455. Bal. *proœ. Inst.* Scholaris est, qui scholas *visitat*. Non est lusor, qui ludit aliquando, sed qui ludere *solitus*. Alex. I. *cons.* 52. Dec. 163. Et vinolentus, qui vino repleri *frequenter consuetus*: qui non sic censetur aut ex trino actu, Dist. 35. *prin.* Quid si consuetudo inducitur unico actu? Decia. 2. *cons.* 51. Tacitum jus inducitur unico actu: qui sic potest declarare consensum populi: a quo consensu inducitur hoc jus non scriptum,

non a frequentia actuum. Sed non est tamen consuetus, qui non fecit frequenter. Jus Canonicum etiam, *de vi. & ho. cl.* 6. desideraret anni exercitium. Quod si nostri scholastici artem facere non dicuntur, certe nec per auctoramentum dicentur facere. Cedo enim histrionum matriculam, in qua professionis istorum leguntur nomina? Et si neque hoc satis forte foret, Bal. *proœ. Dig. & Inst.* Sed de opinionem hominum, quæ istos censet in histrionibus? Hoc satis absque matricula: quæ nihil ad substantiam confert, sed valet tantum ad probationem: ut de scholari non matriculato Alciatus, II. *cons.* XVI. respondit. Ostende de pretio, quod semel acceperunt: quod semel accepisse satis ad infamiam, *l.* 10. *de* [illegible] Atque auctoratus is utique fuerit, Pithœus [illegible] XVII. Et nec aboletur turpido, etsi postea intermiserit, *l.* 43. *de rit. nup.* Nisi in artibus his ludicris aliud est, Phi. *d. de vi. & ho. cl.* 6. Non artis [illegible] gunt mer. Non ergo notentur edicto. Non verbum ullum, non mens ullo modo, nulla ratio legis his aptatur.

CAP. XVIII

DE AMBITIOSIS ACTORIBUS.

SED forte infames erunt nostri jure aliquo antiquiori, aut vetustioribus moribus Romanorum. De quo dixi tamen. Et hoc tamen voluit (opinor) de scenicis omnibus, nec propter præmium prodeuntibus, Gothofredus cum sua illa nota. Nam Livium, & Augustinum nominat, tradentes de prioribus temporibus: itaque de iisdem dicere ipse temporibus intelligitur. Sane Pithœus eruditissimus, lib. I. *tab.* XVII. & sic putat, leges has nostras, sub Imperatoribus receptas, in proposito hoc non convenire exemplis antiquis censoriæ severitatis. Ait vero de censoribus: qui legibus erant multo severiores. Atque ad illorum normam spectat disceptatio, quam narrat Tacitus, *Ann.* XIV. si in theatro *public.* vel orationes, vel carmina recitare, probrum videri deberet. Nam instituto armigeræ, & bellacis civitatis id quoque alienum potuit existimari: ne (quod plane ad rem histrionicam Scaliger, I. *Poet.* XXX.) censerentur esse cives Martii, qui famuli essent auræ gesticulatoriæ. Et isti quoque recitatores nec aberant longe a factis turpibus, gestibus histrionalibus: ut sic ipsos vituperat Persius, *Saty.* V. & gemina dicit cum disceptatoribus Taciti:

Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet.
Scilicet hæc populo pexus, togaque recenti,
Et natalitia tandem cum sardoniche albus
Sede leget celsa, liquido cum plasmate guttur
Mobile collverit, patranti fractus ocello.
Hinc neque more probo videas, neque voce serena
Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum
Intrant, & tremulo scalpuntur ubi intima versu.

Audin' illa? *pulmo prælargus anhelet.* Viden' pexum, medicatum, effæminatum? Sentin' fractum, patrantem, morem non probum, carmina lumbum intrantia, & scalpentia? Sic Tacitusque *fracto sono & delicatam vocem* notat. Sic Juvenalis *Sat.* VI. sic Quinctilianus, *lib.* I. *cap.* XIII. effæminata isthæc reprehendunt, aliique, & Tacitus *de Orat.* Et sic ipse vituperatus Hortensius: qui suo tamen agebat loco. quod multa munditie, & circumspecte, & composite indutus: & quod manus ejus forent argutæ admodum inter agendum: & id genus multa in eum oratorem, quasi in histrionem jactata, Cic. III. *Verr.* in *Bru. de cl. or.* Gell. I *c.* V. Et propter hæc, quæ in illis, aliisve recitatoribus conspicerentur, recte adjectum in Græca illa epitome, dici potest, quam Budæus attulit, ut hi etiam infames essent, qui per ambitionem prodirent. Hæc videlicet est ambitio, & ambitiosa ostentatio. Quæ duo verba de Græco illo scribit Eguinarius Baro. Et φιλοτιμία Budæo, *l.* 33. *de usur.* sic exponitur nimia, affectata, præter modum aucupatrix famæ diligentia. Mercero exponitur præmium apud Harmenopulum, referentem istam legem: Οἱ διὰ φιλοτιμίαν ἐπὶ σκηνῆς προϊόν- [illegible]. *Qui propter præmium in scenam prodeunt, infamia notantur.* Sed & in odeo, in scena illi agebant apud Tacitum, & in theatro publico. *Proceres Romani spurcitia orationum, & carminum scenæ polluantur.* Item propter præmium agebant; *Oratorum, carminumque Latini, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu sibi concessam recepit Nero:* ait Suetonius, *Ner.* XII. *Fab.* I. *Agon.* III. XXVI.

Sæpe peroratam percepi lite coronam
Et data sunt linguæ præmia digna meæ.

ait Gallus. Illæ hic sunt coronæ, de quibus & Petronius: *Et ego poeta, si modo coronis aliquid credendum, quas etiam ad imperitos deferre gratia solet.* Certe. *Philemon (pudet dicere) Menandrum sæpenumero vicit,* Apul. *Flo.* III. Sic Pindarus victus a Corinna, Athenæus XIII. Sic Æschilus, Pauf. IX. Sic ex Latinis Statius, Gyral. in *Pind.* Sic alii a deterioribus victi meliores. Sic Ennius unus in ore populi etiam post auditum Virgilium. Aut quid populum dico? quem odit poeta profanum, & arcet: contentus sibi, & Musis canere, doctis placere paucioribus, quam multis. Placere populo, communiter est, displicere sapientibus. Paucorum prudentum judicium pertimescendum est magis, Plut. *de lib. ed.* Plat. *Conv.* Lact. II. *div. Inst.* fin. Quis nescit, plus esse momenti in paucioribus doctis? Sed & qui docti habiti, aut haberi voluerunt, etiam ipsi judices sæpe iniqui: & vero plurimum invidia. Agrestem illum Ennium an non eidem Virgilio prætulit Adrianus? ut refert Spartianus in *ejus. Vita.* Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chœrilus incultis, & male natis versibus, & ridiculis poematis, Horat. II. *ep.* I. Athen. *lib.* XIII. Eidem nec satis probabantur fabulæ Antiphanis, poetæ boni. Qua de re satis. Ad rem ipsam nostram putabam aliquando, neque nunc muto, recitationem omnem visam Romanis olim veluti indignam. Aut quid est, quod ait Quinctilianus, IV. *c.* IV. & X. *c.* V. *Majestatem minuit C. Cornelius: nam codicem tribunus plebis ipse pro concione legit.* Quod legerit contra intercessionem collegæ, id quidem fuerit contra quam licuerit: & itaque majestatem collegæ, & magistratus, & populi læserit: ut ita hoc factum Ant. Aug. *de legi.* interpretatur. Ceterum quia lege majestatis non modo quærebatur, quid liceret, sed etiam quid deceret: læsisse majestatem & sic dicetur tribunus, qui ipse librum legit pro concione, Sen. IX. *contr.* II. Etenim, non oportuisse magistratum legere, aut hinc colligis, quod scribit Dio, *lib.* LVI. *Post, testamentum Augusti Polybius quidam ex Cæsaris libertis (ministris, Leunclavius) recitavit: quasi non conveniret, id a senatore legi.* Colligis hinc, quod scribarum id munus fuit: & id vile fuit apud Romanos munus, Cor. Ne. *Eum.* Quamobrem Cato viatores cum plecteret, actuarios, & scribas, elogium sic adjecit, meminissent condicionis suæ, qui ministri tantum essent, Plut. *Cat. Uti. Ipse proconsul*

moderata voce rarenter, & sedens loquitur, & plerunque de tabella legit: ut est apud Apulejum, *Flor.* I. De tabella, de scripto, Alc. IX. *conf.* LXXVII. ut sic solitum in rebus magni momenti, nec quid verborum prætereatur, aut præpostere dicatur. De breviculo est: & ita est titulus *Codicis*, qui jubet, ita dici sententiam a magistratu. Reliqua ministrorum sunt: & ministris illam lectionem mandarat Cornelius: quam ipse nec per vocem moderatam, nec per verba rata sit exsecutus. Nam quomodo librum in concione, & collega intercedente? Atque rem vero pulchram, videre magistratum populi Romani quasi aliquem unum ex vilissimis vociferantem. Defendit Cornelium Cicero: atque hujus orationis superest nonnihil reliquiarum. Quod si integra exstaret oratio, forte nec vanam intelligeremus illinc etiam nostram opinionem: quicquid in fragmentis videatur solum de intercessione: etiam & in Vatiniana. Recitatio vilis. Et itaque (quod ego putem) oratores, si quid recitandum fuisset, alios recitare jubebant plurimum: ut id observes passim in *Orationibus* Ciceronis. Et sic igitur veteres illi Romani fuisse videntur. Attamen quæ etiam propter asperum vivendi ritum antea valuerunt, eorum multa sunt postea oblitterata, atque operta: imperio etiam parto, & pace, in artes convenientiores, & studia aptiora, quasi per quoddam nec luxuriæ illectamentum, commutata sunt, Cic. *pro Arch.* Est quidem Ennii versus, & veluti ab oraculo, apud Aug. II. *de civ. Dei.* XXI.

Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Ceterum & hic respondet poeta elegantissimus, apud Manu. *in Ver.* IV. *Act.* II. nulli Veterum aut ingenio, aut doctrina concedens:

Ipsa vices natura subit, variataque cursus
Ordinat, inversis & frondibus explicat annum, &c.
Nec pudeat, pepulisse lyram, cum pace serena
Publica securis exultent otia terris
Sic movisse fides sævus narratur Achilles, &c.

Ovid. *ad Piso.* Sane non semper enervant animos citharæ, cantusque, lyræque: aut Socrates & alii fortissimi viri non ea attigissent. Et hic etiam quales cantus vituperantur, & quales soni, non cantus, aut soni. Sed de temporum dico varietate: Virg. *in Mæce. obit.*

Tempora dispensant usus, & tempora cultus.
Hæc homines, pecudes, hæc moderantur aves, &c.

Et auctor juris magnus Sex. Cæcilius mores posthumos ornatiores, splendidiores defedit, apud Gell. *ult. c.* I. Et Tac. *Ann.* III. IV. *Multa duritie Veterum melius, & lætius commutata.* Augustus quædam ex horrida illa antiquitate ad præsentem sui temporis deflexit usum. Et ipse ait Tacitus, *Forte rebus cunctis inest quidam velut orbis: & quemadmodum temporum vices, ita morum versantur: nec omnia apud priores meliora.* Quæ & Leo Philosophus, *nov.* XXIV. Et tribunus plebis in hocce cultus argumento, apud Livium *lib.* XXXIV. *Quæ in pace latæ sunt leges, bellum ut plerunque abrogat, & quæ in bello pax.* At jam non facio disputationem longiorem. Verum concludo, actores meos triplici ratione non similes videri recitatoribus Taciti: quod non in publicum, quod non propter præmium, quod non turpiter mei agunt. Et itaque nec notabuntur mei isti vel a Censoria severitate, vel a moribus Romanorum veteribus. Alias honesta, & non honesta censenda (quod dixi) ex opinione loci, & temporis sunt præsentis, Alc. *l.* 207. *de V. S.*

Cap. XIX.

SENTENTIA PHILOSOPHORUM.

Examino meos actores etiam ad regulas philosophorum. Quid? Philosophi spectacula comœdiarum reponunt in rebus nihili, in futilibus nugis, in voluptatibus fallacibus, Xenoph. *Oecon.* Phi. *de judi. De vi. Moy. De Agr.* Eos improbant, qui ad voluptatem istam oculorum, & aurium illuc accedunt. Sed de spectatoribus postea. Et tamen si spectatores vituperantur a philosophis, magis infamantur actores. Macrobius, I. *Som.* II. novasque comœdias, & ipsius Menandri, infamat lato ore: inquiens, argumenta esse fictis casibus amatorum referta, solas aurium esse delicias, & eliminandas de sacrario philosophiæ ad nutricum cunas. Et fabulas illas quoque a philosophia alienas dicit, quæ & ad aliquam virtutum speciem hortantur intellectum: ut sunt Æsopicæ. Mihi objiciebant Piccolomineum, qui V. *phi. mo.* XLIX. artes ludicras non in necessariis reponit, vel utilibus, verum in redundantibus, & artium nomine minus dignis. Itane igitur a philosophis condemnamur, qui absoluti sumus a Jurisconsultis, censoribus, Theologis? Sed ea Macrobii aspere nimis dicta sunt: an non? De Æsopicis, & Menandricis non auctores multo meliores diversum respondent? *Docet & Æsopi fabula*, inquit Hieron. *ep.* IX. *Æsopus haud immerito sapiens existimatus, cum quæ utilia monitu, suasuque erant, non severe, non imperiose præcepit, & censuit: ut philosophis mos est; sed festivos, delectabilesque apologos commentus, res salubriter, ac perspicienter animadversas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit*, Gell. II. *c.* IX. Et, de iisdem Æsopi legendis, discendis a pueris, pulchre Ausonius, *ep.* XVI. ut suescant simul jocari, & discere. Quæ & Plutarchus, *de leg. Poet.* Et de comœdiis Epicharmi, quod de pueris injicit, Theocritus, *Multa ad vitam pueros docuit utilia.* Et tamen nec a solis pueris, sed & a sene Socrate discebantur Æsopica. Is & expressit versibus eas fabulas: qui aliud scripsit nihil, Pla. *Phæd.* Cic. III. *Orat.* Aug. I. *de co. ev.* VII. Cetera autem ut taceam, ita ne tam multa per parabolas, & apologos in sanctis nostris Scripturis non bene? Vire. II. *de mi. eccl.* XI. Danæ. II *eth. Chr.* XVI. Vall. *sa. ph.* III. Apte ad rem notatur illic, parabolicum loquendi genus congruum auditoribus nondum satis ad discendum paratis, *Matth.* XIII. Sed & primi illi philosophi non oppugnant nostram defensionem: non. Nam Xenophonti probatur histrionica repræsentatio Bacchi quædam, & Ariadnæ, sese provocantium ad mores mutuo, & ad nuptias. *Spectatores, si quibus uxores non erant, jurarunt, se ducturos uxores statim: qui autem uxorati erant, conscensis equis ad uxores festinarunt*: inquit ille in *Convivio*: quod Platonis impudicum Convivium non est, ut Phi. *de vit. cont.* Et vero hic & ex finibus est comœdiæ, invitare, & illectare ita homines ad nuptias, & ad vitam cum conjuge degendam. Quod frustra fecerint sæpius oratione severiore censores: & pœnis, præmiisque propositis non mediocribus legislatores, vid. Liv. XIX. Dio. LVI. Suet. *Aug.* XXXIV. Indignas fabulas Xenophon, & Philo reprehendunt: imo etiam & Piccolomineus. Indignæ erant pleræque omnes. Et veteres illæ, Xenophonti reprehensæ, aut Socrati apud Xenophontem, maledice infestissimæ nomini Socratis erant, Cicero II. *de legi.* Maximus Tyr. *ser.* XXXIX. Ergo a veteri comœdia improbabili non ducetur ratio ad novam, quam audimus aliam: non ad nostram actorum nostrorum, quam volumus probam. Atque

de veteri comœdia, & nova dicam adhuc. Philo, *de legat. De vi. M. & Q. od om. pr. li.* laudat itidem inter conviviandum fabulas eruditas. Et sic quoque alibi soliti in fine cœnarum inducere, qui actus comicos agerent ad oblectandum, vid. Pli. I. *ep.* XV. *ad Septitium Clarum*. Neque isthæc vituperaverit Plato in *Protagora*: qui illud non laudat, quod adhibeant quidam tibicinas, quoniam colloquiis se oblectare mutuis nequeant. Sed & tibicinæ non probantur Platoni, quales fæminæ vulgares, & quales vulgares cantiones. Nam in convivio castissimæ reginæ, & summi herois,

—— Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas, &c.

Virg. I. *Æn.* ubi Donatus. Et itaque notant, *citharæ artem inter honesta numerari, constat: & graves, & prudentes amant*, &c. Et hæc plura sunt. Idem autem Philo, jam nec cum Platone suo, poetas eruditores omnium hominum, instituendo populos, sicut patres instruunt liberos. Narrat, se spectatorem agentibus theatro tragœdiam Euripidis: & de ea tragœdia renarrat versus ad virtutem aptissimos, & acceptissimos populo. Et notant præterea Philo, ac Xenophon studium nimium istarum rerum. Quod neque nos ferimus. *Ne quid nimis*: hic deserte Aristoteles, III. *Eth.* VIII. *Polit.* Et itaque & Commodus notatus, quod supraque modum ista tractaret, Herodianus *lib.* I. Scitum autem illud est Laconis: qui, cum Athenis spectaret tragœdias, & apparatus choragorum, & studia, & conatus reliquos, dixit, civitatem non sapere, quæ tantum impenderet in res ludicras: nam *ludendo ludendum esse*, Plut. VII. *Symp.* VII. & *de vi. be. Ath.* Insanissimi Athenienses, qui in ludis plus, quam in gravissimis bellis insumerent. Insanissimi Romani, qui etiam admirandos fecere sumptus in ludis, Lips. II. *Adm.* XI. Et neque quotidie agere oportet fabulas: neque infrenes currere ad eas spectandum quotidie. Ut hæc quoque vituperant illi philosophi. Non isthæc esse nostræ delitiæ debent: ut populo erant Romano, vid. Martialis *ep.* II. Capitolinus *Gord.* Juvenalis *Sat.* Ad artem visendam poetarum, & Actorum, non pueriliter ad favendum panno, (quod vituperatur) huc accedatur, Plin. IX. *ep.* VI. Quæ & Stoici omnia, Epictetus *Ench.* XLV. ut non *sæpe* accedamus ad theatra: non aliis magis, quam nobis studeamus: non gravitatis in illa lætitia obliviscamur. Tempore non occupato uti hic debemus: sic ut Achilles cithara pulsat sepositus a bello, Plut. *de musi.* Post cænam veluti, quum proprius locus cantibus, & choreis, Hom. *Odyss.* I. Tempus agendi, tempus spectandi prudentia moderatur, & diversitas personarum. *Furius* (inquit Cicero III. *de Orat.*) *noster familiaris, cum est commodum, cantat: est enim paterf. est eques Romanus. Valerius quotidie cantat: est enim scenicus, quid faceret aliud?* Et Apulejus, *Florid.* III. *Tragœdi, ni cotidie proclament, claritudo arteriæ obsolescit*. Et Plato, in *Protag.* quod quemque decet ingenuum instituta citharistæ, & pædotribæ tractare aliquo modo, non artis factitandæ caussa. Ars vituperatur: audisti? Nimium vituperatur: audis? Corruptus est, qui nimius in spectaculis est: vitiumque animi est, ludos assidue spectare. Sic leges, I. *de ser. cor.* & 65. *de æd. ed.* Sic notatique liberi Severi, quod vehementiusque ludis studerent, atque spectaculis, Herodian. III. Hoc solum est vitium NIMIS. Hæc sola virtus NE QUID NIMIS, Hieronymus *ep.* XXVII. Scipionem, narrant, triumphale illud, & militare corpus movisse ad numeros non molliter, sed ut antiqui illi solebant, inter lusum, & festa tem-

A pora virilem in modum, ut Seneca *de Tranquill.*
Non aut hæc vituperatur actio, sed qualis, Plato
VII. *de Legi. Saltare elegantius, quam necesse est probæ*: hoc vituperatur, Sall. *Catil.* Hippoclidis non
omnis saltatio, sed qualis vituperata, Herodotu.
lib. VI. Nescis proverbium? Maledictum vernile
est adversus saltatorem; nescis? Cic. *pro Mur.* &
Cor. Ne *Epa.* Man. *in Pis.* Homini Romano turpe fuit saltare: scio. *Saltationis, juxta sapientiam
secularem, aut temulentia auctor est, aut insania*: ait
Ambrosius, III. *de virg.* XVI. Sed tamen in religionibus saltabatur: ut nulla esset corporis pars,
quæ non sentiret religionem: at religiose tamen,
B incomposite, sine arte, Serv. *ecl.* V. *Geor.* I. *Æn.*
III. Senex saltavit feliciter: qui fecit proverbio
locum, *Omnia secunda, saltat senex*. Sed & David
saltavit ante arcam sancte. Et ipsum Jovem (quicquid nescierit Aristoteles, *Polit.* VIII. forte posthuma) saltantem induxere alii, apud Athenæum *lib.* I.
& Pindarus saltatorem Apollinem habet, quasi dignum quid agentem. Sic distinguitur. Sic de
musica distinguitur; ut quæ est ad mores ornandos
& componendos, ea sit attingenda, non, quæ frangit animos: ut nec fracta saltatio scilicet, Cl. Alex.
Strom. VI. Sic nostri actores distinguuntur ab il-
C laudatis illis histrionibus, & dramata nostrorum ab
illorum dramatis. Sic distinguitur orator a scurra, temporis ratione, dicacitatis moderatione, dictorum raritate, Cic. II. *de Orat.* & quod orator
cum caussa dicet, nec ut ridiculus videatur, sed
ut proficiat aliquid: scurra autem & totum diem,
& sine caussa, nisi ut sit ridiculus, faciet. Composita ego desidero omnia actionis, agentium, spectatorum. Isti quasi casu venerint in theatra, (id
Philo de se aliquando: quem tamen sæpius illuc
venisse, intelligo) sic sint compositi ad hæc omnia.
Et male a Xenophonte, & Philone non audient.
Non diu, non frequenter, non cum cura ludus,
D aut relaxatio animi exerceatur, ait Card. II. *de sap.*
Hæc sunt præcepta naturalis sapientiæ. Demulcere animum oportet, atque laxare jucundis, honestisque illectationibus: aliter remittere quasi amittere est: ajebat Musonius, apud Macr. I. *Sat.* XV.
Hæc tamen paullo latius a quæstione nostra videntur posita. Ergo & Piccolomineus clarissimus loquitur aliquando, quæ objectantur, de vanis ludicris: ut ea sic conjungit arti exornandi mulieres:
quæ non cosmetica est laudata medicis, Mercur. *de
decor.* Capiv. *pri. pract.* (Cicero sile, I. *fam.* IX.) at
commotica vituperata. Mirum vero, quam histrioniæ mercenariæ commotica similis, cosmetica
E similis actioni nostrorum ostendi potest. *Vix sono
differunt, quæ sensus contrarios habent*. At Piccolomineus & vult, audiri honestas fabulas: & inquit, X. *Ph. mor.* XXXIII. *intr. nat.* III. esse Rhetoricam, militarem disciplinam, historiam, *poeticam pedissequas scientiæ civilis: & poeticam, & fabulas inservire ad appetitionum rectam conformationem: delectando instituere, & recte componere spectantium, & audientium animos*. Id, quod & dicimus
nos pluries: &, unum plurimum temperandis animi affectibus, & medendis morbis esse, proponimus. Et quis non ita dicet cum Aristotele? Non
F negarit aut ipse Plato: qui tamen medicos hujusmodi expulit de republica sua: unde Augustinusque, de Christiana rep. pelli multo magis oportere, concludit, lib. II. *de Civ. Dei* cap. XIV. Nam
fabulas malas, & mala poemata, & ipsa Homeri heroica mala improbat Plato, deque sua republica
pellit. In qua etiam republica, cum ægri nulli
(sic eam sibi effinxerat) reperirentur, etiam nec ullis
medicis opus fuit. Aliæ autem respublicæ non effingunt homines sibi, sed effictos a natura aptant,
ut possunt, melius, Arist. I. *Polit.* Sed etsi nec utitur

tur Plato his medicis: eos tamen admittit tantisper caussa joci, imo & utilitatis nonnullius: adeoque etiam in bonis posuit histrioniam, ut est apud Laer. in *Plat.* Et sic est philosophorum quoque sententia.

C A P. XX.

VOLUPTATES NON SEMPER DAMNARI.

AN vero joci, & voluptates prorsus de republica exterminentur? *Voluptatibus, & spectaculis non delectatur, qui totus cum Deo est:* ait Clemens Alexandrinus, *Strom.* VII. *Negant Camœnis, nec patent Apollini dicata Christo pectora: vacare vanis, otio, aut negotio, & fabulosis literis*, &c. quæ Paulinus, *epist.* I. *ad Auso. Habent Christiani voluptates meliores. Hæc etsi non essent simulacris dicata, obeunda tamen, & spectanda non essent Christianis fidelibus: quæ, etsi non haberent crimen, habent in se maximam, & parum congruentem fidelibus vanitatem*: quæ Cyprianus, *epist.* I. Etiam Philo, *de legat.* jocos solos, & voluptates a spectaculis istis quæri, nihil vitam juvantibus. Attamen est verum: *Voluptas non mox nomine ipso infamis est, sed fit modo utendi vel honesta, vel arguenda: neque enim bonum est, neque malum absolute, sed honesta, nec pudendis rebus bona*, Macr. VII. *Sat.* V. Apul. *de phil.* Nescis adhuc, cur Cyprianus, cur alii istam voluptatem condemnent? *Pudet referre, quæ dicuntur: pudet etiam accusare, quæ fiunt*, &c. apud Cyprianum, & alios omnes. At datur concessu omnium bene ætati ludus aliquis: quando natura ipsa profundit aliquas adolescentiæ cupiditates, & multa omnibus generat blandimenta, Cic. *pro Cæl.* Divinis ille bonis instructus, & ornatus est, si quis hoc robore animi, atque hac indole virtutis, ac continentiæ sit, ut reputat omnes voluptates, omnemque vitæ suæ cursum in labore corporis, atque animi contentione conficiat: quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia delectent: qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non odore, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem: sed neque invenerimus forte talem ullum: neque is est ejusmodi tamen, cui natura non ademerit omnino multa, quæ propter ista exoptabilis vita exsistit, & quidem volente ipso, naturæ auctore, Deo. Infinita enim dedit Deus ad suavitatem, atque jucunditatem, inquit Bez. *cant. ho.* XIII. Ergo deneganda voluptatibus non sunt omnia: non sunt. Non semper superare habet vera illa, & directa ratio, & nec potest, ut nec tantulum de linea gravitatis decedatur. Et semper tamen, & omnia tueri moderatio debet. Cum id genus aliis pluribus, quæ disserit alicubi M. Tullius copiose, & suam hanc disciplinam profitetur: &, in eadem institutos a se adolescentes, confitetur. Et illa igitur Clementis, Cypriani, aut si quæ sunt alia, fortia sunt, recta, sincera. Sed alia dicimus tamen, intuentes & necessitatem: cui cedere nec præter æquum est: ut in suo proposito verba sunt Bernardi, I. *de consid.* Affectus, & perturbationes, quandiu in Tabernaculo corporis hujus habitamus, & fragili carne circumdamur, moderari, & regere possumus, amputare non possumus, Hier. *ep.* VIII. Ne, quæso, ne Clemens, aut quisquis alius exigat a nobis inclementer vitam illam cælitum, quam vivemus olim. Tum nec nuptiæ erunt: quæ necessariæ hic sustinendæ naturæ, etiam illi conditionis

A olim integræ, Bez. *de Repud. Laboris, & negotii requies necessaria, & jocatio*: etiam Plato, Philo, & Aristoteles, IV. *Eth.* VIII. *Polit.* Savo. VIII. *epit. Eth.* fin. & quis non? Natura latrat. *Est literarum etiam non satietas, sed quidam modus*: utcunque jocetur Cicero, IX. *fam.* ult. Et itaque legum conditores sic instituerunt festos dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tamquam necessarium laboribus interponentes temperamentum. Quod Seneca, Philosophus, Stoicus, *de Tranq. vitæ*. Dandam animis remissionem, & indulgendum, ad jocos mentem revocandam: Socratem & cum

B pueris ludere non erubuisse: non ad hoc tantam hominum tendere cupiditatem, nisi naturalem quandam voluptatem haberet lusus, jocusque: nonnumquam & usque ad ebrietatem veniendum: non ut mergat nos, sed ut deprimat curas, &c. Et is etiam spectacula non probaret? Etiam spectacula probat verbis expressis: *Periculosum etiam ingressis forum est? in domibus, in spectaculis, in conviviis bonum contubernalem, amicum fidelem, temperantem convivam agat: longe est optimum miscere otium rebus, quoties actuosa vita impedimentis fortuitis, aut civitatis condicione prohibetur: numquam enim eo usque in-*

C *terclusa sunt omnia, ut nulli actioni honestæ locus sit.* Honesta actio spectaculorum: audis? Sed & alter Seneca, tragicus, II. *Herc. fur. Post multa virtus opera laxari solet.* Isti conventus, etiam ad ludos, sic sunt, ut animi consocientur, Str. IX. Arist. *Pol.* VIII. Cæl. Rh. VIII. *Lect.* VII. Et itaque tyranni solent conventus omnes prohibere, vel ob hoc, ut conjunctiones civium, sibi suspectas, prohibeant. Arcades omissis ludis, qui erant ad humanitatem, agrestes evasere: quod Polybio notatum. Et Aristoteli sic dicta isthæc ad mores: & ut disceremus hilarescere. Commoda ex ludis, etiam commoda: quod notatum Plutarcho: etiam com-

D moda ætati provectiori. Ludere, & sapienti convenit aut in tristitia magna, aut societatis caussa non malæ, aut quum surgimus sic ad munera promptiores. Quos obsignat Cardanus doctissimus casus tres, lib. II. *de Sap.* Scipioni, & Lælio (quantis viris!) non fuit vitio, conchas, & umbilicos ad Cajetam, & ad Lucrinum legere consuesse, atque ad omnem animi remissionem, ludumque descendere, Cic. II. *de Orat.* Et his nostris ad olescentibus erit ergo fraudi, in jocos, & voluptates, tanto nobiliores, quanto est motu corporis nobilior motus animorum, & celeritas ingeniorum, semel forsitan in lustro annorum venire? *Juvenes & con-*

E *fusa quædam, & quasi turbata non indecent*: dicebat Plinius *lib.* III. *ep.* I. Non exactam gravitatem, & constantiam, quasi a philosopho, desiderandam servi, quem adfirmaverit constantem dominus, ait Cajus noster, *l.* 18. *de æd. ed.* sed id omne non amare exigi oportere, ex bono, & æquo, modice cum quodam temperamento. *Mediocris indulgentia summa est custodia*, inquit Card. V. *de Sap.* laxare frena aliquando prurienti ætati, hominumve diuturnæ consuetudini, non secus juvat, quam si vino in vasis ferventi detrahas operculum summum, sinasque modicum, atque non sincerum effundi: ne abrupto vase totum pereat. Solent enim quæcunque

F arcte undique constringuntur, si paululum efferbuerint disrumpi. Hæc remedia sapientiæ Cardano notata. Addit vero, quemadmodum asperiores parentes ad furta, ad alia mala impellunt liberos. *In pejus cadunt, qui a licitis prohibentur*, ut ait Gregorius, *lib.* I. *epist.* XLII. Sic sane. Spartæ legum asperitas ad clandestinas male cogebat voluptates: quod Aristoteles II. *Polit.* observavit. Ecquid igitur si primum concederemus Phi-

loni, & auctori *de musica* inter Plutarchi opera; theatra (de quibus loquimur) esse ad delectationem tantum? Non semper laboribus licet incumbere: & otium inutile est: quare media utriusque est tenenda ratio: quæ est musicæ, colloquii, certaminum, ludorumque, qui sola mentis, aut corporis virtute exercentur, ut idem Cardanus scribit de naturali sapientia, *lib.* II. Musicam sic defendit Aristoteles, VII. *Polit.* & liberalem esse disciplinam, & ad degendum in otio, ingenuorum more, discendam, proponit. An poesis hæc quoque nostra non est musica, Picc. *intr. na. Sc. c.* V. Studium musicum, artem musicam dicunt, Ter. *Prol. Heaut.* & *Hecy.* Et poesis tanto est omni cantu præstantior, quanto est magis propria homini, reliqua musica magis communis nobis cum brutis sit, & cum infantibus: quorum a principio animas quasi animas brutorum ait Philosophus, VIII. *Hist. An.* I. & XIX. *Probl.* XXXVIII. & Alex. I. *probl.* CXXI. & qui vel statim nati canticis oblectantur. Aut quid dico, præsentem nostram musicam, quæ nec improbatur Theologis nostris melioribus, vid. Bez. *Coll. Momp. p. ult. th.* IV. aut ad honestam oblectationem, non eam esse veterem, Card. II. *de sap.* Sigon. VIII. *de regno Ital.* quæ nec inventa ad oblectationem, ut ait Plato in *Tim.* Non etiam refugimus festa convivia. Et fas est quidem, edendi, & bibendi, delectationem interdum non aspernari: ut est & apud *Ecclesiastem*, nec ex vulgi opinione, & voluptuariorum, sicut alia in eo libro non pauca, vid. Gregor. IV. *Dialog.* IV. Atque istæ tamen voluptates conviviorum, quæ brutam prorsus pascunt partem nostri, magis adhuc forent vituperandæ. Ut etiam est ex omnibus maxime voluptarius sensus gustatus, Cic. III. *de Orat.* Hic Aristoteli convenit, & Plutarcho, VII. *Symp.* V. solas delectationes spectaculorum, & auditionum culpa vacare intemperantiæ. Hic ita Cicero, *in Pisonem* dicendo, de utraque voluptate distinguit; *Convivium publicum non dignitatis gratia inibit, sed plane animi sui caussa: ludos nobis idiotis relinquet: solet enim in disputationibus suis oculorum, & aurium delectationi abdominis voluptates anteferre.* Ab istis conviviis non minus quam ab istis spectaculis jubemur abesse, *Hos.* VI. *Rom.* XIII. Cl. A. II. *Pæ.* I. III. IV. Hieron. *ep.* II. & *c.* XIX. *dist.* XXXV. in utrisque tamen damnatur intemperantia, non utrum ipsorum, Auson. *ep.* IX.

Salva mihi veterum maneat dum regula morum,
Laudat permissi sobria mensa jocis.

Nostra volo sobria, aut nego nostra. Non ea, (Tib. III. *el.* VII.) sive docti, (Propertii *lib.* II. *el.* ult.) sive lascivi placent Catulli, *ep.* XVI.

Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum, versiculos nihil necesse est.

Abnuo & illa Ausonii ego, in *Profes.* VIII.

Iste lascivus patiens vocari
Nomen indignum probitate vitæ
Abnuit numquam: quia gratum ad aures
Esset amicas.

Non accipio defensionem reliquam Apuleii, *Apol.* I.

A sive illa in auctoribus, sive in rationibus est: *Profiteri, ludentis est. Natura vox innocentiæ tributa,* &c. Amo cum Euripide, in *Troa. Neque Musa mihi sit cantatrix, quæ laudet turpia.* Verum quæ de juventute dicebam, illa præcipue mihi consideres. Nam, ut est apud Plautum, I. *Bacch.* III. V. *Merc.* IV. *non omnis ætas, Lyde, ludo convenit; itidem, ut tempus anni ætatem aliam aliud factum convenit.* Sane, ut tempus anni

Invitat genialis hiems, curasque resolvit.

B Virgilius I. *Georg.* Et apud Quinctilianum, V. *c.* X. *Aliud aliis annis convenit.* Quis non rideat senem pueriles ludos callentem, & regem histrionicum? Card. II. *de Sap.* Sic Philippus filium dolet tibicinem. Per contemptum sic Auletes dictus unus Ptolomæorum. Sed & nos de Laberio sic. Sic alia, quæ non repetimus. *Duo cum faciunt idem, non est idem, non quo dissimilis res sit, sed quo is, qui facit,* Ter. V. *Adel.* III. Bemb. Minores etsi fecerint artem hanc ludicram, non infamantur. Et delicta ipsorum semper mitius puniuntur, *l.* 21. *C. ex qui. ca. inf. ir.* Tiraq. *de Pæ. ma.* c. VII. Age, dic, C quotus est, qui non minor annis vigintiquinque agit nostrorum scholasticorum? Etiam tempus anni, ut audis, facit hic. Sanctis non habenda spectacula temporibus, jubent nostri legislatores. *l.* 6. *ult. C. de fer. ca. ne cl. vel mo.* ut nec a sepositis Deo viris. Ego autem sancta intelligo tempora, quæ publicis Ecclesiasticis conventibus, orationibus, jejuniis sunt adtributa: quæ aliud a nobis poscunt, quam ludos. Atque breviter cum Aristotele, videndum quod refert plurimum, qualia, propter quos, qui, quando, quatenus agant: aut viles, & sordidi fuerint cantores, & saltatores, qui ad omnem voluptatem, & libitum spectatorum agunt. D *Omnibus in rebus videndum est quatenus,* ut ait Cic. *Orat.* Et sic igitur voluptates non semper damnantur: & hæ nostræ sunt, ac liberales.

CAP. XXI.

DE HISTRIONIÆ COMMODIS.

E SED & ad alias opportunitates, & ad mores hæc esse diximus, & docuimus. Et sic de Aristotele scribit in tractatu nostro Baldus, etiam ad mores pertinere cantus, & ludos, *in l.* 2. *de his, qui no. inf.* Scimus interim illud quoque:

O nimis exitio nata theatra meo.

Et id genus plura, quæ in *Arte* lib. I. & in *Remedio* lib. II. Ovidius. Sed illa omnia de improbis sunt ludis. Sed nec nostra vituperaveris, etsi nec essent ad mores componendos, aut temperandos. Ne-F que enim aut Geometria, aut Dialectica quicquam ad correctionem morum afferre videntur, sed tantum acuere intellectum, vid. Philo *de agricult.* Clemens Alexandrinus *Strom.* lib. I. Sunto exercitamenta hæc in agro vitæ humanæ non stirpes, quos naturalem philosophiam dixere: non fructus, quos voluere moralem: sed maceria, & veluti sepis, qua stirpes adservatur, & fructus: nam ab otio indigno sic nos otium istud spectaculorum edendorum ingenuum servat. *Sepes* dixi: & parum abfuit, quin dicerem quasi in vino *fæces*: quæ op-

timisque inesse vinis solens semper: & vini bonitat: non obsunt, at prosunt verius. Conducunt hæ. & ad litteras. De quibus nec dubitent, qui, non esse magni momenti ad mores, censuerunt, Camer. *Probl. ult.* Ajunt isti, quod exercitationis caussa tractare fabulas, non fuerit neque fructus expers, neque culpandum: quoniam & consideratio quasi acuatur comminiscendo, & augeatur sermonis facultas explicando, & historiarum recordatione prudentia instruatur. Exercitationes nos excitant. *Oratorum, ac vatum victorias incitamentum ingeniis allaturas: nec cuiquam judici grave, aures studiis honestis, & voluptatibus concessis impartiri: lætitiæ magis, quam lasciviæ dari paucas totius quinquennii noctes*: ajunt illi apud Tacitum, *Ann.* XIV. Et nihil est propius ad caussam actorum meorum, de infrequentia spectaculorum, de quæsita lætitia, de honestis voluptatibus, de incitamentis ingeniorum. Sæpe notandum est de infrequentia. Et Seneca sic de ebrietate, quam probat, & quam in Catone illo suo audivit, apud Horatium *lib.* III. *Carm. od.* XXI. *Ut libertatis, ita vini salubris moderatio est: sæpe faciendum non est, ne animus malam consuetudinem ducat*, Plinius *lib.* III. *ep.* XII. Etiam per gesta hæc personata incipiunt adolescentes audere, ostendere se in conspectum hominum. Quam ad rem educendi nonnulli pluribus, & variis artificiis forent. Nescis illum, qui ad dicendum ductus primum coram uno est, post autem coram duobus, & inde coram pluribus, donec ad multitudinem auderet? *Ille in turba metuendus, quem, cum videris solum, despicias*: de suspiciendo judicio vulgi Hieronymus, *ep.* XXVI. *Minus commoveris, si locuturus es cum aliquo quamlibet docto uno, quam si cum multis vel indoctis: opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum, collatumque consilium*: ut ait Plinius, *lib.* VII. *epist.* XVII. Et Aristotelis sententia est, quam Socratis, & Ciceronis verior, Vict. III. *Polit. Arstol.* Jam *in scholasticis aliis exercitationibus enutriuntur ingenia adeo delicate, ut clamorem, silentium, risum, cælum denique pati nesciant*, Sen. *procem.* IX. *contr.* Quid autem in illo theatri strepitu? quid cum illa theatrali actione (ut Demosthenes ad sonantis maris littus, & cum dictione contentissima in cursu arduo, apud Cic. I. *de Orat.* Quinct. XI. Val. VIII. *c.* VII.) non efficient mei isti actores, ut in concionibus, & concionum fluctibus, & aliis omnibus veris actionibus ad cuncta illi usmodi impedimenta interriti, infracti consistant? Ipsa ars ludicra armorum, & athletarum prodest futuro militi, Cic. II. *de Orat.* Fab. lib. III. *Agon.* VIII. *Gladiatores spectaculo simul, & magno ad militiam rudimento*, Val. II. *c.* III. IV. Man. *pro Sex. Rosc.* Nec adeo cum his facinus malum magnum, Lips. *Satur.* ut alii, vel theologi putant, Caser. II. *de si. cer.* VI. Verum est: *Numquam bona sunt, quæ a crudelitate veniunt instituta.* Verum male Ennodius, *Pan. Theo.* sic dissertat de gladiatoribus: qui non crudelitate venerunt. Discunt actoresque, spectatoresque hinc agere etiam oratorie. Ut sic Cicero, I. *de Orat.* scribit, intuendos nobis non solum oratores, sed etiam histriones: & sic in oratore non modo acumen Dialecticorum, sententias philosophorum, verba prope poetarum, memoriam Jurisconsultorum, sed & vocem tragœdorum, & gestus pene summorum actorum requirit. Et sic ipse actionis vitio dum laborat, Æsopi, & Roscii observans gestus studiose, actionis suæ deformitatem correxit, Lamb. in *Cic.* Plut. *Cic.* Et isti histriones ab oratore Hortensio didicere hæc antea, Val. VIII. *c.* X. Sic juncta valde est oratoris, & histrionis actio: quod & Aristoteles, III. *Rh.* significavit. Sed hic mihi recitandos duco Politiani doctissimi versiculos: qui facti pro nobis plane sunt, & in eadem caussa nostra: quum & essent tum quoque temporis, qui scholasticorum hæc exercitamenta alicubi in Italia infamarent, Sic prologus ejus scholasticorum, *lib.* VII. *ep.* XV.

Quod si qui clament, nos facere histrioniam:
Atque id reprehendant: minime diffitebimur.
Dum nos, sciant, disciplinam antiquam sequi.
Etenim formandos comœdo veteres dabant
Pueros ingenuos, actionem ut discerent.
Sed qui nos damnant, histriones sunt maxumi.
Nam Curios simulant, vivunt Bacchanalia.
Hi sunt præcipue quidam clamosi, leves,
Cucullati, lignipedes, cincti funibus,
Superciliosum, incurvicervicum pecus.
Qui quod ab aliis habitu, & cultu dissentiunt,
Tristesque vultu vendunt sanctimonias,
Censuram sibi quandam, & tyrannidem occupant,
Pavidamque plebem territant minaciis.

Cap. XXII.

DE SPECTATORIBUS FABULARUM.

AGE, qui & spectatores fabularum vituperas, id etiam explices mihi de ipsis. Scilicet scribere, aut legere, aut audire lectas fabulas: cur agere, aut spectare non licet? *Turpia æque in audiendo versantur, & in spectando*, inquit Cl. Alex. II. *Pæ.* VI. Ne mihi respondeat quisquam, fomitem ad malum esse a spectatione majorem, quam a lectione, & auditione. Nam replicat hic Plutarchus, *de leg. Poet.* rectissime, sensus esse occludendos malo omnes. Atque Apostolus, *Corrumpunt bonos mores colloquia prava*: quod & de libris accipitur pravis: qui sint de oculis, & manibus tollendi Christianorum, Dan. V. *co.* III. XX. Inhonesta legis quæque. In scholis puerilibus comici, tragici, alii prælegunt ur. Et, spectari honesta, non pateris? Ego, spectari inhonesta, veto: vetui, agi. *Fœda Martialis ne legerem quidem*: inquit Scaliger, *Hyper.* VI. *Ide.* CXXVI. Quod si fomes hinc sit ad malum: & hoc quidem majus erit, quam ex publicis spectationibus. Nam aspectus publici a malo cohercet, ad bonum trahit. *In perditis quoque, & ad omne dedecus expositis tenerrima est oculorum verecundia*, Seneca I. *Natur. Quæst.* Et itaque hæc oblectamenta spectaculorum probantur Plutarcho peritissimo, VII. *Symp.* V. Malis fomes quicquid est. *Vina apposita vinosum movent, invinium non movent*: ut sic de Petronii lectione Lipsius, III. *epist.* II. Quem auctorem, lectumque, relatumque Hieronymo, *epist.* XXII. retuli ipse antea. Atque Hieronymus alios hujus generis legit: & citat ambitiose: & dejerat tamen, & non vult legi. Ego de lectione nunc dixi. *Fœditatem* (inquit Scaliger) *non solum a republica Platonis, sed toto orbe terrarum, & ipsam, & ejus auctores exsulare jubeo.* Cum Lacedæmoniis malim, de civitate libros etiam exportari Archilochi, qui parum verecundæ, ac pudicæ lectionis sunt: ne ingenuorum animi adolescentum ea imbuti, plus capiant in moribus nocumenti, quam adjumentum ingeniis, Val. VI. *c.* III. Plut. *Apopht.* Scilicet adolescentium indolem non tam juvant, quæ bene dicta sunt, quam inficiunt, quæ male: ut hæc quoque contra ipsum Senecam audimus, apud Gell. XII. *c.* II. Et Vives tamen Ludovicus, II. *de ra. di. c. de decoro*, neque in oratore improbat spurca veteris comœdiæ

& hæc enim apte vibrata prodesse posse. Quo auctore magno adversario meo cuidam defendi multæ scholasticorum apte factæ repræsentationes possent contra ejusdem mei accusationes. Cum & bonus auctor Plutarchus, *de le. Poet.* non improbet recitationem, repræsentationem operum vitiosorum juste factam: at dicit, prodesse auditoribus. Et qui dem sententiæ cum articulis illis, *apte, juste*, admitti possunt: ut antea declaravi. Alioqui verum est, quod Cic. *resp. in Sallustium*, sæpe offendi auditores ab his gravius, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam ab his, qui commiserunt. Sic est mihi pro spectatoribus fabularum ratio nova a lectoribus fabularum. Hæc lectio, & satyrarum aptissima humanæ sapientiæ dicitur a Cardano. Probo. Nam & Hieronymus, *epist.* x. scribit, *comicorum, humanos mores nosse, atque describere*. Et de Menandro Quintilianus, *lib.* x. *cap.* I. *Menander, meo quidem judicio, diligenter ad cuncta, quæ præcipimus efficienda, sufficiat: ita omnem vitæ imaginem expressit: tanta in eo inveniendi copia, et eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus*. Perditum Menandrum voluisti, Nazianzene? Card. II. *de Sap.* Ego perditam malim tragœdiam, quæ tua dicitur: & tua forte nec est, Lips. II. *De cru.* VII. Scilicet ejusmodi sacra tractantur ita non imperite modo, sed etiam (date veniam) parum pie. De libris sacris argumenta hæc non ducuntur. Idque unus, quem sciam, vidit Torquatus Tassus, *disc* I. *Poet.* & per magnas rationes videndum aliis dedit. Minturnus, III. *Poet.* vidisse parum, minus explicasse videbitur. Mitto, quæ Eusebius VIII. *de præp. Evang.* prin. recitat edita miracula in istos inquinatores sacrorum librorum. Quod si autem stylo tractari tragico nolunt sacra: quanto volunt minus tractari comico? Apage cum tuis colloquiis, Erasme: ubi religionis res sic tractas quasi per lusum? *Inepti, profligatique pudoris, & judicii barbari, suis colloquiis lavium, ac fulganarium de rebus divinis, tamquam Theologos faciunt disputare*. Sapientissime, & piissime Scaliger, VI. *Poet.* VII. Erasmum hic laudes Sturmi, *antip.* I. Danee, I. *to.* I. *co.* II. *c.* XXXII. *to.* II. *lib.* II. *co.* V *c.* XXVII. Sleidane, *l.* XII. quisquis alius probes? Rai. I. *d'ido* II. III. Ipse se etiam condemnat Erasmus, *de ra. do. Or. & præf. Cypr.* qui laudat Cyprianum, & Origenem, quod non, sicut Tertullianus, salibus, ac dicteriis risum moveant: & Tertullianum plus satis imitatus Hieronymus. Quis ille nunc, qui Erasmum tuetur Tertulliani exemplo? Exemplum ipse vituperat Erasmus. Quamquam & quæ est ratio ad integra Erasmi opera ab inspersis per opera Tertulliani salibus? Quæ ratio est a sarcasmo uno Eliæ, I. *Reg.* XVIII. ut hoc etiam facto utuntur pro defensione Erasmi. Erasmum defendunt: qui nec est noster, nec est sanus, & est pendulus, & incertans ubique, & ridens (ita de eo Lutherusque) religionem, vid. Flac. *præf. N. T.* Sleid. IX. Apage. *In his, quæ ad fidei integritatem pertinent, etiam deterius est dubium, quam pravum*: ita contra Erasmum etiam Cardanus, III. *de Sap.* Jocos Erasmi defenditis? Et sancta per jocum doceantur? discantur? dedoceantur? dediscantur? Nosque ita monent Apostoli, & Prophetæ? Acerbissima ubique, & fere omnia sacrorum sunt librorum; Imo apagete vos lusores, risores, doctores religionis jocosi, mali histriones. *Nihil enim est tam naturale, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est*, ut *l.* 35. *de reg. jur. c.* 4. 27. *q.* II. Et risus res est plebeja: ducitque ad vilitatem, Epict. *ench.* XLIX. Trahit rem risus in suspicionem: ut artificium sophistæ est, facetiis diluere, risu discutere serium, Arist. III. *Rhetor.* Hæc via ad atheismum prona, præceps. Hæc via (audenter dico) athea magis, quam est Macchiavelli. Tu sileas, Jovi Episcope, & qui tecum loquitur. Quia enim vir ille religionem tuam ridebat, atheus tibi dictus est. Ut Diagoras ut Theodorus, ut alii plures, viventes cum ratione, & habiti athei, quia ridiculos Deos ridebant, Cl. Alex. *adge*. Cur improbavi alicui adversario meo & libertatem loquendi Stoicam, an Cynicam? Scilicet non eos mihi adversarios duco, quos vincam: sed ingenuam Academiæ nostræ juventutem habeo in oculis, quam erudiam. Fugite & libertatem illam juvenes. Solus Deus bene malisque reliquis, verbisque malis utitur. Non bene Stoici hi novi, an Cynici, pro illa libertate afferunt sermones Dei. Nostræ corruptæ naturæ non licet, quod licebat integræ, ut ambulemus nudi. Quod simplicitas temporum, minime mala ferebat ad hæc verborum, idem secula nostra non tulerint. Et tamen lingua quoque sic sancta dicitur scripturarum, quæ a libertate ista temperet, Bez. *ca. bo.* I. Aug *Gen q.* LXXXVII. Viri autem alii laudati pallioque caput operiunt in oratione parum pudica, Gell XIX. *c.* IX. Etiam, quum pro ratione sacrorum fieri aliqua ludicra, & turpia Ethnicis deberent, qui ea exercebant, propter verecundiam personati prodibant, ne agnoscerentur, ut habet Servius II. *Georg.* Et laudantur alii, qui res justique thori tegunt verecundis verborum translationibus, Gell IX. *c.* X. Nostri autem legislatores obscuritatemque affectasse visi, viri prudentissimi, ut rem occultarent obscœnam, Alc. X. *Pare.* XI. Sed hæc innumera sunt. Nobilissimus Scaliger, *de causis l. L.* XXXIV. *Verbum nolo hic ponere pudoris gratia: aut per te ipse intelliges: aut si non intelligas, non docebo.* At tu, clarissime Theologorum, quid agis? quo tibi abiit mens, quum annotas in veterrimo patre adeo multa, & exponis adeo diligenter vocabula adeo turpia? At jam tempus est, a diverticulo longo redire in viam: ubi eramus cum his, qui tragœdias de sacris historiis confecerunt, Nazianzenus, Sidonius, Beza, Buchananus. Et hi enim sic sentire videntur, agi, spectari fabulas posse. Nam scribuntur fabulæ, ut agantur, atque spectentur. Cogitavi autem aliquando, si in Judæorum republica quid hujusmodi haberetur. Nam, poetas illic exstitisse vulgares, non modo sacros, hoc certum, *Num.* XXI. Aug. *q.* XLV. Et, posterioribus exstitisse temporibus scriptores in genere hoc, etiam certum, Euseb. IX. *Præ.* IV. Cl. Alex. *Str.* I. Patr. I. *po. hist.* Sed qui etiam contaminarunt libros sacros. Scripserunt comœdias, tragœdiasque Sylla, Cæsar, Augustus, Germanicus, Titus: etiam Scipio, & Lælius, Furiusque: si verum dicebant malevoli, a nobilibus istis Terentium adjutari, Cic. III. *Att.* VII. Ter. *Prol. Adel.* Quid? hinc mihi retorqueas argumentum, quod puduerit istos nobiles dici scriptores comœdiarum. Etiam Socrates (audi) humilem censuit rem, scribere fabulas: & itaque deduxit inde Platonem: qui adolescens tragœdiis faciendis incubuit, Apul. *de dog. Pla.* Gell. XIX. *c.* XI. Etiam lex erat Athenis, quæ vetabat, senatorem esse in areopago, qui comœdiam scriberet, apud Plut. *de vi. be. Ath.* Verum hæc omnia nihil. Scriptores tragœdiarum (nescimus Sophoclem?) honorati viri. Comœdia inhonorata vetus illa habita indignissima. Aut quid si Socrates, & Socratici poeticam improbant, eis infestam, inimicam? Aut quid si humilem quoque fatemur rem? Neque tamen pudenda eadem semper, aut magnis est pudendum viris,

Atque humiles habitare casas, & figere cervos.
Victor & angusti subter fastigia tecti
Alcides subiit.

ut Virg. *ecl.*II. & *Æn.*VIII. Non puduit nobiles comœdias ſcribere: qui vel in aperto cælo luſus teneriores agitarunt. Sed non ſcripſerunt. Sed ut Ariſtoteles ſua quædam donavit alteri, ut Virgilius tragœdiam donavit uxori Vari, ita illi operati Terentio ſint, ut operatoſque ſe voluerint agnoſci publice, Serv. *ecl.* III. Et ſic igitur aliud argumentum pro actoribus, & ſpectatoribus noſtris ab illis ſcriptoribus ductum. Eſt aliud ab auctoritate eorum, qui ſpectarunt. Socrates aſſedit, pater philoſophorum. Scævola noſter, vir ille graviſſimus, & Stoicæ diſciplinæ, nec duxit fraudi ſibi, adeſſe in ſcenis luſibus, Val.II. *c.*VIII. ubi Lipſ. & Cic. I. *de Orat. Delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui diſſimulant: & qui ab delectatione omni negotiis impediuntur*, &c. Quæ Cicero *pro Mur.* ſæpius. Nec te moveat, ſi quid contraque differit aliquando, in conſolationem amici, dolentis abfuiſſe a ludis quibuſdam, Cic. lib. VII. *fam.* I. Nil te moveat aut Quinctilianus II. *c.*XI. aut Scaliger, III. *Poet.* qui in horis male conſumptis & has notant, quæ ſpectaculis dantur. *Comœdias, ac tragœdias*, ait Scaliger, *otioſis damus: nemo enim in theatrum venit, qui non libens velit, id temporis amittere.* Aut enim de vulgaribus ludis, ſpectaculiſque id eſt: nam de quibus illi loquerentur aliis inſolitis? Aut id eſt capiendum ex his perſonis ſingulariſſimis, quæ numquam otioſæ minus, quam quum maxime otioſæ ſunt: ut ipſe fuit Scaliger, nullibi ceſſans, nec dum equo vehitur, & iter faciens, a cogitationibus gravioribus: ut fuit Plinius, ut Cato, ut unus forte alius, atque item alius, Virg. *Æn.*VI.

—— pauci, quos æquus amavit
Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

De quibus heroibus non nos loquimur. Alioqui quid Ariſtoteles, quid ipſe Scaliger, I. *Poet.* quid reliquus philoſophantium flos tantum dederint laboris in cauſſam otioſorum, & male conſumendarum horarum, quantum quiſque de tragœdia ſcripſit, & comœdia? Sile, quiſquis putas, tradita præcepta fabularum, quas faceremus, legeremus; recitari, dictari, perlegi audiremus: non, ut agerentur, & ſpectarentur. Recitantur, dictantur, perleguntur & in theatro, & in ſcena, & muſice, & a poetis ipſis poemata iſthæc, aliaque: ſed tamen iſthæc aguntur proprie. Apul. *Flo.* III. Gell. XVIII. *c.* V. Manut. *pro Arch.* Et volo, argumentum adhuc eſſe mihi ab his, qui de arte expoſuerunt ſcribendi poemata hæc dramatica. Illud vero Scaliger VI. *Poet.* tolerabilius, quod & Antonius apud Ciceronem, I. *de Orat.* & non nemo alius, nihil hic præter relaxationem animi, & præter aurium quæri voluptatem. Quod tamen & oſtenſum eſt falſum. Simul & jucunda, & commoda vitæ hic ſunt, Hor. *ar.* Et nullam majores artem eſſe voluerunt, quæ non aliquid reip. commodaret: ut hic notatum diſerte eſt a Servio *Æn.*VI. Ipſa vel relaxatio ſatis commodat. An non etiam in caſtris propterea ſpectacula edi ſolita? Audimus, edi ſolita, apud Caſaub. *in Suet.*VII. Etiam Auguſtinus, II. *Soliloq.* fabulam dixit (ſed quis non dixit?) ad oblectationem, & utilitatem. Spectatores (& aliud hoc argumentum pro eis) admonentur plenius de honeſtis, & inhoneſtis. Et ſic Spartani ſuos Ilotas ſpectare ebrios conſuevere, quo magis & cognoſcere impuritatem ebrietatis, & caverent, Cl. Alex. III. *Pæ.* VIII Viviſſima vox pleniſſime alit: & oculis ſubjecta fidelibus penitus penetrant animos, & vehementius movent. Neque umquam invitantur tamen huc ad nos ſpectatores, ubi ſpectent, quæ ſcateant ſcurrilitate, & inanitate verborum: quæque nec a ſerrulis, qui dominis modeſtis calceos (ſic Plutarchus) portant, ſpectari debeant. Non hæc ſunt noſtra. Non dicenda ſunt nobis, quæ gentes dicunt in ſtultis cantilenis ſuis: quod Hebræus doctiſſimus, R. Moyſ. Ægyp. III. *duc.dub.*IX. Et ſunt tamen, quæ & joco dicere, & audire hominem decet ingenuum: & ingenui hominis jocus a ſervilis, & jocus eruditi ab inerudití joco diſtat: ut docet Ariſt. IV. *Eth.* & exemplum, quod antea notavi, de novis, & de veteribus comœdiis affert: quod in veteribus verborum obſcœnitas, in novis ſuſpicio ſola obſcœnitatis faciebat riſum. Sic, veteris illius comœdiæ ſpectatores pueros eſſe non patitur idem Philoſophus, apud P. Vict. VII. *Pol. Ariſt.* quæ maledica præterea & in Deos, & in homines ſanctiſſimos. Nec enim niſi tum vix cœpta audiri nova. Et Plutarchus, *comp. Ariſt. & Men.* Menandrum caſtum dicit, laudibus ornat multis: at vituperat Ariſtophanem valde. Quæ & P. Victorius obſervavit. Vetita vetus illa comœdia, nova non vetita. Recentes fabulæ vincunt: quæ ſpectatores cum voluptate admonent. Id Vives ait, II. *de ra.di.* Et infamati etiam actores novæ indignæ. Hæc mihi judices expendant ſapientes. *Nam facile quidem eſt* (ut inquit Cicero *pro Cæl.*) *accuſare luxuriem: de corruptelis, de protervitate, de ſumptibus immenſa oratio eſt. Sed ſapientiæ eſt, non abduci a reo: nec quos aculeos habeat ſeveritas gravitaſque, cum eos accuſator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem, & in reum: cum is non ſuo crimine, ſed multorum vito ſit in quoddam odium injuſtum vocatus*, &c Injuſte emittuntur in actores meos, quæ in vitia aliorum erecta ſunt. Hoc ubique obſervandum, inquit Chryſoſtomus, I. *Cor. ho.* XX. num abſolute aliquid dicatur, an adverſus aliquos pugnetur. Hoc ad doctrinam rei, hoc ad intellectum ſpectare dictorum. Injuſte implicantur etiam ſpectatores in hac accuſatione ſpectaculorum. Etenim, ſi agere illicitum eſt, nec eſt ſpectare licitum: *Probibuit ſpectari, quæ probibuit geri*: Cyprianus, *ep.*I. *Cur liceat audire, quæ loqui non licet? Cur liceat videre, quæ facere flagitium eſt?* Tertullianus, *de ſpect. Eodem facinore ſpectator obſtrictus eſt:* Lactantius *epit.*VI. *Parem noxam contrahunt aures, & linguæ*: Apulejus *Aſ.*ult. *Quod facere vetitum eſt, idem & aſpicere vetitum eſt*: Ariſtoteles, VII. *Polit.* Sic Jure Canonico clericis utrumque interdicitur, I. *de vi. & ho.cler.* Sic noſter Baldus, *Auth.* interdi. *C. de ep. & cl.* ſcribit, eſſe parem culpam ſpectacula edere, & ſpectare ſpectacula. Atque intelligit de indignis ſpectaculis: de quibus ita quoque leges conſtituerunt, vid. *l. ult. C. de ep.aud.* Et de quibus illa ſunt Ciceronis, Auguſtino laudata, *ep.* CII. *Nullo modo potuiſſe ſcriptiones, & actiones recipi comœdiarum, niſi mores recipientium conſonaſſent*: ut de adulteriis Jovis, & aliis flagitiis referuntur. Et ergo Scaliger, I. *Poet.* XXX. contra Naſicam cenſorem, qui hiſtriones ærarios fecerat: *Potentiæ id fuit, non prudentiæ: exigenda enim ex urbe ars fuerat, cujus artifices damnaret: ærarium faceret univerſum populum Romanum: cujus cum aſſenſu, tum juſſu, atque etiam favore id admittebatur: auctor potius, quam actor improbandus. Sed hoc proprium ſemper fuit belluæ multorum capitum, ut nullum caput haberet.* Id vero & Auguſtinus, II. *de Civ.* XIII. *Qua fronte notatur actor, ſi adoratur exactor?* de Deo, cui fierent ludi. Et ſic lex olim Didia non eos ſolos, qui prandia, cœnaſve majore, quam licebat, ſumptu feciſſent, ſed etiam qui ad eas vocati eſſent, acceſſiſſentque, pœnis legum ſumtuariarum obligavit, Macr. I. *Sat.*XVII. Et ſic alia. Nam quid attinet de ludorum editoribus differere? Quid de his, qui ope, conſilio juvant? *Peccare, & peccato favere*

perinde est, Phi. *de sp. l.* Imo, ut ait P. Syrus. *Bis peccas, quum peccanti obsequium accommodas*. Et magis sunt illi reprehendendi, qui auctoritate, ope juvant, *l.34. ubi not. de fur.*. Ita, qui spectacula & actores damnat, is etiam spectatores, & auctores condemnat. Ego autem & tuear actores per dignitatem spectatorum. Et quia turpia spectacula, & actores indignarum fabularum reprehendo, non illico res facio aut indignarum istarum spectatores: sed tum demum, quum turpitudinis, & indignitatis scii, ad spectacula turpia, & indigna accesserint. Alias quid peccavit, qui ad spectacula venit, rem nulla propria qualitate malam? & quam credere bonam potuit? Augustus a quodam exceptus cœna sordidiore, non se, at illum in abeundo accusavit, quod nimis familiariter se tractasset, ut refert Macrobius lib. II. *Saturn.* cap. IV. Et non magis læditur honestas spectatoris, qui incidit in actiones malas, quam matronarum honestarum, quæ inscias in nudos insiderint viros: quos nudas esse matronis his statuas, respondit olim Livia Augusta. *Qui caste aspicit, quasi statuas, pulchra corpora*: inquit Clemens Al. *Str.* IV. Et Plutarchus in eo libro, qui docet, quomodo intelligatur, si proficitur in exercitio virtutis, pulchram aspici libenter ab omnibus: nec vitium isthic esse: illic vitium incipere, quum doletur, abire. Quod aptissimum hic. Vitium tum incipit, quum doletur, ludos finire. Interim civile est, his se honestis miscere sic voluptatibus, ut Augustus censuit: & spectare, & favere his, gratum omnino, & populare est, dum a virtutibus proficiscitur: ut inquit Tacitus, *Ann.* I. & *Hist.* II.

F I N I S.



EVANTHII ET DONATI

DE

TRAGŒDIA ET COMŒDIA

COMMENTATIUNCULÆ.

EVANTHII ET DONATI DE TRAGŒDIA ET COMŒDIA COMMENTATIUNCULÆ.



INITIUM [1] Tragœdiæ & Comœdiæ a rebus divinis est inchoatum: quibus pro fructibus vota solventes operabantur Antiqui. Nam incensis jam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis, quod sacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur, vel ἀπὸ τοῦ τράγου καὶ τῆς ᾠδῆς, hoc est, *ab birco*, hoste vinearum, & *a cantilena*. Ejus ipsius rei apud Virgilium plena fit mentio: vel quod hirco donabatur ejus carminis Poeta: vel quod uter ejus musti plenus solemne præmium cantoribus fuerat; vel quod ora sua fecibus perlinebant scenici, ante usum personarum, ab Æschylo repertum. Feces enim dicuntur Græce τρύγες. Et his quidem causis Tragœdiæ nomen est inventum. At vero nondum coactis in urbem Atheniensibus, cum [2] Apollini Nomio, vel AFYAΘῷ, id est, pastorum vicorumque præsidi Deo, constructis aris in honorem divinæ rei circum Atticæ vicos, villas, pagos, & compita, festum carmen solenniter cantarent: orta est Comœdia ἀπὸ τῶν κωμῶν καὶ τῆς ᾠδῆς composito nomine, vel ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod est commessatum ire cantantes: quod a Poetis solenni die, vel amatorie lascivientibus choris comicis, non absurdum est. Itaque ut rerum, ita etiam temporum ipso cœpto ordine, Tragœdia primo prolata esse cognoscitur. Nam ut ab incultis, & feris moribus paulatim perventum est ad mansuetudinem urbesque sunt conditæ, & vita mitior atque otiosior processit: ita res Tragicæ longe ante comicas inventæ. Quamvis autem retro prisca volventibus reperiatur Thespis Tragœdiæ primus inventor: & Comœdiæ veteris pater, Eupolis cum Cratino Aristophaneque esse dicatur: Homerus tamen, qui fere omnis Poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operum lege præscripsit: qui [3] *Iliadem* instar Tragœdiæ, A *Odysseam* ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur. Nam post illius tale tantumque documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinem, & divisa ea, quæ etiam temere scribebantur adhuc impolita, atque in ipsis rudimentis haudquaquam, ut postea facta sunt, decora atque lævia. At nos ea, quæ proprie de Tragœdia dicenda sunt titulo propositi operis instantes, in alia tempora differamus: & de his fabulis jam loquamur, quas Terentius imitatus est. Postquam demonstrandæ originis causa de utriusque generis initio diximus: quod necesse est jam dicemus:

COMOEDIA fere vetus, ut ipsa quoque olim TRAGOEDIA, simplex carmen (quemadmodum B jam diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus, nunc consistens, nunc revolvens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primo una persona substituta est cantoribus, quæ respondens alternis choro, locupletavit variavitque rem musicam; tum altera; tum tertia; & ad postremum crescente numero, per auctores diversos, personæ, pallæ, cothurni, socci, & ceteri ornatus atque insignia scenicorum reperta: & ad hoc unicuique suus habitus: & ad ultimum, qui primarum partium, qui secundarum, & tertiarum, qui quartarum atque quintarum actores essent, distributa & divisa quinquepartito tota est fabula: quæ tamen in ipsis ortus sui velut quibusdam incunabulis, & vix dum incipiens, κωμῳδία ἐπώνιος καὶ ἀρχαία C dicta est: ἀρχαία idcirco, quia est de nobis parum cognitis vitiis: ἐπώνιος autem, quia inest in ea velut historica fides veræ narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere describebatur. Etenim per priscos Poetas, non ut nunc, penitus ficta argumenta: sed res gestæ a civibus palam cum eorum sæpe, qui gesserant, nomine decantabantur. Ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit civitatis: cum unusquisque caveret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico probro. Sed cum Poetæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum

1. Quæ hic de Tragœdia & Comœdia referuntur ea non, ut alii, ex Cornuto, vel Aspro desumpta, sed ex Evanthii *commentario in Terentium* selecta esse arbitror. Ejusceque rei evidentissimum argumentum est, quod sub hujus eruditissimi Grammatici nomine (quem iisdem cum Donato temporibus, hoc est Olymp. 285. regnante Constantio fil. Constantini, C.P. floruisse notat Hieronym.) hæc verba adferat Rufinus Antiochensis Grammat. lib. *de metris Terentianis*: *Concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro.* Et postea sic: *Veteres etsi usi ipsi quoque metris*, &c. Quæ ipsissima in hisce Prolegomenis nunc leguntur. *[illegible]nd bre[illegible]*.

D 2. *Apollini Nomio, vel Afya-Θῷ)* Hæc est scriptura priscorum Codd. quæ refingenda videtur hoc modo: *Apollini Nomio vel Agyeio*. De Apolline Nomio Serv. IV. *Georgicorum*, ad illa verba: *Auditque vocatus Apollo*. Ἀγυιὰς autem Elei appellarunt, teste Pausania in *Eliacis*, τὰς ὑπὸ Ἀθηναίων καλουμένας στενωπούς. Et hinc Apollo Agyeius, de quo fuse Græci, Horat. *Carm.* l. IV. od. VI. *Lenis Agyeius*. Et ibi Porphyr. Macrobius *Saturnal.* lib. I. cap. IX.

3. *Iliadem Tragœdiæ, Odysseam ad imaginem Comœdiæ)* Aliter sentit Aristoteles in lib. *de re Poetica*: cujus auctoritate facile hujus Grammatici opinio præponderatur. *Muretus*.

terum carmen infame proponeret, lege lata siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est, SATYRA sumpsit exordium: quæ a Satyris, quos illotos semper ac petulantes Deos scimus esse, vocitata est: etsi aliunde nomen traxisse prave putant alii. Hæc, quæ satyra dicitur, ejusmodi fuit, ut in ea, quamvis duro & veluti agresti joco, de vitiis civium tamen sine ullo proprii nominis titulo carmen esset. Quod item genus Comœdiæ multis obfuit Poetis, cum in suspicionem potentibus civibus venissent, illorum facta descripsisse in pejus, ac deformasse genus stylo carminis: quod primo Lucilius novo conscripsit modo, ut Poesin inde faceret, id est, unius carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus modo, coacti omittere satyram, aliud genus carminis, τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est, *novam comœdiam* reperere Poetæ, quæ argumento communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret: & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret: concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro. Ut igitur superiores illæ suis quæque celebrantur auctoribus: ita hæc νέα κωμῳδία cum multorum antea, tum præcipue Menandri Terentiique est: de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen velut admonendi lectoris causa, quod de arte comica Veterum chartis continetur, exponere. Comœdia vetus ut ab initio chorus fuit, paulatimque personarum numero in quinque actus processit; ita paulatim velut attrito atque extenuato choro ad novam Comœdiam sic pervenit, ut in ea non inducatur chorus, sed ne locus quidem ullus jam relinquatur choro. Nam postquam otioso tempore, fastidiosior spectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, consurgere & abire cœpisset; admonuit Poetas, primo quidem choros prætermittere, locum eis relinquentes, ut Menander fecit, hac de causa, non, ut alii existimant, alia. Postremo ne locum quidem reliquerunt, quod Latini fecerunt Comici: unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est. Tum etiam Græci prologos non habent more nostrorum, quos Latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est, Deos argumentis narrandis machinatos, cæteri Latini instar Græcorum habent: Terentius non habet. Ad hoc προτατικὰ πρόσωπα, id est, personas extra argumentum arcessitas; non facile cæteri habent: quibus Terentius sæpe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumentum. Veteres, etsi ipsi quoque in metris negligentius egerunt, jambici versus duntaxat in secundo & quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione hujus metri, quantum potest, comminuti ad imaginem [1] prorsæ orationis. Tum personarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodit. Quin etiam solus ausus est, cum in fictis argumentis fidem veritatis assequeretur, etiam contra præscripta comica, meretrices interdum non malas introducere: quibus tamen, cur bonæ sint, & voluptas per ipsum & causa non desit.

Hæc cum artificiosissima Terentius fecerit: tum illud est admirandum; quod & morem retinuit, ut Comœdiam scriberet: & temperavit affectum, ne in Tragœdiam transiliret: quod cum aliis rebus minime obtentum & a Plauto, & ab Afranio, & Accio, & multis fere magnis Comicis invenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile, quod ejus fabulæ eo sunt temperamento, ut neque extumescant ad tragicam celsitudinem, neque abjiciantur ad mimicam vilitatem. Adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur, aut quod ab historicis requirendum sit; quod sæpius Plautus facit, & eo est obscurior in pluribus locis. Adde quod argumenti ac styli ita attente memor est, ut nusquam non caverit, aut curaverit ea, quæ obesse potuerunt: tum quod media primis atque postremis ita nexuit, ut nihil additum alteri, sed aptum ex se totum, & uno corpore videatur esse compositum. Illud quoque mirabile in eo primo, quod non ita miscet personas quatuor, ut obscura sit earum distinctio. Et item quod nihil ad populum facit, actorem velut ex Tragœdia loqui: quod vitium Plauti frequentissimum est. Illud etiam inter cætera ejus laude dignum videtur, quod locupletiora argumenta ex duplicibus negotiis delegerit ad scribendum. Nam excepta *Hecyra*, in qua unius Pamphili amor est, cæteræ quinque binos adolescentulos habent. Illud vero tenendum est, post νέαν κωμῳδίαν Latinos multa fabularum genera protulisse: ut Togatas, a scenicis atque argumentis Latinis: Prætextatas, ab dignitate personarum, & Latina historia: Attellanas, a civitate Campaniæ, ubi actitatæ sunt plurimæ: Rhyntonicas, ab actoris nomine: Tabernarias, ab humilitate argumenti & styli: Mimos, ab diuturna imitatione vilium rerum & levium personarum. Inter Tragœdiam autem & Comœdiam cum multa, tum in primis hoc distat: quod in Comœdia mediocres fortunæ hominum, parvi impetus periculaque, lætique sunt exitus actionum. At in Tragœdia, omnia contraria, ingentes personæ, magni timores, exitus funesti habentur. Et illic turbulenta prima, tranquilla ultima. In Tragœdia contrario ordine res aguntur. Tum quod in Tragœdia, fugienda vita; in Comœdia, capessenda exprimitur. Postremo, quod omnis Comœdia de fictis est argumentis: Tragœdia sæpe ab historica fide petitur. Latinæ fabulæ primo a Livio Andronico scriptæ sunt, [2] cum etiam tam ad cuncta recentibus, idem & Poeta & actor fabularum suarum fuisset. Comœdiæ autem motoriæ sunt, aut statariæ, aut mistæ. Motoriæ, turbulentæ: statariæ, quietiores: mistæ, ex utroque actu consistentes. Comœdia per quatuor partes dividitur, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophen. Prologus est velut præfatio quædam fabulæ, in quo solo licet, præter argumentum aliquid ad populum, vel ex Poetæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris commodo, loqui. Protasis primus est actus, initiumque dramatis. Epitasis incrementum processusque turbarum: ac totius, ut ita dixerim, motus erroris. Catastrophe, conversio rerum est ad jucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum.

---

1 *Prorsæ orationis*) Prosam orationem qui dicunt, facere imperite existimo. *Prorsum* antiqui rectum appellabant: inde prorsi limites apud Festum, eoque vocabulo in hunc sensum reperio usum Senecam, his versibus ex *Troade*.

Et quid renatum prorsus adspiciens diem
Tepidum rubenti Tigrin admiscet freto?

Sed & *prorsam* vocabant Deam, quæ rectos fœtus educeret: de qua locum hunc A. Gellii, *lib.* XVI. ita scriptum in veteribus libris videre memini. *Hujus periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postverta nominata est, altera Prorsa: a recti perversique partus & potestate & nomine:* nunc autem ibi quoque corrupte legitur *Prosa*. Quia igitur, *prorsum*, rectum est, ideo solutam orationem, prorsam nominarunt, quod essent in ea voces recto fere ordine, & ut naturæ ferret impetus, collocatæ: contraque *versum* dixerunt, in quo esset orationis genus versum atque mutatum, ut loquitur Cicero. *Muretus*.

2 *Cum etiam tam ad cuncta recentibus*, &c.) Hoc significat, ideo eundem Poetam & Actorem fuisse, quod Romani etiam tum ad omnia rudes essent. Vide Livium *lib.* VI. *Muretus*.

DONATI FRAGMENTUM DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA.



COMOEDIA est fabula diversa instituta continens, affectuumque civilium ac privatorum, quibus discitur, quid sit in vita utile, quid contra evitandum. Hanc Græci sic definiere, κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή. Comœdiam esse Cicero ait, *imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis*. Comœdiæ autem a more antiquo dictæ: quia in vicis hujusmodi carmina initio agebantur apud Græcos: ut in Italia Compitalitiis ludicris, admisso pronunciationis modulo, quo, dum actus commutantur, populus detinebatur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc est, ab actu vitæ hominum, qui in vicis habitant, ob mediocritatem fortunatorum: non in aulis regiis, ut sunt personæ Tragicæ. Comœdia vero, quia Poema sub imitatione vitæ atque morum similitudine compositum est, in gestu & pronunciatione consistit. Comœdiam apud Græcos dubium est quis invenerit primus, apud Latinos certum est. Comœdiam & Tragœdiam Togatam primo Livius Andronicus reperit: aitque, *Comœdiam esse quotidianæ vitæ speculum*: nec injuria. Nam ut intenti speculo veritatis lineamenta facile per imagines colligimus: ita lectione Comœdiæ imitationem vitæ consuetudinisque, non ægerrime animadvertimus. Hujus autem originis ratio ab exteris civitatibus, moribusque, pervenit. Athenienses namque Atticam custodientes elegantiam, cum vellent male viventes notare, in vicos & compita ex omnibus locis læti alacresque veniebant, ibique cum nominibus, singulorum vitam publicabant: unde nomen compositum, ut Comœdia vocaretur. Hæc autem carmina in pratis primum mollibus agebantur. Nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum provocarentur ingenia: sed & actoribus munera offerebantur, quo libentius jucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis uterentur. Caper namque pro donis his dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur: a quo etiam Tragœdiæ nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca olei fæce, quæ est humor aquatilis, Tragœdiam dici vocarique maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi Patris agerentur, etiam ipsi Comœdiarum Tragœdiarumque scriptores, hujus Dei velut Patris numen colere venerarique cœperunt. Cujus rei probabilis ratio exstitit: ita enim carmina inchoata proferebantur, ut per ea laudes ejus & facta gloriosa celebrari proferrique constaret: tum paulatim fama hujus artis increbuit. Thespis autem primus hæc scripta in omnium notitiam protulit. Postea Æschylus, secutus exemplum, publicavit. De quibus ita Horatius in *arte Poetica* loquitur.

Ignotum tragicæ genus invenisse Camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse Poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschylus, & modicis instravit pulpita tignis:
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.
Successit vetus his Comœdia non sine multa
Laude; sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta: chorusque
Turpiter obticuit sublato jure nocendi.
Nil intentatum nostri liquere Poetæ:
Nec minimum meruere decus, vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

FABULA generale nomen est, ejus duæ primæ partes sunt, Tragœdia & Comœdia. Si Latina argumentatio sit, prætextata dicitur. Comœdia autem multas species habet. Aut enim palliata est, aut togata, aut tabernaria, aut Attellana, aut mimus, aut Rhintonica, aut planipedia. Planipedia autem dicta, ob humilitatem argumenti ejus, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco utuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede: vel ideo quod non ea negotia continent, quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco. Personati primi egisse dicuntur Comœdiam Cincius & Faliscus: Tragœdiam Minutius & Prothonius. Omnium autem Comœdiarum scripta ex quatuor rebus omnino sumuntur, nomine, loco, facto, eventu. Nomine, ut *Phormio*, *Hecyra*, *Curculio*, *Epidicus*. Loco, ut *Andria*, *Leucadia*, *Brundusina*. Facto, ut *Eunuchus*, *Asinaria*, *Captivi*. Eventu, *Commorientes*, *Adelphi*, *Heautontimorumenos*. Comœdiarum formæ sunt tres: Palliatæ, Græcum habitum ferentes: quas nonnulli tabernarias vocant. Togatæ juxta formam personarum, habitum togarum desiderantes. Attellanæ, salibus & jocis compositæ, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam. Comœdia autem dividitur in quatuor partes, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophen. Prologus est prima dictio, a Græcis dicta πρόλογος, id est, antecedens veram fabulæ compositionem elocutio. Ejus species quatuor sunt: Συστατικὸς, commendatitius: quo fabula vel Poeta commendatur. Ἀναφορικὸς, relativus: quod aut adversario maledicta, aut gratiæ populo referuntur. Ὑποθετικός, argumentativus: fabulæ argumentum exponens. Μικτὸς, mistus: omnia hæc in se continens. Inter Prologum & Prologium quidam hoc interesse voluerunt: quia prologus est velut præfatio quædam fabulæ, in quo solo scilicet præter argumentum, aliquid ad populum vel ex Poeta, vel ex ipsius fabulæ, vel actoris commodo loquitur. Prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Protasis est primus actus initiumque dramatis, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam.

Epitasis est incrementum processusque turbarum, ac totius ut ita dixerim nodus erroris. Catastrophe est conversio rerum ad jocundos exitus patefacta cunctis cognitione gestorum. In plerisque fabulis ipsarum nomina priora ponebantur, quam Poetarum: in nonnullis Poetarum, quam fabularum. Cujus moris diversitatem antiquitas probat. Nam cum primi aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronuntiabantur ante, quam Poetæ pronuntiarentur, ne aliqua invidia a scribendo deterreri possent. Cum autem per editionem multarum, Poetæ jam esset auctoritas acquisita, rursus priora Poetarum nomina proferebantur: ut per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur.

ACTAS diversis ludis manifestum est inscribi. [1] Nam ludorum quatuor sunt species, quos Curules Ædiles munere publico curant. Megalenses, magnis Dii consecrati, quos Græci [2] *μεγαλεσίυς* appellant. Funebres, ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem Patricii viri plene instruitur: Plebeii, qui pro salute plebis eduntur. Apollinares, Apollini consecrati. In scena duæ aræ poni solebant, dextra Liberi, sinistra ejus Dei cui ludi fiebant: unde Terentius in *Andria* ait, *Ex ara hac sume verbenas*.

Hinc Ulyssem palliatum semper inducunt: sive quod aliquando insaniam simulavit: quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusque plurimum sociis profuit. Hujus enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacæ incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis & Neoptolemi personæ, diademata habent: quamvis regalia sceptra nunquam tenuerint: cujus argumenti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ juventute ad gerenda cum Trojanis bella, sacramenta conjurationis inierunt, nec unquam sub Agamemnonis imperio fuerunt.

COMICIS senibus candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur. Servi comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agant. Parasiti cum intortis palliis veniunt. Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus: purpureus diviti, pauperi Phœniceus datur, militi chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varii coloris utitur. Meretrici ob avaritiam luteum datur. Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur: quæ res ab scenica luxuria instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significant. Aulæa quoque in scena intexta sternuntur, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlatus: pro quibus siparia ætas posterior accepit. Est autem mimicum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur. Diverbia histriones pronuntiabant. Cantica vero temperabantur modis non a Poeta; sed a perito artis musicæ factis. Neque enim omnia iisdem modis in uno cantica agebantur, sed sæpe mutatis, ut significant qui tres numeros in Comœdiis ponunt, qui tres continent mutuos modos cantici illius. Qui hujuscemodi modos faciebant, nomen in principio fabulæ & scriptoris & actoris superponebant. Hujusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis, multi

---

1. *Nam ludorum quatuor sunt species.*) Difficile dictu est, hoc loco, non multis in verbis, quam multa peccata sint. Primum quatuor tantum ludorum genera, sive, ut iste nescio quis loquitur, species: ubi igitur Florales? ubi Romani? ne cæteros persequendo sim longior. Deinde Apollinares ludos numerat inter eos, qui ad curam Ædilium Curulium pertinerent: falso: exstant apud Livium & Macrobium carmina Martii Vatis, quæ eos ad Prætoris Urbani curam pertinuisse demonstrant. Apollini censeo vovendos ludos, qui quotannis communiter Apollini fiant: iis ludis faciendis præsit is prætor, qui jus populo plebique dabit summum. Idem confirmat M. Tullius oratione decima *in Antonium*, ubi de Bruto loquens, *Qui*, inquit, *cum Prætor urbanus esset, urbe caruit, jus non dixit, cum omne jus populi Rom. recuperasset*. Et paulo infra: *Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua Populique R. dignitate apparatos, præsens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratorum hominum audaciæ*. Errat etiam in eo, quod Megalenses, sed Circenses, sive Romanos, Conso & magnis Diis, ex Asconio; Megalenses autem magnæ Deum matri sacros fuisse, ex Livio & aliis cognoscitur. Nam quod Antonius Goveanus a Megalensibus Megalesia distinguere, Megalenses autem eosdem cum Romanis facere voluit, æque in utroque falsus est. Locus est Ciceronis ex oratione *de Responsis haruspicum*: *Nam quid ego de illis ludis loquor, quos in Palatio nostri majores ante templum in ipso Matris magnæ conspectu Megalensibus fieri celebrarique voluerunt, qui sunt more institutisque maxime casti, solennes, religiosi: quibus ludis primum ante populi consessum senatui P. Africanus iterum consul ille Major dedit, ut eos ludos hæc lues impura pollueret, quo si quis liber aut spectandi, aut etiam religionis caussa accesserat, manus afferebantur: eo matrona nulla adiit propter vim consessumque servorum. Ita ludos eos, quorum religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita, in hac urbe consederit, qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipso & appetita religio externa, & Matris magnæ nomine suscepta declaretur, hos ludos servi fecerunt, servi spectaverunt, tota denique hoc ædili servorum Megalesia fuerunt*. Hunc locum totidem verbis citat Goveanus: & ex eo colligit, a Megalensibus alia esse Megalesia: quod Cicero Megalesia Megalensibus celebrari solita dicat: deinde tradit ludos Megalenses eosdem esse, qui Circenses Romani magni nominantur. Quæ cum dicit, non animadvertit, in quam difficiles sese rerum absurdissimarum laqueos inducat. Non abutar pluribus argumentis, neque committam, ut mea oratio, hanc veluti patentem alienæ reprehensionis nacta campum, juveniliter in eo exsultare videatur. Tota res uno verbo confici potest. Nam si ludi Megalenses committebantur pridie Id. April. ut ex Livio constat, ludi autem Romani pridie Kal. Sept. ut e priore actione *in Verrem* cognoscitur: quis est usque eo hebes, qui non videat, ut iidem sint Megalenses & Romani, nullo modo fieri posse? Ego vero, ne dicam dolo, vocem illam, Megalensibus, e Ciceronis loco, quem paulo supra recitavi, & expungendam puto, & e glossemate aliquo in ordinem Ciceronis verborum irrepsisse suspicor. Sunt igitur eadem Megalesia cum Megalensibus, neque dicta sunt *ἀπὸ τῶν μεγάλων σιῶν*, ut hic grammaticus nugatur, sed a Magna matre, cui dicata erant: cumque initio Megalensia dicerentur, detrita, ut sæpe fit, litera, Megalesia nominata sunt. Itaque Festus, *Megalesia*, inquit *ludos Matris magnæ appellabant*. Muretus.

2. Μεγαλεσίους.) Videtur legendum (ut & in Pith. emendatum est) Μεγάλους σιούς. Vult Megalenses ludos nomen invenisse *ἀπὸ τῶν μεγάλων σιῶν*, hoc est, DIS magnis. Nam Doribus, ut & Plato & Aristoteles testantur, σιὸς est Deus. *Lind.*

ex populo ante difcerent, quam fabulam acturi fcenici effent, quam omnino fpectatoribus ipfis antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibiis paribus aut imparibus, & dextris aut finiftris. Dextræ autem & Lydiæ fua gravitate fe- A riam Comœdiæ dictionem pronuntiabant. Siniftræ & Serranæ acuminis levitate jocum in Comœdia oftendebant. Ubi autem dextra & finiftra acta fabula infcribebatur, miftim joci & gravitates denuntiabantur.

F I N I S.




DE
FABULARUM, LUDORUM,
THEATRORUM, SCENARUM,
AC SCENICORUM
ANTIQUA CONSUETUDINE
LIBELLUS,

EX OPTIMIS AUCTORIBUS COLLECTUS, AD COMICOS FACILIUS INTELLIGENDOS.

INDEX CAPITUM.

DE FABULARUM, LUDORUM, THEATRORUM, SCENARUM, AC SCENICORUM ANTIQUA CONSUETUDINE LIBELLUS,

EX OPTIMIS AUCTORIBUS COLLECTUS, AD COMICOS FACILIUS INTELLIGENDOS.



NUNQUAM existimandum est cuiquam posthac familiarem Plautum aut Terentium futurum; eorumque intimum artificium, orationis characterem, atque venustatem, aliaque id genus plura quemquam plane assequuturum, nisi Comicam omnem dignitatem, morem, & agendi consuetudinem, quæ ab antiquis in fabulis ac ludis observari solebant, exacte teneat. Ita fiet, ut postea nihil præter metrorum rationem, ac versuum mensuras desiderare possit: quas nimirum ex Terentiano, omnium Latinorum Grammaticorum cultissimo, & in hac re plurimum exercitato, desumere licebat. Hic itaque libet adolescentulis bonarum literarum studiosis breviter proponere: primum, unde nata sit Comœdia, quoque pacto, ante comœdiarum usum antiqui poetæ luserint: Deinde vero, quomodo Comœdiæ agi ac pronunciari solitæ fuerint, ut quid Ludi sint, quid Theatra, Scenæ, Actus, Personæ, & id genus cetera, facile intelligatur. Quod opus dum aggredimur facilem atque attentum lectorem esse cupimus, ut tandem intelligat, quid sit Fabula, Tragœdia, Comœdia vetus, Satira, & nova Comœdia.

CAP. I.

QUID FABULA TRAGOEDIA, SATIRA, COMOEDIA VETUS ET NOVA.

FABULÆ generale nomen est Tragœdiam, Satiram, & Comœdiam in se complectens. Estque fabula, narratio quædam conficta, & demissiore plerumque stylo ac versibus conscripta, ad oblectationem auditorum. Unde etiam Poemata, inter Fabulas a nonnullis connumerantur: quapropter quibusdam visus est Homerus *Iliadem* instar Tragœdiæ, *Odysseam* ad imaginem Comœdiæ conscripsisse.

TRAGOEDIA autem Fabula est, qua antiqui reprehendebant, quod in rebus non solum privatis ac civilibus, sed maxime arduis, & ad principes attinentibus, minus rectum videbatur. In ea scenici amurca, & olei fæcibus (quas Græci τρύγα vocant) perlinebant ora, ante usum personarum: unde Tragœdiæ nomen. Ejus grave argumentum fuit petitum sæpe ab historica fide: dictio severa, sublimis, sæpe tumida: tranquilla prima, exitus funesti.

Post Tragœdiam inventa COMOEDIA, quæ VETUS dicta est, in qua (ut in Tragœdia quoque) simplex carmen fuit: quod carmen chorus circa aras fumantes nunc spatiatus, nunc revolvens gyros, cum tibicine concinebat: eratque primo una persona cantoribus substituta, quæ respondens alternis choro, locupletabat, variabatque rem musicam. Chorus autem in Tragœdia, aut Comœdia Vetere, dicebatur multitudo coævorum ju-

venum, aut minorum in sacris, vel scena cantantium atque saltantium.

Fuit Vetus Comœdia Græcis *Archæa* dicta, quia esset de nobis parum cognitis vitiis: item etiam *Eteonymos*, quia inesset in ea velut historica fides veræ narrationis, & nominatio omnium, de quibus scribebatur. Sed cum Poetæ in comœdiis abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, lege lata, ne quisquam in alterum infame carmen scriberet, tacuerunt.

SATIRA exinde sumpsit exordium. Estque genus Fabulæ, quæ a Satiris (quos illotos & petulantes Deos esse scimus) nomen sumpsit. Fuit autem ejusmodi, ut in ea (quamvis duro & agresti joco) tamen vitia hominum, sine ullo proprii nominis titulo, carperentur, atque per scirpos & ænigmata, magnæ res describerentur. Id vero genus fabulæ multis obfuit Poetis, cum in suspicionem potentibus civibus venissent, quod illorum facta descripsissent in pejus, ac deformassent fabulæ genus stylo carminis.

Post exoletam Satiram, inventum est a Poetis aliud fabulæ genus, quæ COMOEDIA NOVA dicta est. Ea erat Fabula, continens imaginem civilium ac privatarum rerum: qua discebatur, quid esset in vita utile, quid evitandum. Unde ait Cicero, Comœdiam esse imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis.

Nomen habet Comœdia, vel a Como, Deo comessationis, vel ab eo, quod primum Athenienses per vicos adhuc dispersi ex omnibus locis læti alacresque conveniebant: ibique rudibus & incultis versibus potentiorum, aliorumque item hominum vitia nominatim perstringebant. Nomen autem compositum ἀπὸ τοῦ κωμάζειν & ἄδειν. In summa, Comœdia est Poema sub imitatione vitæ ac similitudine compositum, in gestu & pronunciatione consistens. In ea mediocres fortunæ hominum, parvi imperus, pericula quotidiana, turbulenta principia, lætique fuerunt exitus, & ficta argumenta. Caruit quoque choro Nova Comœdia, contra quam Vetus, paulatimque personarum numero in quinque actus processit: quod tunc, cum ad cantores ab actoribus transibat Fabula, consurgeret & abiret populus. In ea etiam personarum ornatus alius inventus est, pallia, socci, & id genus cætera.

Post Novam Comœdiam Latini multa Fabularum genera protulerunt, quæ tamen Comœdiæ dicebantur. *Togatas* vocabant a scenicis indumentis, quæ Romanam togam præ se ferebant, & ab argumentis Latinis: *Prætextatas* a dignitate & vestitu personarum, & Latina historia: *Atellanas* ab Atella Oscorum civitate, ubi inventæ dicuntur: eæ salibus consperſæ erant, ac jocis compositæ, in se non habentes nisi venustam elegantiam, quales sunt Plautinæ. *Rhyntonicæ* Comœdiæ dictæ ab auctoris nomine: *Tabernariæ*, ab humilitate argumenti, & styli; *Palliatæ*, ab habitu & argumento Græco. *Mimi* ab inverecunda imitatione vilium rerum, & levium personarum. *Planipedia* quoque Comœdia dicta, ob humilitatem argumenti, ac vilitatem actorum, qui non cothurno, aut socco utebantur in scena, aut pulpito, sed plano pede: vel ideo, quod non ea negotia contineat, quæ personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco.

Omnium aut Comœdiarum scripta, quæ Dramata Græci vocabant, ex quatuor rebus omnino sumuntur: Nomine, Loco, Facto, Eventu. Nomine, ut *Phormio*, *Hecyra*, *Gurgulio*, *Epidicus*. Loco, ut *Andria*, *Leucadia*, *Brundusina*. Facto, ut *Eunuchus*, *Asinaria*, *Captivi*. Eventu, ut *Commorientes*, *Adelphi*, *Heautontimorumenos*. Dividitur nova Comœdia in quatuor partes: *Prologum*, *Protasin*. *Epitasin*, *Catastrophen*.

Prologus est veluti præfatio quædam fabulæ, in qua vel Poeta excusatur, vel fabula commendatur.

Protasis est primus actus fabulæ, in quo pars argumenti explicatur, pars reticetur, ad populi exspectationem tenendam.

Epitasis incrementum est, processusque turbarum, & involutio argumenti, cujus elegantia connectitur.

Catastrophe est explicatio fabulæ, per quam eventus explicatur, atque approbatur.

CAP. II.

DE LUDORUM ANTIQUORUM GENERIBUS.

VERUM ut omnis Comœdiarum ratio facilius intelligatur, atque adeo ea, quæ omnem Comœdiarum actionem spectant: attendendum est primum, Quando fierent, quo Loco, & qua Forma. Hoc autem tum demum lector intelliget, cum pernoverit, quid fuerint apud antiquos Ludi, Theatra, Actus, Scenæ, & hujusmodi cetera.

Vetus itaque Comœdia, item etiam tragœdia, primum agi solebat a Græcis, in vicis & pratis mollibus, adscriptis & propositis præmiis, quibus ad scribendum Poetarum provocarentur ingenia: actoribus quoque munera offerebantur, caperque dono dabatur, ut libentius jucundo vocis flexu ad dulcedinem commentationis populum allicerent.

Agebantur Comœdiæ & Tragœdiæ apud vetustissimos in honorem Liberi Patris. In Italia primum actæ sunt Compitalitiis ludicris, admisto pronuntiationis modulo, quo, dum actus commutabantur, populus detineretur. *Compitalitii* autem ludi dicti, qui per compita fiebant: scenæque ductiles in plostris ob id antiquis excogitatæ. Postea factum, ut ludis publicis, & in Theatro agerentur Novæ Comœdiæ apud Romanos.

LUDOS vocabant publica spectacula, quæ tum in gratiam populi fieri solerent a senatu, & a principibus institui, vel ad favorem populi conciliandum (ut nonnullos Cæsares fecisse legimus) vel ad animorum relaxationem, & oblectationem. Multo magis ad religionem instituti sunt Ludi. Nam Diis post sacrificia etiam Ludos publicos consecrabant.

Ludi igitur, & Ludicra, quæ etiam Certamina vocarunt Latini, Græci Agonas, multorum generum fuerunt: neque vero uno tantum spectaculo in publicis ludis detinebatur populus. Erant autem ludi *Gymnici*, & *Athletici*: *Ludi Circenses*: *Ludi Gladiatorii*: & *Ludi Scenici*: de quibus nunc singulatim est paucis differendum, partim ex Vitruvio, Luciano, & aliis antiquis auctoribus.

Gymnici & *Athletici* ludi in Palæstris ac Gymnasiis fiebant apud Græcos, quæ loca fuerunt exercendis & corporis, & animi viribus accommodata. Nam etiam in iis Palæstris aut Gymnasiis exedræ fuerunt, in quibus Philosophi Græci sedentes disputabant. Sed & *Palæstræ* appellatio omnem Athleticam artem & exercitationem complectitur, decentiamque: qua status, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quamdam leporemque præ se ferunt: quam qui non didicerant, ii *Apalæstoi* ab antiquis dicti sunt. Eam vero artem qui exercebant, aut qui in palæstra exercebantur, vel decertabant præmiis, *Palæstritæ* vel *Palæstrici* dicti sunt: Gymnicos Græci etiam vocarunt: quod nudi athletæ exercerentur. Cæ

terum in palæstra *Gymnasii* (inquit Plautus) cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, saliendo se exercebant Athletæ. Hujusmodi ludi in campo Martio apud Romanos fieri solebant.

Qui currebant in ludis Gymnicis, hoc est, cursu corpora exercebant, vel eo decertabant, Græcis *Dromi* appellantur, hoc est, cursores. Quorum alii *Stadiodromi* dicebantur, qui stadium percurrebant: alii *Diaulodromi* a circumactu curriculi, id est, duplo curriculo, quod *Diaulon* vocabant: nam ii cursores, cum ad metam pervenerant flectentes eo rursus recurrebant, unde cursum inierant. Erant & *Dolichodromi*, qui sexies stadium curriculo obibant, nam *Dolichos* longissimus cursus dicebatur.

Lucta, Græcis *Pale*, vel in cœno, vel arena, vel pulvere fiebat, unde luctatores in Ludis Gymnicis, aut *Palæstra* Græcis *Palæstæ* appallati. Ii luctaturi, *Ceromate*, id est, oleo cerato perfundebantur: unde qui eos ungebant, *Ceromatistæ* dicti. *Pulvere* quoque post unctionem inspergebantur, ut corpora ceromate & sudore lubrica, mutuas luctantium prehensiones admitterent; unde natum proverbium: *Citra pulveris tactum*, de iis, qui facile aliquid assecuti sunt, & citra sudorem, quod & citra pulverem dici potest. Eum pulverem Græci *Aphen* dicebant. Inter luctatores quidam summis inter se manibus depugnabant, nullo complexu hærentes: eos *Acrochiristas* vocabant Græci. Alii vicissim feriebant arrectaria concertatione, hoc est, arrecti, & pulvere obsiti, alter alterum impetebant procursu calcitratuque: calcibus enim, cubitis, unguibus, non modo pugnis utebantur, omnique impetendi prehendendique modo: *Pancratiastæ* vocati, & *Pancration* hujusmodi certaminis genus, ex eo quod advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigeretur.

Qui Disco se exercebant athletæ, *Discoboli* Græcis appellabantur, hoc est, *Discum* in sublime jaculantes. Erat autem Discus lapis rotundus ac pertusus, inquit Ammonius.

Pugillatus, quem Græci *Pygmen* appellabant, Cæstibus exercebatur, quales a Virgilio lib. v. *Æn.* describuntur: in eo qui exercebantur, *Pugiles* Latinis, Græcis *Pyctæ* dicti sunt: quod nomen ad gallinaceos pugnaces translatum est.

Saltationum in ludis Gymnicis multa genera fuerunt, quemadmodum docet Lucianus. Erat enim saltatio *Pyrricha*, a Pyrrho inventa, a qua *Pyrrhicharii* & *Pyrrhichistæ* dicti: quæ eadem saltatio, *Enoplia*, id est, armata dicebatur: quod armati saltarent. Erat saltatio *Cordax* obscœna, & comica: & alia saltatio satyrica, quæ *Sicinnis* dicebatur. Fuit item *Emmelia* saltatio, pacata & honesta. Qui vero saltus pernicitate contendebant in Gymnasiis, *Haltici* a Græcis dicebantur: qui autem *Halmate*, id est, saltu certabant, apud antiquos utebantur *Halteribus*: sic enim vocabant plumbeas pilas, massulasve, quibus utraque manu se librabant, ut certius assilirent. *Chironomia* quoque erat saltatio gesticulatrix, qualis est, quam Mauricam vocamus: unde *Chironomi* hujusmodi gesticulatores dicti.

CIRCENSES LUDI certamina erant curulia, quæ in Circo fiebant: qui locus erat ovata specie constructus, undecunque spectaculis ornatus: e quibus innoxie Patres Equitesque Romani prospectare solebant: cujusmodi quendam Flaminius Romæ construxit: unde Circum Flaminium legimus, & Circum Maximum, a Cæsare dictatore exstructum, cujus vestigia adhuc hodie visuntur Romæ, juxta ædem D. Sebastiano sacram. Fuit autem longitudine stadiorum trium, latitudine unius, cum ædificiis jugerum quaternum ad sedem ducentorum [A] sexaginta millium hominum. Erant in eo *Metæ* depositæ, duarum aut trium pyramidum formam referentes. In ejus summitate carceres erant, e quibus equi curribus juncti, ad cursum emittebantur, & cum ad summum devenissent, revolvebantur, donec ad priorem metam pervenirent. A curribus, hoc est, bigis, trigis, & quadrigis, Curules ludi dicti. Unde etiam dictos puto *Ædiles Curules*, quod iis administrandis essent præfecti; erant enim omnium præstantissimi ludi. Nam in iis se exercebat, & magnis præmiis contendebat [B] nobilissima Romanorum juventus, aptiorque ad bellum reddebatur. Fiebant primum apud antiquos inter enses & flumina, ut ab utraque parte esset ignaviæ præsens periculum.

Agitatores dicti sunt aurigæ in curuli certamine & Ludis Circensibus, quorum factiones erant a tunicarum coloribus: ut alii dicerentur Russati, Albati, Prasini, Veneti: atque ita insistentes curribus juvenes, velocitate equorum, aut agitatorum arte trahebantur.

Erant & *Desultores*, qui duos equos absque ephippiis agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant: *Amphippos* Græci vocant. [C] Hinc *Desultoria levitas* in proverbium abiit: & equi desultorii dicti, ad id certamen accommodati. *Celetes* & *Celetizontes* equites erant in certamine curuli non bigis aut quadrigis utentes, sed equo uno insidentes: cujusmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur.

LUDI GLADIATORII plerunque post scenicos fiebant. In iis decertabant gladiis, populumque celeri agitatione gladiorum oblectabant. Gladiatorum autem genera, Retiarii, Secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces: quorum exempla apud auctores crebra sunt. Horum institutores ac magistri Lanistæ vocabantur. Non enim ignari [D] gladiatoriæ artis prodibant in publicum spectaculum, ad præmia consequenda. Itaque apud Lanistas prius exercebantur in *Umbratilibus pugnis*, quas *Sciamachias* Græci vocarunt: quod hujusmodi pugnæ simulachra sub tecto fieri solita erant, non ut vera pugna in sole & pulvere. Hujusmodi Lanistæ sunt apud nos, qui gladiandi artem privatim profitentur: qui docent omnes numeros impetendi, cædendique, vulnera inferendi, vitandique, aut ubi punctim, cæsimve feriendum.

LUDI vero SCENICI, qui & *Agones Musici*, & *Dionysiaci* dicebantur, quasi Libero Patri dicati, [E] ad Comœdiarum, Tragœdiarum, aut Satyrarum recitationem pertinebant: item ad cantus & poemata. Scena ob id in Theatro composita atque exstructa ea ratione, quam mox describemus. Qui se in his ludis exercebant, *Scenici* etiam dicebantur, & Dionysiaci artifices.

Ludorum, aut certaminum Diis consecratorum, quatuor erant apud Græcos genera. Erant enim Nemeæa, Isthmia, Pythia, & Olympia: quæ omnium erant maxima spectacula. In his Ludis proponebantur victoribus magna præmia, quæ qui custodiebant, ludisque præerant, βραβευταὶ Græcis, Latinis *Designatores* appellabantur, quo- [F] rum officium erat, multitudinem retinere, obambulare, & spectatores moderari virgarum terriculo. Unde *Mastigonomi*, & *Rhabduchi* etiam dicti, quod virgas gestarent, ut in officio continerent spectatores. Musicis quoque agonibus erant *Critæ*, id est, judices, a quibus *Critici*, id est, poematum judices dicti sunt.

Ludorum, qui diis consecrabantur, apud Romanos quatuor erant Species. Eos ludos Ædiles Curules munere publico quotannis curabant. *Megalenses*, sive magni ludi dicti, quod magnis Diis consecrati essent: quibus ludis quatuor actæ sunt

Terentii

Terentii Comœdiæ: *Andria*, *Eunuchus*, *Heautontimorumenos*, *Hecyra*. *Funebres*, aut Funerales ludi, ad retinendum populum instituti sunt, dum pompa funeris, decreta in honorem patritii viri, plene ac publice instruebatur. His ludis acta est Comœdia Terentii *Adelphi*. *Plebeii*, sive Romani ludi pro salute plebis edebantur: quibus Ludis acta est *Phormio*. *Apollinares* ludi, Apollini consecrati, aut in honorem Apollinis instituti.

CAP. III.

DE THEATRIS ET AMPHITHEATRIS ANTIQUIS.

QUO melius commodius spectarentur Comœdiæ, Tragœdiæ, aut Ludi, sive ii Gladiatorii, sive etiam Scenici, vel alterius generis essent, instituta sunt ab antiquis, quæ *Theatra* vocabantur, a commode videndo ac prospiciendo sic appellata. Nam ante Theatrorum usum, scenæ super Plaustris ductilibus exstruebantur, ac per compita ductæ, populo præbebant oblectationem. Theatra autem erant ædificia, vel apparatus in populi gratiam instructi, ad hemicycli speciem, ad spectandos ludos: *Spectacula* Latine possumus dicere. Cum forum institutum fuerit, (inquit Vitruvius) tum Deorum immortalium diebus festis, ludorum spectationibus, eligendus est locus Theatro quam saluberrimus.

Fuerunt autem Theatra duorum generum: alia lignea & pluribus tabulationibus exstructa, qualia ludis publicis quotannis primum fiebant Romæ, atque ea perennia non fuerunt; alia sumptuosa & nobilia, ex solidis rebus, id est, ex structura cæmentorum, lapide aut marmore constituta, quale est quod construxit M. Scaurus in ædilitate sua, item etiam Pompejus, & alii permulti. Ita autem compositum fuit antiquis Theatrum, ut eo conveniens, & commode sedens turba, e longinquo facile spectare posset, concavo æqualique parietum circumjectu, ut vel leni sono dicta verba, ad alterum Theatri caput facilius ferrentur.

Postea vero excogitatum est Theatrum in rotundam formam exstructum, alio multo excellentius atque capacius, magisque sumptuosum: quod quia veluti ex duobus constaret theatris, rotundamque figuram, non jam amplius hemicyclum referret, ob id *Amphitheatrum* dictum est, quale est quod hodie Romæ videtur, aliquando ab Antonino Pio ædificatum, & a Gotthis devastatum (*Collisæum* vulgus vocat) quod potissimum ad alia spectacula vulgo proponenda factum atque inventum fuit: nam ad scenicos ludos prospiciendos, magis idoneum erat theatrum; ob quos præcipue inventum fuisse credibile est. Unde facile conjecerim, Terentium, quo tempore primum proposuit suam *Hecyram*, egisse in *Amphitheatro*: scena per medium ipsius exstructa, & ad unum tantum hemicyclum spectante; nam ab utroque Amphitheatri semicirculo spectari non poterant Comœdiæ: quo factum, ut dum in aliud latus vacuum, alia spectacula confestim proponerentur, veluti pugiles, funambuli, & hujusmodi cætera: populus ante absolutam comœdiam illuc concurrerit, ad loca commodiora occupanda, quemadmodum ipse Poeta conqueritur, neque propter strepitum, & mulierum de loco pugnantium clamorem, absolvi potuerit.

Quod ne accideret in publicis Ludis, existimo potissimum movisse Cajum Curionem, qui bello civili in Cæsarianis partibus obiit, ut *Theatra duo lignea*, eaque amplissima excogitaret, in quibus etiam duæ essent scenæ, propter spectatorum commoditatem. Erant autem (quod mirum fuit) cardinum singulorum versatili suspensa libramento, inquit Plinius, e quibus utriusque antemeridiano ludorum spectaculo edito inter se aversis (ne invicem obstreperent scenæ) & repente circumactis, ut contra starent; postremo jam die descendentibus tabulis, & cornibus inter se coeuntibus, faciebat Amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Itaque vides, quemadmodum Scenici Ludi dum agerentur, aversis theatris agebantur, ne turba fieret: dum autem proponebantur, aut producebantur gladiatores, in Amphitheatri reducebantur formam, & in unum duo theatra coibant. Sed & novissimo die (ait idem) divisis duabus per medium Scenis, Athletas edidit Curio, raptisque repente e contrario pulpitis, eodem die, victores e gladiatoribus suis produxit. Vides, quemadmodum *Pulpitum* etiam auferebatur, dum gladiatores prodirent; nam ipsam aream occupabat: hoc autem factum fuit, fessis turbatisque volubilium theatrorum cardinibus. Nam ante non erat opus eximere pulpitum, cum contra starent scenæ, & locum præberent circumactis theatris in Amphitheatri formam, post ludos scenicos absolutos.

CAP. IV.

THEATRI CONFORMATIO EJUSQUE PARTES.

SED quo tandem artificio, quave industria ædificatum fuerit apud Antiquos theatrum, prospiciendis scenicis ludis idoneum, paucis hic vobis proponere libet: ne quid earum rerum prætermisisse videamur, quæ ad hunc sermonem pertinere judicentur. Quod tamen non ita accipiendum erit, quasi ad unguem expressum, sed partim conjectura & ratione natum, partim ex iis descriptum, quæ tunc in antiquis ruinis aliquando vidimus, tum etiam ex auctoribus, qui de hac re scripserunt, comprehendimus. Itaque primum intelligendum est (quemadmodum paulo ante docebamus) theatrum fuisse in semicirculi figuram compositum, atque ita conformatum, ut æque gestus prospicerent, ac voces audirent (sine tumultu tamen) qui ad latera & in summis sederent gradibus, atque ii, qui in imis juxta scenam.

CAVEAM vocare videtur Plinius, locum in theatro gradibus ac sedibus constructum atque compositum, in quo sederet populus. *Cavea ipsa* (inquit de theatro Scauri) *cepit hominum octoginta millia: cum Pompeii theatri* (sic enim legendum est: nam nunquam Pompejus Amphitheatrum edidit) *toties multiplicata urbe, tantoque majore populo, sufficiat large quadraginta millia sedere*. Nisi mavis caveam accipere pro tota theatri capacitate, ut etiam scenam ipsam comprehendas, quod tamen minus probaverim.

GRADUS autem dicebantur in ipsa leniter pendente theatri forma, sedes lapideæ, in hemicyclum etiam exstructæ, e quibus commode prospiciebat populus. Super his gradibus (quos non amplius quindecim esse conjecimus) sedebant spectatores, & ad eos undecunque commeabant, nullo inter conscendendum alteri noxam adferente. Illuc autem per cuneos accedebant, quæ tum in ima theatri cavea, tum etiam supra ipsam, adeo ingeniose conformati erant, ut ab iis per alios scalares gradus ad quemlibet gradum spectatorium facilis pateret ascensus.

CUNEI spectaculorum (inquit Vitruvius) in theatro ita dividantur, uti anguli trigonorum, qui currunt circum curvaturam circinationis, dirigant ascensus, scalasque inter cuneos ad primam præcinctionem. Supra autem alternis itineribus superiores cunei medii dirigantur. Cunei in imo dirigentes scalaria, erant numero septem.

Gradus spectaculorum, uti subsellia composita erant non minus alti palmo pede, non plus pede & digitis sex: latitudines eorum non plus pedes duos semis, non minus pedes duos constituebantur, ut per id spatium latius, seu per ambulacrum quoddam, nullo negotio, huc atque illuc, ad vacuas sedes deerraret populus, absque eorum incommodo qui jam consedissent. Post tres quoque singulos gradus, qui quartus in ordinem succedebat, duplo latior erat cæteris, ad leviorem theatri proclivitatem, & ut singulis ordinibus singuli tres gradus relinquerentur. Ac ne petulanti aut insolenti populo propter sedes quantumvis accessu faciles, præberetur rixæ causa, cautum erat ne quilibet in quibuslibet sederent gradibus: sed in tribus primis, qui proximi essent scenæ pulpito, amplissimæ & extremæ dignitatis viri; in sequentibus consulares, in aliis patricii, ac deinceps plebeii in reliquis gradibus sederent. Itaque veteres architecti naturæ vestigia persecuti indagationibus vocis scandentes theatrorum perfecerunt gradationes, & quæsiverunt (inquit Vitruvius) per canonicam Mathematicorum, & Musicam rationem, ut quæcunque vox in scena esset clarior & suavior, ad spectatorum perveniret aures, ac ne vox impediretur, ita compositi erant gradus, ut linea cum ad imum gradum & ad summum extenta esset, omnia cacumina graduum, angulosque tangeret.

Itaque ut vox actorum suavior & delicatior spectatoribus videretur, antiqui Græcorum artifices, in sedibus theatri CELLAS constituerunt ratione Musica, in quibus VASA ÆNEA pro ratione magnitudinis theatri facta collocabantur, quæ ita fabricata erant, ut cum tangerentur a voce sonitum facerent inter se. Eoque artificio collocata fuerunt, ut nullam parietem tangerent, circaque haberent locum vacuum, & summo capite spatium, ponebanturque & suspensa cernebantur ore declivi, ut in iis vox actorum ingressa, harmoniam efficeret, & gratiam quandam adferret spectatoribus, utque intellectu facilior esset. Tale quiddam audio adhuc hodie extare in quibusdam templis antiquis, qui nunc quoque supersunt integri, apud nostræ tempestatis Græcos. In quorum fornice inferiore, atque ea superiore, varia sunt foramina hinc inde consperſa, ac sibi veluti ex diametro ab uno ad aliud latus correspondentia, in quibus vasa ænea impacta sunt, quorum os (quod angustius est, quam ipse venter) tantum exterius patet, non etiam prominet. In ea vasa, vox in templo canentium inclusa, incredibilem efficit harmoniam, sonosque distinctissimos, & admodum gratos, atque auditu faciles. Sed in theatris vasa resupina suspendebantur. Tale quid autem Romæ factum fuisse suis temporibus negat Vitruvius, sed in Italiæ regionibus & in pluribus Græcorum civitatibus. Unde Lucius Mummius diruto Corinthiorum theatro ejus ænea Romam deportavit. Multi etiam architecti, qui in oppidis non magis theatra construxerunt, propter æris inopiam, *Fictilibus Doliis* ita sonantibus electis, hac ratiocinatione compositis, usi sunt. Quapropter Plinius ait, in theatris vocem optime currere in doliis inanibus. In ligneis autem theatris (ait Vitruvius) qui Romæ passim fiebant, non erat vasis æneis opus, cum tabulationes haberent complures, quas sonare necesse erat.

ADITUS permulti & spatiosi dispositi erant circa theatrum, nec conjuncti superiores inferioribus, sed ex omnibus locis perpetui & directi, sine inversuris: uti cum populus dimittebatur e spectaculis, non comprimeretur, sed haberet ex omnibus locis, exitus separatos sine impeditione.

Reliquum theatri artificium, a gradu omnium superiore in altitudinem trium contignationum exporrectum erat, etiam in hemicyclum: atque ita exædificatum, ut porticus efficeret, undecunque patentes, & columnis hinc & inde honestiores factos, in quibus populus se reciperet, si quando propter imbres, aut cœli tempestatem minus commodam, ludi interpellarentur. Eam theatri partem *Præcinctiones* videtur appellare Vitruvius: Plinius, *Parietem circumjectum*. Sed inferiores & imi theatri porticus duplices erant, mediaque spatia sub divo inter porticus, viridibus adornabantur, quod (inquit Vitruvius) *Hypætræ ambulationes* haberent magnam salubritatem.

Replebantur quoque auctore Plinio, flore croci silvestris, propter oculorum oblectationem, ut puto, magis quam ad odorem conciliandum.

Quin etiam ne solis ardor aut etiam conspectus, populum ab officio deturbaret: utque salubrius spectatores conspicerent (nam porticus propter imbres tantum ædificati fuerunt) excogitata sunt VELA toto THEATRO, atque adeo ipsi theatri caveæ supertensa, quæ spectatoribus umbram facerent: quod primus omnium invenit Q. Catulus, cum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in Theatro duxisse traditur Lentulus Spinter, Apollinaribus ludis: *Mox* (ait Plinius) *Cæsar Dictator, totum forum Romanum intexit. Nero Cæsar velis, rudentibus superstratis, & colore cœli stellati Amphitheatrum contexit, ut solem defenderent.*

Ima theatri sedes, vel potius id spatium quod ab ima sede theatri interjacebat pulpito, ORCHESTRA dicebatur quasi saltatorium, quod illic apud Græcos, & apud Latinos antiquiores, saltantes histriones populo oblectationem adferrent, interea dum actus commutarentur. In eam etiam Thymelici, hoc est, Citharistæ, Citharœdi, Tibicines, suas præstabant actiones ipsis Græcis, atque id spatium comprehendebat apud Antiquos, quod ceu centrum theatri ab imo gradu ad pulpitum usque scenæ vacuum relinquebatur. In theatrorum Orchestris (inquit Plinius) scobe aut arena superjecta vox devoratur, & in rudi parietum circumjectu: quapropter existimo probe emundatum fuisse si quando pugilum ludis arena consperſa videretur. Novissime autem apud Romanos Orchestra senatoribus dicata fuit, in qua honorificentiorum erant loca designata, propter commoditatem, ut inde, non solum verba & gestus, sed etiam pedum motiones, & vel minima quæque conspicerent: proximus enim hic gradus erat pulpito scenæ, de cujus compositione mox dicendum est.

CAP. V.

POSITIO, ET CONSTRUCTIO SCENÆ IN THEATRO.

ANTE Theatrum, ceu frons quædam ipſius, ſcena oppoſita fuit, pro re nata & agenda comœdia aut tragœdia exſtructa: uno aut altero tantum die uſui futura: niſi fortaſſe ligneus apparatus in aliquot dies proferretur. Nam de ſcenis ſumptuoſis, & præter conſuetudinem ſupra modum luxuriantibus hic non intelligimus. In hunc autem modum diſpoſita erat, quantum ego conjectura aſſequi poſſum.

SCENA binis pluribuſque contignationibus aut contabulationibus, ſi mavis, exſtructa fuit: circa quas ſingula ambulacra, aut porticus columnis pluribus diſtinctæ videbantur. Atque ea frons ſcenæ appellata fuit. In cujuslibet contignationi frontiſpicio quod theatrum reſpiciebat, portæ ingenioſiſſime depictæ & exitus varii fuerunt, e quibus præſertim ſuperiorum contignationum, Mimi, Mirmillones, & cæteri Ludii varios geſtus ac geſticulationes edebant, unde *Scenici* proprie dicti. *Chorus* etiam, mea ſententia, in iis ſuperioribus contignationibus referebatur, dum agerentur tragœdiæ, niſi mavis, poſt ſcenam in loco deſtinato fuiſſe chorum, & cantores ac tibicines, qui locus *Odeum*, ut puto, ob id vocabatur a cantibus. Sed & in iis quoque locis fiebant & nebularum icones, & deorum deſcenſus, & cætera id genus, ad magnas & ſumptuoſas comœdias apta. Exiſtimo tamen in humili comœdia non fuiſſe tantum apparatum. Ima ſcenæ contignatio prominentiores exerebat columnas, veluti porticus quaſdam latiores, ſub quibus caſulæ & ruſtica domicilia in Novis Comœdiis, variis ſcenæ locis conſtructa erant, urbes quoque, & loca remotiſſima referebantur in Tragœdiis: e quibus prodibant actores, & illuc quoque ſe referebant ad tempus.

In eadem ſcenæ parte excitatum fuit, quod PODIUM appellabant (etſi podium in columnis id ſignificare ſoleat, quod vocant Pedaſte) circa ſecundæ porticus medium prominebat, ne noceret actoribus, breve quoque fuit, & paucorum capax, idque fere videbatur referre, quod in ædificiis nobilioribus circa ſecundam præcipue contignationem prominere videmus ad feneſtras, *Perronem* vulgus vocat, poſt Pulpitum exertum videbatur. Opertum erat tentorio quodam inſigni, & quod ipſum undecunque ambiret, ut in eo ſecretius & magis abdite ſpectarent principes, qui nonnunquam illuc ſe conferebant. Nam e Podio ludos ac comœdias ſpectaſſe Neronem ſcribit Tranquillus in *ejus Vita* cap. XII. his verbis: *Nam perraro præſidere, cæterum accubans primum parvis foraminibus, deinde * toto podio adaperto ſpectare conſueverat*. Dictum ajunt quod in eo ſpectatores aut etiam tibicines pedibus innixi eſſent, non ſederent: vel quod in eo nonnunquam pedibus geſticularentur hiſtriones in actuum commutatione.

A PULPITUM in ſcena, Græci λόγιον vocabant, locus erat, in quem prodibant actores e caſulis aut domunculis ſuis ſcenicis, ad recitandum, noſtri vocant *Eſchaffault*: fuit exactiſſime ſitum ante frontem ſcenæ, & loco ipſius medio, qui theatri centro reſponderet, ſemper ligneum fuit, atque exemptile, etiamſi ſcena ſtructili materia conſtructa fuiſſet. Eximebatur in Athletarum & gladiatorum ſpectaculis, ſcena nihilominus integra manente. Paulo altius videbatur ima ſcenæ porticu, in qua actorum domus conſtitutas eſſe dicebamus: ad eum enim leniter aſcendebant actores B pronuntiaturi, haud æque longum fuit atque ipſa ſcena, altum tantum erat pedes quinque, ut qui in Orcheſtra ſederent facilius pedum motiones & ſingulos agentium geſtus perciperent.

Id ſpatium, quod utrinque a Pulpito ad extremam Scenam vacuum relinquebatur, Græci vocabant PROSCENIUM, ne quis exiſtimet fuiſſe ſcenæ latera.

PERIACTA vocarunt Græci in ſcenis ſuis, Turres, aut Machinas, trigones habentes, vel triangulares, miro artificio conſtructas, in uno atque altero ſcenæ latere poſitas: variis coloribus ſecundum angulos diſtinctas, verſatiles: ut inter ſpe- C ctandum dum animi ad hiſtriones paulo attentiores eſſent, paulatim revolverentur, & modo rubræ, modo virides, aut alterius coloris apparerent: quæ res non parvam oblectationem ſpectantibus adferebat. Hæ cum fabularum mutationes erant futuræ, ſeu Deorum adventus cum tonitribus repentinis, verſabantur, mutabantque ſpeciem ornationis in frontes. Ex iis projectitios ignes vibrabant, in iis fingebant tonitrua, pluvias, & quicquid aliud in tragœdia admiratione dignum fuit: ſed hoc maxime in honorifico & ſumptuoſo Comœdiarum aut Tragœdiarum ge- D nere. Secundum περίακτα, nempe ad ſcenæ latera itinera & *Verſuræ* procurrentes erant, quarum una efficiebat, ut actores a foro, altera a peregre prodire, aut illuc regredi viderentur: in media ſcena *Valvæ Regiæ* conformatæ erant, circa quas utrinque fuerunt compoſita *Hoſpitalia* quæ vocat Vitruvius, e quibus actores prodiiſſe puto.

Omnium Scenarum quas Romani in Theatro unquam conſtruxerunt, longe nobiliſſima fuit ea quam M. Scaurus in ædilitate ſua conſtruxit. Eam triplicem fuiſſe refert Plinius, altitudine CCCLX. columnarum. *Ima* pars ſcenæ, marmoreos habuit parietes, non facile dixerim ſectos an ſolidis E glebis politos. *Media* fuit e vitro, inaudito etiam poſtea genere luxuriæ: ſummæ tabulis inauratis columnæ, imæ duodequadrageſimum pedum. Signa cerea inter columnas fuerunt, tria millia numero. Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tuſculanam villam reportatis quæ ſuperfluebant quotidianam uſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſervis concremaretur ad mille ſeſtertii.

SCENARUM autem (ait Vitruvius) GENERA ſunt tria. Unum quod dicitur *Tragicum*, atque id omnium ſumptuoſiſſimum fuit: alterum *Comi-*

* *Toto podio adaperto.*) Nobiliſſimos quoſque e podio ſpectare ſolitos Juvenalis docet, *Sat.* II.

Et Capitolinis generoſior, & Marcellis,
Et Catuli, Paullique minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium ſpectantibus.

Plinius quoque *l.* XXXVII. *c.* III. gladiatorio Neronis munere, retia arcendis feris podium protegentia, F ſuccinis nodata fuiſſe ſcribit. Unde colligitur eos qui ad podium erant quam proxime ſpectaſſe omnia quæ agerentur. De podii ſtructura ſic Vitruvius in *Arch. Scenæ longitudo ad Orcheſtræ diametron, duplex fieri debet. Podii altitudo ab libramento pulpiti cum corona & lyſi duodecima Orcheſtræ diametri. Supra podium columnæ cum capitulis & ſpinis altæ parte quarta ejuſdem diametri.* Torrentius.

cum: tertium *Satiricum*. Horum autem ornatus sunt inter se dissimiles, disparique ratione: *Tragicæ* enim, deformantur columnis, fastigiis, signis, reliquisque regalibus rebus. *Comicæ* autem ædificiorum privatorum & mœnianorum habent speciem, prospectusque fenestris dispositis, ad imitationem comunium ædificiorum. *Satiricæ* vero ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agrestibus rebus, in topiarii operis speciem deformatis.

Post scenam *Porticus* erant constructi, ubi cum imbres repentini ludos interpellaverant, actores se recipiebant ex Pulpito, aut in quibus vestium commutationes, & personarum indumenta adservarentur.

Ipsam autem personarum repræsentationem in scena, atque adeo compositionem Comœdiæ, Græci *Drama* vocarunt. Sed & Scenam vocant Comici, quicquid duæ aut tres personæ sermonis integri & absoluti colloquuntur: illicque finit Scena, ubi aut aliqua persona introgreditur, aut alia ad forum, aut alibi ad vicinam currit.

ACTUS autem plures scenas comprehendebat. Estque in Comœdia, pars quodammodo absoluta & integra, nondum tamen rem omnem finiens, sed ita dimidiatam relinquens, ut respirent spectatores, & facilius commutetur, quicquid in reliquis Comœdiæ partibus superest: id autem *Actus Commutare* dicebant. Interea Mimi dicteria & diverbia referebant, recitabanturque nescio quæ jucunda, quæ populum alia oblectatione afficerent. In Comœdia vero, plures erant hujusmodi Actus, secundum rei gravitatem, aut rationem. Comœdiarum autem recitatio in Scena, *Actio* dicebatur: unde etiam qui agebant & fabulas pronuntiabant *Actores* dicti. Actio quoque ad orationis pronunciationem transfertur: ut etiam ipsa oratio Rhetoris vel scripta vel pronuntiata Actio dicatur.

CAP. VI.

SCENICORUM ACTORUM

DIVERSITAS.

IN Scenam non solum Comœdiarum aut Tragœdiarum *Actores* (qui Tragœdi & Comœdi dicebantur) prodibant in spectaculum, sed etiam Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopœi: omnes uno nomine, *Hypocritæ* (id est, alienæ personæ simulatores) dicti: & eorum actio, *Hypocrisis*, id est, alienæ personæ simulatio, Latini, *Histriones*, *Ludionesque*, aut etiam *Ludii* dicuntur.

Mimi, imitatores sunt gestuum, vocum, aut gressuum alicujus personæ inter alias, cujus ridicula sit vox, aut aliud quidpiam.

Pantomimi, omnium personarum imitatores sunt effictoresque: ut & mulieres, & senes, & juvenes, ac cujuscunque ætatis personas confingant: etiam ita ex gestibus describunt, ut id quod agunt videre videare. De his sic Plinius in *Panegyrico ad Trajanum Imp. Idem ergo populus ille aliquando scenici Imperatoris spectator & applausor, nunc in Pantomimis quoque adversatur, & damnat effœminatas artes, & indecora seculo studia.* Et iterum: *Neque enim a te minore concentu ut tolleres Pantomimos, quam a patre tuo ut restitueret, exactum est. Utrumque recte: nam & restitui oportebat, quos sustulerat malus Princeps,* (Neronem intelligit) *& tolli restitutos. In his enim, quæ a malis bene fiunt, hic tenendus est modus, ut appareat, autorem displicuisse, non factum.* Ante Augustum liberaque Republica Pantomimorum nullum vestigium. Zosimus lib. I. *Hist.* inter causas labefactati Imperii non vane refert, quod *Octaviani temporibus Pantomimorum saltatio prius incognita in usu esse cœperit, Pylade ac Bathyllo primis ejus auctoribus*: ut recte observavit Lipsius *ad Taciti Ann. lib.* I. *cap.* LIV. qui omnino consulendus est. Hujusmodi sunt quos Itali *Buffones* vulgo vocant.

Archimimi, principes sunt histrionum: hoc est, inter histriones solertissimi & excellentissimi.

Ethologi mimi, aut *Ethopœi*, morum sunt effictores, affectuumque cujuscunque personæ, quam sustinent, aut quam agunt, referunt in scena, unde *Ethopœa*, morum alienorum imitatio: & *Ethici* pictores ac statuarii dicti, qui suas imagines ita depingunt, aut celant, ut sensibus expressis propemodum spirent.

Thymelici, inter scenicos actores sunt, hoc est, Citharœdi, Citharistæ, Lyristæ, Tibicines. Citharœdi, qui & fidicines dicuntur, citharæ accinebant. Citharistæ, citharam tantum pulsabant, non autem accinebant. Hujusmodi Thymelici per orchestram præstabant actiones suas.

Ludii, sive Ludiones (ut jam dictum est) ii erant qui Comœdiam recitabant. In ea enim recitanda mirum fuit artificium. Nam cantica temperabantur modis, non a Poeta, sed a perito artis musicæ factis, neque enim omnia iisdem modis in uno cantico agebantur, sed sæpe mutatis: ut significant, qui tres numeros in comœdiis ponunt, qui tres continent mutatos *Modos* cantici illius. Qui hujusmodi modos faciebant, nomen in principio Fabulæ & Scriptoris, & Actoris superponebant. Hujusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, ut his auditis, multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi scenici essent, quam omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronuntiaretur. Agebatur autem *Tibiis* paribus, aut imparibus; & dextris, aut sinistris. *Dextræ* autem tibiæ sua gravitate seriam comœdiæ dictionem pronuntiabant. *Sinistræ* & *Serranæ* acuminis lenitate jocum in comœdia ostendebant. Ubi autem dextra, & sinistra acta fabula inscribebatur, mistim joci & gravitates denunciabantur.

Mimi aut Ludii, dum agebant, assumebant capiti personas, hoc est, confictas variarum personarum facies: vel reticulo denso facies obvelabant, ne agnoscerentur. Ita etiam instituti erant hujusmodi Histriones, aut Mimi, ut & corporis motus decentes facerent: denique etiam cantus ac prolationes secundum modos edocti erant, quæ mirum in modum populum afficiebant. Hi simul coacti in quoque genere, aut cantantes, aut saltantes appellabantur *Chorus*: divisi in duas partes, *Semichoria*. In actione autem Comœdiæ, eorum aliqui, primas partes, alii secundas tenere dicebantur, pro variis actuum rationibus: eorum enim alii Prologum dicebant, alii in nuntios, exploratores, custodes, servos, heroas, deos, senes, amatores, meretrices dividebantur, personasque in Orchestra assumebant, pro sua actione ac ludo.

CAP. VII.

APPARATUS SCENÆ IN VICIS ET THEATRIS.

APPARABATUR Scena apud antiquos Græcos, in agris, verno tempore cum ædificiis & habitationibus triplicibus: instructis columinibus peripetasmatis, tapetibus, linteisque candidis. Additæ postea sonantes pelves, ignesque manibus excussi: cavernæ quoque subterraneæ ac putei confingebantur; figuræ maris, tartari, fulminum, tonitruum, noctis, cœli, diei, regiarum, prætoriorum, ingentes aulæ, fornices ad viarum similitudinem. Apud Romanos, *Aulæa* in Scena primum sternebantur, cum primum pictus ille ornatus ex Attalica regia Romam perlatus fuit, velabaturque ipsa scena *Sipariis*, quæ posterior ætas pro aulæis sumsit, ut etiam Siparia humi sterneret. Erat præterea velum minutum quod populo obsistebat in scena, dum actus commutabantur.

In Vicis si fiebat scena, arboribus in se cubantibus ac reflexis componebatur: quasi concamerata quædam densatio, ut subterpositos tegere posset, unde ab inumbratione dicta. In Theatro autem (ut jam dictum est) fiebat Scena, camerato contextu, binis pluribusque contignationibus exstructa. Picta erat undique, suas domunculas habuit, in quas pro ratione actuum alternatim se conferebant actores. Duas Aras utrinque habebat; dextram Liberi Patris, sinistram ejus Dei in cujus honorem ludi fiebant. Unde illud, apud Terentium in *Andria* Act.IV. Sc.III.

—— *Ex ara hac sume verbenas.*

Atque is demum erat scenæ apparatus in Theatro.

CAP. VIII.

DE HISTRIONIBUS ET MIMIS SCENICIS.

OMNIS Tragœdiarum ac Comœdiarum gratia, & Scenæ decus, in Histrionibus consistebat. Histriones enim & Mimi in Scena Comœdias recensebant, secundum suos modos & cantica. Nam cantica, ut paulo ante docebamus, temperabantur modis, non a Poeta, sed a perito artis musicæ factis, mutabanturque modi in uno cantico. Fiebant hujusmodi carmina ad tibias: ut his auditis, multi ex populo ante discerent, quam fabulam acturi essent scenici, unde illud est Ciceronis: *Non intelligo* (inquit) *quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam*. Tibicines appellabantur qui hujusmodi cantica ad tibiam fundebant, antequam ageretur comœdia, vel inter ipsos actus. Unde illud Plauti,

Tibicen vos interea hic delectabit.

Ludiones autem & Histriones ad tibicinis modos saltabant, & nonnihil etiam diverbiorum pronunciabant. Unde Livius, *Ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos saltantes, aut indecoros motus more Thusco dabant*. Proprium enim Ludiorum ac Morionum erat motus decoros, ac gestus omnino decentes ostendere. Tibicinum autem erat decorum, modos, hoc est, mensuras in cantu observare, remissosque aut acutos, aut etiam graves facere pro arbitrio.

In Tragœdia & Satira sexdecim numero interveniebant Moriones & Histriones, in Comœdia etiam quatuor & viginti. Qui simul coacti in quolibet horum genere unamque rem agentes, ut jam dictum est, *Chorus* vocabatur; divisi in duas partes *Semichoria*; ubi autem gestus, & cantus absolverant suos, tum in partes plures dividebantur: ut alii essent qui senes, alii qui amatores, mulierculas, servos luderent, personisque ac vestium varietate induerentur, quemadmodum res exhibebat, & moris erat apud eos.

CAP. IX.

AMICTUS ET PERSONÆ HISTRIONUM SCENICORUM.

PERSONATI Histriones agebant Comœdiam, neque agnoscebantur. Sed ita compositæ ac conflatæ erant personæ, ut referrent id ipsum quod a mimo agebatur: liceretque sub ipsis vocem ejus audire liberam. Nam quod nonnulli dicunt Histriones tantum gestibus Comœdiam egisse, non etiam viva & prolatione, id minus mihi probandum esse videtur. Vestiebantur quoque Histriones pro ratione eorum, quos referebant, hoc est, vel servorum, vel senum, vel alterius personæ diversis modis.

Senibus comicis candidus vestitus dabatur, qui etiam antiquissimus fuisse memoratur.

Adolescentes discolori veste contegebantur.

Servi comici amictu vestiebantur exiguo, paupertatis antiquæ gratia, vel quod expeditius agerent.

Parasiti cum intortis palliis prodibant.

Milites chlamyde purpurea utebantur.

Puellæ habitus erat peregrinus.

Leno pallio varii coloris vestiebatur.

Meretricibus dabantur Syrmata, hoc est, vestes expansæ, & quæ longius trahebantur: erant quoque plerunque lutei coloris ob avaritiam. Syrmata etiam, seu pulla gestabant luctuosa funeralibus, quæ incuriam sui per negligentiam significabant.

Sed si quando variandum in Comœdiis erat, vestitusque commutandus, pro affectibus quos ex Comœdia actibus significabant. Lætis vestitus dabatur candidus; ærumnosis obsoletus: diviti quoque purpureus; pauperi Phœnicius.

Tragici aut Tragœdi actores calciamentorum genere a Comœdis variabant, eoque discernebantur. Utebantur enim Tragici in Theatro cothurnis, quod tale genus erat calciamenti, ut dextro lævoque pedi conveniret: cæterum altum & prominens, actoresque proceriores efficiens ac referens: varii coloris, & honestum atque elegans: usque ad suram plerumque devinctum, more Punico. De his vide plura apud Scaligerum *Poet.* lib.I. cap.XIII.

Comici actores, aut Comœdi in scenis soccis utebantur: quod calciamenti genus optime sub pallio conveniebat: quemadmodum enim pauperum ac rusticorum vestimentum fuit pallium, ita etiam soccus altum fuit calciamentum rusticis proprium, propter imbres & lutum, atque hybernas pruinas. Eo calciamenti genere utebantur tam viri quam mulieres. Quintilianus: *Comœdia in cothurnos non assurgit: nec contra Tragœdia socco ingreditur*. Tragœdia enim, cum grave & ma-

gnum argumentum, magnasque & ingentes personas præ se ferret, cothurnis uti debuit. Comœdia autem, cum esset humilis, & rusticos proponeret in scena, pallis & soccis commodius erat ornari.

A

Quod præterea de his rebus dici posse quisquam judicabit, id in aliud tempus expectet necesse est: non enim hic omnia simul discutere nobis licuit, tum propter rei difficultatem, tum vero quia per negotia minus fuit commodum.

F I N I S.



JOH. LUDOVICI FABRICII,

SS. Theol. D. & in Archi-Palatina Professoris,

D E

LUDIS SCENICIS ΔΙΑΛΕΞΙΣ CASUISTICA

QUINQUEPARTITA,

ILLUSTRI VIRO

JACOBO MOSANTO DE BRIEUX,

Christianiss. Regis Consiliario,

JOH. LUDOVICUS FABRICIUS

S. P. D.



CIO equidem, Nobilissime MOSANTE, *cum & ingenium meum & illud quo nunc utor vitæ genus ab omni liberiori voluptate abhorrere videatur, nonnullos mirari, cur in tanta aliarum earumque graviorum quæstionum copia, de* LUDICRIS *disceptationem instituere eorumque defensionem suscipere voluerim. Verum enimvero si rem Illi exactius pensitarent, deprehenderent utique ad Boni Viri officium omnino pertinere, ut quarumcunque humanarum actionum naturam atque conditionem perspicere studeat, nec nobis indignam esse considerationem eorum quæ vel approbare vel fugere tenemur. Non tamen illud quamvis validum & legitimum argumentum ad isthanc* Διάλεξιν *instituendam me perpulisset, nisi quædam aliud mihi propria atque peculiaris accessisset ratio. Scilicet cum* SERENISSIMUS *meus* DOMINUS, *pro singulari sua in me Gratia, præter sacrarum Literarum Professionem, [illegible] mihi quoque commiserit Eorum quos ad Patriæ commodum atque ornamentum pia liberalitate foveri & enutriri curat; id solum negotii mihi credidi datum, ut quibuscunque liceret modis in elegantioris literaturæ & optimarum artium studiis eos promoverem. Inter alia igitur non unius generis exercitia, quibus vel ingenium excitari, vel expoliri judicium, vel confirmari memoriam, vel dicendi denique facultatem comparari posse existimavi, exemplo Majorum, Drama sed castum, sed innoxium præscripsi; quod cum nescio quis ex vulgo subrepens Spectator Comœdiam nominasset, eo solo nomine a superciliosis Censoribus cœpta est invidia conflari. Unde tum ad castigandam importunam Illorum sapientiam, tum ad Aliorum ignorantiam erudiendam, quid de hoc argumento censeri debeat, publice Academico more disputationibus proposui. Collegit eas me primum nescio Typographus & in fasciculum compegit, quem Tibi hic oblatum vides, Amplissime* BRIOSI. *Levidense quidem munusculum, sed cum aliud ad manus non sit, qualecumque, Tibi certe sacrandum erat. Nec enim ulterius sustinere potui, nec fas esse duxi, ut quod publicis monumentis & nuper adeo politissimo ad Illustriss.* MONTAUSERIUM *libello sanctum atque illibatum amicitiæ fœdus declarare voluisti, ego nulla vicissim tessera & grati animi significatione contestarer. Eodem quidem officii genere, & Magno Nostro* BOCHARTO *&* θαυμασίῳ *Seni* GRENTEMENILLÆO *obstrictum me fateor. Habet etiam Optimus & Præclarus, qui de Optimo Interpretandi Genere & Claris Interpretibus scripsit, Interpres* HUETIUS, *quod jure a me postulet; nec diffiteor me Nobilissimo* MYERIO *saltem distichon debere, quo certe me exolvissem, nisi multa adeo paucis complectendi facultatem Apollo mihi invidisset. Sed quid agatis? Nostis tardum me esse nomen, ut facilius a Catayensi Imperatrice, quod nuper festive exprobrasti,* ἐρωτικὸν *expectetis, quam a me epistolam. Sic Vale cum Tuis,* TORODIO, MENAGIO, HALLÆO, SAVARIO, *cæterisque Consessus Vestri Luminibus; Illustrissimo item, de quo Vobis gratulor,* SANTAMAURÆO, *& Generosiss.* LUCERNÆÆ *familia. Iterum Vale, Amplissime Vir, & antiqua fide Tuum, quod facis, Fabricium ama. Dab. Heidelb. IX. Cal. Sept. 1663.*

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ CASUISTICÆ DE LUDIS SCENICIS INTER DOXASTAM ET PHILALETHEN PARS PRIMA, CONTINENS

Philoſophorum atque Politicorum Judicia.



DOXASTA. Siccine Philalethe? inſtaurari Scenas, illas ſcelerum palæſtras, vitiorum officinas, turpitudinis Scholas, Reipublicæ peſtes, Eccleſiæ carcinomata, publica uno verbo lupanaria: & eas hic regionis inſtaurari, ubi antiqua Probitas, & incorrupta morum Caſtitas, & auſtera Virtus, & ſedulus Labor, & orthodoxa Fides arcem ſuam & templum ſtatuiſſe videbantur; & eas in ipſa inferri Eccleſiæ ſeminaria, quæque Religioni, Pudori, Sapientiæ ſacrata erant delubra, iis pollui atque profanari? Hoccine eſt teneros Juventutis animos ad virtutem effingere? ſiccine Pietatis cultus inſtillatur? ſiccine Prophetarum Filii ad ſacros labores præparantur? Egregia certe progymnaſmata! eximia Evangelici Miniſterii prælúdia! Ex Theatro ad ſuggeſtum: a Comœdiis ad conciones. Et Tu quoque ludicris iſtis interes, eaque mirifice deprædicas atque commendas?

PHILAL. Quin potius; ne uſque adeo efferveſcas, cave, mi DOXASTA, alioquin quod verbis rejicis, reipſa videberis inchoare. Multa Tibi ſuppeditat vehementior animi commotio, quæ diſtinctius forte erant conſideranda. Decet generoſum & æqui tenacem animum, rationibus agere, nec damnare inauditos. Si zelus eſt Tua iſta excandeſcentia, & ſi zelus eſt *ſecundum ſcientiam*, argumenta ejus mihi commonſtra: forte ubi mentem Tuam plenius explicaveris, & quid ego ſentiam, audiveris, idem ſentire deprehendemur. Nec enim ſordide quæſtuoſam & in nugis exco gitandis perpetim occupatam Hiſtrionum aut Pantomimorum artem defendo; nec obſcœnas & laſciviæ irritatrices fabulas repræſentandas exiſtimo, quin firmo pectore eas execror: hoc unum pertendo, ad inflammandum amorem Virtutis, A ad confirmandum Vitiorum odium, ad dignoſcendos hominum mores, ad exercitandam eloquentiam, ad conciliandam παῤῥησίαν, ad caſtigandam pronunciationem, ad concinnandos geſtus, ad comparandam rerum cognitionem, ad colendam innoxiam urbanitatem, ad honeſtam denique animi relaxationem, & licitum & utile & quodammodo neceſſarium eſſe politiori Juventuti, ut caſtas ac moralium præceptionum plenas hiſtorias, Dramate, hoc eſt, animata commemoratione & viva pictura exprimant.

DOXASTA. Ego vero qualiacunque iſta ſpectacula quocunque colore illita, & quocunque B prætextu obvelata, ceu malignorum Dæmonum inventa atque ludicra deteſtor. Sint, inquit lib. *de Spect.* cap. XXVII. aureus magis quam ferreus Tertullianus, *ſint dulcia licet, & grata, & ſimplicia, etiam honeſta quædam. Nemo venenum temperat felle & elleboro, ſed conditis pulmentis & bene ſaporatis & plurimum dulcibus id malum injicit: ita & Diabolus lethale quod conficit, rebus Dei gratiſſimis & acceptiſſimis imbuit. Omnia illic ſeu fortia, ſeu honeſta, ſeu ſonora, ſeu canora, ſeu ſubtilia perinde habe, ac ſtillicidium mellis de ranunculo (libanunculo) venenato*. C Ita mecum ſentiunt Philoſophorum, Politicorum, Jureconſultorum, Theologorum plerique omnes; idem confirmant rationes invictæ; nec Tibi favet cui ſanum ſinciput, nec quicquam pro Te afferri poteſt, niſi ficulneum, molle, fractum.

PHILALETH. Certe ſi hæc ita ſe habent, Tibi cedo. Homo ſum, humani a me nihil alienum. Humanum autem eſt errare. Hanc igitur mihi gratiam facias, oro, ut ab errore me liberes. Quos opinionis Tuæ Fautores eſſe exiſtimas, Eos lauda; D authoritatem Eorum non detrectabo: poſtea, quod malim, *Rationum* copias explica; tum meas quoque adducere licebit, quæ ſi inferiores ſint, palmam lubens deferam, & de inſtitutione agam gratias.

DOX. Primum igitur Tibi oppono Divinum Platonem, Atticum Mosen, qui Comicos eliminari jussit omnes e Republica.

PHIL. Ex quanam Republica? Forte ex illa, quæ in Idea consistit? in qua cum Ægri nulli sint, non mirum equidem nec Medicis esse locum. Nos homines non fingimus, sed eos qui jam existunt refingere conamur. Verum dic sodes, quosnam ille Comicos ejiciendos dixit? Nunquid eos qui turpem quæstum faciunt, qui obscœna profitentur, qui publicis conviciis & famosis insectationibus innocentium hominum existimationem lædunt, qui Vulgi animos ad seditiones & tumultus incendunt, qui effreni petulantia & intolerabili licentia in quosvis irruunt, qui Socratem in vitæ discrimen conjecerunt, qui & ipsum Platonem acerbissimis conviciis publice dilacerarunt. Audi Laertium; *Tradit Heraclides juvenem Platonem adeo fuisse verecundum, adeo compositum, ut nunquam risisse nisi modice deprehensus sit: nec tamen cum talis esset, Comicorum effugit convicia, nam & Theopompus, & Anaxandrides, & Timon, & Amphis, & Alexis, & Dexidemides, & Cratinus in fabulis suis Eum nominatim traduxerunt.* Scias velim, mi DOXASTA, Comœdias ea tempestate Satyricas fuisse & famosorum Carminum instar. Id vel Horatius Te docebit:

Successit vetus his Comœdia non sine multa
Laude: Sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi, lex est accepta, chorusque,
Turpiter obticuit, sublato jure nocendi.

Et Evanthius, *Etenim per priscos Poetas, non ut nunc penitus ficta argumenta, sed res gestæ a civibus palam, cum eorum sæpe, qui gesserant, nomine decantabantur. Idque ipsum suo tempore multum profuit moribus Civitatis: cum unusquisque caveret culpa, ne spectaculo ceteris esset & domestico probro. Sed cum Poetæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures Bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponeret lege lata siluere.*

Et Platonius, in *fragmento de different. Comœdiæ*, quod Hertelius syllogæ sententiarum ex quinquaginta sapientissimis Comicis collectarum præposuit. Vides nunc quos Comicos & qua de causa Plato Republica sua exulare jusserit; nec eos solum, sed & reliquos Poetas, quos Tu tamen ipse, contra quam Ille sensisse videtur, non omnino damnandos censes. Quid vero, si Eum ostenderim, a Comicis maximam sapientiæ suæ partem didicisse? Testantur Laertius, & Hesychius illustrius, ac demonstravit Alcimus quatuor libris *ad Amyntam*, Platonem ab Epicharmo Comico plurima desumpsisse, & in scripta sua transtulisse. *Id m* (ait Laertius) *primus Athenis invexit Sophronis mimographi libros, & ex iis gestum formavit*, eosque ita charos habuit, ut *sub ejus capite reperti fuerint*. Sed nunquid & Dialogos fictitios scripsit? inter illos autem & Dramata, si rem exacte consideres, præter apparatum, vel si Gesnero credis, præter quam quod illi solutæ orationis sunt, nihil omnino interest. Sed nunquid & Poemata, Dithyrambos & Tragœdias ipse composuit? Hæc autem omnia quomodo inter se conciliabis? Dicam quod res est: multi Comicos a Platone ex Rep. ejectos clamant, qui Platonem nunquam inspexerunt, alioquin non usque adeo crudam objectionem movissent.

Tu vero genuinam ex Ipsiusmet scriptis haustam sententiam accipe. Audivisti jam Comicos antiquitus publicam eamque sæpius rigidiorem & iniquam morum censuram sibi sumpsisse: qua de re & Scaliger lib. I. *de re Poet.* cap. VIII. Noveris igitur Eos Δημηγόρους & Δημαγωγοὺς fuisse, dum publice ad Populum loquendi habebant licentiam. Exemplo sit Aristophanes, qui vitia ita insectatus est, ut ne Cleoni quidem tum temporis Tribuno plebis parceret: qui Niciam summum Ducem in fabula quam *Gorgiam* inscripsit, acriter ut desidem & agricolam taxavit: qui Reipublicæ Principes eo adegit, ut mediam quandam sectarentur viam, ne in eos ille styli aciem dirigeret: cujus tanta erat celebritas, ut Persarum Rex, cum in Græciam descenderet, quæsierit, ubinam Comœdiæ Poeta esset: cujus denique tanta erat Reipublicæ peritia, ut cum Dionysius tyrannus Platonem rogasset, aliquam Atheniensium Civitatis imaginem sibi ostenderet, ille Aristophanis νεφέλας ei transmiserit. Plurimum igitur apud Populum valebant Comicorum fabulæ, imo quæcunque Poetarum scripta, ex quibus & Theologia & civilis Prudentia & Morum conformatio petebatur, ut fusius docet Serranus in præf. lib. *de Republ.*

Quapropter cum Plato non quibusvis privatorum hominum concionibus, quales erant Comœdiæ, sed sancitis a Magistratu legibus Rempublicam gubernandam esse prudentissime judicaret, istam fabularum licentiam sublatam voluit. Hoc est quod aperte docet lib. VII. *de Leg.* ed. Steph. tom. II. pag. 817. ex transl. Serrani; *Si Tragœdiarum Poetæ nos rogent: licetne, Amici, nobis in Regnum Civitatemque vestram venire & poemata nostra ad vos perferre? Ita interrogati, ecquid* Divinis illis *Viris respondebimus? mihi quidem hæc videntur respondenda. Ne existimetis nos facile permissuros esse, ut scenas in foro collocetis, inductis in theatrum histrionibus, qui elegantiori voce altius quam Nos exclament, atque ita ad liberos nostros, ad uxores, ad turbam urbis omnem de iisdem rebus, non eadem quæ nos solemus, concionemini: insaniremus enim & nos omnino & omnis Civitas, si, antequam Magistratus re explorata judicaverit, illane quæ composuistis admittenda sint necne, ea fieri permittamus.* Nunquid intelligis prudentissimas sapientissimi Viri cogitationes? Idem disce ex lib. II. *de Rep.* tom. II. pag. 377. *Adeone facile*, inquit, *permittemus quaslibet fabulas a quibuslibet pro arbitratu inventas audire pueros, easque animis suis pere opiniones quæ ut plurimum sint iis contrariæ, quas tum ad consummatam ætatem pervenerint, habere illos debere arbitramur. Nullo modo permittemus. Primum quidem constituendi sunt fabulatoribus illis Censores: qui si quam illi bonam fabulam fecerint, excernant atque seligant, malas autem repudient eodem illo judicio atque examine. Quas vero fabulas e cæterarum numero exemerimus, dabimus operam, ut & nutrices & matres pueris eas commemorent: ut illis fabulis potius informentur atque instituantur eorum animi, quam corpora manibus curentur.* Hoccine est, Poetas & fabulas omnes e Republ. eliminare? Et hæc ipsa clariora quoque Tibi evadent, quando lib. III. *de Rep.* tom. II. pag. 395. inspexeris; ibi summus Philosophus, *an in Civitatem suam Tragœdos & Comœdos admissurus sit*, disceptat. Verum disceptat alia plane methodo quam Tu. *Fortassis*, inquit, *admittemus: nondum enim id novi, sed quo Ratio cententus nos feret, eo eundum erit.* Perlege ista, sed eo animo, ut illorum, quæ paulo ante diximus, memineris. Lege & *Ionem* Ejus tom. I. & singularem hanc ex pag. 534. meditare sententiam; *Deus cum Poetis mentem eripit, his utitur Ministris, oraculorum nunciis & Divinis vatibus: ut nos qui audimus, intelligamus hos ipsos minime esse, qui hujusmodi res tanti momenti dicant: Eos, inquam, illos, qui mente capti: sed Deum esse qui illa dicat, & illorum hominum Ministerio nos alloquatur.* Ac paulo post:

Poetę nihil aliud ſunt, quam Deorum interpretes, dum numine quodam corripiuntur, a quocunque tandem illorum unuſquiſque corripiatur. Vides, mi Doxasta, quam male pleriſque intelligatur Platonis ſententia de Poetis. Hoc unum docet, periculoſiſſimum eſſe, ut Enthuſiaſtici Doctores in Rempublicam admittantur, qui ſub ſpecie Divinæ inſpirationis Populum a Magiſtratu & legibus ſeducere poſſint. Idem ego omnino ſentio; verum hęc immane quantum differunt a Comœdiis noſtris, ut jam ipſe ſatis intelligis. Plato igitur in hac re totus quantus eſt, meus eſt.

Dox. Maneat igitur Tuus, ac valeat: mihi omnium inſtar erit Seneca. Is *ep.* vii. *Nihil tam damnoſum bonis moribus, quam in aliquo ſpectaculo deſidere. Tunc enim per voluptatem facilius vitia ſurrepunt.*

Phil. En Senecam; adverte modo; legam quæ præcedunt: *Quid Tibi vitandum præcipue exiſtimes, quæris, Lucili? Turbam.. Nunquam mores quos extuli refero. Aliquid ex eo, quod compoſui, turbatur: aliquid ex his, quæ fugavi, redit. Inimica eſt multorum converſatio: Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut neſcientibus allinit. Utique quo major eſt populus cui commiſcemur, hoc periculi plus eſt.* Audi & quæ ſubſequuntur: *Unum exemplum aut luxuriæ aut avaritiæ multum mali facit: Convictus delicatus paulatim enervat & emollit: vicinus Dives cupiditatem irritat: malignus Comes quamvis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricuit: quid Tu accidere his credis, in quos publice factus eſt impetus?* Nimirum Seneca Stoicum hic fingit. Quid dico Stoicum? Anachoretam, Eremitam. Suadet Lucilio, ut extra hominum conſortium ſibi ſoli vivat, ne contagioſis aliorum vitiis contaminetur: dum igitur omnibus negotiis & Reipublicæ cura, & foro & templis Ipſi interdicit, interdicit quoque ſpectaculis. Nec mirum; iis enim qui intereſt, intereſt hominibus. Verum dic ſodes, an immoderata iſthæc ſententia Tibi arridet? An ſcenam ea conditione averſaberis, ut omnem quoque hominum ſocietatem pari ratione abdices? Non puto. Porro, quænam iſta ſunt ſpectacula, de quibus Seneca? Reſpondeat Ipſe; *Mera homicidia, ubi mane Leonibus & Urſis homines, meridie ſpectatoribus ſuis objiciuntur: ubi exitus pugnantium mors eſt, ferro & igne res geritur*: ubi (ex *ep.* lxxxxv.) *homo res ſacra, homo per luſum & jocum occiditur*. Quid obſecro hæc ad Comœdias noſtras? Ut nec illud quod ex *ep.* lxxxxvii. affertur; *Catone ſedente Populum non permiſiſſe ſibi poſtulare jocos*. Diſce, quales illi joci fuerint; *Florales, nudatarum meretricum*. Hæccine cum noſtris conferas? ubi nihil aliud agitur, quam ut vitiis iraſci, Virtutibus applaudere diſcamus: id quod ipſe agnoſcit Philoſophus lib. ii. *de ira* cap. ii. *Inter ludicra ſcenæ ſpectacula & lectiones rerum vetuſtarum ſubit hic ictus animi: ſæpe Clodio Ciceronem expellenti & Antonio occidenti videmur iraſci.* Eadem proinde ratio lectionis & Comœdiarum, niſi quod hæ generoſos animi motus vehementius excitant: ob quam cauſam ipſe noſter Seneca, eundem enim credo, quas nec hodie ſine ſingulari mentis concuſſione, nec ſine ſingulari utilitate perlegimus, horrificas ſcelerum repræſentatrices Tragœdias edidit. Jacta nunc Senecam, mi Doxasta.

Dox. Valeat & ille, & vel hoc nomine mihi Ethnicus habeatur. Inter Chriſtianos autem ſat ſcio, Philoſophum invenies nullum, qui Tibi faveat.

Phil. Imo ſi luberet, ſexcentos adducerem. Placentne recentiores & ex noſtris ſcholis? Bonus forte ſenex *Goclenius*, vel laborioſus *Alſtedius*?

Dox. Accepto; Certum enim eſt, Illos antiquæ & maſculæ Virtutis, ac vere Teutonici pectoris homines fuiſſe, nec peregrinis moribus, quod magno noſtro malo hodie accidere videmus, ſeſe corrumpendos permiſiſſe.

Phil. En igitur Goclenii *quæſtiones Ethicas*, ed. Marp. an. 1592. Vides hanc numero octuageſimam tertiam, pag. 402. *An ludi ſcenici ſcholaſtici, quales Comœdiæ & Tragœdiæ, ſint liciti in bene conſtituta Republica?*

Dox. Quid reſpondet?

Phil. Ipſe legas.

Dox. *Affirmatur*, &c. *Ex omnibus enim exercitii generibus quodnam fructuoſius fuerit, non ſolum ſtudioſis Adoleſcentibus, ſed etiam imperitæ multitudini, quæ hic coram & ſumma quidem cum voluptate totius vitæ humanæ curſum intuetur? Studioſi vero præter alia innumerabilia commoda*, &c. Piget reliqua legere. Credo hominem deliraſſe, cum iſta ſcriberet.

Phil. Nimirum qui ſapit, Tibi dicitur, delirare. At quam propere Eum abjicis, quem modo Arbitrum optaveras? Viſne & Alſtedium audire: *Inter ludos liberales qui faciunt ad eloquentię ſtudium & conciliant gratiam & accendunt animum, Comœdia & Tragœdia facile excellunt*, *Encyclop.* lib. xxx. ſect. x. §. vii. Occurrit hic quoque Johannes Caſus celebris inter noſtræ Religionis Philoſophos, *ſpeculi mor. quæſt.* lib. iv. p. 297. *Ludi ſcenici Academici, quales ſunt Comœdię & Tragœdię recreationis honeſtæ cauſa inſtitutæ, ſunt liciti propter memoriam antiquorum temporum, quam ad vivum repræſentant: propter multiplicem ſcientiam rerum, quam in ſe comprehendunt: propter magnam experientiam, qua nos exornant: propter vim vocis, geſtus & affectus, quam optime depingunt: propter delectabilem affabilitatis & comitatis uſum, quem graphice ante oculos ponunt.* Quid agas, ſi Politianum, Eraſmum, Lud. Vivem, Turnebum, Muretum, Buchananum, Scaligeros, Camerarios, & quosvis elegantiori literatura politos Viros contra Te adduxero? *In Academiis non auditoria ſolum neceſſaria ſunt & Bibliothecæ utiles, ſed & illud requiritur, ut Theatra & loca illa ſint, in quibus Comœdiæ & Tragœdiæ agi populoque exhiberi ſolent*, ait Junius orat iv. *de ædif. publ. & priv.*

Dox. Novi equidem Philologos iſtos omnes Ethnicorum ludis faſcinatos tecum ſentire, verum ego iſtorum omnium judicium ne flocci quidem facio: Umbratiles illi Doctores ſunt; Mihi Politicorum ſuffragia favent. Audi Franciſum Patricium Senenſem lib. *de Rep.* ii. tit. xvii. *Comœdiam in ſpectaculis recitari non placet: Corrumpit namque hominum mores, eoſque effœminatos reddit, & ad libidinem luxuriamque compellit.* Et Bodinum lib. vi. *de Rep. Quis hiſtrionicas ſaltationes, Comœdias, ſpectacula faſcinationes coercere niſi cenſura poteſt? Neque enim peſtis in Rep. ulla capitalior eſſe poteſt, quæque ad corrumpendos Civium mores vim majorem habere videatur, propter imitationem vocis, vultus, geſtus, orationis ac turpiſſimarum actionum perniciem, quæ ſenſim illapſa Civium mentibus, totas civitates evertit*, &c. *Theatra definire poſſumus, turpitudinis vitiorumque omnium ſentinam ac ſcholam.* Quid ad hæc, Philalethe?

Phil. Multa. Primum enim Illi mihi nequaquam contradicunt, nec de caſtis Scholaſticorum exercitiis, ſed de obſcœnis & ad abjectam ſolum voluptatem comparatis fabulis loquuntur. Deinde, ſi maxime mihi adverſarentur, nunquid iniquum eſt, duorum hominum opinionem (prætermiſſis rationibus, quas ſuo tempore excutiemus) ſexcentorum aliorum judiciis anteponi? Unuſne Patricius & Bodinus, privati civilis ſcientiæ ſpeculatores plus valebunt, quam tot ſapientiſſimorum

Regum ac Principum, tot severissimorum Magistratuum, tot prudentissimorum Consiliariorum, tot perspicacissimorum Legislatorum, tot denique politissimorum Populorum atque gentium statuta, decreta, atque mores? Scilicet nihil omnino civilis prudentiæ habebant Orbis Domitores Romani, qui cum pestis aliquando scenicos omnes absumpsisset, alios ex Hetruria publicis ac magnis sumptibus sibi asciscendos putarunt: Scilicet qui magnifica (de quibus Lipsium aliosque consulere poteris) ac stupendæ molis Amphitheatra condiderunt, quid Reipublicæ utile & ad populum gubernandum salutare esset, penitus ignorabant: scilicet Athenienses, cum, effractis aliquando ligneis spectatorum tabulatis, ex lapide publicis sumptibus theatrum construxerunt, delirabant: scilicet Arcades vere Arcadica erant pecora, quando teste Polybio ad austeros nimis & rudes Civium animos mitigandos, scenicos ludos excitarunt: Scilicet Lælius & Scipio qui Terentium in Comœdiis scribendis adjuvabant, inepti plane erant & ad Reip. perniciem nati: scilicet Brutus omnino erat brutus, cum inter maximas occupationes Neapolim ad spectandos ludos scenicos proficisceretur: scilicet Cicero cum Roscio præceptore uteretur, turpitudinis & in patriam perduellionis Magistrum habuit: scilicet hoc ipso seculo prudentissimi amplissimorum Regnorum Præsides, cum & ipsi Comœdias scriberent & lautissimis stipendiis alios ad scribendum excitarent, nihil nisi Reipublicæ exitium quærebant; scilicet, hi omnes & quotquot pii ac prudentes Magistratus ludos istos hodie num instituunt, præ Patricio Tuo & moroso Bodino omnes Blenni sunt atque Bardi. Tute non nescis, quam misere jam multo nomine a Magnis Viris Bodinus vapulaverit; nolim igitur ipsum gravius flagellare. Unum tantum dicam, me non mediocriter mirari, hominem Gallum adeo acerbe in Comœdias invehi, quas tamen augustum apud Gallos *Justitiæ & Prudentiæ* sacratum Concilium, Parisiense Parlamentum, non permittit solum, sed & approbat.

DOX. Id vero minime credo.

PHIL. Mihi nimirum asseveranti, quamvis oculatus sim testis. Credes autem, ni fallor, Chassanæo apud Aquas Sextias in Senatu Decuriæ Præsidi: is part. undec. *Catal. gloriæ Mundi*, consider. quinquag. secunda; *Domini de Parlamento Parisiensi*, inquit, *præstant authoritatem suam in diebus festis, quibus solent theatrales Tragœdiæ aut Comœdiæ exerceri & recitari, & per eo approbantur, cum fiunt ad honorem & decorem civitatis, & ad populi recreationem & ad publicam lætitiam*. Et paulo ante; *Sunt quædam spectacula permissa, ut sunt spectacula & ludi honesti, qui fiunt in scena, ubi ludunt Tragœdi & Comœdi Tragœdias vel Comœdias recitantes, & tales populo permittuntur. Et in talibus Senatores præbent officium suum, ut dicit* text. cum gl. in l. I. C. de spectaculis lib. III. Hæc ille. Sic uni Bodino Gallo totum Senatum Parisiensem, uni Patricio Italo universam Italiam gravissimosque tum Patriæ tum Venetæ Reipublicæ Proceres oppono, ne Te minus liberaliter a me haberi conqueraris; alioquin & si privatos homines cum privatis conferre luberet, adducerem inter alios Blondum, qui lib. II. de *Roma triumph.* & lib. III. *de Roma rest. Histriones laudandos omnino & extollendos esse* clamat. Verum ego existimo, Patricium & Bodinum de nostri generis dramatibus nequaquam cogitasse: nec alio animo Comœdias rejecisse, quam quo eas improbavit Plato, ne scilicet in istis quippiam plebi instilletur, quod bonos mores & reverentiam atque obedientiam erga superiores labefactare possit; qua de causa & ego omnino censeo,

A ubi necesse est, effrenem Comicorum conviciandi licentiam, vel in obscœnis tractandis impudentiam Censoria Virgula esse castigandam. Sic Calvinus ep. I. *ad Fratrem Danielem*, in gymnasio Navarræ, quod est Parisiis anno 1533. Comœdiam habitam fuisse narrat, qua non obscure convitiis proscindebatur Regina, quapropter re ad ipsam delata, cum *visum esset statui pessimum exemplum eorum libidini qui rebus novis inhiant, si impunitas daretur huic improbitati*, Comœdiæ Autores in custodiam conjecti meritisque censuris fuere coerciti. B Quare Anton. Perez. *præl. in Cod.* fol. 839. *Hispaniarum Regem collaudat, quod, ne Comœdiæ aut Tragœdiæ ullæ, neque mutæ repræsentationes, neque Cantilenæ sine prævia Censorum visitatione & admissione exhiberentur, edicto probibuerit*. Ob eandem causam in *disciplina Eccles. Reformat. Galliæ* c. ult. §. XVII. invenio prudentissime cautum, *ne qua vel in Gymnasiis Comœdia habeatur sine consilio conventu Pastorum, cui primum ea sit communicanda*; ne videlicet obscœni quid aut seditiosi contineat.

DOX. Quicquid de Bodino sit aliisve Politicis scriptoribus, nolim de iis ulterius contendere. Interim certus sum omnino verum non esse, quod adeo C confidenter affirmasti, omnium politiorum Gentium suffragiis approbatos esse ludos scenicos. Memini me apud Plutarchum in *Apoph.* legere, apud Lacedæmones olim spectacula Comœdiarum vel Tragœdiarum antiquitus non fuisse permissa, nec postea mulieribus licitum, iis interesse. Et in Massiliensium disciplina fuit, juventutem theatris excludere. Tacitus in *Germ.* c. XIX. *Veterum Germanorum uxores laudat, quod septæ pudicitia agant, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptæ*. Alia exempla non succurrunt, sed plura puto recenseri apud Alex. ab Alex. lib. V. *Genial. dierum*, & apud Cæl. Rhodig. *lib.* ni fallor D III. Imo & apud Romanos legitima repudii erat causa, si uxor prohibente marito theatralibus ludis interfuit: quare Sempronius Sophus, ut est apud Val. Max. *lib.* VI. *cap.* V. conjugem repudii notа effecit, propterea quod se ignorante ludos ausa fuerit spectare.

PHIL. At vero hæc omnia aliena sunt plane, mi DOXASTA. Poteras jam abunde didicisse ex iis, quæ Plato nos edocuit, quo animo Spartanis aliquando scenici ludi improbandi fuerint: Quamvis sint illi ipsi qui *vites potius exscindendas, quam ebriositatem reprimendam* existimarunt: Nosti hujus E quoque opinionis austeritatem Posterorum prudentia fuisse emendatam. Quod autem mulieribus non ita liberum fuit, quibuscunque spectaculis adesse, iterum plane nos nihil ferit. Nec enim omnia spectacula approbamus, nec mihi certe placuisset, si curiosula uxor nudos Athletas & Bestiarios aut Faunos ac Satyros & Pantomimos ivisset spectatum, aut ludis Floralibus interfuisset, de quibus jam ante ex Seneca aliquid, nunc ex Lactantii lib. I. *Div. Inst.* hoc habe: *Celebrantur illi Ludi cum omni lascivia convenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam vestibus* F *populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conspectum populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur*. Ab hujusmodi profecto incestis spectaculis non mulieres tantum, sed omnis plane sexus omnisque ætas erat arcenda: Cœteris vero virgines ipsæ, quas integræ Sanctitatis opinio atque purissimæ Castitatis studium commendabat, Vestales poterant interesse. Sic enim Sueton. in *August.* capit. XLIV. *Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim & contra Prætoris tribunal dedit*.

A Vides igitur, mi Doxata, humaniorum literarum, Philosophiæ & Civilis prudentiæ Doctores ita esse affectos, ut illorum judiciis sententiam meam suspectam aut exosam reddere non possis. An Juris-Consulti & Theologi plus Tibi faveant, proxima occasione disquiremus, quod ubi a nobis peractum fuerit, tum demum præjudiciis omnibus liberati, seposita aliorum *authoritate*, *Ratione* disceptabimus.

Nunc Vale, mi Doxata, & epimetri loco hos politissimi Politiani versus habe:

Quod si qui clament nos facere histrioniam,
Atque id reprehendant, minime diffitebimur,
Dum nos sciant disciplinam antiquam sequi.
Etenim formandos Comœdo Veteres dabant
Pueros ingenuos, actionem ut discerent.
Sed qui nos damnant, histriones sunt maxumi,
Qui curios simulant, vivunt Bacchanalia,
Tristesque vultu vendunt sanctimonias.

Hæc Politianus.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ
CASUISTICÆ
DE
LUDIS SCENICIS
PARS SECUNDA,
CONTINENS
Juris-Consultorum & Veterum Ecclesiæ Doctorum Judicia.

Dox. Nescio qui factum, ut C Aristotelis & Ciceronis, Illius ex VII. *Polit.* Hujus ex *Tuscul. quæst.* adversus ludos tuos dicta nuper prætermiserim.

Phil. Ego vero existimabam, consilio te id fecisse, eo quod D ea perspexeris non minus aliena esse, quam quæ ex Platone & Seneca laudaveras.

Dox. Istos igitur Gregarios jam missos faciam, alias enim numerosiores longe & formidabiliores Triariorum copias adduxi. Ferro ac sacrosanctis legibus tremendos Imperatores, Juris-Consultos, Canonistas, Concilia, Patres & quicquid in hominum societate augustum est ac venerabile, id omne nunc contra Te armavi. Cum His congrediendum, Mirmillo. Agmen ducit Divus Justinianus; E *Scenicos* ille & *Lenones*, ut pariter scelestam eorum conditionem & impurum contubernium notet, uno comprehendit titulo, *C. de Spectac.* Recte. Nam ut Hi, ita & Illi jam antea a Theodosio, Arcadio, Honorio, inhonestæ personæ censebantur, lib. III. *tit. eod.* Et ex *Prætoris edicto*; *qui artis ludicræ, pronunciandive causa in scenam prodierat, infamia notabatur*, l. 1. ff *de his qui notantur infamia*. Adeo ut *si Filius præter voluntatem Parentum se iis sociaverit, juste exheredaretur*. *Novell.* 115. *cap.* III. *§.* X. Quam ob causam Sacratissimus Imperator, *Novell.* 123. *capit.* X. *Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus & Omnibus Aliis cujuslibet venerandi Collegii aut Schematis constitutis, ad quodlibet spectaculum spectandi gratia venire interdixit, sancita pœna, quod si quis in hoc deliquerit, in tribus annis a Venerabili Ministerio probiberetur*. Et l. 24. §. 1. C. *de Episc. Audient. nuntiatum sibi esse dicit præter communem rerum fidem, quod quidam ex Reverendissimis Diaconis, itemque Presbyteris (nam eo amplius dicere erubesceret Deo amantissimos nempe Episcopos) Scenicorum vel Thymelitarum Spectatores fiant ludorum, neque cogitent quemadmodum ipsi vel His qui modo & recens initiati sunt, & adorandis mysteriis dignati, prædicunt, ut abrenuntient Adversarii Dæmonis cultui & omnibus pompis ejus, quarum non minima pars talia spectacula fiunt*. Quapropter & Theodosius atque Valenti-

nianus l. 8. §. 3 C. *de Repudiis*, *Marito potestatem concessam esse expellendi propriam Jugalem, si theatralibus ludis cum publicante gavisa fuerit*. Sic Scena legibus damnatur, damnantur Actores, Spectatores arcentur.

PHIL. Imo ista omnia nihil me feriunt. Quantum enim ad primum, quod *Scenicos* cum *Lenonibus* in eundem fasciculum compingit Justinianus, responderi utique posset; hominum conditionem diversis temporibus, diverse etiam censeri. Fuerint famosi olim Scenici, Lenonum socii; non sequitur, quod & hodie tales æstimentur. Quemadmodum alibi & quidem hoc ipso in libro, Imperator, Murilegulos, Gynæciarios, Gynæcii Procuratores, Monetarios & Bastagarios ceu viles & abjectæ omnino sortis homines colligat: nec id tamen hodie fraudi Monetariis, qui ad summa interdum munia & honores civitatis promoventur, magnisque nonnullibi privilegiis gaudent, de quibus Choppin. *de doman. Franc. l.* 2. *tit.* XXVII. Verum crede mihi, *Doxasta*, Scenicos & Lenones hic non alia mente conjungi, quam qua alibi Mathematici cum Maleficis copulantur. Ut enim ibi *Mathematicorum* nomine non Ii continentur, qui Geometriæ artem colunt, quam *discere atque exercere publice interest*, l. 2. C. de *Malef.* & *Mathem.* Sed qui jactata futurorum præscientia Simplicioribus imponunt: ita hic *Scenicorum* nomine nequaquam intelliguntur, qui exercitii vel liberalioris delectationis gratia castum aliquod & elegans Drama in solenni cœtu exhibent, verum illi, qui sordidi quæstus causa se publice Aliis propinant deridendos, obscœnisque dicteriis ac lascivis motibus Spectatorum animos vitiis & libidine incendunt. Fateor quidem, *semper oportere credi hoc quasi legibus inesse, ut ad eas quoque personas pertineant, quæ quandoque similes erunt*, l. 2. ff. de *Leg.* & *SC.* *At minime tamen justum est, similibus æstimari eos, qui non sunt similes*. Hic vero ipsa lex distinguit, nec Ulpianus ambiguam eam reliquit. Sic enim ille ad *edictum Prætoris*; *Eos qui* QUÆSTUS CAUSA *in certamen descendunt, & omnes propter* PRÆMIUM *in Scenam prodeuntes famosos esse*, *Pegasus* & *Nerva Filius responderunt*, l. 2. *tit. eod.* Non ergo ii, qui *exercitii* & *ingenuæ voluptatis* gratia prodeunt, notantur. Idem, l. 3. eod. *refert*, *quod Athletas Sabinus* & *Cassius responderint omnino artem ludicram non facere*; VIRTUTIS *enim gratia hoc facere*. Nunquid de iis, quos ego defendo, idem omnino respondendum? mi DOXASTA. Cæterum quando cogito, quid Scena iis temporibus fuerit, (quid autem fuit? lupanar fuit, Dæmonum delubrum, Hominum Carnificina,) non possum satis mirari, eam Romanorum, Christianorum præsertim legibus, non fuisse funditus eversam. Parum dixisti, dum eam diffamatam dixisti, mi DOXASTA. Plus ego Tibi largiar, quam postulas. Me enim judice, flagitiosa ista atque execrabilia spectacula ferro & flammis expiari, non vero adeo molliter & indulgenter notari oportebat. Attamen non ea tolli jusserunt Valens, Gratianus & Valentinianus, sed tantum prohibuere, ne aliorum quam Volentium celebrarentur impensis, l. 1. C. *de Spectac.* Honorius vero atque Theodosius, tantum abest ut ea destruxerint, ut contra eorum diligentem admodum habuerint curam, quando interdixerunt, *ne quispiam Bestias aut Histriones ex una civitate in aliud oppidum, vel ex provinciæ solo traduceret, ne scilicet* FESTIVITATEM IMPEDIAT IN CUNCTIS OPPIDIS CELEBRANDAM, l. 5. C. *eod.* Multum quoque Veteres JCtos de scenæ conservatione sollicitos fuisse, argumento esse potest, l. 34. ff. *de ædilitio edicto*. Quod si igitur profligatissimi homines in scenæ favorem adeo indulgenter fuerunt habiti; quibus laudibus exornati fuissent nostri, qui sine vitii consortio possident id omne unde Illi commendationem habere poterant? Nunquid Eos, ut Cicero *Roscium Comœdum*, *Viros Optimos*, *Purissimos* & *Curia*, hoc est, summis honoribus *dignissimos* appellitassent? Et Tu ex pessime applicatis legibus infamiam Ipsis aspergas? Quin a Juris Interpretibus disce, quid sentiendum. Audi Baronem in *l.* 2. *ff. de his qui not. inf.* *Qui de Christo vel Martyre Tragœdiam hodie agit, non notatur, nisi forte ob quæstum prodeat in scenam*. Audi Donellum in hac olim Academia Celeberrimum: *Non in scenam prodire, aut quid in ea pronuntiare per se turpe est. Sed ea erat olim scena apud Romanos, ut ab his qui in eam prodirent spectaculi sui præbendi causa, multa obscœne turpiterque & dicerentur & fierent. Hi* SOLI *notantur, qui quæstus causa prodeunt, id est, qui ex arte quæstum faciunt*. Adde Perezium *in C. de Spect.* *Cæterum Comœdiæ & Tragœdiæ quæ ad Virtutem & honestatem excitant tam Dicentes quam Audientes, admittendæ sunt. His enim actionibus formantur ad publicas functiones in futurum Adolescentes*. Consule & P. Fabium & Albericum Gentilem ICtos, si quos nosti, Clarissimos, Aliosque innumeros, qui idem omnino quod ego sentiunt. Quin dico Omnes? Quis enim adeo male sanus fuerit, ut Augustissimorum Gravissimorumque Regum, Principum, Optimatum Filios, Honestissimos Adolescentes, quando exercitii aut relaxationis gratia in scenam prodeunt, infames dixerit? Affirmo tamen si in talem prodirent scenam, qualis olim erat apud Romanos, indignissimum id fore facinus, de quo & ipse cum Theodorico Gotho Romanorum Rege ingemiscerem; *O miseræ deceptionis errorem! Heu mundi error dolendus!* *Constit.* 136. *de Spectac.* apud Goldast. tom. III. *Recess. Imp. Teuton.* pag. 69. Istorumque ludorum Præsidem, saltem admonendum ducerem de eo quod idem Rex *Const.* 171. *Tribuno Voluptatis præscripsit*; *Castitatem dilige, Cui subjacent prostitutæ, ut magna laude dicatur, Is Virtutibus studuit qui Voluptatibus miscebatur*. Verum Dei beneficio talis apud Nos scena nulla est; nihil igitur ad nos leges istæ, quæ peccarunt indulgentia.

DOX. Si quæ ex Jure Civili attuli, eludis, alia supersunt ex sacris Canonibus. *Dist.* XXIII. cap. III. pr. & *de Consecr. Dist.* V. cap. XXXVII. *Clericis* severe *interdicitur*, *ne spectaculis intersint*. Et cap. XII. & XV. *de vita & honest. Cleric.* prohibetur, *ne per theatralium ludorum turpitudinem Ecclesiæ inquinentur, neve Clerici commercia inhonesta Mimis, Joculatoribus & Histrionibus intendant*. Et capit. unic. *de vita & honestat. Cleric. in* VI. *ne Clerici se Joculatores, se Goliardos aut Bufones faciant*, statuitur.

PHIL. Poteras plurima alia adjicere, ex *Canon. Eccles. Univers.* ex *Canon.* LXI. & LXIII. *Concil. Carthag.* ex *cap.* LI. *Concil. Constant. in Trullo*; ex Bochelli *Decretis Ecclesiæ Gallicanæ* lib. VI. titul. XIX. Poteras adjungere *Patres* Athenagoram in *legat. pro Christ.* Tatianum in orat. *ad Græcos*, Minutium Felicem in *Octavio*, Clementem Alexandr. *Pæd.* lib. III. cap. XI. & passim alibi, Lactant. *lib.* VI. *cap.* XX. Basilium orat. *de lectil. lib. Ethnic.* Chrysost. *homil. de Davide*, & *Saul*, & *hom.* VI. *super cap.* II. *Matth.* & August. *de consensu Evang.* cap. XXXIII. & Isidorum Pelus. *epist.* CCCCLXIII. *lib.* V. & Salvianum Massiliensem Presb. lib. VI. *de Provid.* Ante omnes vero alios Tertullianum & Cyprianum, qui non solum passim in scriptis suis spectacula damnarunt, sed & singularibus libris eorum insecuti sunt turpitudinem ac scelus. Hi omnes

uno ore scenam execrantur, ceu *nequitiæ, libidinis, vitiorum omnium scholam & impudicitiæ Consistorium, cui si quis interfuerit, ad sacram synaxin postridie non sit admittendus, utpote perjurus, quod juramentum in Baptismo & professione fidei præstitum violaverit*. Verum si hæc & alia quamplurima compilasses, nihil aliud profecto ostendisses, quam Te non indiligenter lustrasse indices, ad scopum vero & quæstionem ipsam nihil attendisse, nec usum fuisse delectu ullo. Ne igitur idem sæpius repetere, adeoque Tibi & mihi fastidium creare cogar, Istis simul omnibus satisfacere studebo: Tu æquo animo attende.

I. *Principio* quidem respondere quispiam posset, Multos Canones circa similia etiam argumenta olim positos, hodie plane obsolevisse: Iisdem quibus spectacula vetantur, vetari ut plurimum aleæ quoque *ludum*, imo *cap.* XV. *de vita & honest. Cleric. ne Clerici aleæ aut taxillorum lusui* vel *intersint* prohiberi, id quod tibi Ipsi tamen non videtur adeo grave peccatum esse, quin ipse sæpius intersis. Sic *decreto Eccles Gall.* apud Bochell. l. VI. tit. XII. cap. I prohibetur *Viris Ecclesiasticis, ne omnino ludant ad taxillos, ad aleas, ad trinquetum, quod aliter nominatur ad punctum stacarii, neque ad chartas, neque ad stophum dictum a la paume, neque ad luctam, neque ad jactum lapidis, ad Choreas, ad Clypeum neque fistula vel aliis Musicalibus instrumentis, quibus cum ore seu buccha luditur. Non ludant etiam ad marrella, ad bolas, ad cursum, ad currendum in campo pro lucro vel pro vino, ad jaculandum, neque ludant ad quillas*. Et cap. V. *n babeant in domo sua scachios vel decios*. Et c. XXVII. *ne quispiam in Gallia deciorum, tabularum, paleti, quillarum, soularum billarumque ludos luderet Carolus* VI. severissime interdixit. An vero hodienum peccare censebitur, qui forte recreationis & sanitatis tuendæ causa *paleto* vel *quillis* ludit? *Dist.* XXXIV. *cap.* IX. *ex Agathensi Concilio præcipitur Clericis, ut alienarum nuptiarum convivia evitent*. Si hodie nuptialia convivia celebrarentur sine Pastore, nunquid profana quodammodo censerentur esse? *Dist.* XXXVII. *cap.* XV. *prohibetur Christianis figmenta legere Poetarum*. Cur igitur veterum Poetarum scripta tanta cura emendantur, elegantissimis typis exprimuntur, illustrantur, præleguntur? Intelligis igitur non omnia quæ Canonibus Ecclesiasticis statuta sunt, etiamnum hodie obtinere, quorum cum spectaculis eadem est ratio.

Secundo, responderi posset, plerasque illas Veterum Constitutiones ad *Clericos* pertinere; in *Clericis autem, Ascetis & Pœnitentibus sæpius exactam fuisse vitam non quovis modo Christianam, sed eximiæ cujusdam puritatis*. (quasi supererogatoriam diceres.) Unde factum, etiam *licita a se debuerunt abscindere*, ut loquuntur *Episcopi* in *epist.* ad *Ludovicum Regem*; unde & ad Clerum admitti vetebantur Ii qui post Baptismum aut Magistratus attigissent aut munera bellica. De quo vide Grot. *de jure belli & pacis* lib. I. cap. II. §. ult. Fac igitur spectacula vetita fuisse Clericis, non protinus quibusvis aliis, adeo nec Adolescentibus qui sacris nondum sunt initiati.

Tertio, responderi posset, veteres nonnullos nimio rigore ductos omnem pariter imitationem & picturam damnavisse. Sic enim Clemens *Stromat.* lib. V. *Moses multis ante Pythagoram seculis aperte legem statuit*, NULLAM *oportere confici sculptilem, vel fusilem vel fictam, vel pictam imaginem aut simulacrum, ad sensilia attenderemus, sed ad ea quæ intelligentia ne percipiuntur*. Et *lib.* VI. *pag.* 687. *Quemadmodum qui aliena furatur, cum magnam faciat injuriam, jure incidit in commerita supplicia: ita* FURES *sunt, illi qui Dei opera fingendi vel pingendi arte sibi vendicant, & se plantas aut animalia facere dicunt*. Nunquid miraris, Doxasta, Clementis nostri ratiocinium, quo Pictores & Sculptores omnes sacrilegii arguit? Nunc audi Tertullianum lib. *de Spectac.* cap. XXIII. *Jam vero ipsum opus personarum quæro an Deo placeat, qui* OMNEM SIMILITUDINEM *vetat fieri, quanto magis* IMAGINIS SUÆ, puta, Hominis. Sic qualescunque sive ad religionem sive ad communem vitæ usum adhibitas imagines damnat. Quare & cap. I. *Contra Hermogenem*, Hermogeni picturam tanquam horrendum crimen impingit: *Pingit licite & legem Dei in artem contemnit*. Quod igitur sæpius affirmat, spectaculorum Autores esse Diabolos, profluit omnino ex eo quod cap. III. *de Idolol.* asseverat, *Diabolum seculo introduxisse artifices statuarum & imaginum & omnis generis simulacrorum*. Nec hic subsistit austerus noster Afer, *adulterii* reos agit omnes Pictores: cap. XXIII. *de Spectac. Non amat falsum Autor veritatis*, (falsum autem dicit, quicquid alterius speciem præ se fert,) *adulterium est apud Illum omne quod fingitur*. Et *arg. cap.* XVIII. Figuli & sculptores quicunque Diabolicæ ambitionis accusantur; hinc monet, *ne cura factitii corporis nobis placeat, utpote plasticam Dei supergressa*. Id quod in mentem mihi revocat subtile illud argumentum, quo *cap.* XXIII. contra Tragicos insurgit; *Diabolum* nimirum *Tragœdos cothurnis extulisse, ut mendacem faciat Christum, qui Matth.* VI. & *Luc.* XII. *dicit*; *neminem posse adjicere cubitum unum ad staturam suam*. Tu igitur cave Doxasta ne ultra crepidam; hoc est, ne paulo altiores calceos gestes, si salvus esse cupias. Talem opinionem cum foverit Tertullianus, nunquid sequebatur, Ipsi Dramata omnia promiscue esse damnanda? Ecquid porro mirum, quod Magistrum suum secutus est Cyprianus, nec Ejus sententiam ejuravit, e cujus libris *nullam se diem prætermittere* profitebatur, *quin aliquid legeret*? Viden', unde enatum sit sequius illud de Comœdiis judicium?

Quarto, responderi posset, nihil a veteribus contra Scenicos Ludos dictum esse, quin idem adversus alia per sese non illicita corporis exercitia ab Iis fuerit pronuntiatum. (*a*) Audi Tertull. *cap.* XXVIII. *de Spect. Palæstrica Diaboli negotium est. Primos homines Diabolus elisit. Ipse* GESTUS (obsecro attende) COLUBRINA *vis, tenax ad occupandum, tortuosa ad obligandum, liquida ad elabendum*. Et paulo ante; *Quæ in stadio geruntur, indigna conspectui Tuo non negabis, pugnos & calces & colaphos & omnem petulantiam manus, & quamcunque humanioris, id est, Divinæ imaginis depugnationem*. Intelligisne, quantum scelus sit, infligere alicui alapam? Sed pergamus. *Non probabis usquam*, porro ait, *vanos cursus & jaculatus & saltus vaniores, nusquam Tibi vires aut injuriosæ aut vanæ placebunt*. Sic in lib. *de Corona Milit.* circa finem, agones omnes damnat, tanquam *ejeratos in Sacramenti tentatione: hæc enim erant* (inquit ille) *pompæ Diaboli & Angelorum Ejus, officia seculi, honores, solennitates, laudes vanæ, gloriæ turpes*. Lucta igitur, cursus, jactus, saltus & quæ non corporis exercitia damnantur.

In eodem argumento inter reliquos prolixus quoque est Chrysostomus; objicit sibi tom. I. *homil.* XVIII. *in Genes. Quale ergo tandem peccatum est, videre equos currentes*? Respondet ipse, *Si volue-*

(*a*) Plura hujusmodi illicita censuerunt veteres Ecclesiæ Patres ob malas quæ jungebantur circumstantias, abusus periculum, ac perniciosum excessum.

ris omnia [illegible] Satanæ oper. [illegible] Laudasti antea cap.11. *Synod. Const.* [illegible] *Atque item venatorum* [illegible] *Clerico* [illegible], *Laico* [illegible] *excommunicatione* [illegible].

[illegible] respondere possem, Res ita se indifferentes, sed ab Ethnicis religiose usurpatas, primævis Christianis prohibitas fuisse, [illegible] ut [illegible] ab Illis eo [illegible] distinguerentur: hodie vero cum ratio illa cessaverit, actiones istæ ad [illegible] natura [illegible]. Exemplum hoc habe: [illegible] *coronam* [illegible] *partem* [illegible]. Et tamen [illegible] cum vehementia in eas invehitur Tertullianus [illegible] *Coronæ Militis*; *Coronæ*, inquit [illegible] *si tanta mollities est*; *in poculum crede*, *si tanta innocentia est*. *Tot modis fruere*, *quot & sentis*. *Cæterum in capite quis sapor floris? quis Coronæ sensus*, [illegible] *quia neque color cernitur*, *neque* [illegible], *neque teneritas commendatur*. *Tam* CONTRA NATURAM *est*, *florem capite sectari*, [illegible] *Naturam est*, MONSTRI *meretur* [illegible] SACRILEGII [illegible] *Dominum & Auctorem*. Adducit [illegible] *cap. 1. ep. ad Rom.* quasi coronam in capite gestare idem esset scelus, ac si quis nefandas contra Naturam libidines patrasset. Concinit Tertulliano Minutius, & [illegible] de sertis loquendi habuerunt occasionem. At quænam bonis tanti contra corollas odii potest [illegible] causa? Respondet, & recte quidem, [illegible] *ad Tertull.* [illegible] Continuis omnino spectaculorum [illegible] ratio, [illegible] Paganæ superstitionis pars non exigua constabat. Et ista quidem quæ hactenus dicta sunt, sufficere possent: nunc tamen ulterius, ea ipsa [illegible] & a scopo [illegible] quantum [illegible] ostendam.

VI. Rivetus in *Comment. ad* VII. *præcept.* observat, ad tria capita revocari posse quicquid contra spectacula ex Patribus vulgo affertur. *Primum*, quod scelerum exempla in ipsis Diis proponebant. *Secundum*, quod partem cultus idolorum constituebant. *Tertium* quod vel *crudelia* essent vel *obscœna*. Agnosco omnino vera esse, quæ hic docet Vir magnus.

Et quantum quidem ad primum caput, audiamus Cyprianum *epist.* II. §. IV. *Exprimunt*, inquit, *impudicam Venerem*, *adulterum Martem*, *Jovem illum suum non magis regno quam vitiis principem*, *in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem*, *nunc in plumas oloris albescere*, *nunc aureo imbre* [illegible] *in puerorum pubescentium raptus* [illegible] *Deos suos quos venerantur*, *imitantur*: *fiunt miseris & religiosa delicta*. In quem locum Pamelius recte annotat, Cyprianum his verbis imitatum esse illud Terentiani Chæreæ in *Eunucho*:

—— *Virgo in conclavi sedet*,

suspectans tabulam quandam pictam, *ubi inerat pictura hæc*; JOVEM *quo pacto* Danaæ *misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum*. *Egomet quoque id spectare cœpi*; *& quia consimilem luserat jam olim ille ludum*, *impendio magis animus gaudebat mi-*

A *hi*, *Deum* [illegible] *atque in alienas* [illegible] *templa Cæli summa sonitu concutit*. [illegible] *hoc non facerem? ego* [illegible]. Quod & Augustinus innuit, lib. II *de Civ. Dei*, cap. III: [illegible] *huma-no* [illegible] Ita sane est: verum nihil hæc ad ludos nostros, ubi Deorum scelera scandalo

B nobis esse non possunt, cum Dii nostri non sint. Quin potius cum Justino Martyre, Athenagora, Minutio, Arnobio, Lactantio, ex fabulis istis, Ethnicorum [illegible] & deploramus cæcitatem, cœlestisque sapientiæ eo clarius agnoscimus lucem, eoque vehementius ad benignissimi Redemtoris nostri accendimur laudes. Quam ob causam nec veterum Poetarum, quibus eadem repræsentantur, lectioni Christianis hodie est interdictum.

Alterum caput est, quod spectacula partem Paganæ religionis constituebant. Jovi consecrati erant *ludi Olympici* & *Capitolini*; Junoni [illegible];

C Rheæ, Magnæ Deorum Matri, *Megalesia*; Apollini, *Pythia*, apud Delphos, & Romæ *Apollinares* [illegible] Cereri, *Cerealia*; [illegible], Minervæ, [illegible] Neptuno, cui & [illegible] Marti, [illegible], Baccho, [illegible] Herculi; [illegible] Latinus. De quibus Sabellius, Lipsius, Faber, Vossius, alii. Id docet Lactantius lib. VI. *Div. Inst.* cap. XX. *Isidorum*, inquit, [illegible] *natales eorum*, *vel templorum* [illegible] *constituta* [illegible] *quæ vocantur* [illegible]

D [illegible] *Deo* [illegible]. Eodem argumento utitur Tertullianus [illegible]; cap. V. *de Spectaculis*, [illegible] *in honorem* [illegible] *Idololatria originem* [illegible] demonstrat: & [illegible] enarrat *pompam præ-* [illegible] *sacra & sacrificia* [illegible]: & *cap.* VII. *Circum*

E [illegible], inquit, [illegible] Hinc cap. IX. [illegible] *Elementis dedicatos* affirmat, unde concludit, *Deorum pariter & Elementorum cultus sit vetitus*, *ipsos quoque ludos interdictos esse*. Et *cap* X. *Theatrum proprie Veneris sacrarium* dicit; in quem sensum Salvianus quoque lib. VI. *de Provid. Venerem in Theatris*, *Minervam in Gymnasiis honorari* ait. Sed quid hisce opus est immorari, quæ vel pueris nota sunt? Tu interim, mi DOXASTA, vides quam & ex hoc capite aliena sint a Ludis nostris, quæcunque ex Patribus afferuntur; nec enim credo quendam Nostrum

F suspectum Tibi esse, quasi in Deorum honorem eos celebraret.

Tertium caput est, quod spectacula vel *crudelia* erant vel *obscœna*. *Crudelitatem* eleganter & graviter depingit Cyprian. *ep.* II. §. III. *Paratur Gladiatorius Ludus*, *ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet*. *Impletur in* [illegible] *corpus*, *& arvina* [illegible] *occiditur in hominis voluptatem*, *& ut quis* [illegible] *dere*, *peritia est*, *ars est*; *scelus non tantum geritur*,

sed

sed & docetur. Quid potest inhumanius, quid acerbius dici? Disciplina est ut perimere quis possit, & gloria est quod perimit. Quid illud, oro Te, quale est ubi se feris objiciunt, quos nemo damnavit: ætate integra, honesta satis forma, veste pretiosa, viventes juvenes in ultroneum funus ornantur, malis suis miseri gloriantur; pugnant ad bestias non crimine, sed furore: spectant filios suos patres, frater in Cavea est, & soror præsto est, & in tam impiis spectaculis, tamque diris & funestis, esse se non putant oculis parricidas. Obscœnitatem accusat Tertullianus *de Spect. cap.* XVII. *Theatrum, privatum est impudicitiæ consistorium, ubi nihil probatur quam quod alibi non probatur. Summa gratia Ejus de spurcitia plurimum concinnata est, quam Atellanus gesticulatur, quam Mimus, etiam per mulieres, ut facilius domi quam in scena erubescant: IPSA etiam PROSTIBULA, PUBLICÆ LIBIDINIS HOSTIÆ in scena proferuntur, plus miseræ in præsentia fœminarum, quibus solis latebant, perque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elogium, etiam quibus non opus est, prædicatur. Taceto de reliquis QUÆ IN TENEBRIS ET SPELUNCIS suis delitescere decebat, ne diem contaminarent.* Lege & Lactant. *l.* jam *laudato*. Et lib. *de Spectac.* qui Cypriano adscribitur §. IV. *Si rogem*, inquit, *quo ad illud spectaculum itinere penvenerit, confitebitur per lupanarium, per prostitutarum nudata corpora*, & quæ sequuntur.

Hæc igitur tria sunt accusationis capita, quibus solis inducti Patres spectacula damnarunt. *Deorum scilicet exemplum ad imitationem efficax, Idololatria, & vel crudelitas vel obscœnitas.* At vero ab illis, quos nos defendimus, Ludis ista omnia remota sunt; Concluditur proinde sublata accusatione, eos omnino ab ipsis Patribus absolvi.

Enimvero hoc ipsum evidentissime patet ex eo, quod dialogistico dicendi genere maxime fuerunt delectati. Exemplo sunt Justinus, Minutius, Theodoretus, Epiphanius, Alii. Inter Dialogos autem & ea quæ defendo Dramata discrimen omnino nullum; Illos igitur adhibere non potuerunt, quin & hæc approbarent. Adde, quod ad Comicorum scripta Lectores suos sæpissime remittunt, Eorumque sententiis sanam de moribus doctrinam mirifice illustrari & amplificari statuunt; ut inter alios apud Clementem Alexandrinum, Scenicæ idololatriæ & impuritatis acerrimum cæteroquin hostem, vix pagellam legas, ubi non Sophoclis, Euripidis, Æschyli, Menandri, Epicharmi, Aliorumve Divinæ quodammodo sententiæ occurrant. Tandem, ut finem faciamus, quid dices, mi DOXASTA, ubi ostenderim, fuisse ex Celeberrimis Illis Ecclesiæ Doctoribus, qui ipse Comœdias atque Tragœdias edidit. Omitto CHRISTUM PATIENTEM, quod Drama hodienum inter Nazianzeni opera legitur. Sufficit Apollinarios adduxisse: de quibus Socrates *Histor. Eccles.* lib. II. cap. XIV. *Ea tempestate cum Julianus Græcorum disciplina Fidelibus interdixisset, Apollinarii Pater & Filius Christianis non parum attulerunt adjumenti. Pater enim Carmine Heroico Mosis libros expressit, & alia Veteris Testamenti Volumina, quæ Historico modo conscripta sunt, partim Heroicis numeris, partim TRAGOEDIÆ forma* Δραματικῶς ἐξειργάζετο, *PERSONIS ADHIBITIS elaboravit. Filius vero Evangelia & Apostolorum Scripta in formam Dialogorum, Platonis more apud Gentiles, redegit.* De Filio autem sigillatim hæc habet Sozomen. *lib.* V. *cap.* XVII. *Apollinarius, ut pro multiplici sua doctrina & bonitate ingenii multis prodesset, COMOEDIAS composuit, fabulis Menandri similes, item TRAGOEDIAS Euripidis & Lyricos Pindari versus imitatione adumbravit.*

DOX. Quinam igitur illi fuerunt Apollinarii?

PHIL. Pater Presbyter erat, Filius vero jam in prima juventute Celeberrimus sacrarum Literarum Laodiceæ Lector, teste Sozomeno *lib.* VI. *cap.* XXV.

DOX. An hos tu tanti facis?

PHIL. Maximi equidem, & Filium imprimis. Audi quid de Eo Philostorgius Arrianus apud Suidam; *Apollinarius iis temporibus Laodiceæ in Syria florebat, qui cum Basilio & Gregorio Nazianzeno* τὸ ὁμοούσιον contra τὸ ἑτερούσιον *defendebat, longo intervallo SUPERIOR Iis Omnibus, qui & prius & post ad meam usque ætatem causam eandem egerunt, ut PUER præ illo judicaretur Athanasius.* Sed ne Arriani encomium suspectum habeas, audi Epiphanium: Is *contra Dimœritas hæres.* LXXVII circa pr. *in magna Eum existimatione vixisse, & apud Ipsum & Omnes Orthodoxos semper in LAUDE atque ADMIRATIONE fuisse* testatur. Ac paulo post, Eum vocat *Reverendum Senem, Ipsi, & Beato Papæ Athanasio, Omnibusque Orthodoxis semper dilectum.* Ait porro, se non potuisse primitus credere, quæ de Apollinarii hæresi ferebantur, judicasse enim *non intelligere Discipulos profunditatem E rum, quæ a tam DOCTO ac PRUDENTE Doctore dicerentur.* Confirmat hæc Sozomenus *lib.* V. *cap.* XVII. Virum nominat *omni doctrinæ genere* & *orationis formis instructum:* quem & Basilio acceptissimum fuisse constat. Cum enim Julianus ab Apollinario scriptum contra se librum perlegisset, & Episcopis renuntiasset, *ἀνέγνων, ἔγνων, κατέγνων*, respondit Imperatori Cæsareensis ille Præsul; *ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως. Εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως.* Ex quibus ut & ex iis quæ Hieronym. habet *de Script. Eccles.* perspicere potes, mi DOXASTA, quantus ille Vir fuerit. Unde & Acacius Beroensis (is enim est, contra quam Baronius refert ad A.C. 373. tom. 14.) *ep. ad Cyrillum Alexander.* quæ est inter Hujus *epistolas* decima quinta, Eum appellat *unum ex primoribus*, MAGNUM AGONISTAM, *qui pro recta fide fortissime dimicavit.* Hic igitur Tantus, in Ecclesia Dei tanti æstimatus Doctor, omnium cum applausu Comœdias & Tragœdias edidit.

DOX. At nunquid hic est ipsus ille Apollinarius, qui horrendarum hæresium autor existit, multis anathematibus percussus, multis Magnorum Virorum, Athanasii scilicet, Nazianzeni, Basilii, Epiphanii, scriptis confutatus.

PHIL. Est quidem Ille ipse, qui ut antea omnium Orthodoxorum amorem atque admirationem, ita tandem in hæresin lapsus odium sibi conciliavit. Verum hoc nihil ad rem. Dramata enim sua Juliani tempore edidit, hoc est, ea ipsa ætate, cum sanctitatis & summorum in Ecclesiam meritorum gloria quam maxime floreret. Quin imo ex hoc ipso vires sumit argumentum meum. Certum enim est, quicquid ad Ipsius invidiam, sive primum ab Arrianis, sive postea a Catholicis proferri poterat, id omne summo studio corrasum fuisse. Dico primum ab Arrianis. Nam cum Athanasio per Laodiceam in Ægyptum ab exilio redeunti amicitiam suam esset contestatus, & a Georgio Arriano Episcopo ob eam causam Ecclesia expulsus, ut fusius refert Sozom. lib. VI. *Hist. Eccles.* cap. XXV. & ex Eo ad verbum Niceph. Callist. *lib.* XI. *cap.* XII. Ibi Georgius, cum omnia adversus ipsum conquireret, ea etiam peccata, quæ jam olim pœnitentia deleverat, criminis loco objecit; scilicet quod in juventute sua Epiphanium Sophistam, hymnum in Bacchi laudes recitantem audivisset; ob quod ipsum delictum a Theodoto Georgii Antecessore jam olim fuerat segregatus. At vero si de Comœdiis quibusvis eandem Ecclesia tunc temporis fovebat sententiam, quam de idololatricis Gentilium

ſpectaculis tulit, quid (obſecro) vaferrimus Iſte A & ad nocendum proniſſimus Georgius hanc criminandi occaſionem non arripuit? Quid antiquata iſta & jam deleta pueritiæ delicta revocavit, dum alia recentia in promptu eſſent & atrociora longe? Sed nec Orthodoxi poſtea, licet Ipſi infenſiſſimi, de Dramatibus Ejus, vel quicquam muſſitarunt. Anathematiſmi quidem in Apollinarium recitantur quam multi, ſed nihil uſpiam de Com œdiis. Et male Catholicos habuit, quod *præter hymnos ab Eccleſia inſtitutos cantiunculas quaſdam numeris aſtrictas, quas Ipſe excogitaverat, Sectatores Ejus cantarent. Exiſtimabant enim hæreſeos venenum eo latius & facilius ſerpere poſſe, quod & viri dum potabant aut* B *negotia atque opera ſua expediebant, & mulieres dum telas texebant, cantiunculas illas, utpote ſtudio relaxando, feſtis aliiſque cujuſvis temporis opportunitatibus accommodatas, ſuccinerent,* iiſque oblectarentur. Verum de Comœdiis, quas ſcripſerat, altum ſilentium: quarum tamen ſi eadem exiſtimata fuiſſet conditio cum Gentilium ſcena, nunquid & *Idololatria*, & *Impuritas*, & *Adulterium*, & *Sacrilegium Ipſi debebant improperari?* Nazianzenus quidem ſub A finem *ep.* I. *ad Cledonium* vel *Chelidonium*, quæ eſt Tom. II. tractat. XLIX. ex edit. Leunclavii, Poemata Ipſius admordet, de Comœdiis vero, ut Comœdiis, ne gry quidem. *Quod ſi prolixi libri*, inquit, *& nova Pſalteria Davidique ex adverſo reſonantia, & verſuum lepos pro tertio quodam Teſtamento habentur, Nos quoque Pſalmos elaborabimus, & multa conſcribemus ac modulabimur*. Ex quibus animum, quem tunc adverſus Apollinarium habebat Gregorius Noſter, acerbum atque exulceratum ſatis perſpicimus; ſed & hoc perſpicimus, Dramata ab Illo ſcripta, nec ſuo, nec Aliorum calculo potuiſſe damnari. Alioquin quam incogitans fuiſſet B & ſtolidus plane Nazianzenus, quod cum maxime in animum induxiſſet, Poeticam Apollinarii facultatem criminari, Comicos tamen Ejus labores inculpatos dimiſerit? Nunquid ampliſſimam optatiſſimamque, Eum vel hoc nomine acerrime inſectandi habuiſſet materiem, ſi ſcilicet Ipſe, ſi Alii Beati Patres, Doxaſticæ factionis fuiſſent? Verum de his jam plus ſatis. Propediem Lutherum, Calvinum, Bucerum audies. Nunc vale.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ
CASUISTICÆ
DE
LUDIS SCENICIS
PARS TERTIA,
CONTINENS
Recentiorum (*a*) Theologorum ſuffragia.

Dox. NUNC ego te tandem conſtringam. Quando hactenus Philoſophorum, Politicorum, Juriſconſultorum, Patrum copias contra Te adduxi, Tu per poſticum elapſus clamabas, C nihil Tibi eſſe cum Hominibus iſtis diſſidii: Illos enim non de Tuis, ſed de neſcio quibus idololatricis, & vel crudelitate, vel obſcœnitate deteſtabilibus ludis loqui. At vero, nunc negotium Tibi erit cum recentioribus Theologis, quos utique non adverſus antiquata Gentilium, ſed hodierna inter Chriſtianos uſitata ſpectacula declamaſſe conſtat. Adeſdum igitur.

En Perkinſum, Ameſium, Rivetum, Voetium. D Et primo quidem Perkinſum audi. Is *anatom. conſc.* cap. III. p. 1237. ed. Gen. fol. inter *Recreationum illicitarum genera*, poſt ſaltationes & teſſerarum ludos expreſſe recenſet Comœdias & Tragœdias, quæ

(*a*) Hæreticus auctor hæreticos duntaxat Theologos in hoc de ludis ſcenicis argumento in auctoritatem adducit. Verum de hiſçe, quales in uſu vulgari habentur, catholicorum Theologorum ſcripta omnino legenda ſunt. Boſſuetum Epiſcopum Meldenſem, & Nicolium, ſat eſt memorare. Quamplures recenſet alios, eorumque, judicia profert Hieronymus Florentinius in *comœdiocriſi, ſive Theatri contra Theatrum cenſura*.

in vitiorum atque ἀταξίας mundi repræsentatione consistunt. Dehinc Amesium, qui lib v. *de Consc.* cap.xxxix. quæst. vii. fusius Perkinsi sententiam stabilit. Rivetus vero eam prolixe ac solidissime est persecutus, tum in *Comment. ad Exodi cap.*xx. qui legitur Tom.i. *Operum Ipsius*, tum libello singulari Gallica lingua edito Hagæ Comitis, anno hujus seculi xxxix. tum in Censura contra Tenebrionem quendam Comicorum Apologistam, anno xl. sub titulo, *La Verge au dos de Fols par le sieur de Mastizone*, ibidem typis exscripta. Tandem Voetius in tractatu de *Excelsis mundi*, Comœdias omnes, ceu pestes & Dæmonis inventa penitus profligat. Horum ego profecto Virorum judicia atque autoritatem omnibus aliis prætulerim. Quid Tu ad hæc?

PHIL. Enimvero, laudata, quæ appellasti, nomina observantissime veneror & colo. Tu quidem pro ingenii tui libertate, si meo loco esses, procul dubio responderes: *Homines illos esse, a quibus in aliis etiam argumentis, iisque sat multis, celeberrimi Theologi hodienum impune dissentiunt: Dicta ipsorum non vim Oraculorum obtinere, sed in privatarum opinionum censum esse redigenda.* Verum mihi in hac quidem materie responso isto non est opus. Quantum enim ad Perkinsum, fateor, Eum satis præcise loqui, sed ita præcise Ipsum sensisse, id merito negari potest. Nam primo aliud ibi agit, nec causam hanc proprie discutit. Certum autem est, sententiam Scriptoris ex istiusmodi unica periodo in alieno loco posita simpliciter colligi nec posse, nec debere. Deinde credibile non est, Perkinsum adeo fuisse vel in Fratres, & in Matrem suam (Oxoniensem scilicet Academiam) *injuriosum*, ut quæ ibi usitatissima erant ad Eloquentiæ studium comparata Dramata simpliciter damnarit, vel *superbum*, quod singularem hanc suam opinionem, sine prolixa defensione, dictatorio more præceperit. Fateor quidem lib.iii. *Cas. Consc.* cap. iv. sect. ult. rationes aliquot expromi, quibus ludi theatrales impugnantur, verum illarum pleræque a Draxo Interprete additæ, non primitus sunt ab ipso Perkinso perscriptæ, qui Dramatum profecto usum non simpliciter sustulisse, sed certis potius limitibus atque cautelis circumscripsisse videtur. Quapropter & accuratissimus Ejus sectator Amesius *loco* a Te *laudato* §. xxvi. expressa utitur distinctione: *Ludi Scenici*, inquit, *TALES SALTEM, QUALES JAM IN USU VULGARI HABENTUR, sunt prorsus damnandi.* Unde relinquitur, esse quos Casuista noster simpliciter damnare non fuit ausus. Quoad Rivetum autem recte Tibi dixerim, quod JCtus habet l. 2. 24. ff. *de lege & SC. Incivile est, nisi tota lege perspecta, una aliqua ejus particula proposita judicare vel respondere.* Inspice *Ejus libellum* a Te laudatum; pag.29. hæc verba invenies; *A la verité, nous ne voudrions pas rejetter l'imitation de quelque bonneste histoire auparavant bien examinée, ou de quelque moralité bien exprimée par des personnes libres & non mercenaires, en lieu & temps convenable.* Nunquid Rivetus his verbis id ipsum approbat quod Nos defendimus? Sed & lege, quæ Idem in *Comment.* a Te allegato sub finem: pag. 1413. *Hæc tamen ita volumus intelligi, non, ut plane definiamus, nulla ratione licere, sub ulla conditione Drama aliquod instituere, aut aliquando honestæ oblectationis causa, & exercitii gratia Adolescentes aliquos producere, qui argumentum, quod bonis moribus conveniat, arte aliqua elaboratum, pluribus spectantibus inter se tractent, & hac ratione se ad dicendum informent. Scimus enim, Viros graves aliquando in talibus argumentis versatos fuisse, non quæ Mimis, Histrionibus, & Quæstuariis illis nebulonibus, qui omnia, etiam sacra profanant, actitanda darent, sed quæ pueri ingenui, exercitii honesta gratia, peragerent.* Quid vero Tu ad hæc, mi DOXASTA? Nunquid & Rivetus Publicanus atque Ethnicus Tibi habebitur? Tandem, quicquid Voetius scripserit, cum celeberrimi istius Viri hac de re tractatum nec ipse ad manus habeas, nec mihi eum hactenus videri contigerit, non est, quod Ejus autoritate me premas: hoc interim omnino incredibile est, Eum a Riveti sententia hac in re vel quicquam dissentire. Jam igitur, quos Tu hostes meos putabas, conciliatos mecum vides.

Sed & nunc Meos Hyperaspistas colligere liceat: Tu, quæ dictabunt, auriculis Tuis hauri. Nolim adducere Theologos, qui ad Ignatii Hispani institutum studiosam juventutem erudiunt. Nosti, quantam Illi expoliendis & instruendis Adolescentibus sibi paraverint celebritatem, & quam longe lateque sese diffuderint. At nullum Eorum per omnem terrarum orbem existit Gymnasium, ubi non quotannis aliquod a lectissima Pube repræsentetur Drama, de cujus instituti utilitate inter alios Jacob. Pontanus *progymnasm.* ult. libri i. Verum Hos ego prætermitto, ne Tuo exemplo peregrina auxilia conscripsisse videar. Quin nostras Scholas lustremus. Et primum quidem in Anglia Oxoniensem atque Cantabrigiensem. Deprehendes in ipsarum Aulis, jussu atque præsidio Thelogorum Præfectorum, frequentissimas semper habitas fuisse Comœdias, quarum complures typis descriptæ exstant; unde & *Stoicus* nuper *vapulavit*, postquam eandem sortem Cantabrigiæ in Sancti Johannis Collegio, quod vel Witakeri nomine celeberrimum, primitus subiisset. Quod si ex Anglia in Belgium transfretaveris, ibi præter scholasticas hujus generis exercitationes, in urbe Batavorum Lugduno, Orthodoxi Magistratus autoritate, solenni Dramate Charistia Soteria celebrari videbis. Inde septentrionales plagas, & quotquot Evangelicis quos Lutheranos vocant, scholas in Germania tenent, perlustra; nulla occurret meliuscule constituta, in qua idem exercitiorum genus non gnaviter excolatur.

DOX. Id tamen apud Nos in Palatinatu olim non erat usitatum.

PHIL. Imo vero, mi DOXASTA. Sed quoniam nuper inaudivi, Te nescio quas jactare observationes de tempestatibus, quoties Comœdiæ edebantur, ex improviso obortis; operæ pretium fuerit, brevem Tibi narare historiolam, qua & imaginaria tua experientia confutetur, &, quid olim hic factum sit, edocearis. Tempore FRIDERICI PII, suffragantibus Gymnasii Curatoribus, Viris gravissimis atque religiosissimis, Eberhardus Pædagogiarcha, in aula templi Franciscanorum, adhibitis Serenissimi Electoris Alumnis, Comœdiam *Hamam* a Neageorgio compositam sub dio exhibuit. Nosti autem amœnissimos hosce Myrtilleti hortos creberrimis irrigari pluviis, adeo ut & tum periculum fuerit maximum, ne ludorum solennitas importunis imbribus turbaretur. Et jam cum primus in scenam prodire pararet Actor, atræ ac gravidæ in vicinorum montium amphitheatro circumsedebant & superne imminebant nubes, ita ut de Dramate expediundo jam desperaretur; Ibi subito, qui post nubila latuerat Sol, quasi ad spectaculum invitatus, ridens prorupit, nec, usque dum ludi exacti essent, vel minimæ nubeculæ locum concessit: ipsa vero hora, qua Spectatores do-

mum redierant, redierunt & nimbi, nec ab illo die (erat autem XXIV. Augusti) in adultam usque hiemem cessarunt. Si ex aeris constitutione, quid æquum, quid iniquum sit, Tuo exemplo colligere liceret, numquid Comœdia ista Cœlo placuisse dicenda foret? Verum id ego non urgeo; hoc solum urgeo, Eberhardi in studiosa juventute exercenda diligentiam, nec PIENTISSIMO PRINCIPI nec Ecclesiarum Curatoribus displicuisse. Adde quod Annales Academici ad annum 1582. pag. 243. referunt, cum Studiosi Domus Dionysianæ Comœdiam exhibuissent, honorarium ipsis ex Fisco Academico fuisse præsentatum, ut ad parem in utilissimo exercitu diligentiam porro excitarentur. Quos gravissimi Patres non laudibus solum prosequendos, sed præmio exornandos judicarunt. Hos Tu o Heteroclite, piaculum Christiano nomine indignissimum patrasse clamas. Scilicet tertius Tu nobis Cato ex cœlo cecidisti, quid rectum, quid curvum, priusquam Tu nobis oracula funderes, Mortalium genus ignoravit.

Ex Palatinatu si Helvetiam adeas, primum Tibi occurret Rauracorum Basilica. In ejus, quam vocant, urbe Majori, publice, Magistratus autoritate, adhibitis septuaginta octo Actoribus Tragico-Comœdia *de Pauli Apostoli conversione*, VI. Junii anno superioris seculi quadragesimo sexto, Directore Valentino Bolzio repræsentata, & postea typis exscripta fuit. Quadriennio post iterum ibidem per integrum biduum XI. & XII. Maii, Magistratu & Theologis suffragantibus, adhibitis CLXIII. Actoribus acta fuit Comœdia *Speculum Mundi*, eaque & typis descripta, & Civitati Basiliensi dedicata.

Basilea Scaphusium ubi veneris, audires, Sebastianum nominatim Grubelium, Pastorem primarium, Comœdiæ repræsentationem olim direxisse: Et Conradum Ulmerum, Ecclesiæ illius [illegible] Decanum, non solum Germanicis rhythmis *de Maria Magdalena & Lazaro redivivo* Comœdias reddidisse, verum etiam hanc, anno ætatis suæ septuagesimo septimo, publice repræsentari curasse; id quod ex *Vita* quoque *Ejus* apud Melch. Adam. pag. 699. colligere licet. Audies porro ab eo tempore publicis sumptibus, tum a Civibus, tum a scholastica Juventute Dramata exhibita fuisse quamplurima, ubi non gravissimus solum Senatus, sed & Pastores ac Viri eruditionis cultu præstantissimi, præsidere & judicare solebant; id quod ego quoque hisce meis oculis videre memini.

Tigurum tendis? Fateor, hoc quicquid est exercitii, ab aliquo tempore ibi obsoluisse; suasit procul dubio desuetudinem istam prudens circumstantiarum consideratio. Nec enim ubivis ac semper Comœdias necessario exhibendas existimo. Magistratus arbitrio in rebus indifferentibus est obsequendum; Is si repugnet, utique abstinendum; si probet ac jubeat, conscientiæ vinculo ad obedientiam tenemur.

Utut autem hodie se res habeat, Urbs illa Dramatum olim inimica non fuit. Omitto, Zwinglium laudari, eo quod Aristophanem, aliosque istiusmodi Autores sedulo pervolverit. In *Vita ejus* cap. 28. Si autem laudi ducitur legisse, cur vituperetur vidisse? Non dicam Seni Henrico Bullingero castas Comœdias adeo non displicuisse, ut Ipse iis interfuerit. Rodolphus vero Gualterus tantum absuit, ut eas damnaret, ut ipsemet nonnullas ediderit, quæ & typis exscriptæ, & in Vernaculam translatæ sunt; Exemplo nimirum Capnionis & Oecolampadii, quorum ille varias Comœdias, hic sex Tragœdias Christianas, quas docti & legerunt & proba-

A runt, composuere. Guilhelmum vero Stuckium Th. Clariss. ab honesta hac animi relaxatione non alienum fuisse, colligitur ex *Conviv. Antiq.* l. III. cap. XXIV fin. *Omnino*, inquit, ἱλαρότης, καὶ παιδία εὐσχήμων, ut est apud Ath. l. V. *adhiberi potest ac debet. Quo facit præclarum Ciceronis præceptum lib.* I. Off. *ubi inter duo jocandi genera distinguitur*, quorum alterum *illiberale*; alterum *elegans, urbanum, ingeniosum, facetum, quo Plautus, & Attica antiqua Comœdia referta est.* Non poterat Stuckius hic laudare Tullium, quin licitas judicaret Plautinarum Comœdiarum, ut internas in animo, sic & externas in scena repræsentationes.

B Tiguro in Bernensem agrum concede. Lausanna occurret, Athenæum, & olim, & nunc doctissimorum virorum copia nobilissimum: ibi narrabunt, præter alia, Bezam ipsum, cum Professorem illic ageret, Dramata edidisse. Audi quæ habet Melchior Adamus in *Ejus Vita* pag. 26. *Beza, cum Lausannæ Professionem publicam suscepisset, ut se contra varias animi perturbationes, insultus, & agitationes, quibus hominum, in primis piorum, vita nunquam caret, præmuniret ac vallaret, historiam Abrahæ sedulo & frequenter apud se meditabatur: atque eam penitus animo infigeret, Tragico-Comœdiam sumto ex eadem argumento scripsit Gallicis*
C *rhythmis, &* POPULO, *Abrahami sacrificantis nomine*, EXHIBUIT. *Quod poema ita jucunde exceptum eo tempore & loco, & postea ita gratum omnibus Gallice intelligentibus fuit, ut quoties prælo commissum sit, vix dici possit.* Illud anno 1598. *clariss. vir Johannes Jacomotus Latio dedit, & eodem fere tempore Amsterodami doctissimus D. Jacobus Bruno idem præstitit.*

DOX. At quis ille Jacomotus?

PHIL. Pastor fuit Ecclesiæ Genevensis, qui idem quoque Tragœdiam edidit *Agrippam Ecclesiomastygem.* Sed quid de Jacomoto loquar? Calvinum audi.

DOX. Quid Calvinum?

D PHIL. Ita sane ipsissimum Calvinum. Lege hanc Ejus *Epistolam* numero LXVII. *ad Farellum*, sed lege ut intelligas. Narrat nonneminem Collegarum suorum, *Pastorem Genevensem, pro Concione in Comœdiæ Actores invectum esse: Imprudentem Eum fuisse* affirmat, *nec se ullo modo potuisse approbare illud, quod dixerat: Quanquam Ille verum esse tueretur, se tamen id constanter negasse; fuisse quidem ex Fratribus, qui hominis obstinationem foverant* &c. Tandem subjicit; *Nunc Ludi aguntur: adest Viretus spectator, qui ex composito iterum rediit, ut FURIOSUM nostrum ad sanam mentem reducat.* Audin'? Pastorem, qui in Comœdias sine
E discrimine invectus erat, IMPRUDENTEM, OBSTINATUM, FURIOSUM vocat.

DOX. Sub initium tamen Epistolæ, Calvinus ait, sibi visum fuisse, expedire, ut Ludi ne agerentur.

PHIL. Recte id quidem. Vir enim pacis amantissimus importunorum hominum turbas prævidebat: sed nunquid addit, *se nolle contendere, si Magistratus contenderet?* An vero in negotio natura sua malo Calvinus Senatui sponte cessisset? Quam
F acris Ille fuerit, vel ex *Epistola* LXXI. eodem anno scripta pernosces; ubi *omnes, qui Choreæ alicui interfuerunt, ad Consistorium vocatos; qui apud viduam quandam saltarunt, in carcerem conjectos*; Syndicum ipsum censura admonitum, & loco suo, *dum pœnitentiæ testimonium edidisset, dejectum fuisse* narrat. Porro an Viretus adeo fuisset animi dissoluti atque abjecti, ut ad propudiosum, & in se flagitiosum spectaculum, Genevam advolasset? Vel an Fratres adeo impii fuissent atque impudentes, ut Eum ob id negotii eo evocassent?

Quid si Gallias concedere, & Scholas atque Ecclesias ibi inspicere lubeat, Salmurii, Montalbani, Nemausi, Montispessuli, Rupellæ, exempla habebis Dramatum, quibus venerandi Homines vel præfuerunt ipsi, vel interfuerunt. Nolim istius rei testem adducere illum Anonymum Tenebrionem ineptum Comicorum Apologistam, Riveti Antagonistam. Futilis est Scriptor, & qui ne fidem quidem, ubi verum dicit, meretur. Sed, quæ vel ab aliis oculatis & fide dignissimis Viris accepi, vel Ipse vidi, ea Tibi affirmo. Salmurii politissimus Theologiæ Candidatorum Chorus in Dramatis speciem, approbantibus & applaudentibus sacrarum Literarum Professoribus ac Ministris, Adagium aliquod vel Noema singulis fere dierum hebdomadibus hodienum repræsentare solet. Et quod Anonymus de Falcario narrat, id omnino verum esse, ex ipsiusmet Senis ore scio; nec difficile Tibi erit creditu, ubi cogitaveris, quantus ille in voce ac gestibus conformandis extiterit Artifex.

Dox. Multa publice committuntur, quæ non laudantur tamen. In multis nostræ religionis urbibus lupanaria invenias, non tamen illa a nostris probari dixeris.

PHIL. Bona verba, quæso, mi DOXASTA. Dic, sodes, an Magistratus etiam publicis sumtibus prostibulorum lustra excitari & conservari jubet? An Pastores lupanarium quoque Curatores existunt? An Meretricibus præsunt, & utrum venuste satis artem suam exerceant, judicant? Quid si ne rigidissima quidem Gallicarum Ecclesiarum disciplina nobis refragetur? Vide *cap.* XIV. *§.* XXVIII. En verba ipsa. *Quand en un College il sera trouvé utile à la jeunesse de representer quelque histoire, on le pourra tolerer.* Quibus verbis aperte præstruitur, Dramata nonnunquam esse utilia. Quantum vero ad vocem tolerantiæ, vexari illam non debere, vel ex eo patet quod certum sit, austerissimos Patres, eorum, quæ per se mala sunt, licentiam nunquam daturos fuisse, præsertim cum sine ullo negotio prohiberi potuerint, certe longe facilius, quam vel aleæ, vel chartularum lusus, quem tamen qui ludunt, Ecclesiasticæ censuræ subjiciuntur, ex *constit.* 19. *cap. eod.* Ubi sortilegia, quæ *Gelukhasen* dicuntur, licet Magistratus ea approbaret, simpliciter tamen damnantur, id quod Tibi ipsi nonnihil durum ac paulo rigidius videtur.

Dox. Quid Galli sentiant, parum curo.

PHIL. Sed quid & Germani, & alii Theologi existiment, equidem jam audivisti. Vin' plures? Adducam. An Lutherum? Inspice p.416. *Conviv. Sermon.* ed. Aurifabri, Francof. 1573. ubi expresse; *Est ist ein nurlich ding Comœdien in den schulen tuspielen.* Sed & audi Lutheri Collegam, & cujus senio fracti vices in Concionibus Dominica die habendis Ipse sustinuit, Simonem Heinsium, sive Benkium Primum Ecclesiæ Wittenbergensis Pastorem, qui, cum in Bacchanalia aliquando acriter dixisset, *Equidem Exercitia*, inquit, *Dramata & Comœdias exhibendi non improbo; modo vitetur obscœnitas, lascivia & scurrilitas. Ita enim rerum, verborumque supellex comparatur, tam ab Actoribus, quam a Spectatoribus, memoria egregie excolitur, linguæ vitia & mores emendantur, dicendique libertas quædam acquiritur.* In *Ejus Vita*, p. 15. Quid de Melanchthone? Non solum Terentium Ille restituit, cujus exempla eo tempore propter summam hominum imperitiam instar orationis prosæ excusa erant. In *Vita Melanch.* apud M. Adamum pag. 330. Non solum *Comœdiarum Periochas* scripsit, integras proculdubio editurus, nisi *infinita negotia a longis Poematibus conscribendis ipsum avocassent*, ut testatur Petrus Vincentius Acad. Wittenb. Professor in *Dedicatione Epigram. Melanch.* Verum Ipse quoque Comœdias Terentii ac Plauti publice repræsentari curavit, iisque ipse & adfuit, & præsedit, & prologos a se scriptos præmitti voluit. Non mihi temperare possum, quin versiculos eorum aliquot recenseam ex lib. II. *Epigram.* ed. Wittenb. 1579. Ex eo, quem Plautino Militi præfatus est, hæc habe:

Deserta Scena & muta aliquandiu stetit;
Salesque refrixerant, & comici Joci,
Cum Barbari *obruissent tenebris literas,*
Sed postquam caput erigunt Comœdiæ,
Favete quæso, in lucem ut una prodeat,
Præstare id æquum est, vos quibus ipsæ literæ
Ingens decus peperere, nec committere,
Audax ut inceptum, ac novum fraudi siet
Nobis, amor quos litterarum perpulit
Renovare priscum morem & hos spectaculo
Ludos facere, hæc ut studia & ætas postulant,
Illamque vos decet favore prosequi.

Prætermitto *Prologum in Andriam*, ne optimo Philippo nimium irascaris; & *in Hecubam* & *Thyestem.* Ex *Prologo* autem *in Phormionem*, hæc adhuc paucula cognosce:

Vobis salutem noster hic optat Chorus,
Qui veste quamvis scenica in theatrum venit,
Mentes tamen, moresque castos & pios
Retinet, Deumque vult *jocis & seriis*
Adesse, *quem precamur, ut nos protegat,*
Servetque litterariam Rempublicam.
Nam quod didicere fabulas, quas exhibent,
Honesta causa *est, ut Latini copia*
Sermonis hauriatur ex his fontibus.
Huic vos studio favere maxime decet:
Et rebus ipsis utilitas *& gratia*
Ingens *inest, imagines vitæ omnium*
Pinguntur in Terentii Comœdiis;
Quæ singulos, qualis deceat moderatio,
Qualisve in actione dignitas, monent.
Leporque mixtus est, salesque candidi,
Qui suavitate orationem condiunt.
Et sæpe recte commonent, quod expedit.

Martinum & Philippum sequuntur Theologi Lutherani plerique omnes. Meisnerus certe prolixe Comœdiarum usum probat *Colleg. adiaph.* disput. XII. part. II. Brochmannus paulo scrupulosior multis licet distinctionibus circumscriptas, admittit tamen. Balduinus vero juxta communem Theologorum sententiam eas licitas esse dicit. Subscribit illis, vel ex iis potius eadem exscribit Ludovicus Dunte Theologus Revaliensis in *decis. mille & sex Cas. Consc.* pag. 525. & 526. Apud Carpzov. vero *Jurisp. Consistor.* lib. II. tit. XVI. *de sanctificatione sabbathi* §. II. extat Decretum Synodale de ann. 1624. quo quidem interdicitur, ne Comœdiæ die Dominica, antequam Concio ac Cantio vespertina finita fuerit, inchoentur, sed eo ipso docetur, finito cultu sacro ipsis diebus festis Ludos illos exhiberi posse.

Dox. Nec mea interest, quid Lutherani dicant.

PHIL. At jam audivisti, quid defecatissimi etiam Reformati statuant.

Dox. Scilicet! Quasi Viri prudentiores idem sentiant. Tu lege Munsterum *tum Vortlag* in tractatu *vom Zanges*: invenies ibi encomium hoc, *Derfluchte und Zeuffelische Comœdien.* Inspice & locos communes Martyris, & an a Tuis partibus stet, judica.

PHIL. Ergo Lutherus, Calvinus, Bullingerus, Gualterus, Melanchthon; ergo Ecclesiarum & Collegiorum omnes a me laudati Præsides vappæ sunt & βωμόλοχοι! Sed quid de Munstero narras? Certe non poterat Vir ille nobiliss. Dramata omnia execrari, cum ipse eodem illo tempore, quo de Choreis scripsit, composuerit Drama. Quid enim aliud est aureolus ille de Πολυτεκνία libellus Hanov. 1593. editus? Idque pag. 34. ipsemet ingenue fatetur: *Ber diesen tractat liesset, wirdt villeicht meinen, das ich mit abgedachter meiner haussfrawen alle und iede wort so ich in diesem buchlein geschrieben, auch geredet, undt alsomit Ahren disputiret hab. Daran er doch allerding weit gefehlet, dermegen morcht ich mohl mit* Cicerone *Acad. quæst.* lib. I. fol. II. tom. IV. *den zeser also anreden.* Puto, fore, ut, cum legeris, mirere id locutos esse inter Nos, quod nunquam locuti sumus. Sed nosti morem Dialogorum. Istiusmodi enim Dialogus quid obsecro differt a Comœdia, nisi quod hæc plusculum apparatus postulet? Idem quoque *pag.* 205. quando fœmininum sexum inde commendat, quod literarum studiis sæpe deditus fuerit, tanquam singulare exemplum laudat Roswеidam nobilem virginem Saxonicam, quæ eximias (*vortrefliche*) Comœdias scripserit. An ista Epitheta *Derflucht undt vortreflich* consentiunt? Quin intelligis Eum non omnes, sed spurcos tantum juventutis corruptores Ludos execrari. Petrum vero Martyrem quod laudas, næ tu tuo Te indicio prodidisti, vir bone. Habeo hic ad manus Tom. I. *Operum* Ejus. Secundam Classem, *Locum* XLIX. *pag.* 646. inquiramus. En, mecum inspice, prælegam. *Ambrosius in Psalmum* CXVII. *in hæc verba*; Averte oculos meos, ne videam vanitatem, *ludos Theatricos vanitatem appellat, una cum Augustino, Lactantio, Hieronymo & aliis Patribus. Ea quippe multum obscœnitatis habebant, & in honorem idolorum ab initio erant instituta, & IDCIRCO Patribus atque Christianis ERANT odiosa.* Attende porro; affert Martyr rationem, quam Ambrosius lib. I. *de Offic.* cap. XXIII. contra Ludos attexuerat, *quod* scilicet *nihil inveniatur in Scripturis, quemadmodum debeant usurpari.* Vide, quid respondeat Vermilius noster: *Primo*, inquit, *in divinis Literis habetur generatim positum*: sive editis, sive bibitis, sive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. *Quare ita corpus & animus interdum reficienda sunt Ludis, ut postea esse possimus alacres ad graviora. Deinde nec de Pictoribus, nec de Coquis, nec de Nautis quicquam in divinis Literis peculiariter habetur, & nihilominus istorum exercitia non sunt omnino excludenda.* Paulo post narrat, Chrysostomum dixisse ludos Theatrales a Diabolo inventos esse, continere enim flagitia & stupra Deorum, quibus piorum hominum conscientiæ graviter vulnerantur, & pravis cupiditatibus multis modis accenduntur. Quid ad hæc Martyr? *Et ista cum a Diabolo inventa dicit, nihil a vero alienum dicit, quia, ut admonui, ea in honorem Deorum instituta fuerunt.* Certe ex his, qui sapit, non obscure intelligit, Ludos Scenicos politissimo prudentissimoque Viro nequaquam improbatos fuisse, in cujus laudibus id quoque refertur, quod in prima pueritia a doctissima sua Matre Latinas Terentii Comœdias didicerit. Verum de his plus satis.

DOX. Forte Theologi isti omnes propter Populi σκληροκαρδίαν Ludos Comicos permiserunt.

PHIL. At forte Tu ipse nimia laboras σκληροκαρδίᾳ. An igitur Theologi potestatem habent in rebus per se malis dispensandi? Dein, quis eos, ut Ipsimet ludis præessent, eosque ederent, coegit? Tandem, quid si Tales adducam, qui non solum Comœdias concedunt, verum etiam eas celebrari suadent, imo præcipiunt? Consule in eum finem, mi DOXASTA, Martinum Bucerum. Lege, quæ hic scripsit lib. II. *de regno Christi*, pag. 143. ed Basil. fol. *Poterit Juventus etiam exerceri agendo Comœdias & Tragœdias, populoque honesta, & ad augendam pietatem NON INUTILIS exhiberi oblectatio, sed piis & ad regnum Christi doctis atque sapientibus Viris opus fuerit, qui Comœdias eas atque Tragœdias componant, in quibus nimirum ejusmodi imitatio repræsentetur, consiliorum, actionum atque eventuum humanorum, sive communium & vulgarium, ut fit in Comœdiis, sive singularium, & qui sint majoris admirationis, quod proprium est Tragœdiæ, quæ ad certam morum correctionem & piam conferat vitæ institutionem.* Fusius deinde ostendit, quomodo Comice repræsentari possit ac debeat *jurgium pastorum Abrahæ ac Lothi, & horum a se invicem discessio. Tametsi enim*, inquit, *Abraham & Loth sint personæ heroicæ & idoneæ Tragœdiis, communia tamen & vulgaria erant jurgia ista, orta inter horum pastores, propter nimiam ovium copiam.* Et postquam sex capita in isto Dramate pertractanda Comœdis notasset, *ad eundem modum*, inquit, *suppeditet piæ Comœdiæ uberem sane, & ædificandæ pietati peridoneam materiam Historia quæsitæ, obtentæ & adductæ Isaaco sponsæ Ribkæ.* Paulo post addit; *pios ac idoneos Poetas multas tales Comœdias, & ex aliis historiis ipsoque vitæ quotidianæ usu depromere posse.* Item, *multam, nec minus ad virtutem alendam provehendamque utilem ludendi materiam juventuti præberi posse, maxime cum studium & cura Comœdiarum & Tragœdiarum excitata fuerit; cum Lingua Vernacula, tum Latina & Græca.* Concludit tandem pag. 145. *Optandum esse, ut, quibus DEUS PLUS DEDIT in his rebus* (*Comœdiis puta & Tragœdiis scribendis*) *præstare, id mallent ad Ejus gloriam exhibere, quam Aliorum pia studia intempestivis reprehensionibus suis retardare.* Bucero succenturiabo Johannem Sturmium; is Class. *epist.* lib. III. sub finem, titulo *de Comœdiis*, stricte dictat; *Comœdias & Tragœdias MULTAS agi, & memoriter recitari VELIM a Juvenibus.* Dein fusius persequitur, quis hujus exercitiis usus, quis modus. Libro vero primo *epist. ad Mich. Boschium*; *Velim omnes Plauti & Terentii Comœdias distributis partibus & operis ab Adolescentibus repræsentari. Cum inter Ephebos essem, Leodii in Phormione Terentiana Getæ personam sustinui ante ædem D. Martini: non a Magistro, non a Condiscipulo doctus; sed ipsemet mihi fui Histrio atque Poeta*, &c. *Adhuc sentio, me illa exercitatione plurimum profecisse.* Et in *ep. seq. ad Renardum*: *Oportet*, inquit, *Discipuli Histriones Tui exercitationem majorem afferant in quotidianum Theatrum*, &c. *suo Marte in theatrum descendant*, &c: *Officium feceris Doctoris & Præceptoris boni, si ista feceris*, Tandem quandoquidem audivi celeberrimum Didactices Magistrum Commenium plurimum a Te æstimari, non alienum erit, quid Ille de hac causa sentiat, referre. Ille igitur nuperrime in *Encyc. vivæ ded. ad Conf. Amstel. & ad Patakinæ scholæ Curatores*, quibus non laudibus Theatrales nostros a studiosa Juventute exhibendos ludos effert? Inter alia ex *delineatione scholæ Pansophicæ* hæc repetit; *Actiones scenicas & Theatrales, Comœdias præsertim, non ignoramus a quibusdam e scholis arceri: retineri tamen eas, & UBI NULLÆ SUNT, INTRODUCI debere, suadent bonæ rationes*, quas ibidem docte & accurate exponit. Tum subjicit: *Hæc inquam sunt, quibus tum actiones Theatrales scholæ*

vestræ commendabam. Atque UTINAM ACCEPTATUM FUISSET CONSILIUM! FLORERES JAM PATAKINA SCHOLA! Reliqua ipse lege, sed cave ilia ne rumpantur.

DOX. Ego vero, quicquid Rivetus distinguat, quicquid Angli, Germani, Galli approbent, quicquid Lutherus, Calvinus, Bullingerus, Gualtherus, Oecolampadius, Melanchthon, Martyr, Bucerus, & quoscunque Alios adduxisti, Hierophantæ scripserint, aut fecerint, ego, inquam, constanter DOXASTAM agam: & si vel Angelus ex cœlo delaberetur, qui Comœdias licitas diceret, dicerem Ego Ipsi Anathema.

PHIL. Mascule, & ut Doxastam decet, saltem fateberis me non sine exemplo errare. Interea, nec invideo, ut solus Tibi sapias, Tibique intus applaudas:

Et solus sicca gradiens spatieris arena.

Dum ego Iis, quos laudavi, Theologis me adjungam, nec indignum existimabo facinus, si quis Coppenii in hac Archi-Palatina olim Professoris & Sapientiæ Collegio Præfecti exemplum sequatur, qui præter ordinariam sacrarum Literarum Professionem, domi studiosis Adolescentibus Comœdias & alia politioris literaturæ monumenta explicavit, ut in *Ejus Vita* refert Baumbachius. Existimo enim circa humaniorum literarum studia nihil aliud mihi sentiendum esse, quam quod antehac Quirinus Reuterus Theologus itidem Palatinus Ejusdemque Collegii Ephorus judicavit, de quo Simon Stenius in *Ipsius Vita*: *In Colloquiis sæpe querelam movit Quirinus Noster de negligentia Juventutis in discendis & excolendis Humanitatis studiis, quorum interitum a posteritate non sine lachrymis deploratum iri existimabat. Nam, ut superiori seculo, cum opera* Bembi, Sadoleti & Victorii in *Italia;* Erasmi, Philippi Camerarii, Sturmii in *Germania*; Budæi, Turnebi, Lambini in *Gallia, politior doctrina usurpari cœpisset; statim etiam Theologia spinosis & intricatis quæstionibus plane obscurata, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ cognitione illustrata fuit, & nugatoria subtilitate sublata ad Sacrarum Literarum lectionem juventus traducta: Sic verebatur, ne neglectis optimarum artium & linguarum studiis, posteritas ad antiquam barbariem & superstitionem, nullo animadvertente, sensim delaberetur. Initia autem hujus mali satis conspicua esse dicebat, cum multi etiam magna autoritate præditi de his studiis ita sentiant & loquantur, ut hæc nihil aliud esse dicant*, quam verborum inanem strepitum & loquacitatem quandam; *Nonnulli fateantur quidem copiam & facultatem de omnibus rebus luculente & præclare ornateque dicendi nequaquam splendore & dignitate aliqua carere, sed utilitatem habere nullam, ut qui in his industriam suam occupare, & tempus consumere velit, is pretium operæ suæ facturus non esse videatur*. Eadem ego non sine gemitu ingemino.

DOX. Non quis dicat, sed quid dicatur, dispiciendum: Veritati enim nihil præjudicat errantium multitudo.

PHIL. Intelligo quid velis. Ego vero nisi Aliorum suffragiis causam hanc decidi voluisses, RATIONIBUS statim disceptassem, quod malebam. Verum id quoque proxima occasione expedietur. Nunc igitur vale & solitudinem Tuam imaginario consortio solari perge.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ
CASUISTICÆ
DE
LUDIS SCENICIS
PARS QUARTA.
CONTINENS
Explanationem Eorum quæ ex Sacris Literis objiciuntur.

DOX. HOMINUM suffragia hactenus in judicium adhibuimus; nunc ad *Dei* & *Naturæ* sententiam attende. Diserte Deus, *Deut.* XXII. comm. v. *Ne mulier habeat vestimentum virile, neque vir induito vestem mulieris; nam abominationi est Jehovæ Deo Tuo, quisquis facit ista*. In Dramatibus autem fit vestium illa commutatio: Ea igitur abominabilia esse concluditur,

PHIL. Jamdudum optabam, ut missis hominum præjudiciis, quamvis ea mihi faverent, rem ipsam Dei ac Naturæ legibus cerneremus. Agedum igitur paucis te expediam. A

Principio respondere potest, non id Ludis Scenicis necessario inesse, ut mulier virum, vir mulierem induat: absque eo etenim *λεπαστ; ·αχτισμῦ* & *Philoctetes* ex Sophocle, & *Cyclops* ex Euripide, & *Equites* ex Aristophane, & *Captivi* ex Plauto, & (si Recentiores velis) *Julius Redivivus* ac *Priscianus vapulans* ex Frischlino, & ex Schonæo *Saulus*, *Daniel*, ac *Pentecoste*, ex aliis alia repræsentari possunt.

RESP. II. Dein, si tanta religio est mutare vestem, jam argumenti Tui vim declinant vulgati B histriones, qui non habitu simulatas, sed ipsas sexu formatas mulieres producunt in scenam.

RESP. III. Quod si hoc minus placeat, ac tolerabilius videatur, ut vir muliebrem induat vestem, quam ut fœmina pudorem exuat, jam aliud in promptu est remedium. Cum unus idemque habitus pro varia Gentium consuetudine isthic muliebris censeatur, illic virilis; fac ut qui fœminæ personam agit peregrino cultu a viris distinguatur, qui mulierem referat nec potiori tamen jure muliebris quam virilis dici possit. Sic & conscientiæ Tuæ consules, & Comœdiam constitues in vado.

RESP. IV. Porro quantum ad divinum interdictum, quod ex *Deuteronomio* laudasti, si Alberici C Gentilis viri ab omni literatura instructissimi explicationem sequamur, nihil inde conficis. Affirmat ille & rationibus non contemnendis astruit, *de Act. Fab.* cap. x. sensum ejus figuratum esse, ac picturato castissimorum verborum velamine nefarias contra naturam libidines notari, quas intelligentibus ita prohiberi conveniebat, ut ignorantibus manerent penitus incognitæ.

RESP. V. Quod si vero illa tibi vel justo subtilior vel crassior videatur expositio, en aliam. His verbis, *Ne vir induat muliebrem vestem*, *nec mulier* D *virilem*, idem significari, quod vulgo apud nos, *Ne uxor caligas induat*, *nec maritus stolam*: hoc est, ne inferior sexus superiori imperet, neve quod virorum officium est, ad se pertrahant fœminæ. Ita hanc legem explicat Ambrosius *ep.* XV. *lib.* IV. Ubi ab Irenæo de genuina ejus mente explananda rogatus, hæc respondet; *Arbitror autem, quod non tam de veste, quam de moribus dixerit, vel de usibus nostris atque actibus, quod alius virum, alius fœminam deceat actus. Unde & Apostolus ait, quasi interpres legis: mulieres nostræ in Ecclesia taceant. Non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit.* Et *ad Timotheum*, *mulier in silentio discat cum omni* E *subjectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.* Ambrosium sequuntur alii, nec multum abit Rupertus Tuitiensis l. I. *in Deut. cap.* XIII. qui hunc ei sensum assignat; *Illum qui nondum subesse didicit non debere præesse, eumque, qui singularibus dotibus pollet, ad inferiora & se indigna non debere descendere.*

RESP. VI. Verum quod si ne hæc quidem responsio satisfaciat, concedam utique legem proprie debere intelligi. Nihil tamen evicisti. Etenim ceremoniale schema præ se fert, non vim includit moralem; quale & illud quod eodem capite subsequitur, *Ne quis lana & lino varie commixtum vesti-* F *mentum pariter induat*. Nunquid hocce æstivum, quod nunc gestas palliolum, ex lana & lino est contextum; nec tibi religio tamen est, contra expressam Dei prohibitionem illud gestare? Dicis hanc ceremonialem legem fuisse, illam non æque. Unde vero id discriminis doces? An ex sacro Contextu? Neutiquam. An ex prohibiti natura? Nihil minus. Ea enim rationis consilio investiganda; at hæc nobis ostendit, in extrinseca panni vel serici figura nihil omnino inesse posse, quod per se atque immutabili conditione vel sanctum sit vel profanum; quin vestium forma a liberrimo hominum arbitrio pendet, nisi forte, ut Bulwer Chirosophus Anglus nuper docuit, eas solum, quæ corporis habitudinem strictissime atque exactissime referunt, naturalis juris esse statuas, damnatis reliquis omnibus tanquam monstrosis & a natura dissonis. Expone quæso, mi Doxasta, quodnam vestimentorum schema ex *se & natura sua* muliebre sit, quodnam virile? Ex quo Juris Naturalis capite demonstrabis, togas, tunicas, saga, virilia esse; stolas, capitia, mitras, plagulas, penulas esse muliebria? Nunquid si ita suaderet consuetudo, hæc virilia forent, illa muliebria? Mirum equidem in re tanti momenti, nec ex divina lege, nec naturali dictamine præcisum illud discrimen innotescere. *Genes.* III. Deus Adamo & Evæ legitur fecisse tunicas, כתנות; non vero exprimitur, cujus formæ & an diversæ: simplicis valde fuisse, extra controversiam ponitur; cujus fuerint, nescitur. At profecto, si quid hac in re juris est æterni, id scire oportebat. Judæorum quidem vestes quodammodo nobis sunt depictæ, sed eas ne ipse quidem imitaberis, si sapis.

RESPONSIO VII. quam defendimus. Verum ut liberaliter tecum agere pergam, postquam concessi legem istam proprie esse accipiendam, jam quoque concedo vim ei inesse moralem, hoc est, a Deo, non ut particulari Veteris Israelis Rege, sed ut omnis rerum universitatis Imperatore esse latam, per omnes locorum & seculorum differentias immutabilem, adeoque & nobis observandam. Nihildum obtines tamen. Restat enim, videamus an adeo rigide sit accipienda, ut nullas a circumstantiarum diversitate admittat exceptiones, adeoque an homo in quacunque conditione positus, quacunque necessitate inductus, quocunque fine impulsus, eo ipso quo vestem alteri sexui usitatam sumit, deveniat Deo abominabilis ac sacer. Ipse judex sede, mi Doxasta. Quid si forte mulier hiberno tempore caligas viriles sub stola induat, patratne piaculum? quid si sæviente hieme per nivium globosa incedens, vestibus spoliatus ac nudus viator in muliebre amiculum incidat, præstatne illud sibi injicere an frigore enecari? quid si Russiæ Imperator certis rationibus inductus sancita lege subditis suis injungat, ut viri Tartaricarum mulierum ornatum, fœminæ vero Groenlandorum habitum assumant, nunquid licitum, imo honestum erit obedire? ecquid sentiendum de communibus vestibus, *penula & pallio*, quibus ex *l.* 23. *ff. de aur. argen. leg. promiscue utitur mulier cum viro?*

DOX. Ista vero nihil ad rhombum.

PHIL. Imo maxime. Ostendunt enim vestium commutationi *per se ac sua natura* consideratæ nihil inesse mali. Plus dicam, sæpius magnam ei inesse laudem. Quis enim in Euclide Megarico non laudet, quod, quum Socraticæ disciplinæ cupidissimus esset, neque tamen auderet Athenas ire, ubi docebat Socrates (capitale enim erat, si quis Atheniensium Megaris aut Megarensium Athenis, propter mutuum utriusque urbis odium, deprehenderetur) muliebri veste indutus ad audiendum Philosophum sub ipsam noctem itabat, ac demum ipso auroræ diluculo revertebatur? ut refert Gellius *cap.* X. *lib.* XVI. Tune masculum hoc institutum damnares? Hypsicrateæ vero virtutem quis non prædicet? quando Persico virili habitu induta, tonsis capillis, victum a Cn. Pompejo Mithridatem maritum suum per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili secuta est, ut refert Plut. in *Mithridate*. Præterea an divinæ prohibitionis reas dicamus fœminas Persicas, quæ (ut Jovius in *sua Hist.* retulit) militari veste indutæ, maritos,

maritos, in prælio Campsonis Regis Persarum, contra Selimum Turcicum Imperatorem, secutæ, occubuere, & ita cæsæ repertæ sunt. Quid de fœminis nostratibus, de quibus Nicetas Historicus; *Quo tempore*, (videlicet, anno millesimo centesimo quadragesimo septimo) *Alemanni, cum Gallis, Conrado Imperatore duce, ad acquirendam Palæstinam & Herosolymam, magnis copiis in Syriam profecti sunt, mulieres erant Germanicæ, quæ virorum instar equitantes, Martio vultu, & habitu, Amazonica prorsus audacia; quarum illustrissima altera prorsus Penthesilea, ob fimbrias & similium vestium auro intertextarum, auripes vocabatur*. Quid de nobili fœmina Metensi, quæ, *maritum suum Alexandrum a Machmete captum & ad aratrum condemnatum, habitu & forma Monachi mare transfretans arte sua liberavit*? Quid de multis aliis, de quibus πολυΐςωρ Camer. *cent.* III. *cap.* LXXVI. Neque, credo, adeo es austerus, ut vitam potius cum morte, quam virilem cum muliebri vestem commutandam censeas, criminisque postules *Theopompum Spartanorum Regem, quod captus, permutato cum uxore habitu, ex custodia venit ut mulier*, apud Fabium lib. II. *Instit.* Refert Dion, *quod Athenodorus Augustum admoniturus, ab insidiatoribus sibi caveret, muliebri ornatu in cubiculum Cæsaris*, in lectica pro muliere fuerit invectus, & cum ad eum Cæsar accessisset, pugionem manu tenens, & de lectica prosiliens Cæsarem increpaverit: annon times, Cæsar, ne te aliquis eodem modo ingressus interficiat? cui Augustus non tantum non iratus fuit, sed ingenteis etiam egit gratias. Audaculum quidem, sed bono consilio susceptum, nec ob vestis mutationem damnandum utique facinus. Quid quod vel Aretius noster *Problem.* Tom. II. loco 27. de vestitu, inter laudatissima modestiæ & frugalitatis exempla ponit, Phocionis uxorem mariti solum pallio esse usam, ex Æliano *l.* VII. *c.* IX. Contra, Xantippen reprehendit, quod noluerit mariti pallio contecta in spectaculum prodire, unde & a Socrate audivit; *ὥρας ὡς ὐ θεωρήσουσα, θεωρησαμένη δὲ μᾶλλον βαδίζεις*, ex *eodem l.* VII. *c.* X. Porro, beneficio virilis habitus pudicitiam virginum sæpius servatam & eo artificio laudatam legimus. Omitto quæ ex Volaterrano, Marulo, aliis. Sufficiat unum ex Ambrosio illustrissimum sane exemplum, quod fuse per totum librum secundum *de Virg.* sanctus ille Præsul pertractat: ego vero ipsius quidem verbis, sed brevius tibi recensebo. Nihil enim historia ista ad institutum meum excogitari potest accommodatius. *Antiochiæ*, inquit ille, *nuper virgo quædam fuit fugitans publici visus. Sed quo magis virorum evitabat aspectum, eo amplius incendebat. Itaque sancta virgo, ne diutius alerentur potiendæ spe cupiditatis, integritatem pudoris professa, sic restinxit improborum faces, ut non jam amaretur, sed proderetur. Ecce persecutio. Puella fugere nescia, certe pavida, ne incideret in insidiatores pudoris, animum ad virtutem paravit: tam religiosa, ut mortem non timeret: tam pudica, ut exspectaret. Venit coronæ dies. Maxima omnium exspectatio. Producitur puella, duplex professa certamen: & castitatis, & religionis. Sed ubi viderunt constantiam professionis, metum pudoris, paratam ad cruciatus, erubescentem ad aspectus, excogitare cœperunt, quemadmodum specie castitatis religionem tollerent: ut cum id abstulissent, quod erat amplius, etiam id eriperent, quod reliquerant. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui jubent: illa flevit, tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret: nec pudoris elegit injuriam, sed Christi recusavit. Ducitur puella Dei ad lupanar. Clauditur intus columba, strepunt accipitres foris, certant singuli, quis prædam primus invadat. At illa manibus ad cœlum levatis, quasi ad domum venisset orationis, non ad libidinis diversorium*, implorat Servatorem: *Vix compleverat precem, & ecce vir militis specie terribilis irruit. Sed ne quæso paveas, inquit. Huc veni, salvare animam, non perdere. Serva me, ut ipsa serveris. Vestimenta mutemus, conveniunt mihi tua, & mea tibi, sed utraque Christo. Tua vestis me verum militem faciet, mea te virginem. Bene tu vestieris, ego melius exuar, ut me persecutor agnoscat. Sume habitum, qui abscondat fœminam: trade, qui consecret martyrem. Induere chlamydem, quæ occultet membra virginis, servet pudorem. Et inter hæc verba chlamydem exuit. Suspectus tamen adhuc habitus & persecutoris & adulteri. Quid plura? Mutato habitu evolat puella de laqueo, jam non suis alis, utpote quæ spiritualibus ferebatur: & (quod nulla unquam viderunt secula) egreditur de lupanari virgo, sed Christi. At illi qui videbant oculis & non videbant corde, ceu raptores ad agnam lupi, fremere ad prædam. Unus qui erat immodestior, introivit. Sed ubi hausit oculis rei textum: quid hoc, inquit, est? Puella ingressa est, vir videtur. Ecce non fabulosum illud, cerva pro virgine; sed quod verum est, miles ex virgine. At etiam audieram & non credideram, quod aquam Christus in vina convertit: jam mutare cœpit & sexus. Recedamus hinc, dum adhuc qui fuimus, sumus. Nunquid & ipse mutatus sum, qui aliud cerno, quam credo? Mutatus egrediar, pudicus exibo, qui adulter intravi. Indicio rei, quia negabatur tanto corona victori, damnatus est pro virgine, qui pro virgine comprehensus est. Ita de lupanari non solum virgo, sed etiam martyres exierunt*. Ista ob singularem ac vere Ambrosianam elegantiam Tibi recensere volui, mi Doxasta, ut vel ex his perspicias mutationi vestium *per se ac sua natura* nihil inesse criminis.

DOX. Ista quidem heroica ut plurimum exempla absit ut damnaverim, verum nihildum illa ad Ludos Scenicos.

PHIL. Quin imo hoc pacto evici, interdictum Mosaicum pro circumstantiarum varietate censeri debere. Id enim nunc mihi sufficit, ut districte & absolute accipi non posse fatearis. Proinde aliqua vestium commutatio licita est & laudabilis, alia prohibita. Discriminis autem judicium nec tu tibi sumes, nec ego; petendum est a rationibus. Laudatur, qui ob honestum finem & legitimas circumstantias diversi sexus assumit habitum: qui contra ob illicitam causam id facit, merito damnatur. Quando igitur lex divina non prohibet nisi malum, jam per se patet, non nisi eam vestium mutationem, cujus vitium vel causa existit vel fructus, prohibitam esse.

Primum igitur, qui ex idololatria aut superstitione aliqua sexum alium mentitur, is merito ex hac lege abominabilis existit Deo. Hunc ejus sensum esse genuinum innuit Maimonides *More Nevoch.* P. III. c. XXXVII. *Eadem causa Idololatriæ subest in illo quod dicitur*, ne mulier induat vestimenta viri, &c. *Invenies enim in libro* טימטית *præcipi, ut mulier induat loricam & arma bellica, quando stat coram stella Martis*. Et Grotius *in h. l. Occasio hujus præcepti data est ab idololatris, apud quos mos erat in honorem Martis fœminas armis indui, viros muliebribus vestibus in honorem Veneris. Hæc est γενέσεως συναλλαγή, quam inter idololatricos ritus ponit Autor libri Sapientiæ*, c XIV. v.26. *Philochorus Venerem affirmabat esse Lunam, & ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili: ideo quod Venus & mas esset & fœmina. Locus est apud Macrob.* Sat. III. c. XII. *Sic & Servius* ad II. Æneid. *in chartis Fuldensibus; Veneris in Cypro simulacrum corpore & veste muliebri, cum sceptro & natura virili, quod ἀφρόδιτον vocant: cui viri in veste muliebri, mulieres in virili veste sacrificant. In Cypro autem multæ coloniæ Phœnicum, unde is mos vene-*

rat. Hactenus Grotius. Madaurensis certe lib. XI. *Metam.* refert, *in pompa Isidis fuisse qui soccis obauratis, indutus serica veste, mundoque pretioso, & adtextis capite crinibus, incessu perfluo, fœminam mentiebatur*. Et Alexander ab Alexandro, *lib.* II. *c.* VIII. testatur; *in Atthide viros ornatu muliebri, mulieres vero virili, Veneri rem divinam fecisse: Apud Coos sacerdotem muliebri veste amictum, & mitra caput ornatum, Herculi fecisse sacrum: Narvalis autem juxta Suevos præsedisse Pontificem, qui muliebri ornatu semper ingrediebatur*. Non male igitur Lyra *in h. l. Abominatio*, inquit, *in Scriptura communiter accipitur pro idololatria seu pro aliquo ad idololatriam pertinente. Ergo sensus est, superstitiosi Gentilium sacra non esse facienda, in quibus mulieres portabant arma viri, & viri ornamenta mulierum*

Secundo ista lege damnantur, quicunque ex effœminata vivendi ratione & mollitiei causa commutant vestem. Astipulatur, & verba legis sic explicat Philo Judæus, *de fortit.* pag. 465. ex transl. Gelenii. *Tanta contentione lex studet exercere confirmareque animos ad fortitudinem, ut & de vestimentis, qualibus utendum sit, præcipiat, diserte interdicens, ne vir sumat muliebria, ne vel umbra vel vestigium effœminationis sexui masculo inurat aliquam maculam. Voluit virum etiam in his se, ut virum decet, gerere, præsertim in vestitu: quem cum die noctuque circumferat, talis esse debet, ut eum semper decori honestatisque admoneat: sic & mulierem ornans pro dignitate, vetat virilem vestem sumere, longe submovens tum effœminatos viros, tum plus æquo viriles fœminas*. Et Clemens Alexandr. *Strom.* lib. II. *Quamnam habet rationem quod lex viro prohibet, ne vestem induat muliebrem? annon nos vult esse viros, & nec corpore, nec factis, nec mente, nec verbis effœminari? vult eum esse masculum*. In quem finem idem plura lib. III. *Pædagog.* cap. III. Nec mirum, siquidem & ipsi Gentiles ob eam causam promiscuum vestium usum prohibuerunt. Sic Tiberius in Epist *ad Senatum Rom.* de luxu coercendo, apud Tacit. promiscuas viris & fœminis vestes exprobrat. Ubi Lipsius n. CI. sericas intelligit Coasque, quibus abstinebant nec viri. Carpit eas non semel gravissimus auctor Seneca, ut *Epist.* CXXIII. *Non videntur tibi contra naturam vivere, qui commutant cum fœminis vestem?* & *Epist.* CXV. Quod vides istos sequi, qui aut vellunt barbam aut intervellunt; qui labra pressius tondent & abradunt, servata & sub missa cœtera parte: qui lacernas coloris improbi sumunt, qui pellucentem togam. Et Plinius: nec puduit has vestes (de Cois loquitur) usurpare: etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda concessere mores, ut oneri sint etiam vestes. Quapropter Sardanapalus, quod positis masculi sexus indumentis inter puellas & eunuchos eviratior spadone delituit, in meritum subditorum suorum contemptum incidit, ex Diodoro Siculo. Et Clisthenes Poetarum satyris fuit laceratus, quod ad majorem lasciviam indecoro cultu in fœminam se transfiguravit, unde & mollities ejus in proverbium abiit. Stolam, licet Caligula vel Heliogabalus ea utatur, merito tamen ἀπάνθρωπον dicit Tatianus in *oratione πρὸς Ἕλληνας*, & ex eo doctissimus Cujacius *in Jul. Pauli receptas sententias lib.* III. *t.* VI. Ob quam causam & Tertullianus lib. *de Pallio* in Achillem declamat, quod *sustinuerit stolam fundere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere, aurem quoque foratu effœminatus*, ut legit Salmas. edit. Paris. 8. 1622.

Tandem hac lege damnatur *confusio perpetua* sexus, & *promiscuus* atque indiscretus in Rep. vestium *usus*, utpote ex quo occultis libidinibus & publicis scortationibus occasiones nascerentur infinitæ. *Præcipitur*, inquit Fagius *in h. l. ne vir utatur vestibus muliebribus, propter honestatem publice tutandam, & cavendas scortationes. Alioquin enim imberbis adolescens muliebri vestitu inter mulieres facile latitaret*. Ut apud Ciceronem legimus, Clodium indutum vestimentis muliebribus, sacris Bonæ Deæ interfuisse, & Pompejam, Q. Pompeii filiam, Syllæ neptem, ac Cæsaris uxorem, corrupisse. Recte igitur Lyra, postquam Mosaicum interdictum de idololatria explicasset, subjicit; *Si autem litera prædicta intelligatur de veste communi: prohibetur hic talis usus vel potius abusus, qui est occasio libidinis, quia mulier in veste virili posset licentius cum hominibus luxuriam exercere, & similiter vir in veste mulierum, quia liberius posset loca secreta mulierum ingredi*. Quapropter *Dist.* XXX. c. VI. Ex *Concilii Gangrensis can.* XIII. *Mulieri anathema dicitur, QUÆ SUO PROPOSITO UTILE judicans, ut virili veste utatur, PROPTER HOC virilem habitum imitatur*. Ex his vero omnibus abunde satis intelligis, mi DOXASTA, non omnem diversi sexus vestimentorum commutationem prohibitam esse, sed eam demum, quæ pravo suscipitur consilio, puta vel ex *Idololatriæ* præscripto, vel ex *effœminata mollitie* & Sybaritica levitate, vel ex *patrandæ libidinis æstu*, vel alio denique inhonesto argumento.

DOX. Hæc quidem omnia Tibi largior, nondum tamen Dramaticum μετασχηματισμὸν in tuto collocasse videris.

PHIL. Utique is quem defendo nec idololatriæ inservit, nec diffluentem & voluptatibus immersum animum arguit, nec confusionem in Rep. parit, adeoque sexus discrimen in communi vita non tollit, cum non nisi ad unam alteramve horulam in Theatro locum habeat. Quandoquidem igitur vestium mutationem non si ex his rationibus & hujusmodi circumstantiis a lege Dei prohibitam esse concessisti, illæ vero a Dramatibus quæ defendo alienæ sint, quid evidentius quam ea ex hoc capite damnari minime posse? Non enim, ut clare jam demonstravimus, amictus mutatio actionem cui adhibetur constituit malam, sed ubi actio aliunde jam illicita extiterit, tum demum & illa inhonesta atque prohibita censeri debet. Tuum igitur est, alia argumenta quærere.

DOX. Jam idem sacer Codex alia suppeditat. Paulus *ad Ephes.* V. 3. prohibet *fornicationem & impuritatem vel nominari*, quanto magis igitur eas ad vivum repræsentari, id quod in Comœdiis tamen usu venit.

PHIL. Si verba Pauli rigide accipiantur, jam ipse contra præceptum, dum præceptum tulit, peccavit. Scelera enim illa dum prohibuit, nominavit. Quare Marloratus *in h. l. hyperbolam* dicit. *Hyperius*, non nominanda scelera, *scilicet ut quispiam ea extenuet, vel approbet, vel ad designandum alios alliciat*. Amesius, non nominanda, intellige, *nisi cum aliqua detestatione*. Quo sensu *Psalm.* XVI. 4. David protestatur, *se Gentilium Idolorum nomina non assumturum esse super labia sua*.

Quod si igitur repræsentantur vitia in eum finem, ut ab iis homines deterreantur, infausto eorum exitu ad oculos commonstrato, jam nihil illud Apostoli præceptum contra nos facit, ipso Amesio interprete.

DOX. Saltem igitur sequens comma, ubi εὐτραπελία diserte improbatur. Εὐτραπελία autem ipsissimas Comicorum facetias notat.

PHIL. Enimvero vox ista ordinarie urbanitatem significat, & sic a Philosopho lib. *ad Nicom.* IV. cap. VIII. describitur. Sed recte Beza Erasmum reprehendit, quod eam hoc loco ita acceperit. *Urbanitas enim*, inquit, *minime damnatur*,

cujus exempla multa in Sacris Literis occurrunt. I. *Reg.* XVIII. 27. *Es.* XIV. II. *& alibi passim. Cui opponitur impia puerorum scurrilitas*, II. *Reg.* II. 23. quæ teste Aristotele *d. l.* jam suo tempore εὐτραπελία quoque vocari solebat; *siquidem* (verba sunt nobilissimi Bodii *de Trochorègia in h. l.*) *hominum vulgus illiberale maximam partem, inter decorum & indecorum, salem atrum & candidum, inter honestos lepores & mordacitatem scurrilem discernere nequit: Quamvis ista multum differant, quod Aristoteles eleganti exemplo veteris & novæ Comœdiæ ostendit. Illis enim rudibus adhuc & infrunitis ingeniis placebat risumque movebat cruda & inficeta vel rerum vel verborum obscœnitas; cujusmodi scilicet leporibus condita erat vetus Comœdia, sed postquam paulatim perpoliri cœperunt & exasciari rustici illi & agrestes animi, una quoque paulatim abiit & obsolevit inepta & odiosa illa veteris Comœdiæ Marrucinitas.* Hæc ille Theologus, quibus novum Comœdiarum genus, quod nos defendimus, a vetitæ εὐτραπελίας vitio absolvitur.

DOX. In quibuscunque Dramatibus saltem *mali species* occurrit, ab omni illa autem ut *abstineamus*, Apostolus districte jubet, I. *Thess.* V. XXII.

PHIL. Nolim reponere, *ab omni specie mali*, id est, *a cujuscunque generis malo abstinendum*, quamvis & Græcus sermo explicationem hanc admittat, & Syrus Interpres ei faveat. Quo sensu locus ille nihil quicquam contra nos concludit, nisi ante probatum dederis, Ludos Scenicos in malorum categoria ponendos, id quod ipsum in quæstione versatur. Sed concedam vocem εἶδος pro specie, id est, apparentia debere accipi. Nunc audi Zanchium *in h. l.* ex veteri Scholiaste; *Bifariam possunt exponi hæc verba*: nimirum *primo* κατὰ τὸ ἀκόλουθον, *de vitandis malis ac falsis, imo & mali ac falsi speciem habentibus doctrinis pseudo-Prophetarum. Secundo, explicari potest*, εἰς ἁμαρτήματα, *nullam præbendam esse occasionem proximo nostro aliquid mali de nobis suspicandi: adeoque abstinendum esse ex. gr. a familiari conversatione alienarum fœminarum, hariolorum, &c. ut non solum, juxta illud Julii Cæsaris, extra culpam, sed & extra omnem culpæ suspicionem simus.* Hæc malui a Zanchio audires quam a me. Utrovis autem modo sumatur Apostoli præceptum, nihil adversus nos, qui omnino statuimus & periculosas *in fide* locutiones & ambiguas *in vita* actiones vitandas esse.

DOX. At in Comœdiis certe occurrit species mali.

PHIL. Ludis iterum in voce. Aliud est *species*, id est, *repræsentatio, pictura*, ὑποτύπωσις, quæ Dramatibus quidem inest, sed ab Apostolo non prohibetur, alioquin omnis scelerum historia, adeoque & ea quæ in Sacris Literis occurrit, pari ratione foret abolenda. Quid enim illa aliud est quam εἰκονισμὸς, & *character morum*, haud secus atque Comœdia *imaginem vitæ quotidianæ* continet? Aliud est *species mali*, id est, *qualitas fundans legitimam suspicionem & occasionem mali*. Hæc autem a Comœdiis abest. Nec enim qui furis dexteritatem in Theatro repræsentat, in furti suspicionem propterea incidit, nec quisquam spectatorum ita ineptus est ut existimet rem serio agi.

DOX. Sufficiat igitur silentium Sacræ Scripturæ, quæ Comœdias nuspiam approbat, nec a piis Principibus ac Regibus adhibitas refert.

PHIL. Concedam in Sacris Literis Dramatum nec approbationem nec exemplum extare: Sed cum Martyre, ex L. C. *de Ludis*, reponam; *multa esse, de quibus nihil in iis habetur particulare, quæ tamen a communi vita excludenda non sunt*. Enimvero Scripturarum perfectio consistit in sufficienti explanatione eorum, quæ ad salutem necessaria, in quorum numero nos equidem Scenicos Ludos non ponimus. Nec ex earum silentio colligere licet, Israeliticis Principibus ignotum hoc fuisse relaxationis genus; non enim Spiritus Sancti hic fuit scopus atque officium, ut omnia nobis quibus illi usi sint oblectamenta enarret. Quod si vero hoc tibi largiar, inusitata apud Judæos fuisse istiusmodi exercitia; quid inde? Nihilne quam quod Judæis olim factitatum fuit, nobis facere liceat? Vides igitur, mi DOXASTA, nec illa quæ ex Sacris attulisti, contra nos quicquam concludere. Animus erat & rationes e rerum natura petitas expendere, verum jam & ipse audiendo, ego vero loquendo defatigati videmur. Propediem ergo reliqua.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ
CASUISTICÆ
DE
LUDIS SCENICIS
PARS ULTIMA.

DOX. ACTENUS *auctoritate* tum Divina tum Humana; nunc *Rationibus* disceptemus.

PHIL. Sed breviter, nec enim otium est pluribus agere. Tribus verbis quæ habes, profer; respondebo totidem.

DOX. Primum vel ex eo *Comœdias* merito detestamur, quod a *Como* spurcissimo Ethnicorum Idolo nomen deducunt, quem Eundem omnino existimo cum Moabitarum כמוש 1. *Reg.* XI. 7. Ita ut quicunque Comœdias edit, sese idololatriæ participem faciat.

PHIL. Belle, argute, nihil supra. Quid autem si ἀπὸ τῶν κωμῶν *a pagis* & vicis dicantur? Ita Donatus *in Fragm.* ita Scaliger lib. 1. *de art. Poet.* c. v. quem sequuntur plerique alii. Nunc demum video, quam ad salutem sit necessarium scire vocum origines. Quod si enim *Comœdia* a *Como* derivatur, jam eo ipso Idololatra sum miser; sin minus, in tuto locata est religio. Optime sibi consulunt igitur, qui non *Comœdiis*, sed *Ludis* tantum *Scenicis* intersunt, nisi forte in Deorum populo olim aliquis extiterit cognomento *Scenicus*. Tragœdiæ saltem licitæ erunt, nec enim de Deo *Hirco* me legere memini, a quo istæ denominatæ fuerint. Sed si quis cum *Becmanno*, ut Veteres taceam, virtutem quam *Comitatem* vocant a *Como* deducat, & *Comessationes* ex eadem radice propaget; eritne tibi religio cum sodalibus tuis *comiter comissari*? Quin & a *Baccho* tibi abstinendum & *Cerere*: & quicquid venter latret, ne indirectæ Idololatriæ devenias reus, vel strenue jejunandum erit, vel edicto cavendum, ne quis præterea *Metonymiis* utatur, pro vino Bacchum, pro pane Cererem nominans.

DOX. Si argumentum a nomine petitum parum te movet, rem ipsam perpende. Nunquid habitus variis actionibus comparatur? nunquid autem in scena pravi exhibentur ac sæpius repetuntur actus? nunquid igitur eo ipso exercitio vitiorum consuetudo acquiritur?

PHIL. At nunquid aliud est repræsentare vitia, aliud patrare? nunquid Pictor, Poeta, Orator, Historicus sceleribus accurate depingendis atque describendis student? an inde scelerati evadunt.

DOX. Sed enim multa vitia eo ipso dum repræsentantur, committuntur, ut stultiloquia, dejerationes, vanæ execrationes.

PHIL. Sedenim aliud est recitare aliorum dicta, aliud ex animo ea proferre. Si illud crimini datur,

A historias nec scribere nec legere, & in foro capitales actiones nec agere nec audire licebit,

DOX. Enimvero hoc accedit, quod tam spectatores, quam actores delectationem ex repræsentatione vitiorum captant, cum ea deplorare magis quam ridere deberent.

PHIL. Enimvero non ex vitiis ipsis, sed ex arte & dexteritate eorum qui illa repræsentant, voluptatem capiunt. Ut qui artificiosam facinoris alicujus picturam contemplatur, non ipso quod depictum est crimine sed Pictoris arte capitur. Ipse Barclaii *Euphormionem* & id genus alia scripta commendare soles, singularemque ex iis sed innoxiam delectationem capis, nec cogitas eandem
B omnino Comœdiarum rationem esse. Ploranda sunt vitia, sed & rideri possunt. Improbos hominum conatus Deus irridet, simul & irascitur. Si tibi commodum videatur Heraclitum agere, ego ut Democritum agam mihi judico salubrius, dum te usque plorare jubeo.

DOX. Imo & vitia nostra præstaret tegere, quam publice in Theatris ostentare.

PHIL. Imo præstaret nulla committere, quam commissa tegere. Nos secreta crimina in scenam non producimus, nec publica *ostentamus*, id est, de iis gloriamur; sed eo modo *ostentamus*, quo Philosophi & Oratores tum sacri tum profani vitiorum horrorem atque infelices exitus ob oculos ponere consueverunt.

C DOX. At nunquid præstaret sumptus, quos in istiusmodi ludos hodie Magnates prodigunt, pauperibus erogare, vel in Reip. usum convertere.

PHIL. At nunquid meministi, nos de histrionum & pantomimorum professione hic non disputare, sed de Academicæ juventutis progymnasmatibus, in quæ non magni profunduntur sumtus? nimias in ludicra expensas cum subditorum oppressione & exitio conjunctas Sapientiores Principes non probant: pauperum tamen ratio non impedit, quo minus dignas magnificentia sua recreationes adhibeant. Nec enim credo, Principes deterioris conditionis esse debere quam privatos. At hi convenientes sibi relaxationes quærunt, nec quicquid
D ad voluptatem facit, in eleemosynas convertere tenentur. Quin ipsi pauperes suas habent oblectationes, quas utique ita promovere possumus, ut nostras tamen proprias non negligamus. Si quicquid divites erogare possunt pauperibus, id ipsum erogent, jam mutata sorte pauperes devenient divites. Conviviolum ipse nonnunquam instituis & paulo largius cum familiaribus tuis meracum gustas: nunquid ex tuo ratiocinio, quicquid ibi impensarum facis, præstabat siticulosis pauperibus dedisse? quod vero sumptus illos in Reip. usum converten-

dos ais. id si de nimiis intelligas lubens concedo: an vero nimii sint, ipsorum Magnatum est judicare, non tuum: ipsi enim status sui rationem norunt: at pro ratione status sive circumstantiarum, eædem expensæ modo sordidæ ac debita magnificentia inferiores, modo justæ, modo nimiæ judicari possunt. Cum nec tu quidem vicino tuo concedas, ut de tuæ rei familiaris administratione judicium ferat, & domi tuæ regnet; iniquum profecto & penitus absurdum, te Principum ærarium privatæ tuæ inspectioni subjicere. Verum concedam illos qualescunque sumtus in Reip. usum convertendos esse. Nunquid eo ipso intelligis, cum in Principum incolumitate publica salus contineatur, graves autem quas sustinent curæ sine aliqua voluptatis temperie perpetuari non possint, eorum oblectamenta ad publica commoda pertinere? at quanto præstantior est illa delectatio, quæ ex ingeniose & scite dictis percipitur, quam quæ ex alea aut compotatione paratur.

DOX. Bene quidem ista se haberent, modo ne Ludi Scenici per se illiciti forent. At *optima etiam Comœdia hoc nomine vitiosa est, quod simulandi, id est, gestu quamque personam mentiendi sit artificium.*

PHIL. Quid statuariis & pictoribus fiet, si tu præturam geras? edices certe cum Clemente *Protrept.* p. 41. *Aperte vetitum est* ARTEM FALLACEM *exercere*. Et cum Tertulliano *de Spectac.* c. XXIII. rogabis; *Ipsum vero opus* PERSONARUM *an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ?* Omnem nimirum rerum imitationem proscribes. At vero cogita, mi DOXASTA, aliud esse *simulare*, id est, *repræsentare* aliena; aliud *simulare*, id est, *mentiri*. Utut hoc illicitum, licitum est illud. Quando Rhetores de accommodata pronuntiationis ac gestuum conformatione præceptiones tradunt, obsecro an mentiendi artificium docent? at nunquid docent, si irati hominis characterem referas, fieri id debere quantum potest native, ut & voce & vultu, toto denique corpore illum exprimas? In Academicis quoque disputationibus nunquid *Opponentes* quos vocant, nonnunquam & *Respondentes*, Hæreticum simulant, & quo accuratius simulant servidiusque alienam personam defendunt, eo majorem inde reportant laudem? scilicet ex tua sententia, *vel optima disputatio Academica hoc nomine vitiosa est, quod simulandi, hoc est, quemque Hæreticum mentiendi sit artificium*. Memini in hanc rem, quid puero decenni acciderit. Ediscebamus, ut tum moris erat in scholis, ac recitabamus Ciceronis Orationes, inter alias eam quæ ad Cæsarem *pro Marcello*. Ubi hæc verba; *Te vero C. Cæsar, quem præsentem intuemur, cujus mentem sensusque & os cernimus, ut quicquid belli fortuna reliquum fecerit, id salvum esse velis, quibus laudibus prosequemur*, &c. *Parietes medius fidius C. Cæsar ut mihi videtur, hujus Curiæ, tibi gratias agere gestiunt*, &c. Recitabam ista, cum quidam e condiscipulis visus sibi præ reliquis sapientior; *At Tu*, inquit, *mentiris, nam nec Tu Cicero es, nec Cæsarem hic usquam vides, tum & jurato affirmas parietes bujus Curiæ gestire, cum tamen scholæ parietes sint, nec vel minimum sese commoveant*. Quæ cum audirem ego rem ad Præceptorem deferre, ille insanientem ineptuli sapientiam ridere, me a mendacii nota absolvere. Quid tu hic facturus fuisses, nescio: forte puer iste arguto suo ratiocinio in sententiæ suæ communionem te adduxisset, & sic ego, licet ex præscripto recitans, vapulassem. Sed meliora nobis erant fata, quam ut te uteremur præceptore.

DOX. Ecquid vero tandem Ludos istos tanto animo defendis? quid inde igitur commodi?

PHIL. Multa equidem, sed quæ omnia fusius

A persequi nunc non licet. Ex multis pauca accipe. Docuit experientia & summi Didactices Magistri uno ore clamant omnes, nihil iis *ad rerum scientiam* comparandam esse conducibilius: eorum ope distributis inter Discipulos partibus brevissimo temporis spatio & singulari cum delectatione *optimos Scriptores* edisci. Ita judicant Sturmius, Trocendorfius, Commenius, &c. Quantum vero ad *Eloquentiam* comparandam momentum afferant, ipse non diffiteris. Paratur inde *vocum* ac *phrasium Copia*; in distinguendis sermonis partibus, in discernendis iis quæ ad quæstionem aut responsionem faciunt, in construendo denique col-
B loquio *judicium* accuratur, exercetur *memoria*, sed exercetur non bruta quadam impressione, verum quæ cum judicio ac memoratæ rei intelligentia conjuncta est: *Vocis* quoque moderatio, mensura atque varietas pro orationis argumento conformari addiscitur, in qua ut & *Gestuum concinnitate* maximam orationis vim sitam esse nemo dubitat. Adde quod & *proloquendi facilitas* comparatur, & quæ omnino necessaria est in dicendo *libertas atque παῤῥησία*. Nec dicendi solum artes exercitationibus istis quam plurimum juvantur, sed & *prudentia* inde atque *virtus* incrementa sumunt. Est e-
C nim Comœdia *humanæ vitæ speculum*, in quo quid rerum homines agant, perspicias:

> *Describit mores hominum juvenumque senumque,*
> *Qualiter a servis decipiatur herus.*
> *Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus,*
> *Hæc quicunque legit, sic, puto, cautus erit.*

Nec enim præcepta eandem vim habent cum exemplis, nec historiarum lectio tantum animos commovet, quantum earundem vivus, ut ita dicam, aspectus. Præterea, multorum animi ita depravati sunt, ut serio propositas præceptiones atque
D admonitiones respuant, non ob aliam rationem quam quia serio ac veluti cum imperio quodam propositæ sunt: his, si quid video, non aliud convenientius remedium afferri potest, quam quod oblectamenti schema induit. Sunt quæ tristiter ac superciliose dictata displicent, eadem sub risu & joco insinuata placebunt. Pungunt forte & urunt, sed penetrant tamen & hærent; & licet quodammodo displiceant, simul tamen placent, instar dulciter-amarorum. Eleganter nonnunquam ea hoc artificio exprimuntur, quæ quis verbis eloqui dubitaret: ut anno superioris seculi trigesimo in Comitiis Augustanis, Carolo Quinto Imperatori,
E quæ circa Reformationem acciderunt, a Personatis quibusdam muta (*a*) Comœdia fuere repræsentata. Referam verbis Historicis: *Cum Carolus ejusque frater Ferdinandus Augustæ ad mensam pransum consedissent, obtulerunt se quidam fabulam acturi, eaque cibum ipsis condituri. Admissi sunt facile. Primum igitur se infert persona larva contecta, habitu doctorali, ferens a tergo nomen* Johannis Capnionis, *sive* Reuchlini, *schedæ inscriptum: portabat hic struem lignorum rectorum partim, partim curvorum, projiciebatque in medium atrium, nullo ordine: quo facto recedebat. Digresso eo, succedebat alia persona itidem velata, habens* Erasmi Ro-
F terodamensis *nomen, habitu tanto viro convenienti; hic conabatur curva rectis exæquare lignis, quod cum frustra diu multo labore egisset, tandem quassavit caput, & animo inde recessit commoto. Sequitur ecce Monachus*, Lutheri *nomen præferens, in arula fe-*

(*a*) Quæ acciderunt in male partæ reformationis exordiis magno nominis Christiani detrimento, indigne ludo scenico ac comœdia repræsentantur. Veris etiam miscentur falsa, cujusmodi sunt quæ de Leone X. immerito per jocum exhibentur.

[illegible] & [illegible] Imperatore, [illegible] Papa [illegible] Leonis X. [illegible] quod duas [illegible] alteram [illegible] propere [illegible].

Qua Comœdia exhibita, actores de præmio non soliciti evaserunt.

Dox. Non existimo quenquam ex spectaculis ad virtutem aut pietatem conversum esse.

Phil. Si per historiam [illegible], innumera afferrem. Sed unum audi, quod paulo ante Reformationem [illegible] accidit. *Exhibebatur Isenaci coram [illegible] Marchione ludus de quinque Virginibus prudentibus & fatuis. Prudentes erant S. Maria, S. Catharina, S. Barbara, S. Dorothea, S. Margaretha. Addebatur [illegible] fatuæ, ut [illegible] potentes, hoc est, quemadmodum actor interpretabatur, ut pro [illegible] ad Deum intercederent; quo & ipsæ ad nuptias, hoc est, regnum cælorum, admittantur. Quid fit? Prudentes [illegible] negant: [illegible], precibus instabant fatuæ: sed ne hilum quidem proficiebant: abire jubebantur, & [illegible]. Quo audito Princeps [illegible] ita fertur consternatus, ut in morbum inciderit gravem & periculosum.* Quid est, *inquit*, fides nostra Christiana, si neque Maria neque alia Sancta exorari potest, ut deprecetur pro nobis? quorsum tot merita & bona opera, ut Sanctorum apud Deum intercessionem nobis conciliemus & gratiam impetremus? Nimirum hinc didicit Princeps quod antea nunquam intellexerat, Sanctorum intercessioni meritisque bonorum operum confidendum non esse, & sic ex Comœdia ipsum *(a)* Christianæ religionis præcipuum articulum hausit.

(a) Præcipuum Religionis Christianæ articulum vocat auctor [illegible] intercessionem, & bonorum operum merita, quem convulsum [illegible] Scriptorum Catholicorum controversiis.

Pero [illegible] honestatis igniculi ad Dramatum [illegible] commoventur. Quam [illegible]! Quam favemus & [illegible]! Quam illis [illegible] optamus! Ex optimis autem istis commotionibus virtutem maximopere incendi atque confirmari quis non videt? Et hæc quidem commoda [illegible] plana ex Dramatum repræsentatione capiuntur [illegible] molestia, summa cum delectatione, ita ut [illegible] doctrinarum & virtutum [illegible] dulces. Tandem [illegible], quæ sit cuiusque adolescentis [illegible] & [illegible] dexteritas sive ineptitudo, [illegible], unde fit, ut, si quis [illegible] atque laudetur, decus [illegible] genere certius consilium capiat. [illegible] Curæum Medicum & Theologum celeberrimum ex eo in adolescentia sua magnopere laudatum & commendatum legimus, quod in *Comœdiis, quas populo exercitii gratia in patria [illegible].* De viro autem [illegible] Theodoro Zwingero constat, elegantissimam ejus [illegible] in actione scenica primum [illegible]. Sic enim in [illegible] *Vita; [illegible] Dramate quodam scenico, a Thoma Platero, Felicis patre, [illegible]; ita [illegible] gestuum [illegible] venustate, [illegible] vertit omnium ora, oculos, animos, ut alii [illegible] torum præ gaudio lacrymæ [illegible]; alii [illegible] testarentur applausu, alii cum Poeta exclamarent:*

Ingenium cæleste suis [illegible] annis
Surgit, & ingratæ fert male damna moræ.

Quæ cum ita sint, mi Doxasta, nolis quæso in [illegible] adeo nobis irasci, quando videbis relictis atque contemptis quæ corpus alliciunt voluptatibus, non iis potissimum recreationibus capi, ubi ingenii venustas, ubi actuum dexteritas, ubi sermonis cultus, ubi politioris literaturæ elegantia laudes suas habent. Hos enim ludos homine dignos existimo, qui eam partem perficiunt qua homines sumus, homines autem sumus Ratione: ea ut utaris & longum valeas, opto

F I N I S.

PETRI FABRI,

Regii Consiliarii, Libellorum Exmagistri, & in Senatu Tholosano Præsidis,

AGONISTICON,

SIVE

DE RE ATHLETICA,


LUDISQUE VETERUM GYMNICIS, MUSICIS, ATQUE CIRCENSIBUS SPICILEGIORUM TRACTATUS,

TRIBUS LIBRIS COMPREHENSI.

OPUS TESSELLATUM.

CUM INDICE RERUM AC VERBORUM MEMORABILIUM LOCUPLETISSIMO.

PETRUS FABER
JACOBO FILIO
DULCISSIMO S.



AGONISTICON hoc meum ſuperiore anno ſilentibus in urbe inter arma legibus, cum in hæredium iſtud ſuburbanum ſeceſſiſſem, nec poſſem eſſe otioſus, inchoavi: quod nunc denique cum tertio *Semeſtrium* jamdudum affecto, (cui manus itidem adhibita extrema eſt) Jacobe fili, ad optatum finem perduxi: verſatis, non ut ille alter, doliis, ne ſuis civibus ultro citroque diſcurrentibus, ac de Republica ſollicitis nihil agere ſolus videretur: ſed foliis, & Sibyllarum quidem foliis. Quid enim aut mendoſius, aut obſcurius illis, quos undique ſelegi, tractavi, concoxi, variis & prope innumeris (ut ipſa hujuſce Operis oſtendet lectio) Poetarum, Hiſtoricorum, Philoſophorum etiam, atque Medicorum, Theologorum immo, tam Græcorum quam Latinorum locis? Tibi vero ut cæteras reſculas meas, ex communi parentum voto, & paravi, & relinquere ſtatui: quando eo te pede, quo ire jam cœpiſti, perrecturum ad arcem illam & auguſtum templum virtutis per ſanctum doctrinæ domicilium ſpero atque confido: ita hoc meum *Agoniſticon* ipſe do: quod ſum præſenti ante aliquot dies ultro pollicitus: amoris erga te mei, ob expectationem, quam de iſta tua indole apud omnes dudum commoviſti, non vulgari hoc quidem munus teſtimonio. Quapropter eo tu quoque munere charius nihil, æquove in pretio habere debes: & vero, quoniam ex iis, Q. I. M. P. habeo, nihil æque meum eſſe cenſeo, nunc quidem quo te impertiri poſſim. Noſti vetus illud Philoſophi [1]:

> *Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα καὶ κατὰ Μυσῶν*
> *Σεμν' ἔδαον.* —— ——

Nolo te titulo muneris offendi, & nomine: tanquam omen infauſtum id habeat: quo tibi certamen, contentio, vel quid ſiniſtrum ejuſmodi optetur a me, denuncietur etiam, atque indicatur, pacis, concordiæ, quietis, ac benevolentiæ paternæ loco. Etenim quod omnino rerum omnium eſt (fili) quod non tibi bene ac feliciter, ad animi potiſſimum tranquillitatem tui evenire cupiam: ita ut æquum eſt patrem, his moribus hominem, in extraneos etiam & ignotos a natura perhumanum ſua? Veruntamen ſic habe, quando virtute atque adeo pietate vigere imprimis ac pollere te oportet, meo certe quidem ex voto eſt: *βίον ἄβιωτον* [2] tibi fore, niſi perpetuum agonem ſubeundum eſſe adverſus cacodæmonas,

---

1 Cratetis apud Plutarchum *περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως*, fol. 968. Longe ſane rectius, honeſtius, verius, quam illud Sardanapali alterum, quod verbis aſſimile ac pene genuinum ſententiæ toto genere diverſum, immo contrarium, *Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐρώτων τερπνὸν ἔπαθον*. ut videre eſt apud Dionem Chryſoſt. extremo lib. IV. *de Reg.* fol. 56. Aldinæ editionis.

2 Huc pertinent quæ Dio Chryſoſtomus tradit, de agonibus adverſus labores & voluptates ſubeundis in *Diogene*, *ἢ περὶ ἀρετῆς*, fol. 90. pag. 2. & 91. & ſeqq. Ald. exempl. & in Diogene, ſive Iſthmico fol. 95. pag. 2. & quod Iſidorus Peluſiota *epiſt.* IV. *lib.* I. *στάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτέθειται ἀόρατον*, (inquit) *ἐν* [illegible] *ἀλλὰ* [illegible] *πάθεσι προσπαλαίομεν*, & ſimiliter *epiſt.* CCCVIII. ejuſdem *libri* fol. [illegible] eo loco quem adfero *Agoniſtici* lib. tertii capite III. ad extremum.

monas, adverſus Circæas ſæcularium Sirenum blanditias, cæteraque monſtra vitiorum: immo & adverſus teipſum τὸν ἔξω δῆλον καὶ παλαιὸν (ut loquar cum B. Paulo) ἄνθρωπον decreveris. Equidem ſic ſtatuo, Chriſtianum hominem vere probum, καὶ οὐ χειλέων ἄχρι, ſophiſtarum ignavorum more φιλοσοφοῦντα, ita comparatum eſſe ab animo debere: ut

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendens in Latium,

totam hanc vitam, non actuoſam modo, verum etiam 1 σὺν πάσῃ μελέτῃ ἀσκήσει καὶ πονήσει prorſus Agoniſtam eſſe ſentiat: quæ dum ſuppetit, ab ætatis carceribus ad metas uſque, Chriſti Domini 2 Epiſtatæ illius, & Aleiptæ noſtri exemplo (qui ſuo nos ad hanc rem unxit Spiritu) in afflictionibus atque anguſtiis per patientiam, ex qua probatio eſt, ita decurratur ὥστε δεῖ τὴν κατασκευὴν τελεῖσθαι. Qua de re non vulgari more, ſed nova quapiam, eaque (ut ſperare libet, quod opto) probabili, atque ad puram putam Beatorum Apoſtolorum ſententiam, alioqui obſcuriorem, accommodata ratione, libro tertio *Agoniſtici* jam tui differitur; ſicut alia ejuſmodi Theologica complura, & illo & præcedentibus libris identidem, ut ſe dat occaſio, injecta deprehendere per te ipſe legendo poteris. Quod ipſum propterea dico: ne ludicra modo intenſis animi corporiſque viribus tractaſſe, quod præcipue de Gymnicis, Muſicis, Circenſibus, & aliis quibuſdam ludis egerim: ac proinde luſiſſe tantum exiſtimer. Nam ſive ipſos exhibui, ſive potius in iis ipſe contendi, atque certavi, de quibus adhibita induſtria & labore incredibili ſcripſerim: qui ſpectatoribus, auditoribus, lectoribus ludi ſunt, hos pugilibus, aliiſque athletis, itemque Circenſibus agitatoribus, aut actoribus ac recitatoribus ſcenicis, & multo magis ipſis dramatum carminumve auctoribus poetis agonas eſſe, nemo paulo humanior ignorat: χαλεπώτεροι δὲ οἱ ἀγῶνες οἱ τῆς ψυχῆς (ſicuti Dionyſius ſcribit ἐν Προτρεπτικῷ ἀθληταῖς fol.41. edit. Francof) ἢ τοῦ σώματος. In hoc quidem opere *Agoniſtico* tute ſcis, mi fili, quantum laboris, per totum iſtud annuum tempus, & quanta quamque obfirmata contentione animi (ut ſane non luderem, ſed aut meditarer ſerio, aut pervolutandis aliquot ex tanto noſtrorum numero ſelectis atque huc aſportatis libris continue occuparer) a me inſumptum fuerit. Quale idcunque eſt, quod exantlavi aut præſtiti: hoc ita tibi datum donatum ſcias, uti cum aliis literarum ſtudioſis, tum præcipue noſtris communicatum per te civibus velim; quibus etiam in eo cum primis gratificatum eſſe me arbitror, quod Argyrophyllinos noſtræ ab antiquo Palladiæ Toloſæ Rhetoricos, hoc eſt, poeticos agones, tertio potiſſimum tractatu, ſed & ſecundo ad extremum ita celebrarim, ut in iis, aut ad ipſos quæcunque agi fierive hodie cernimus, e vetuſto Græcorum more translata ſapienter, atque a majoribus recepta noſtris pleraque omnia oſtenderem, & corrogatis undique Veterum teſtimoniis comprobarem. Igitur ut alia plurima ſatis

---

1 Περὶ τῆς μελέτης καὶ ἀσκήσεως, τὸ πᾶν εἶναι Periander dixit: quod latius explicatum a Sinopenſi Diogene. Vide Laertium in *ipſorum Vita*: huc etiam pertinent, quæ adverſus otium Dio Chryſoſt. in *Diogene* ſive *de ſervis* oratione x. differit fol.98.

2 Tertulliani verbum, quod explico *lib.*11. *cap.*v.

idonea fidei charitatiſque in ipſos, & communem patriam noſtræ argumenta, poſt quindecim annos, & quod excurrit, ordinariæ in urbe Juriſdictioni apud Prætorianam ſedem Occitanam impenſos habent a nobis, quæ commemorare, ne videantur ingratis exprobrari, nihil attinet: Ita hoc quoque documentum illis eſſe non minimum, quod dixi, ſentio: ac per te quidem id ut habeant, volo: quem cum iſto utriuſque noſtrum *Agoniſtico*, veluti bonis prædiis (ut Veteres loquebantur) mei reditus in urbem, ubi noſtra Reipublicæ opera fore videbitur, quando jam ordinis ampliſſimi decreto literiſque iſthuc benigniſſime revocor) ad promiſſo rem, vadem, prædemque do, invidia licet ringente ac obſtrepente, aſſiduum atque locupletem. Iſtum interea quem olim dilexi ſeceſſum, non tam propter altius mihi pinguiuſque otium, ubi nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo, quam quod hic animo maxime, corpore ſatis valeo, dum liberioribus illum ſtudiis, hoc ambulationibus & venatu quoque interdum exerceo, lubentius incolam, & in ipſo vehementius placebo mihi quam antea: juſtiſſimis hiſce de cauſis, ut videtur: vel quoniam in ipſo deliteſcens, illas anni ſuperioris indignitates, furores, furias [1] (quibus tantopere oppreſſa virtus fuerat, quanto præmiis ſive honorariis ipſi conſtitutis excitari ſolet [2]) evitavi: vel etiam quia in hoc meo jucundiorum & meliorum ſtudiorum tanquam nidulo, ternus iſte *Agoniſtici* noſtri tractatus creverit: in quo tum diligentia & laboris aſſiduitate, tum vero ſagacitate, atque ad caſtigationes mendorum commodas conjecturarum felicitate ſuperaſſe me ipſe videor. Vale, atque hoc noſtro per te ipſe ac per alios, quibus in tui gratiam communicabitur, utere, fruere: valetudinis vero, & ſtudiorum in literas tuorum rationem hanc inito (ſi me, quod facis, amas atque obſervas) ut ad Omnipotentis Domini laudem honoremque quicquid agis, meditaris, optas, referendum eſſe memineris. Iterum atque iterum vale, mi fili. E Sanjoriano ſuburbano A. D. Kalend. Mart. Anno Chriſti M.D.XC.

1 Ita Plinius in *Epiſt.*
2 Vide ſis quæ ex lib.XVI. *Bibliothecæ* Diodori Siculi ſcribimus lib.II. cap.XXII.

PETRUS FABER
LECTORI BENEVOLO
S.

Παίζω μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ,
[...]um tenens dicebat apud Euripidem Jovis filius Hercules, quem labores, quos in certaminibus ſu[...]bat, ludicris allevare, atque cum pueris animi cauſa verſari ſolitum [1] *ferunt: ſicuti regem Ageſi[...]laum in ſevera illa & propemodum Stoica Lacedæmoniorum Republica educatum, cum filio puero ludere ſæpius repertum, & (quemadmodum Poeta cecinit)*

—— —— equitare in arundine longa.

Nam quid ego de Socrate omnium homine longe ſapientiſſimo judicato a Pythia [2] *loquar, quem cum Lampro[...]cle adhuc infante ludentem Alcibiades deprehendit? quid de Archyta Tarentino egregio illo & philoſopho Pythagorico, & ſimul politico? quem ſumme in omni virtutis genere admirationi etiam fuiſſe a Laertio traditur* [3]

1 Vide hac de re, & ſequent. apud Ælian. lib. XII. *Var. Hiſt.* cap.XV.
2 Vide Laertium lib.II. in *ejus Vita*, Plinium *lib.*VII. *cap.* XXXIV. poſt Cic.
3 Octavo lib. *de Vita Philoſoph.* fol. 336. Sic enim illa interpretor, ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ, &c.

P R Æ F A T I O.

adeo ut civibus suis septies, cum alii nisi semel annuum illum magistratum gerere legibus vetarentur, præfuerit: at ipsum tamen vernularum consuetudine atque alloquiis, in cœna præsertim delectari & exhilarari solitum scimus: de quo Æliani verba, quæ memoria repeto, ut insolentiam interim factumque nostrorum hominum contundam ac reprimam, hisce literis consigno perlubenter: ὅτι πολλὰς ἔχων οἰκέτας τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δὲ ἐφίλει τέρπεσθαι αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις. *Itaque si de ludis aut certaminibus scribere ad filium, ætate adhuc ipsius tenera (quod feci) ludere est: tueri me veterum exemplo Regum, Heroum, Philosophorum, ubi velim, profecto liceat. Sed nihil esse magnopere video, quamobrem de conquirendis excusationibus, meoque isti facto pretexendis, esse sollicitus debeam: quando seria plurima, & non minimi quidem ea momenti (ut mea fert opinio) tum ad veritatem aliquorum Catholicæ atque Orthodoxæ Religionis dogmatum asserendam, quæ nimium sane confidenter a recentioribus quibusdam in dubium vocantur: tum vero ad plurimorum*[1] *utriusque sed Novi potissimum Fœderis locorum genuinam & simplicem (quæ in imo figurati sermonis hactenus delituerat) sententiam eruendam, & omnino patefaciendam, non vano labore, istorum sive ludorum seu potius agonum inscriptioni permiscuisse me, spero atque confido. Addam hoc quoque paulo fortasse audacius, veruntamen pro eo ac sentio, quod ipsum de scriptis circa naturam animalium suis Ælianum literis tradidisse video* ἤδη μέντοι καὶ εἶπόν τινα ὧν οὐκ ἄλλος εἶπεν. *Itaque nec injucundum laborem hunc meum, in antiquitatis agonum apud veteres Græcos percelebrum obsitæ ac propemodum sepultæ indagatione aut illustratione positum, nec infructuosum tibi fore: sive philologus & humaniorum literarum studiosus es, sive Jurisprudentiæ nostræ, aut ipsius Theologiæ sacra colis atque tractas: facile mihi persuadeo. Quotus enim quisque est e veteribus sacrosanctorum Bibliorum Interpretibus & Ecclesiastis sive Concionatoribus (potissimum Græcis) qui non sibi quoque Apostolorum ipsorum imitatione, similitudines atque translationes a re athletica ducendas existimaverit? quorum sententiam, nisi quis in hoc nostro* Agonistico *gnaviter aliquandiu, velut in palæstra, ipsisque adeo gymnasii*[2] *proagonibus committendis exercuerit, vix profecto est omnino consequi, nedum populo in concionibus explicare satis ut possit. In iis porro, quas non e foro & mensa, sed domo & ex arca protuli, monetæ (ut credo) bonæ observationibus atque castigationibus novis erit fortasse nonnihil quod erroris olim convinci ab aliis queat: nec sane hoc inficior, qui me hominem scio, nec acuti adeo ingenii esse hominem quotidie experior, quique in aliquot etiam conjecturis, acuendæ scilicet aliorum industriæ a me prolatis, nondum ipse mihi plane satisfacio. Dissimulationis certe cujusquam, aut fallaciæ, fucive, aut contra torporis, acediæ, stuporis merito non arguar. Quod si veritatem non sum aliquoties (tametsi omnibus vestigiis odorarer) assecutus: at pro meo illo more atque instituto secutus sum tamen:* φίλη δὲ ἀλήθειά μοι, τῇ τε ἄλλῃ καὶ ἐνταῦθα οὐχ ἥκιστα[3]: *ut quod Meliglossus ille protulit, usurpare mihi quoque vel sciente animo meo, per tuam (bone Lector) patientiam liceat. De dormitatione causam non dixero apud te, nisi prorsus es iniquus, & ejus immemor oraculi poetici,* Fas esse opere in longo somnum obrepere. *Porro de meliore aliquo in hisce rei athleticæ Spicilegiis ordine (quo perspicuitas conciliari scriptioni solet, quemque ars in docendo videtur exigere) minime servato: futurum spero, ut considerata Spicilegiorum appellatione, quam tituli vice,* Agonistici *hujus nostri libris præposui, cum artem tradere athleticam (sicuti germanam hujus Gymnasticam ante aliquot annos alii fecere, ut Mercurialis,* &c.) *apud me statutum non fuisse cognoveris, persolutum tibi esse intelligam. Certe quidem, ubi, perlecto* secundi libri extremo, *rationem consilii mei (quam non esse improbabilem reor) omnino perceperis, nihil fore confido, quamobrem hujus ergo, jure meritoque me a quoquam reprehensum iri, aut incusatum existimare debeas. De Musicis autem, & Equestribus sive Circensibus, itemque de Navalibus, Pilæ, atque Arcus ludis: ea tantum adferenda censui, quæ Gymnicis illustrandis visa sunt facere; propterea quod hoc mihi solum in animo fuit ab initio suscepti laboris hujus, ut Rescriptum principale de athletis interpretarer: quod nomen ad solos Gymnicorum agonistas pertinere mihi persuaseram. Quæ tibi omnia nota esse, ac perspecta volui: ne a me aliquid amplius expectares aut etiam postulares, quam pro suscepti muneris & officii ratione, in qua tenenda, quicquid operæ hujus est, si non inutile nec injucundum tibi fuisse intellexero: voti mei compos, eo me ut exsolvam, Herculi Gallico Musagetæ, ipsisque adeo Musis sacra fecero, quas utique propitias habuisse videor:*

ὡς γὰρ ὁρῶσι
Γαθεῦσιν, πῶς δ' ἔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκα.

quemadmodum Theocritus ἐν νομεῖ eidyllio IX. *cecinit. Vale studiisque ac laboribus nostris bene precari, tibi paratis (ut vides) ac exhibitis, adhuc ne desine.*

---

1 Notantur loci in ipsis singulorum capitum periochis atque argumentis, quæ vulgo *summaria* vocantur.
2 De his agimus *lib.* III. sub initium.
3 Philosophos quosdam ἀπὸ οἰήσεως dictos φιλαλήθεις narrat Diogenes Laertius in *Prooemio de Vitis Philosophorum*, fol. 16.

AUCTOR DE SUIS HUJUS AGONISTICI SPICILEGIIS *AD LECTOREM.* A

Messis multa fuit ; tamen hoc liquere priores
Spicarum post se, vellere quod potui :
Vix aliunde tibi congestus surget acervus
Tantulus ; hinc plena, quod pote, sume manu.
Zoilus ut dicat meliora & plura daturum ;
Non facit : & quod me vellicet usque feram.
B Qui bonus edendis id agonis agonibus hausi,
Cur minus hoc possim ferre, quod invidear ?

IDEM AD EUNDEM DE AGONISTICO SUO.

Non luctor medio librorum scammate, cæcis
Cum larvis cæcus, vel novus Andabates.
C Nam labor Herculei mihi fit non vanus agonis,
Tot monstra errorum dum fugo, dum supero.
Qui tibi ludus erit, tabula ceu pictus in ampla :
Proh olei ac operæ quam mihi plenus agon !
Nec merus iste tamen tibi ludus inutilis (ut spes)
Nec mihi nudus agon, aut inhonorus erit.

Faciebam in rure nostro Sanjoriano mense Martio Ann. M. D. XC.

E L O G I A.

Ex Cassio Parmensi in Orpheo.

Non levis accensus, si quis petit ardua : sudor
Plurimus hunc tollit, nocturno exsomnis olivo
Immoritur. ——

Ex Synesio epist. LXXV. ad Nicandrum.

Αἱ δὲ σπυδαὶ δύνανται τ̃ ἐνιαυτῶν.

Ex Plutarcho περὶ παίδων ἀγωγῆς.

Καὶ τὰ μὲν ῥᾴδια τὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται.

Ex B. Hieronymo adversus Vigilantium.

Operis mei est & studii multos legere, ut ex plurimis diversos flores carpam : non tam probaturus omnia, quam quæ bona sunt electurus : assumo multos in manus meas, ut a multis multa cognoscam.

I N D E X
C A P I T U M.

L I B E R I.

INDEX CAPITUM.

LIBER II.

INDEX CAPITUM.

LIBER III.

INDEX CAPITUM.

Xxxxx iij

INDEX CAPITUM.

PETRI FABRI,

Regii Consiliarii, Libellorum Exmagistri, & in Senatu Tholosano Præsidis,

AGONISTICON,

SIVE

DE RE ATHLETICA,

LUDISQUE VETERUM GYMNICIS, MUSICIS, ATQUE CIRCENSIBUS SPICILEGIORUM TRACTATUS.

LIBER I.

CAP. I.

Operis hujus Agonistici præfatio. Argumentum. Verba Rescripti principalis quod exponendum suscipitur. Finalis causa ipsius: item scopus & finis rei Athleticæ.



RÆPOSTERUS mihi semper ac inutilis eorum visus est, & in omni, & in hoc [1] præsertim genere scriptionis labor, qui actum agunt, nec alia, quam quæ vel cæteris omnibus, vel ex eruditorum cohorte cuipiam placuisse constat, ipsi proferunt in medium: etiamsi alio fortasse modo (quod de Stoicis apud M. Tullium *lib.* IV. *Tuscul.* [2] legitur) ea enarrent ac differant. Illius contra eximii ac præcellentis Jureconsulti bonum esse factum duco, qui nos ista juris disciplina, quam tractamus, & excolimus, adhuc juvenes informavit, Jacobi Cujacii: cum aliorum Repetitionibus (quas ipsi vocant) valere jussis, ea tantum scribendo exhibet quæ ore alio indicta sunt, nec habeas unde alioqui expiscari possis atque pernoscere. Quod enim cætera in re omni, si naturæ convenienter vivas, rectum censere debes, quam nihil frustra facere ipsi philosophi [3] tradunt, cur non in scriptione itidem existimes? Quanquam eorum doctorum damnare diligentiam nolo, qui, ubi difficiles Juris nodos & ænigmata dissolvere statuunt, veras an falsas aliorum sententias bre-

A viter ac strictim, quasique per indicem relatas, vel comprobant nova quapiam ratione atque illustrant; sed ita ut priores sua laude ne defraudent (quod fucis quibusdam sordidis plane ac illiberalibus hodie mirum quantum in more est) vel etiam improbant damnantque, si non immodeste tamen atque iracunde, sed potius cum bona illorum venia id factum velint, qui dum honori velificarentur suo, non minimum industriæ ad utilitatem nostram conferre se crediderunt. Equidem trino sermone sive tractatu isto, Diocletiani & Maximiani Principum Rescriptum de vacatione munerum athletis concessa, quod
B in Codice Justiniani extat *l. unica de Athlet. lib.* X. *Cod.* ita explicare constitui, ut ea quidem quæ circa gymnicos ludos ab aliis prætermissa, secusne, ac ipse sentio prolata sunt, paucis (quantum rei difficultas patietur) deliquem, atque adpositis auctorum tam Græcorum quam Latinorum testimoniis illustrem, de Circensibus, musicisque nonnulla interim (ut fit) permisceam; rerumque Græcarum varietate, atque adeo voluptate (quam elegantia & pulchritudo parere solet) immo etiam utilitate, quæ non mediocris ex Veterum libris percipitur, tripartitum
C Syntagma istud quod paro, τὰ παραλειπόμενα καὶ τῆς δηλώσεως ἢ ἐπανορθώσεως δεόμενα, ὡς οἷόν τε διευχρινούμενος καὶ σαφέστερον ἐξηγούμενος condiam. Ejus Rescripti hæc omnino verba sunt: *Athletis ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri, in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis probentur, civilium munerum tribui solet vacatio.* Quibus nimirum verbis athletarum fraudibus occurrere Principes voluerunt post indeptas quaque ratione coronas pro agonum sacro-

---

1 *Semestrium observationum*, quarum ὑποπασμάτια quædam sunt hi tres de re Athletica tractatus.
2 Vide quæ scripsi cap. XXI. lib. I. *Semest.*
3 Arist. lib. V. *Ethic. ad Nicom.* ὅτι φύσις μάτην οὐδὲν ποιεῖ.

rum præmio præstari solitas: ita se civilium publicorumque munerum functioni eximere parantium, non parvo utique incommodo atque detrimento reip. cujus interest, tum ut ad subeundos athleticos labores incitati per has immunitates, aliaque præmia victoribus attributa, plurimi fortiores se magisque animosos, & tolerandis militaribus laboribus pro rep. ipsius etiam vel propagandis vel tutandis objectu corporis finibus, efficiant: (hunc enim esse finem athleticæ debere, ut rei militari subserviat, ipse quoque Plato [1] existimavit: & vero gymnici agonis laudes Dionysius Halicarnasseus in *Arte* περὶ πανηγυρικῶν fol. 34. ex eo deduci non injuria posse judicavit, ὅτι ὁ τρόπος τῆς ἀγωνίας χρήσιμος πρὸς τὴν ἀνδρείαν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις: quod genus istud exercitationis ad virtutem bellicam magnopere conducat) tum etiam ex diverso ut munera, quæ patrimoniis, communis utilitatis gratia, indicuntur, juxta Rescriptum Imp. Antonini, *l. 2. C. de muner. patr. lib.* x. subeantur ab omnibus: & vero ut his immunitatum privilegiis qui fruantur per paucos, eosque peritos & probos artifices atque athletas notæ virtutis, ac probati roboris, obstrictæ hujusmodi munerum functioni civitates habeant: quemadmodum & professores, hoc est, grammaticos, sophistas, rhetores, (quamquam qui ... juvenibus profitentur) philosophos, oratores, grammaticos) itemque medicos (illos scilicet qui περιοδευταὶ sive *circuitores* nuncupantur) itidem numero perpaucos (juxta distinctionem utique metropoleon, municipiorum, atque oppidorum constitutionibus principalibus introductam, videto in *l.* ἐὰν δύο 6. *in princ. & §. philosophi D. de excusat. tutor.*) esse oportere Constitutiones Imperatorum illæ definiunt.

CAP. II

Obsonia & alimenta hieronicis a suis cujusque oppidis præstita. Coronatæ hieronicarum patriæ. Coerciti a Solone sumptus qui in hieronicas fierent. Galenus athletis & gymnastis infensior e Repub. exturbabat omnem athleticam. cum tamen ipsi faveat Plato. Cujus ætate aut paulo ante usurpari cœperat gymnastica. De ipsius Platonis sententia disputatur adversus Galenum. Cursus militibus inutilis existimatus a Lacedæmoniis, & a Diogene Cane improbatus, non tamen a Platone ac Papinio. Quamobrem athletica ab Imperatoribus Romanis retenta. Athletarum nomen utrum generaliter, an proprie ac stricte in hoc Rescripto debeat accipi Artifices itemque Musici.

APUD veteres quidem Græcos etiam qui vicerant, adeo esse magno suæ reipubl. dispendio censebantur; cujus annuis etiam sumptibus (si qua Vitruvio *lib.* IX. fides) alerentur: ut adversus patriam potius, quam adversus antagonistas, æmulosque coronati esse viderentur; qui tamen ipsi de more ob victoriam e sacris certaminibus reportatam non coronari, sed patrias suas coronare dicebantur, ut Plinius [2] refert. Quamobrem eos coercendos sumptus atque mercedes moderandas censuit Solon, in *cujus Vita* Laertius: Ἀθληταὶ δὲ καὶ ἀσκούμενοι (ait) πολυδάπανοι καὶ νικῶντες ἐπιζήμιοι, καὶ στεφανοῦνται κατὰ τῆς πατρίδος μᾶλλον, ἢ κατὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν, γέροντές τε γενόμενοι κατὰ τὸν Εὐριπίδην;

Τρίβωνες ἐκλείποντες οἴχονται κρόκας.

ὅπερ συνιδὼν ὁ Σόλων μετρίως αὐτοὺς ἀπεδέξατο: existimans fortasse ad falsam illam vanorum Deorum religionem pertinere totam rem athleticam, cum cætero ludorum omni genere: ad populi vero voluptatem potius, quam utilitatem aliquam. Quapropter ab optime constituta Republ. eliminandam atque exturbandam artem illam, cujus cultores & professores omnino sint non Reipubl. modo belli aut pacis tempore, sed privatis etiam ad valetudinem curandam atque conservandam aliaque omnia inutiles, Galenus ille præstantissimus medicus, verum gymnastis atque adeo athletis, quos illi exercerent, infensior haud paulo quam par esset, pronuntiaverit; sic admodum scribens de palæstrico illo depravato (nam κακοτεχνίαν ὑποδύουσαν ὀνόματι σεμνῷ ipse nuncupat) artificio: Ὅπου γε καὶ ἡ ὑγιαίνουσα πολιτεία μισεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα καὶ βδελύττεται. πάσης μὲν τῆς εἰς τὸν βίον ἰσχύος ἀναιρετικὸν ὑπάρχον, οὐκ εἰς ἀγαθὴν δὲ τοῦ σώματος ἄγον διάθεσιν. ἐγὼ γοῦν ἐπειράθην ἐμαυτοῦ πολλάκις ἰσχυροτέρου τῶν ἀρίστων εἶναι δοκούντων καὶ πολλοὺς στεφανίτας ἀγῶνας ἀνῃρημένων ἀθλητῶν. οὔτε γὰρ ὁδοιπορίαις ἁπάσαις ἄχρηστοι τελέως ἦσαν, οὔτε ταῖς πολεμικαῖς πράξεσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐν πολιτικαῖς τε καὶ γεωργικαῖς. εἰ δέ που καὶ φίλῳ νοσοῦντι παραμεῖναι δέοι πάντων ἀχρηστότατοι συμβουλεῦσαί τε καὶ συνσκέψασθαι καὶ συμπρᾶξαι. Eadem Ægyptiorum fuisse ratio videtur, musicam omnem æque ac palæstram a suis civitatibus excludentium: sicuti Diodorus [3] in hæc verba scribit: Παλαίστραν δὲ καὶ μουσικὴν οὐ νόμιμόν ἐστι παρ' αὐτοῖς μανθάνειν: ὑπολαμβάνουσι γὰρ ἐκ μὲν τῆς καθ' ἡμέραν ἐν τῇ παλαίστρᾳ γυμνασίων τοὺς νέους οὐχ ὑγίειαν ἕξειν, ἀλλὰ ῥώμην ὀλιγοχρόνιον καὶ παντελῶς ἐπικίνδυνον. τὴν δὲ μουσικὴν νομίζουσιν οὐ μόνον ἄχρηστον ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ βλαβεράν, ὡς ἂν ἐκθηλύνουσαν τὰς τῶν ἀνδρῶν ψυχάς. Nihilominus tamen ut ea prætermittam, quæ in utramque partem hac de re a Luciano disseruntur in *Anacharsi*: cum omnium maxime celeritas sive agilitas manuum pedumque militiæ conducat, horum quidem ad fugiendum & insequendum, sicuti manuum pugnæ conflictuique, in quibus illæ conferuntur, quando huic rei robur & vi-

1 Lib. VII. *de Legib.* fol. 814. ex quo verba ipsa posui sub initium *lib.* III. facit etiam quod de luctatoribus Lacedæmoniis e Philostrati *Arrichione* inferius proferetur.

2 Lib. VII. *Nat. Hist.* c. XXVI. ubi de Pompejo, & *lib.* XVI. *cap.* IV. vide Heliod. lib. IV. *Hist. Æthiop.* fol. 87. Xiphilini locum de Nerone hieronica proclamato a præcone, ipsaque concepta præconii verba, quæ inferius adscribam *lib.* II. & illum alterum D. Chrysost. ex *hom.* VI. *ad pop. Antioch.* Præterea illum Philostrati ex l. V. *de Apollonio*, quem paulo post proferam, ubi de virgis Hellanodicarum. Ideo Pindarus *Olymp.* od. XIV. sub finem, — ξεν' Ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια σεῦ ἕκατι· — Ideo apud Philostratum lib. II. *de Vita Sophist.* in *Hippodromo* ita scriptum, ubi de de Clemente Byzantio tragœdo: Νικῶν δὲ κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς τὸ Βυζάντιον ἐπολιορκεῖτο, ἀπῄει ἁμαρτάνων τῆς νίκης, ὡς μὴ δοκείη δι' ἑνὸς ἀνδρὸς κηρύττεσθαι πόλις ὅπλα ἐπὶ Ῥωμαίους ἠρμένη. Salvianus lib. VII. *de gubernat. Dei.* Plut. eo *Apophth. Lacon.* loco qui a me *lib.* II. proferetur, ubi de clamore spectatorum in ludis.

3 Lib. I. *Biblioth.* fol. 51. Circa musicos autem quod ait Diodorus: id ipsum Dionys. in *Arte* cap. περὶ πανηγυρικῶν, fol. 33. & 34. ubi: εἰ δὲ γυμνικός, ὅτι τὴν μουσικὴν ὡς ἐκθηλύνουσαν τὴν ψυχὴν παρῃτήσατο, τὴν δὲ ῥώμην τῶν σωμάτων παρέλαβε.

& vires ſunt neceſſariæ, (ut inquit Plato, cujus hæc verba ſunt, ex octavo *de Legib.* fol. 832. Ἔστι γοῦν πάντων πολεμικώτατον ἡ σώματος ὀξύτης πάντως· ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ποδῶν, ἡ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν· φυγεῖν μὲν καὶ ἑλεῖν, ἡ τῶν ποδῶν, ἡ δ' ἐν ταῖς συμπλοκαῖς μάχη καὶ σύστασις ἰσχύος καὶ ῥώμης δεομένη) propterea cum paulo ante ipſius Platonis tempora, gymnaſtarum ars ſimul cum athletico vitæ inſtituto uſurpari cœpiſſet (quemadmodum Galenus *ad Thraſybulum* in ſupra *d. libro* fol. 296. lin. 53. memorat, quo loco, ἤρξατο γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν, ait, τοῦ Πλάτωνος χρόνων ἡ τέχνη τῶν γυμναστῶν, ὅτεπερ καὶ τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα συνέστη) rem athleticam in ſua Republ. philoſophus in ſupra *dicto loco* fol. 832. & ſeqq. retinendam cenſuit: hactenus ſcilicet, ut gymnicis certaminibus, ſi quæ ad bellicam exercitationem conferrent, ſua quadam ratione certa, temperatis victoriæ præmia conſtitueret; quæ vero non juvarent, ea prætermitteret, ὡς ὅσα μὲν γυμνικῶν ἀγώνων πρὸς πόλεμον ἦν ἀγωνίσματα, ἐπιτηδευτέον καὶ θετέον ἆθλα νικητήρια καὶ νομοθετέον, πρῶτον μὲν τὰ περὶ δρόμον καὶ τάχος. ὅσα δὲ μὴ πρὸς πόλεμόν ἐστι χαίρειν ἐατέον. Tametſi non ignoro quid Galenus de illius philoſophi ſententia, e libro ejus *de Republ.* tertio, in ſupra *d. loco ad Thraſybulum* ſcripſerit: quod confutare aut convellere, nunc quidem operæ non duco: non magis quam quod curſus exercitationem auſus eſt in libello *de ludo parvæ pilæ*, inutilem bellicæ rei eſſe dicere; tam calumnioſe hoc quidem, ut videtur, ac cynice (nam Canis Diogenes apud Dionem Chryſoſtomum 1 cum ſtadiodromo Iſthmionica loquutus, pernicitatem, ignaviæ ac timiditatis ſignum eſſe pronuntiavit) quam adverſus ea quæ Statius Papinius, lib. VI. *Thebaid.* ſic fere cecinit:

Sollicitat tunc ampla viros ad præmia curſu
Præceleres, agile ſtudium & tenuiſſima virtus
Pacis opus, cum ſacra vocant, nec inutile bellis
Subſidium, ſi dextra neget.

Sed & adverſus illa quæ ſuperius a Platone attuli: receptamque Vegetii, Polybii, & aliorum, qui *de re militari* tractarunt ſententiam; his admodum verbis differens 2: Οὐκοῦν οὐδὲ δρόμους ἐπαινῶ, τῷ καταλεπτύνειν τὴν ἕξιν, καὶ τῷ μηδεμίαν ἄσκησιν ἀνδρείας ἔχειν. οὐ γὰρ δὴ τῶν ὠκέως φευγόντων τὸ νικᾶν, ἀλλὰ καὶ τῶν συστάδην κρατεῖν δυναμένων· οὐδὲ διὰ τοῦτο Λακεδαιμόνιοι πλεῖστον ἐδύναντο τῷ τάχιστα θεῖν, ἀλλὰ τῷ μένοντας ἀναιρεῖν.

Romanis vero Imperatoribus partim voluptatis populorum, (ut de religione taceam, cujus illi quidem auctores hujus Reſcripti, quoniam Gentiles erant, rationem habere potuerunt: Juſtinianus, qui ſuo id *Codici* juſſit inſeri, utpote Chriſtianus, non item) partim etiam utilitatis publicæ gratia: quo ſcilicet per exercitationes pleraſque hujuſmodi, habiliores & expeditiores ad rem militarem (ut ante dixi) juvenes fierent; gymnicos agones atque athletas jam olim in antiqua Græcia & ante ipſius Platonis tempora receptos in orbis Romani republ. retinere placuit: Athletarum nomen generaliter & latiſſima ſignificatione in hoc loco accipiendum aliquando credidi, ut ad quoſlibet ſacrorum, hoc eſt, non gymnicorum modo, quæ in palæſtris, xyſtis, & ſtadiis exhiberi ſolita, de quibus apud Xenophontem, in *de dictis & factis Socrat.* Ὥσπερ οἱ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἀθληταὶ ῥᾳδίως πρωτεύσαντες, &c. ſed muſicorum quoque, ſive ſcenicorum ludorum agoniſtas, τοὺς τὴν θεατρικὴν μουσικὴν (ut Ariſtoteles *lib.* VIII. Πολιτικῶν loquitur) μεταχειριζομένους, omneſque aſcetas ab Atticis nominatos, producerentur: exceptis tamen actoribus, ſive hiſtrionibus, pantomimis, & reliquis id genus artificibus ſcenicis: quos cum a Latinis 3 ita, ut a Græcis 4 τεχνίτας, τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον, ſive Διονυσιακοὺς vocatos eſſe memoret, ipſos tamen coronatos ſaltaſſe; unde coronam, quaſi choronam ἀπὸ τοῦ χορεύεσθαι dictam, & iſtud coronæ præmium uti mererentur, enixe contendiſſe Athenæus lib. XV. *Deipnoſoph.* ex Appionis libro *de lingua Latina* retulit. Et movebar eo quod ſcilicet apud Romanos, jam inde a Nerone principes quoque ſcenam inſcendiſſe, citharam tentandi cauſa, proceres Romanos ſpecie orationum & carminum ſcena pollutos, de Tacito lib. XIV. *Annal.* & initio *lib.* XVI. didiceram. Nunc in ea opinione ſum, ut de ſolis gymnicorum agoniſtis, quos γυιοδάμας Pindarus *Iſthmiis* ad fin. od. V. nominavit; atque ita proprie ac ſtricte athletarum vocabulum exponi debere pronuntiem. Nam etſi conjunguntur plerifque vetuſtorum & claſſicorum auctorum 5 locis οἱ τεχνῖται μετὰ τῶν ἀθλητῶν: ut ſimilem peneque gemellam, ſi non eandem,

---

1 In *Diogene* ſive *Iſthmico*, fol. 95. pag. 2. Aldini lib. οὐκ οἶσθα ἔφη ὅτι τὸ τάχος δειλίας σημεῖόν ἐστι, τοῖς γὰρ αὐτοῖς ζώοις συμβέβηκε ταχίστοις τε εἶναι καὶ ἀνανδροτάτοις.

2 Ubi de Lacedæmoniis quod ait, hoc ad Androclidam poſſis referre: quem, cum eſſet una mutilus tibia, nomenque militiæ dare volens, ob id corporis vitium repelleretur, dixiſſe ferunt, non tamen fugientibus ſed conſiſtentibus adverſus hoſtes depugnandum eſſe, ἀλλ' οὐ φεύγοντα, εἶπε, (ut apud Plutarch. eſt in *Apophtheg. Lacon.* fol. 384. lib. a Stephan. excuſi) μένοντα δὲ δεῖ τοῖς ἀντιτεταγμένοις μάχεσθαι. Cui ſimile quod ab eodem Plutarch. in *eo ipſo lib.* fol. 395. Callicratidæ tribuitur depugnaturum ad Arginuſas Hermoni gubernatori admonenti, multo plures Athenienſium triremes reſpondiſſe: καὶ τί τοῦτο, ἀλλὰ φεύγειν αἰσχρὸν καὶ βλαβερὸν τῇ Σπάρτῃ. μένοντα δὲ ἢ ἀποθανεῖν ἢ νικᾶν ἄρειον. Itemque Ageſilao, a quo claudum Laconem, in militiam eundi cauſa quærentem equum, tale reſponſum abſtuliſſe, idem *eodem lib.* narrat, fol. 372. οὐκ αἰσθάνῃ ἔφη, ὅτι οὐ φευγόντων ἀλλὰ μενόντων ὁ πόλεμος χρείαν ἔχει.

3 Cicero in ea *pro Archia Poeta* ſub initium, *Rheginos, credo, aut Locrenſes,* &c. *quod Scenicis artificibus largiri ſolebant: id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſe.* Seneca *epiſt.* XI. Livius *lib.* XXXIX. ubi, *Multi artifices ex Græcia venerunt honoris ejus cauſa: athletarum quoque certamen, tum primo Romanis ſpectaculo fuit,* &c. quin & quos Græci θυμελικοὺς καὶ ὀρχηστὰς dicunt, hos artificum reliquorum nomine a Vitruvio *lib.* V. deſignatos ſciendum eſt. Et a Livio initio *lib.* VII. ubi de ludorum Scenicorum origine.

4 Ariſtoteli, quem Agellius citat. cap. IV. lib. XX. *Noct. Attic.* Illum videto *probl.* ſect. XXX. quæſt. 10. Philoſt. *lib.* V. *de Apollon.* Pollucem *cap.* XXX. *lib.* III. com. 187. & Athenæum lib. V. *Deipnoſoph.* fol. 59. lin. 41.

5 In his Diodori Siculi *Bibl.* lib. XX. fol. 788. Ἀντίγονος δὲ προχειρισάμενος ἀγῶνα μέγαν καὶ πανήγυριν ἐν Ἀντιγονίᾳ συντελεῖν πανταχόθεν ἀθλητάς τε καὶ τεχνίτας τοὺς ἐπιφανεστάτους ἐπὶ μεγάλοις ἄθλοις καὶ μισθοῖς ἤθροιζε. ὡς δ' ἤκουσε τὴν Λυσιμάχου διάβασιν καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν ἀπόβασιν, τὸν μὲν ἀγῶνα διέλυσε, τοῖς δ' ἀθληταῖς καὶ τοῖς τεχνίταις ἀπέδωκε μισθοὺς οὐκ ἐλάττους διακοσίων ταλάντων.

utrumque nomen significationem inibi habere videatur: quin imo musicorum quoque præmia ἔπαθλα καὶ ἆθλα βιαζόμενος δ' ἂν καὶ ἐπ' ἐκείνων εἴποι τις Διονυσιακῆς ἀγωνίας ἀθληταί, ἀθληταὶ δὲ μουσικοὶ καὶ Διονυσιακοὶ τεχνῖται, ut Pollux *d. cap.* XXX. *lib.* III. tradit. Unde apud Platonem in VI. *de Legibus*, fol. 764. exemplaris a Steph. excusi, Athletarum nomen tam ad musicos quam ad gymnicos ludos relatum videre est, ubi: ἀγωνίας δὲ ἐντε τοῖς γυμνικοῖς καὶ περὶ τὴν μουσικὴν ἀθλοθέτας ἀθληταῖς. Proprie tamen ad gymnicos Athletarum vocabulum spectare, idem Pollux admonet, sic fere: Ἰδίως δ' ὑπὸ τῶν γυμνικῶν ἆθλοι οἱ πόνοι, & cæt. ὥσπερ ἐπὶ τῶν μουσικῶν ἴδιον ὅ φησι Δημοσθένης τὸ λειτουργεῖν τῷ θεῷ, καὶ οἱ γυμνικοὶ μὲν κυρίως ἀθληταὶ καλοῦνται, καὶ ἀσκηταί, καὶ ἀγωνισταί. Ubi appellatione τῶν μουσικῶν rhapsodos, & choreutas, sive saltatores, & hypocritas, sive actores designatos intelligas e Platonis *de Repub.* secundo: & ex isto itidem ejus auctoris *de Legibus* octavi fol. 834. & 835. loco: in quo certamina inter ipsos fuisse festis Deorum diebus, præmiaque victori præstituta significat, sic fere: Τὰ δὲ ῥαψῳδῶν καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων, καὶ ὅσαι ἐν ἑορταῖς ἅμιλλαι χορῶν ἀναγκαῖαι γίγνεσθαι, ταχθέντων τοῖς θεοῖς τε καὶ τοῖς μετὰ θεῶν μηνῶν καὶ ἡμερῶν καὶ ἐνιαυτῶν, &c. Et statim: Τότε καὶ τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας χρὴ προσδοκᾶν κατὰ μέρος ἀγωνιεῖσθαι, ταχθέντας ὑπὸ τοῦ ἀθλοθετῶν, καὶ τοῦ παιδαγωγοῦ τῶν νέων καὶ τῶν νομοφυλάκων εἰς κοινὸν περὶ αὐτῶν τούτων συνελθόντων.

CAP. III.

Istius Rescripti sententiam stricte accipi debere. Thucydidis locus de honore athletarum apud Græcos perperam a Polluce adscriptus Xenophonti. Agones diis sacri. Ludorum religio, de qua Beati Cypriani locus insignis illustratur atque asseritur. Adhibito Clementis testimonio, quod ipsum exponitur, circa Ludempistæ, Olympici & Agonis vocabula. Musicus sive Poeticus agon ubi exhibitus; quæque in eo concessa olim præmia. Plutarchi locus in Notis castigatus. Præmia scenicis dramatum actoribus concessa. In his coronæ scenicæ. Item civitas. Poetis apud Romanos coronæ, & statuæ ludis Capitolinis, sicut etiam athletis. Vetustæ in eam rem Inscriptiones proditæ: quæ docent ludos illos fuisse triplices, sicuti Neronianos. Choragorum sumptibus suis spectacula edentium. Coronæ ob victoriam divitiarum gratia tripodumque dicatio. Per agitatores equorum Circensium domini licet absentes pro victoribus coronati. Subscriptiones ab his in grammateio, aut horum nomine ab illis aliisve factæ.

Cum itaque obsit utilitatibus Reipubl. singularum civitatum athletis concessa isto Rescripto immunitas [1], ac proinde odiosa sit, arctari debet interpretatione quantum potest juxta vulgare nostrorum axioma, ut in iis modo, quos athletas esse negari nequit, illa obtineat. Ac in his quidem ob eam scilicet rationem, quod cum Gentiles, vesane superstitiosi per ipsos, hoc est, eorum ministerio atque opera, Diis atque idolis suis honorem haberi, sibique felicia & fausta omnia impetrari ab illis existimarent [2], ipsis quoque vicissim permagnos cum præmiis honores tribui a popularibus, immo a Senatoribus etiam soliti, Plinium videto *lib.* XVI. *cap.* IV. & Eusebium in III. *de Præparat. Evangel.* Quo Thucydidis illud de Scionæis & Brasida verbum [3] pertinet, καὶ τὸν Βρασίδαν τά τ' ἄλλα καλῶς ἐδέξαντο, καὶ δημοσίᾳ μὲν χρυσῷ στεφάνῳ ἀνέδησαν, ὡς ἐλευθεροῦντα τὴν Ἑλλάδα· ἰδίᾳ τ' ἐταινίουν τε καὶ προσήρχοντο, ὥσπερ ἀθλητῇ. Huc accedat quod Romani, quamvis illos Deos colerent quos videbant sibi voluisse scenicas turpitudines consecrari; suæ tamen dignitatis memores ac pudoris, actores talium fabularum nequaquam honoraverunt more Græcorum; sed sicut apud Ciceronem Scipio loquitur: *Cum artem ludicram, scenamque totam probro ducerent; genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere; sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerunt*; sicut a B. Augustino in libris *de Civitate* lib. II. cap. XIII. traditur, vide & *cap.* XXVII. & XXIX. itemque Tertulli. hac ipsa de re in lib. *de Spectac.* e quo scripsi ad extremum cap. XX. lib. I. *Semest.* sed & ex aliis *lib.* II. *cap.* XII. quibus adde his Cassiodor. form. X. lib. VII. *Variar.* Et quod est in *l.* 44. *Julia. D. de ritu nuptiar.* Cum igitur homines scenici legibus Romanis ab omni honore pellerentur: immo ipsæ quoque tribus a Censoribus moverentur ad infamia ista & vilia capita, licet stipe aut coronis scenicis donata, beneficium hujus constitutionis, qua immunitas tribuitur, extendi atque prolatari absurdum fuit: quando ne ipsos quidem poetas ulla immunitatis prærogativa juvari Philippus Imperator scripserit, *l.* 3. *Cod de professor. & med. lib.* X.

De agonum tota ratione Diis dicata & sacra, unde ipsi sacri nuncupati (ut mittam ea quæ primo tertii *Semestrium* libri capite, cum de lucis ac ludorum religione sermo incidisset attuli) memoriæ succurrit, quod inter cætera martyr Cyprianus [4]: *Quan-*

---

1 Cui adjungebatur etiam salarium sive stipendium publicum, sicuti suo loco exponemus *lib.* II. quod ex viribus reipubl. tribui ab Imperat. vetitum nisi ei qui jussu ipsorum id esset consequutus, *l.* I. *C. de præbendo sal. lib.* X.

2. Attigit leviter doctissimus Mercurialis cap. V. lib. I. *de Arte Gym.* e Plutarch. in V. *Symp.* probl. III. & Plato in III. *de Republ.* De Liberalibus sive Dionysiacis videto Tertullianum *de Spectac.* cap I. V. & VI Diodor. Sic. *lib.* III. *Biblioth.* Pausan *Corinth.* Auson. *de fer. Rom.* De Lernæis Baccho itidem sacris, quibus poetæ jocularibus dictis inter se contenderent ab Interprete Aristoph. agitur in *Equitib.* fol. 220. in verbo Ληναίων. De Liberi æde ad Ægiense theatrum Pausan. *Achaicis*, qui & in *Bœoticis* narrat Lysii Dionysii sacellum fuisse proxime theatrum. De Circo Soli & Castoribus dicato vide Tacit. extremo *Annal.* XV. Tertull. in *de Spectac.* cap. IV. & Zosimum in II. *Histor.*

3 *Lib.* IV. non longe ab extremo in pag. 160. quem tamen locum citans Jul. Pollux lib. III. *Onomast.* cap. XXX. §. περὶ νικητοῦ, Xenophonti tribuit, lapsu memoriæ, qui multa legentibus non infrequens.

4. In lib. *de Spectaculis*: vide sis B. Augustinum de Scenicorum ludorum institutione apud Romanos lib. I. *de Civit.* cap. XXXII. & *lib.* II. *cap.* VIII. Fab. Quinctil. cap. VIII. lib. III. *Institut. Orator.* de theatri ludorumque religione ac honore, cum ita scribit. Præcedat enim semper aliquid necesse est ut in ludis honor Deorum, in theatro non inutilis laborum remissio deformis & incommoda turbæ si id non sit conflictatio: & nihilominus eadem illa religio cum theatrum veluti quoddam illius sacri templum vocabimus, cum hoc autem Cypriani loco conjungetur ille alter commodissime, quem a Clemente Alexandrino inferius proferam hujus *libri cap.* XVI.

do id quod in honore alicujus idoli (ait) *ab Ethnicis agitur a fidelibus Chriſtianis ſpectaculo frequentatur, & idololatria gentilis aſſeritur, & in contumeliam Dei religio vera & divina calcatur.* Et poſtea: *Omnia*, inquam, *iſta ſpectaculorum genera damnavit* (Scriptura ſcilicet) *quando idololatriam ſuſtulit, ludorum omnium matrem. Unde hæc levitatis & vanitatis monſtra venerunt. Quod enim ſpectaculum ſine idolo? quis ludus ſine ſacrificio? quod certamen non conſecratum mortuo?* Et aliquanto poſt, quod hujus Reſcripti principalis de certamine ſacro antiquæ Græciæ verba explicat: *Græca illa certamina* (inquit) *vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus, præſides ſuos habent varia dæmonia, & quicquid eſt aliud quod ſpectantium aut oculos movet aut delinit aures, ſi cum origine ſua aut inſtitutione quæratur, cauſam præfert aut idolum aut dæmonium aut mortuum.* Hactenus ille: cujus ex verbis omnino petenda talium ludorum prohibitionis ratio *Apoſtolicis* apud B. Clementem *Conſtitutionibus* ita expreſſæ, ut eam habuiſſe Cyprianus in memoria videatur cum ſuperiora exſcriberet: ſic eſt apud Clementem, lib. VIII. *Conſtit. Apoſt.* cap. XXXII. fol. 150. p. 1. 2. Τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσείη ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ἢ ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σαδιοδρόμος, ἢ λυδεμπιστὴς, ἢ ὀλυμπικὸς, ἢ χοραυλὴς, ἢ κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. Et poſtea. Ἑλληνικοῖς τίς ἔθεσιν ἐξακολουθῶν, ἢ Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, ἢ μεταθέσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω· θεατρομανίᾳ εἴτις πρόσκειται, ἢ κυνηγίοις, ἢ ἱπποδρομίοις, ἢ ἀγῶσι, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. Ubi λυδεμπιστοῦ nomen e Latino & Græco idiomate compoſitum non per *munerarium ludorumve apparatorem*, ut Turriano viſum; neque per *ludium*, ſicuti Bovius reddidit: ſed per *agonum curatorem* ſive *procuratorem* ac *moderatorem*, de quo inferius XVIII. *capite* loquemur, exponi debuiſſe; Olympici vero cæteros omnes athletas ſive agoniſtas alios, excepto ſtadii curſore, de quo ante injecta mentio, comprehenſos arbitror; quibus apud Olympiam decertandi mos fuit: quemadmodum agonum vocabulo ſolos gymnicos ab equeſtribus ſive curulibus & ſcenicis, hoc eſt, poeticis ſive muſicis, de quibus actum fuerat, diſtinctos deſignaſſe Beatum Clementem cenſeo. Cum itaque in muſicis ſive ſcenicis [1] ludis; quæ voce & modis & organis & literis transfiguntur, ea & Apollines, & Muſas, & Minervas, & Mercurios mancipes habere a Tertulliano in *de Spectaculis* cap. VII. ſit traditum, hoc ejus diſcipulus B. Cyprianus iſtis illius loci verbis ſignificare voluit, Vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, quæ ad Muſicum ſive ſcenicum certamen pertinere manifeſtum eſt, quale Capitolinum [2] a Nerone inſtitutum Romæ atque a Domitiano excitatum; ſicut in *eorum Vita* Suetonius refert: id autem in odeo vel ſcena theatri præſertim Pythici atque Iſthmici (ut ipſe mihi Plutarchus [3] auctor) aut in gymnaſiorum exhedris apud Græcos olim commiſſum: in quo præclarorum poematum recitatoribus varia (præter hircum Tragicis poetis [4], agnumque Homericorum, aliorumque Epicorum carminum pronuntiatoribus [5] arnœdis, olim donari ſolitum) propoſita ibi, & in ſtadio quoque ante gymnicorum ludorum commiſſiones, Muſarum utique honori præmia, cum coronis quæ τῶν κριτῶν (unde Critici dicti) judicum, inquam, cenſura & judicio præſtarentur: non illo quidem prorſus, aut ſemper incorrupto æquo & vero; Menandrum ſiquidem a Philemone nequaquam pari ſcriptore in certaminibus comœdiarum ambitu gratiaque & factionibus ſæpe numero victum narrat Agellius lib. XVII. *Noct. Att.* cap. XIV. ita ut e centum & quinque omnibus comœdiis, vel (ut alii volunt) CXVIII. vel CIX. quas reliquit, ſolis eum octo viciſſe ab Apollodoro in *Chronicis* proditum fuerit.

Quid quod ipſis etiam actoribus dramatum mutua in luſtralibus illis & ſacris agonibus honoris ergo certamina inter ipſos & victori præmia? De Pythicis quidem agens Philoſtratus in *Hippodromo* [6] *Sophiſta*: Ὅτι μεγάλου ἐν Θετταλίᾳ δοκοῦντος τοῦ ἅπαξ προσῆναι τῶν Πυθίων, ὁ Ἱππόδρομος προέστη δὶς τῶν Πυθίων ἄθλων. Et adjicit: Τὸ γοῦν περὶ τὰ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ προαχθὲν, οὐδὲ ὑπερβολὴν ἑτέρῳ καταλέλοιπε δικαιότητός τε καὶ γνώμης: Κλήμης δὲ ὁ Βυζάντιος τραγῳδίας ὑποκριτὴς ἦν οἷος οὔπω τις τὴν τέχνην, &c. ἀρίστα δὲ αὐτὸν ἀγωνισάμενον, κἀν τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς ἄθλοις· οἱ μὲν Ἀμφικτύονες ἀπεψηφίζοντο τῆς νίκης δέει τῆς προειρημένης αἰτίας, & cætera quæ ſequuntur. Meminit & Syneſius in Ægyptiorum coronarum tragœdis actoribus datarum, quo loco: Ἐπεὶ καὶ ὁ τραγῳδὸς γελοῖος ἂν γένοιτο, τὸ μὲν (προσωπεῖον) φεύγων, τὸ δὲ αἱρούμενος. καὶ γὰρ ἐν τῷ τῆς γραὸς εὐδοκιμῶν στεφανοῦταί τε καὶ κηρύττεται, καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἀσχημονῶν κλώζεται καὶ συρίττεται: quas a Suetonio Scenicas nuncupatas in *Nerone* cap. LIII. ex ære Cyprio ſpeciem auri præbente Romæ quidem fuiſſe Plinius me docuit *Natur. Hiſt.* lib. XXXIV. ad extremum VIII. capitis. Reſtituto,

---

1 Muſicum ſtudium & artem Muſicam retulit Terentius ad poeſim dramatum ſive fabularum in theatris agendarum, ſicuti docebo *lib.* II. *cap.* XIV. ſub initium in *Notis*.

2 De quo vide ſis quæ ſcribimus infra *cap.* XXVI.

3 In *Sympoſiac. Problem.* lib. II. quæſt. IV. in princip. ubi: Σωσικλέα τὸν Κορωνῆθεν Πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια. Et *lib.* V. *q.* II. Τὴν δὲ ποιητικὴν ἀποφαίνομεν οὐκ ὄψιμον οὐδὲ νεαρὰν ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας πρόπαλαι στεφάνων ἐπινικίων τυγχάνουσαν, &c. Et poſtea, Ὡς ἐν τῷ Σικυονίῳ θησαυρῷ χρυσοῦν ἀνέκειτο βιβλίον Ἀρισομάχης ἀναθήματα τῆς ἐρυ.... (ubi forſitan reponendum ἐρυθρείας) ποιητρίας Ἴσθμια νενικηκυίας. Et ſtatim, Τὰ μέν γε Πύθια τῶν μουσικῶν ἔσχε τρεῖς ἢ τέτταρας ἐπεισοδίους ἀγῶνας. ὁ δὲ γυμνικὸς ἀπ᾽ ἀρχῆς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οὕτως κατέστη.

4 Horatius in *Arte*:

Carmine qui Tragico vilem certabat ob hircum.

De tragœdorum victoria poſt certamen Muſicum elegans & jucunda illa hiſtoria quæ apud Plutarchum lib. IX. *Sympo. Problemat.* quæſt. II. in hæc verba proponitur; Περὶ Θεοδώρου τοῦ τραγῳδοῦ γυναικὸς, οὐ προσδεξαμένης αὐτὸν ἐν τῷ συγκαθεύδειν ὑπογυίου τοῦ ἀγῶνος ὄντος· ἐπειδὴ δὲ νικήσας εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν ἀσπασαμένης καὶ εἰπούσης, Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν᾽ ἔξεστί σοι.

5 Euſtathius initio *Commentarii in Iliad. Homer.* ibi περὶ ῥαψῳδῶν ait eos & ῥαβδῳδοὺς dictos, ἀλλὰ καὶ ἀρνῳδοὺς, ἐπειδὴ οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν ᾠδῇ Ὁμηρικῇ καὶ νικῶντες ἄρνα ἐλάμβανον ἔπαθλον.

6 Lib. II. *de Vita Sophiſtar.* Scenicos actores fabularum non parvo civitatis honore dignos exiſtimatos Æſchinis & Ariſtodemi Athenienſium exemplis adhibitis comprobat D. Auguſtin. lib. II. *de Civitate*, cap. X. ſed hoc apud Græcos.

quod intermissum fuerat, certamine comœdiarum Lycurgus orator hanc insuper legem ad populum Atheniensem tulit, victor civitate donaretur; sicuti Plutarchus in *ejus Vita* fol. 1547. in *Vitis decem Rhetorum*, narrat, quo loco sic scriptum: Εἰσήνεγκε δὲ νόμους τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. Ludis quoque Capitolinis Romæ coronas poetis datas e judicum sententia & statuas in ipsorum muncipiis a plebe collato ære positas antiqua Inscriptio illa documento est: quam in oppido Histonio repertam ab Onuphrio Panvinio, Smetius *Antiq. Inscriptio. appendicis ordine* II. fol. 152. num. 22. prodidit. L. Valerio L. F. Pudenti. Hic cum esset annorum XIII. Romæ certamine Jovis Capitolini lustro sexto claritate ingenii, coronatus est inter poetas Latinos omnibus sententiis judicum. Huic plebs universa Histoniensium statuam ære collato decrevit. Nec mirum quando iisdem ludis athletas quoque pancratiastas decertasse, atque coronas consequutos, vel ex ea Inscriptione antiqua, quam e marmore quopiam Romæ apud Cardinalem Farnesium extante Justus Lipsius expressit, atque in suum *Inscription.* Smetii *veterum auctarium* excusum a Raphelengio Antuerpiæ ann. 1588. pag. 57. contulit, manifestissime colligitur: Καπιτώλια ἐν Ῥώμῃ δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρώτων κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς, & cæt. quæ sequuntur, & quæ suis singula locis postea præbiturus sum: & in alia itidem Inscriptione, in *eodem auctario* pag. 58. quæ in basi ejusdem marmoris habetur, & a me solida, (ut ita loquar) & integra *libro tertio*, cum de hebeteriis loquar, exhibebitur, decretum Imperat. Antonini præferens, quo xysticis hieronicis locus conceditur balneis principalibus adjunctis, in quo grammateium habeant Romæ; ubi Capitolinis ludis convenire, suaque acta & commentaria possint reponere, ὅπου καὶ μάλιστα τοῖς Καπιτωλείοις συνέρχεσθαι. Hinc igitur intelligimus, non modo Equestres fuisse sive Circenses ludos Capitolinos Romæ, quod hactenus crediderant plerique, sed etiam triplex in ipsis certamen exhibitum, Equestre, Gymnicum, ac Musicum, sicuti Neronianis illis multo post institutis, de quibus agetur tum isto inferius *cap.* XXVI. *libro*, tum etiam *tertio cap.* XV. & XVI. si Dominus dederit. Nec tantum poetæ 1 vel dramatum actores, sed & qui suis sumptibus ipsorum spectaculum populo exhiberent (qui ex eo choragi dicebantur) coronis aliisque præmiis honorabantur. Unde Plutarchus 2 Aristidem ait in Liberi Patris templo victoriæ monimenta tripodas choragicos reliquisse sub hac inscriptione, *Tribus Antiochis vicit, Aristides choragus fuit, Archestratus docuit.* Idem Plutarchus alio loco 3, Andocidem scribit choro cyclico sive annuo, certanti dithyrambico Tribui suæ sumptus ministrasse, victoriamque adeptum dicasse tripodem, excelsoque in loco, statuisse Porino Selino oppositum. Καὶ αὐτὸς δὲ (inquit) ἐχορήγησε κυκλίῳ χορῷ τῇ αὑτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἀντικρὺς τοῦ Πωρίνου Σελίνου. Atque huc etiam pertinet quod e Platonis VIII. *de Legibus* libro, ad Pollucis verborum explicationem ante attuli: & quod Plutarchus in *Lycurgi Rhetoris Vita*, eum legem tulisse ait Athenis ad populum; *Ut Neptuni certamen non minus tribus anniversariis choris, pompisque in Piræeo fieret, victoresque non paucioribus, quam decem minis donarentur: qui secundo præmio, non minus octo; qui tertio, non minus sex minis.* Ὥστε τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. δίδοσθαι μὲν τοῖς νικῶσιν, οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτὼ· ἓξ δὲ, τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν.

Ob divitias igitur, amplosque lauti patrimonii reditus qui sumptibus liberalioribus in choros, ludosque factis, maxime ostentarentur; apud Olympicam quoque celebritatem (quæ in summa commendatione, atque admiratione apud omnes antiquitus fuit) data non minus quam propter corporis robur & præclarum in literis aliquod specimen præmia; Isocrates περὶ τοῦ ζεύγους col. 520. edit. Opor. ann. 1570. imprimis ostendit: quo loco de Alcibiade: Περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ait, ὁρῶν τὴν ὀλυμπιάσι πανήγυριν ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἀγαπωμένην, καὶ θαυμαζομένην, καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου καὶ ῥώμης καὶ παιδεύσεως, καὶ τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων, &c. Ergo Philippo ipsi Macedoni ob agones Musicos celebritati nuptiarum Cleopatræ filiæ; cum Alexandro Epirotarum rege sumptibus maximis apud Ægas Macedoniæ oppidum editos tanquam chorago (ut videtur) cuipiam concessæ, non modo a singulis quibusque illustribus civibus, verum & a præcipuis Græciæ civitatibus aureæ coronæ, ab ipsis etiam Atheniensibus illa quæ palam renuntiata per præconem, sicuti Diodorus Siculus lib. XVI. *Biblioth.* fol. 557. refert: Τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συῤῥεόντων καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας, οὐ μόνον κατ' ἄνδρα τῶν ἐπιφανῶν ἐστεφάνωσαν αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξιολόγων πόλεων αἱ πλείους, ἐν αἷς ἦν καὶ ἡ τῶν Ἀθηναίων. ἀναγορευομένου δὲ τοῦ στεφάνου τούτου διὰ τοῦ κήρυκος, τὸ τελευταῖον εἶπεν, ἄν τις ἐπιβουλεύσας Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καταφύγῃ πρὸς Ἀθηναίους, παραδόσιμον εἶναι τοῦτον, & reliqua. Præterea illis etiam absentibus, quorum equi celites, bigæ, quadrigæ, curriculo vicissent, & ibi & in aliis itidem antiquæ Græciæ agonibus concessa fœminis quoque ipsis præmia sciendum est: qua de re inferius suo differetur loco. Nec aliter accipiendum arbitror quod de Alcmæone col. 517. in *Orat.* περὶ ζεύγους, scripserat Isocrates primum ex Atheniensibus civibus Olympiæ bigis equestribus vicisse, ἵππων γὰρ ζεύγει πρῶτος (inquit) Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν ὀλυμπιάσιν ἐνίκησεν: non enim ipse ἱππόκομος, hoc est, *equorum agitator*; sed equorum curribus junctorum,

---

1 In concertatione quadam inter Homerum & Hesiodum: iste, cum ad quæstiones ventum esset ob præclarum ex tempore responsum magni factus & tripode donatus, Plutarch. teste in *Sympos.* fol. 267. exemplaris a Stephano editi. Euripidem qui natus annos duodeviginti tragœdiam scribere adortus est, & in insula Salaminis spelunca tetra & horrida tragœdias scriptarit, ut e Philochoro refert Agellius *cap.* XX. *lib.* XV. quinque & septuaginta tragœdias cum scripsisset in quinque solis vicisse, cum eum sæpe vincerent aliqui poetæ ignarissimi, e Varrone idem tradit *cap.* IV. *lib.* XVII.

2 In *Aristide* sub init. fol. lib. a Stephano excusi 584. Idem in *Themist.* sub initium in fol. 288. adfert aliquid non absimile de Themistocle, quod a nobis inferius hoc *ipso libro* exhibebitur: Et similiter de choragis athletarum ex Athenæi V. *Deipnosophist.* differetur ad extrem. *cap.* XXVI. infr.

3 In *Vitis decem Rhetorum* in *Andocide*, ad fin. in fol. ejusd. lib. 1535. Videto alium ejusdem locum *Themist.* fol. 207. & 280. quem inferius adfero *cap.* XXVI. Inter δαπανηρὰς μὲν μὴ χρησίμους δὲ λειτουργίας retulit Arist. lib. V. *Polit.* τὰς χορηγίας καὶ λαμπαδαρχίας καὶ ὅσας ἄλλας τοιαύτας.

& qui eos augere sciret aurigatorum exhibitor fuit; non magis quam Hieron Siciliæ tyrannus, aut Alcibiades Atheniensis: de quorum Olympiacis e curuli certamine victoriis, inferius hoc ipso *libro*, & nonnihil ad extremum *libri* tertii (faciente Domino) disceptabitur, ubi erit commodum. Subscriptiones autem quaspiam ab eo qui curuli certamine superasset, aut vellet contendere, si ipse dominus equorum, ac præbitor adforet; vel ejus absentis nomine ab auriga & agitatore & amico potius & procuratore aliquo apud grammateium (de quo agetur *libro* tertio *cap.* XXVII. commodius, vide sis & *lib.* II. extremum *cap.* XV. & XVII. ubi τῦ ἀρχείυ mentio, sicuti τῶ συγγραμάτων in *cap.* XX. ejusdem *libri*) fieri debuisse de suis non alienis equis exhibitis, ex ista, quæ de Alcibiade a Diodoro Siculo lib. III. *Biblioth.* fol. 370. enarratur, historia intelligimus: quo loco: Διομήδυς γὰρ τινὸς τῶ φίλων συμπέμφαντος αὐτὸν τέθριππον εἰς ὀλυμπίαν ὁ Ἀλκιβιάδης κατὰ τὴν ἀπογραφὴν τὴν εἰωθυῖαν γίνεσθαι, τὺς ἵππυς ἰδίυς ὑπεγράψατο, καὶ νικήσαντας τὸ τέθριππον τήντε ἐκ τῆς νίκης δόξαν αὐτὸς ἀπηνέγκατο, καὶ τὺς ἵππυς ὐκ ἀπέδωκε τῷ πιστεύσαντι. Quæ dico de posterioribus temporibus Olympici agonis ab Iphito instaurati intelligenda sunt: ante quem jam inde ab ipso ejus agonis ab Hercule instituti principio, & equis alienis currum agitabant & præmia consequebantur: id quod adhibito Homeri quoque testimonio Pausan. *Eliac.* I. fol. 120. Aldini exemplaris asserit; quo loco: Ἦν δὲ ἄρα ἐκ παλαιῦ καθεστηκὸς ἀγωνίζεσθαι καὶ ἀλλοτρίαις ἵπποις. Ὅμηρος γῦν ἐν ἄθλοις τεθεῖσιν ἐπὶ Πατρόκλῳ πεποίηκεν ὡς Μενέλαος αἴθη τῇ Ἀγαμέμνονος, τῷ δὲ ἑτέρῳ χρήσαιτο τῶ ἵππων οἰκείῳ. ἡνιοχεῖ δὲ καὶ ἄλλως ὁ Ἰόλαος Ἡρακλεῖ τὺς ἵππυς.

CAP. IV.

De Cypriani verborum ad agones pertinentium veritate disputatur. De Tibiarum cantu plurima. Quis eo primum præstiterit in certamine præmiumque adeptus sit. Aulœdos sive Tibicines, non Auletas olim coronatos. Pindari locus. Thymelici. Nemeis itidem ut Pythiis, tibiæ cantui constitutum præmium. Olympia Musicum agonem & Poeticum ante Neronem non admiserat, sed Elis tamen apud Lalichmium. Tibiam & illa, cum saltatores de victoria contenderent. Εὐθύεια quæ præmia & hymni. Thymele. Tibiæ cantus & in scenicis ludis usurpatus. Choragos publice ipsos interdum inflasse tibias. Quando Athenienses a tibiarum cantu abstinere cœperint, & quamobrem. Apud Cyprianum verba quædam loco forsitan mutanda.

SED apud Cyprianum (ne quid intactum relinquamus, quod offendiculo aut scrupulo esse cuipiam queat) illa, Vel in fidibus, vel in vocibus, cum supervacanea sint, satisque ipso cantuum nomine comprehensa intelligantur: parum abest, quin ex Glossæ interpretatione, sive scholio hujus vocabuli, modulationem omnem agonisticam ab Cælio Aureliano [1] Medico vetusto memoratam designatis [2] perperam in contextum irrepsisse asseverem: ne alioqui tibiarum cantus ab ipso Quinctiliano *lib.* I. *Orat. Instit.* cap. II. aliisque auctoribus nuncupatus, excludatur: quo tamen qui præstarent, eos ab antiquo Pythiorum agonum præmia cum coronis consequutos, & Strabo lib. IX. *Geographiæ*, & Plutarchus in *Symposiacis Problem.* 3 & *de Musica*, fol. 2077. lib. a Steph. excusi, itemque Pausanias *Eliacon* secundo, fol. 150. lib. ab Aldo impressi, tradunt: inter quos, in *Phocicis* fol. 255. Sacadam Argivum & Arcadem Echembrotum primos hic nominat: quanquam non tibicines quidem aut cantores, sed hilarœdos & aulœdos coronis donari solitos, suis quidem temporibus Athenæus, lib. XIV. *Deipnos.* fol. 264. Aldini Græci & Latini Lugdunensis fol. 463. auctor est, sic admodum scribens: Δίδοται δὲ ὁ στέφανος (ait) τῷ ἱλαρῳδῷ καὶ τῷ αὐλῳδῷ, ὐ τῷ ψάλτῃ ὐδὲ τῷ αὐλητῇ. Eapropter Midæ Agrigentino itidem aulœdo, qui XXIV. & XXV. Pythiade victor coronam meruerit, Ode a Pindaro dicta extat, *Pythiorum* duodecima, ob superatos Pythiis ludis antagonistas Musicos, atque adeo totam (ut hyperbolice poeticeque Pindarus *stroph.* I. canit) Græciam:

Δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ
Αὐτόντε νιν, Ἑλλάδα νικά-
σαντα τέχνᾳ· τάν ποτε
Πάλλας ἐφεῦρε, &c.

Itaque tibicines atque aulœdos potissimum (adde sis etiam tubicines, quorum ministerium prædicationi athletarum Hieronicarum subserviisse testis *ad Lucilium* Seneca epistola LXXXIX. eo quem inferius proponemus loco) thymelicorum xysticis ab Ulpiano [4] nostro adjunctorum appellatione comprehensos arbitror. Olympicum quidem Marsyæ discipulum Argivis ludis (hoc est, Nemeis) vicisse tibiis: ut Orpheum Oeagri filium cithara, Linum Apollinis filium cantu, Eumolpum Neptuni filium cithara, Linum Apollinis filium cantu, Eumolpum Neptuni filium ad Olympi tibias voce, ab Hygino [5] traditur: & ludis quoque Olympicis quamvis neque theatrum neque scena inibi ulla olim cantui ad citharam, carminumve Tragicorum recitationi, antiquitus condita fuerit, vide quæ scribo *cap.* proximo: ut præter consuetudinem Nero primus omnium agona Musicum Olympiæ (ubi nuda omnia & naturale nulloque artificio adhibito exstructum antea stadium) commiserit, si-

---

1 lib. v. *Chron.* cap. ult. citato a Mercur. cap. VII. lib. III. *de Arte Gymnast.* Sed ita ut ad publicæ vociferationis certamen cui constitutum esset præmium referat, adhibitis Galeni ex lib. VII. *de med. composit.* Platon. in *Ione*, & Aristot. *Probl.* partic. XI. & XIX. locis.

2 Cicer lib. I. *Tusc. Quæst. Summam eruditionem Græci sitam censebant in nervorum vocumque cantibus*, &c. Et Epaminondas fidibus præclare cecinisse dicitur.

3 lib. v. quæst. II. in princ. ἐν Πυθίοις ἐγένοντο λόγοι περὶ τῶν ἐπιθέτων, ἀγωνισμάτων ὡς ἀναιρετέα. παραδεξάμεναι γὰρ ἐπὶ τρισὶ τοῖς καθεστῶσι ἐξ ἀρχῆς αὐλητῇ, πυθικῷ, καὶ κιθαριστῇ, καὶ κιθαρῳδῷ τὸν τραγῳδὸν, &c.

4 *L.* 4. *Athletas D. de iis qui notantur infam.* Thymelicorum meminit Salvianus lib. XVI. *de gubernat. Dei: Templum omne magis sectentur an theatrum, dicta magis Euangeliorum deligant, an thymelicorum:* videant alii quid sibi voluerit Alexander ab Alex. cap. X. lib. III. *Genial. Dier.* cum ait thymelicos & xysticos a Jureconsulto inter athletas adnumerari. Balsamon illos esse ait qui tractant instrumenta musica *ad can.* 130. *Carr. Synod.* De tibiarum inventoribus vide Athenæ. lib. XIV. *Deipnosophistarum* fol. 460. Lati. & ibi Dalechampium.

5 *Fabul.* 173. meminit crebro hujus Olympi Plutar. in *de Musica* fol. 2076. & 2077.

cuti ab historicis [1] traditur. Nihilominus tamen & ante Neronem in Olympicis ludis: non quidem Olympiæ, sed in Elide apud Lalichmium agones Musici olim celebrati; sicut ex Pausania *cap.* XXV. hujus *lib.* dicetur, ubi de sortitionibus agonisticis differemus, quod alii non advertunt: & vero apud ipsam Olympiam tibiæ locum fuisse cum saltu athletæ contenderent, mihi Pausanias auctor *Eliacis* [2], ut appellatione τῶν λεγόντων ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύρια, thymelicos ab interpretibus Græcis cum Cujacio [3] præstantissimo Jureconsulto, doctore quondam meo, comprehensos arbitrer: eos nempe qui ad tibiam canerent aulœdi, ac pronuntiarent τὰ ἐνθύρια præludia, ac prooemia scilicet quædam, quibus hymnos quosdam in honorem Deorum compositos exprimentibus (unde hymni prooemiorum vocabulo a Veteribus designati [4]) tanquam portis certamen sacrum aperirent hæc enim ἐνθυρίου vis est, nisi fallor) & ad ipsum ineundum,

Ære ciere viros Martemque accendere cantu,

(quod ait poeta) occiperent, hoc est, agonistarum ad dimicationem animos incitarent. Unde istud Isocratis e *Panathenaico* exponendum forsitan videri possit. Ἃ μὲν οὖν ἠβουλήθην ϗ περὶ ἐμαυτοῦ ϗ περὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος προαναβάλλεσθαι ταῦτά ἐστιν. Musica quidem ac Thymelica spectacula, Plutarchus in *Fabio Maximo* conjunxit θέας μουσικὰς ϗ θυμελικάς.

Tibiarum adeo ipsarum usus in theatro scenicisque ludis olim permagnus atque aulœdorum; qui ad thymelem, sive aram, sive tribunal; quod Isidorus Hispalensis *Origin.* lib. XVIII. cap. XLIV. & XLVII. pulpitum nominat; in orchestra theatri, in qua & chorus fuit (sicuti a Julio Polluce *Onomastici* lib. IV. [5] ubi de theatro differit accepimus) tibiis canerent: Non Romæ tantum ab eo scilicet tempore, quo Livius poeta (qui primus omnium ad fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulisse dicitur) sui operis actor, cum sæpius a populo revocatus vocem obtulisset, adhibito pueri & tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit (id quod a Valerio Maximo in II. & Livio in VII. sub. initium narratur; sicut etiam ex inscriptionibus comœdiarum Terentii apparet olim in his modos factos, & tibiis paribus vel imparibus cantatum traditur) sed etiam in Græcia ipsisque adeo Athenis, ubi actam tragœdiam Socrates apud Lucianum *Anacharsi*, vel *de Gymnasiis*, postquam ita exposuit, ἀρχαϊάν τινα συμφορὰν ἐπιδείκνυνται τοῖς θεαταῖς, ϗ ῥήσεις οἰκτρὰς ἐτραγώδει πρὸς τὸ θέατρον, ἐφ' ὧν ἐς δάκρυα κατεσπῶντο οἱ ἀκούοντες: subdit illico de tibicinibus, εἰκὸς δέ σε ϗ αὐλοῦντας ἑωρακέναι τινὰς, τότε ϗ ἄλλους συνᾴδοντας ἐν κύκλῳ συνεστῶτας. Atque huc pertinet quod tibiarum concentum a Pallade ipsius inventrice istis epithetis nobilitatum refert Pindarus illo quem dixi loco:

Ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον,
Εὔκλεα λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων, &c.

Et quod in Plautina *Sticho* actu V. scena IV. festive Sangarinus servus ita loquens inducitur:

Bibe tibicen: age, si quid agis; bibendum hercle hoc est, ne nega:
Quid hic fastidis? quod faciundum vides esse tibi, quia bibis?
Age, si quid agis, accipe inquam: non hoc impende publicum.
Haud tuum istuc est te vereri: eripe ex ore tibias.

Ergo Lacedæmone choragum ipsum tibias choro inflasse atque Athenis hoc studium adeo receptum insedisse, ut ingenuorum plerique ipsum arriperent ex ea tabula quam Thrasippus Ecphantide choragum agens proposuit apparere. Aristoteles in libris *de Republ.* lib. VIII. Πολιτικῶν, sic fere scripsit: Καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονί τις χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ, ϗ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἀπεχωρίασεν· ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. Et vero instrumentorum hujusmodi Musicorum, ipsiusque illorum tractationis intelligentiam artificum propriam in agonibus, id est, Gymnicis, Musicisque certaminibus usurpatam, τὴν τῶν τε ὀργάνων ϗ τῆς ἐργασίας παιδείαν τεχνικὴν τὴν πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ibidem paulo post tradidit. Ac Lucianus [6] quoque τοὺς αὐλητὰς κυκλίους propterea inter ἐναγώνια cum comœdia & citharœdia retulit; sic fere scribens, ἐπεὶ δὲ ϗ ἐν ἀρχῇ προετίμησας τῆς ὀρχήσεως τὴν τραγῳδίαν ϗ κιθαρῳδίαν ἐναγώνια ταῦτα ϗ διὰ τοῦτο σεμνὰ προσειπών, φέρε νῦν, &c. Tibiarum certe non minus quam fidium Cicero [7] vocumque sive cantu (ubi speciali significatione hoc nominis usurpatum) sic fere mentionem habet ex Platonis *de Republ.* libris: *In fidibus ac tibiis atque cantu ipso* (inquit) *ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis quem immutatum ac discrepantem aures eruditæ ferre non*

---

1 Vide Suetonium in *Nerone* cap. XXIII. & Philostrat. in IV. *de Apollo*. fol. 24. verso, ubi de Nerone: Ἐνίκα δὲ ϗ τραγῳδοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ. Et *lib.* IV. sub initio in fol. 25. verso, Neronem ait Olympia festa, ἀναβαλέσθαι ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν τοὺς Ἠλείους κελεῦσαι ὡς ἐκείνῳ μᾶλλον ἢ τῷ Διὶ θύσοντας τραγῳδίαν δ' ἀπαγγεῖλαι καὶ κιθαρῳδίαν οἷς μήτε θέατρον ἐστὶ μήτε σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα, στάδιον δὲ αὐτοφυὲς ϗ γυμνὰ πάντα. Vide & *lib.* VI. paulo post init. in fol. 36. ex quo scribemus infr. hoc ipso *libro*, ubi de sortitione in ludis Gymnicis ac Musicis.

2 Lib. I. fol. 120. & 129. Aldini libri, Wecheliani vero fol. 165. ubi, ἐν μέσῳ δὲ αὐτῶν ἀνὴρ ἑστηκὼς ἐπαυλεῖ καθ' ὅτι ϗ ἐφ' ἡμῶν ἐπὶ τῷ ἅλματι αὐλεῖν τῶν πεντάθλων νομίζουσιν.

3. In *comment. ad l.* 4. *de spectacul. lib.* XI. *Cod.*

4 Notat Scholiastes Græcus Thucydidis ad illa hujus verba ex *lib.* tertio fol. 117. ἐν προοιμίου Ἀπόλλωνος, quæ a nobis adferuntur infer. *lib.* III. hujus *Agonistici* tractatus cap. XXVI. sic admodum scribens. ἐξ ὕμνου. ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν: quod sic accipe tanquam si scripsisset, τοὺς γὰρ ὕμνους προοίμ. ἐκαλ. notius enim hymnorum quam prooemiorum (in ea quidem significatione) vocabulum. Pythiis profecto agonibus gymnicos cum Musici præcederent, sicuti *lib.* II. demonstrabitur, Pæanum cantus merito prooemium dici potuit.

5. Cap. XIX. De thymele agetur inferius iterum ac tertio in hoc ipso *lib.* ad emendandos Herodiani atque Appiani locos. de tibiarum usu isto, infra *lib.* II. cap. XXVIII. Thymelem & theatrum conjunxit Plutarchus in lib. περὶ φιλοπλουτίας fol. 937.

6 Περὶ ὀρχήσεως circa medium in fol. 785. Scribo hac ipsa de re nonnihil *lib.* II. *cap.* XXVIII.

7 Lib. II. *de Republ.* apud August. lib. II. *de Civit. Dei* cap. XXI. Sed & in lib. II. *de Legib.* Ludos publicos in cavea vult esse cantu, voce, ac fidibus & tibiis.

possunt. Interim hoc sciendum apud Athenas illas Atticas jam inde postquam Alcibiades tibia canere, ut rem sordidam ac illiberalem refugit (cujus rei testis ipse Alcibiadem alloquens apud Platonem 1 Socrates) cæteros quoque ab eo studio, quod maxime post res contra Medos gestas (ut Aristoteles 2 tradit) in eorum quæ discerentur ordinem adduxerant alienatos & ex oblectamentis liberalibus explosam plane fuisse prorsusque irrisam tibiam; cujus rei tum A. Gellius libro *Noct. Atticar.* quinto & decimo 3, tum vero Plutarchus in *Alcibiade* sub initium meminit: præsertim autem quod in eo Musicæ genere contrarium ejus quod a disciplina requiritur usuveniret, ipsaque tibiæ inflatione impediretur oratio. Quamobrem ipsius usum in adolescentibus ingenuisque hominibus in posterum fuisse a majoribus improbatum, eo quem dixi loco, Aristoteles in hæc verba refert: Προσθῶμεν δὲ ὅτι συμβέβηκεν ἐναντίον αὐτῷ πρὸς παιδείαν, καὶ τῷ καλύειν τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὴν αὔλησιν. Διὸ καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτοῦ οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων καὶ τῶν ἐλευθέρων, καίπερ χρησάμενοι τὸ πρότερον αὐτῷ. Nec tantum propter oris deformitatem in ipso cantu (propter quam ab ipsius tibiæ inventrice Pallade merito projectam Veteres fabulantur) sed etiam propterea quod, ubi non virtutis & facultatis Musicæ consideratione, id tibiæ cantus studium appeteretur, ἐν ᾗ παιδείᾳ ὁ πράττων οὐ τῆς αὑτοῦ μεταχειρίζεται χάριν ἀρετῆς, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς, καὶ ταύτης φορτικῆς (ut ille ait) mercenaria & sordida ejus tractatio θητικωτέρα καὶ βάναυσος οὐ μὲν δὴ τῶν ἐλευθέρων ἐργασία, ex importuna plerumque imperitæ multitudinis voluptate penderet, mutationique adeo esset obnoxia; quapropter scopus hoc instrumenti Musici genus tractantium ad quem ut finem ferrentur etiam malus, πονηρὸς γὰρ σκοπὸς (inquit ille) πρὸς ὃν ποιοῦνται τὸ τέλος· ὁ γὰρ θεατὴς φορτικὸς ὢν μεταβάλλειν εἴωθε τὴν μουσικήν.

Igitur ejus post Alcibiadem temporis Platonisque lib. III. *de Republ.* ac Aristotelis, lib. VIII. *de Republ.* ipsorum immo magistri Socratis 4, illustrissimorum utique philosophorum auctoritatis (qui e sua Rep. hoc Musicæ genus, tanquam ὀργιαστικὸν μᾶλλον, καὶ παθητικὸν ἤπερ ἠθικὸν, eliminarint) in prætermittendo tibiæ cantu rationem habuisse Cyprianus illo loco videri possit; in quo propterea nihil immutari aut expungi oporteat, nisi quod de tuba, tibiaque in spectaculis idem ipse ita loquitur postea, ut omittendi animum ante habuisse neutiquam censeri debeat: *Non licet inquam adesse Christianis* (ait) *fidelibus, non licet omnino nec illis quos ad oblectamenta aurium ad omnes ubique Græcia instructos, suis vanis artibus mittit: clangores tuba bellicos, alter imitatur raucos, alter lugubres sonos spiritu tibiam inflante moderatur* (forsasse *modulatur*, fuerit rectius) *alter cum choris & cum hominis canora voce contendens spiritu suo quem de visceribus suis superioribus nitens, hauserat, tibiarum foramina modulans* (hic *moderans* malim, ob ea potissimum quæ sequuntur) *nunc effuso, & nunc intus recluso ac represso, nunc certis foraminibus emisso atque in aerem profuso item in articulos sonum frangens loqui digitis elaborat, ingratus artifici, qui linguam dedit*. Quibus convenienter Quinctilianus, lib. I. *Inst. Oratoriarum* cap. II. tibiam præclusis quibus clarescant foraminibus recto modo exitu graviorem spiritum scripsit reddere.

CAP. V.

Adhuc de constituenda Cyprianici loci lectione agitur. Quibus Diis Heroibusve dicati agones sacri. De Olympii Jovis signo & fanis in Notis. Tertullianus castigatur. Non omnes ubique lustrales sacrosve agones ab auctoribus enumeratos. Quæ πάλης *aut* ἅλματος *vocabulis exercitia comprehensa.* Πυγμῆς *agonem omitti non debuisse, qui fuerint e trium vetustissimorum numero, sed disci potius aut jaculi ludum Homerico exemplo. De disco & solo in Notis. Pugilatus virtutis nomine designatus ab Isidoro, vel potius pancratium. Pugiles præstantissimi duo Euthymus & Melancomas, de quo apud Themistium. Aristophanis Græcus Scholiastes carpitur quod in ludorum enumeratione prorsus deerrarit. Sex gymnicorum agonum propriæ species carmine Pindarico comprehensæ.*

SANE in eo ipso alterutrum horum aut idolum aut dæmonium; quorum altero nihil aliud quam idipsum ostenditur (nam cujus alius rei quæso, nisi dæmonii falsique numinis signum idolum?) forsitan supervacaneum esse ac ex Idoli glossemate, quod sciolus quispiam Scholiastes apposuerat, inter cætera Cypriani verba errore librarii ascitum existimaverit non abs re quispiam, ex iis quæ Cyprianus ipse antea scripserat: & ex eo quod Ausonius, in *Eglogario*, ubi de lustralibus agonibus:

Quatuor antiquos celebravit Achaia ludos;
Cœlicolum duo sunt, & duo festa hominum.

(quanquam idem ipse alio quodam epigrammate dixerit:

Isthmia Neptuno data sunt, & Pythia Phœbo
Ambiguo cultu divorum hominumque sepulti.)

Ex illo denique quod Archias 5 Epigrammatarius poeta sacros agonas, sic & ab ipso Pindaro nuncupatos Nemæis 6, binos Diis, binos hominibus mortuis dicatos memorat iis verbis, quos ab Alciato 7 jam prolatos, nihil est quamobrem hic exhibi-

---

1 *Alcibiade* sub init. in fol. 106. Ἔμαθες γὰρ σύ γε κατὰ μνήμην γράμματα, καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν· οὐ γὰρ δὴ αὐλεῖν γε ἤθελες μαθεῖν.

2 Lib. VIII. *de Republ.* ἔτι τε πρότερον καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων, &c. Τὴν αὐλητικὴν ἦγαγον πρὸς τὰς μαθήσεις.

3 Cap. XVII. Ubi traditas sibi (ab Antigenida tibicine scilicet, quem Pericles Alcibiadis avunculus arcessi jusserat, ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret) tibias cum ad os adhibuisset inflassetque, pudefactus oris deformitate abjecit, infregitque. Ea res cum percrebuisset, omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in commentario Pamphilæ nono & vicesimo.

4 Apud Aristotelem in supra *dicto loco* reprehensi, fere sic, ὁ δ' ἐν τῇ πολιτείᾳ Σωκράτης οὐ καλῶς τὴν φρυγιστὶ μόνην καταλείπει μετὰ τῆς δωριστί. καὶ ταῦτα ἀποδοκιμάσας τῶν ὀργάνων τὸν αὐλόν.

5 *Antholog. Epigramm. Græc.* lib. I. cap. I. epigramm. I.

6 Ode VI. Epod. III. & ult. cum ait: ἄεθλος ἀγώνων ἀπὸ, τοὺς ἐνέποισιν ἱερούς.

7 In *notis ad hanc l. unic. de athletis*: de sacris istis agonibus Nat. Comes plurima perquam diligenter scite attulit lib. V. *Mythol.* quæ cum ipse huc quoque non pauca contulissem, posteaquam tamen ejus mihi librum videre contigit, eximenda, eoque te ablegandum esse (bone lector) censui. Possis & Cœlium Rhodig. consulere, *Antiqua. Lect.* lib.

tos denuo aut ego, aut quisquam velit. Verumtamen in Cypriano non est *Idoli* nomen delendum; quo insignes illæ dæmonum statuæ, aut hominum demonstrantur; quas in fanis ac delubris eorum locorum, ubi celebrabantur antiquitus agones, fuisse positas constat. Qualis illa Jovis apud Olympiam Veterum scriptis ab eximio ipsius artificio tantopere decantata [1]: quam inter septem orbis miracula Cassiodorus in libris *Variarum* lib. VII. epist. XV. fol. 155. connumerat, quo loco: *Jovis Olympici simulacrum* (inquit) *quod Phidias primus artificum summa elegantia, ebore auroque formavit*. Denique etsi ad dæmones Idolum pertinet, non eadem tamen utraque res est. Quamobrem Tertullianus *de corona militis*: *Quale igitur habendum est* (inquit) *apud homines veri Dei, quod a candidatis Diaboli introductum, & ipsis a primordio dicatum est, quodque jam tunc idololatriæ initiabatur ab Idolis & in Idolis adhuc vivis? non quasi aliquid sit Idolum: sed quoniam quæ Idolis alii* (ubi deleo istud *Alii* perperam assumptum e sequentibus) *fiunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alii Idolis faciunt, ad dæmones pertinent, quanto magis quod ipsa sibi idola fecerunt cum adviverent? Ipsi scilicet sibi procuraverunt dæmones per eos in quibus esurierant antequam procurarent* (sic lego, ubi vulgo est, *procuraverant.*) Omnium adeo in Græcia conventuum atque celebritatum in quibus panegyricæ orationes haberi solerent, Deos fuisse præsides & ab ipsis nomen accepisse; Dionysius Halicarnasseus, ἐν τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρ. fol. 33. de sacris & lustralibus agonibus sentiens, in hæc verba scripsit: Θεὸς μὲν γέπου πάντως πάσης ἥστινος οὖν πανηγύρεως ἡγεμὼν καὶ ἐπώνυμος, οἷον Ὀλυμπίων μὲν Ὀλύμπιος Ζεύς· τοῦ δὲ ἐν Πυθοῖ Ἀπόλλων. Porro in Græcis illis quos dixi versibus, & quos ipse ille Alciatus Latinos fecit, hoc interim observandum tamen de solis Gymnicis ludis, non de Musicis (licet hi quoque non minus sacri lustralesve) ac ne de omnibus quidem Gymnicis agi non magis quam ab altero poeta Lucillio, epigram. VII. cap. I. lib. II. *Anthol.* cujus initium ἅπε πάχιον, aut a Simonide, *epigram.* ultim. lib. I. cap. I. cum ait:

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

ab Eustathio *in Homerum Iliad.* ψ'. [2] ubi πένταθλον περίοδον ἀγωνισμάτων πέντε definit in his enumerans ἅλμα, πάλην, δίσκευμα, κόντον καὶ δρόμον: aut a Pindaricis denique ac Sophoclæis *ad Electram* Scholiastis, a quibus hi dumtaxat in ludis pentathlo comprehensis percensentur, ἅλμα, δίσκος, ἀκόντιον, δρόμος, καὶ πάλη: & quamvis horum postremum tam ἀκροχειρίαν, quam volutatoriam illam luctam significet, ac genere quodam ipsum pancratium amplectatur: sicut ἅλματος nomen non simplex modo saltationis genus; verum id quoque quod fit prehensis manu halteribus [3], & Pyrrhicham quoque ὄρχησιν ipsam (unde Purrhicharii apud nostros [4] nominati) complectitur. Omissum tamen & ibi & in illo Lucilliano Epigram. non fero τὸν τῆς πυγμῆς, id est, *pugilatus agonem*; sive carminis sive memoriæ vitio factum hoc aliquis excusare velit [5]. Etenim cum ipse Dionysius Halicarnasseus, in tribus qui apud Græcos veteres potissimum celebrarentur agonibus, pugilatum cum cursu & lucta connumerat: sic admodum scribens alicubi [6] de ludis Capitolinis sive Maximis apud Romanos more propemodum Græco exhibitis: Τελεσθέντων δὲ τῶν ἱππικῶν δρόμων (inquit) οἱ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν ἀγωνιζόμενοι τότε εἰσῄεσαν δρομεῖς τε καὶ πύκται καὶ παλαισταί. τρία γὰρ ἀθλήματα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ταῦτα ἦν Ἕλλησιν, ὡς Ὅμηρος ἐπὶ τῇ Πατρόκλου δηλοῖ ταφῇ.

Sane fuit quamobrem jaculi agon vel disci potius, hoc est, orbis ænei contentis in aerem viribus (ut apud Cyprianum in lib. *de Spectacul.* pag. 417. col. 2. est) jactati, omitti, cum alter sub alterius appellatione non incommode comprehendatur, deberet; ut pro δίσκον scriberetur πυγμὰν: sicuti prætermissum a poetarum principe [7] recordor: apud quem Achilles Nestori etiamsi neutiquam decertasset

---

XIII. cap. XXX. & alibi non semel. Viginarium denique in *Commentariis* Gallicis *ad Philostratum*, in *Iconibus Arrhichionis, Phorbantis,& Palæmonis*; ut interim de vetustis Pindari Scholiastis taceam.

1 De qua & ipsi *lib.* II egimus *cap.* XXVII. e Plinio & Pausan. Sed videndus Strabo libro VIII. *Geograph.* fol 409. Plutarchus *Æmilio Paulo* fol. 492. Clemens Alexandrinus, ubi de Panturce adamato a Phidia illi statuæ insculpto, fol. 15. & 21. in *Protreptico*, sicut & Arnobius lib. VI. *adversus Gentes* fol. 168. de illa ipsa insuper Pomponius Mela lib. II. *de situ orbis* cap. III. Philostratus octavo lib. *de Apollonio* fol. 55. pag. 2. Dio potissimum Chrysostomus *Olympica oratione* fol. 135. Aldini exempl pag. 2. & fol. 141. ubi τῷ ὄντι μακαρίαν εἰκόνα nominat, hoc addito, ἣν ὑμῶν οἱ πρόγονοι δαπάνης τε ὑπερβολῇ καὶ τέχνης ἐπιτυχόντες τῆς ἄκρας εἰργάσαντο καὶ κ[illegible] πάντων ὅσα ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἀγάλματα κάλλιστον καὶ θεοφιλέστατον. Quibus adjunge quod Plutarchus in *Sylla* retulit fol. 846. libri Stephanici. De hac statua scripserat e Strabone atque Pausania nonnihil in *descriptione Græciæ* a Sophiano edita Nicolaus Gerbelius, ubi de Olympia fol. 68. emendato Strabonis loco. Fana vero Jovis Olympii tribus potissimum Græciæ regionibus percelebria fuisse reperio. Thucydides *lib.* I. fol. 40. ἐπειδὴ ἐπῆλθεν Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν. ubi Scholiastes notat, τὸ τὰ προσέθηκεν ἐπειδή ἐστιν Ὀλύμπια ἐν Μακεδονίᾳ καὶ ἐν Ἀθήναις. De altero Jovis apud Olympiam signo cognomine Horcii e Pausania scribo lib. III. hujus *Agonistici* cap. XXIII. sub init.

2 Fol. 1320. ubi & istud, οἱ μέν τοι τὰ περὶ ἱερῶν ἀγώνων ἐπισκεψάμενοι ἔπος ἐμμέτρως τοὺς ἄθλους μετροῦσιν ἅλμα ποδῶν δίσκου τε βολὴ καὶ ἄκοντος ἐρωὴ καὶ δρόμος ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τελευτή.

3 De quo adversus Cornarium pro Budæo Mercurial. *Artis Gymn.* lib. II. cap. XI. ex Aristot. atque Theophrasto disceptat, quibus possis Themistium adjungere *Orat.* IV. fol. 61. libelli a Stephano excusi, ubi, ὃν (ἀθλητὴν) οἱ πολλοὶ ἐθεάσαντο ἐν τοῖς γυμνασίοις τραχηλιζόμενόν τε ῥᾳδίως καὶ μεταφέροντα τοὺς ἁλτῆρας.

4 *L. aut damnum* 8. *§. quicunque*. Ubi Budæus *D. de pœnis.* de Pyrrhica Cœl. Rhodigin. l. III. *Lection. Antiq.* cap. IV. Xenophon lib. VI. *Cyri expeditio*. sub initium. Dionys. Halicarnass. *lib.* VII. Varin. Favor. *Lexico*. Et vide sis, quæ scribo *cap.* XV. ad extremum.

5 Excusatur tamen alia quadam ratione quod potest, hujus *lib. cap.* ult. ubi vide sis.

6. Extrem. *lib.* VII. Ῥωμαϊ. Ἀρχαιολ. fol. 480. Wechel. exempl.

7 In lib. ψ'. *Iliad* quem locum, & similes Homericos celebrat Plutarch. quæst. V. *Sympos.* lib. II. fol. 1135. lib. a Stephano excusi.

certaſſet præmium confert, atque in manum dat, hoc addito verbo :

— δίδωμι δέ τοι τό δ᾽ ἄεθλον
Αὔτως· οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι οὐδὲ παλαίσεις,
Οὐδέ τ᾽ ἀκοντιστὴν ἐνδύσεται, οὐδὲ πόδεσσι
Θεύσεαι. ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.

Alibi [1] vero, non diſcus, ſed ſub eo ſatis comprehenſus (ut quidem reor) jaculi agon omittitur ab optimo illo poetarum : ubi de ludis apud Phæacas; B in quibus Clytoneus quidem curſu, lucta Euryalus, ſaltu Amphialus, Elatreus diſco, pugilatu Laodamas viciſſe fertur :

Τῶν δὲ θέειν ὄχ᾽ ἄριστος ἔην Κλυτονῆος ἀμύμων, &c.
Οἱ δὲ παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς πειρήσαντο
Τῇ δ᾽ αὖτ᾽ Εὐρύαλος ἀπεκαίνυτο πάντας ἀρίστους.
Ἅλματι δ᾽ Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν,
Δίσκῳ δ᾽ αὖ πάντων προφερέστατος ἦεν Ἐλατρεύς.
Πὺξ δ᾽ αὖ Λαοδάμας ἀγαθὸς πάϊς Ἀλκινόοιο.

C Recte igitur Iſidorus Hiſpalenſis lib. XVIII. *Origin.* cap. XVIII. & XXII. ex aliquo vetuſto & claſſico auctore ipſe non malus ; quinque gymnicorum enumerat ſpecies ; ita ut pugilatum virtutis nomine deſignet. Jactus appellatione generali tam diſcum, quam haſtile ſive jaculum comprehendit, ſic fere : *Genera gymnicorum quinque, ſaltus, curſus, jactus, virtus, atque luctatio* : Et poſtea, *Virtus eſt immenſitas virium in labore & pondere corporis* : quibus tamen verbis pancratium potius, quam pugilatum eſſe deſignatum aliquis dixerit. Et alioquin a colluctatione (ſic enim D. Ambroſius *enarrat in Pſalm.* XXXVI. in Latinis pleriſque reperiri tradit, cum in Græcis omnibus πάλη ſcribatur : D πάλην enim Græcorum, *luctam* Latinorum eſſe) atque a Pancratio Pugilatum non Plutarchus lib. II. *Sympoſ.* IV. quæſt. IV. atque Pauſanias *Eliacon* lib. I. fol. 120. Aldini exemplar. modo, ſed noſter etiam diſtinguat Ulpianus, *l. qua actio* §. *ſi quis. D. ad l. Aquil.* quo præſtitiſſe tum Euthymum Locrenſem [2] robore corporis admirabili; qui maximum lapidem portaverit, & ad urbis portas locaverit, qui Locris oſtenditur, apud Ælianum lib. VII. *Var. Hiſtor.* cap. XVIII. legimus : tum vero Titi Veſpaſiani temporibus Melancomam quendam (de quo ſermones duos concinnavit Chryſoſtomus Dio) ab ipſo principe adamatum; ut E Suetonius in *Tito* cap. VII. refert : ita Themiſtius in Orat. X. *de Pace* (in eo libello quem excuſum a Stephano prædixi) ad Valentem Imp. expreſſit ; quo loco : Ἦν τις ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων πύκτης ἀνὴρ Μελαγκόμας ὄνομα αὐτῷ, κάλλιστός τε καὶ μέγιστος, καὶ τὴν τέχνην εὐδοκιμώτατος. οὗ καὶ τὸν Τίτον φασὶν ἐραστὴν γενέσθαι τὸν αὐτοκράτορα. οὗτος οὐδένα πώποτε πατάξας, οὐδὲ πατάξας, μόνῃ τῇ στάσει καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀνατάσει πάντας ἀπέκναιεν τοὺς ἀντιπάλους. Verum quanta fides Græculis ſcholiis adhibenda ſit, alii viderint : F me quidem ab eo quod probabilius exiſtimavero, nunquam auctoritate ulla ſua dimovebunt. Nam ut de aliis taceam ; quid illo indoctius apud Ariſtophanem *Avibus* ad illud ἢ ἐπὶ τὸν δίαυλον ἦλθον, fol. 379. German. exempl. in

A quo cum octo percenſeantur ludi ſeu exercitia, jaculum tamen & diſcus perperam omittuntur, ὀκτὼ δέ εἰσιν ἀγωνίσματα (inquit) στάδιον, δίαυλος, ὁπλίτης, δόλιχος πυγμὴ, παγκράτιον, πάλη καὶ ἅλμα. Quorum priora quatuor tanquam ſpecies ſub generali δρόμου nomine potuere comprehendi ; ſicut ſextum ſub quinto & ſeptimo, ex quibus id conſiſtere poſtea docebimus : ut ſex proprie vereque gymnicorum agonum ſpecies fuiſſe videantur ; quas adjuncto currus certamine quinquennalibus, ſive luſtralibus ſacriſque ludis itidem obiri ſolitas B Pindarus expreſſit *Olympicis*, ode X. epod. III. & ſtrophe atque antiſtrop. IV. ubi eleganter admodum tribus verbis totam illorum agonum rationem (Olympicorum ſcilicet in quibus nullum Muſicæ tum quidem certamen fuit, ſicuti lib. II. hujus tractatus *Agoniſtici* demonſtrabitur, & jam ſuperius attigi *cap.* IV.) ita comprehendit ut victoriam manibus, pedibus, curribus, quæſitam diceret :

Τίς δὴ ποταίνιον γε λάχε στέφανον,
C Χείρεσσι, ποσίν τε καὶ ἅρμασιν,
Ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος,
Εὖχος ἔργῳ καθελών.
στροφὴ δ΄.
Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον,
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός· ἦκεν δὲ Μιδέαθεν
Στρατὸν ἐλαύνων· ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
δαίνων Ἔχεμος Τέγεαν.
Δόρυκλος δὲ τέλος
Πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν.
Ἐν ἵπποισι δὲ τετράσιν
ἀντιστροφὴ δ΄.
D Ἀπὸ Μαντινέας Σᾶμ᾽ Ἁλιρροθίου.
Ἄκοντι Φράστωρ δ᾽ ἔλασε σκοπόν.
Μᾶκος δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ,
Χέρα κυκλώσαις ὑπὲρ ἅπαντας,
Καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μέγαν.

Quis recentem ſorte accepit coronam,
Manibus, pedibuſque & curribus,
Certatoriam, in honore conſtitutus,
Gloriationem opere detrahens.
Stadium quidem vicit recto-curſu,
Pedibus currens, filius Licymnii
E *Oeonus : venerat autem ex Midea*
Exercitum ducens : ſed lucta illuſtrans Echemus Tegeam.
Doryclus vero finem
Pugilatus tulit, Tirynthem incolens urbem.
Cum equis autem quatuor
E Mantinea Semus Halirrhothii.
Jaculo Phraſtor attigit ſcopum.
Longe autem Eniceus jaculatus eſt ſaxeo diſco,
Manum circumrotans ſupra omnes,
F *Et ſodalitio tumultum*
Commovit magnum.

---

1 *Odyſſ.* θ. ubi Euſtathi. fol. 1588. De diſco ex varia materia, & quid diſtet ab Homerico ſolo, præter locos a Mercuriali notatos lib. II. *Artis Gymnaſt.* cap. XII. vide Euſtathium ad illud ex *Odyſſ.* θ. λάβε δίσκον μείζονα καὶ παχετόν. fol. 1591. Et notandum illud Homericum ab ipſo cur prætermiſſum, cum non alio Propertium citet τὸν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός. Sed & iſtud Pindaricum ex antiſtroph. IV. od. X. *Olympicorum*. Μᾶκος δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ, χέρα κυκλώσας ὑπὲρ ἅπαντας.

2 Illum de quo vide *cap.* XVI. *lib.* II. quæ ſcribimus e Plinio.

CAP. VI.

Apud Plautum non omnes exercitationum species enumeratæ, neque apud Paulum Jurisconſ. Ubi quid sit hasta, quid pugnare: pro pilo non disco, sed pila reponendum esse: de pilæ ludo plurima. Alpheni J. C. de Sphæromachia responsum illustratum, Ovidio potissimum qui leviter emendatur, Polluce, Eustathio, Clemente Alexandr. adhibitis, apud quos de Sphæræ, Episcuri, harpasti & Phænindæ ludis: sed Athenæi etiam & apud eum Antiphanis de harpasto agnetium advocatis testimoniis. De Sphæromachia Senecæ assertus adversus Pincianum locus. Alia: Sphæromachia pugilum, scilicet quibus Sphæræ pro cæstibus. In certamine seu ludo non esse injuriam apud Ulpianum adhibito Tertulliano expositum. Sphæristra & Sphæristerium. Τὸ κερατίσαι, de follis impulsione accipiendum apud Plutarchum, reprehenso Interprete. Cornea certamina vel certe curulia, non crinea vel Civilia apud Cassiodorum exaudienda. Pilæ lusum non fuisse e sacrorum ludorum numero. Sphæristis honos habitus ab Atheniensibus non a Milesiis. Σφαιρεῖς. Pausaniæ lectio in dubium vocata. Dromi apud Olympiam in Alti.

NEc tamen nescio, apud auctores bonos quædam e justo illo & pleno certaminum numero interdum prætermitti; sicuti saltum & discum illis Homeri versibus, quos modo attuli; sed ubi scilicet non hoc sibi ex professo sumunt ut omnia enumerent; quod interpretis munus est proprium, ut non possit non esse vitiosa quæ manca nec plena est partium enumeratio. Philolaches quidem apud Plautum *Mostella.* Actu I. Scen. II. ad fin. ubi de arte gymnastica generaliter loquutus est; quædam illico, non tamen omnia exercitationum genera exprimit, quæ scilicet præcipuæ curæ haberet, is qui verba faciens inducitur adolescens, sic fere:

Cor dolet, quom scio ut nunc sum, atque ut fui olim,
Quo neque industrior de juventute erat
Arte gymnastica, disco, hasta, pila,
Cursu, armis, equo: victitabam volupe:
Parsimonia & duritia.

Et similiter Paulus noster *l.* 2. *D. de aleæ lusu*, non omnes expressit ludos qui certaminum sacrorum loco ac tempore fierent; cum ait. *Senatusconsulto tam vetuit in pecuniam ludere, præterquam si quis certet hasta, vel pilo jaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat*: ubi hastæ nomine τὸ ἀκόντιον sive τὸ ἀκοντίζειν Græcorum, sicuti pugnandi verbo τὸ πυγμαχεῖν, quod pugiles præstabant, designatum fateor. Illis non assentior qui in *pili* locum subrogant *discum*, propterea quod eo decertari solitum in sacris agonibus, nec enim species singulas quasque, aut genera ludorum Jureconsultus sibi sumpserat; quæ fortasse, ne ipso quidem Senatusconsulti tenore comprehensa fuerant: & malim equidem levissima, facillimaque O in A immutatione legere *Pila*: sicuti facere Tiraquellum illum Senatorem doctiss. in suis *ad Alexandrum Neapolitanum Jurisconsultum Notis* [1] postea reperi quam hic exscripseram. Nam pilæ ludum & crebrum apud veteres Romanos, & in ipsis Pythiis sacris apud Apolloniatas olim exhibitum, discendi facultas est a Mercuriali [2] antiquæ gymnasticæ restitutore peritissimo: qui non medicorum modo in eam rem locos & poetarum, sed etiam Clementis Alexandrini, ex lib. III. *Pædagogi* cap. X. atque Athenæi lib. I. *Deipnosophist.* attulit.

Ex iis locis ad rem isti pertinent, in quibus Martialis *lib.* IV. *epigr.* XIX.

Si lentum ceroma teris, tepidumve trigona.

Item *lib.* VII. *epigr.* XXXI.

Vare, nec injecto ceromate brachia tendis;
Non harpasta vagus pulverulenta rapis.

Et ejusd. *lib. epigr.* LXXI.

Si palmam tibi de trigone nudo,
Unde det favor arbiter coronæ.

Ovidius quoque:

Materia ludunt uberiore viri,
Sunt illis celeresque pilæ, jaculumque, trochique;
Armaque & in gyros ire coactus equus.

Quibus & hunc confirmandæ nostræ castigationi addendum moneo a Plauto *Bacchidibus*, Actu III. Scena III. sub init. [3]

Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo se exercebant magis, quam scorto, aut suaviis.

Etenim, ut mittam quod Julium Cæsarem Octavium, Alexandrum Magnum, Marcum Antoninum philosophum atque Alexandrum Severum Impp. eo se ludo exercuisse; ipsumque adeo [4] Catonem Censorium & Scævolam [5] Jurisconsultum alii tradiderunt: sicuti Calpurnium Pisonem Lucanus in *panegyrico*, quod *appendici ad Vergil.* adjunxit Scaliger fol. 127. his versibus:

Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem
Aut geminare pilam juvat, aut revocare cadentem,
Et non sperato, fugientem reddere gestu.

Hujus ludi non infrequens apud nostros Juris auctores mentio: de quo præter Ulpianum ad edictum *l. item Mela* II. *in princ. D. ad l. Aquiliam*, ubi de loco agit in quo ex consuetudine pila luderetur, Alphenus etiam sic fere loquitur in *Digestorum* libris, *l. si ex plagis.* 52. *D. ad l. Aquil. Cum pila complures luderent, quidam ex his servulum, cum pilam recipere conaretur impulit, servus cecidit, & crus fregit. Quærebatur an dominus servuli lege Aquilia cum eo, cujus impulsu ceciderat agere possit, Respondi, non posse: cum magis casu quam culpa videretur factum, quod eum scilicet inter ludendum impulit impediendi causa ne pilam reciperet.* Recte vero Alphenus hoc nimirum sentiens, in culpa non videri esse in dubio, qui aliquid inter ludendum a ludi ratione non alienum faciat, quamvis ex eo alter quispiam lædatur.

---

1 *Ad librum tertium Genial. Dierum cap.* XXI. Ubi tamen castigare se non dicit aut de lectione illius loci dubitatum scire ostendit.

2 Cap. IV. & V. lib. II. *Artis Gymnast.* hujus pilæ ludi meminit & Alexander in sup. *d. loco*, sed obiter, ut solet.

3 Citatur a Budæo *ad l. Athletas de iis qui notant. infam.* sed ita ut *Pilæ* nomen omissum sit.

4 Vide Plutarchum in *ejus vita*.

5 Vide Valer. Max. *lib.* VIII. *cap.* VIII.

Itaque Ovidius fab. v. lib. x. *Metamorph.* ad hanc rem percommode ubi de Hyacintho:

Quæ mea culpa tamen? nisi si lusisse, vocari

(ita malo quam pro *Si*, ut aliis videtur, *Sic* legere)

Culpa potest? nisi culpa potest, & amasse, vocari?

Non fuisse autem a ludo pilæ impulsionem alienam, immo in eo etiam frequentatam testis Lucianus in Dialogo περὶ Γυμνασίων seu *Anacharsi*, quo loco ludum pilæ ita frequentatum apud Lacedæmonios, ut in ipso se invicem propellerent, in hæc verba sub Solonis persona scribit: Μέμνησο, ὡσποτε κἂν ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι μάτην πονεῖν αὐτοὺς ὁπόταν εἰς σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες παίωσιν ἀλλήλους, εἰ ἐς χωρίον εἰσελθόντες ὕδατι περιγεγραμμένον ἐς φάλαγγα διασάντες τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζονται, & cætera quæ sequuntur. Testis insuper Julius Pollux, lib. IX. *Onomast.* col. 492. ubi de ludo pilæ quam σφαῖραν vocat: Παίζεται δὲ κατὰ πλῆθος (ait) διαστάντων ἴσων πρὸς ἴσους, ἦτοι μέσην γραμμὴν ἄθρυπτον ἐκλυσάντων, ἣν σκῦρον καλοῦσιν, ἐφ' ἣν καταθέντες τὴν σφαῖραν ἑτέρας δύο γραμμὰς κατόπιν ἑκατέρας τῆς τάξεως καταγράψαντες τοὺς ὑπὲρ ἑτέρους οἱ προανελόμενοι ῥίπτουσιν: & addit, οἷς ἔργον ἐπιδράξασθαί τε τῆς σφαίρας φερομένης καὶ ἐπιβάλλειν, ἕως ἂν οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους ἐπὶ τὴν ἑτέραν γραμμὴν ἀπώσονται. Meminit etiam Eustathius in Phæacibus *ad* Θ'. *Odyss. Hom.* fol. 1601. ubi cætera itidem ipse, ut Pollux, pilæ lusus genera persequitur, & ait: Ἐπίσκυρος δὲ ἣ ἐχρῶντο οἱ παίζοντες κατὰ πλῆθος, καλουμένη διὰ τοῦτο καὶ ἐπίκοινος· ἡ δ' αὐτὴ καὶ ἐφηβική. ὠνόμασο δὲ ἐπίσκυρος, ἐπειδὴ οἱ κατ' αὐτὴν σφαιρίζοντες ἐπὶ λατύπης ἑστῶτες, ἣν σκῦρον φαμὲν, &c. βολῇ σφαίρᾳ ἀλλήλους ἐξεδίωκον.

Sed & de harpasti pilæ ludo, cujus φαινίνδα juxta Pollucem, lib. IX. *Onomast.* cap. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν, fol. 402. ἀπὸ τοῦ Φαινίνδου τοῦ πρώτως εὑρόντος, ἢ ἀπὸ τοῦ φαινακίζειν, vel φαινίνδα, ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων, quod procul a lusoribus jaceretur dicti, Phænestio pædotribæ inventionem Athenæus [1] auctoritate Jubæ Mauri tribuit, addito isto Antiphanis carmine:

Φαινίνδα παίζων ἦεις ἐν Φαινεστίου.

postquam ipse Athenæus, πολὺ σύντονον καὶ καματηρὸν τὸ τῆς περὶ τὴν σφαιριστικὴν ἁμίλλης τότε κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον scripsit (notandum hic interim admoneo quod ad rem facit τότε τῆς ἁμίλλης & τῶν τραχηλισμῶν contentionis sive certaminis atque inflexionem cervicis, quarum Galenus quoque in libello *de ludo parvæ pilæ* commeminit, vocabula) simile quidpiam aut vicinum luctæ sive pancratio ludum pilæ istum habuisse ostendentia versus istos Antiphanis subjicit, quibus cum graphice hic harpasti describatur ludus, hoc etiam (quod modo dicebamus) ostenditur, in eo extrusionibus seu impulsionibus mutuis, dum præripere lusores pilam tentabant, locum præcipuum fuisse:

— σφαῖραν λαβὼν
Τῷ μὲν διδοὺς ἔχαιρε, τὸν δ' ἔφυγ' ἅμα,
Τοῦ δ' ἐξέκρουσε, τὸν δ' ἀνέστησεν πάλιν
Κλαγκταῖσι φωναῖς —

Quibus facile adducor, ut putem nihil aptius proferri posse ad ejus Alpheniani responsi rationem assequendam: ubi de ludo quidem, sed de tali ludo species erat proposita, in quo imago interim pugnæ quædam subesse videatur. Quamobrem a Seneca *ep.* LXXX. in princ. & Statio, in *præfat.* IV. *Sylv.* Sphæromachiam appellatam scimus: quod qui non intelligebat Pincianus Hispanorum alioquin ævo suo doctiss. frustra fuit, cum apud Senecam reponi Sphyromachiam debere credidit, in suis *ad Senecam scholiis*, quod enim sphæras esse pugilum arma qui propterea sphæris, hoc est, cæstibus decertare pugnareque dicerentur, a Julio Polluce *Onomast.* lib. III. cap. ult. col. 189. traditum sic fere: Εἴποις δ' ἂν ἐκ τοῦ πύκτου χεῖρες ὡπλισμέναι, χεῖρες ὁπλιτίδες, καὶ τὰ ὅπλα σφαῖραι, ἀφ' ὧν & τὸ σφαιρομαχεῖν καὶ σφαιρομαχία παρ' Ἀριστομένει ἐν Διονύσῳ ἀσκητῇ, etsi τὰς σφαίρας vicem ἱμάντων sive cæstuum sive meilicharum exhibuisse pugilibus de Platone [2] didici: vereor ne satis verum non sit. Certe non prohibet quo minus spheromachiæ nomen ad pilæ quoque ludum pertineat, in quo speciem pugnæ quandam exhibitam diximus. Atque hoc ipsum est quod *l.* 3. *§. penul. D. de injuriis* ait Ulpianus: *Cum injuria ex affectu facientis consistat, si quis per jocum percutiat, aut dum certat* (inquit) *injuriarum non tenetur*: & recte, *dum certat*, velut in gymnasio aut studio ubi sacra exhiberi certamina, vel ad ea exerceri juvenes solent. Itaque etsi vulnera inferantur, ingerantur, & quassent pugni, calces arietent, cæstus dilanient, flagella dilacerent: nemo tamen agonis præsidem sugillans erit, quod hominis violentiæ objectet. Injuriarum enim actiones extra stadium, sicuti Tertullianus apposite (nisi fallor) ad superiora *Scorpiaco* tradit. Alioqui si non ea sit ludi conditio, nec mos aut usus ut collusores dejici debeant, impulsi dedita opera & læsi servuli, domino non esse denegandam Aquiliæ actionem, verius arbitrer: qua de re ne cogitatum quidem aliquid, non modo scriptum ab Interpretibus Juris: sicuti nec ab aliarum (quas humaniores vocant) literarum magistris atque grammaticis indicatum adhuc fuisse locum, in quo præmii atque honoris causa, sive in stadio ipso seu potius alibi eo pilæ ludo decertabant, quem locum Sphæristram vocarent: sicuti Sphæristerium in gymnasii quadam parte ubi se juvenes eo exercerent lusus genere, Corycæum apud Vitruvium ex aliquorum opinione, ab aliis (vide Mercurial. c. IV. lib. II. *Artis Gym.*) tamen improbata, ubi corycomachia luderetur. Ac de Sphæristerio quidem alii, (idem Mercur. *cap.* IX. *lib.* I. post Budæum in *Annot. in Pandect.*) plurimos auctorum locos observarunt, nos de Sphæristra unum apud Plutarchum, in *Vitis decem Rhetor.* fol. 1542. jam olim deprehendimus, in quo de Isocrate sic fere: Λέγεται δὲ καὶ κερητίσαι ἔτι παῖς ὤν. ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀρρηφόρων κερητίζων ἔτι παῖς ὤν. ὡς εἶπόν τινες. Quod enim ibi κερητίσαι Robertus Britannus, *Examinatorem esse*, exposuit, hallucinatum arbitror: ac tametsi alibi hoc verbi legere non memini, equi-

1 L. I. Δειπνοσο. fol. 9. Meminit hujus ludi Clemens Alexandrin. lib. III. *Pædag.* cap. X. οἱ δὲ καὶ σφαίρῃ τῇ μικρᾷ παιζόντων τὴν φαινίνδα παιδιὰν ἐν ἡλίῳ μάλιστα.

2. Lib. VIII. *de Legib.* fol. 83. libri e Stephano excusi, ubi de proagonibus pugilatus, καὶ ὡς ἐγγύτατα τοῦ ὁμοίου ἰόντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας ἂν περιεδούμεθα, &c. quæ sequuntur.

dem ad pilæ lusum ita refero, ut κερητίσαι esset cornu pilam sive follem impellere: cornu autem, hoc est, operimento corneo, pugnis aut extremis brachiis aptato: sicuti hodieque apud nos atque Italos follis propelli ac impeti solet: atque in illa figura Pythiis sive apud Apollionem, sive apud Actium ac Nicopolim agonibus pila ludentium a Mercuriali *d. cap.* IV. & V. exhibita intueri licet agonibus inquam sive certaminibus corneis, quemadmodum Cassiodorus nominat in *Variarum* lib. VIII. ep. XV. ubi vulgo scriptum, & (mea quidem opinione) perperam, *Crinea*, nec minus male adscriptum ad marginem pro eo *Civica*. *Crinea sunt ista certamina, pugna sine ferro*, (inquit) *rixa sine odio: clamoribus non doloribus res ista peragitur*: ubi nisi *Cornea* placebit, rectius quidem *Curulia*, quam vel *Crinea* vel *Civica* quod alii substituere, legeris. Nec ideo magis existimandum tamen, ex agonum sacrorum numero, pilæ lusum fuisse: illorum scilicet, qui Olympiæ Delphis Corinthi aut Nemeæ committerentur.

Itaque quamvis apud Athenienses magni haberetur, ut Alexandrum Carystium sphæristam & civitate donarint; & statuit quoque positis ipsius memoriam, nomenque commendarint: Milesii tamen istam exercitationem propterea dicuntur aversati, quod cum se athleticis laboribus exercerent, multasque e coronariis certaminibus essent consequuti victorias; ad nullum eorum pilam utilem, ac proinde rejiciendam sibi prorsus esse censuerunt. Cujus rei auctorem habeo ipsum Eustathium sic scribentem *in Homerum Odyss.* θ'. fol. 160. Phæacibus; Τὸ δὲ ἄξιον λόγου ὅτι τὴν σφαιριστικὴν εἶναι πίστις ἢ Ἀθηναῖοι, πολίτην ποιησάμενοι Ἀλέξανδρον τὸν Καρύστιον σφαιριστὴν, καὶ ἀνδριάντας ἐπ᾽ αὐτῷ ἀναστήσαντες. Μιλήσιοι μέντοι τὴν γυμνασίαν ταύτην παρῃτήσαντο· αἴτιον δέ φασιν, ὅτι περιττῶς ἐξασκήσαντες τὰ ἀθλητικὰ, καὶ πολλὰς ἐκ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων ἀπενεγκάμενοι νίκας, τὴν σφαιρικὴν εἰς οὐδὲν τούτων χρησίμην ἔγνωσαν· διὸ καὶ παραιτητέαν αὐτὴν ἔκριναν. At in Ligoriana tamen illa tabula vetusta, quam in sua *Gymnastica* Mercurialis exhibet, in vase supra mensam posito tres extant palmæ rami eo loci, ubi lusorum pilæ figura ostenditur. Cui bono palma? num victori ut daretur? si palma, cur non etiam corona? nisi forte, quod verum verus illud Horatii, in *Art. Poet. ad Pisones*, verbum:

—— pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

aut potius Milesiorum verba, de sacris certaminibus non de Pythiis Apolloniatum non de Panathenaicis exponenda sunt. Nam apud Lacedæmonios eiidem qui excesserant ex ephebis lusores pilæ ut arbitror, quos σφαιρεῖς tanquam ad σφαιριστὰς vocarent gymnicorum ludorum, ut postea dicemus, præsidi, sed & Lacedæmoniorum nationis auctori (ut Lycurgus apud Plutarchum ait *Apophtheg. Laco.* in *Lycurgo*, fol. 401.) Herculi sacra facere soliti: quemadmodum Pausanias his admodum verbis, ubi de dromo in quo erant gymnasia loquitur, addocet *Laconicis* fol. 74. Aldini libri: Ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς· οἱ δέ εἰσιν οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἐς ἄνδρας ἀρχόμενοι συντελεῖν. πεποίηται δὲ καὶ γυμνάσια ἐν τῷ δρόμῳ. Ubi si erit aliquis qui pro θύουσι scriptum malit θέουσι, ut juvenes sphæristas Herculi decurrisse in dromo illo significet, me profecto adstipulatorem habiturus est: vel ideo quia cursura potius in dromo juvenibus, quam sacrificium competit, non negantem interea quin vulgata scriptura idoneum sensum utcunque habeat. De dromo in nemore Alti apud Olympiam exercendorum cursu juvenum gratia, mentio apud Philostratum in *Apollonii Vita*: ubi Τεμένη τε γὰρ ἐν αὐτῇ καὶ ἱερὰ καὶ δρόμοι καὶ σκηναὶ δήπου. Et postea, τὰ δὲ ἄλση στεφανοῦται τοὺς νικῶντας καὶ τοὺς δρομικοὺς τῶν ἀθλητῶν γυμνάζει. πάλαι γάρ που καὶ Ἡρακλεῖ ἐνθυμηθέντι, καὶ τὸ λογισμῷ τὸ Ὀλυμπίας ἀγασθέντι, ἐπάξιος ἐφάνη ὁ χῶρος τῶν ἔτι νῦν σπουδαζομένων ἐνταῦθα.

CAP. VII.

Onomastus Smyrnæus pugilatu victor primus apud Olympiam. Mutilus Galeni locus de Epeo suppletur, & castigatur Homeri beneficio. Pugilatus quamobrem cæteris exercitationibus gymnicis contemptior, aut minoris dignationis, adeo ut eo qui contenderent, deridiculo habiti fuerint morborumque periculis, & Christianorum divini verbi præconum reprehensionibus expositi. Cyprianus emendatus. Pugilatus laudes a Dione Chrysostomo prædicatæ. Pugilum & luctatorum differentia. Illorum cruenta spectacula, qui de vita etiam periclitati. Unus Melancomas pugil, nullum formæ aut valetudinis damnum perpessus: ἡ τῶν χειρῶν ἀνάτασις Melancomæ pugili apud Themistium attributa, quo pertineat plurimis Eustathii testimoniis allatis expositum, qui Cratero etiam pugili (hoc autem e Pausania interpretor esse nomen proprium) id ipsum de manus extensione assignat, quod Melancomæ Themistius & Dio Chrysostomus tribuunt.

PUGILATUS sane præmia Onomastum e Smyrna Olympiæ consequutum tertia & vicesima Olympiade, proposita tunc primum, id est, longe post cæteros agonas institutos de Pausania dici *Eliacon* fol. 120. ubi: Τρίτῃ δὲ ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν· Ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης, &c. atque hujus etiam agonis Galenus ait hoc præcipuum fuisse, ut alibi quam ludis nullus ipsius ut cæterorum usus sit: quibus excepto illo, unus idemque omnibus aptum se, sicut aliis secundum naturam exercitiis atque operibus olim præbuerit, simulque agitationi Circensium equorum ut & vinceret, postea discerni ab invicem cœperint, ut aliis agonibus alii præstarent atque excellerent. Sic enim ille ad Thrasybulum πότερον ἰατρ. ἢ γυμν. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν. fol. 296. lin. 54. Πάλαι μὲν γὰρ (inquit de illo tempore agens quod Platonis ætatem præcesserat) εἷς ἀνὴρ ἐργάτης τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἀληθῶς ἀθλητικὸς εἰς ἀγῶνα καταβαίνων, οὐ πάλην μόνον, ἀλλὰ καὶ δρόμον ἠγωνίζετο· καί τις ἐνίκα πολλάκις εἰς ἄμφω τε ταῦτα καὶ ἀκοντίζων καὶ τοξεύων καὶ δισκοβολῶν καὶ ἅρματος ἐπιστατῶν. ὕστερον δὲ διεκρίθη· καὶ οἷόν περ ἕνα πεποίηκεν Ὅμηρος Ἐπειὸν εἰς μὲν πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἔργα πάντων ὕστατον δὲ πυγμὴν, ἧς ἐν ἄθλοις μόνοις ἡ χρεία τοιοῦτοι πάντες ἐγένοντο, & cætera. Quem locum uno verbo mancum & mutilum, ita ex ipsa Galeni sententia optime castigatum, & integritati suæ restitutum iri arbitror, juxta historiam Epei præstantissimi & fabri (nam equum illum Trojanum famosissimum compegisse dicitur) & pugilis qui κατὰ γαστρὸς ἔτι ὢν

1 Lib. VIII. fol. 55. pag. 2. De Alti autem e Pausan. *Eliacon* I. fol. 121. & aliis locis. Vide quæ scribo *cap.* XXI. ut *lib.* II. *cap.* XV.

ἔμβρυον ἐπύκτευσέ πως τῷ διδύμῳ ἀδελφῷ, καὶ νικήσας προεξώδευσεν, *in ipso jam tum utero matris fratrem velut pugilatu victum præcurrit*: verum alioquin δειλὸς καὶ ἀπόλεμος (ut e Lycophrone narrat Eustathius fol. 1323. & 1324.) & cum in disci jactu ridiculi, tum ad cætera exercitia ludicra, & bellica præsertim munia inutilis Homericam, quæ penultimo *Iliados* libro proponitur, si post τὸ ὕστατον addideris τὸ ἄριστον, quod apud Homerum itidem legitur, quo loco sic fatus Epeus inducitur:

Ἡμίονον δ' ὄυ φημί τιν' ἀξέμεν ἄλλον Ἀχαιῶν
Πυγμῇ νικήσαντα, ἐπεὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστος.

Itaque cum vere dictum sit a Philostrato lib. II. Εἰκόνων in *Palæstra*: τῶν παλαισμάτων ἃ διαπέφυκεν ἀπ' ἀλλήλων κράτιστον εἶναι τὸ ξυνειμμένον τῇ πάλῃ: ob eas quas exposui modo rationes, non æquæ dignationis habitum pugilatum, ac cæteros agonas verum est, sed ob id potissimum quod in ipso, cæstuum ictibus adversum se πύκται decernerent, dilaceratisque capitibus cruentarentur (ut ait Ambrosius *Enarrat. in Psal.* XXXVI.) præsertim autem antagonistarum os miris modis ita deformaretur (τὰ κατὰ στόμα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὺς εἰκὸς ἦν κρουσθῆναι: sicut Eustathius monet, *in ψ Iliad. ad illud* κόπτε δὲ παπτήναντα, fol. 1324. ὧν καὶ στοχάζοντο πάντως οἱ πύκται καθὰ καὶ ὤπων) difficile ut esset ipsos post pugnam internoscere, quamobrem,

—σκληραῖσι τεθλασμένοι οὔατα πυγμαῖς,

ut cum Theocrito loquar *Dioscoris eidyllio*, ludibrio jocisque ac poetarum quoque, non populariumque modo dicteriis expositi fuerint, vel illa Luciliana quatuor epigrammata 1. 2. 3 & 10 (adde sis & ultimum, quod est Luciani) fidem faciunt quæ cap. 1. lib. XI. Ἀνθολογίας exhibentur, multisque adeo morbis ob debilitatas prædura exercitatione illa & quasi concessione vexatas plagis & ictibus pene assiduis, plerasque corporis partes obnoxios ipsos fuisse Galenus in hæc verba scribit προτρεπτικῷ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5. lin. 19. & sequent. Τὰ τῶν ἀθλητῶν σώματα σαθρὰ, καὶ ἀσθενῆ ταῖς κατὰ ἐπιτήδευσιν γεγονότα πληγαῖς ἕτοιμα πρὸς τὸ πάσχειν ἐστὶν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις προφάσεσιν. οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμοὶ περιωρυγμένοι πολλάκις ὅθ' ἡ δύναμις οὐκέτ' ἀντέχει, πληροῦνται ῥευμάτων. οἱ δ' ὀδόντες ἅτε διασεσεισμένοι πολλάκις ἐπιλειπούσης ἐν τῷ χρόνῳ τῆς δυνάμεως αὐτοὺς ἑτοίμως ἐκπίπτουσι. τὰ δὲ λυγισθέντα τῶν ἄρθρων ἀσθενῆ πρὸς πᾶσαν τὴν ἔξωθεν βίαν γίνεται, καὶ πᾶν ῥῆγμα καὶ σπάσμα ῥᾳδίως κινεῖται, &c. καὶ πολλοὺς αὐτῶν πάνυ συμμέτρως ἔχοντας τῶν μελῶν οἱ γυμνασταὶ παραλαβόντες ὑπερπιάναντές τε καὶ διασάξαντες αἵματι τε καὶ σαρξὶ, εἰς τοὐναντίον ἤγαγον. ἐνίων δὲ καὶ τὰ πρόσωπα παντάπασιν ἄμορφα καὶ δυσειδῆ κατέστησαν, καὶ μάλιστα τῶν παγκράτιον ἢ πυγμὴν ἀσκησάντων, ὅταν δὲ καὶ τῶν μελῶν τελέως ἀποκλάσωσιν, ἢ διαστρέψωσιν, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκόψωσι, τότ' οἶμαι τότε καὶ μάλιστα τὸ τῆς ἐπιτηδεύσεως αὐτῶν ἀποτελούμενον κάλλος ἐναργῶς ὁρᾶσθαι, &c. Et statim: Καταλύουσι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ σώματος αἰσθητηρίων προσαπόλλυται, καὶ πάνθ' ὡς ἔφην τὰ μέλη διαστρεφόμενα παντοίας ἀμορφίας αἴτια γίνεται. Christianorum vero Theologorum ac divini verbi præconum increpationibus atque reprehensionibus percelluntur multo magis: ex quorum numero martyr Cyprianus in lib. *de Spectaculis* pag. 417. col. 2. ita in eos invehitur quodam loco, quem ut eadem opera castigetur exhibebo. Nam illa altera dementia est manifesta (inquit) otiosis hominibus negotiatio sua (malim sui legere) ut vapulet, & prima victoria est ultra modum humani ventris esurire potuisse, super titulo coronæ: Hic pungo distinctionis causa, cujus nota in excusis quibusque deficit, & quod ait de esuritione, hoc ad saginam & voracitatem pugilum aliorumque athletarum pertinet, de qua *libro tertio* plenius disseretur. Tum apud Cyprianum *lib.* III. sub init. subjicitur admirationis quodam genere, ut equidem sentio, Edacis flagitiosæ nundinæ, ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter saginetur. Oratorie igitur argumento suo serviens potius, quam vere Dio Chrysostomus, in *Melancoma*, II. fol. 199. pagina 2. dum pugilem Melancomam omni laudum ratione cumulare nititur, & rei militari athleticam præfert, tanquam illius exercitatio minor ac levior, hujus præstantior & magis laboriosa, per illam solius animi specimen exhiberetur, hac vero insuper fortitudo roburque corporis ac temperantia consummaretur. Et vero pugilatum genus exercitationis durissimum, sive laboriosissimum & difficilimum fuisse, ac propterea cæteris a Melancoma prælatum: cum honoris & gloriæ studiosior, quibus operibus virtus roburque animi & corporis ostenderetur, iis potissimum præ aliis eminere vellet: Γνοὺς οὖν τῶν πρὸς ἀνδρείαν ἔργων (inquit) κάλλιστον ἅμα καὶ ἐπιπονώτατον τὴν ἄθλησιν ἐπὶ ταύτην ἦλθε. τῶν μὲν γὰρ πολεμικῶν ὅτε καιρὸς οὐκ ἦν, ἥτε ἄσκησις ἐλαφροτέρα· φαίην δ' ἂν ἔγωγε καὶ ταύτης ἥττονα εἶναι. μόνης γὰρ εὐψυχίας ἐπίδειξις ἐν τοῖς πολεμικοῖς. ἡ δὲ ἄθλησις ἅμα μὲν ἀνδρείαν, ἅμα δ' εὐψυχίαν, ἅμα δ' ἰσχὺν, ἅμα δὲ σωφροσύνην ἐμποιεῖ· καὶ τοίνυν τῆς ἀθλήσεως εἵλετο, οὐ τὸ ῥᾷστον, ἀλλὰ τὸ χαλεπώτατον: πυγμὴν γὰρ ἤσκητε, & quæ sequuntur.

Inter pugiles & luctatores quidnam intersit Philinus apud Plutarchum [1] explicans, hoc addit, τοὺς δὲ πύκτας, οὐδὲ πάνυ βουλομένους ἐῶσιν οἱ βραβευταὶ συμπλέκεσθαι. μόνους δὲ τοὺς παλαιστὰς ὁρῶμεν ἀλλήλους ἀγκαλιζομένους καὶ περιλαμβάνοντας, &c. συνάγουσιν αὐτοὺς καὶ ἀναμιγνύουσιν ἀλλήλοις, &c. Pugilum denique, sicut e superioribus colligitur, cruenta erant spectacula, non itidem luctatorum cæterorumque agonistarum. Itaque reprehensus ideo Constantius Imp. ab Ammiano Marcellino lib. *Historiæ* suæ quarto & decimo, quod pugiles spectandi esset avidior atque adeo crudelior: *Erat autem diritatis ejus hoc quoque indicium* (inquit) *nec obscurum nec latens, quod ludicris cruentis delectabatur, & in circo sex vel septem aliquoties vetitis certaminibus pugilum vicissim se concidentium perfusorumque sanguine, specie ut lucratus ingentia lætabatur*. Adeo quidem illa cruenta, ut icti cæstibus pugiles si non animam in ipsa pugna efflarent aut agerent, confractis certe ossibus aut luxatis præter deformatum vibicibus (uti dixi) vultum, debiles efficerentur sæpe ac mutili. Quamobrem ad illud Epei pugilis magnifice de se loquentis apud Homerum illo ipso loco, sic fere:

Ὧδε γὰρ ἐξερέω, τόδε καὶ τετελεσμένον ἔσται,
Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.

---

1 Lib. II. *Symp. Problem.* quæst. XLI. de luctæ, quam Græci πάλην dicunt, & Pancratii differentia. Lucianus *Anacharsi* sive περὶ Γυμνασίων non longe ab initio, & Philostratus lib. II. εἰκόνων in *Arrhichione* & in *Palæstra*: Fueritne luctæ certamen reliquis gymnicis antiquius necne: disputatur illo apud Plutarchum loco & additur ad finem *quæst.* V. πυγμὴ μέν ἐστι μίμημα πληγῆς καὶ φυλακῆς (πολεμικῆς δῆλον) πάλη δὲ, συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ.

Eustathius ille noster præclare (ut solet) observandum præcipit τὸ ἐπικίνδυνον τῆς πυγμαχίας ἀεὶ ταύτης ὤσης· πολλὰς γὰρ τὴν κατὰ φύσιν σωματικῆς ἁρμονίας παρέλυεν. Melancomam tamen pugilem (de quo superius actum est) non minus integrum, sanumque, quam unum aliquem e cursoribus fuisse Dio Chrysostomus in *Melancoma* 1. sub initium fol. 196. pag. 2. Aldini lib. in hæc verba memorat, πυγμὴν γὰρ ἀγωνιζόμενος οὕτως ὑγιὴς ἦν ὥσπερ τῶν δρομέων τις. Atque hoc quidem propterea nimirum, quoniam (ut ibidem aliquanto post recitatur) πρότερον ἠνάγκασε τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀπειπεῖν, οὐ μόνον πρὶν αὐτὸς πληγῆναι, ἀλλὰ καὶ πρὶν πλῆξαι ἐκείνους. Illam porro manuum extensionem, seu porrectionem brachiorum, τὴν τῶν χειρῶν ἀνάτασιν in Melancoma pugile laudatam a Themistio, tum Agenori Bebryciorum Regi:

> Ὅστ' ἐπὶ καὶ ξείνοισιν ἀεικέα θεσμὸν ἔθηκε
> Μήτιν' ἀποστείχειν πρὶν πειρήσασθαι ἑοῖο
> Πυγμαχίης --

(ut Apollonius Rhodius [1] cecinit) in expugnandis atque conficiendis ipso pugillatu hospitibus familiarem, & altero etiam sublationis manuum vocabulo a poeta illo designatam ibidem reperio, ubi Regem sic loquutum fingit ad exteros:

> Κέκλυτ' ἁλιπλάγκτοι τάπερ ἴδμεναι ὔμμιν ἔοικεν
> Οὔτινα θεσμιόν ἐστιν ...
> Ἀνδρῶν ὀθνείων, ὅστις Βεβρύκεσσι πελάσσῃ,
> Πρὶν χείρεσσιν ἐμῇσιν ἑὰς ἀνὰ χεῖρας ἀεῖραι.

Et non ita multo post de certamine Amyci & Pollucis:

> Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφ' ἱμᾶσι διασταδὸν ἠρτύναντο,
> Αὐτίκ' ἀνασχόμενοι ῥεθέων προπάροιθε βαρείας,
> Χεῖρας ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.

tum vero a cæteris omnibus pugilibus Eustathius apud Homerum [2] præcipue usurpatam admonet in hæc omnino verba: Ἤγουν πὺξ ἀλλήλους πλῆξαι ἀνατείναντες τὰς χεῖρας· ὃ ἦν γὰρ ὡς ἐπὶ πλεῖστον, ἐπιτήδευμα πυγμάχων τὸ ἐπὶ πολὺ ἀπέχειν ἀνατεταμέναις χερσὶν, καί τινα πυκτὴν Ἀγέσανδρος ἐπαινεῖ, ὅτι διεκαρτέρει τῇ ἀντιπάλῳ ... Idem auctor aliquanto post: Τὸ δὲ, ἄμφω δ' ἀνασχόμενοι, ... ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ..., &c. ... ἁπάσης συμβολῆς. Item postea: ... οἱ πυγμάχοι ἀλλήλοις ... τὴν τῶν χειρῶν ἀνάτασιν ..., &c. quæ sequuntur: & statim adjungit Cratetem ... pugilis ..., ea sola manuum extensione adversarios profligare ac superare solitum, ... ἀγωνιστὴς ... Κράτης (... esse non adjectivum, sed Ægirensis pugilis ... proprium puto, de quo e Pausaniæ secundo *Eliacon* inferius dicetur) ἑαυτὸν εἰς ... ἐπὶ πολὺ ἀνέχειν τὴν χεῖρα, καὶ πληγὰς μὲν ... ἀποκναίειν δὲ οὕτω τὸν ἀνταγωνιζόμενον. Dio Chrysostomus de Jatrocle pugillis Melancomæ antagonista loquutus, in *Melancoma* 1. sub init. fol. 195. pag. 2. Aldini lib. & fol. 196. pag. 2. καὶ μόλις ... γυμνασαμένου τὴν κεφαλὴν καὶ τὰς χεῖρας ἀνατεταμένος, & paulo post de ipso Melancoma ita loquitur, circa istam τὴν χειρῶν ἀνάτασιν, ut quæ ab Aristide scripta de quodam pugile retulisse diximus Eustathium ad Melancomam proprie pertinere videantur. Sic enim Chrysostomus in supra *dicto loco*: Οὕτω δὲ σφόδρα γεγύμναστο, καὶ τοσοῦτο περιῆν τοῖς πόνοις, ὥστε καὶ δυνατὸς ἦν καὶ δύο ἡμέρας ἐξῆς μένειν ἀνατεταμένος τὰς χεῖρας· καὶ οὐκ ἂν εἶδεν οὐδεὶς ὑφέντα αὐτὸν, ἢ ἀναπαυσάμενον, ὥσπερ εἰώθασι, &c. οὐ γὰρ τὸ παίειν καὶ τὸ τιτρώσκεσθαι ἀνδρείαν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι μὴ δυναμένων πονεῖν καὶ ἀπηλλάχθαι βουλομένων, &c. quæ inferius, ubi de arte ad loci Aristotelis constituendam lectionem, proponam.

CAP. VIII.

Plutarchi locus difficilis explicatus aliter atque a Xylandro, cujus tamen interpretatio nequaquam rejicitur. Desperatos & cedentes manum tollere. Ἀπαυδᾶν *apud Plutarchum, quod* ἀπαγορεύειν *&* ἀπογινώσκειν *iis locis qui notantur in Notis. Manus remittere. B. Pauli ad Hebræos verba quæpiam loco Ephremi adhibitis illustrata: nempe* τὸ παρειμένας χεῖρας, παραλελυμένα γόνατα, τὸ κάμνειν, τὸ ἐκλύεσθαι ψυχαῖς. Νεῖκος ἀπαυδᾶν *apud Theocritum, &* ἀνασχεῖν τὰς χεῖρας. *Apud Pausaniam* ἀπαγορεύειν: *& item apud Philostratum enarrantem eandem Arrhichionis fabulam. Natalis Comes id verbi non assequutus carpitur: & item Latinus Interpres Theocriti, qui* τὸ ἀπείπης *pessime reddidit, Græcus autem Scholiastes optime. Quod verbum ea significatione apud Philonem, Nazianzenum, Plutarchum agnoscitur, ubi fugam animi suis viribus diffidentis & prope jam victi signum esse ostenditur. Insuper Philonis, Galeni & Philostrati allata de verbis illis similiter acceptis testimonia, sed & Thucydidis,* ἀναπίπτειν *pro eodem Athenæi fide.*

QUIBUS omnibus adhibitis hactenus existimavi semper explicandum Plutarchi locum in *Lycurgo* pag. 94. cum ait: Καὶ τὸ περὶ τῶν ἀθλημάτων ταῦτα μόνα μὴ κωλύσαντα ἀγωνίζεσθαι τοὺς πολίτας, ἐν οἷς χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται. Quanquam non ignoro nec porro inficior eo referri posse quod Xylander adnotat de sublatione manus, veluti signo desperationis, & abjectionis animi quopiam: non tantum propterea quod eorum qui fuerint superati & cedant, mos quoque sit manum tollere (ut apud Lactantium lib. III. cap. XXVIII. *Instit.* dicebat Cicero) & tendere palmas, quod ait Virgilius, lib. XII. *Æneid.* verum etiam atque adeo multo magis quod Seneca me cap. III. lib. V. *de Benefic.* docuit jamdudum, eos a Lacedæmoniis (quorum Lycurgus legislator) ludos fuisse prohibitos, in quibus victorem ostendat victi confessio. Itaque Plutarchus ipse hanc, in *Apophthegmatibus Lacon.* p. 405. lib. a Steph. excusi, ejus prohibitionis Laconicam & argutam a Lycurgo redditam rationem profert, ὅπως εἶπε μηδεὶς αὐτῶν ἐν τῷ πονεῖν ἀπαυδᾶν ἐθίζηται: quod Xylander quidem

---

1 In ipso *Argonauticon* secundi libri principio, sic & χεῖρας ἀείρειν de pugilatu Amyci & Pollucis agens Theocritus dixit, eo loco quem exhibebo inferius *cap.* XII. hujus *libri*.

2 *Iliad.* ψ. pag. 1322. ad illud, πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν. Et pag. 1324. ad illud, ἄντα δ' ἀνασχομένω. Videto eundem Eustathium ad illud Homeri de pugilatu Ulyssis & Iri sub initium *Odyss.* σ. fol. 1839. ad illud, —— πὼ δ' ἄμφω χεῖρας ἀνέσχον. Et postea, δὴ τότ' ἀνασχομένω, —— ἔτι

ita reddidit, *Ne quis eorum inter laborandum despondere animum assuescat*. Ego autem etsi non prorsus illud improbo, qui scio id eo verbo plerunque significari, sicuti & istis, ἀπειπεῖν, ἀπείπασθαι, ἀπαγορεύειν 1 ἀπογινώσκειν: attamen auctoritate Senecæ commotus, hic quidem aliquid malim, quod turpem suæ animi abjectionis confessionem aut vero demonstrationem exprimat (ut puta vetare, prohibere, deprecari; aut absistere pugna, cedere labori, cœptumque abnuere, ac detrectare certamen, aut simile quidpiam) interpretationis Latinæ loco reponere: sed ita ut suppleatur istud, *Fessum se ac superatum*, confitendo scilicet. Nam huc spectasse Lycurgum arbitror turpem hujusmodi confessionem abominatum: sive ipsa voce, sive manus porrectione, aut fuga 2, vel alio quolibet corporis gestu motuve, hujus rei significatio daretur. Nempe in arena cui comparatur hoc sæculum (sicuti D. Ephrem Edessenæ Ecclesiæ Diaconus scribit in Sermone *de Virginitate*, sub init. in fol. 186.) perfecti quique pugnatores quantum habeant alacritatis, quantum viribus polleant interriti semper ostendunt, cum nunquam fortes remittunt manus, exeruntque lacertos, parati quibuslibet volentibus congredi. Timidi contra, molles, ignavi per segnitiem suam ex certamine fugiunt. Item in *de Pœnitent. & Confess*. Volum. 1. fol. 48. Vani hujusce mundi pugiles licet ab adversariis gravissime verberentur, non concidunt animis, nec fugam arripientes certamen deserunt: sæpe enim fit, ut qui vinci videbatur, tandem e certamine victor descendat. Ac in superioribus quidem istud B. Pauli *ad Hebræos* cap. XII. vers. 12. in memoria videtur habuisse, quod ad athletas haud dubie pertinet, διὸ τὰς παρειμένας χεῖρας, καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἀνορθώσατε, ab ipso Isaia Propheta *cap.* XXXV. tot antea seculis usurpatum, cujus Græca interpretatio sic habet, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι καὶ γόνατα παραλελυμένα παρακαλέσατε. In his autem ad illud ejusdem ex ea ipsa *Epistola* eodem cap. vers. 3. 4. & 5. ἀναλογίσασθε οὖν τὸν τοιαύτην ὑπομεμενηκότα ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς αὐτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμητε, ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλυόμενοι. οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι. Ubi sic videtur κατὰ μετάθεσιν eleganter scripsisse Paulus pro, ἵνα μὴ καμόντες ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐκλύησθε: & quidem τὸ κάμητε, ἀντὶ τοῦ κοπιάζητε: quo verbo D. Joannes in *Apocalypsi* cap. II. vers. 3. utitur eodem sensu. Sane τὸ κάμνειν commode victis qui deficiunt aptatum: quando νικώντων οὐκ εἶναι τὸ κάμνειν e Plutatcho satis intelligitur.

Porro autem τὸ ἐκλυόμενοι ψυχαῖς hoc scilicet eorum est, quos ἀπαυδᾶν dici ostendimus. Quod ipsum ut ἀπαυδᾶν a Plutarcho, sic a Theocrito Διοσκούροις *eidyllio* XXIII. plena locutione νεῖκος ἀπαυδᾶν dicitur, ubi & ἀνασχέσεως, ἤγουν ἀνατάσεως τῶν χειρῶν *extensionis, sive porrectionis manuum*, qua significationem abjectionis animi & pugnæ detractionis ob desperationem de suis viribus, mentio ita fit, ut ad superiorum quæ diximus illustrationem adferri nihil commodius queat: nam de Amyco qui pugilatu victus a Polluce:

—— πᾶς δ' ἐπὶ γαίῃ
Κεῖτ' ἀλλοφρονέων καὶ ἀνίσχεθε νεῖκος ἀπαυδῶν
Ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας, ἐπὶ θανάτου σχεδὸν ἦεν.

Illud etiam eodem sensu a Pausania 3 dicitur ἀπαγορεύειν in pancratiastæ Arrhichionis Olympiis bis olim, ac tum Olympiade quarta supra quinquagesimam post animam in victoria efflatam coronati trisolympionicæ memorabili fabula, quo loco: Ὁ δὲ Ἀρραχίων ἔκκλα τὸν ἐν τῷ ποδὶ τοῦ ἀνταγωνιζομένου δάκτυλον, καὶ Ἀρραχίων τε τὴν ψυχὴν ἀφίησιν ἀγχόμενος, καὶ ὁ ἄγχων τὸν Ἀρραχίωνα ὑπό τε τοῦ δακτύλου τῆς ὀδύνης κατὰ τὸν καιρὸν ἀπαγορεύει τὸν αὐτόν. Ἠλεῖοι δὲ ἐστεφάνωσάν τε καὶ ἀνηγόρευσαν νικῶντα τὸν Ἀρραχίωνος τὸν νεκρόν. Et similiter in Arrhachionis sive (ut ipse nominat) Arrhichionis icone hoc ipsum describens Philostratus, *lib.* II. Εἰκόνων fol. 9. ac velut ob oculos proponens: Γέγραπται δὲ ὁ μὲν ἀποπνίξας νεκρῷ εἰκάσαι, καὶ τὸ ἀπαγορεύον ἐπισημαίνων τῇ χειρί. ὁ δὲ Ἀρριχίων ὅσα οἱ νικῶντες γέγραπται. καὶ γὰρ τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει, καὶ ὁ ἱδρὼς ἀκραιφνὴς ἔτι, καὶ μειδιᾷ καθάπερ οἱ ζῶντες, ἐπειδὰν νίκης αἰσθάνωνται. Quam historiam enarrans Natalis Comes, Pausaniæ utique fide quantum dispicere possum, nam auctorem ipse non citat (qui mos ei pravus est in cæteris etiam quæ scribit: sicuti Alexandro illi Neapolitano Jurisconsulto, itidem

---

ἀνασχεῖν ἐνταῦθα χεῖρας (inquit) τὸ ἀνατεῖναι. Et statim, δὴ τότε ἀνασχομένω, ἤγουν ἀνατείναντες τὰς χεῖρας.

1 Ea significatione ἀπαγορεύειν & ἀπαγόρευσιν legas tum apud Platonem *Symposio*, fol. 176. Stephanici libri, tum apud Lucianum *Anacharsi*, & ipsum quoque Joannem Chrysostomum Sermone IX. *in cap.* V. *Epistolæ B. Pauli ad Romanos* fol. 36. ubi etiam τὸ ἀπογινώσκειν (quod apud Plutarchum ea significatione frequens est) & τὴν ἀπόγνωσιν usurpat. sic admodum scribens: Ἐπειδὴ γὰρ αἱ θλίψεις μάλιστα ἀπαγορεύειν ἐποίουν ὑπὲρ τῶν μελλόντων αὐτοὺς καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐνέβαλλον, λέγει, ὅτι δι' αὐτὰς μὲν οὖν ταύτας χρὴ θαῤῥεῖν καὶ μὴ ἀπογινώσκειν τὰ μέλλοντα. Apertissime autem hac significatione τὸ ἀπειρήκασι legas apud Dionem Chrysostomum in *Diogene* sive *Istmico* fol. 95. pag. 2. Aldini exemplaris, ubi: πάντες ἥττηνται καὶ ἀπειρήκασι πρὸς τὸν ἀγῶνα τοῦτον. Et in *Melancoma* I. sub init. in fol. 196. ἡττᾶτο γὰρ ἀεὶ ἐνίοτε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνισάμενος. ἤδη μέντοι ἀπειρήκει. Et pag. 2. πρότερον δὲ ἠνάγκαζε τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἀπειπεῖν. Et *Melancoma* II. fol. 200. ex quo verba inferius adferam ubi de arte athletica disceptabitur. Et item Eunap. *Oribasio* fol. 173. quod non percepit tamen Junius Interpres, vir alioqui doctissimus, ubi: Οἱ βασιλεύοντες ἀπαγορεύσαντες μάχῃ πρὸς τὴν διὰ πάντων τοῦ ἀνδρὸς δύναμιν. Et τὸ, ἵππων ἀπειρηκότων ὑπὸ πόνου apud Plutarchum in *M. Catone* pag. 620. libri Stephanici, eo loco unde verba proferam *lib.* II. *cap.* XXVIII. ad finem, quod de brutis καταχρηστικώτερον, quibus τὸ ἀγορεύειν minime convenit. Sane τὸ ἀπογινώσκειν ea significatione positum plerisque Veterum locis reperio, ut apud Dionys. Halicarnass. lib. X. Ἀρχαιολο. Ῥωμαι. fol. 651. Diodor. Sic *lib.* III. fol. 119. *lib.* XIII. fol. 370. *lib.* XVIII. fol. 639. & 663. *lib.* XIX. fol. 705. Joseph. Flav. cap. VIII. lib. VIII. lib. XIII. Ἰουδαι. Ἀρχαιο. fol. 389. & cap. XIII. lib. XV. fol. 480.

2. Hanc enim victi ac desperabundi de suis viribus animi esse indicium disces e Plutarchi *Sympos. Problem.* VIII. lib. quæst. XIII. & statim prolato Ephremi loco.

3 *Arcadicis* fol. 1314. Aldini lib. & similiter *Eliacon* II. id verbi usurpavit, fol. 141. ubi de Sostrato Sicyonio pancratiasta, qui acrochersita dictus propterea quod παραλαμβανόμενος ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν ἔκκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει, πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος.

noſtra memoria ſcribere uſuvenit, ut apud veritatis ſtudioſos apud me quidem, gloriæ, dum ſubticet auctores, avidior, omnem ſibi fidem uterque abrogaverit) ſed Comes ille [1] neſcio quamobrem ſcripſit, cum Arrhachion digitum pedis adverſario jam prope ſtrangulatus animamque efflans infregiſſet, illum præ dolore digiti corruiſſe: quando utrumque jam antea in pulvere aut arena volutatum, mutuis quippe nexibus adſtrictum, ex ipſa hiſtoriæ ſerie apparere potuerit. Nempe vim verbi ἀπαγορεύειν ſive ἀπαυδᾷν haudquaquam perceperat, non magis quam Latinus Interpres Theocriti ὁδοιπόροις *Eidyllio* v. ſub perſona Laconis, quo loco:

—ἀλλά γέ τοι διαείσομαι ἔστε κ᾽ ἀπείπῃς,

donec ipſe recuſes etenim vertit: ubi mea quidem ſententia debuit adjicere certaminis productionem, *atque ita victum te utpote cantando & audiendo defeſſum eſſe fatearis:* hæc enim omnino illius verbi eo loco vis eſt quæ Græcum Scholiaſtem haudquaquam latuit, ſic exponentem optime, ut videtur, ἀλλά σοι ᾄδων ἐρείσω, διαγωνιοῦμαι, ἕως ἂν ἀπαγορεύσῃς, τὴν ἧτταν ὁμολογήσῃς. Απειπεῖν igitur eſt deſpondentis animum, ſeque victum eſſe confitentis, ſeu ſermone, atque hoc quidem propria ſignificatione ipſius etymi, ſeu καταχρηστικῶς vel certe μεταφορικῶς alio quolibet motu corporis voluntatem exprimente, ſicuti de fuga ex Ephremo ſuperius admonui. Huc ſpectans Plutarchus verbo illo quo de agimus etiam uſus eſt [2], ὁ γὰρ ἀπειπάμενος καὶ φυγὼν ἧτταν ἀπροφάσιστον ἥττηται, καὶ συγκεχώρηκε κρείττονα τὸν ἀντίπαλον εἶναι. Quo ſenſu τὸ ἀπειπεῖν tum apud Philonem [3], tum apud Gregorium quoque Nazianzenum [4] accipi debere dudum obſervavimus.

Ac de iſtorum quidem verborum ſignificatione minime vulgari, nec ſatis ab Interpretibus Latinis ad eos quos indicavi locos percepta, ſatis ſuperque dictum hactenus videtur: ut nihil ſit quod inſuper additum velle debeamus, niſi quod ſuperioribus convenienter, ſimilitudine ab agonibus petita, προκαμόντα ἀπαγορεύειν, ea qua expoſuimus ſignificatione Philo in eo primi περὶ μοναρχίας loco uſurpavit, ex quo verba inferius *libro tertio* ad extremum, ubi de pluribus ejuſdem agonis præmiis diſceptatur, ſubjiciam, & Galenus itidem ὑγιεινῶν ſecundo, cum ait eſſe oportere τὸν γυμναζόμενον, ἔτι θυμικὸν ὡς ἔτι προθυμεῖσθαι γυμνάζεσθαι καμνούσης ἤδη τῆς δυνάμεως, οὐκ ἄθυμον ὡς ἀπαγορεύειν, ἐπιπονεῖν δυνάμενον. Philoſtratus *lib.* I. εἰκόνων quoque Junior in *Hercule* ſive *Acheloo*: de hoc ſuperato ab illo ſic admodum ſcribens: Κἀντεῦθεν, ὁ μὲν αἱματηρὸς ἤδη μᾶλλον ἢ κάματος ἀφίησι χερσὶν ἀπαγορεύων· ὁ δὲ Ηρακλῆς γανύμενος τῷ ἔργῳ ἐς τὴν Δηιάνειραν ὁρᾷ: quod & a Thucydide in primo *Hiſtoriarum* dictum ἀναπίπτειν, ut ſit ἀθυμεῖν *concidere*, pro *animo concidere*, *deſpondere*, atque adeo *deſperare*: auctor Athenæus *Deipnoſophiſt.* lib. I. ſic admodum ſcribens: Οτι τὸ ἀναπίπτειν κυρίως ἐπὶ ψυχῆς ἐστιν, οἷον ἀθυμεῖν ὀλιγωρεῖν. Θουκυδίδης πρώτῃ νικώμενοι ἐπὶ ἐλάχιστον ἀναπίπτουσι· quod nollem a Lexicographis omiſſum Athenæi teſtimonium.

CAP. IX.

Exercitia quæ Lycurgi legibus permiſſa Lacedæmoniis etiam puellis, ſed ſine pædotriba. Quamobrem in pugilatu non in cæteris exercitiis victorem oſtenderet victi confeſſio: μέχρι αἵματος ἀντικαταστῆναι apud B. Paulum. Mercurialis notatus. Philonis locus expenſus de victi confeſſione: & cum Paulino, Theocritico ac Themiſtiano leviter emendato comparatus. Joſephi locus obſcurior ea de re intelligendus, adbibitis Iſidori Peluſiotæ ac Dionis Chryſoſtomi teſtimoniis illuſtratur. Remiſſioni manuum porrectio contraria: de utraque Papinius. Seneca de pugilatu Lacedæmoniis interdicto. Alexander a pancratio & pugilatu non a reliquis exercitationibus abhorruit: nec aliter de ipſo agentem Plutarchum accipio. παίειν ὀρθοστάδην. De pancratio plurima. Nexus luctatorum & pancratiaſtarum: qui & pammachi dicti. Pyctæ a pammachis diſtinxiſſe Theocritum videri. Pancratiaſtæ cæſtibus nequaquam depugnabant, ſed fortaſſe meilichis, de quibus apud alios nihil.

CÆTERUM videtur quidem ſolo pugilatu atque pancratio non etiam cæteris agonibus aut exercitiis interdictum fuiſſe Lacedæmoniis vetuſtis: quod pro Xylandri ſive recentiore noſtra explicatione adverſus meam illam opinionem atque interpretationem Plutarchi verborum περὶ τῆς ἀναπαύσεως veterem admodum facit, quando in diſci telique jactu fœminis cæteras omnes exercitationes excepto ſaltu conceſſas, ille ipſe Plutarchus his utique verbis manifeſto alicubi [5] oſtendat Lycurgi apophthegmata percenſens: Αλλὰ δὲ ἐπιζητοῦντος διότι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, &c. Et Lacedæmonios in eo loco, qui δρόμος diceretur, non modo curſura, ſed aliis etiam agonibus ſeſe juvenes exercuiſſe Pauſanias [6] diſerte ſcribit: Καλοῦσι δὲ Λακεδαιμόνιοι δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν ἔτι δρόμου μελέτη καθέστηκεν, &c. Πεποίηται δὲ καὶ γυμνάσια ἐν τῷ δρόμῳ: ſed ita ſcilicet ut nullus eſſet qui eos arte gymnaſtica inſtitueret pædotriba, ne pluris arte quam virtute aut contenderent aut valerent: ſicuti ex Plutarcho *Apophth. Laconi.* fol. 415. inferius oſtendere in animo habeo, ubi de arte gymnaſtica ad Ariſtotelici loci lectionem ſtabiliendam diſceptatur. Cum autem in ſacris agonibus Laconas decertare ſolitos, & quidem non curſu [7] tantum, ſed etiam lucta, vel ex eo conſtet altero ipſius Plutarchi teſtimonio: quod *libro ſecundo*, ubi de agonum

1 Lib. v. *Mythol.* ubi de Olympiis, fol. 428. editio. Francofurt.

2 *Sympoſiac. Problem.* lib. IX. quæſt. XIII. fol. 1321. Steph. edition. quem plenius locum exhibebo *lib.* III. *cap.* XIX.

3 In *lib.* τὸ χειρ. τῷ κρειττ. fol. 108. & 109. ut & ἀπειρηκέναι, in *libro* περὶ ἀνδρείας, fol. 505. & 506. De quibus verbis alios locos attuli ſuperius in adnotationibus ad illud ἀπαγορεύειν hoc ipſo cap.

4 Sermone *in Maccabæos*, quo loco ἐν τούτῳ φοβούμενοι μᾶλλον μὴ ἀπείπῃ κολάζων ὁ τύραννος καὶ ἀπέλθωσί τινες αὐτῶν ἀστεφάνωτοι.

5 *Apophth. Laconicis* pag. 404. lib. Stephanici. Videto & in *Lycurgi Vita* fol. 87. ubi, τὰ μέντοι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις καὶ πάλαις καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν, & quæ ſequuntur.

6 *Laconicis* fol. 74. Aldini exempl. unde τοῦ νεανίσκου ἐκ τοῦ γυμνασίου meminit Plutarchus ἐπιτηδευμάτων Λακονικῶν fol. 426. edition. Stephanicæ. Thucydides *lib.* v. fol. 191. meminit τῶν γυμνοπαιδίων, ubi Scholiaſtes ἑορτὴ τῶν Λακεδαιμονίων (inquit, quod huc quoque pertinet) ἐν ᾗ γυμνοὶ ἠγωνίζοντο.

7 De quo agitur a Plutarcho in *Apophth. Lacon.* fol. 399. ubi de Leone Eurycratidæ filio.

agonum præmiis disceptabitur proferemus: solosque gymnicis ludis cœlibes a Lycurgo prohibitos, adhibita insuper infamiæ nota idem *Apophth. Lacon.* pag. 404. Plutarchus tradat: cur potius ibi aut apud Spartam in pugilatu vel pancratio, quam in colluctatione victorem victi confessio arguere potuerit, causam esse arbitror, quod cum starent pugiles non caderent aut pessum darentur, ut in lucta (ἔπιπτον γὰρ ἐν ἀγῶνι, ait in lib. περὶ ἀποικίας Philo, ῥώμῃ τῶ ἀντιπάλυ νικηθέντες καρτερᾷ) non relinquerentur extremi, ut in cursu, sed nec ex plagarum & ictuum exceptorum, aut vulnerum numero atque magnitudine (quæ virtutis potius ac patientiæ fidem faciebant [1]: quamobrem a B.Paulo dictum id, quod ante memoravi ὄπω μέχρι αἵματος ἀντικατέστητε, a pugilibus utique translatum puto) dignosci posset uter esset inferior. Etenim non satis vere scriptum a Mercuriali, *Artis Gymnast.* lib. II. cap. IX. nec satis prospero Mercurio arbitror, in vetusta pugilum pugna superasse illum, qui vel adversarium pugnorum ictibus in terram prosterneret, vel gravius & damnosius periret, hunc sola ipsius prodebat confessio, qui se victum aut cedere diceret, aut alioqui deficere fessumve esse (quod victoribus nequaquam usu venire Plutarcho [2] teste Marcius Coriolanus huc spectans, ut reor, pronunciavit) sermone, manu, gestuve aliquo corporis indicaret, sed manu potissimum juxta id quod a Plutarcho ac Theocrito superius attuli, & quod isto Philonis illustri testimonio περὶ τ εἰ τὰ προπαιδεύ. συνό. fol. 304. declaratur, καὶ τὰς χεῖρας ὑπὸ ἀσθενείας, ὥσπερ ἀπειρηκότες ἀθληταὶ καθῆκαν. Ubi τὸ χεῖρας καθηκέναι ἀπειρηκότα illi Paulino respondet περὶ τῶ παρειμένων χειρῶν; aut illi Theocritico, νεῖκος ἀπαυδῶντα χεῖρας ἀνασχεῖν, quæ ante attuli: quorum utrique respondere itidem censeo quod breviter atque concise ὑπ' ἀργίας ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον. apud Themistium Euphradam [3] olim legere memini, eo loco ex quo verba tum ut e superioribus lucem accipiant illisque simul adferant, tum vero ut a me interim castigentur, quando animadversum hac de re a Stephano eruditissimo Scholiaste nihil reperi perlubenter exhibebo: Διὰ τοῦτό μοι ἐξεγείρει τὸν νοῦν καὶ ἐρεσχελεῖ (ait) καὶ ἐρεθίζει, καὶ οὐκ ἐᾷ καταφέρεσθαι εἰς ὕπνον καὶ χάσμην ὑπ' ἀργίας, ἀλλὰ ἀπαυδῶντα, καὶ παρειμένον, οἷόν τινα εὐδόκιμον παλαιστριτῶν ἀνακαλεῖται & ἀναζώννυσιν ἐπὶ τὰς λόγους παρέχων καλὰς ἀφορμάς, καὶ τῇ τέχνῃ διδὰς χορηγίαν: in quibus ista, si me audies, ita legeris, translato inferiorem in locum ἀλλὰ, ut sane oportet, quod ipsa sententiæ ratio exiget, articulo, οὐκ ἐᾷ καταφέρεσθαι εἰς ὕπνον καὶ χάσμην ὑπ' ἀργίας ἀπαυδῶντα, καὶ παρειμένον. (hic apponendus Sicilicus, tum denique superior ille articulus quem dixi) ἀλλ' οἷόν τινα εὐδόκιμον παλαιστριτῶν ἀνακαλεῖται, & reliqua: quibus omnibus elegantius nihil, aut superioribus quæ περὶ τῶ ἀπαυδᾶν, περὶ τῶ παρειμένας χεῖρας, παραλυόμενον, ἐκλυόμενον, ἢ καμόντα, καθηκέναι, ἢ ἀνατεῖναι; aptius atque commodius (meo quidem judicio) adjungi potuit. Id ipsum autem quod illis verbis

A ostenditur adeo turpe olim existimatum, ut plerique athletarum, licet animo viribusque deficerent, verecundia tamen cessionis hujusmodi ad diffidendum agonem in otio & quiete perseverarent, ut Josephus tradit, vel (quod potius ipsum sensisse crediderim) pausam in decertando respirantes persæpe facerent, protelandi finis gratia, quum certamini παραχώρησις dabat, cessio nimirum illa & traditio manus, victi confessionem præferens: verba enim Josephi *cap.* XX. *lib.* XIII. Ἰουδαικῆς Ἀρχαιολογ. omnino ista sunt: Ἑκάτεροι γὰρ ταυτὸ τοῖς ἀθληταῖς ἔπασχον· οἱ τῇ δυνάμει μὲν ἀπηγορευκότες αἰσχυνόμενοι δὲ παραχωρῆσαι διετέλυν ἀργίᾳ B καὶ ἀναπαύσει διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. Quibus aptissime (opinor) adjunxeris tum quod de Amyco & Polluce decertantibus pugilatu, & ad resumendos spiritus, redintegrandas vires, sudoremque abstergendum parumper quiescentibus Apollonius Rhodius lib. II. *Argonauticon* ita cecinit.

> Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπω
> Ἱδρῶ ἅλις καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε
> Ἂψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίοι.

tum illud etiam, quod ex Isidoro Pelusiota *epist.* CXLIV. *lib.* III. sequenti sermone, *lib.* II. C circa finem proponetur, ἐν τοῖς σαδίοις ἢ στάσιν καὶ ἐφηρέμησιν τίκτειν ἢ ἐναντίων κίνησιν, &c. ut pausæ, quæ interdum fit, reparandis quæ concidebant animi corporisque viribus ad redintegrandum certamen mirabiliter prosit: quamobrem usurpari quoque ab agonistis plerisque solitam auctor Dio Chrysostomus eo loco, *Melancoma* II. fol. 196. pag. 2. Aldini lib. ex quo verba ista de Melancoma pugile illo eximio, qui facere istud necesse non haberet, nec vero soleret, superius retuli: Ὥστε δυνατὸς ἦν καὶ δύο ἡμέρας ἑξῆς μένειν ἀνατεταχὼς τὰς χεῖρας καὶ οὐκ D ἂν εἶδεν οὐδεὶς ὑφέντα αὐτὸν ἢ ἀναπαυσόμενον, ὥσπερ εἰώθασι. Remissio manuum sive demissio cessio fuit, laborisque ac certaminis detractio, suisque viribus diffidentis animi, & adversarium victorem turpiter agnoscentis judicium. Porrectio manuum e contrario fuit indicium animi ad capessendum certamen parati & prompti. Utrumque circa discobolos usurpari solitum significat Papinius lib. VI. *Thebaidos*, his elegantissimis versibus:

> *--assistunt procul, attonitique fatentur*
> *Cedere, vix unus Phlegyas, acerque Menestheus*
> E *(Hos etiam pudor, & magni tenuere parentes)*
> *Promisere manum: concessit cætera pubes*
> *Sponte, & adorato redit illa ingloria disco.*

Equidem ista omnia nondum a quoquam satis percepta (ut videtur) ita quin se habeant tamen in posterum ulli dubium esse minime poterit, nisi qui simul de Senecæ fide dubitare animum forte induxerit: cujus hæc omnino verba sunt cap. III. lib. V. *de Benefi. Lacedæmonii vetant suos pancratio*

---

1 Unde Seneca in lib. *de Dei gubernat. & divina providentia*, cap. II. *Marcet sine adversario virtus: tunc apparet quanta sit, quantumque valeat, polleatque, cum quid possit, patientia ostendit*. Et paulo ante de athletis agens generaliter, sed pugiles ut arbitror intelligens: *Athletas videmus, quibus virium* (ait) *cura est, cum fortissimis quibusque confligere & exigere ab his per quos certamen præparatur, ut totis contra ipsos viribus utantur, & si non inveniant singulos pares simul objiciant*. Et lib. II. *de Ira* cap. XIV. *Athletæ quoque in vilissima sui parte occupati, tamen ictus doloresque patiuntur, ut vires cædentis exhauriant, nec cum ira suadet feriunt, sed cum occasio*. Vide & lib. II. *de Tranquillit. animi*, cap. IX. ex quo scribam sermone proximo.

2 In *Coriolano*, fol. 396. εἰπὼν δ' ἐκεῖνος ὅτι νικώντων οὐκ ἔστι τὸ κάμνειν ἐφείπετο τοῖς φεύγουσιν.

3 *Orat.* VI. περὶ τῆς φιλικοίας τῶ βασιλέως, e quatuordecim excusis a Stephano, fol. 87.

aut cæstu decernere, ubi inferiorem ostendit victi confessio: cursor metam prior contingit; velocitate animi, non animo, antecessit: luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit. Cum invictos esse Lacedæmonii cives suos magno æstimarent, ab his certaminibus removerunt, in quibus victorem facit non judex, non per se ipse exitus, sed vox cedentis & tradere jubentis: propterea igitur & pancratium & pugilatum abominabatur Alexander Macedo, ut arbitror, qui tamen reliqua certamina non modo non respuebat, sed etiam edi jubebat, sicuti Plutarchus in *ejus Vita*, fol. 1223. auctor est. Nam etsi generaliter & in universum ab omni athletarum genere atque natione ipsum alienum fuisse innuit, sic fere scribens: Φαίνεται δὲ καὶ καθόλου πρὸς τὸ τῶν ἀθλητῶν γένος ἀλλοτρίως ἔχων· πλείστους γέ τοι θεὶς ἀγῶνας, οὐ μόνον τραγῳδῶν καὶ αὐλητῶν καὶ κιθαρῳδῶν, ἀλλὰ καὶ ῥαψῳδῶν θήρας τε παντοδαπῆς καὶ ῥαβδομαχίας: attamen de pugilatu tantum & pancratio, non de cursu luctave, ac reliquis exercitationibus loquitur, οὔτε πυγμῆς, οὔτε παγκρατίου μετά τινος σπουδῆς (ait) ἔθηκεν ἆθλον, &c. Ac de pancratio quidem quatenus eo quo se exercent eadem omnia quæ pugiles præstant peraguntque non minus quam quæ ipsi quoque luctatores, atque adeo τὰς χεῖρας ἀνατείνεσθαι *manus extendere*, ut & pugiles solent. Itaque τὸ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην (quod utique proprium fuisse pugilum nemo dubitat) Luciano tamen *Anacharsi* sive περὶ Γυμνασίων, teste atque auctore παγκρατιάζειν λέγομεν. Et sane σύνθετον ἐκ πυγμῆς καὶ πάλης ἦν τὸ παγκράτιον, sicuti Nicephorus Gregoras apud Synesium περὶ ἐνυπνίων, in fine, notat: Ἐξῆν γὰρ τῷ παγκρατιάζειν ἐθέλοντι οὐ μόνοις τοῖς ἰδίοις τῆς πάλης, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς πυγμῆς χρῆσθαι πρὸς τὸ νικῆσαι. Quod ipsum antea dictum a Cicerone in ea *pro Sylla* pugnis & calcibus, a Græcis veteribus πὺξ ὁμοῦ καὶ σκέλει: Scholiastis Græci fide, qui ad Aristophanem [1] id adnotaverat, eruditissimus Erasmus in *Parœmiarum Chiliadibus* proverb. XXI. cent. I. 3. col. 623. pridem animadvertit, & vero Plutarchus in *Symposiacis* lib. II. quæst. IV. ita expresserat, ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης δῆλον: & rursum nexus qui proprii sunt luctatorum (sicuti inferius [2] dicetur) ab ipso tamen Quinctiliano lib. II *Instit. Orator.* cap. VIII. [3] pancratiastis attributos reperias, cum ita scribit: *Sicut ille*, (ne ab eodem exemplo recedamus) *exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiastem susceperit pugno ferire vel calce tantum, aut nexus modo atque in his certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt ejus certaminis*. Divus quoque Ambrosius [4], de pancratiastis agens haud dubie; *Alii qui cædem & pulveris jactum membrorum nexibus miscent omni sibi verberandi jure permisso, quos* παμμάχους *vocant, eo quod omnis litis & pugnæ adversum se habeant ptestatem*. Pancratiastas istos videtur in Hercule Theocritus [5] πυγμάχων, quos ἀπὸ τοῦ πύκτου diversos facit, vocabulo designasse: quanquam id non advertant Interpretes. Nam ubi de luctatoribus Argivis sive Nemeis, ipsorumque arte ac industria sic fere cecinit:

Ὅσσα δ' ἀπὸ σκελέων ἑδροστρόφοι Ἀργόθεν ἄνδρες
Ἀλλήλους σφάλλοντι παλαίσμασιν.

Et de pugilibus.

—— ὅσσα τε πύκται
Δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν ——

Addit statim conjuncto utrorumque munere:

—— ἅτ' εἰς γαῖαν προπεσόντες
Πυγμάχοι ἐξεύροντο παλαίσματα σύμφορα τέχνᾳ.

Quod totum sic accipiendum tamen existimo, pancratiastæ ut cæstibus dimicandi facultatem nihilo magis habuerint, sed pugnis nudis ac meris [6] hoc est minime armatis. Hoc tantum etenim videtur pancratiastis neutiquam licuisse, quod moris pugilibus fuit assumptis cæstibus inferre vulnera. Id quod ex isto Pausaniæ loco *Eliacon*, lib. II. fol. 151. Aldini exemplaris, satis evidenter (opinione mea) deprehenditur: in quo Hellanodicas admonuisse Clitomachus dicitur, pro bono & æquo facturos ipsos, si pancratiastas in agonem inducerent antequam ipse in pugilatu vulnera excepisset: quo impetrato ipsum pancratio superatum ab Elæo Capro, nihilominus robore animi eximio integrisque viribus corporis inter pugiles illico decertasse. Græca sic habent: Ἀνεδίδασκεν ὁ Κλειτόμαχος τοὺς Ἑλλανοδίκας γενήσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ σφίσιν, εἰ τὸ παγκράτιον ἐσκαλέσαντο πρὶν ἢ πυκτεύσαντα αὐτὸν λαβεῖν τραύματα· λέγει τε δὴ εἰκότα, καὶ οὕτως ἐσκληθέντος τοῦ παγκρατίου, κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ Κάπρου, ὅμως ἐχρήσατο ἐς τοὺς πύκτας θυμῷ τε ἐρρωμένῳ καὶ ἀκμῆτι τῷ σώματι. Exceptis cæstibus & aurium fortasse munimentis (de quibus postea dicetur) quod potuere ad pugnam conferre pugiles hoc totum pancratiastis, ac præterea ad ipsum quod luctatoribus licuit alioqui defuturum, si cæstuum usus adforet, quorum ligaturis complicatæ atque adstrictæ manus ad nexus cæteraque luctationis munia inutiles fuissent.

Meilicharum usum profecto, quarum loco cæstus successerint, pancratiastis denegatum asseverare nolim, quas e corio bubulo tenues quaspiam corrigias vetusto more sub manus cavum colligatas traditur: quando ipsi brachiorum prehensioni ad luctam, utpote nudis relictis digitis, ipsarum meilicharum usus efficere non potuit sicuti cæstuum, ut ex hac inter utrumque instrumenti genus apud Pausaniam *Arcadicis* fol. 214. prodita differentia intelligitur, quam propterea hic exhibebimus, quod ab iis [7] qui de gymnastica ex professo scripsere per oblivionem prætermissa fuisse videatur. Ille igitur ubi de Arrhachione & Creuga tanquam victoribus post mortem coronatis: Τοῖς δὲ πυκτεύουσιν οὐκ ἦν πω τηνικαῦτα (inquit) ἱμὰς ὀξὺς ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς χειρὸς ἑκατέρας, ἀλλὰ ταῖς μειλίχαις ἔτι ἐπύκτευον, ὑπὸ τὸ κοῖλον δέοντες τῆς χειρὸς, ἵνα οἱ δάκτυλοί σφισιν ἀπολείπωνται γυμνοί: οἱ δὲ ἐκ βοείας ὠμῆς ἱμάντες λεπτοὶ τρόπον τινὰ ἀρχαῖον πεπλεγμένοι δι' ἀλλήλων ἦσαν αἱ μειλίχαι.

1 In *Pace*, quo loco facetissime licet parum honeste παίειν ὀρύττειν πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέδ.

2 Ad Sidonii castigandum locum, ubi de virga gymnasiarcharum *cap.* XX. hujus *lib.*

3 Ex palæstritis quosdam acrocheiristas fuisse Budæus adnotat *ad l. athletas. D. de iis qui not. infa.* Pancratii mentio fit a Pindaro in *Olympiis* cantu 8. epo. 3. & ab Aristot. lib. I. *Rhetor.* cap. V.

4 *Enarrat. in Psal.* XXXVI. Sic pulveris jactum dixit Plinius.

5 *Eidyllio* 31. vel sicut in editionibus recentior. in 25. cujus inscriptio, ἡρακλίσκος,

6 Simili loquendi ratione Prudentius περὶ στεφάνων *hymno* 6. fol. 150. *Stabat calce mero* dixit.

7 Mercurial. scil. cap. IX. l. II. *Artis Gymnasticæ*

CAP. X.

Duplex lucta, una erecta quæ stantium, ficuti & pugilatus, altera volutatoria, quæ forte pancratiastarum fuit. B. Chryfoftomi, Paufaniæ item ac Platonis ab aliis nequaquam animadverfi aut indicati loci. Chryfoftomum τὰς παλαίοντας *pro pancratiaftis pofuiffe videri. Quæ inter pugiles, pancratiaftas & luctatores, vel fimilitudo, vel differentia Verba luctatorum propria enumerantur; in his* καταςρέφειν, κονίζειν *five* κονίεσθαι, πτερνίζειν *&* ὑποσκελίζειν. *Quod poftremum tamen ad curfores a Chryfoftomo relatum, nifi non integer locus. Philo* πτερνιςῦ *nomen Jacobo affignat quodam loco ifta luctatoria vocabula ufurpans: in quo fupervacanea quædam notantur; in ejufdem altero ea de re loco leve mendum animadverfum.* Καταράττειν *quod verbi, ut apud ipfum fic & apud Pollucem forfitan reponi debeat.*

PANCRATIASTAS igitur Lucianus ὀρθοςάδlω depugnaffe illo loco diferte fcribit, quod valde notandum arbitror: vel ideo quia ex Antyllo apud Orybazium *Collectan.* cap. XXVII. duplicem luctam: alteram erectam, alteram fuper pavimento apud Veteres habitam: & hujus nomine nihil aliud nifi volutatorium pancratium intellectum fuiffe doctiffimus Mercurialis alicubi [1] admonet. De hujufmodi lucta fenfit apud Xiphilinum Dio in *Adriano*, ubi de prælio Romanorum, cum Iazygibus: Ωλίσθαινον μὲν γὰρ καὶ οἱ Ρωμαῖοι, ἀλλ' εἴ θ' ὕπτιός τις αὐτῶν ἔπεσε συνεφείλκετο τὸν ἀντίπαλον, καὶ τοῖς ποσὶν ἐς τὸ ὀπίσω ἀνερρίπτει, ὥσπερ ἐν πάλῃ, καὶ οὕτως ἐπάνωθεν αὐτοῦ ἐγίγνετο, εἴτε καὶ ἐπὶ στόμα κατελάμβανεν αὐτὸν προκαταπίπτοντα αὐτῷ τῷ σώματι· οἱ γὰρ βάρβαροι καὶ ἄπειροι τοιουτοτρόπως ἀγωνίας κουφότεροι ὄντες οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντέχειν, ὥστε καὶ ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι διέφυγον. Ex quibus verbis illud Martialis περὶ τῆς ἀνακλινοπάλης explicandum puto, quod is quem fuperius nominavi Mercurialis ibidem protulit. Sane recti decertabant & pugiles (quos περὶ τῆς στάσεως πρῶτον ἠγωνίσασθαι fcribit Ariftides [2] quemadmodum recti pugnæ locum caperent in eo laboraffe, ficut inferius e Theocrito & aliis docebimus) & vero luctatores: fed fub initium fcilicet hi quidem ut arbitror [3]. De utrifque igitur agens Chryfoftomus in *Explicatione* horum B. Pauli verborum, στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν, *Serm.* 23. pag. 199. *in cap.* VI. *Epift. B. Pauli ad Ephef.* ita fcribit: Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ παλαιόντων τὸ πρὸ τῶν ἄλλων παρεγγυᾷ τὸ ἑστάναι. πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς πράγμασιν ὁ ἑστὼς ὀρθῶς ἕστηκεν οὐ διακεχυμένος οὐκ ἐπικλινόμενός τινι. ἡ ἀκριβὴς ὀρθότης ἐν τῇ στάσει φαίνεται. Quod etfi ve-

A ram illam Mercurialis opinionem ut quædam erecta lucta fit confirmat: præfertim quod auctoritate infuper Clementis Alexandrini afferitur, qui τῆς ὀρθῆς πάλης in tertio *Pædagog.* cap. X. citato a Mercuriali, mentionem facit: & vero Paufaniæ [4] teftimonio de Leontifco Siculo egregio luctatore (παλαιστὴν ipfe nominat) Olympicis & Pythicis agonibus coronato agentis alicubi: quem non dejicere quidem fciffe adverfarium, fed fola digitorum inflexione atque curvatione prehenfum ita urgere, ac (prope dixerim) fodere, ut vinceret memoriæ prodidit: cum denique majorem in modum Platonis auctoritate in lib. VIII. *de Legib.* fol. 796 Stephan.
B lib. illuftretur, qui cætero luctæ genere fpreto, rectam dumtaxat (quam ipfe quoque ὀρθὴν vocat) in fua republica retinendam cenfuerit: cujus etiam effectus his omnino verbis expreffit: Τὰ δ' ἀπ' ὀρθῆς πάλης ἀπ' αὐχένων καὶ χειρῶν καὶ πλευρῶν ἐξειλήσεως μετὰ φιλονεικίας τε καὶ καταστάσεως διαπονούμενα μετ' εὐσχήμονος ῥώμης τε καὶ ὑγιείας ἕνεκα ταῦτ' εἰς πάντα ὄντα χρήσιμα οὐ παρετέον: vereor tamen ut τὰς παλαίοντας ἀντὶ τῶν παγκρατιαστῶν Chryfoftomus intellexerit: propterea fcilicet quod eodem utrique loco in palæftra nimirum oleo ac ceromate delibuti decertarent: non item pugiles: cum tamen pugiles & horum exemplo pancratiaftæ recti
C contenderint, ut ex illo Luciani loco apertum fatis cuique eft, non item luctatores, quorum ifta propria quæ Julius Pollux *Onomaftico* ad fin. lib. III. col. 191. retulit, ἄγχειν, στρέφειν (adde καταστρέφειν, vel καταστρέψαι ex ifto Lucillii verfu, *epigramm.* VI. tit. II. εἰς ἀστρολόγους *lib.* II. Ανθολ.

Καί σε καταστρέψῃ καὶ σε παρατροχάσῃ.)

ἀπάγειν, λυγίζειν, ἀγκοινίζειν, ἀγκυρίζειν, ἀνατρέπειν, δράσσειν, ὑποσκελίζειν, καὶ πλαγιάζειν ἢ, καὶ κλιμακίζειν παλαισμάτων ὀνόματα, quibus & ifta meri-
D to adjunxeris (quæ pancratiaftis ipfe tribuit [5], ficuti τὸ ἄγχειν) nempe ὑποτιλίζειν λὰξ ἐνάλλεσθαι λακτίζειν: tum hæc infuper e variis auctorum locis, quorum plerofque proferimus excerpta, κονίζειν (five quod apud Philonem [6] inter cæteros legere memini) κονίσασθαι ἀντίπαλον: & quod a Philoftrato ufurpatum ad finem octavi *de Apollonio* libri reperias, ἐγκονίσασθαι perfpergere colluctatorem injecto vel excitato pulvere, ac fœdare, itemque iftud, quod eandem quam τὸ ὑποσκελίζειν aut geminam vim habet, πτερνίζειν *fupplantare* [7] five fuppofito pede disjicere, humique affligere (noftri *donner la jambe* dicunt lingua vernacula) quo in gene-
E re Britones qui Armorici excellere præ Gallis reliquis exiftimantur (quanquam D. Chryfoftomus καταχρηστικῶς de curforibus alicubi [8] τὸ ὑποσκελίζεσθαι dixiffe deprehenditur) tum vero τραχηλίζειν quod eft *refupinare*: ἐκτραχηλίζειν cervicem col-

---

1 Extremo cap. VIII. lib. II. *Artis Gymnafticæ*, ubi duplex pancratium facit, unum ex lucta & pugilatu compofitum, alterum volutatorium. At ipfe unum effe idemque iftud arbitror.

2 *Panathenaico* fol. 13. pag. 2. ibi: ὥσπερ οὖν οἱ πύκται περὶ τῆς στάσεως πρῶτον ἠγωνίσαντο.

3 Imo femper, ac verius, quod aliquanto poft e Chryfoftomo docebo, ut non fub initium modo, recti contenderint, cum luctæ finis effet alterutrius ex antagoniftis dejectio.

4 *Eliacon* lib. II. fol. 141. non citatur a Mercuriali, ubi Paufanias: Εἶναι δὲ αὐτῷ λέγεται τὸ πάλαισμα, &c. καὶ γὰρ τὸν Λεοντίσκον καταβαλεῖν μὲν οὐκ ἐπίστασθαι τὰς παλαίοντας, νικᾶν δὲ αὐτὸν κλῶντα τὰς δακτύλους.

5 Col. 188. ubi περὶ πυγμῆς καὶ πύκτου.

6 In lib. τὸ χεῖρ. τῷ κρείττ. ἐπιτίθ. fol. 108. & 109. & περὶ ὀνείρων, fol. 166. ex quo, fed & apud Themiftium Eufradam *Oratione* I. e quatuordecim a Stephano excufis fol 10. ubi de Philammone: unde verba proferam *lib.* III. cum de fervorum exclufione a ludis, differam. Galenus etiam κονίεσθαι dixit in *Protreptico ad artes* fol. 5. & vetuftus quidam poeta apud Plutarchum in *Pompejo*, fol. 1183. unde verba inferius exfcribam, ubi de fortitionibus.

7 Hoc verbo utitur Seneca *epift.* XIII. unde verba profero *lib.* III. *cap.* XIV.

8 Sermone περὶ ταπεινοφροσύνης, quo loco: Τὸν δὲ μετὰ πολλοὺς δρόμους ὑποσκελισθέντα οὐκ αὐτὶς ἀξιώσειε συγγνώμης. Ubi fortaffe Chryfoftomus ὑποσκελισθέντα fcripferat, fcribere certe voluerat.

lum frangere vel obtorquere: καταβάλλειν dejicere sive prosternere, quod μετὰ τοῦ σκελίζειν sumpta pereleganter a luctatoribus metaphora Procopium de diabolo supplantatore ac dejectore primi hominis de paradiso, agentem conjunxisse in *Commentario ad Esaiam* [1] recordor, ubi sic legitur: Ἀναλόγως καὶ τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ σκελίσαντι καὶ στάσεως καταβαλόντι τῆς παρὰ τῷ θεῷ. Itemque συμπλέκεσθαι [2] ἀναμιγνύντας ἀγκαλιζομένους καὶ περιλαμβάνοντας amplexari commistos atque comprehendere, de quo ex Plutarchi *Symposiacon* secundo superius egimus: de illis autem nihil habeo commodius, quam quod præter Galenum [3] *ad tertium aphorismum Hippocratis* Philoniana suppeditat lectio, ubi de luctatore ac supplantatore Jacobo, qui pro præmio sacri certaminis coronam ipsa nominis mutatione significatam Dei visionem, assequutus fuerit. Nec enim dubito quin & ad illud Esau verbum, *Geneseos* cap. XXVII. de fratre Jacobo [4] conquerentis, ita redditum a Septuaginta Viris, δικαίως ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ· ἐπτέρνικε γάρ με ἤδη δεύτερον: & simul ad gymnicos ludos optimus auctor adspexerit [5], quo loco: Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἰακὼβ μετονομάζεσθαι συμβέβηκεν εἰς τὸν Ἰσραήλ, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ. ἐπεὶ ὁ μὲν Ἰακὼβ πτερνιστής, ὁ δὲ Ἰσραὴλ ὁρῶν τὸν θεὸν βαλεῖται. πτερνιστοῦ μὲν ἔργον ἀσκοῦντος ἀρετὴν τὰς βάσεις τοῦ πάθους αἷς ἐφίδρυται, καὶ εἴ τι ὀχυρὸν καὶ ἱδρυμένον ἐν αὐταῖς κινεῖν, καὶ σαλεύειν, καὶ ἀνατρέπειν· ταῦτα δὲ οὐ δίχα ἀγωνίας ἀπονητί (hoc autem ἀπονητὶ esse a glossemate duorum proximorum δίχα ἀγωνίας, quorum eadem vis omnino est, sentio, ac si criticum agere licet, delendum proinde censeo, nisi quis illa potius ob eandem rationem delere, hoc retinere maluerit, ab aliis [6] non semel usurpatum, quod non abnuo) φιλεῖ γίνεσθαι. ἀλλ' ἐπειδάν τις τοὺς φρονήσεως ἄθλους ἐξαθλῶν γυμνάζηταί τε τὰ τῆς ψυχῆς γυμνάσματα (notato ista, & quæ sequuntur itidem ad gymnicum luctæ agonem omnia pertinentia) καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπάλους καὶ τραχηλίζοντας αὐτὸν λογισμοὺς παλαίῃ. τὸ δὲ τὸν θεὸν ὁρῶντος, τὸ μὴ ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος ἀστεφάνωτον ἐξελθεῖν, ἀλλὰ τὰ ἐπὶ τῇ νίκῃ βραβεῖα ἄρασθαι, τίς δ' ἂν εὐανθέστερος ἢ ἐπιτηδειότερος πλέξαιτο νικηφόρῳ ψυχῇ στέφανος, ἢ δι' οὗ τὸν ὄντα δυνήσεται θεωρεῖν ὀξυδερκῶς; καλόν γε ἀσκητικῇ ψυχῇ πρόκειται τὸ ἆθλον ὀμματωθῆναι πρὸς τὴν τοῦ μόνου θέας ἀξίου τηλαυγῆ κατανόησιν. Item περὶ ὀνείρων fol. 163. Οὐ πάντας (ait) &c. παλαίσμασιν πολυτρόποις καὶ πολυμηχάνοις αὐχενίζοντες ἐκτραχηλίζειν καὶ καταρράττειν (melius deleto ρ altero καταράττειν, quod est πρὸς τὸ ἔδαφος ἀράττειν, sicuti Lucianus loquitur, solo illidere καταρρίπτειν vel καταβάλλειν, & vernacula Gallorum lingua *Terrasser*, humo affligere: idemque verbum sive simplex ἀράττειν, sive potius compositum καταράττειν aut καταράττειν apud Pollucem, ubi & δράσσειν potius legerim, quod & præcedentia & sequentia videntur exigere, cum ita scribit, ἀνατρέπειν, δράσσειν, ὑποσκελίζειν; nec tamen ferri leviter vulgatam lectionem posse non video: præsertim cum δρασμὸν δευτέραν ἔφοδον εἰς σωτηρίαν τοῖς ἀμύνεσθαι μὴ δυναμένοις Philo περὶ ἀποικίας fol. 266. scripsit) ὑποσκελίζοντες οἱ μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγειν, μήτε φρονεῖν ἐγνωκότες ἀξιοῦσι. Hactenus ille.

CAP. XI.

Τετραχηλισμένα apud B. Paulum unde translatum sit, ab Erasmo minime perceptum, de quo verbo locus apud Laertium expensus, & item περὶ τοῦ κριοῦ. Luctatores conferebant capita. Inque gradu stetimus *apud Ovidium quid sit. In lucta, victor is demum, qui adversarium dejecerat, victus qui dejectus. In pancratio & subjectus vincere potuit attracto ad se industria scilicet adversario. Insignis locus B. Chrysostomi. Luctatoria Catabletica & Cabbalica apud Galenum. Ex ambigua τοῦ καταβάλλειν significatione, cum alterius apud Paulum loci, tum dicti Diogeniani elegantia apud Laertium. Dionis Chrysostomi de pammachis locus expositus.* Παλαιόντων *nomen apud Clementem Alexandrinum de pugilibus, sicuti* τῶν παλαιστῶν *in Etymologico.* Ἀντώτιδες, ἀμφώτιδες.

QUAPROPTER quod B. Paulus πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ dixit, metaphorice in *Epistola ad Hebræos* cap. IV. vers. 13. a luctatoribus potius, quam a pastoribus oves tondentibus (quod Erasmus existimavit tamen) sumpsisse translationem censeo: qui scio aliis quoque locis in eadem *Epistola* quærendam a re gymnastica sive athletica veram & germanam (quæ videtur adhuc alios fugisse, a nobis autem superius exhibita fuit, aut porro utroque proximo sermone, si Deus dederit, exhibebitur) interpretationem. Ex hac quidem hujus verbi propria significatione ducitur elegantia & venustas illius Diogeniani dicti, ab interprete Latino Laertii minime agnita, cum ita in Græco sit [7] *de Olympionica scortum intensis oculis frequentius intuente ac spissius, Ecce, inquit, ut aries martius & pugnax a vili puella resupinatur*, atque adeo velut in agone superatur, ἰδὼν ὀλυμπιονίκην (ait) εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, Ἴδε, ἔφη, κριὸν ἀρειμάνιον, ὡς ὑπὸ τοῦ τυχόντος κορασίου τραχηλίζεται: nec porro ineptum aut otiosum illud τοῦ κριοῦ epitheton scias, quando luctatores arietino quodam more capita conferebant, frontes-

1 Cap. XXVII. fol. 337. libri excusi Lutetiæ anno 1580.

2 Sicuti Jul. Pollux auctor est *Onomastici* lib. III. cap. XXX. ubi περὶ παλαιστῶν, col. 188. cum ait, οἱ δὲ παλαισταὶ βαρεῖς, στάσιμοι, μόνιμοι, ὠμοιαῖοι, ἀντερειδόμενοι, συμπλεκόμενοι. Nam περὶ τοῦ καταβάλλειν vel ex illo Pausaniæ loco possis exemplum petere: quamobrem καταβλητικὴν athleticam Galenus vocandam censuit, ut inferius doceo.

3 Ubi de athletis nullum aliud studium habentibus, quam ut alios supplantent ac dejiciant.

4 Sic appellato, ut est in cap. XXV. *Genes.* ex illa eorum Versione; ὅτι ὅταν ἐξῆλθεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπειλημμένη καὶ τῆς πτέρνης Ἠσαῦ καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰακώβ. Et Clemens Alexandr. lib. I. *Pædagog.* cap. VIII. quem & Hœschelius in suis *ad Philonem Annotationibus* citat.

5 Περὶ τῶν μετωνομασθέν. fol. 25. Francofurt. lib. excusi ann. 87. Supplantatoris est vocabulum consecutus (Jacob ut est apud Petr. Chrysologum senio. 154. fol. 587.) eo quod antequam nasceretur, noscitur divinitus reprobatum supplantasse germanum.

6 Euripide apud Plutarchum *Alcibiade*: unde verba profero *lib.* proximo paulo post initium, & *lib.* III. Itemque Luciano *Anacharsi*, eo loco quem sub initium *lib.* III. exhibebo.

7 In *Diogene Synopensi* lib. VI. fol. 220. Dicuntur etiam medici κατάγειν & εἰς ᾅδην κατάγειν quo perimunt, ut *Antholog.* lib. II. cap. XXII. fol. 149. epigr. cujus initium Ἰητρὸς, & altero quod incipit a Βέλτερον.

que collidebant συνενδυκότες τὰ μέτωπα συνήραττον, ὥσπερ οἱ κριοί: ſicuti Lucianus *Anacharſi* [1] auctor eſt, unde Lucanum explicandum eſſe inferius lib. II. hujus *Agoniſtici* cap. VIII. docebitur: vel taurino etiam more, ſicuti pugiles Amycum & Pollucem concurrentes ad ictus graviores, tauris Apollonius Rhodius comparat lib. II. *Argonauticon*:

Στάντε δὲ βαιὸν ἄπωθεν ἀπωμόρξαντο μετώπω
Ἱδρῶ, ἅλις καματηρὸν ἀϋτμένα φυσιόωντε
Ἂψ δ' αὖτις συνόρουσαν ἐναντίοι ἠΰτε ταύρω
Φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεκοτηότε δηριάασθον.

Et item ex Latinis poetis Ovidius *Metamorphoſ.* lib. IX. fab. I. Acheloum de ſua cum Hercule colluctatione loquentem inducit his verſibus:

Digredimur paulum, rurſuſque ad bella coimus,
Inque gradu ſtetimus, certe non cedere: eratque
Cum pede pes junctus, totoque ego pectore pronus,
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros
Cum pretium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur conjux. ——

In quibus verbis animadvertendum illud, *inque gradu ſtetimus*, quod ad rectam illam luctam, de qua agebamus modo, videtur pertinere. Quod vero diximus περὶ τοῦ καταβάλλειν, id ſic habeto denique omni exploſa dubitatione aut controverſia: ut in luctæ certamine dejectus atque humo afflictus, ex ipſa certaminis ipſius lege vinceretur, nec porro vinceret, niſi qui adverſarium prius dejeciſſet: quamvis in pancratio, dejectus ita urgere adverſarium ac premere quopiam loco poſſet, ut victum ſe fateri cogeret. Nempe pancratiaſtarum ex arte id fuit, ut ſuperaturus adverſarium, ſecum attrahere ipſum niteretur, ſeque ipſi adeo ſponte deditaque opera ille decidens ſupponeret; ſicuti ex illo vel uno Plutarchi loco intelligi poteſt, quem paulo poſt, ubi de morſu pancratiaſtarum agetur, proferam: & ex illo itidem Dionis apud Xiphilinum *Adriano*, unde verba ſuperius citavi, forſitan ex illo etiam Papinii de Tydeo & Agylleo colluctatoribus, unde verba de palæſtræ arte agens paulo poſt depromam. Ex diverſo, adeo luctatores recti depugnarunt, ut qui prior cecidiſſet in lucta, is pro victo ſtatim habitus fuerit. Et vero colluctationis hunc finem fuiſſe, antagoniſtæ dejectionem ſcilicet, unus omnium optime D. Joann. Chryſoſtomus Ethico ſermone XXII. *in cap.* VI. *Epiſt. D. Pauli ad Epheſios* fol. 198. & 199. me docuit: quo loco præclare oſtendit certaminis, quod nobis eſt cum Diabolo, & ejus quod athletis olim inter ſe colluctantibus fuit, differentiam, ſic admodum ſcribens: Κἂν παλαίωμεν καὶ διαπαντὸς κατέχωμεν ἂν παλαίοντες ἐξέλθωμεν, νενικήκαμεν, οὐ γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀθλητῶν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα. ἐκεῖ μὲν γὰρ (ait, quod animadvertere, cum ad rem imprimis faciat, oportet) ἂν μὴ καταβάλῃς, οὔπω νενίκηκας, ἐνταῦθα δὲ ἂν μὴ καταβληθῇς νενίκηκας· ἂν μὴ καταβληθῇς, κατέβαλες εἰκότως· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμφότεροι ὑπὲρ νίκης σπουδάζουσι· κἂν ὁ ἕτερος καταβληθῇ, ἕτερος στεφανοῦται· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὁ διάβολος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ἥττης σπουδάζει, &c. ἡ δὲ νίκη αὐτοῦ οὐκ ἐν τῷ στεφανωθῆναι, ἀλλ' ἐν τῷ ἀπολέσαι. ὥστε ἂν μὴ καταβάλω (de colluctatione adverſus Diabolum hic agit) μὴ καταβληθῶ δὲ νενίκηκα.

Quamobrem arti athletarum exercitatoriæ Galenus ut κακοτεχνίας pædotribicæ ſic & catableticæ vel cabbalicæ potius quam gymnaſticæ nomen tribuendum cenſuit, eo libro quem *ad Thraſybulum* ſcripſit, πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν: ad illud nimirum quod athletæ potiſſimum in palæſtra inter luctandum, efficere tenebant (τὸ καταβάλλειν δῆλον) aſpiciens. Itaque cum eo verbo ſignificetur, non *dejicere* tantum ſive *proſternere* (quod palæſtritarum ſive luctatorum eſſe proprium dixi, & quodam modo pancratiaſtis quoque convenire, atque ad ipſos commode referri poſſe non nego) ſed etiam mactare, ut apud Iſocratem, & Athenæum, vel, ſicut apud Xenophontem, Polybium, Plutarchum, ſternere conficere atque interficere: ab ambigua ipſius vi ducta eſt itidem elegantia, nondum ſatis ab ullo (quod equidem ſciam) Interpretum percepta, tum verborum hujuſmodi ſecunda Pauli *ad Corinthios Epiſtola* cap. IV. verſ. 9. comprehenſorum, quæ libro tertio [2] (ſi Deus ſinet) ſubtilius atque accuratius expendentur, διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι: tum vero Diogeniani alterius dicti, qui cum *luctatorem ineptum ac ignobilem agere medicum cerneret, quamobrem iſtud?* (inquit apud Laertium in *Diogenis Vita* fol. 220.) *num ut victores quondam tuos nunc dejicias?* ad inferos ſcilicet) ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, ἔφη, τί τοῦτο, ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς; Atque adeo hæc Dionis Chryſoſtomi in *Diogene* ἢ περὶ ἀρετῆς fol. 91. Aldini lib. verba non de pugilibus, ſed de pancratiaſtis ſive pammachis accipienda eſſe affirmo: Καὶ γὰρ δὴ ὥσπερ οἱ πυκτεύειν εἰδότες, ἐὰν μὲν προλάβωσι τὸν ἀνταγωνιστὴν οὐ παύονται τὴν ἀρχήν· πολλάκις δὲ καὶ ἐπέβησαν αὐτοὶ καταβαλόντες· ἐὰν δὲ ἀποχωρῶσι φοβούμενοι, τότ' ἰσχυροτάτας πληγὰς λαμβάνουσι. Nam τὸ καταβάλλειν ad luctam proprie, non ad pugilatum, pertinet: eique reſpondet τὸ πεπτωκέναι, quod victis utique luctatoribus uſuveniebat, non pugilibus, quemadmodum Plutarchus oſtendit in *Pericle*, ubi: ὅταν εἴπω ἐγὼ καταβάλω παλαίων (inquit) ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ. Igitur non πύκτας, hoc eſt, *pugiles* eo loco dixit Chryſoſtomus Dio, ſed τοὺς πυκτεύειν εἰδότας *eos qui pugnis cæſtibuſque decertare didicerunt*: quo genere non minus quam lucta præſtare ſe pammachi profitentur. Luctatorum igitur exemplo pancratiaſtas ſive pammachos (mixtum ex utroque certamine, uti dixi, athletarum genus) & inungi ceromate ac volutari quoque ſolitos inferius e Plutarcho lib. II. *Sympoſ.* quæſt. IV. demonſtrabitur. Quæ cum ita ſe habent, nihil equidem incommodi video, ſi apud Chryſoſtomum τὸ παλαίοντας ſumpto generaliter atque improprie, aut etiam figurate, per ſynecdochen vocabulo ad pancratiaſtas pugilum ipſis a Chryſoſtomo adjunctorum obeuntes munia & aliqua in re aſſimiles (qui & ipſi decertare dicuntur in palæſtra) referendum eſſe cenſueris: ac palæſtritarum non itidem ut luctatoribus, pancratiaſtis quoque pugilibuſque ipſis accommodaveris. Et vero ne quis ultra dubitationi relinquatur locus, apud Clementem etiam Alexandrinum lib. II. *Pædag.* cap. VI. id verbi ad ipſos pugiles relatum poſſis agnoſcere. Nam pugiles utique intelligens, qui ſolent ore ac vultu itemque auribus ictus excipere (quod ſane in luctæ certamine nequaquam uſuvenit) τοὺς παλαίοντας ait operimentis aurium quibuſdam uti, quas ἀντωτίδας nominat, prohibendi

[1] Eo περὶ Γυμνασίων loco, qui ſub hujus ſermonis finem proponetur.
[2] *Cap.* XIX. ubi περὶ τοῦ διώκειν, καταλαμβάνειν, λείπεσθαι.

ex illatis ictibus hujusmodi vulneris dolorisve gratia. Unde id quoque addiscimus, non omni ex parte nudos depugnasse pugiles, quibus & ad feriendum cæstibus armarentur manus, & aures antotidibus (ut ita Græcanice loquar) illis opertæ adversum ictus munirentur cæstuum, ut Clemens tradit, cujus ista sunt: Προς δὲ τὴν ἀκοὴν τῶν αἰσχρῶν, καὶ τὰ ἐμπορα ὡσεὶ χορτασθέντα ὦτα, ὡς ἐκεῖ τὰ ἀντὶ τῆς παλαίστρας τῶν παίδων, ὡς μὴ τὰ ὦτα θραύοιτο αὐτῶν τὰς σωφρονας περιτίθησιν λόγους, καθάπερ ἀμφωτίδας, ὡς μὴ δύνασθαι ἐξικνεῖσθαι εἰς θραῦσιν τῆς ψυχῆς τὸ ῥῆμα τῆς πορνείας: quo loco ἀντωτίσι appellatione significantur αἱ ἀμφωτίδες, quarum ex Platone philosopho Pollux [1] commeminit *Onomastico*, sed & ex Pausania (ut opinor) citato in hanc rem ab Eustathio [2] ad Homerum auctor Etymologici ut esse dicat, χάλκα ἅπερ οἱ παλαισταὶ τοῖς ὠσὶ περιετίθεσαν, vel ἀμφωτὶς σκεπαστήριον ὠτός. Quo itidem loco παλαιστῶν vocabulum ad pugiles pertinere pronuncio, sicuti πάλις quoque nomen apud Platonem eo e septimi *de Legibus* libri loco, quem altero post proximum sermone allaturi sumus.

CAP. XII.

Pugilum esse τὸ ὀρθοστάδην παίειν, ἵστασθαι, ἀνταν̓ίστασθαι. *Pugilaticia Plutarchi verba e Sophocle desumpta. Erigere sese* ἐναντίον ἀνδρὶ καταστῆναι εἰς ὀρθὸν, *apud Theocritum & Plutarchum, qui obiter emendatus.* Συγκαταστῆναι *apud Polybium, pugilaticium certamen describentem. Arenosum stadium. Palæstra & colluctatio apud Lacedæmonios. Pugilatus a Festo, quamobrem in quinquertionis explicatione, non discus prætermissus. Pancratiastis mordere oculosve aut latus fodere non licitum nisi apud Lacedæmonios, reprehenso Vigenæro Philostrati metaphraste.* πλὴν. *Inita ratio conciliationis inter Senecam atque Philostratum. Morsus in lucta familiaris. Lacedæmoniis, quibus & ante Lycurgum in usu pugilatus, & postea saltatio.*

CÆTERUM ex diverso proprium id pugilum esse nemo negaverit ut recti depugnent ac feriant τὸ ὀρθοστάδην παίειν ἢ πυκτομαχεῖν, atque adeo τὸ ἵστασθαι, sive (ut in loco superius citato Chrysostomus dixerat) ἑστάναι καὶ ἀνθίστασθαι. Unde a Sophocle in *Trachiniis* istud apud Stobæum *Sermone* 184. de amore scriptum, a pugilatu desumpta metaphora legitur:

> Ερωτι μὲν γὰρ ὅστις ἀντανίσταται
> Πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ,
> Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει.

Eum sermonem Sophoclis imitatus Plutarchus: alicubi [3] de Solone: Ετι δὲ πρὸς τοὺς καλοὺς (ait) οὐκ ἦν ἐχυρὸς ὁ Σόλων οὐδ᾽ ἔρωτι θαρραλέος ἀνταναστῆναι πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας (hemistichium istud est a sequentibus distinguendum) ἔκ τε τῶν ποιημάτων αὐτοῦ λαβεῖν, &c. Erigere sese cervicemque attollere, quod pugilibus ita ut contra invicti starent, cum dimicandum in agonibus haberent in more fuit, id si alius inter deambulandum quispiam faceret, stultum ac levem hominem habitum iri. Plutarchus, idem περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφ. fol. 960. sed ita ut Sophoclæa illa quæ protuli verba itidem usurparit, his totidem expressit, quibus in adversa fortuna licere cuipiam interdum laudare se, sicuti pugilibus depugnaturis attollere sese adversus antagonistas, quo facilius vincant, eleganter admodum docet: Ωσπερ ἂν τοὺς ἐν τῷ περιπατεῖν (sic lege, non ut in Stephanico impresso περιπαθεῖν) ἐπαιρομένους ὑψαυχενοῦντας ἀνοήτους ἡγούμεθα καὶ κενούς. ἂν δὲ πυκτεύοντες ἢ μαχόμενοι διεγείρωσιν καὶ ἀνάγωσιν ἑαυτοὺς ἐπαινοῦμεν. οὕτως ἀνὴρ ὑπὸ τύχης σφαλλόμενος, ἑαυτὸν εἰς ὀρθὸν καθιστὰς καὶ ἀντίπαλον

> —— πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας.

(sic distinguo, ut sit hemistichium sicut ante monui) ἐκ τοῦ ταπεινοῦ καὶ οἰκτροῦ τῇ μεγαλαυχίᾳ μεταφέρων εἰς τὸ γαῦρον καὶ ὑψηλὸν οὐκ ἐπαχθὴς οὐδὲ θρασὺς, ἀλλὰ μέγας εἶναι δοκεῖ καὶ ἀήττητος. Quo etiam Theocriticum istud de Amyci pugilatu Pollucem provocantis in *Dioscuris Eidyll.* 23. meo judicio referendum est:

> Εἰς ἕνα χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστὰς
> Πυγμαχος; ——

Nam ἀντανίστασθαι sive ἀνταναστῆναι Sophoclæum illud nihil est aliud quam ἐναντίον ἀνδρὶ καταστῆναι, quod Theocritus posuit. Et pugiles inter se qui committerentur συγκαταστῆναι dictos a Veteribus memini, certe a Polybio lib. 1. *Hist.* fol. 24. Hervagiani exempl. ubi certamen pugilum accurate, quantum potest, graphiceque oculis subjicit: Ejus hæc ad pugiles pertinentia verba sunt: Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πυκτῶν καὶ ταῖς γενναιότησι καὶ ταῖς δεξιαῖς, ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ στεφάνου συγκαταστάντες καιρὸν διαμάχωνται, πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες, ἀδιατάκτως λόγον μὲν ἢ πρόνοιαν ἀνέχειν ὑπὲρ ἑκάστης ἐπιβολῆς καὶ πληγῆς, οὔτε τοῖς ἀγωνιζομένοις οὔτε τοῖς θεωρουμένοις ἐστὶ δυνατόν. ἐκ δὲ τῆς καθόλου τῶν ἀνδρῶν ἐνεργείας καὶ τῆς ἑκατέρου φιλοτιμίας ἔστι καὶ τῆς ἐμπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς δυνάμεως πρὸς δὲ καὶ τῆς εὐψυχίας ἱκανὴν ἔννοιαν λαβεῖν· οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν νῦν λεγομένων στρατηγῶν, & reliqua. Interim in pulvere pancratiastas ut pugiles non in luto sicuti luctatores decertasse, possis ex eo colligere quod de Arrhichione pancratiasta in ipsa victoria Olympica mortuo Philostratus *lib.* II. Εἰκόνων in *Arrhichione*, ὅτε καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὰ (τὸ νικῆσαι δὶς ὀλύμπια) κτησάμενος ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χῶρον αὐτῇ κόνει. Sed non necessario tamen, nisi & in pulvere luctatores apud Elidem sive Olympiam contendisse fateri velis atque admittere: quoniam idem auctor eodem libro in *Antæo* ita scripserit: Κόνις οἵα ἐν πάλαις ἐκείναις ἐπὶ πηγῇ ἐλαίου καὶ δυοῖν ἀθληταῖν, ὁ μὲν ξυνδέων τὸ ἄς, ὁ δὲ ἀπολύων λεοντῆς τὸν ὦμον, &c. Itemque Philo [4] metaphorice loquutus de fortuna tanquam luctatrice, τίνι δ᾽ οὐκ ἀφύδρωσεν ἡ τύχη διαγωνίουσα καὶ συλλεγομένη ῥώμην ἵνα συμπλακεῖσα εὐθὺς ἐξαρπάσῃ πρὶν φθάσαι τὸν ἀντίπαλον κονίσασθαι. Et arenosum stadium ubi quis in agone luctatur D. Augustinus quodam loco [5] nominat. Ut ut sit, pugilatum & pancratium a La-

---

1 *Lib.* II. *cap.* περὶ ὤτων, comm. 101. ubi & hoc, ἐπὶ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγέναι.

2 *Iliad.* Ψ. fol. 1324. ubi: ὠτοκάταξις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ὠτοθλαδίας τὰ ὦτα τεθλασμένος ἐν παλαίστρᾳ καὶ ἀμφωτίδες κατὰ Παυσανίαν, ἃς οἱ παλαισταὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν εἶχον, &c.

3 In *Solonis Vita* sub initium in fol. 144. lib. a Stephan. excusi. De stadiodromis etiam sive cursoribus τὸ ἵστασθαι cum ab ipsis id præmature fit, sicut inferius docebitur.

4 In libello περὶ ὀνείρων, nuper excuso Francofur. fol. 166.

5 Sermone 246. *de Tempore* in princ. *Et tam-*

cedæmoniis improbatum, ſuperius auctoritate Senecæ ac Plutarchi adhibita oſtendimus.

Luctam a Lacedæmoniis cum ſuo ceromate retentam non eſt quamobrem dubitare quiſquam debeat, cum ipſe quoque Martialis lib. XI. *epigramm.* XLVIII. ſic ſcripſerit:

Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida virgine.

Et Aurelius Prudentius *Garmatigeneia*:

Sic Lacedæmonias oleo maduiſſe palæſtras
Novimus & placidum ſervire ad crimina ſuccum.

poſt Damagetam Græcum Epigrammatarium, cujus iſtud extat tetraſtichon *Antholog.* lib. I. cap. I.

Οὔτ' ἀπὸ Μεσσάνας, οὔτ' Ἀργόθεν εἰμὶ παλαιστάς.
Σπάρτα μοι Σπάρτα κυδιάνειρα πατρίς.
Κεῖνοι τεχνάεντες ἔγωγε μὲν (ὡς ἐπέοικε
Τοῖς Λακεδαιμονίων παισὶ) βίᾳ κρατέω.

Quod autem in pentathlis ſive quinquertionibus ex Pompeji Feſti [1] quodam, aut potius e Pauli abbreviatoris & interpolatoris loco pancratium connumerat, diſci jactum ex eo numero extrahit Budæus [2] aut omittit, probare, ob ea quæ ante dixi, nullo modo poſſum: præſertim autem quoniam in emendatis Feſti & Pauli codicibus, nulla pancratii mentio, nulla diſci oblivio, ſed tantum pugilatus, ideo fortaſſe quod ſero, longe quidem poſt cætera quæ obſoleverant reſtituta certamina, hoc exercitationis genus apud Olympiam receptum [3]: ubi etſi pancratiaſtis mutuo ſeſe quoque genere cædere ac propellere licuerit: non tamen aut mordere, aut ſummis digitis, invicem oculos (puta) latuſve fodere [4]: quanquam horum quoque ictuum jus pancratiaſtis apud Lacedæmonios fuiſſe reperio, quo exercitatiores efficerentur atque promptiores hac ratione ad prælium: qua de re tota juvat Philoſtrati [5] proferre teſtimonium, ſecius tamen a Viginario Gallico Interprete alioqui doctiſſimo acceptum, exiſtimante apud Olympiam illis mordendi atque fodiendi quoque jus fuiſſε, dum ſcilicet varietate ſignificationis articuli πλὴν (niſi fallor ipſe) deluditur: quoniam is nonnunquam includit, plerunque autem ſolet excludendi vim habere: ſicuti XXIV. libri *Semeſtrium* tertii ſermone obiter docuimus: ut & illa χωρὶς, ἐκτὸς, atque hoc etiam in loco ubi ſcriptum de pancratiaſtis Olympicis: Οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρῷ προσπαλαίουσι καὶ τὴν χεῖρα στρεβλοῦσι προσόντος τοῦ παίειν καὶ ἐνάλλεσθαι· ταυτὶ γὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα, ſequitur, πλὴν τοῦ δάκνειν, ἢ ὀρύττειν. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν καὶ ταῦτα νομίζουσιν, ἀπογυμνάζοντες οἶμαι ἑαυτοὺς εἰς τὰς μάχας· Ἠλεῖοι δὲ ἀγῶνες ταῦτα μὲν ἀφαιροῦσι, τὸ δὲ ἄγχειν ἐπαινοῦσιν. Interea non ſatis equidem video, qui Philoſtratus in concordiam adduci poſſit cum Seneca, vetare Lacedæmonios aſſerente, ſuos pancratio non minus quam cæſtu decernere. Nam quod Lacedæmoniis placerent in exercitationibus iſti morſus & effoſſiones; quemadmodum Philoſtratus indicat hoc loco, ita Pauſaniam quoque *Laconicis* [6] eodem loquendi genere utentem tradere Viginarius *ad Philoſtratum* vidit. Quod utique accipiendum eſt, ut ad certas quaſdam ephebōrum pugnas in Platanone, quem velut inſulam Euripus ambibat, referri oporteat: in quo ita in alterum adverſarius omni vi adhibita depugnaturus comminus incurreret inſiliretque ut præter morſus illos effoſſionesque oculorum confertim etiam in aquam unum quempiam impetu facto alii propellerent: non ut paſſim hoc genere exercitationis, aliiſve in locis apud Spartam quidem uterentur, quod Lycurgi legibus ſive Rhetris improbatum ſcirent. Verba quidem Pauſaniæ ubi de Platanone ille agit iſta ſunt: Μάχονται δὲ καὶ ἐν χερσὶ, καὶ ἐμπηδῶντες λὰξ, δάκνουσί τε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσιν, ἀνὴρ μὲν δὴ πρὸς ἄνδρα τὸν εἰρημένον τρόπον μάχεται. ἀθρόοι δὲ ἐμπίπτουσι βιαίως καὶ ἐς τὸ ὕδωρ ὠθοῦσιν ἀλλήλους. Ita forſitan cum Seneca Philoſtratus non incommode conciliari poſſe cuipiam videatur: ipſe quidem, donec probabilius aliquid adfertur hac de re, ſic ſentio. Nam ut aut in ſacris agonibus (quorum præcipui Olympici ſcilicet inſtauratori Iphito [7] ſocium fuiſſe ut concinnaret clariuſque ac ſolidius efficeret, a Plutarcho [8] traditur) aut alibi quam Spartæ Lycurgus pancratio, vel pugilatu ſuos cives decertare prohibuerit, mihi non fit veriſimile. Mordere autem ſolitos in lucta, Lacedæmonios juvenes apud Spartam quoque ipſam vere a Philoſtrato ſcriptum cenſeo. Ex quo more illud eſt, quod referente Plutarcho [9] addidici, cum in colluctatione quadam ob rixam ſubitaria detraheretur collo apprehenſus in terram Lacon, & colluctatori fruſtra deficientibus corporis viribus, incumbere niteretur, ipſum momordiſſe: cui cum adverſarius diceret, *Mordes ſicut mulieres, o Lacon*, hunc reſpondiſſe, *Nequaquam, ſed ut leones*: Ἐν χειραψίᾳ περικρατοῦντος (ait) τοῦ προστραχηλίζοντος κενοσπουδῶς καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπειδὴ τῷ σώματι ἐλείπετο ὁ προσπεσὼν, ἔδακε τὸν βραχίονα. καὶ ὁ ἕτερος εἶπε, δάκνεις, ὦ Λάκων, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. οὐ μὲν οὖν, (εἶπεν ἅτερος) ἀλλ' ὥσπερ οἱ λέοντες. Morſum quidem abeſſe a pancratio debuiſſe juxta leges athleticas & merito Leones nominatos qui eo in certaminibus uterentur: ex eo Demonactis verbo, quod in *ipſius Vita* Lucianus retulit, atque a nobis *libro* III. *cap.* VIII. & XXI. leges Athleticas explicantibus proponetur, perſpicue cognoſcimus.

---

diu quiſque bonus in agone luctatur ne ab adverſario ſuperetur, in periculis agit quamdiu cum illo ſicut in arenoſo quodam ſtadio, ſic in iſta more contendit. Quod forſitan ad curſum referri potius debeat quo contendebatur in ſtadio injecta in ipſum arena, ut *lib.* II. ad extremum docebitur.

1 In *pentathlum*.

2 In *Commentar. ad d. l. athlet.* 8. *de iis qui not. infam.*

3 Videto & quæ ſcribo inferius ad finem hujuſce primi *tractatus cap.* ult.

4 Hac de re ſcribo plenius *lib.* III. *cap.* VIII. & XXI.

5 Εἰκόνων lib. II. in *Arrhichione*, ubi Viginarius perperam ut puto poſt illa, *Ce ſont les ruſes, & artifices du pancratiaſte*, hoc adjicit, *là où l'on mord, d'abondant l'on poche, & enfonce avec le bout des doigts*, &c. quæ itidem ut iſta reddi aliter debuere hæc quidem ita, *Excepté que l'on n'y mord, ni poche & enfonce*.

6 Fol. 75. Aldini exempl. Ad exercitationem autem illam qua ſe mutuo in aquam impellere tentabant id pertinet quod ſuperius a Luciano in *Anacharſi* cum de pilæ ludo ageretur exhibitum fuit.

7 De quo inferius agetur non ſemel, hoc etiam *lib. cap.* XVI. & ſub init. *cap. ult.*

8 *Lycurgo* in princ. fol. 72. & fol. 99. Vide quæ ſcribo *lib.* II. ubi de diſco coronario.

9 *Apophth. Lacon.* fol. 417. lib. a Stephano excuſi.

Quin etiam apud Spartam interdum Laconas juvenes, non quidem cæstibus fortasse, sed pugnis certe meris olim nudos inter se dimicasse, cum Hippagretæ tres admodum ex adolescentibus electi ab Ephoris centenos quisque juvenes probatissimos sibi asciviissent, qui adversus reliquos Spartanos contentionis honestissimæ, atque ad militarem exercitationem commodissimæ occasione decertarent, ad eamque rem bonæ corporis constitutionis rationem haberent, ex eo Xenophontis [1] loco pridem addidici, qui (opinor) ipse quoque de certamine illo quod in Platanone fieri solitum a Pausania diximus debet intelligi: non ut eo genere passim Lacones inter se dimicaverint, nec vero tum quoque aliter, nisi sub provectiorum & pædonomi conspectu: quorum officii ac muneris fuit hujusmodi certamini modum adhibere, finemque imponere. Verba Xenophontis Græca nimirum sic habent: *Αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἱππαγρέται καλοῦνται. τούτων δ' ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει διασαφηνίζων, ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει*, & quæ sequuntur: tum postea: *Ἀνάγκη δ' αὐτοῖς καὶ εὐεξίας ἐπιμελεῖσθαι, καὶ γὰρ πυκτεύουσι διὰ τὴν ἔριν ὅπου ἂν συμβάλωσι. διαλύειν μέντοι τοὺς μαχομένους πᾶς ὁ παραγενόμενος κύριος. ἢν δέ τις ἀπειθῇ τῷ διαλύοντι, ἄγει αὐτὸν ὁ παιδονόμος ἐπὶ τοὺς ἐφόρους*, &c. Spartanos denique in suis gymnasiis ita corpus exercuisse ut similiter manus, tibiæque cum cervice moverentur, quamobrem optime omnium valuisse, viribusque corporis præstitisse, idem auctor paulo post memorat: *Οὐκ ἂν οὖν ῥᾳδίως γέ τις εὕροι Σπαρτιατῶν οὔτε ὑγιεινοτέρους, οὔτε τοῖς σώμασι χρησιμωτέρους. ὁμοίως γὰρ ἀπό τε τῶν σκελῶν, καὶ ἀπὸ χειρῶν, καὶ ἀπὸ τραχήλου γυμνάζονται.* Quod utique non de pancratio tamen suis interdicto a Lycurgo (ut superius retuli) verum de lucta debere accipi, quæ cum cursu, disco, jaculo, pila, cæterisque præter pugilatum, & pancratium exercitiis ab ipso permissa, probata, immo & imperata fuerant, sciendum est. Nec tamen ita existimandum, non fuisse quemquam Lacona qui pugilatu contendere sibi fas duceret, antequam Lycurgus leges Lacedæmoniis aut Rhetras jusque illud non scriptum constitueret. Alcidam autem profecto Lacedæmonium cum Argolico Capanæo cæstibus dimicasse nudum, hi versus apud Statium Papinium lib. VI. *Thebaid.* ostendant:

Tandem insperatus nuda de plebe Laconum
Prosilit Alcidamas: mirantur Dorica regum
Agmina: sed socii fretum Polluce magistro
Norant, & sacras inter crevisse palæstras.
Ipse Deus posuitque manus & brachia finxit.

Saltationem quoque quod existimarent ad bella conducibilem, apud Lacedæmonios usurpatam in exercitationibus, a Fabio Quinctiliano cap. 11. lib. 1. *Instit. Orator.* ad fin. traditum memini, quo loco: *Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam* (inquit) *tanquam ad bella quoque utilem habuisse inter exercitationes accepimus.*

CAP. XIII.

Adhuc de Cypriani loco in quo istud In viribus *perpenditur. Aristotelici cujusdam loci lectio in dubium vocata. Velocitatem a roboris aut virium nomine interdum separari, plerumque sub ipso comprehendi. Vires in cursu necessarias. Ars palæstrica a Theseo, de quo & in Notis.* Τέχνη *in lucta, cujus artis ille repertor, & Oricadmus quidam quasi legislator. Ante quos ab Hercule in colluctatione adversus Antæum imposito iracundiæ fræno ars adhibita, quæ* Astus *nomine a Papinio designatur: &* τῶν παλαισμάτων *ab Aristide ac Philone. Melius in lucta quod gymnasticum apud Platonem. Ars discobolorum: Pugilatitia & Luctatoria, qui veterem teste Platone præstiterint. De Melancomæ pugilis arte Themistii locus, in quo* τῶν καλλίστων *nomen expositum.*

POSTREMO ut ad Cypriani locum revertar illud ejus verbum (*in viribus*) omnem omnino agonem gymnicum quin comprehendat etiam velocitatis pedum, qua cursores præstare oportuit, dubitari (ut mea fert opinio) non debet, *καὶ γὰρ ὁ ταχὺς* (inquit Aristoteles lib. 1. *Rhetor.* cap. v.) *ἰσχυρός ἐστιν*, qui enim velox est & pernix quodam genere robustus est ac pollet viribus. Quod ipsum his verbis *ibidem* explicat: *Ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη καὶ ῥίπτειν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω, δρομικός*, &c. quæ sequuntur. Unde fit, ut in præcedentibus *ἀγωνιστικὴ δὲ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος καὶ τάχους*. Postremum istud membrum minime Aristotelicum esse arbitrer, sed scioli potius cujuspiam ab iis quæ protuli desumptum eoque inditum loco conjiciam. Quamvis enim *τὸ τάχος ἀπὸ τῆς ῥώμης celeritatem a robore* distinxisse Isocratem eo *Panegyrici* loco, quem ad extremum tertii *tractatus* indicare constitui: & in quadam ad Mitylenæorum magistratus epistola [2]: sicuti Pausaniam [3] *ὠκύτητα τῶν ποδῶν ἀπὸ ἰσχύος σώματος* ex vetusta quadam inscriptione signo alicui Olympico adposita: pernicitatem pedumque cursum a viribus Livium [4], atque Virgilium [5] non ignorem: & posse propterea defendi receptam lectionem, ita ut quod sequitur, *καὶ γὰρ ὁ ταχὺς* significet, *Quanquam*, vel *Etiamsi velox*, &c. tanquam sit existimantis per *Roboris* nomen, satis, velocitatem esse comprehensam, & frustra injectam hujus mentionem. Objectioni respondeatur: præsertim vero cum *ἰσχὺς* paulo ante ibidem definiatur *δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον ὡς βούλεται*: non etiam quod fit in cursu

1 In lib. *de Republ. Lacedæmoniorum* fol. 395. & 396. Stephan. libri, ubi de Lycurgo: *Ὁρῶν οὖν οἷς ἂν μάλιστα φιλονεικία ἐγγένηται, τούτων καὶ χοροὺς ἀξιακροατοτάτους γιγνομένους καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας ἀξιοθεατοτάτους*, & reliqua. De gymnopædiis agonizantium Apollinis honori chororum Plutarch. *Agesil.* fol. 118. Stephan. libri, & Pausanias *Laconicis* fol. 72. editionis Aldinæ. Ex quibus omnibus istud ejusdem Plutarchi *Phocione* fol. 1377. *Ἀπήγαγεν εἰς Λακεδαίμονα καὶ κατέμιξε τοῖς ἀγομένοις τὴν λεγομένην ἀγωγὴν νεανίσκοις*, non inepte possis exponere. De diamastigosi puerorum Laconum vide sis apud Plutarchum *ἐν ἐπιτηδ. Λακων.* fol. 426. Stephan. libri, & quæ scribimus *lib.* III. *cap.* XVIII.

2 Ubi de præmiis quæ tribuuntur athletis in ludis gymnicis majora, quam solertibus & industriis viris a civitatibus. Addit autem, *καὶ μὴ συνορῶσιν ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὸ τάχος δυνάμεις συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν*, &c. ut in col. 129. Oporin. edit. ann. 1570.

3 *Eliacon* I. fol. 131. in fin. *ἐθέλει δὲ τὸ μὲν πρῶτον τῶν ἐλεγείων δηλοῦν ὡς οὐ χρήμασιν, ἀλλ' ὠκύτητι τῶν ποδῶν καὶ ὑπὸ ἰσχύος σώματος ὀλυμπικὴν ἐστιν εὑρέσθαι νίκην.*

4 *Lib.* XXXIII. ab urbe condita, ubi de Isthmiorum ludicro: *Quo certamina* (inquit) *omnis generis artium viriumque ac pernicitatis visuntur.*

5. Lib. V. *Æneid.*

Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax
Aut jaculo insedit melior levibusque sagittis.

cursu, ἑαυτόν: & insuper ἡ βία ibidem ἀπὸ τοῦ τάχους καὶ δρόμου separetur: gymnicumque ludum propterea Isidorus Hispalensis cap. XVII. lib. XVIII. *Orig.* fol. 1274. non male velocitatis ac virium gloriam scripserit, cujus locum gymnasium dici, ubi exercentur athletæ, & cursorum velocitas comprobatur. Attamen ille ipse Isocrates in ea περὶ ζεύγους, ex quo verba initio *libri* hujus, cum de choragorum præmiis agerem, protuli, sub *roboris* nomine pernicitatem haud dubie comprehendit, in Olympico conventu Græcos divitiarum, & roboris, & eruditionis edidisse speciem, scribens sic fere: καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιδείξεις ἐν αὐτῇ ποιουμένους πλούτου, καὶ ῥώμης, καὶ παιδεύσεως: ubi nulla τοῦ τάχους mentio: cum tamen cursu potissimum ab athletis apud Olympiam equisque decertatum fuerit: nulla etiam apud Dionysium Halicarnasseum ἐν τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν sub init. in fol. 33. ex professo de athletis & certaminibus agentem, quo loco: Οἱ δὲ ἀθληταὶ τῇ ῥώμῃ τῶν σωμάτων (ait) κοσμοῦσι τὴν πανήγυριν, καὶ ὅσοι γε δὴ Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος ὀπαδοὶ τῇ μουσικῇ τῇ παρ' ἑαυτῶν. *Athletæ autem robore corporum ornant panegyrin, & quicunque sane Musarum & Apollinis assectatore musica, quæ in ipsis reperitur.* Et postea: Σκοπεῖσθαι δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς διαθέσεως τοῦ ἀγῶνος δεῖ. εἰ μὲν μουσικὸς καὶ γυμνικὸς εἴη, ὅτι τελεώτατος ὁ ἀγὼν, καὶ ἀνενδεῶς κεκραμένος, καὶ ῥώμῃ σωμάτων, καὶ καλλιφωνίᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς μέρεσι τῆς μουσικῆς. εἰ δὲ γυμνικὸς, ὅτι τὴν μουσικὴν ὡς ἐκθηλύνουσαν τὴν ψυχὴν παρῃτήσατο, τὴν δὲ ῥώμην τῶν σωμάτων παρέλαβε. *Considerandum etiam erit quo modo sint disposita certamina. Etenim si musicum & gymnicum sit, plane perfectum esse certamen, & sine aliquo defectu, & robore corporum, & suavitate vocum, ac reliquis musicæ partibus temperatum existere. Si autem gymnicum sit, musicam tanquam animum mollientem atque effœminantem abdicasse, robur vero corporum sumpsisse.* Ubi ut Musicos agonas a bonitate ac præstantia vocis, ita gymnicos a robore corporis commendandos ait, panegyricam orationem instituentibus. Sane omni athletarum generi viribus opus est, unde ἔμπλεθρον εἶναι τὸν ἀθλητὴν, ἀντὶ τοῦ ἰσχυρὸν ait Philo [1] alicubi: & in cursu ipso adeo vires necessariæ, ut iis illum maxime præstare supra cæteros agones, ac propterea præferri (licet hoc quidem falso ut arbitror) Xenophanes Colophonius iis *Elegis* dicere ausus sit, quos olim apud Athenæum sub init. lib. x. *Deipnosoph.* fol. 163. Aldi Græci legere memini:

Οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη,
  Οὔτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαισμοσύνην,
Οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτῆτι ποδῶν, τόπερ ἐστὶ πρότιμον
  Ῥώμης ὅσσ' ἀνδρῶν, ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει.

Non enim si pugil optimus e populo quivis unus sit,
  Nec si quinque certaminum peritus, nec si luctator egregius,
Nec si pedum celeritate vincat, quod virium documentum
  Præfertur omnibus quæcunque in certamine experiuntur.

Quod si velox robustus est, & roboris species velocitas, quid attinuit in enumeratione partium, ex quibus agonistica corporis virtus consistit, post robur magnitudini adjunctum celeritatem, atque ita speciem ipso virium tanquam genere prius adscripto satis comprehensam exprimere? At quanto magis ex Aristotelis more est nulla prius injecta velocitatis mentione ut tacitæ objectioni occurratur, ac ne quispiam illi definitioni deesse alius existimet roboris vocabulo comprehensam pernicitatem dicere: qua maxime valere ac vigere firmum & robustum cursorem, non certe minus quam agonistas reliquos, de quibus ibi loquitur, oportet? Quid vero si corruptum τοῦ τάχους apud Aristotelem vocabulum non tollendum prorsus, sed ita immutandum censeas, ut ejus vice scribatur τέχνης?

Nam quod de lucta extat apud Pausaniam, nimirum ante Theseum palæstricæ artis inventorem, Veteres ad luctam magnitudinem tantum & robur adhibuisse, post illum vero arte insuper uti cœpisse, tum deinde constitutos ab ipso locos in quibus ea doceretur: hoc & de cæteris corporis exercitiis existimari, quid ni debeat? De lucta quidem ita Pausanias [2]: Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν (de Cercyone loquitur) σοφίᾳ τὸ πλέον. παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτος, καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλεῖα· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον καὶ ῥώμῃ πρὸς τὰς πάλας. *Theseus vero luctandi imprimis arte eum superavit. Palæstricen enim Theseus primus invenit, & ab eo postea luctæ disciplina profecta est: ante autem utebantur sola magnitudine & robore ad luctam.* De Cratero etiam Ægirensi scribit idem Pausan. lib. II. *Eliacon* fol. 140. Aldini lib. quod in luctatu artem adhibuerit, eoque fuisse hoc exercitii genere suæ ætatis omnium præstantissimum, ὅτι κάλλιστος τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ σὺν τέχνῃ μάλιστα ἐπάλαισε: sed & πάλην ab Heliodoro, lib. x. *Æthiop.* τὴν ἐναγώνιον Ἑρμοῦ τέχνην: itemque πανουργότατον καὶ τεχνικώτατον τῶν ἀθλημάτων a Plutarcho lib. II. *Sympos. Problem.* quæst. IV. dictam memini. Arti huic luctatoriæ morem modumve, qui Siculus dicitur, ab Oricadmo additum, atque ita legislatorem quasi quendam istum ita vocatum ab Æliano, cap. I. lib. II. *Variar. Hist.* eo loco qui sequente tractatu exhibebitur. Theseum vero repertorem artis fuisse intelligo (sicuti Pausaniæ [3] verbis allatis inferius ostenditur) quam & ipsum prius Herculem cum Antæo luctantem imposito iracundiæ fræno adhibuisse Philostratus [4] prodidit, in hæc omnino verba: Τείνων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς νοῦν τινα καὶ οἷον διάσκεψιν τῆς πάλης, ἐμβέβληκέ τε ἡνίαν τῷ θυμῷ, μὴ ἐκφέρειν αὐτὸν τοῦ λογισμοῦ: Et adjicit quod huc proprie spectat de arte simul ac robore in lucta: Εἰ δὲ καὶ πάλης τῷ Ἡρακλεῖ ἔμελεν οὐκ ἄλλως ἐπεφύκει, ἢ ὡς γέγραπται. γέγραπται δὲ ἰσχυρὸς οἷος καὶ τῆς τέχνης ἔμπλεως δι' ἁρμοσίαν τοῦ σώματος: de quo sic fere Statius Papinius ad fin. VI. *Thebaid.* Agyllei & Tydei colluctationem Herculaneæ illi comparans:

1 In libello nuper publicato, qui νόμων ἱερῶν ἀλληγορία inscribitur, fol. 92.

2 *Atticis* f. 29. de Theseo qui Isthmiorum certamen instituerit, cum antea non spectaculum & celebritas publica, sed initia potius atque mysteria censerentur. Vide sis Plutarchum *Theseo* fol. 21. & Pausaniam initio *Corinth.* fol. 34. Meminit Plinius lib. VII. *Nat. Hist.* cap. LVI. Ubi Theseum in Isthmo ludos gymnicos instituisse tradit: sicuti Herculem Olympiæ athleticam.

3 *Messenicis*: vide sis Scholiastem Pindari *in Nemea*.

4 Lib. II. Εἰκόνων in *Antæo*. Celebratur Herculis cum Antæo colluctatio victoriaque a Diotinio epigrammatario Græco lib. I. *Anthol.* cap. I. epigramm. II. & a Diodoro Siculo lib. IV. *Biblioth.* fol. 157. ubi Antæum ipsum & corporis robore & artis palæstricæ sive luctationis peritia celebrem fuisse retulit, qui dejectos in colluctatione hospites necare solitus foret, κατῆρεν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ πρῶτον

—— Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn: cum fraude reperta
Raptus in excelsum, nec jam spes ulla cadendi.
Nec licet extrema matrem contingere planta.

Hanc autem palæstricam sub *Astus* nomine Tydeo callido Herculis imitatori cum Agylleo lucta decertanti poeta paulo ante tribuerat, sic fere:

—— jam tunc astu deducit in æquum
Callidus & celsum procurvat Agyllea Tydeus
Sumissus tergo, & genibus vicinus arenæ.

Et postea:

Instat agens Tydeus, ictumque in colla minatus
Crura subit. ——

Quam artem aut motus, nexusve secundum ipsam intentatos τῶν παλαισμάτων vocabulo, quæ pronunciari ut caveantur in sacris agonibus a præcone non solcant, Aristides sub init. *Orationis* quæ Ἀθηναίων ἑκουσίων συμμαχία inscribitur fol. 45. significat: Φίλιππος ἐξέπεμψε τοὺς κήρυκας ἐκ τῶν πολέμων (inquit) καὶ μέχρι τοῦ θεάτρου μόνου χρῆται· ἡγεῖται γάρ, οἶμαι, πολλὴν εἶναι φλυαρίαν, ἐν μὲν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι μὴ προλέγειν τὰ παλαίσματα, μηδὲ τί δεῖ φυλάξασθαι, ἐν δὲ κατασκευῇ πολέμου καὶ συστάσει πραγμάτων προπέμπειν τὸν κωλύσοντα, ὥσπερ δεδοικότα ὑπὲρ τῶν πολεμίων. Ergo melius in lucta esse quod est gymnasticum, quod ubique recte se habet ex artis nimirum gymnasticæ instituto, dixit apud Platonem [1] Socrates, ubi: Τὸ ἐν τῷ ὀρθῶς παλαίειν βέλτιστον [illegible] τὸ γυμναστικόν, τὸ δὲ παν[illegible] ἔχει τὸ κατὰ τὴν τέχνην [illegible] τῶν γυμναστικῶν, plane ac perspicue definitur. & platonizans Philo, in περὶ ἀποικίας fol 271 & 272. τεχνικῶν παλαισμάτων propterea mentionem facit, ubi de Abele: Εἰ δ᾽ ἄρα ἐβούλετο πάντως διαγωνίσασθαι μὴ πρότερον κονίσασθαι (inquit ille scilicet) ἢ τοῖς τεχνικοῖς παλαίσμασιν ἐνασκηθῆναι, &c. & postea τῇ δυνάμει τὴν τέχνην agens μεταφορικῶς de agonibus adjungit, ubi ἀναγκαῖον οὖν ἐστι τῷ μέλλοντι πρὸς ἀγωνιστὴν σοφιστικὸν ἀπαντᾶν ἐπιμελεῖσθαι λόγων ἐῤῥωμένως, οὕτως ὡς μὴ μόνον ἐκφεύγειν τὰ παλαίσματα, ἀλλὰ καὶ ἀντεπιτιθέμενον ἀμφοτέροις τέχνῃ τε καὶ δυνάμει περιεῖναι. Nec vero discobolis non fuit ars quædam discum ejaculandi & rotandi: quamobrem Statius Papinius lib. VI. *Thebaidos*, de Phlegya Pisæo discobolo:

—— ac primum terra discumque manumque
Asperat, excusso mox circum pulvere versat
Quod latus in digitos, mediæ quod certius ulnæ
Conveniat non artis egens. ——

Et postea:

Inde ad conatus timida subit arte Menestheus
Cautior ——

& cætera quæ *libro* proximo ad extremum proferam: & postea de Hippomedonte discobolo tertio:

Erigit assuetum dextræ gestamen, & alte
Sustentans, rigidumque latus fortesque lacertos,
Consulit, ac vasto contorquet turbine, & ipse
Prosequitur, fugit horrendo per inania saltu.

Atque ut mittam quod de arte gymnici certaminis loquitur, ut ira dicat perturbari Seneca cap. XIV. lib. II. *de Ira*, cui propterea frenos luctantem Herculem adhibuisse Philostrato exprimente diximus: sane Plato ille quem ante nominavi, lib. VII. *de Legib.* fol. 796. Antæum & Cercyonem arte luctatoria, Epeum autem & Amycum pugilatitia præstitisse retulit, sic admodum scribens: Καὶ δὴ τά γε κατὰ πάλην ἃ μὲν Ἀνταῖος ἢ Κερκύων ἐν τέχναις ἑαυτῶν ξυνεστήσαντο φιλονεικίας ἀχρήστου χάριν, ἢ πυγμὴν Ἐπειὸς ἢ Ἄμυκος οὐδὲν χρήσιμα ἐπὶ πολέμου κοινωνίαν ὄντα οὐκ ἄξια λόγῳ κοσμεῖν. Præterea de pugilatitia experientia seu arte, quam usus adfert atque exercitatio, nihil possit adferri præclarius, eo Polybii testimonio, quod superiore proximo capite proposui: & athleticam pugilum non δύναμιν modo & εὐψυχίαν & ἐνέργειαν, verum etiam ἐμπειρίαν in memoriam revocat, sed non prætermittendum tamen quod de pugilatu Themistius agens Melancomam τὴν τέχνην εὐδοκιμώτατον eo loco vocat, ex quo verba ipsa paulo ante attuli, ubi τὸ τοῦ καλλίστου nomen ad robur potius, atque optimam corporis constitutionem, quam ad aliam quamlibet pulchritudinem pertinere: sicut illo altero Pausaniæ loco de Cratero commotus iis quæ protuli Aristotelis verbis: & quoniam ipsum ibidem Themistius μέγιστον fuisse ait, equidem existimaverim: præsertim cum apud Philosophum ita paulo ante scriptum recorder: Νέου μὲν οὖν κάλλος τὸ πρὸς τοὺς πόνους χρήσιμον ἔχειν τὸ σῶμα, τούς τε πρὸς δρόμον καὶ πρὸς βίαν ἡδὺν ὄντα ἰδεῖν πρὸς ἀπόλαυσιν.

μὲν Ἀνταῖον τὸν ῥώμῃ σώματος καὶ παλαίστρας ἐμπειρίᾳ διαβεβοημένον καὶ τοὺς ὑπὸ αὐτοῦ καταπαλαισθέντας ξένους ἀποκτείνοντα προκαλεσάμενος εἰς μάχην καὶ συμπλακεὶς διέφθειρεν. Cedrinus in compendio *Histor.* fol. 100. Antæum portentosis dæmonum & abominandis usum præstigiis ab Hercule superatum refert, ἐν Λιβύῃ γενόμενος καὶ Ἀνταίῳ συμβαλὼν δαιμονιώδη τινὰ καὶ μυσαρὰ φάσματα τελοῦντι, καὶ νικήσας αὐτὸν νόσῳ λοιμώδει περιπίπτει, καὶ μανεὶς εἰς πῦρ ἑαυτὸν ῥίψας τελευτᾷ. Herculis cum Antæo sive lucta sive pancratio potius decertationem nemo copiosius atque adeo melius expressit Lucano in lib. IV. *de Bello Civili*, quem videndum esse admoneo.

1 *Alcibiade* I. fol. 108. Stephanici lib. Unde in fol. 124. ὅτι οὗτοι ἡμῖν εἰσὶν ἀντίπαλοι, ἀλλ᾽ οὐχ οὓς σὺ οἴει. ὧν ἄλλῳ μὲν οὐδ᾽ ἑνὶ περιγενοίμεθα, εἰ μὴ ἐπιμελείᾳ τε ἂν καὶ τέχνῃ. Ac de gymnasticæ quidem, cujus præsidio curam corporis gerimus, paulo post pluribus agitur fol. 128. Sed & ipsum τέχνης vocabulum idem usurpat, ubi de Icco Tarentino athleta lib. *de Legib.* VIII. fol. 840. Ex quo verba proferam sub initium *lib. ultimi*, ubi de athletarum continentia.

CAP. XIV.

Qualis pulchritudo in athletis commendata. Ventilatio ex arte pugilum. Duratio & patientia ex virtute. Castigatus obiter Dionis Chrysostomi locus. Laus pugilis ex eo quod adversarium fateri se victum cogeret. Ars pugilum fuit, ut sublatis manibus consistere, ita cruribus pede fixis recta oculorum aciem in adversarium intendere: tergumque suum ad solem, oculos adversarii ad solis radios obvertere. Olei & palæstræ res apud Ciceronem. Ars in pancratio curulique certamine. Plurimis gymnastica ad valetudinem profuit. Gymnastica diversa Galeno a palæstrica. Nullus ad palæstricam Lacedæmoniis pædotriba, quorum exercitationibus senes præerant, & pædonomi virtutem potius, quam artem profitentium ex Aristotele, cujus locus a Victorio non satis perceptus exponitur: & ex Plutarcho, cujus varia undique proferuntur testimonia. Ars virtutis apud Prudentium.

NEC tamen ignoro ὐκ ἀπόβλητον, ἀλλὰ τίμιον εἶναι τὸ κάλλος, *pulchritudinem non esse rejiciendam, sed laudandam potius*, ut inquit Eustathius [1], a qua etiam hieronicæ nonnulli summope re commendati fuerint, in quibus ipse ab Herodoto [2] Philippum quendam Crotoniatam Butacidæ filium Olympionicem nominat, quem Siculi tum æde seu sacello & ipsi honestaverint, tum vero sacrificiis propitiaverint; Φίλιππος ἦν καθ' Ἡρόδοτον Κροτωνιάτης Ὀλυμπιονίκης κάλλιστος ὢν ἐτιμήθη ἐν Σικελίᾳ· ἡρῷόν τε γὰρ αὐτῷ ἵδρυτο καὶ θυσίαις αὐτὸν ἱλάσκοντο. Hoc dico talem in Hieronicis laudari pulchritudinem, quæ non sit ab animi corporisque robore sejuncta, non ignava, effœminata, imbecilla & mollis: sed qualem Agesidamo Locro Epizephyrio puero pugili Archestrati filio Pindarus tribuit his versibus epod ult. od. x. *Olymp.*

> —— παῖδ' ἐ-
> ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα, τὸν εἶδον
> Κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον
> Κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν
> Ὥρᾳ τε κεκραμένον ——

qualem denique Strepsiadæ Thebano pancratiastæ *Isth.* od. VII. stroph. II.

> Κώμαζ' ἔπειτ' ἀρ ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ
> Καὶ Στρεψιάδᾳ· φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
> Νίκαν παγκρατίου, σθένει
> Τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ-
> φάεις ἄγει τ' ἀρετὰν
> Οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

Membrorum totius corporis videlicet aptam proportionem. Etenim optime Isidorus Pelusiota ad Lampetium Episcopum, *epist.* CXXXI. *lib.* III. τὸν τοῦ ψυχικοῦ κάλλους ἔσχατον ὅρον, τὴν τῆς ἀρετῆς συμμετρίαν scripsit: & Galenus [3] longe antea, γνήσιόν τε

A καὶ ὅπως ἀληθινὸν κάλλος εἶναι εὐχροιάν τε, καὶ εὐσαρκίαν, καὶ συμμετρίαν τῶν μορίων, ἃ τῇ κατὰ φύσιν εὐεξίᾳ συμβέβηκεν scripserat. Ex arte autem pugilum fuisse ut ventilarent aliquandiu, nec statim ferirent, his verbis Eustathius docet apud Homerum, *Iliad.* ψ. fol. 1324. Ἦν δέ ποτε αὐτοῖς τέχνη καὶ τρίβειν συχνὰς ὥρας ἐπὶ κακῷ τῶν ἀντιπάλων ἀνατάσει καὶ καταφορᾷ χειρῶν, &c. Quod per duos integros dies ut posset facere Melancomam pugilem exercitatione obtinuisse Dio Chrysostomus *Melancoma* I. pag. 2. fol. 96. Aldini libri, illo loco, unde verba superius protuli ostendit: cum aut ferire aut ictus excipere nequaquam esse ex virtute quod ii facerent qui labori fe-
B rendo non forent ipse duceret, sed durare per aliquod tempus, neque frangi onere manuum aut spiritu defici, aut æstu atque ardore solis debilitari generosi esse animi existimaret: Οὐ γὰρ τὸ παίειν καὶ τὸ τιτρώσκεσθαι ἀνδρείαν ἐνόμιζεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι μὴ δυναμένων πονεῖν, καὶ ἀπηλλάχθαι βουλομένων· τὸ δὲ ἀντέχεσθαι τοῦ χρόνου, καὶ μήτε τοῦ βάρους τῶν χειρῶν ἡττᾶσθαι, μήτε τοῦ πνεύματος ἐνδεῖν (sic lego pro ἐνδέω) γίγνεσθαι, μήτε τῷ καύματι ἄχθεσθαι· τὸ δὲ εἶναι γενναῖον ὀρθῶς μέντοι ἔφη. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσι, οὐκ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο, καὶ οὕτω μᾶλλον ἡττῶνται τοῦ κόπου ἢ τοῦ τραυμάτων, & cætera, quæ *lib.* III. adferre, illustrare,
C castigare constitui, non enim omnia uno liceat loco. Ad hanc rem autem quod attinet, atque ut prorsus intelligatur quod Eustathius ille tum isto loco, tum aliis sui *ad eundem Iliados librum commentarii* doctissimi locis, quos de manus extensione, aut porrectione in pugilatu agens superius attuli, nos docere voluit; nihil adferri commodius potest, mea quidem sententia, quam quod de illo ipso Melancoma idem Chrysostomus sic fere tradidit in *Melancoma* II. fol. 200. Ἔτι δὲ καὶ τόδε ἄν τις αὐτοῦ κατεπλάγη τὸ μήτε παιόμενον αὐτὸν, μήτε παίοντα νικᾶν τοσοῦτο τῇ ῥώμῃ περιῆν καὶ τὸ δύνασθαι πονεῖν. πολλάκις γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἠγωνίσατο ἐν τῇ σφοδροτάτῃ ὥρᾳ τοῦ ἔθους καὶ δυνάμενος θᾶττον ἂν περιγενέσθαι
D παίων, οὐκ ἐβούλετο, νομίζων τῇ μὲν πληγῇ νικῆσαι, καὶ τῶν φαυλοτέρων εἶναι ὅτε εἶναι τὸ βέλτιστον εἰ τύχοι, τὸ δὲ ἀληθεστάτην νίκην ὅταν ἀναγκάσῃ τὸν ἀντίπαλον ἀπειπεῖν· οὐ γὰρ τοῦ τραύματος, ἀλλ' ἑαυτοῦ ἡττᾶσθαι τῷ ὅλῳ τινὰ τῷ σώματι ἀπειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τῷ πληγέντι μέρει λαμπρὸν, τὸ δὲ ἐπειγόμενον ὡς οἷόν τε τάχιστα νικῆσαι, καὶ παίοντα καὶ συμπλεκόμενον αὐτὸν ἡττᾶσθαι τοῦ καύματος καὶ τοῦ χρόνου. Fuit & ex arte pugilatitia, ut non modo sublatis manibus adversus antagonistam pugil consisteret, verum etiam cruribus pede fixis, oculorum aciem recta in ipsum intende-
E ret, atque feriret: quamobrem Amycus Pollucem pugilatu provocans apud Theocritum *Dioscuris Eidyll.* XXII. ista pronuntiat quæ subjiciam:

> Εἷς ἑνὶ χεῖρας ἄειρον ἐναντίος ἀνδρὶ καταστὰς
> Πυγμάχος, ἢ καὶ ποσσὶ θένων σκέλος ὄμματα δ' ὀρθά
> Πὺξ διατεινάμενος σφετέρης μὴ φείδετο τέχνης.

Et Apollonius quoque lib. II. *Argonauticon* sub initium, enarrans fabulam, ubi de jactatis in aerem aut

---

[1] Ad illud ex *Iliad.* III. fol. 383. οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

[2] Locus est in *Euterpe* sive lib. V. fol. 191. Ubi: Ὅτι δωριεῖ Φίλιππος ὁ Βουτακίδεω Κροτωνιήτης ἀνὴρ συνέσπετο οἰκηίῃ τετρήρεϊ καὶ οἰκηίῃ ἀνδρῶν δαπάνῃ, ἐὼν τε Ὀλυμπιονίκης καὶ κάλλιστος Ἑλλήνων τῶν καθ' ἑωυτόν. διὰ δὲ τὸ ἑωυτοῦ κάλλος ἠνείκατο παρὰ Αἰγεσταίων τὰ οὐδεὶς ἄλλος. ἐπὶ γὰρ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἡρῷον ἱδρυσάμενοι, θυσίῃσι αὐτὸν ἱλάσκονται.

F [3] In lib. πρὸς Θρασύβουλον πότερον ἰατρικ. ἢ γυμν. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν. fol. 289. De Melancomæ tamen pulchritudine, qua maximis ac pulcherrimis quibusque curam sui corporis permagnam habentibus athletis antecelleret, ut ex eo percelebre nomen haberit. Vide sis Dionem Chrysost. in *Melanc.* I. sub init. in fol. 196. & *Melanc.* II. fol. 198. pag. 2. & fol. 199.

protensis in ventilando (quod ante dixi folitum ex A arte in pugilatu) manibus a Polluce, sic cecinit:

> —— πάντῃ δὲ χέρας
> Πειράζων εἴθ' ὡς πρὶν εὐτρόχαλοι φορέονται, &c.

subjicit statim de amyco antagonista firmum obtuente:

> Οὐ μὰν αὖτ' Ἄμυκος, πειρήσατο, στῆ δ' ἄπωθεν
> Ἑστηὼς εἰς αὐτὸν ἔχ' ὄμματα καὶ οἱ ὀρέχθει
> Θυμὸς ἐελδομένῳ στηθέων ἐξ αἷμα κεδάσσαι.

B Fuit & illud ex arte, ut capto pugnæ loco adversarii oculos pugil quod posset ad solis radios item ipse tergum illis obverteret: quamobrem ita Theocritus paulo post cecinit, solertia Pollucis etiam commendata his versibus:

> Ἔνθα πολὺς σφισι μόχθος ἐπειγομένοισιν ἐτύχθη
> Ὁππότερος κατὰ νῶτα λάβῃ φάος ἠελίοιο,
> Ἀλλ' ἰδρείῃ μέγαν ἄνδρα παρήλυθες, ὦ Πολύδευκες,
> Βάλλετο δ' ἀκτίνεσσιν ἅπαν Ἀμύκοιο πρόσωπον.

C Statius itaque Papinius lib. VI. *Thebaid.* quod ex arte pugilatitia sit hoc observatum a Capaneo pugile ipsiusque adversario Alcidamante sic retulit:

> *Fulmineas alte suspensi corpora plantis*
> *Exercere manus, tuto procul ora recessu*
> *Armorum in speculis aditusque ad vulnera clausi.*

Et aliquanto post:

> *Ut sese permensi oculis & uterque priorem*
> *Speravere locum.* ——

D Et statim:

> *Doctior hic differt animum metuensque futuri*
> *Cunctatus vires dispensat: at ille nocendi*
> *Prodigus, incautusque sui ruit omnis, & ambas*
> *Consumit sine lege manus, atque irrita prendit*
> *Insurgens, seque ipse premit, sed providus astu,*
> *Et patria vigil arte Lacon hos rejicit ictus,*
> *Hos cavet interdum nutu.* ——

Et rursum:

> —— *motu Spartanus acuto*
> *Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes,*
> E *Auxilioque pedum, sed non tamen immemor artis*
> *Adversus fugit, & fugiens tamen ictibus obstat.*

Igitur olei ac palæstræ dicit esse rem Cicero, quam ab artificio constitutam sive permotam, atque tractatione, usu, exercitatione confirmatam intelligi nimirum voluit: ut quo loco, *De Oratore: Nitidum quoddam genus est verborum & lætum, sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori:* & item lib. I. *de Legib.* de Antipatro: *Habuitque vires agrestes ille quidem, & horridas, sine nitore, ac palæstra: sed tamen admonere aliquos potuit, ut accuratius scriberent:* & in *Oratore* [1], ubi de numero in F oratione: *Itaque serius aliquanto notatus* (inquit) *& cognitus quasi quandam palæstram, & extrema lineamenta orationi attulit.* Palæstræ nomine venustatem illam & aptitudinem, aut elegantiam, quæ artis usu, aut exercitatione quæritur, haud dubie significans: *Ut enim athletas* (inquit eodem *libro*) *nec multo secus gladiatores videmus nihil, nec vitando facere caute, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam, ut quicquid fiat in his rebus utiliter ad pugnam, id ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cædendo quid deceat intelligit.* Et subdit hoc, quod ad rem etiam facit, Cicero: *Itaque quales eorum motus, quos ἀπαλαίστους Græci vocant, talis eorum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias.* Meam istam, immo Ciceronis interpretationem confirmat, tum Quinctilianus de declamatoribus agens, qui ipsis considerandum esse ait lib. III. *Institut.Orator.* cap. VIII. *quid cuique personæ conveniat qui paucissimas controversias ita dicunt, ut advocati,* &c. ut vix comœdiarum actoribus plures habitus in pronuntiando concipiendi sint, quam his in dicendo (nam hæc profecto ad artem atque artificium pertinere quis negaverit?) tum Seneca ipse *epist.* LXXX. *ad Lucilium*, ubi de athletis in stadio adfert plurima: quorum cum corpus perduci exercitatione ad tantam patientiam possit, multo facilius animum corroborari posse scribit ad fortunæ ictus tolerandos: & addit: *Corpus enim multis eget rebus ut valeat. Animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illi multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine impensa.* Olei quidem nomine impensam significari sumptumve, qui fit ad scientiam, artemve aliquam perdiscendam, ducta scilicet ab athletis, quos aliptæ ac pædotribæ inungere solebant, metaphora, cum ex eo quod τὰ γυμνάσια καὶ τῷ ἐλαίῳ συγκονεῖσθαι Dionysius Halicarnasseus alicubi [2] tradidit, manifesto colligitur: tum etiam ex iis Veterum testimoniis intelligitur, quæ ad parœmiam illam, *Oleum & operam perdidi*, ab aliis [3] adferuntur: si vero in lucta, si in pugilatu, multo magis in pancratio arti locum fuisse, quod ex ea & pugilatu simul constaret, rationi consentaneum opinor. Et sane Philostratus lib. II. Εἰκόνων, de Arrhichione pancratiasta verba faciens, evidenter ostendit, in hæc verba: Οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ (ait) κεκινδυνευμένῃ προσχρῶνται τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε οἳ μὴ εἰσὶν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν ἐν οἷς περιγίνεσθαι χρὴ οἷον πίπτοντα, δεῖ δὲ αὐτοῖς τέχνης εἰς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δ' αὐτοὶ καὶ σφαίρᾳ προσπαλαίουσι, καὶ τὴν χεῖρα περιβάλλουσι προστόνως, καὶ πηδᾶν καὶ ἐνάλλεσθαι. ταυτὶ γὰρ τῶν παγκρατιαζόντων ἔργα, πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν, &c. quæ superius attuli. Quamobrem non minus gymnicorum certaminum rationem, quam Musicam, aut equestris rei peritiam artis beneficio comparari posse docuit apud Platonem in *Menone* fol. 94. Tomi II ex edit. Stephan. de Paralo & Xantippo Periclis filiis agens in hæc verba Socrates: Τούτους μέντοι (ὡς οἶσθα καὶ σύ) ἱππέας μὲν ἐδίδαξεν οὐδενὸς χείρους Ἀθηναίων καὶ μουσικὴν, καὶ ἀγωνίαν, καὶ τ' ἄλλα ἐπαίδευσεν ὅσα τέχνης ἔχεται οὐδενὸς χείρους. Quin & circa currus agitationem (cui locum in lustralibus, sacrisque agonibus fuisse superius demonstravi) artem præcipue, consiliumque ab Homero *Iliad.* Ψ. commen-

1 *Ad Brutum*, quem locum & illos ejusdem auctoris a me allatos Erasmus in Proverbio x. *Rex palæstræ & olei, centur.* II. *chiliad.* V. ad venustatem sive nitorem atque ostentationem non satis commode retulit, ut arbitror. Attulit etiam Budæus *ad l. Athlet. D. de iis qui notant. infam.*

2 In arte περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol. 34. De oleo & unctione vide sis quæ scribo *lib.* sequenti ad initium *cap.* II. in Notis, & *cap.* V. De oleo laboris, & ex ipsis victorias significante scribo *cap.* XXII. *lib.* II. ex Arriano.

3 Vide Erasmum *Proverbio* LXII. *Chiliad.* I. *centur.* IV.

data reperio, ut abſque his nulla ſpes conſequendi præmii affulgere cuiquam videretur, antiquitus, quamvis velocioribus equis ad curſum alioqui uteretur, quo loco:

Τῶν δ' ἵπποι μὲν ἔασιν ἀφάρτεροι, ἐδὲ μὲν αὐτοὶ
Πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτῶ μητίσαϑαι.
Ἀλλ' ἄγε δὴ σὺ φίλος μῆτιν ἐμβάλλεο θυμῷ
Παντοίω, ἵνα μή σε παρεκ προφύγησιν ἄεθλα.

Ubi Euſtathius Scholiaſtes nunquam laudatus ſatis: *Φησὶ πρῶτον μὲν ἀλειπτικὸν εἰς ἀγῶνα νόημα*, &c. *εἶτα πιςέμενος ἐπαγωγικῶς διὰ δρυτόμυ, καὶ κυβερνήτε, καὶ ἡνιόχε, καὶ πάντα βελῇ καὶ τέχνῃ κατορθῦσθαι.* Et de curuli ſive Circenſi certamine agens lib. VI. *Thebaid.* Statius Papinius:

Poſtremum diſcrimen erant, Chromis aſper, & aſper
Hippodamus: non arte rudes, ſed mole tenentur
Cornipedum: prior Hippodamus fert ora ſequentum.

Poſtremo (ut prætercam illud quod e Plauti *Moſtellaria* ſuperius exſcripſi) artis gymnaſticæ cum Ariſtoteles in *Politicorum* libris 1, tum vero Ælianus etiam *de Varia Hiſtoria* ſcribens 2 commeminit, Stratonem Corragi filium aiens valetudini recuperandæ auxilium atque remedium ab arte gymnaſtica petiiſſe: in qua cum longius eſſet progreſſus, ipſamque accuratius exercere occœpiſſet, apud Olympiam uno die lucta & pancratio victorem fuiſſe declaratum; ſed & Nemeis, Pythicis, atque Iſthmicis ludis: *Καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα ὅσον ἐς τὸ ὑγιαίνειν ἐχρῆτο αὐτοῖς, χωρῶν δὲ ἐς τὸ πρόσω τῆς τέχνης, καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμενος αὐτὴν, Ὀλυμπιάσιν μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον, καὶ τῇ ἑξῆς Ὀλυμπιάδι ἐν Νεμέᾳ δὲ, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμοῖ.* Herodicum vero pædotribam Plato lib. III. *de Republ*, eundemque valetudinarium, commiſta cum gymnaſtice medicina, primum quidem & maxime ſe ipſum, ſed & alios poſtea complures, multum fatigaſſe: quam ipſius vivendi rationem, & ſapientiam, & artem, ſed ita ut improbet nominat, ſic fere: *Δυσθανατῶν δὲ ὑπὸ σοφίας εἰς γῆρας ἀφίκετο. Καλὸν ἄρα τὸ γέρας (ἔφη) τῆς τέχνης ἠνέγκατο.* Et Galenus *γυμναςὴν* his verbis definit alicubi 3 *τὸν περὶ τὰ γυμνάσια τέχνην ἐπιςάμενον*, quanquam eundem ait imperitum eſſe artis illius quæ in ſingulis exercitiis adhibetur, ſeſeque exerit, *αὐτῆς μὲν γὰρ τῆς κατὰ μέρος ὕλης ἑκάστη τῶν τεχνῶν ἄπειρος ἐςὶν ὁ γυμναςὴς ἐςιν.* Et poſtea de curatione morborum per gymnaſticam a ſe adhibita: *Μυρίες γὰρ ἡμεῖς ἀσθενέςερα τινὰ μέρη τῦ σώματος ἔχοντας*, &c. *διὰ μόνης γυμναςικῆς ἀνερρώσαμεν ἐχ ἅπαντας ἀπὸ τῶν οἰκείων γυμνασίων, ἀλλ' εἴθ ὀρχηςικὸς ἦν ὁ ἄνθρωπος, εἴθ' ὁπλομαχικὸς, εἴτε παγκρατιαςικὸς, εἴτε παλαιςρικὸς, εἴθ' ὁτιῦν ἄλλο, τὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ τέχνῃ κινήσεις ἁπάσας αὐτῶ ἐπιτάξαντες ἡμῶν παρόντων κινηθῆναι.* Sed gymnaſticam Galenus aliam facit a palæſtrica, & pædotribica, quæ vulgo gymnaſtica nominatur, ut hanc non artem ſimpliciter, ſed hoc addito depravatam Græco uno verbo *κακοτεχνίαν* (ſuperius ut admonui) nuncupet: qua de re commodius proximo ſermone diſceptabitur. Artem profecto athletarum exercendorum aliquam fuiſſe conſtat e ſuperioribus, cujus ne certamen eſſet, ſed potius virtutis, propterea Lacedæmonii nullos in palæſtra ſe exercentibus pædotribas præeſſe voluerunt, *ὥςε μὴ πρὸς ἀσκῦντας ἀσκεῖν*: ut inquit Ariſtoteles 4, quo loco: *Ἔτι δὲ τὰς Λάκωνας ἴσμεν ἕως μὲν αὐτοὶ προσήδρευον τῇ φιλοπονίαις ὑπερέχοντας τῶν ἄλλων, νῦν δὲ καὶ τοῖς γυμνασίοις, καὶ τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσι λειπομένους ἑτέρων· ὁ γὰρ τῷ τὰς νέους γυμνάζειν τὸν τρόπον τῦτον διέφερον, ἀλλὰ τῷ μόνον μὴ πρὸς ἀσκῦντας ἀσκεῖν, ὥςε τὸ καλὸν, ἀλλ' ὁ τὸ θηριῶδες δεῖ πρωταγωνιςεῖν*, &c. ſuis quippe juvenum exercitationibus Lacones ex inſtituto Lycurgi, non pædotribas aut gymnaſtas, ſed ſenes quoque, quos in gymnaſiis verſari ſolitos Plut. in *Lycurgo* memoriæ prodidit: tum pædonomos, atque ipſos quoque interdum Ephoros (ſicuti e Xenophonte obiter admonuiſſe me antea recordor) præeſſe decreverant: quamobrem non abſurde quoſdam dixiſſe idem antea Plutarchus (aliam licet in rem) dixerat ſapientiam colendo magis quam gymnicum certamen ſectando agas Laconem, *ὅτι μᾶλλον ἐςὶ τὸ φιλοσοφεῖν, ἢ τὸ φιλογυμναςεῖν Λακωνίζειν.* Denique ob eam quam dixi rationem, nullos pædotribas exercitationibus Laconicis præfectos fuiſſe Plutarchus illam Ariſtotelis eſſe mentem quam dixi apertiſſime oſtendens, diſertis verbis docuit *Apophth. Lacon.* fol. 415. & ad extrem. in fol. 421. libri a Stephano editi. Quamobrem artificii ſubtilitate a Charone ſe ſuperatum dicere Lyſander ſolitus, ne quis ipſum illo minus fortem ac ſtrenuum duceret, quod ita relatum ab eodem Plutarcho memini: *Τοῖς παλαίυσι παιδοτρίβας ὐκ ἐφίςανον, ἵνα μὴ τέχνης, ἀλλ' ἀρετῆς ἡ φιλοτιμία γένηται. διὸ καὶ Λύσανδρος ἐρωτώμενος ὅπως ὁ Χάρων ἐνίκησεν αὐτὸν, Τῇ πολυμηχανίᾳ εἶπε.* Cui Lyſandrino dicto iſtud alterius Laconis, non eandem certe, aſſimilem aliis verbis ſententiam præfert, quod Plutarchus idem eodem *libro* exhibet: *Λάκωνί τινι ἡττωμένῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ, εἶπέ τις ὁ ἀνταγωνιςὴς, ὦ Λάκων ἐγένετό σε κρείσσων, ὐμενὖν, (ἔφη) ἀλλὰ καββαλικώτερος.* Ergo de ſtadiis agens Tertullianus, artes corporum & vocum (gymnaſticas ſcilicet, ſive palæſtricas atque Muſicas, ſive thymelicas) eo *Scorpiaci* loco dixit, ex quo verba ſequenti tractatu adferam, & artem virtutis de palæſtra loquutus Aurelius Prudentius *περὶ ςεφάνων* 5 dixit his verſibus:

Noſter & noſtra puer in palæſtra
Arte virtutis fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus hoſtem.

---

1 Lib. IV. in princip. citat Mercurialis cap. III. lib. I. *de Art. Gymn.* fol. 6. pag. 2.

2 Lib. IV. *Var. Hiſtor.* cap. XV. vide & Pauſaniam *Achaicis* fol. 181. ex quo ſcribimus *lib.* III. *cap.* XXI.

3 Lib. II. *ὑγιεινῶν*, fol. 243. De arte gymnaſtica & palæſtrica ſive pædotribica videto eundem *ad Thraſibulum*, *πότερον γυμναςικῆς ἢ ἰατρικῆς ἐςὶ τὸ ὑγιεινὸν*, fol. 296. & ſequentib. ex quo locos complures adferam ſeqq. ſermonibus.

4 Lib. IX. *Πολιτικῶν*, cap. IV. quem locum non videtur aſſequutus doctiſſimus Victorius ſic explicans, tanquam ſcriptum foret *μόνον πρὸς, μὴ ἀσκ.* & ad res bellicas accommodans, cum de exercitiis juvenum diſerte agat Ariſtoteles.

5 *Hymno* IV. decem & octo Cæſarauguſtanis, fol. 126.

CAP. XV.

Herodianus castigatus. Σοφία & φιλοσοφία *pro arte astuque in agonibus. In præclaris gymnici agonis præceptoribus Pyrrhus, Xanthias, Evadorus, Iccus, Diotimus. De Pyrrhicha in Notis.*

ATQUE his etiam rationibus, totque ac tam gravibus permotus testimoniis ipsum istud τῆς τέχνης vocabulum apud Herodianum [1] reponi debere quodam loco existimaverim, quem esse mutilum aliis quoque, sed ita ut non integritati tamen restituerent suæ, suboluit: cui ab hac de ludis tractatione non alieno, quando sub manum venit, medicinam facere tentabo, & Musis non invitis persanaturum esse me polliceri audeo. Sic enim habetur scriptum eo loci: Ἱερὸν ἀγῶνα τελοῦσι Ῥωμαῖοι Διὶ Καπετωλίῳ θεάματά τε ... ἰσχύος πάντα ἀθροίζεται, ὡς εἰς βασιλίδα πόλιν πανηγυρίζουσιν· θεατὴς δὲ καὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσιν, οὓς ἐκ περιόδων χρόνων ἡ τάξις καλεῖ, ὁ βασιλεὺς γίγνεται: ut ante illud καὶ ἰσχύος hiulco loco inferatur hoc τῆς τέχνης: quemadmodum in eo Livii jam *citato loco* de Isthmiis dicitur: visa ibi esse certamina omnis generis artium viriumque ac pernicitatis: nisi forte quis ibi τῆς θυμέλης μουσικῆς malit, ut hoc quidem ad theatrales & scenicos, sicuti apud Justinianum nostrum, in *Novella Constitutione de Consulibus* [2], illud autem καὶ ἰσχύος ad gymnicos arenarios, & Circenses ludos referatur quod etsi probabilius & esse cuipiam videri possit, non aspernor tamen prius illud τὸ τέχνης: vel ideo quoniam in certamine gymnico ad victoriam occasionis momenta spectanda, cavendumque non modo feriendum, atque ita decertandum ne artem ullatenus ira perturbaret, Pyrrhum certaminis gymnici præceptorem maximum olim præcipere solitum his quos exercebat, apud Senecam lib. II. *de Ira* cap. XIV. legimus. Unde satis percipitur, antiquitus in athletis præter illud corporis robur, leoninumque animum, gymnasticam ipsam artem, solertiamque propemodum vulpinam fuisse utilem, immo necessariam, quam non modo D. Isidorus Pelusiota [3] in Theone presbytero commendat, qui de Marone quodam nimium sibi tribuente adversario victoriam velut Olympicis agonibus assolet reportaverat, verum etiam ab ipso athletarum eximio encomiaste, poetaque inimitabili Pindaro *Isthm.* ode IV. antist. III. imprimis laudatam Ode Melisso Thebano pancratiastæ dicta licet animadvertere: quo loco;

> —— τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
> Θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾶν λεόντων
> Ἐν πόνῳ· μῆτιν δ' ἀλώπηξ.
> Αἰετοῦ ἅτ' ἀναπιτναμένα
> Ῥόμβον ἴσχει· χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

Quibus postremis gnomen præferentibus verbis, illud alterius poetæ Virgilii, Latinum assimile,

> *dolus an virtus, quis in hoste requirat?*

itemque hoc quod Lysander olim dixisse [4] fertur, *Si quo leonina pellis pertingere non possit, vulpinam assui oportere*, non esse prorsus aspernandum ostenditur. Sed quid cesso illa Isidori a me in testimonium citati verba quæ superius latius propemodum expressi proponere? Sic iste igitur: Λίαν ἥσθην πυθόμενος, ὅτι ὁ σὸς ἀντίδικος ὥρμησε μὲν κατὰ σοῦ ὡς ἀοπλ... περιεσόμενος. ἐρράγει δὲ καθάπερ ἐν τοῖς Ὀλυμπικοῖς ἀγῶσιν ὑπὲρ τῆς σῆς φιλοσοφίας νενικημένος. In quibus pereleganter (meo quidem animo) fecit, quod ducta ab agonibus Olympicis similitudine, philosophiæ vocabulum usurparit: velut ad illud σοφίας alterum a Pausania & Platone [5] cum de gymnicis agerent, immo & ab ipso D. Jacobo [6] verba usurpante athletica expressum aspiceret. Nam Apostoli quidem hæc verba sunt in ipso *Epistolæ Catholicæ* initio, de quibus *libro* III. accuratius, faciente Domino, disceptabitur: Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. Εἰ δέ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος Θεοῦ, & quæ sequuntur. In agonibus vero fuisse consilio, artique ac industriæ, sive prudentiæ, aut peritiæ, atque adeo experientiæ cum primis locum, non modo gymnicis (id quod ostendi supra) verum etiam curulibus, sive equestribus: ac de his agentes Veteres isto σοφίας vocabulo usos animadverti. Leontium quidem scholasticum epigrammatarium poetam hisce in Calliopem exercitatissimum currus agitatorem victoremque versibus [7]:

> Πρέσβυς ὅτι σφριγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾷ
> Νικήσας γεραρὸς δ' ὢν νέος ἐν σοφίῃ.

ubi quod ἀλκὴν dixit, hoc statim in σθένος, quod σοφίην, hoc ibidem postea τέχνην vocat, sic admodum canens:

> Ἔνθεν ἐλευθερόπαις Βενέτων σέο πήξατο δῆμος
> Δοιὰ τὰ μὲν τέχνας, ἄθλα τὰ δὲ σθένεος.

Et proximo in eundem altero *epigrammate* [8] idem σοφίας nomen eodem sensu effert:

> Τοῦτο γέρας σοφίης μνῆμα καὶ ἠνορέης.

Nec aliunde quam ab athletico vitæ instituto ducta, sive similitudine sive translatione Monachos, Eremitas atque Cœnobitas monachicæ philosophiæ agonistas, hoc est, athletas, vel ascetas dixit Justinianus Imperator, isto e *Novellæ* quintæ loco [9]: Σκεπτέον δὲ ὅπως αὐτοὺς οἰκοῦντας καὶ ἀσκουμένους μο-

---

1 In *Commodo*, de quo libro I. fol. 13. lib. a Stephano editi.

2 *Novella* 105. *cap.* 1. §. *Quantumcunque ergo*: Καὶ πέμπτην τε ποιήσει πρόοδον ἐπὶ τὸ θέατρον ἀγουσαν, ἣν δὴ πόρνας καλοῦσιν ἐνθα τοῖς ἐπὶ σκηνῆς γελοιοποιοῖς ἔσται χώρα τραγῳδοῖς τε καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς θυμέλης χοροῖς θεάμασί τε παντοδαποῖς καὶ ἀκούσμασιν ἀνεῳγμένον ἐστὶ τὸ θέατρον: sic & apud Plutarch. in *Sylla*, fol. 850. unde verba inferius hoc ipso *lib.* referam.

3 *Epist.* CCCLXXII. *lib.* III. fol. 655. cui adjungito locum ex *epist.* CXXVI. ejusdem *lib.* quem expromam initio *lib.* III.

4 Scripsi e Plutarch. lib. III. *Semest.* cap. XVIII.

5 Lib. III. *de Republ.* ubi de Herodico, quod ante attuli.

6 *Epist. Cathol.* cap. I. vers. 5. nam ex præcedenti versu & 12. & 17. ad athleticam aspexisse colligo.

7 Ex lib. V. *Anthol. Epigramm. Græc.* disticho penult. epigramm. cujus initium, Σῆς τόδε, f. 403.

8 Cujus initium, τὸν γῆρας. in versu extremo.

9 *Novell. de Monach.* §. *cogitandum vero est*, post Dionysium Areopagitam *Eccles. hierar.* cap. VI. in theoria. *de Monach. consecrat.* fol. 207. & a Pachimer. in Theoria in eundem fol. 177.

ναχικῆς φιλοσοφίας ἀγωνιςὰς ἀπέδειξω. Non aliunde Theodoretus qui Juliani Monachi vitam memoriæ tradens, philosophiæ simul, & palæstræ, pædotribæ, ac monastici gymnasii commeminit, sic fere scribens in *Vita sanctorum Patrum* in 2. fol. 423. & 424. Interpretis Latini fide: *Hanc summam ejus* (de Juliano agit) *philosophiam cum multi didicissent, alii quidem qui propius habitabant, alii vero qui remotius*, &c. *accurrebant supplicantes ut essent palæstræ participes: & ei tanquam exercitationis magistro* (*gymnastam* fortasse aut *gymnasiarchum* Græcus auctor dixerat) *& pædotribæ viverent in posterum*. Et postea de Jacobo Monacho: *Fuit autem insignis & illustris, non iis solis qui illic erant, sed etiam iis, quæ erant in Syria philosophiæ gymnasiis seu monasteriis*. Non aliunde (ut equidem sentio) Petrus ipse Chrysologus Ravennas Episcopus *Sermone* CXIX. fol. 308. ubi cum cursu sapientiam conjunxit in hæc omnino verba: *Currant & philosophi per inanem sapientiam sæculi, sed superfluus & vacuus cursus ipsorum est, qui veram Christi sapientiam nesciunt*.

Inter præclaros autem gymnici certaminis, atque industriæ circa id ipsum & cujusdam velut artificii non illiberalis in Græcia existimati præceptores, præter Pyrrhum illo a Seneca memoratum loco, duorum aliorum magno in pretio apud Athenienses olim habitorum, qui artem istam profiterentur palæstricam, apud Platonem mentio *Menone* in sup. d. loco, Xanthiæ nempe ac Euadori: quibus Melesiam & Stephanum filios cum cæteris, tum arte illa instituendos Thucydides tradiderit, qui ipsi postea optime omnium Atheniensium palæstra decertarint: Οτι Θυκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τάτε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα, Αθηναίων τὸν μὲν Ξανθίᾳ ἔδωκε, τὸν δὲ Εὐδώρῳ· οὗτοι δέ που ἐδόκουν τῶν τότε κάλλιστα παλαίειν. Adde his & Iccum Tarentinum Nicolaidæ filium, qui post coronam Olympicam ex pentathlo reportatam, gymnastes inter suos optimus fuisse dicitur: ut est a Pausania [1] his verbis proditum: Ικκος δὲ ὁ Νικολαΐδα Ταραντῖνος τόν τε Ολυμπικὸν στέφανον ἔσχεν ἐπὶ πεντάθλῳ: καὶ ὕστερον γυμναστὴς ἄριστος λέγεται τῶν ἐφ᾽ ἑαυτῷ γενέσθαι. Diotimum denique gymnastam, cujus de exercitationibus, & sudoribus a Theophrasto [2] celebrata commentaria. De Pyrrho quod dixi gymnasta præclarissimo possit quispiam non inepte ad Pyrrhum fortasse, sive Pyrrhium illum referre: quem ipsum armatæ (quæ ab eo dicta Pyrrhichia) saltationis auctorem, judicemque, ac magistrum fuisse plurimis Veterum [3] locis traditur: quanquam hoc affirmare nolim.

CAP. XV.

Rursum de ludorum gymnicorum religione, qui Herculanei appellati. Eorum origo ulterius ad Deos porrecta. Tentata Solini cum Hygino conciliatio, de eo qui primus pancratio victoriam coronamve apud Olympiam adeptus. Pelopi dicatus agon Olympicus ut aliis reliqui sacri mortuis. Vocabulum ἔρριν *in Græcis apud Phlegontem versibus explicatum & fortasse castigatum. Athletæ pueri cultores ac imitatores Herculis, allata Galeni & apud ipsum vetusti Poetæ ac insuper antiquorum marmorum in eam rem testimonia. Herculis statuæ in gymnasiis, imo & fana vel sacella: propositum animi, & ludorum editio. Mercurii etiam Enagnii signa ibidem. Arnobius obiter emendatus. Præterea Thesei statuæ ibidem Herculeis & Mercurialibus adjunctæ. Phornuti ea de re singularis locus leviter castigatus. Comitem robori rationem in agonibus esse debere: qui significatum a Veteribus. Pausanias atque Eustathius Phornuto in eam rem adhibiti. Duplicem propterea Mercurii figuram apud Ægyptios, & cum Occasio Mercurii soror sit, utrique aras fuisse apud Olympiam positas. Philostrati de Mercurio gymnicorum præside, cujus Palæstra filia, loci duo, quorum alter explicatus. Deus apud Papinium Mercurius: cujus apud Horatium Palæstram intelligendam illam quam dixi, non quam Interpres Poetæ recens conjicit. Dionysii auctoritate insuper ostensum.*

Ab ista non inamœna (mihi quidem) excursione, ad rem revertor, ad institutum de ludorum gymnicorum religione sermonem scilicet. Eos Herculi cum primis dicatos, a quo Heracleotici appellati sunt, alii [4] ante nos commonstrarunt, Polluce, atque Lampridio testibus adhibitis: quibus addere possis Hyginum haud paulo vetustiorem & fidei probæ, immo & ipsum quoque Pindarum [5] aliquot locis: ille quidem *Fab.* CCLXXIII. *Octavo loco fecit Hercules* (ait) *Olympiæ gymnicos Pelopi Tantali filio, in quibus ipse contendit pammachum: quod nos pancratium vocamus cum Aphareo*; quanquam esse qui Olympicorum ludorum originem ulterius ad Deos quoque ipsos produxerint, tanquam in iis cum Saturno Jupiter lucta, Curetes inter se cursu decertarint. Pausanias prodit *Arcadicis* sub init. in fol. 187. Aldini libri, quo loco: Ο δὲ ἀγὼν ὁ Ολυμπικὸς (ἐπανάγουσι γὰρ αὐτὸν εἰς τὰ ἀνωτέρω τοῦ ἀνθρώπων γένους, Κρόνον καὶ Δία αὐτόθι παλαῖσαι λέγοντες, καὶ ὡς Κούρητες δράμοιεν πρῶτοι) τούτου εἵνεκα ἐκτὸς ἔστω μοι τοῦ παρόντος λόγου. Verum Hyginus ille postea ubi de Isthmiis & Argivis, quos Nemeos esse ludos interpretor, his ludis vicerunt Zethus

1 *Eliacon* II. fol. 147. Vide Plato VIII. *de Legib.* ex quo & Æliano dicturi altero post proximum *tractatu* sumus de ipsius & aliorum athletarum abstinentia.

2 Not. Mercur. cap. XII. lib. I. *Artis Gymnast.*

3 Jul. Pollux *Onom.* lib. III. cap. XIV. περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως, fol. 220. Ubi, χειρῶν ὀρχηστῶν vocat. Itemque Strabonis lib. X. *Geograph.* pag. 532. De Pyrrhichia & armata saltatione scripsit Athenæus non pauca lib. I. *Deipnosophist.* post Plat. lib. *de Legib.* VII. fol. 815. Plin. cap. LVI. lib. VII. A Pyrrhicho forsitan uno ex Curet. dicta, cujus Pausanias ipse quodam loco meminit: cui opinioni favet Dionysii quoque Halicarnass. auctoritas lib. VII. *Antiqu. Roman.* fol. 476. Wechel. edit. ut vel a Curetibus dum Jovem mulcerent armorum sonitu rhythmicoque membrorum sonitu. Vel a Minerva id genus exercitii, celeberrimum apud Græcos inventum fuerit. De Pyrrhichia scripsi nonnihil supra *cap.* V. hujus *libri*: vide Eustathi. *in Homer.* ubi interdum Pyrrhicho Laconi Cretica ista saltatio, interdum Pyrrho Achillis filio tribuitur.

4 Alciat. *ad l. unic. C. de athletis lib.* X. & Cælius Rhodigin. in *Antiq. Lectionib.*

5 *Olymp.* od. II. stroph. I. Ubi de Hercule Olympicorum auctore. Itemque od. III. antistr. II. & III. ab Hercule in Deos relato commendata Dioscuris Olympica certamina: & quod post trucidatum Augiam ea instituerat, od. X. *Olymp.* stroph. II. & III. & antistroph. III. Vide & auctorem *Vitæ Pindari* scholiis ad ipsum Græcis præfixæ.

Aquilonis filius dolichodromo, &c. Peleus [illegible] filius luctatione, Hercules Jovis filius pammacho. Et quod ait Herculem primum Olympiæ victorem fuisse pancratio sive pammacho, pugnare videtur cum eo quod Solinus extremo cap. XIV. *Polyhist.* Syracusanum Lygdamum, tertia & tricesima Olympiade primum ex Olympico certamine pancratii coronam reportasse, cujus ossa reperta sint medullam non habere, nisi quod vis est fortasse in coronæ vocabulo, tanquam vicerit quidem Hercules, verum coronatus neutiquam fuerit, cum ne hic quidem agon ab initio stephanites fuerit, sive coronarius: sicuti postea *libro* sequenti [1] subtilius explicatur, ubi de præmiis sacrorum agonum disserimus. Rursum quod ait Pelopi dicatos ab Hercule Olympicos ludos, hoc ipsum (ut de Pindaro [2] taceam) ab Ausonio [3] proditum hoc versu:

Tantalidæ Pelopi mœstum dicat Elis honorem.

Et longe ante a Statio Papinio *Theb.* VI. ab initio:

—— ludumque super quo Martia bella
Præludant, parat, seseque accendere virtus
Graium ex more decus: primus Pisæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem, &c.

itemque a Pythia ipsa his versibus, quos Phlegontis Tralliani fide, qui Adriani Cæsaris libertus, libellum [4] *de Olympiis* Græce conscripsit referam:

Ζηνὸς τῶ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο κ᾽ θέτο τιμὴν
Πεισαῖοι, [illegible] Πέλοψ [illegible]
Ἑλλά[illegible] [illegible] ἔρορτὴν, κ᾽ [illegible] θανόντι
Οἰνόμα[illegible] τρίτατος δ᾽ ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ηρακλῆς [illegible] ἑορτὴν κ᾽ ἀγῶν᾽ ἐπὶ μήτρῳ
Πέλοπι Ταντάλιδῃ.

(ubi equidem ἐρορτὴν scriptum malim ut ἑορτὴν significet, translata poetico more literula, quamvis Interpres pro certamine acceperit) Denique a Solino *Polyhist.* cap. II. cum ait: *Quippe certamen Olympicum quod Hercules in honorem avi matern. Pelopis ediderat intermissum Iphitus* [5] *filius ejus instauravit, post excidium Trojæ, anno quadringentesimo octavo.* Itaque Olympiaca certamina inferis dedicata, D. Chrysostomus ait *Serm. Ut benedicam maledicent. Christi & sanctorum exemplo.* Hoc scilicet sentiens mortuorum hominum honori ac memoriæ nempe Jovis ac Pelopis dicata: sicuti Melicertæ Isthmia, Archemoro Nemea, serpenti etiam cæsæ Pythia: quamobrem sepulchrales eorum agonum conventus Clemens Alexandrinus nominat: ipsosque agones in quibus propter mortuos decertaretur mysteria fuisse ab ipso eorum initio scribit in *Protreptico*, fol. 25. Ἴθι δὴ κ᾽ τοὺς ἀγῶνας [illegible] βραχὺ [illegible], κ᾽ τὰς ἐπιτυμβίους ταύτας πανηγύρεις καταλύσωμεν, Ἴσθμιά τε, κ᾽ Νέμεα, καὶ Πύθια, κ᾽ [illegible] Ὀλύμπια. Πυθοῖ μὲν [illegible] ὁ Δράκων θρησκεύεται, κ᾽ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται Πύθια: Ἰσθμοῖ [illegible] σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα, κ᾽ Μελικέρτην ὀδύρεται τὰ Ἴσθμια· Νεμέασι [illegible] Ἀρχέμορος κεκήδευται, κ᾽ [illegible] ἐπιτάφιος [illegible] καλεῖται Νέμεα. Πίσα δὲ [illegible] τάφος [illegible] Πανελλήνων, [illegible] Φρύγες, κ᾽ [illegible] λέπτος τὰς χοὰς τὰ Ὀλύμπια, ὁ Φειδίου σφετερίζεται Ζεύς. μυστήρια ἦσαν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἀγῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλούμενοι, ὥσπερ κ᾽ τὰ λόγια, κ᾽ δεδημοσίευται [illegible],

Porro athletæ imitatores se, ac pueros, sive liberos Herculis esse profitebantur: quo istud Galeni pertinet, ipsos ab Herculea vitæ ratione atque instituto plurimum defecisse ostendentis ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5 lin. 59 Ἀλλὰ πρὸς κρύος κ᾽ θάλπος ἰσχυροὶ, αὐτοῦ γε τοῦ Ηρακλέος ζηλωταὶ ὡς ἐν κ᾽ χειμῶνι, κ᾽ θέρει σκέπεσθαι δέρματι ὡς ἀνυπόδετοι διατελεῖν, ὑπαίθριον κοιμᾶσθαι χαμευνεῖν, ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις τῶν νεογνῶν παῖδες εἰσὶν ἀσθενέστεροι. Et vero in versibus illis qui a vetusto quodam, non amuso (ut idem loquitur) poeta ibi aliquanto post citantur, athletas, eorum qui ab Hercule orti sunt, aut profecerunt nomine demonstratos scias, sic fere:

Ἀλλ᾽ οὐδὲ τῶν ἀφ᾽ Ηρακλέος τὶς ἀλειπτος
Η λέοντος ἰσχυρότερος ἂν φανείη.

In antiquis marmoribus [6] idemque decretum Imperatorum Hadriani & Antonini, de loco in quo deliberarent, sacraque reconderent, & conclave publicis literis reponendis juxta thermas haberent concesso hieronicarum coronariorum athletarum Herculaneorum, aut eorum qui circa Herculem essent collegio, extat, quod *libro* III. sub finem exhibiturus sum, συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ηρακλέα ἀθλητῶν ἱερονικῶν στεφανιτῶν. Hoc esse cultorum Herculis vocabulo significatos reor, in ea inscriptione antiqua e Smetianarum ordine quarto fol. 140. inscript. IV. libri Antuerpiæ impressi ann. 1588. cujus hæc verba sunt: *Loca sepulturæ cultorum Herculis victoris in fundo Domitiano Imp. P. C. XX. in Arg. p. LV. M. M. Animisii Priscus Priscianus donaverunt.* Itaque in vetustis Græcorum gymnasiis Herculi statuæ positæ, immo ædes & sacella: qua de re locos attuli nonnullos libri *Semestrium* secundi cap. XI carminis Horatiani exponendi gratia, cum de gladiatoribus dissererem: sed non minus illustres hi quos nunc jam indicabo: apud Pausaniam *Corinthiacis* sub initium, ubi: Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ τῷ ἀγορᾶς [illegible] Ηρακλῆς [illegible] κεῖται λίθου, σκόπα ποίημα: atque *Arcadicis* fol. 209. Aldini lib. itemque apud Dionem Chrysostomum in *Melancoma* I. ubi de athletarum certamine: Ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ γυμνασίῳ ἦμεν, &c. ὁρῶ μὲν [illegible] πάνυ πολλοὺς ἑστηκότας πρὸς τῇ ἐξέδρᾳ τοῦ Ηρακλέους, κ᾽ ἑτέρους ἀεὶ προσάγοντας. Hinc ille titulus apud Chalcidenses, quem suo ævo Plutarchus adhuc exstitisse refert in *Tit. Quinctio Flaminio*, *Populus Tito & Herculi gymnasium.* Athenis igitur in eo gymnasio quod Cynosarges appellatum, fanum Herculis, non modo statuam, aut signum fuisse a Polæmone Athenæus lib. VI. *Deipnosoph.* ubi de parasitis, memorat, quo loco: Ἐν Κυνοσάργει μὲν [illegible] ἐν τῷ Ηρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου,

Et

1 *Cap.* IX. *lib.* II. & *cap.* XXII. ubi tamen ex Plinio primum Olympiæ oleastro coronatum Herculem traditur.

2 *Olymp.* od. I. epod. I. stroph. III. epod. III. & stroph. IV. & od. IX. str. I.

3 In fine *Eclogarii*. Ubi eosdem sacros agones & funebres ludos haberi significat.

4 Extat impressus Basileæ ann. 68. cum Antonini Liberalis *Metamorphosi*, Antonini *de Vita sua*, & aliorum aliquot libellis eorum, fol. 98

5 De quo superius (ut puto) nonnihil actum est *cap.* XII. agitur quidem hoc ipso *libro* sub initium *cap. ult.* De ipsius disco autem & Lycurgi (quem socium habuit) coronario apud Olympiam *lib.* II. disceptabitur *cap.* XXVI. Vide sis & quod de Olympico equestri agone scribo hujusce *libri cap.* XXV.

6 In *Auctario Inscript. veterum* per Justum Lipsium V. C. pag. 58.

Et ſane non aliud fere athletarum quam Herculis propoſitum Olympicorum agonum editoris, atque inſtauratoris: qui neminem niſi coactus læſit, qui poſt labores tot tantoſque induciarum & animi, ſive inſtituti ſui teſtimonio, ſive indicio ludos celebrandi auctor fuit: quemadmodum Polybius 1 refert a Calliſthene aut Ephoro, ubi ſic ſcriptum: Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν Ἡρακλέα φησὶ, τὸν μὲν Ὀλυμπίων ἀγῶνα θεῖναι, καὶ τὴν ἐκεχειρίαν δεῖγμα ποιούμενον τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως. ὅσοις δ' ἐπολέμησε τότε πάντας, βεβλαφέναι κατὰ τὴν ἀνάγκην, καὶ κατ' ἐπιταγήν. ἑκουσίως δὲ παραίτιον κακοῦ οὐδενὶ γεγονέναι τῶν ἀνθρώπων.

Sed Mercurio etiam (quem ἐναγώνιον propterea Pindarus 2 nuncupat) ſuus honos in agonibus gymnicis: nec profecto minor quam Herculi. Quamobrem Tertullianus, cap. IX. de Agonibus in fin. in lib. *de Spectaculis*: *Sed & gymnicas artes* (ait) *Caſtorum, & Herculum, & Mercuriorum diſciplina prodiderunt*. Mercurium quidem ceroma, pugilatibus & luctationibus præſtare, vel potius (quando nihil ceromati cum pugilatibus, quemadmodum adhibito Plutarchi teſtimonio inferius oſtendam) ceromati pugil. & luct. præeſſe Arnobius lib. III. *adverſus Gentes*. *Mercurium in palæſtris coli & honorari, ut Minervam in gymnaſiis, Neptunum in circis, Martem in arenis*, Salvianus lib. *de providentia Dei*, tradidit: Igitur ei atque Herculi communem ædem in ſtadio quopiam poſitam ex Pauſania 3 licet addiſcere: ſed & in vetuſto athletarum decreto marmorea tabella (quæ Romæ apud Fulvium Urſinum 4 extat) comprehenſo agonum Mercurio & Herculi pro principe celebratorum, fit mentio: ubi de Batone Philonis filio gymnaſiarcho: Τούς τε τῷ Ἑρμεῖ καὶ Ἡρακλεῖ τιθεμένους ὑπὲρ τοῦ βασιλέως γυμνικοὺς ἀγῶνας συνδιακοσμῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν. Herculi adjungit alio inſuper loco, ſed ſimul cum palæſtricæ artis repertore, atque aſſertore (ut ſuperius dixi) Theſeo, de ſtatuis ipſorum in gymnaſio poſitis agens Pauſanias *Meſſenicis*, ubi: Τὰ δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ γυμνασίῳ, ποιήματά ἐστιν ἀνδρῶν Αἰγυπτίων, Ἑρμῆς καὶ Ἡρακλῆς τε καὶ Θησεύς. Et addit, quod valde ad rem facit, τούτους μὲν δὴ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησι, καὶ ἤδη τῶν βαρβάρων πολλοῖς (male in Aldino πολλοὺς) περί τε γυμνασίας καὶ ἐν παλαίστρᾳ καθέστηκεν ἔχειν ἐν τιμῇ. Cum quo belle congruit quod Phornutus *de natura Deorum*, ubi de Mercurio: Σέβονται δὲ αὐτὸν καὶ ἐν ταῖς παλαίστραις μετὰ τοῦ Ἡρακλέους ὡς (ſic lego pro ἐν) τῇ ἰσχύϊ μετὰ τοῦ λογισμοῦ χρῆσθαι δέοντος. τῶν γὰρ πεπονθότων μόνῃ τῇ τοῦ σώματος δυνάμει. τὸ δὲ λόγου ὅς καὶ τέχνας εἰς τὸν βίον ἤγαγεν ἀμελούντων πάνυ ἄν τις οἰκείως ἐπείποι, δαιμονίως φύσει σε τὸ σὸν μένος. Quibus verbis oſtenditur comitem robori rationem eſſe vitandi periculi gratia oportere. Quin & apud Homerum Euſtathius noſter (qui mihi ſummum trino iſti de ſacris ludis *tractatui* concinnando auxilium attulit, ideoque non ſemel a me laudabitur) ad illud Phornuti percommode ut ſentio: Amorem Mercurio, & Herculi, ſed honeſtum & gravem ſcilicet, in gymnaſiis adjunctum refert, *ad θ. Odyſſ. Homer.* fol. 1596. num. 50. uni quidem rationis, alteri roboris præſidi: quibus permixtis amor & concordia gignitur: Εἰ δὲ σεμνολογεῖται τοῖς σοφοῖς ἔρως, ἀλλ' ἐκεῖνοι σεμνὸν ἄλλως τὸν ἔρωτα, καὶ παντὸς αἰσχροῦ κεχωρισμένον ᾔδεσαν, δυὸ καὶ κατὰ τὰ γυμνάσια (inquit) Ἑρμεῖ καὶ Ἡρακλεῖ αὐτὸν συνίδρυον. τῷ μὲν λόγου, τῷ δ' ἀλκῆς προεστῶτι. ὧν μιγέντων φιλία καὶ ὁμόνοια γεννᾶται. De Amore ſive Cupidine quod ait Euſtathius, hoc ipſum & apud Pauſaniam reperias *Eliacon* II. Aldini libri, niſi quod Mercurii loco Anteroris mentionem facit. Etenim ubi: Η δὲ τρίτη περιβόλου γυμνασίου: ὀνομα μαλθὼ τοῖς ἐφήβοις ἀνειμένη τῆς πανηγύρεως τὸν χρόνον πάντα, ſubjicit ſtatim: Ἔστι δὲ ἐν γωνίᾳ τῆς μαλθοῦς πρόσωπον Ἡρακλέους ἄχρις ἐς τοὺς ὤμους, καὶ ταινιῶν παλαιστῶν μιᾶς τύπος, ἔρωτα ἔχων ἀπειργασμένον, καὶ τὸν καλούμενον ἀντέρωτα. ἔχει δὲ ὁ μὲν φοίνικος ὁ ἔρως κλάδον, ὁ δὲ ἀφελέσθαι πειρᾶται τὸν φοίνικα ὁ ἀντέρως. Quamobrem duplicem ab Ægyptiis Mercurii figuram juvenis vetulo adjuncti expreſſam e Syneſio eleganter in hæc verba ſuperioribus Phornuti, atque ipſius Euſtathii verbis conſentanea traditum recordor in *Ægyptio*, aut περὶ προνοίας, fol. 70. Ὡς ἔστιν ἄμαχον ὅταν ἰσχὺς καὶ σοφία συγγένωνται. διαληφθεῖσαι δὲ ἀπ' ἀλλήλων ῥώμη τε ἀμαθὴς, καὶ φρόνησις ἀσθενὴς εὐκαταγώνιστοι γίνονται. ἴστω πάντως ὦ παῖ τὴν ἐν ταῖς ἱεραῖς εἰκόσι τῶν πατέρων ἐπίνοιαν. τὸν Ἑρμῆν Αἰγύπτιοι διπλῆν ποιοῦσι τὴν ἰδέαν τοῦ δαίμονος νέον ἱστάντες παρὰ πρεσβύτην ἀξιοῦντες, εἴπερ τις ἡμῶν μέλλει καλῶς ἐφορεύσειν συνετόν τε εἶναι καὶ ἄλκιμον ὡς ἀτελὲς εἰς ὠφέλειαν θάτερον παρὰ θάτερον, & cæt. quæ de Sphingis figura profert in eandem ſententiam.

Rurſum quod hic icone Mercurii τὸν σοφὸν illi τὸν λόγον oſtendi ajunt, ſic accipe (ſi me audis) ut prudentia, ratio, judicium ad expectandam, nec prætermittendam tamen (quæ de manibus elapſa non ita facile cum occiput calvum habeat, apprehenditur) occaſionem cavendi aut feriendi valeat. Cui Occaſioni germanæ Mercurii Enagonii, ſive certatoris, ſive certaminum præſidis (utpote quam Ion Chius in *ipſius Hymno* liberorum Jovis natu minimam finxerit) vetuſti Græci in ipſo ſtadii Olympici aditu, aram Mercurii aræ proximam ea quam ſuperius dixi (ut mea fert opinio) ratione locaverant. Auctor mihi hujuſce rei Pauſanias unus *Eliacon.* I. Aldini libri: quo loc: Τῆς ἐσόδου δὲ τῆς ἐς τὸ στάδιον εἰσὶν ἐγγύτατα βωμοὶ δύο· τὸν μὲν αὐτῶν Ἑρμοῦ καλοῦσιν ἐναγωνίου, τὸν δὲ ἕτερον Καιροῦ. Ἴωνι δὲ οἶδα τῷ Χίῳ καὶ ὕμνον πεποιημένον Καιροῦ· γενεαλογεῖ δὲ ἐν τῷ ὕμνῳ νεώτατον παίδων Διὸς Καιρὸν εἶναι. In accipienda vero cum ad certamen ventum eſt occaſione quam tum in cæteris, tum vero in bellicis potiſſimum rebus magni momenti eſſe Polybius 5 in hæc verba ſignificat: Ὅτι μὲν ὁ Καιρὸς ἐν πᾶσι μεγάλην ἔχει μερίδα πρὸς τὰς ἐπιβολὰς, μεγίστην δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς παντὶ δῆλον: cum illam pater ipſius Jupiter hominibus δωτὴρ ἐάων offerat (*Tempus* vocari ajunt Gallice ab iis qui apud nos gladio decertandi artificium quoddam in mercenario ludo exhibent) nimirum arte illa opus eſt quum in exercitationibus athleticis præcipue ſpectatam antiquitus oſtendi ſupra. Itaque in lucta quidem adverſus Gigantem illum Antæum, quæ

1 Ad fin. epitom. lib. XII. fol. 248. editionis Hervagian.

2 In *Pythiis* hymno II. antiſtr. I. & ἀγώνιον *Iſthmiis* od. I. antiſtr. IV. quos & alios περὶ τοῦ ἐναγωνίου Ἑρμοῦ Veterum, locos ab Ariſtophane, Theocrito, Heliodoro, Vignarius quoque ad Philoſtrati Antæum diligenter adnotavit.

2 *Arcadicis*, fol. 209. ubi: Ἡρακλέους δὲ κοινὸς καὶ Ἑρμοῦ πρὸς τῷ σταδίῳ, ναὸς μὲν οὐκέτι ἦν, μόνος δέ σφισι βωμὸς ἐλείπετο.

4 Qui eam publicavit, pag. 30. eorum quæ e vetuſtis monumentis ipſe adjecit, in notis ad libr. Anton. Auguſtini *de Legib.* impreſſum Romæ apud Beſam. anno 83.

5 Epitome lib. X. *Hiſtor.* fol. 231. huc pertinere videtur: certe non longe hinc abeſt quod Thucydides ſcribit lib. I. fol. 46. τοῦ δὲ πολέμου οἱ καιροὶ μενετοί. ubi Scholium Græcum, οὐ μένουσιν φησὶν, ἀλλ' εἰσὶν ὀξεῖς.

a Philostrato lib. II. Εἰκόνων, in *Antæo*, alicubi describitur, cum non modo robur corporis, sed artem quoque adhibuisse dicatur Hercules (ut ante monui) sublimem e terra Gigantis matre, quæ ipsi aderat extollendo, nunquam alioqui superaturus, hoc etiam adjicitur, in illo scilicet picturæ argumento superne spectasse Deos in aurea nebula, inter quos Mercurium velati ludorum gymnicorum, atque adeo luctæ præsidem, καὶ ὁ Ἑρμῆς ἥκει παρὰ τὸν Ἡρακλέα [illegible] αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ καλῶς ὑποκρίνεται πάλην. *Mercurius etiam iste* (inquit) *ad Herculem venit ipsum coronaturus, propterea quod suo* (Mercurii scilicet) *bonori præclare iste luctationis munere perfunctus fuerit*: sic enim Græcum illud accipio, quod ambigue Gallicus Interpres atque obscure reddidit. Denique alio loco lib. II. Εἰκόνων, in *Palæstra*, idem Philostratus Palæstram quasi Virginem depictam Mercurii filiam fuisse a Veteribus existimatam, quæ in Arcadia primum hoc genus exercitationis invenerit, eleganter his fere verbis expressit: Παλαίστρα γὰρ ἡ Ἑρμοῦ ἡβήσασα [illegible] ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλην εὗρηκε, καὶ ἡ γῆ χαίρει [illegible] τῷ εὑρήματι. Unde Horatius Mercurium laudat quodam loco ode x lib. I. *Carmin.*

Qui feros cultus hominum recentum
Voce formarit, catus & decoræ
More palæstræ.

Et Papinius de Tydeo sub Dei nomine Mercurium intelligens *Thebaide* sexta, quo loco

-- armigeras lassare assueverat iras.
Ingentes contra ille viros Acheloia circum
Littora, fœlicesque Deo monstrante palæstras.

Atque, ut nullum prætercam, Diodorus lib. V. *Biblioth* fol 236. ubi de Mercurio, εἰσηγητὴν δ' αὐτὸν καὶ παλαίστρας γενέσθαι καὶ χελώνης λύραν ἐπινοῆσαι. Nam quod Cruquius Scholiastes Horatii recens ad Chironomiam gestusque legem illam (cujus a Socrate probatæ, a Platone quoque in parte civilium positæ Virtutum ut oratori necessariæ a Quinctiliano cap. II. lib. I. *Orator. Instit.* fit mentio) aliam ab athletarum palæstra, quibus pars vitæ in oleo, pars in vino consumitur, qui corporis cura mentem obruerunt, spectasse poetam arbitratur ingeniosum nimis & acutum hominem deerrasse apparet manifesto ex iis quæ ante dicta sunt. Sed & ex eo quod athletis, exhortatoriam orationem ad depugnandum esse propterea utilem & necessariam Dionysius Halicarnasseus [1] tradit, quod se Mercurii atque Herculis discipulos & imitatores profiteantur: quorum ille sermonis inventor, aut ipse potius sermo est, hic vero Minervæ ope, atque consilio adjutus quæ injuncta sibi fuerant perpetraverit, cum ipsa nihil sit aliud quam ipsa mens & ratio: Μάλιστα δὲ οἱ ἀθληταὶ δέοιντο ἂν τοῦ ἀπὸ τοῦ λόγου (inquit & cæt. quæ inferius *libro* II. ad extremum de incitationibus athletarum agens proferam) ὄντες μὲν καὶ αὐτοὶ Ἑρμοῦ τε καὶ Ἡρακλέους μαθηταί τε καὶ ζηλωταί. ὧν ὁ μὲν εὑρετὴς τοῦ λόγου ἢ αὐτόχρημα λόγος. ὁ δὲ σὺν τῇ Ἀθηνᾷ πάντα κατώρθωσε τὰ ἐπιταχθέντα. ἡ δὲ τί ἂν ἄλλο εἴη ἢ νοῦς τε καὶ λόγος. Quamobrem Palæstræ sive gymnasiorum præside Mercurio statuam in palæstris antiquitus positam superius admonui, ob quam ab Aulo nocturno fure, asportatam his Jambis Lucillius Epigrammatarius [2] ita in eum lusit ut dicentem hoc induceret, ipso Mercurio abigeo, & furum non minus quam athletarum præside, se discipulum ut alios complures ex veteri proverbio præstantiorem esse quod Mercurium furto abstulisset:

Τὸν πτηνὸν Ἑρμῆν τὸν θεῶν ὑπηρέτην,
Τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα τὸν βοηλάτην,
Ἑστῶτα τῶν δὲ γυμνασίων ἐπίσκοπον,
Ὁ νυκτοκλέπτης Αὖλος εἶπε βαστάσας,
Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

CAP. XVII.

Tyrius Hercules, cui ludi & sacra olim fiebant. Quis Hercules Olympiæ cultus, & ludorum apud ipsum instaurator. Hercules Musagetes, item Celticus sive Gallicus. Eloquentia Herculis a Pindaro commendata. Atheniensia gymnasia in Notis. Plutarcho exposito, Apollinis signum in gymnasiis. Apollo itidem Enagonius, ut Mercurius, ac præses gymnicorum a Veteribus habitus. De Pythicorum ludorum loco, ubi de Crissa & Petressa, sive Petrosa Pythone, quod, sicuti Νάπης *vocabulum, Cœlio ignoratum. Pythia apud Delphos. Pytho oppidum in eo territorio. Vetus Inscriptio Græca prolata. Exposita* l. ut profanos. C. de pagan. & sacrific.

A Tyriis Herculi non solum festivitates, sed quarto quoque anno ludos, ac certamina dedicata, tum sacræ *Macchabæorum* historiæ, tum Theodoreti fide aliquo libri *Semestrium* tertii sermone cap. II. monuisse me recordor. Quod autem de Herculis æde in gymnasiis posui, ambigi non abs re possit, utrum ad Amphitruonis filium, quem Olympicis ludis Elide capta proposuisse præmia, luctaque ac pancratio ipsum victorem extitisse, Pausania *Eliacis* [3] memorat: an potius ad alterum illum isto antiquiorem Idæum scilicet unum ex quinque Curetibus, & Idæis Dactylis, quibus Rhea Jovem educandum concrediderit, referri oporteat: cujus rei fabulam percensens paulo antea idem auctor primum istum Olympiæ ludos commisisse scripserat, ut qui ex fratribus cursu alium vinceret, hedera coronaretur: cui & ipsi Herculi parastatæ cognomine Clymenus apud Olympiam, quod ab ipso genus deduceret, aram dedicarit: Ἡρακλεῖ οὐ προσέσει τῷ Ἰδαίῳ δόξα (inquit)

---

1 Ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol. 42. ed. Francof.

2 Lib. VI. *Antholo. Græcor. Epigramm.* cap. XXV. εἰς κλέπτας, epigr. III. fol. 152,

3 Lib. I. ubi: Λέγεται δὲ καὶ ἐς αὐτὸν Ἡρακλέα ὡς πάλης τε ἀνέλοιτο καὶ παγκρατίου νίκας. De ara vero Herculis Idæi parastatæ in gymnasio Eleato videto eundem Pausaniam *Eliacon* I. fol. 120. & 126. Aldini libri, & item *Eliacon* II. Herculem Olympiæ ludos instituisse gymnicos, auctor *lib.* VI. de Apollonio Philostratus f. 66. eo qui proponetur inferius circa finem hujus *lib.* loco: itemque *lib.* VIII. circa fin. in fol. 55. pag. 2. ubi de Olympia: Ταῦτα γάρ που καὶ Ἡρακλεῖ ἐνθυμηθέντι καὶ τὸ αὐτοφυὲς τῆς Ὀλυμπίας ἀγασθέντι ἐπάξιος ἐφάνη, ὁ χῶρος τοῦ ἔτι νῦν σπουδαζομένων ἐνταῦθα. Ante Pausaniam & Philostratum hac de re tota scripserat Strabo: quem vide sis lib. VIII. *Geograph.* fol. 410. & seqq. post eum Plin. lib. VII. *Nat. Hist.* cap. LVI. ex quo verba sequenti sermone proferam: videto & Eustathium *ad Iliad. Hom.* λ. ad illud τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι, fol. 879, num. 40. & seqq. Et vero quæ a Pindaro ipsiusque Scholiaste paulo ante attuli.

τόντε ἀγῶνα διαθεῖναι πρώτῳ καὶ Ὀλύμπια ὄνομα θέσθαι. διὰ πέμπτου ἔτους αὐτὸν κατεστήσατο ἄγεσθαι, ὅτι αὐτός τε καὶ οἱ ἀδελφοὶ πέντε ἦσαν ἀριθμόν. Quibus omni ex parte congruunt quæ a Diodoro Siculo [1] tradita libro tertio *Bibliothecæ* ad extremum legere est, ut e tribus Herculibus, quorum primus & antiquissimus Ægyptius columnam in Africa posuerit. Tertius Alcmenæ filius, qui paulo ante Trojani belli tempora Eurystei præceptis obtemperans, magnam orbis partem peragrarit, victorque plurimis agonibus columnam quæ in Europa est statuerit. Secundus vero Cretensis, unus ex Idæis Dactylis, magusne ac præstigiator sive incantator, an potius versutus & facundiæ blanditiis vehemens, (sic enim τοῦ γόητος vocabulum apud Æschinem accipi notatum est) rei vero militaris peritissimus, agonem Olympicum constituerit: & tamen tertii propter hanc cum nominum, tum studii, vitæque instituti, ac præclarorum factorum similitudinem, multis post annis vita cum morte commutata, aliorum vetustorum virtutis famæque istam velut hæreditatem quandam creverit, tanquam si unus tantum Hercules inter homines ab ultimo usque sæculo extitisset: Τὸν δὲ δεύτερον ἐκ Κρήτης ἕνα τῶν Ἰδαίων ὄντα Δακτύλων, καὶ γενόμενον γόητα καὶ στρατηγικὸν συστήσασθαι τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα, τὸν δὲ τελευταῖον, &c. διὰ τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τὴν τῆς προαιρέσεως ὁμοιότητα χρόνων ἐπιγενομένων τελευτήσαντα κληρονομῆσαι τὰς τῶν ἀρχαίων πράξεις ὡς ἑνὸς Ἡρακλέους γεγονότος ἐν παντὶ τῷ πρότερον αἰῶνι. Ergo Alcmenæ quoque filium Herculem, ut pro ludorum Olympicorum auctore, ita pro incantatore habitum postea præsertim a mulierculis, quæ ab ipso excantationes & amuleta peterent, idem Diodorus *lib.* v. [2] tradidit. Eumenes autem Rhetor in oratione *pro Scholis instaurandis*, argumento serviens oratorio, vel declamatorio more, ludos & agonas istos alterius Herculis, qui Musagetes dictus fuerit, honori consecratos non obscure significat: quo loco: *Ædem Herculis Musarum in circo Flaminio Fulvius ille Nobilior ex pecunia censoria fecit: non id modo sequutus quod ipse literis & summa poetæ amicitia duceretur: sed quod in Græciam cum esset Imperator acceperat, Herculem Musagetem esse, id est, comitem ducemque Musarum*, &c. quæ sequuntur. Atqui vim sermonis quum Græci Mercurio tribuant Celtas Ogmio illi Herculi assignare, cujus figura sit cani vetuli nigricante cute hominis, per cujus linguæ extremum catena ex auro & electro transiens, magnas hominum catervas veluti captivas auribus detineat, cum non invitæ tamen, sed ultro sequantur, cujus ab ore pendeant ipsum laudantes, scilicet a Luciano [3] eleganter ac venuste literis proditum recordor: de isto Hercule tanquam vero Musageta, ut post Fulvium Eumenes cogitasse omnino videatur, Herculis quidem Amphitryoniade Olympicorum ludorum auctoris eloquentiam strictim commendare Pindarus videtur *Olymp.* od. III. stroph. II. in princip. hoc uno versu:

> Δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλλωνος θεράποντα ——

sicuti Herculem illum secundum ex Idæis unum juxta quorundam opinionem superius a me Diodori fide relatum instauratorem Olympicorum ludorum, adeo eloquentia præstitisse, ut fortissimos quosque homines ad se velut excantatos carminibus magicis pelliceret atque superaret, ipso Diodoro præeunte docuimus: ita enim existimandum de Hercule, ut facundia potius virtuti ac robori adjuncta, quam præstigiis ullis tot tantaque certamina consummaverit, censeo.

In Lyceo autem, quod gymnasium [4] Athenis fuit sacrum Apollini ubi gymnici ludi exhibebantur, nullum aliud nisi Apollinis signum fuisse positum Socrates apud Lucianum eundem *Anacharsi*, seu *de Gymnasiis* retulit, ex quo hæc desumpsi: Καὶ τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ ὁρᾷς τὸ ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένον, τῇ ἀριστερᾷ μὲν τὸ τόξον ἔχοντα, ἡ δεξιὰ δὲ ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη ὥσπερ ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν. Et sane Apollinem æque ac Mercurium certaminibus præesse antiqui Ethnici adeo sibi persuaserant, ut Homerus propterea de pugilibus agens victoriam ipsos ab Apolline sperare jubeat *Iliad.* ψ. quo loco:

> Ἄνδρε δύο περὶ τῶνδε κελεύομεν ὥσπερ ἀρίστω
> Πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν· ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων
> Δώῃ καμμονίην. γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί, &c.

---

1 In fol. 145. edit. Steph. videto, & *lib.* v. hac ipsa de re in fol. 230. 236.

2 Fol. 120. Ubi de Idæis Dactylis: Ἱστοροῦσι δ' αὐτῶν ἕνα μὲν προσαγορευθῆναι Ἡρακλέα· δόξῃ δὲ διενεγκόντα θεῖναι τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, τοὺς δὲ μεταγενεστέρους ἀνθρώπους διὰ τὴν ὁμωνυμίαν δοκεῖν τὸν ἐξ Ἀλκμήνης συστήσασθαι τὴν τῶν Ὀλυμπίων θέσιν· Φασὶ δὲ σημεῖα τούτων διαμένειν τὸ πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν ἐπῳδὰς ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ καὶ περιάμματα ποιεῖν, ὡς γεγονότος αὐτοῦ γόητος, καὶ τὰ ἐπὶ τὰς τελετὰς ἐπιτετηδευκότος, ἃ δὴ πλεῖστον κεχωρίσθαι τῆς Ἡρακλέους συνηθείας τοῦ γεγονότος ἐξ Ἀλκμήνης.

3 Ἐν τῷ πρὸς λαλίας ἢ Ἡρακλοῦς λόγῳ. Ubi & hoc imprimis: Τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κελτοὶ οὐχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες Ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλεῖ αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι παρὰ πολὺ τοῦ Ἑρμοῦ ἰσχυρότερος οὗτος, & reliqua.

4 Cum gymnasio tamen, tanquam non idem sit, conjunxit Plutarchus in decreto de Lycurgo. Butad. *opusc.* Vol. 3. fol. 1565. edit. Stephan. ἐν τοῖς ψηφίσμασι. Ubi utrumque Lyceum & gymnasium instructum a Lycurgo, theatrum Dionysiacum confectum, stadium denique Panathenaicum absolutum atque consummatum fuisse scribit: illo gymnasii nomine illud forsitan intelligens quod Academia, vel id quod Cynosarges proprie appellatum, & hæc igitur & illud gymnasia fuere Athenis tria: quod satis Græcorum pueris notum. Sed Plutarchum eo loci, cum ita scribit, καὶ τὸ γυμνάσιον καὶ τὸ Λύκειον κατεσκεύασεν, secundum καὶ elegantiæ causa addidisse: Vel, ut significet, *Etiam* (quod interpretes Latinus & Gallicus non videre) de gymnasio tantum Lyceo loquutum: non ut duo tantum diversa Lyceum atque gymnasium conjunxerit: apparet manifesto ex altero ejusdem Plutarchi loco, in *Vita Lycurgi*, fol. 1546. Opuscul. in *Vitis* x. *Rhetor.* ubi, καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε, καὶ ἐφύτευσε, καὶ τὴν παλαίστραν ᾠκοδόμησε, καὶ τὸ ἐν Διονύσου θέατρον ἐπιστατῶν ἐτελεύτησε: & paulo post, καὶ τῷ σταδίῳ τῷ Παναθηναϊκῷ τὴν κρηπῖδα περιέθηκεν. In Cynosarges Herculis gymnasium extra mœnia, quod nec ille justus Deus sed nothus ex genitrice esset mortali, olim nothos coire solitos: callide autem operam a Themistocle datam, ut hoc discrimen tolleretur, in *ejus Vita* Plutarchus docet sub initium, in fol. 203. Videndus etiam Dio Chrysostomus in II. περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας, sub init. fol. 159. pag. 2. edit. Aldinæ. Plures autem

ubi Eustathius fol. 1322. Aldinæ editionis, scite admodum: Απόλλωνος δ' ἐνταῦθα μέμνηται ὁ ποιητὴς, διὰ τὸ δοκεῖν ἐναγώνιον εἶναι καὶ αὐτὸν ὁμοίως τῷ Ερμῇ. Atque hos quidem versus, in eam rem a Plutarcho citatos, posteaquam hic exscripsissem, reperi, *Symposiacon* VIII. Quæstione IV. fol. 1289. ubi de Apolline: Φίλαθλον ἄλλως καὶ φιλόνεικον τὸν θεὸν αὐτὸν ἐν κιθαρίσει, καὶ ᾠδῇ, καὶ βολαῖς δίσκων· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ, καὶ πυγμῇ ἁμιλλώμενον scribit, ἀνθρώποις δὲ προσαμιλλώοντα ἀγωνιζομένοις, ὡς Ομηρος ἐμαρτύρησε, τὸν μὲν Αχιλλέα λέγοντα ποιήσας, Ανδρε δύο - &c. quæ mutuatus ab Homero ipso huc antea congessi. Deinde adjicit ab Atheniensibus non temere aut sine ratione Apollini (Lycæo scilicet, quanquam hoc ibi subticetur) fuisse dedicatum existimantibus: nimirum a quo nobis sit sanitas Deo, hunc bonam quoque corporis habitudinem ac robur ad certamina concedere. Sed Apollini pugili a Delphis, cursori a Cretensibus & Lacedæmoniis sacra fieri Plutarchus *ibidem* narrat. Pythicum adeo agonem Apollinis honori sacratum lippis ac tonsoribus notum est: illud forsitan haud æque, quod narratur a Plutarcho [1] alio in loco, instantibus Pythiis rem plane novam Demetrium induxisse animum facere, ut cum angustias apud Delphos insedissent Ætoli ludum & festum apud Athenienses ageret, quasi illos potius colere deceret Deum, qui scilicet præses urbis esset, & originis eorum auctor perhiberetur. Non irreligiosam tamen aut absurdam & a ratione rem alienam fecisse Demetrium ex eo intelligi, quod gymnasio apud Athenienses Apollini dicato, inter cætera superius attuli. Verba Plutarchi propterea lubentius exhibebo, quia dubitationem omnem de loco, in quo Pythica celebrarentur antiquitus (cum de Pythio Macedoniæ loco nescio quid a Stephano fortasse Byzantio [2], quem tamen auctorem neutiquam nominant, adferatur a plerisque [3]) prorsus eximere mihi videantur: Τῶν δὲ Πυθίων καθηκόντων (ait) πρᾶγμα καινότατον ἐπέτρεψεν αὐτῷ ποιεῖν ὁ Δημήτριος. ἐπεὶ γὰρ Αἰτωλοὶ τὰ περὶ Δελφοὺς στενὰ κατεῖχον ἐν Αθήναις, αὐτὸς ἦγε τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν πανήγυριν· ὡς ἂν προσῆκον αὐτόθι μάλιστα τιμᾶσθαι τὸν θεὸν, ὃς δὴ καὶ πατρῷός ἐστι, καὶ λέγεται τοῦ γένους ἀρχηγός. Quibus verbis, ad nostræ de Pythiis apud Delphos celebratis sententiæ confirmationem, id possis adjungere, quod e Pausaniæ *Phocicis*, ubi de sortitione in ludis

A agetur, inferius aliquanto [4] (si Deus dederit) allaturi sumus, & quod Ausonius canit alicubi [5] (ut alios mittam:)

Pythia placando Delphi statuere draconi,

Quanquam autem de Pythici agonis origine agens multis verbis ac diligenti opera Strabo, *lib.* IX. fol. 483. non aliter sentiat quam sicuti diximus: attamen ex quorumdam opinione Pythonem oppidum in Delphorum territorio fuisse, in quo celebratus sit hic agon quo de agimus, Philostratus duobus, tribusve locis [6] indicat, præter Stephanum quem

B ante dixi. Dionysius itidem *de situ orbis*, in descriptione Phocidos, atque ad ipsum Eustathius) ut interim de Halicarnasseo Dionysio taceam, cujus verba superius *cap.* V. de ludorum præsides Deos habentium celebritate agens tuli) & perspicue Pausanias *Phocicis* Pythonis nomen urbi Delphorum inditum, quod & in Phocensium oppidorum indicem Homerus [7] retulerit, his omnino verbis significat: Χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ Πυθὼ τὴν πόλιν οὐ Δελφοὺς μόνον ἐκάλεσαν οἱ περιοικοῦντες· καθὰ καὶ Ομήρῳ πεποιημένα ἐν καταλόγῳ Φωκέων ἐστίν. Versus Homerici ex lib. II. *Iliados*, de quibus Pausanias sensit, isti

C omnino sunt de filiis Iphiti:

Αὐτὰρ Φωκήων Σχέδιος καὶ Επίστροφος ἦρχον,
Οἳ Κυπάρισσον ἔχον, Πυθῶνά τε πετρήεσσαν,
Κρίσαν τε ζαθέην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα:

quos explicans Eustathius ait: Η δὲ Πυθὼ πάλαι μέν ποτε Παρνάσια ἐκαλεῖτο νάπη, (verbum autem hoc & item illud πετρήεσσαν Homericum perperam veluti proprium loci accepit Rhodiginus Cœlius, cum illud quidem sit epitheton, isto autem significari saltum sive nemus Græcorum pueri non ignorent) ἀπὸ Παρνασσοῦ ὄρους παρακειμένου εἶτα Πυθὼ ἐκλήθη, &c. ὕστερον μέντοι Δελφὶς ἡ Πυθὼν ἐκλήθη,

D ὅτι καὶ Δελφοὶ τὸ ἐκεῖ ἔθνος. Rationem nominis, sive a serpente, quem Apollo interfecerit, sive ab homine tyranno debellato ibi ac sepulto, Eustathius, tum ibi, tum *ad Dionysium* itidem post Pausaniam, attulit. Unde atque a Strabone historiam, fabulamve petendi facultas est. Ut ut sit, Pythiorum apud Delphos celebratorum, quibus & aliis itidem agonibus pancratio Marcus Aurelius Asclepiadis (qui & Hermodorus) M. Aurelii Demetrii filius

---

Athenis palæstras unum fuisse gymnasium inde colligat non absque ratione quispiam, quod Plutarchus *Demetrio*, fol. 1649. Stephan. lib. Ubi de Democle cui Pulchri cognomen adamato a Demetrio: τέλος δὲ φεύγων (ait) τὰς παλαίστρας καὶ τὸ γυμνάσιον, εἴς τι βαλανεῖον ἰδιωτικὸν ἐφοίτα λουσόμενος ἐπιτηρήσας τὸν καιρὸν ὁ Δημήτριος ἐπεισῆλθεν αὐτῷ μόνῳ. Ubi τὸ ἰδιωτικὸν satis etiam videtur κατ' ἀντιδιαστολὴν ostendere, balnea publica gymnasiis & palæstris fuisse antiquitus adjuncta.

1 In *Demetrio*, fol. 1663. & 1664. lib. a Stephano excusi.

2 Qui in lib. περὶ Πόλεων sic scribit in Πύθιον inter cætera, καὶ Μακεδονίας Πύθιον, ἐν ᾧ καὶ τὰ Πύθια ἐπιτελεῖται.

3 Lexico historico poetico, & aliis compluribus locis post Cœlium Rhodiginum lib. XVI. *Lection. Antiquar.* cap. XIX. Ubi Pythonem locum fuisse ait, qui prius Nape, mox & Petrossa & Cressa, a quo Pythium dictum certamen: quorum tamen nominum nulla apud Stephanum aut Dionysium *de situ orbis* mentio: sed nec apud Strabonem in descriptione Phocidis lib. IX. *Geograph.* Crissæ tantum ab Eurylocho delectæ pag. 480. quod huc non spectat. Crissam quidem divinam cum Pythone petrosa, quam petressam Græco epitheto adjuncto nominavit Hom. *Il.* II. fol. 273. Ubi Eustathius videndus, eorum tam propriorum quam appellativorum nominum rationem adferens. Nam petrosam Pythonem, quod circa ipsam esset mons Parnassus, vocatam tradit. Ergo Delphicum agonem in Crissæo campo celebratum antiquitus sub persona pædagogi Sophocles *Electra* docet, cujus verba *lib.* sequenti exhibebo, ubi de Pythiis agetur plenius.

4 *Cap.* XXV. Vide & *lib.* II. *cap.* XXIV.

5 *Eclogario* in fin. Vide & Plutarchum in περὶ φυγῆς, fol. 1072. & A.Gellium (sive is est Agellius) lib. XII. *Noct. Attic.* in ipso initio, cap. V.

6 *Lib.* VI. de Apollonio sub initium, in fol. 36. & *lib.* VIII. circa finem, in fol. 55. pag. 2. item *lib.* II. Εἰκόνων in *Dodone*, fol. 14. pag. 2. De cujus nominis ratione Eustathius ad Homer. *Odyss.* λ. ibi, Πυθώδ' ἐρχομένην, fol. 1700.

7 Citatus in hanc rem a Diodoro Siculo, lib. XVI. *Biblioth.* fol. 522. ut ostendat penes Phocenses Pythium sive Delphicum oraculum fuisse.

periodonices pancratio vicerit: antiqua illa Inſcriptio a Juſto Lipſio 1 V. C. relata, unde verba nonnulla ſuperius de Muſicis ludis eorumque præmiis agens protuli, alia inferius, uti res feret, exhibebo, fidem indubitatam facit, quo loco; *Ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσι τρισὶν Ἰταλίᾳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ νικήσας ἀγῶνας τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκρατίου Ὀλύμπια τὰ ἐν Πείσῃ* C. M. (ſic ſcriptum literis majuſculis pro *σ μ* ut reor) *Ὀλυμπιάδι Πύθια ἐν Δελφοῖς, Ἴσθμια δὶς, Νέμεα δὶς, τὸ δεύτερον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς*, &c. De ludis Apollinaribus ob gravem peſtilentiam, quæ in urbem Romam inſederat, lege lata in ſtatam diem votis in perpetuum apud Livium *lib.* XXVII. videas licet, ipſe Olympicorum ludorum inſtitutor Hercules Elide ſex aras in honorem duodecim deorum, & in illis Alphei fluvii (cujus ſolius aqua in ſacris illis uſui foret) Pindaro teſte ſtroph. III. od. X. *Olymp.* poſuit. Cum itaque ludi hujuſmodi omnes antiquitus Diis ſacri haberentur, ut & ſacrificia inibi peragi ſolerent 2: non temere eſt, quod poſtea ſublata ſuperſtitione damnabili, ac ſine ſacrificio, principes Chriſtiani Arcadius & Honorius ſecundum veterem conſuetudinem exhiberi populorum voluptates, miniſtrari etiam feſta convivia, quando exigunt publica vota, decrevere, *l. ut paganos. C. de pagan. & ſacrific.* Ubi voluptatum nomine ludos & agones tam Curules, ſive Circenſes, quam gymnicos, aut ſcenicos intelligi nemo non mecum exiſtimaverit. Publicorum votorum appellatione, illa quæ pro populi & principis ſalute a novis Conſulibus cæteriſque magiſtratibus in urbe poſt Kalendas Januarias die tertio nuncupabantur atque perſolvebantur: qua de re cum apud Juriſconſultum injectam quodam *Pandectarum* 3 loco mentionem eſſe meminiſſem, viſum eſt jam olim ante annos XXIV. ſcribere pleniſſime in tertio illo ex his *Semeſtrium* libris evulſo ſyntagmate ſeu capite, quod *Commentario Regularum juris* ad communem ſtudioſorum juris atque antiquitatis Romanæ utilitatem adjungi curavimus.

CAP. XVIII.

Athletarum nomine in Reſcripto quod explicavimus qui non contineantur. Agitatores equorum apud Olympiam coronatos. Dionis loci duo in eam rem, quorum unus de Euprepe auriga egregio caſtigatur. De Corace, ac altero Lichi auriga victoribus coronatis, aliorum loci. Deſignatores. Agonothetas eoſdem cum athlothetis eſſe adverſus Heſychium & Suidam ac pleroſque Recentiores variis Veterum teſtimoniis comprobatur. In Chryſoſtomi quemdam locum nonnulla videri ab Interprete injecta. Plutarchus a Xylandro perperam redditus exponitur. De curatoribus ſive procuratoribus agonum. Alytarchæ nominis notatio inveſtigata. Αἰσυμνῆται moderatores ludorum, caſtigata de ipſis agente vetuſta Inſcriptione. Aſiarchæ & Syriarchæ alytarchis atque agonothetis, adjuncto quodam Theodoſiani Codicis loco.

CÆTERUM in illo Diocletiani & Maximiani Reſcripto, quod illuſtrandum ſuſcepimus, athletarum vocabulo nequaquam *ἡνιόχους* ſive aurigas, & agitatores equorum Circenſium, non magis quam eos qui aquam ipſis equis ſpargunt 4 deſignatos, ut immunitatis beneficium ad eos pertingeret, exiſtimo: quamvis hi omnes, ſimileſque non inhoneſtam utique ſacris Equiriorum ludis operam atque miniſterium præberent; & invecto jam olim exinde a nona & nonageſima Olympiade 5 junctorum curribus equorum certamine Olympiam (ubi omnia, curſu excepto, certamina Plutarchus 6 additamenti loco acceſſiſſe ſcribit) agitatores illos non minus quam dominos, & præbitores equorum 7, qui de velocitate victoriam reportarant, coronari ſolitos: tum auctoritate Lucillii epigrammatarii poetæ comprobare poſſum, cujus verba VIII. *capite libri* III. alioſum proferam, tum vero ſatis ipſa (ut ſentio) Romana docet hiſtoria: ex qua hos præcipue locos ad eam rem dudum ſepoſui mihi, non alio, quam aliis communicandi animo, cum eſſet commodum. Dio de Nerone apud Xiphilinum fol. 178. ipſum Olympicis ludis curru dejectum, nihilominus tanquam Olympionicem ab Hellanodicis pecunia corruptis coronatum ſcribit: *Ἐν δὲ τοῖς Ὀλυμπιονίοις ἅρμα ἐλάσας,* (ait) *καὶ πεσὼν ἐξ αὐτοῦ καὶ ὀλίγου δεῖν συντριβεὶς, ὅμως ἐστεφανώθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας, ἃς ὕστερον Γάλβας παρ' αὐτῶν ἀπῄτησεν, ἔδωκεν.* Item in *Antonino Caracallo* nobilis agitatoris Euprepis nomine ab illo principe, quod diverſæ factionis 8 eſſet, interfecti mentionem facit: quem ait duas & octoginta ſupra ſeptingentas coronas, quot nemo alius abſtulerit, eſſe conſequutum, ſic fere ſtatim in ipſo initio; *Τὸν δὲ Εὐπρεπῆ τὸν ἁρματηλάτην ἐπειδὰν τἀναντία αὐτῷ ἐσπούδαζεν ἀπέκτεινε, καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐν γήρᾳ ἀπέθανε πλείστοις ἀγῶσιν ἵππων στεφανωθείς. δύο γὰρ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακοσίους ἀνείλετο* (hic lubens addiderim *στεφάνους*, quod ſuppleri commode vix poteſt) *ὅσους οὐδεὶς ἄλλος.* Ammianus denique Marcellinus lib. XXIV. *Hiſtor.* Conſtantium Imperatorem Conſtantinopolim ingreſſum, tanquam in rebus proſperis & ſecuris, editis equeſtribus ludis capiti Coracis aurigæ ut victoris coronam impoſuiſſe retulit. Pauſanias poſtremo *Eliac.* II. ſub init. Licham Lacedæmonium nomine Thebanorum Olympicis ludis emiſſo curru coronaſſe ipſum aurigam ſuum, qui victoriam eſſet conſequutus, & eam ob rem Hellanodicarum juſſu flagellatum ſcribit. Quin etiam antiquitus, qui Curſuales, aut Agonales equos agitaſſent, ſi vetera repetimus, hi demum & victores habiti, &

---

1 In *Auctario Inſcript. vet.* Antuerpiæ impreſſo anno 88. pag. 57.

2 Notat obiter Mercurialis lib. III. *Art. Gymnaſt.* C. XVII. Tu videto inſuper Joſeph. Flavium lib. XVI. *Antiq. Judaic.* c. IX. Ubi de ludis Olympicis; ex quo verba paulo poſt proferam, ubi de agonothetis diſſeretur: & quod ſcripſi ſup. *cap.* V. e Dionyſio.

3 *l. Si calvitur* 233. §. 1. *D. de verb. ſign.* ad quam clariſſ. Juriſconſ. Fornerius in *Commentario* videatur. Sed ante ipſum ea de re *ad Tacitum* Lipſius: & ipſe ante utrumque in altero *ad l.* 2. *de orig. jur.* Syntagmate, quod ex anno 1565. adjectum eſt *Commentario Regulis juris* diligenter ſcripſeram.

4 De quibus in *d. l. athletas.*

5 Vide Pauſan. *Eliacis* 1. fol. 120. Aldini lib.

6 *Sympoſ. Problem.* lib. V. quæſt. II.

7 Vide quæ ſcribo inferius: ubi de perſonis loquimur, quæ agonum Circenſium, Gymnicorum & Muſicorum conſequerentur præmia.

8 De factionibus quatuor, immo pluribus agitator. Briſſon. *Lexico Juris*, Lipſius *ad Tacitum*, uterque poſt Lazium in *Commentario Reip. Rom.* Factionarios *στασιώτας* vocat Dio apud Xiphilin. *Pertinace*, fol. 284. & *ἀντιστασιαστάς*.

coronati. Apud Argos quidem Nemeis [1] viciſſe quadrigis Iolaus Iphicli filius Glaucum Siſyphi filium dicitur, quem equi mordici diſtraxerunt, ut Hyginus *fab.* 273. tradit. Iolaum præterea equis Herculis Olympiæ decertaſſe, victoremque ab ipſo coronatum Pauſanias *Eliacon.* I. memorat. Veruntamen ad agitatores athletarum nomen in re (ut initio dixi) minus favorabili producendum non eſſe ſentio. De athletis, & quemadmodum athletæ maxime exercitarentur, multis verbis Theonem Alexandrinum in quatuor libris, quos non alia de re quam de particularibus exercitiis compoſuerat loquutum Galenus *lib.* III. *ὑγιεινῶν* auctor eſt, quos libros utinam haberemus. Nunc cum aliter quam ut ipſis careamus fieri non poteſt, venerandam in omni re multoque magis in athletica (quæ olim apud Græcos cum celeberrima, tum habita maximi haud dubie fuit, ſeu religionis ſeu voluptatis aliuſve rei ergo) antiquitatem, quatenus ea nondum a doctiſſimis hujus ævi ſcriptoribus prolata eſt, ex intimis omnis librorum generis receſſibus, tanquam pretioſum auri metallum e terræ viſceribus, undique jamdudum erutam & in *Semeſtribus* congeſtam, inde non injucunde ad aſſequendam auctorum vetuſtorum, etiam Theologorum athletica verba *μεταφορικῶς* uſurpantium, & ſimilitudines ab arte ipſa gymnaſtica, itemque argumenta ducentium, intelligentiam utilitati publicæ depromamus.

Athletas autem agoniſtas, & aſcetas eoſdem cum eſſe docuerim, propterea quod *τὰ τῶν ἄθλων καὶ τῶν ἀγώνων* vocabula eandem rem notant, exercendi ſe nimirum in palæſtra virtutis gratia, *d. l.* 4. *D. de iis qui notant. infam.* ſequitur ut deſignatores, qui *βραβευταὶ* juxta Ulpianum ibidem *d. l.* 4. appellati, non minus athlothetæ, quam quos maſtigophori comitari ſoleant in ludis agonothetæ nominari poſſint *l. ultim. §. maſtigophori. D. de muner. & hon.* contra quam *ἀγραμμάτοις* grammaticulis quibuſdam ſed & aliquot Jureconſultis [2], eorum aliqua potius auctoritate, quam ratione ulla permotis placuiſſe video, ut ſcenicorum, ſive muſicorum eſſe agonothetas, gymnicorum autem athlothetas, prædicent: cum tamen ipſum agonum nomen ad gymnicos etiam ludos pertinere conſtet, ipſoſque adeo athlothetas atque agonothetas eoſdem eſſe manifeſtum Pauſanias *Eliacis* faciat, ubi de ipſorum adaucto numero in hæc fere verba: Πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπ' ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β. πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησεν, &c. δευτέρᾳ δ' ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι προσετέθη καὶ ὁ δέκατος ἀθλοθέτης. Unde curſoribus in ſtadio qui præmia tribuerent eos non tantum athlothetas, verum etiam agonothetas Themiſtius *Orat.* II. *de Jovin. Imperat.* nuncupat, quo loco: Ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μὴν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, &c. ἕως σὺ μὲν ὑπολαμβάνει τὸν μέγαν καὶ ἀληθινὸν ἀγωνοθέτην, ὁδὸν δὲ ἐπ' αὐτὸν οὐ μίαν φέρειν, &c. Tertullianus ideo cum pycta (hoc eſt, pugile, quem Græcanica voce ita quoque Seneca nominat) agonothetam in *Scorpiaco* conjunxit, ubi: *Pictes ipſe non queritur, dolere ſe non vult, corona premit vulnera,* &c. *Sed nec victus ipſe de agonotheta caſum ſuum exprobrabit.* Quidni enim gymnicorum ludorum præſides recte agonothetæ nominentur, ſi agones ipſi proprie dicuntur, quique illis decertant eos *ἀγωνίζεσθαι* B. Paulus [3] diſerte ſcripſit de curſoribus in ſtadio agens, *πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσι,* &c. Igitur agonothetas, cum curſoribus optime ipſum imitatus, & exprimens D. Hieronymus *epiſt.* XXVIII. *ad Lucinium*, col. 246. edit. Pariſ. ann. 79. *Contra de nobis dicitur, Sic currite, ut apprehendatis: non eſt invidus agonotheta noſter, nec alterius palma alteri parat ignominiam.* Omnes athletas ſuos deſiderat coronari Chryſoſtomus [4] etiam luctatorum in ſtadio arbitros, quos Heſychius & Suidas athlothetas eſſe ajunt, ipſe agonothetas vocare maluit, & illi quidem ſæcularium ſpectaculorum præſides ſive arbitri, quos Græci *agonothetas* vocant, *proponentes certamina* (hæc duo poſtrema Interpretis proxime præcedens vocabulum explicantis ſcito) magnum muneris ambitum eſſe exiſtimant, quando juvenes & robuſtos luctatores in ſtadium introduxerint. De pugilatu agens Lucianus epigrammatarius poeta non *ἀθλοθετεῖν*, ſed quemadmodum *τὸ ἀγωνίζεσθαι*, ita etiam *τὸ ἀγωνοθετεῖν* protulit, lib. II. *Antholog. Epig. Græcor.* cap. epigr. ult.

Πᾶσαν ὅσην Ἕλληνες ἀγωνοθετοῦσιν ἅμιλλαν
Πυγμῆς Ἀνδρόλεως πᾶσαν ἀγωνισάμην.

Chryſoſtomus ipſe alicubi [5], *Tum pugilum conſtantiam* (inquit) *tum agonothetæ virtutem prædicabat.* Denique huc etiam pertinet, ut nihil amplius in re (nunc quidem) ſatis manifeſta proferam, quod Flavius Joſephus Herodem ob ſumptus munificentia ſumma in Olympicum agonem erogatos, priſtinamque ipſorum quæ pecuniarum exoleſcere, aut vileſcere cœperat dignitatem reſtitutam, a populo perpetuum agonothetam renunciatum ſcribit lib. XVI. Ἰουδαϊκ. Ἀρχαιο. cap. IX. Τὸν γε μὴν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα πολὺ τῆς προσηγορίας ἀδοξότερον ὑπ' ἀχρηματίας διατεθειμένον τιμιώτερον ἐπόνει, χρημάτων προσόδους καταστήσας, καὶ πρὸς θυσίας, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον ἐσεμνοποίησε τὴν πανήγυριν. διὰ δὴ ταύτην τὴν φιλοτιμίαν διηνεκὴς ἀγωνοθέτης παρὰ τοῖς πλείστοις ἀνεγράφη.

Athlothetarum quidem apud auctores claſſicos [6] non infrequens mentio, ex quorum Athenagoras id nominis ad muſicorum, non gymnicorum (ut Heſychius & Suidas) certaminum arbitros retulit, *Legat. pro Chriſt.* fol. 18. ſic fere: Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν παραλιπόντες οἱ ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστὰς τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν: & longe antea Plato in VI. *de Legibus* fol. 664. lib. a Stephano excuſi, eo loco quem ſermonis hujus initio de athletarum no-

1 Hæc certamina & apud Argos, & apud Cleonas interdum celebrata fuiſſe antiquitus, oſtendam *lib.* ſequenti *cap.* XXIII.

2 Briſſon. *Lexico* ex Heſychio & Suida, poſt Budæum *ad l.* 4. *Athletas. D. de iis qui not. infam.* & Carol. Sigon. cap. VII. lib. IV. *de Republ. Athenienſ.*

3 *Epiſt.* I. *ad Corinth.* cap. IX. verſ. 25. De Nemeis gymnicis a Caſſandro curatis Diodorus Siculus lib. XIX. fol. 705. καὶ θεὶς τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα. & lib. XV. fol. 497. & 498. Sic & Herodotus loquutus *Euterpe* ſive *lib.* II. fol. 97. ut *τιθέναι*, pro *διατιθέναι* poſitum eſſe videatur.

4 *Hom. de Nativ. ſept. Macchab.* fol. 1421. edit. Pariſienſ. ex Latina interpretatione, cum Græcum authenticum deſit mihi quidem.

5 *Homil.* VI. *ad popul Antioch.* col. 59. Vide & *Homil.* XXI. eo loco cujus verba *tractatu* proximo exhibebimus, ubi de probatione athletarum diſſeretur.

6 Herodotum *lib.* I. fol. 13. apud Stephanum, Lucianum *πρὸς ἀπαίδευτον*, & *Hermot.* Pollu-

minis significatione disceptans retuli, & postea *ibidem:* Μουσικῆς δὲ ἑτέρους μὲν (ἄρχοντας) τοὺς περὶ μονῳδίαν τε καὶ μιμητικὴν, οἷον ῥαψῳδῶν, καὶ κιθαρῳδῶν, καὶ αὐλητῶν, καὶ πάντων τῶν τοιούτων ἀθλοθέτας ἑτέρους πρέπον ἂν εἴη γίγνεσθαι. Et illo itidem octavi *de Legibus* libro, quem superius ad explicationem verborum Pollucis de musicis agonibus expressi. Admodum inscite igitur faciunt qui athletas ab agonothetis separandos putant: præsertim cum eos Pollux disertis verbis ita conjunxerit, ut eosdem esse indicet, ἀγωνοθέται, ἀθλοθέται, (inquit) ἀγώνων διαθέται, ἄθλων ἐπιμεληταὶ, &c. τὸ δὲ πρᾶγμα ἀγωνοθεσία, ἀθλοθεσία, &c. καὶ ἀθλοθετεῖν, ἀγῶνας διατιθέναι, ἀγώνων ἐπιμελεῖσθαι: quo etiam ex loco explicandum istud Plutarchi *Demetrio*, verbum existimo, παρῶν οὖν ὁ Λυσίμαχος εἷς τῶν Ἀμφικτυόνων ἐπιμελητής: quod cum Xylander ita verterit, *Aderat tum Lysimachus unus de Amphictyonum procuratoribus*, ipse reponendum puto, *unus de Amphictyonum numero agonis Pythici procurator*, qui & Alytarcha: hunc vero & agonothetam, sive athlothetam fuisse sicut Olympicis ludis ex Hellanodicarum numero unum forte ductum augurari conjectura licet. De curatoribus autem sive procuratoribus ludi muneris publici munerum, ac venationum apud Romanos Tacitus duobus locis, & ad eum eruditissimus Lipsius [1] e Suetonio & lapidibus priscis. De Alytarcha noster Cujacius *Observationum* II. lib. cap. XIII. ubi cum Favorino (quem plerique omnes hactenus sequuti) dictum ita existimat, quod alytis, id est, mastigophoris præesset. Rhabdophoros sane sive mastigophoros ab Eleis alytas vocari, ex Etymologico ipsi Lexicographi tradidere, quod equidem non omnino improbo. Verumtamen cum ἀλύειν *lætari* sit ἐπαίρεσθαι *exultare, gestire*, ac *dissolvi præ gaudio* (quod utique ludis usuveniebat, ut e Luciano & aliis inferius dicetur) sicuti apud Homerum [2] cum ait:

> Ἦ ἀλύεις ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην.

ubi Eustathius fol. 849. num. X. Τὸ δὲ ἀλύεις, ἀντὶ τοῦ ἐκλέλυσαι τῇ χαρᾷ· καὶ πολλὴ χρῆσις τούτου καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ: propterea quod huic publicæ ludorum lætitiæ præesset, ipsamque pro suo moderaretur arbitrio: ideo malim sic appellatum credere: aut etiam ἀπὸ τῆς ἄλλης, quam ibidem atque alibi [3] etiam Eustathius esse ῥυπασμὸν ait, hoc est, a sordibus, quæ scilicet strigili abraduntur ex unctorum athletarum corporibus in gymnasiis: alioque nomine Græco γλοιοὶ, itemque στελγίσματα, itemque τὰ ῥύπη, Latino *strigmenta* nuncupari solent: ut qui sordibus, & ramentis hujusmodi, eundem sudoribus laboribusque, ac exercitiis athleticis, quorum occasione illa contrahuntur, ac proinde ipsis, qui unguntur, exercentur, sudant, sordidantur, præesse, meritoque ἀλυτάρχην vocari oporteat. Cujus etymi Criticorum esse judicium, quos hæc ætas habet ubique doctissimos, volo: & insuper admonitos olei gymnastici hujus quæ dixi strigmenta magistratus honoris ejus (qui gymnasiarchi dicti, ut postea docebimus) octogenis sestertiis olim vendidisse Plinium [4], ut rem notam in *Historia* sua *Naturali* tradere. Superioribus Agonothetarum in Athlothetarum ludicuratorum nomine designatis scito, Αἰσυμνήτων illud honestissimum hac ipsa cum de agonibus apud Phæacas agit significatione usurpatum vocabulum ab Homero tribui: quo nomine Aristoteles olim a priscis Græcis monarchis appellatos, quibus potestatem ipsi barbari summam concessissent in *Politicorum* libris auctor est [5]: Sic etenim Homerus *Odyss.* θ. cecinit:

> Αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν
> Δήμιοι, οἳ κατ᾽ ἀγῶνας ἐὺ πρήσσεσκον ἕκαστα·
> Λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ᾽ εὔρυναν ἀγῶνα.

ubi Eustathius fol. 1594. ὅτι ἀγωνοθέται ἦσαν καὶ τοῖς Φαίαξι τὰ κατὰ τοὺς ἀέθλους βραβεύοντες, &c. εἰσὶ δὲ αἰσυμνῆται κατὰ τοὺς παλαιοὺς βραβευταὶ, ἀγωνοθέται, ἀγῶνος ἐπίσκοποι, &c. τὸ δὲ ἐὺ πρήσσεσκον ὅ ἐστι εὖ ἔπραττον ἤτοι διετίθεντο ἐντεῦθεν οἱ ἀγωνοθέται συνθέτως ἐρρέθησαν. Possis & moderatores ludorum nominatos inde colligere, quod in antiqua Inscriptione, quam ab Onuphrio Panvinio Smetius in *Appendice Antiq. Inscript.* ordin. II. fol. 152. num. XXIV. prodidit, aspicimus:

Q. RAPIDIO Q. F. LEMMVLIONI MORATORI LVDI CIRCENS. ET AGITATORI FACTION. VENET. VIXIT ANNOS LX. RAPIDIA....... MARITO PIISSIMO B. M. F.

Quis enim ibi pro *Moratori* non potius *Moderatori*, eo loco agnoverit? Eodem circa ludorum quidem & agonum impensas cum illis jure sub Imperatoribus Romanis fuisse reperio, Asiarchas & Syriarchas alytarchis & agonothetis in principali quodam Rescripto [6] adjunctos, & cæteros quorum nomen votiva festivitatis solemnitas olim dedicabat: ut favore populorum oblectamentis hujusmodi eliciendo, quantum liberet omnes isti conferre in eam rem atque largiri possent: aliter atque judices cuncti, quibus de more festivitati ludorum interesse licuit, ut ne tamen ad favorem populi emerendum tales expensæ duos solidos excederent ex Honorii atque Theodosii constitutione, quæ in Codice Theodosiano extat: in qua judicum nomine, Consules ordinarios & prætores intelligo, ex alio quodam Gratiani, Valentiniani ac Theodosii Rescripto [7] ejusdem libri tit. VII.

---

cem *Onomast.* c. XXX. lib. III. Demosthen. *adversus Bœot. de nom.* Plutarch. *Pericle*, Philon. Jud. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, fol. 550. ex quo verba retuli *Semest.* lib. III. c. XIV. Heliodor. initio lib. IV. *Æthiopic.* fol. 74. Dio Chrysostom. in *Diogene* sive *Isthmico*, fol. 95.

1 In *Comment. ad* XIII. *Annal. Taciti:* Ad illud, *Curæ ludorum Arruntio Stellæ.* Videto & Smetium in *Appendice Antiquar. Inscript.* Antuerpiæ editar. anno 88. ordin. II. fol. 152. num. 20. & 23.

2 *Odyss.* σ. adde & Sophoclem, quem unum Lexicographi, quod sciam, citant.

3 *Ad* I. *Odyss.* f. 1636. n. XXV. Alio etiam nomine κονίστρον dici de Mercuriale disces, alias tamen appellationes subticente l. I. *Art. Gymnast.* c. VIII. f. 19.

4 Cap. IV. lib. XV. *Natur. Histor.* De oleo ad gymnasia vide quæ scribo diffuse e Galeno & aliis libro hujus *Agonistici* tertio.

5 Lib. IV. cap. X. ubi de tyrannide: Ἐν τε γὰρ τῶν βαρβάρων τισὶν αἱροῦνται αὐτοκράτορας μονάρχους· καὶ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἐγίγνοντό τινες μόναρχοι τὸν τρόπον τοῦτον οὓς ἐκάλουν Αἰσυμνήτας. De qua significatione hujus nominis vide sis Dionys. Halicarnass. lib. V. *Antiq. Roman.* fol. 336. edit. Wechel.

6 Impp. Honorii & Theodosii, *l.* 2. *C. Th. de expens. ludorum. tit.* IX. *lib.* XV. De Asiarchia, Syriarchia, Cappadocarchia, Bythiniarchia, Phœnicarchia scribo ad extremum cap. I. lib. III. *Semestrium.*

7 *l. equos* 6. *de scenicis lib.* XV. *Cod. Theod.*

CAP. XIX.

De Hellanodicis in Notis, eorum sessionis in ludis locus & aliorum. Expositus Pausanias. Agonothetarum ornatus, purpura & sceptrum, seu virga. De virga Mercurii seu Caduceo fabula ex Hygino præcipue, qui correctus, itemque priscus forteas Horatii Commentator, qui certe illustratur. Suetoni vulgata lectio adversus clarissimum Lipsium asserta. Vestis nomine tunicam apud illum designatam. In agonothetarum ornatu itidem corona, Dionis utriusque, Arriani etiam & Diodori explicatis locis. Virgæ seu ferulæ mastigophororum: quibus & spectatores & athletæ coerciti, & quibus ex causis e B. Augustino & Plutarcho, qui simul illustratur in verbis προεξανίστασθαι, *&* [illegible], *in quo posteriore frustra fuisse illius* [illegible] *Interpretem, sed & Scholiastem Novi Testamenti nuperum. Rapismata apud Justinianum. Plutarchi de* [illegible] *illis locus ab Interprete neutiquam perceptus explicatur. Alter Dionis Chrysostomi leviter emendatur. Tertius Philostrati negatione* [illegible] *gatur. Thucydide interim atque Pausania illustratis.*

PORRO ad lævam Hellanodicarum manum athlothetas consedisse de Luciano [1] addicidisse olim videor: quo loco: ΛΥ. Ἤν ποτε [illegible] περὶ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζετο, ΕΡΜΟ. Ναὶ [illegible] Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν. Ex adverso autem Hellanodicarum in Olympico stadio consedisse Cereris Chamynæ sacerdotem ad aram albo lapide constructam Pausanias refert in *Eliac.* II. Aldini lib. nec enim illo agonum sacrorum spectaculo arceri virgines, Deæ scilicet isti dicatas, ut equidem interpretor: ubi sic scriptum: [illegible] ἀπαντικρὺ τῶν Ἑλλα[illegible] βωμὸς λίθου λευκοῦ [illegible] καθεζομένη [illegible] Ὀλύμπια, ἱέρεια Δήμητρος Χαμύνης, τιμὴν [illegible] ἄλλοτε ἄλλη λαμβάνουσα παρὰ Ἠλείων. παρθένους δὲ οὐκ εἴργουσι θεᾶσθαι. Athlothetas quidem & agonothetas, ex quorum etiam numero fuit Aly[illegible], (qui ludos quod curaret, ipsisque adeo præsideret propterea illo Luciani loco Hellanodicis adjungitur haud ita multo post) purpurea veste insignes fuisse probat istud ejusdem auctoris sub initium illius dialogi qui *Anacharsis* inscribitur, ubi Anacharsim de pugilum spectaculo in Lyceo Atheniensi gymnasio loquentem facit, atque hoc quoque proferentem, ἀλλ᾽ ὁ δὲ ὁ ἄρχων οὗτος [illegible] αὐτοὺς καὶ λύει τὴν μάχην. τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. Sic in stadio Romæ cursu virginum præsedisse certamini Domitianum crepidatum, purpureaque amictum toga Græcanica, gestantem capite coronam auream Suetonius tradit in *ejus Vita* cap. IV. Dio quoque, [illegible] (ait de Claudio Imperat. loquens *lib.* LXVIII. fol 454. edit. Rober. Stephan.) Ἑλληνικῶς, &c. [illegible] ἐν δὲ τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι πορφυρίδα [illegible] ἐλάμβανε.

Præterea insigne alicud magistratus vel imperii cujusdam habuisse virgam nempe sive sceptrum manu tenuisse colligo ex uno *Poeticon Astronomicon* licet corrupto, qui tamen e superioribus facile castigari possit, atque restitui apud Hyginum [2] loco, ubi sic scriptum de Mercurii virgula, quam ab Apolline muneri acceperat, ob concessam ei licentiam dicendi se lyram invenisse, nempe quod cum eam manu tenens, & in Arcadiam profectus duos dracones vidisset inter se conjuncto corpore alium appetere, ut qui dimicare inter se viderentur, virgulam inter utrumque projecit: itaque discesserunt. Quo facto eam virgulam pacis causa dixit esse constitutam: adjicit illico: *Nonnulli etiam cum faciunt caduceos, duos dracones implicatos virgula faciunt, quod initium Mercurio fuerat pacis. Ejus exemplo & athletæ ut in reliquis ejusmodi certationibus virgula utuntur.* Ubi mendum esse aio in *Athletæ* vocabulo, & legendum *Athlothetæ* non pessimus (in hoc quidem genere literarii agonis) Hellanodica seu Crita censeo, sicut e contrario apud priscum Horatii commentatorem in Antuerpiana Plantini gnarissimi ac diligentissimi typographi officina editum a Cruquio, pro *agonotheta* reponendum *agonista*, vel *athleta*: ubi ad illud Horatii scribit, de quo postea dicturi sumus libro hujus *Agonistici* tertio:

Qui studet optatam, &c

nisi potius Agonothetæ nomine apposito, id sensit Scholiastes, præceptum hujusmodi velut ab agonotheta quopiam emissum accipi debere, cujus athletas probandi fuit, quemadmodum altero a proximo sermone demonstrabitur. Virgam autem illam quam athlothetæ, alytarchæ, munerarii jure magistratus quopiam ferrent, cum caduceo Mercurii.

(*Aurea cui torto virga dracone nitet*,

sicuti Martialis canit) similitudinem non habuisse non Hyginus modo auctor eo loci, sed assertor etiam atque adstipulator Dio [3] qui coronatum Commodum Imp. in theatrum venisse cætero etiam Græcanico atque athlothetico habitu, quanquam sumptuosiore amictum, virgulam itidem gestasse scribit: Ἐσιὼν δὲ ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστὸν χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, [illegible] ἐκ τε λίθων Ἰνδικῶν, καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, [illegible] ὁποῖον ὁ Ἑρμῆς: Et statim: Αὐτὸς δὲ τῷ τοῦ Ἑρμοῦ σχήματι [illegible]

1 *Hermotimo*, fol. 484. De Hellanodicis, & eorum numero sæpius immutato Gerbelius ex Harpocratione, Suida, Pausania scripsit in commentar. *in descriptionem Græciæ ab Sophiano factam*, ubi de Olympia. Vide sis Philostratum lib. III. *de Apollonio*, fol. 18. verso Aldini exemp. & Natal. Comi. lib. V. *Mythol.* cap. I. pag. 424. Ubi plurima diligenter de istis agonibus eorumque judicibus exposita permiscet, auctore tamen haudquaquam citato: quod ipse factum aut mihi aut iis qui ad Lydium vetustorum lapidem, recentiorum scripta & opiniones mecum explorare solent, nunquam probaverit. Primum Olympicorum ludorum judicem ab Hercule ipsorum auctore constitutum justitiæ & pietatis ergo Ætolum Oxylam, Strabo *lib.* VIII. & Pausanias *Eliacis* docent. Neronem aurigasse plurifariam, Olympiis vero etiam decemjugem, quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset, Suet. tradit in *ejus Vita* cap. XXIV. Cætera de Hellanodicis persequor *cap.* XXIII. & XXIV. *lib.* III.

2 Lib. II. *Poeti. Astrono.* in *Lyra*: ubi de Virga Mercurii serpentibus nexa. De qua Fulgentius *Mytholog.* lib. I. ubi de Mercurio. Virgæ hujus ab Apolline pro Lyra datæ Mercurio, non tamen serpentium Eustathius meminit apud Homer. *Iliad.* ω. fol. 1363. ad illud, εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει.

3 Apud Xiphilinum abbreviatorem Dionis in *Commodo* fol. 277.

ἐς τὸ θέατρον καὶ ἀπορρίψας τὰ ἄλλα ὅπως ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδετος ἔργου εἴχετο. Et placet quod ait ὁλοπόρφυρον χρυσῷ καταπαστον, χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, ut non modo chlamydem purpuream totam auro intertextam ad τεβέννης ἢ χιτῶνος λευκοῦ περιπορφύρου togæ, sive tunicæ albæ purpura prætextæ differentiam: de quibus insignibus plenissime actum pridem est in priore ad secundum caput *de origine Juris* tractatu, eorum quos *Commentario Regularum Juris* apposui. Nam ex eo apparere satis existimo nihil in Suetonii *Nerone* cap. XXV. immutandum, quicquid existimet censor ille Criticorum eximius Lipsius[1], ubi de Neronis hieronicæ transvectione triumphali, *Et in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde.* Vestis quippe generali nomine, interior illa quæ tunica Latinis ὁ χιτὼν Græcis dicitur intelligenda omnino est, alia scilicet a chlamyde, (ut in illo Dionis loco) sed & hoc diversa quod scilicet chlamys præter quam quod purpurea tota, stellis etiam aureis distincta fuerit: cum utraque Domitiani vestis, tam interior illa, quam chlamys aurum intertextum habuerit. Utraque tamen Græcum in morem non *prætexta purpureo panno*, quæ περιπόρφυρος est, sed ὁλοπόρφυρος *tota purpurea*, quam & Græcanicam & totam purpuream non dubito quin illo quem superius attuli loco, agens de Domitiano virginum cursui præsidente in stadio Suetonius nullo alio addito chlamydem intelligens, ut vel hoc, vel generale Vestis nomen subaudiri debeat, *Totam* (inquam) non *Togam* scripserit: quod minime percepisse Lipsium, quamvis Togæ nomen ibi se satis concoquere non posse ostenderit, mirarer profecto nisi plerisque aliis locis, non æque ac de se opinatur, Lynceum fuisse haberem præ manibus unde comprobare (si otium suppeteret, aut nisi alia cogitaret animus) quirem. Sed hoc quidem alias commodius.

Nunc quod agimus apud Dionem illum alterum quod expressi placet atque animadvertendum moneo περὶ στεφάνου *de corona*, quam nec Imperatorio tantum jure, sed agonothetico etiam ex more illorum, qui ludis præsiderent in antiqua Græcia gesserit Imperator: & Corinthi quidem Isthmiis ludis eo fuisse ornatu agonothetas probant hæc Dionis Chrysostomi[2] verba scilicet, quibus Diogenes lictores illos sive rhabduchos & ministros, qui ad se ab athlothetis Isthmiacis missi fuerant ut coronam deponere quam sumpserat juberent: ipse affatus est: Ταῦτα ἀναπαγγέλλεται τοῖς πέμψασι, καὶ ὅτι αὐτοὶ παρανομοῦσιν. οὐδὲ γὰρ νικήσαντες οὐδένα ἀγῶνα περιέρχονται στεφάνους ἔχοντες, καὶ ὅτι ἐνδοξότερα πεποίηκε τὰ Ἴσθμια καταπρατήσας αὐτὸς τὸν στέφανον. Quo etiam referendum existimo quod apud Arrianum lib. I. *de sermone Epicteti*, cap. XV. legitur de quopiam Neapolitani agonis sacerdotium affectante sermonesque cædente cum Epicteto: ubi nomen suum in acta redactum iri a scribis publicis dixisset, sicut ex iis quæ *libro* III. ad finem proferemus verbis intelligetur. Quæsisse namque philosophum quamvis dum viveret notus esse omnibus ea ratione quiret, quid hujus, ipso denique mortuo fieret; Respondisse mansurum sum nomen & coronam auream a se gestatum iri: jure illo scilicet sacerdotis provincialis, immo etiam Urbani[3] agonothetico: Εἰ δὲ καὶ νῦν δυνάσαι παρεῖναι πᾶσιν (ait) ἐὰν ἀποθάνῃς, τί ποιήσεις μενεῖ μου τὸ ὄνομα· ἄγε ἔξω δὲ Νικοπόλεως, τίς σοῦ μνεία, ἀλλὰ χρυσοῦν στέφανον φορήσω. εἰ ἅπαξ ἐπιθυμεῖς στεφάνου, ῥόδινον λαβὼν περίθου. ὄψει γὰρ κομψότερος. Ad agonothetarum etiam, aut hellanodicarum apud Olympiam coronas pertinere arbitror, quod de conventu illo celebri apud Elidem habito (cum Eleis controversiam dudum hujus rei Pisatæ facerent) circa Olympiadem quartam & centesimam commissum inter utrosque prælium acerrimum, quo Pisatæ, cum auxiliaribus Arcadibus superiores extiterint præsentibus atque inspectantibus quiete, ac sine periculo Græcis qui ad ferias illas Olympiacas convenerant coronatis, Diodorus Siculus lib. XV. *Biblioth.* fol. 497. in hæc verba memorat: Πισάται μὲν ἀνανεωσάμενοι τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῆς πατρίδος, καί τισι μυθικαῖς, καὶ παλαιαῖς ἀποδείξεσι χρώμενοι, τὴν θέσιν τῆς Ὀλυμπιακῆς πανηγύρεως αὐτοῖς προσήκειν ἀπεφαίνοντο, &c. ἀντιστάντων δὲ τῶν Ἠλείων πανδημεὶ συνέστη μάχη καρτερά· θεωμένων τὴν μάχην τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν πανήγυριν Ἑλλήνων ἐστεφανωμένων, καὶ μεθ᾽ ἡσυχίας ἀκινδύνως ἐπισημαινομένων τὰς ἑκατέρωθεν ἀνδραγαθίας· τέλος Πισάται νικήσαντες ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ταύτην. ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθεῖναι. Quod enim de Græcis coronatis tradit, non ad quoscunque, sed ad ludorum moderatores, curatores, ac judices, athlothetas inquam & agonothetas pertinere statuo. Tum istud tertium illo quem exhibui Dionis loco adnotandum censeo, περὶ τοῦ κηρυκείου καὶ τοῦ σχήματος τοῦ Ἑρμοῦ de figura Mercurii quam gerebat ipsius nimirum vice moderaturus Imperator ludos, quorum esse præsidem illum ἐναγώνιον Deum paulo ante diximus: qua etiam ratione ipsis ludis, cum Herculis honori constet gymnicos quidem, & gladiatorios exhibitos leoninam pellem cum clava, quæ in procedendo ipsi præferebantur insignia deponi aurea sella se quoque absente voluisse idem historicus retulit[4]. Virgis autem aliis ab illa felis scilicet, flagrisque mastigophori hellanodicis, athlothetis, atque designatoribus obsecundantes, ipsorumque imperium in ludis exequentes adversum eos qui turbarent, præterve ordinem ac morem sacrorum ludorum quidpiam agerent, in stadio uti. Sed & ipsi gymnasiarchi, atque Xystarchi coercere juvenes & castigare, cum opus foret in gymnasio & xysto soliti. In stadio quidem sacrisque agonibus, si qua esset inter agonistas pugiles (puta) vel pancratiastas segnius, ac veluti suspenso bracchio contendentes collusio, præsertim vero si de ipsa populus in suspicionem veniens parari & expediri virgas clamore, fremituque suo peteret, aut si quis ante signum committendi certaminis datum, atque adeo maturius quam oporteret ad decertandum surrexisset, ipsamque pugnam inchoasset. Unde D. Augustinus in libro *de catechizandis rudibus* cap. XVI. fol. 302. edit. Antuerp. Tom. IV. adversus ista spectaculorum genera invectus: *Studiis autem spectaculorum fiunt dæmonibus similes clamoribus suis incitando homines, ut se invicem cædant, secumque habeant contentiosa certamina, qui se non læserunt dum placere insano populo cupiunt.* Sequitur statim quod ad rem pertinet qua de agimus: *Quos si animadverterint esse concordes, tunc eos oderunt & persequun-*

---

1 In *Comment. ad* XIV. *Annal. Taciti*. ad illud, *Græci amictus quos per eos dies plerique incesserant.*

2 in *Diog.* sive *Isthmico*, fol. 95. pag. 2. Ald. exempl.

3 Nam & apud Romanos sacerdotum quoque ac pontificum hoc jus fuisse ludos curandi & ipsis præsidendi ex illo Herodiani loco apparet, in quo castigando superius fui.

4 Ἡ γὰρ λεοντῆ τότε ῥόπαλον ἔν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου, εἴτε παρείη, εἴτε καὶ ἀπείη, ἐτίθετο.

tur, & tanquam collusores, ut flagellis verberentur exclamant: & bene inquinatum fuisse etiam vindicem iniquitatum judicem cogunt, &c. quæ inferius ad extremum libri III. proponam, ubi de acclamationibus disceptabitur. Causæ alterius, ob quam in athletas verberibus olim fuisse vindicatum admonui, testimonium ille numquam satis laudatus a me Plutarchus exhibet *Themist.* fol. 213. & 214 apud quem cum languidiore atque molliore animo quum ad suscipiendi belli pericula in Eurybiadem, classis ob dignitatem Spartæ Imperatorem, Themistocles urgeret, hæc ille dixisse fertur, ὦ Θεμιστόκλεις ἐν τοῖς ἀγῶσι τοὺς προεξανισταμένους ῥαπίζουσι. Ubi duo notanda offerunt sese: alterum quidem circa verbum προεξανισταμένους, quod ab Polluci loco *Onomast.* lib. III. cap. XXX. ubi τοὺς ῥαπίζοντας, col. 188. illustrari posse moneo, ut de cursoribus potissimum in stadio Eurybiadis verbum interpretemur, in quo τὸ προεκπηδᾶν (ait) τὸ πρὸ τῆς ἀφέσεως ἐξανίστασθαι· εἴπῃ, τίς ἐστι ὥσπερ οἱ ταχυδρόμοι προεξανίστανται.

Porro autem istud quod perperam Cruserium interpretem, alioqui doctissimum arbitror, ῥαπίζουσι non *virgis*, sed *alapis cædere* reddidisse, virgarum fortasse istarum immemorem, quemadmodum e contrario hujus loci auctoritate nixum Theodorum Bezam aliquot *Evangelii* sacrosancti locis, [1] ne a Vulgata & a Catholicis recepta Versione Latina non discedat, ῥαπίσματα *bacillis cædere* interpretatum, omnino inepte, ut quidem ipse judico præsertim illo [2] ubi maxillæ fit mentio, quam non bacillis usquam gentium verberari, sed pugnis, alapisve ductis cædi solitam, ignorat nemo [3]. Rhapismata quæ injuriosa in emancipationibus,& imaginariis manumissionibus ait Justinianus: alaparum contumelias dixisse Tertullianum in tertio eorum quos *Commentario Regularum Juris* nostro adjunctos videre est tractatu docuisse *ad l. D... ... ...* me recordor: a quibus autem colaphos, sive condylos distingui, quod hi non explicatis, sed contractis in pugnum digitis ducantur apud *Matthæum* [4] ipse Theophylactus auctor est. Denique ut hac de re nihil addam præterea (piget enim, tædetque me in grammaticalibus istiusce minutiis tamdiu immorari) Suidas ipse in ῥαπίζειν, τὸ ῥαπίσαι non aliter quam diximus exposuit, cujus hæc verba sunt, πατάξαι τὴν γνάθον ἁπλῇ τῇ χειρὶ, ὃ λέγουσιν ἐπὶ κόρρης.

Ad gymnasiarchorum virgas ut redeam, de his agere Plutarchum in *Antonio* memini: quo loco vallatum ipsum positis domi insignibus imperii & Phæcasiatum ad gymnicos ludos, ut gymnasiarchum apud Athenas processisse, cum gymnasiarcharum virgis & selectos a se ad certamen juvenes denudasse, vel etiam verberandos resupinari per mastigophorum (ut fit) jussisse, quo gymnasiarcham immo pædotribam ageret (cum pueri se forsitan immodestius gessissent) scribit: alterutrum enim malo, quam, Correptos juvenes, ubi satis decertassent diremisse ipsum interpretari cum illo quem ante nominavi Cruserio: quando ista Plutarchi verba omnino sunt: Ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναί-

A οις ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας πεπράτ... κατα... ... ... μετὰ τῶν γυμνασιαρχικῶν ῥάβδων ἐν ἱματίῳ ... ... τοὺς νεανίσκους ἐτραχήλιζε. Athletas quidem illos qui exercendo sese contra morem agonisticum quidpiam admisissent peccassentque castigari verberibus pœnasque dare solitos Dio Chrysostomus [6] docet: si admodum scribens. ... ἀθλητὰς ... ... ἀγῶνι ... (sic lego pro ἀγῶνι) ... ἀλλὰ κἂν ἄκων ἁμαρτήτις, μαστιγοῦται τὸ ἀδίκημα ... ποιοῦντα. De virgis Hellanodicarum aut qui eis apparerent mastigonomorum Synesius in
B *Ægypt.* sectione II. in fin. περὶ προνοίας ita, ut nostram de illo Plutarchi loco posteriorem explicationem prorsus confirmare videatur: Εἰ δέ τις εἰς τὸ στάδιον ... ... Ἑλλανοδίκαι τοὺς μαστιγοφόρους ..., Sed & Pausanias *Eliacis* [7], ubi de Licha illo, de quo superius egi, Lacedæmonio, qui suum aurigam velut si Thebani cujuspiam foret, ad curule certamen recipi curaverat, victoremque coronaverat propterea verberato: Τὸν δὲ ἡνίοχον νικήσαντα ἀνέδησεν αὐτὸς ταινίᾳ, & ἐπὶ τούτῳ μαστιγοῦσιν αὐτὸν οἱ Ἑλλανοδίκαι. Qua de re ita scriptum a Thucydide *lib.* v. fol. 182. editi. Steph.
C commemini, ut ejus verba (quæ satis obscura mihi visa) non possim tenere me quin superioribus, quo inde lucem accipiant, adjungam: Δέος δὲ ἐγένετο τῇ πανηγύρει μέγα μὴ ξὺν ὅπλοις ἔλθωσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ καὶ Λίχας ὁ Ἀρκεσιλάου Λακεδαιμόνιος ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν, ὅτι νικῶντος τοῦ ἑαυτοῦ ζεύγους, καὶ ἀνακηρυχθέντος Βοιωτῶν δημοσίου κατὰ τὴν οὐκ ἐξουσίαν τῆς ἀγωνίσεως (Lacedæmoniorum scilicet) προσελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα ἀνέδησε τὸν ἡνίοχον, βουλόμενος δηλῶσαι, ὅτι ἑαυτοῦ ἦν τὸ ἅρμα· ὥστε πολλῷ δὴ μᾶλλον ἐπεφόβηντο πάντες, καὶ ἐδόκει τι νέον ἔσεσθαι· οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι ἡσύχασάν τε, καὶ ἡ ἑορτὴ αὐτοῖς οὕτω διῆλθεν. Cæsum adeo
D virgis Licham in stadio a brabeutis, seu designatoribus ob ejusmodi temeritatem, idque ex Hellanodicarum authoritate Thucydides Pausaniæ adhibitus ostendit. Earum denique virgarum hujusmodi expediri solitarum, cum opus foret adversus agonistas, ut Circensium, atque gymnicorum, de quibus dictum est, ita Musicorum certaminum, meminit Philostratus lib. VI. *de Apollon. Vita*, quo loco; Δεδιὼς ὁ ... Νέρων (inquit) τοὺς Ἠλείων μάστιγας, παρ... ... ... Ὀλύμπια, & ... ... Ἠλεῖοι. λέγονται γὰρ μαστιγοῦν καὶ φρονεῖν ὑπὲρ ἑαυτοὺς. Sic enim addito abnutivo articulo, vel
E ὡς ἐμὲ ἔφη με, legendum assevero, ubi vulgati codices habent ὡς ἔφη με βασιλεύωσιν. ubi ait scilicet, Neronem cum in theatrum, vel Odeum cantandi, atque ad citharam recitandi causa prodiret, sibi si vinceretur, aut in observatione Musicorum νόμων deficeret ab Eleorum flagris timuisse, tam agonothetarum seu Hellanodicarum, quam mastigophororum: quos etiam datis clanculum pecuniis ne deprehensus verberaretur, fuisse demeritum Dio [8] prodidit, sic fere: Τοὺς ἀγωνοθέτας τοὺς ... μαστιγο-

1 B. *Matth. Evang.* cap. XXVI. vers. 67. *Marci* cap. XIV. vers. 65. & *Joan.* cap. XXV. vers. 22. sed & *Matth.* cap. XXX. vers. 39.

2 *Dicto vers.* 38. ubi, Ἀλλ' ὅς τις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.

3 De capite quidem Domini Jesu arundine cæso a Pilati cohorte illudente apud B. *Matth.* legitur cap. XXVII. ἔλαβον τὸν κάλαμον καὶ ἔτυπτον εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

4 Cap. XXVI. ubi Theophyl. fol. 121. κολαφίζειν δέ ἐστι τὸ διὰ τῶν χειρῶν πλήττειν συγκαμπτομένων τῶν δακτύλων, καὶ ἵνα ἀφελέστερον εἴπω διὰ τῶν γρόνθου κονδυλίζειν

5 Hoc verbum τραχηλίζειν luctatorium & pancratiasticum esse superius docui.

6 *Tarsica* II. fol. 280. Aldini libri, pagin. 2.

7 II. sub init. ubi, Λίχας δὲ εἰργομένων τηνικαῦτα τοῦ ἀγῶνος Λακεδαιμονίων καθῆκον ἐπὶ ὀνόματι τοῦ Θηβαίων δήμου τὸ ἅρμα τὸν δὲ ἡνίοχον, &c.

8 Vide Xiphilin. *Neron.* p. 176. & Suet. quoque in *ejus Vita* c. XXIII. *Quam autem trepide anxieque certaverit, quanta adversariorum æmulatione, quo metu judicum, vix credi potest. Adversarios, &c. Si qui arte præcellerent corrumpere etiam solebat. Judices autem prius quam inciperet reverendissime al-*

φόρους φοβούμενον, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ: quod ipſum ab Antonino Caracallo itidem factum, ubi currus in circo Romæ agitaſſet, libertoque velut agonothetæ virgam tenenti venerabundum ſupplicaſſe, ſtipemque rogaſſe, tanquam unum aliquem e vilium aurigarum numero memorat, ſic fere: Ἡρματηλάτει δὲ τῇ οὐενετίῳ στολῇ χρώμενος, &c: ἀγωνοθέτην δὲ ἢ τῶν ἐξελευθέρων τινὰ ἢ τῶν ἄλλων τῶν πλουσίων ἐκάθιζεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ἀναλίσκηται, προσεκύνει τε αὐτοὺς κάτωθεν τῇ μάστιγι, καὶ χρυσοῦς, ὥσπερ τις τῶν ταπεινοτάτων, ᾔτει. Ut minime mirum ſit ab Heliogabalo illo Sardanapalo Avito Pſeudantonino id ipſum poſtea præſtitum, quod in *ejus Vita* Xiphilinus iiſdem fere verbis ex Dione retulit, quæ ideo piget exſcribere hoc loco.

CAP. XX.

Adhuc de virga gymnaſiarcharum. Taciti caſtigatio in Notis obiter indicata. Sidonius ope manuſcripti Cluniacenſis emendatus. Tentata inſuper altera ex ingenio apud ipſum caſtigatio. Nexus luctatorum & pancratiaſtarum, non pugilum. Nodos etiam Lucanus, ligaturas dixit Ambroſius. Unde catenatæ palæſtræ Papinio. Virga judicum Athenienſium inſigne, ſeu baculus ab Homeri ſceptri vocabulo deſignatur. Olim geſtabatur & a præconibus qui eis aderant.

QUOD de virgis gymnaſiarchorum dixi, ne ſic accipito, tanquam virgam illam Mercurialem ferendi jus non haberent: ſicuti athlothetas, & hellanodicas oſtendi ſupra. Nam & hoc ipſos habuiſſe ad moderandas juvenum exercitationes, iſtoque velut imperii cujuſdam ſigno compeſcendas, obſcœnoſve corporis motus, & geſtus haud viriles (quomodo de hiſtrionibus Tacitus[1] loquitur) hoc eſt, immodeſtos, atque impudicos; alia denique iſtis ſimilia, ſine virgarum admonitione corrigenda Sidonius quidem alicubi epiſtol. II. lib. II. *Epiſt.* disertis verbis ita ſcribit, de agonis pictura quapiam, ut quod dico manifeſtiſſime comprobare videatur: *Abſunt lubrici, tortuoſique pugilatu* (inquit) *palæſtritæ, quorum etiam viventium luctas ſi involvantur obſcœnius, caſta confeſtim gymnaſiarchorum virga diſſolvit.* Sic lego, quemadmodum perveteſtus meus manuſcriptus habet (qui liber olim ſodalium Cluniacenſium fuit) extra omnem controverſiam rectiſſime, ut pictis, de quibus loquitur, viventes ſcilicet opponat: pro eo quod impreſſi omnes codices præferunt *Juvenum*. Interea, ibi, ne quid ſciens prætereeam dolo malo, quod cuipiam ſcrupulum moveat, malim ſcriptum pro pugilatu, *Luctatu* aut *Lucta*, vel etiam *Pancratio*. Ad luctatores etenim nexus ille tortuoſus proprie pertinet atque pancratiaſtas, ſicuti obiter a me ſuperius *cap.* IX. *bujus libri*, notatum fuit, quam poſſis Græco, juxta id quod ante a Philino apud Plutarchum retuli, vocabulo ἀναμίγνυσιν καὶ συμπλοκὴν, vel cum Ambroſio *ligaturam* dicere. Igitur hoc *Nexus* vocabulum Lucanus lib. IV. *de Bello Civili*, Herculis cum Antæo luctam, ſive pancratium accurate deſcribens uſurpavit his verſibus:

Conſeruere manus, & multo bracchia nexu
Colla diu gravibus fruſtra tentata lacertis.

Et ſtatim:

Intumuere tori, totoſque induruit artus,
Herculeoſque novos laxavit corpore nodos.

Ubi *Nodorum* nomine illud *Nexus* vocabulum deſignatur, quod Achelous Ovidianus de ſua cum Hercule colluctatione verba faciens protulit fab. I. lib. IX. *Metamorph.* Ovid.

Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia, vix ſolvi duros a corpore nexus.

Et ſtatim Papinius ſub finem lib. VI. *Thebaid.* de Agyllei cum Tydeo lucta ſive pancratio agens:

Circuit errantem, & tergo nec opinus inhæret.
Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu,
Poplitibus, genua inde premens evadere nodos
Nec quicquam, & lateri dextram inſertare parantem
Improbus, horrendum viſu ac mirabile pondus
Suſtulit. —— .

Atque ut poetas mittam, ipſe Seneca lib. VIII. *de Beneficiis*, cap. I. *Quemadmodum magnus luctator eſt* (inquit ex Demetrio Cynico) *non qui omnes numeros nexuſque perdidicit: quorum uſus ſub adverſario rarus eſt.* B. Cyprianus, in lib. *de Spectac.* fol. 417. *Quam fœda præterea iſta luctamina? vir infra virum jacens & amplexis inhoneſtis nexibus implicatur. In tali certamine ſtare (videris quis vincat) pudor victus eſt.* D. Ambroſius, *enarrat. in Pſal.* XXXVI. *In hoc itaque ſæculari agone* (inquit) *alii ſunt qui ſimplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantum corporis certant, verberare non norunt, qui palæſtræ vocantur.*

Atque hinc quidem catenatas palæſtras eſſe a Statio Papinio lib. II. *Sylvarum*, *Epicedio in Glauciam Melioris*, nuncupatas veriſimilius arbitror, quo loco:

Sic tener ante diem, vultu greſſuque ſuperbo,
Vicerat æquales, multumque reliquerat annos,
Sive catenatis curvatus membra palæſtris
Staret, Amyclea conceptum matre putares.

Tametſi ad lineas illas quibus perducebatur ſcamma ſtadii, de quo ſequenti *libro* dicturi ſumus, non inepte quiſpiam catenatarum palæſtrarum vocabulum fortaſſe retulerit. Hellanodicas autem ideo rabduchos fuiſſe, virgamque geſtaſſe manu nihil mirum, cum apud Athenienſes omnium judicum inſigne virga fuerit, ſive baculus, quemadmodum hodieque Germanis rerum capitalium quæſtoribus caſtrenſibus in uſu eſſe audio. Illud quidem ex Interprete ſive Scholiaſte Ariſtophanis addidici in *Pluto* ad illud, ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὼν τὸ γράμμα σου δικάζειν. Καὶ κλήρου γινομένου ὁ μὲν εἰς τοῦτο, ὁ δὲ εἰς ἐκεῖνο δικάζειν ἐλάμβανεν. ἐδίδου δὲ ὁ κήρυξ αὐτοῖς ῥάβδον, ἥτις ἦν σύμβολον τοῦ δικάζειν· ἵνα ἕκαστος καθ᾽ ἑσπέραν ἀποδιδοὺς τῷ πρυτάνει τὴν ῥάβδον, τριώβολον λαμβάνῃ μισθὸν τῆς δικάσεως, & reliqua, in quibus etiam de dato illo ad judicandum ſigno, ſeu ſymbolo, virga ſcilicet, ſeu baculo, Ariſtotelis iſtud ex libro *de Athenienſium Republica* luculentum teſtimonium profert, τοῖς γὰρ δικαστηρίοις χρῶμα ἐπιγγέγραπται ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἐπὶ τῷ σφηκίσκῳ τῆς εἰσόδου· ὁ δὲ λαβὼν τὴν βακτηρίαν βαδίζει εἰς δικαστήριον, &c. quæ ſequuntur, quæ poſſis inde petere, ſi allubeſcit, mihi non vacat exſcribere: hoc potius placet admonere, quam iſti virgam vocant, ſeu baculum, ei ſceptri

[1] Lib. XVI. *Annal.* fol. 261. edit. Plantini anni 81. apud quem repono *Motus* pro *Modos*: conjecturæ meæ rationem in *Eclogis ad Tacitum*, quas & ad alios hiſtoricos paro, redditurus.

A nomen ab Homero tribui, & ita quidem ut a considentibus ad rem disceptandam, atque sententiam proferendam judicibus, tenendum atque asservandum antiquitus tradi, præconibus turbam summoventibus solitum ostendat, quo loco *Iliad.* VI.

——— οἱ δὲ γέροντες
Εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ
Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χερσ' ἔχον ἱεροφώνων.

Ubi Eustathius, fol. 1168 Χρὴ μὲν γὰρ σκῆπτρα ἔχειν τοὺς δικαστὰς, καθήμενοι δὲ [illegible] οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὄντες γὰρ, ὅτε ἂν ἀνιστάμενοι, κρατοῦσιν αὐτά. ἔχουσιν οὖν τὰ τούτων σκῆπτρα πρὸ [illegible] οἱ κήρυκες, &c.

B

CAP. XXI.

Bidellus, seu viator, Floralium apud Tolosates ludorum. Grammatei functionem [illegible] juxta vetustiores agonis poetici leges, de [illegible] plurima e chartis Operis. Virgæ gestandæ jus habere, aliisque insignibus fuisse olim præditum, quæ obsoleverint. Earum legum verba vernaculo idiomate proponuntur in Notis. Magistratibus Tolosanis [illegible] Rabduchos similiter atque collegiatarum [illegible], qui a Cedrino Decani nuncupati. Massarii Cardinalium & Regum virgam argenteam sed deauratam gerunt. Apud Græcos virgis signum certaminis datum. Διακοσμῶν apud Plutarchum & κοσμητὴς ἐφήβων in vetusta Inscriptione. Mulctæ pecuniariæ ab Hellanodicis indictæ adversus agonistici juris morisve temeratores, ex quibus conflatæ Deorum statuæ. Eupolus Thessalus hujusmodi mulctam primus pependit apud Olympiam, deinde Callipus Athen. sed & Serapion Alexandrinus ob ignaviam. De pœnis & mulctis athletarum ex Dionysio Halicarnasseo.

C

IMITATIONE igitur exemplove aliorum in Græcia judicum Hellanodicæ atque agonothetæ virgam baculumve sceptri vice, aut gestabant, aut tenendum ipsis præconibus atque mastigonomis dabant: sicuti apud Tolosates nostros poeticorum nostrorum agonum [1], quos Florales vocant, bidello, id est, viatori, non præconis modo publice ludorum diem indicentis, & manucentores, sive agonothetas convocantis, ipsosque hieronicas poetas ovantes prolatis præmiis per mediam urbem in sua cujusque domicilia deducentis cum tibicinibus, sed etiam grammatei munus, juxta vetustas eorum agonum leges, regulasque (quas & Amorum leges nominare majoribus placuit) a Guilielmo Molinerio agonum Cancellario sub annum ∞ CCCXXIV. ex decreto septem virorum, sive agonothetarum, sive critarum, constitutas, atque sancitas, publicoque commentario mandatas, argenteæ virgæ gestandæ jus esse, apiceque e filo serico caput insignitum habendi olim obtinuerat: tametsi duobus hodie decoratos, violaceæ, sive ianthinæ vestis e panno, quam Capitolini Octoviri munerarii, sive agonum patroni quotannis tribuunt, & argenteæ quam dixi virgæ insignibus, sublato, vel ipsa desuetudine abrogato apicis illius e serico filo qui capite aptabatur indicio, conspicimus: cujus, & aliorum insignium mentionem habitam in *commentario* illo [2] de quo verba superius feci, memoria repeto. Sic apud nos Octoviri Capitolini. Sic apud nos Vicarius præfecti urbi seu potius Comitis. Sic Senescallus ejusve πρωτοκριτὴς judex Major. Sic ipsa ecclesiarum collegiatarum capitula suos bidellos & viatores virga itidem argentea a vetusto more insignitos habent: ut de Cardinalium Romanorum Massariis, Regumque nostrorum cubiculi ostiariis, ipsos in palatium supremi tribunalis simul cum procerum comitatu solemni die prodeuntes præcedentibus argenteasque ac deauratas massas gerentibus, taceam. Nam quid ego de vetusta Pontificum Romæ, paganorum, & augurum virga sive baculo, cui nomen litui a tubæ sive buccinæ similitudine fecerant, & cujus hodieque in antiquis numismatibus apparet figura, proloquar? hoc potius quod a Cedrino [3] didici, vulgarios sive bidellos ecclesiarum quos dixi ut ῥαβδούχους ita δεκανοὺς vocatos; quod notandum puto. Virgis interim flagrisve signum certaminis datum a mastigonomis, sive mastigophoris inde libet conjicere, quod apud Virgilium lib. IV. *Æneid.* Epitydes custos & comes impubis Iuli puerorum equitum agmen ducentis jussu Æneæ:

D

Postquam omnem læti consessum oculisque suorum
Lustravere in equis signum [illegible] paratis
Epitydes longe dedit, insonuitque flagello.

Antiocham quidem advenienti Catoni Uticensi tanquam Pompejo Demetrii liberto, turbam virorum, pro porta urbis in vestibus candidis, atque ex uno latere viæ adultos, ex altero pueros discretos officii causa venisse obviam, & occurrisse cum virga & corona quempiam, qui omnia illa componeret, (sive is judex, sive sacerdos provincialis, aut gymnasiarcha sive subserviens isti, & apparens designator ludorum aliquis fuit) a Plutarcho [4] in

E

1 De quibus agetur latius pleniusque *lib.* III. non longe a fine.

2 Lib. I. ubi sic scriptum lingua vernacula: *Ordonero apretz li davan dit senhor quel bedels de lor consistori haia los emolumens acoustumats, soes assaber, roba entiera d'una color cascun an: laqual devon pagar li franc & liberal senhor patro en la ditta festa.* Et postea: *En ornamens hom le baillara la verga d'argent am lo floc de ceda al cap, en segnal de possessio:* & in forma diplomatum ejus muneris concedendorum versibus conscripta:

Los set mante nedor leyal
Del ioy d'amours, ques al sieus val
Salut en Dieu & bon amour.

Et postea:

Et quan per informatio
Daysso cascus de nous ez certz
E ques avisatz & aperts
Haven lo fayt nostre vedel
Verga d'argen am floc mot bel
Baylam en sai sioas per servir
El dig officio possessio.

Hæc fuit nascentis apud majores poeseos non insuavis adhuc aut injucunda simplicitas, ne dicam infantia: qualis & apud Romanos ex Ennianis & Lucilianis quibusdam versibus olim fuisse deprehenditur.

3 *Compendio Histor.* fol. 140. ὅτι Λατῖνοι τοὺς ἐπιχωριάζοντας (Ῥωμαῖοι) Γραικοὶ δὲ τοὺς [illegible] τοὺς καλοῦσιν, δεκανοὺς τοὺς ῥαβδούχους. De Decanis & Decaniis sive Diaconiis e Jure Canonico alibi commodius.

F

4 In *Vita Pompeii*, fol. 1169. lib. excusi a Stephano. Sic Æmilius Paulus cum triumphum duceret Romæ habuit viatores cum virgis qui turbam summoverent, ut in *ejus Vita* Plutarchus retulit, fol. 496. Ὑπηρέται τε πολλοὶ καὶ ῥαβδονόμοι τοὺς ἀτάκτως συρρέοντας εἰς τὸ μέσον καὶ [illegible] ἐξείργοντες αἱ ἀπεπταμένας τὰς ὁδοὺς καὶ καθαρὰς παρεῖχον.

hæc verba traditum: Κάτων ὁ φιλόσοφος, &c. ἀνέβαινεν εἰς Ἀντιόχειαν, &c. κατιδὼν δὲ πρὸ τῆς πύλης ὄχλον ἀνδρῶν ἐν ἐσθῆσι λευκαῖς, καὶ παρὰ τὴν ὁδὸν ἔνθεν μὲν ἐφήβους, ἔνθεν δὲ τοὺς παῖδας διακεκριμένους ἐδυσχέραινεν &c. γενομένοις δὲ πλησίον ὁ πάντα διακοσμῶν ἐκεῖνα, καὶ καθιστὰς ἔχων στέφανον καὶ ῥάβδον ἀπήντησε πυνθανόμενος παρ' αὐτῶν, ποῦ Δημήτριον ἀπολελοίπασι καὶ πότε ἀφίξεται. Et placet hoc loco τὸ διακοσμῶν, a quo κοσμητὴς ἐφήβων dictus est ille qui & ἱερεὺς, tametsi alius γυμνασίαρχος in illa decreti cujusdam Atheniensium ut puto vetusta inscriptione Venetias allata e Græcia, quam ab Anton. Morillono Smettius habuit, & in exscriptarum a se ordinem secundum redegit fol. 31. lib. Antuerp. in officina Plantin. per Raphelengium editi ann. 88. num. 1. cujus hæc verba sunt majusculis litteris exarata: Ἀγαθῇ τύχῃ. Επικλ. Ἀττάλυ ἄρχοντος κοσμητὴς ἐφήβων ἱερεὺς θεοῦ καὶ θέας εἰρηναῖος Παιανιεὺς, ἐφηβαυτοῦ υἱὸς Διονύσιος εἰρηναίου Παιανιεὺς ἐγυμνασιάρχησε τοῦ ἐνιαυτοῦ τοὺς ἐφήβους φλ. Στρατόλαος Φυλάσιος ἐγένοντο ἔφηβοι διακόσιοι καὶ δύο.

Nec virga tantum jacta, vel protensa impediebatur aut virgarum castigatione vindicabatur ab Hellanodicis si quid in agonibus indecentius, aut adversus eorum legem bonamve ac synceram fidem admissum foret, verum etiam pecuniariis mulctis: ex quibus quicquid redigeretur, hoc maxima ex parte honori Deorum ita committebatur, ut in ipsorum signa impensum olim ut plurimum fuisse, Pausanias aliquot locis doceat, in quorum uno [1] de signis Jovis, quibus nomen Zanon impositum apud Altim, [2] sive lucum Olympicum: Ταῦτα ἐποιήθημεν ἀπὸ χρημάτων (ait) ἐπιβληθείσης ἀθληταῖς ζημίας ὑβρίσασιν ἐς τὸν ἀγῶνα. καλοῦνται δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Ζᾶνες, &c. Εὔπωλος γὰρ Θεσσαλὸς χρήμασι διέφθειρε τοὺς ἐλθόντας τῶν πυκτῶν. Ubi ostendit primum Eupolum Thessalum, eosque qui ab ipso pecunia corrupti forent, ita mulctatos ab Eleis: Τοῦτο ἐξ ἀθλητῶν ἀδίκημα ἐς ἀγῶνα πρῶτον γενέσθαι λέγουσι, καὶ πρῶτοι χρήμασιν ἐζημιώθησαν ὑπὲρ Ἠλείων Εὔπωλος καὶ οἱ δεξάμενοι δῶρα παρὰ Εὐπώλου. Sicuti Callippum quoque Atheniensem postea, de quo traditur ἐξωνήσασθαι τοὺς ἀνταγωνιουμένους χρήμασι: cui cum nollent Elei mulctam juxta petitionem Atheniensium remittere, tum Olympico conventu hos prohibitos qui Callippo renuenti solvere faverent, nec ipsis ulla de re datum ab oraculo Delphico responsum, antequam esset mulcta dependa: ex qua Jovi signa posita fuerint *ibidem* Pausanias refert, & alia ejusmodi complura de mulctatitiis athletarum tum Ægyptiorum & Rhodiorum pecuniis in Deorum statuas compingendas insumtis: tum deinde de mulcta pugili Alexandrino Apollonio indicta non ob corruptos antagonistas, sed propterea quod qui a certamine repellebatur, quoniam contra legem agonis intra tempus præscriptum ad Olympiam non adfuisset, moræ suæ falsam nec probabilem causam adferens in Heraclidem, sine pulvere, ac pugna jam coronandum incurrere, coronamque detrahere ausus esset. Ubi animadvertendum censeo quod aliquando post Pausanias *Eliac.* lib. 1. fol. 133. Serapionem pancratiastam Alexandrinum scribit ob ignaviam ab Hellanodicis pecunia mulctatum, quod antagonistarum metu pridie quam advocarentur ad pancratium ipse abscessisset: Παγκρατιαστὴν δέ φασιν Ἀλεξανδρέα, ὄνομα δὲ εἶναι Σεραπίωνα· τοῦτον ἐν Ὀλυμπιάδι τῇ πρώτῃ μετὰ τὰς διακοσίας εἰς τοσοῦτο δεῖσαι τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ὥστε ἡμέρᾳ μιᾷ πρότερον, ἢ ἐσκληθήσεσθαι τὸ παγκράτιον ἔμελλεν ἀποδράντα οἴχεσθαι. τοῦτο ζημιωθέντα ἐπὶ δειλίᾳ μόνον τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων καὶ αὐτῶν μνημονεύουσιν Αἰγυπτίων. De istis omnibus animadversionibus in athletas antagonistarum corruptores, ut in servilem modum vapularent, aut pecunia gravi mulctarentur, e stadiis postremo & agonibus ejicerentur: nihil amplius ut adeo melius habeo, quam quod in Dionysii Halicarnassei quodam loco [3] nuper animadverti sic fere scriptum, ubi de exhortationibus ad athletas decertaturos faciendis præcepta dat: Ἔπειτα πειρασόμεθα αἱρεῖν (ait) διὰ τὸ ἐπὶ τὸ διαφθείρεσθαί τινες τρέπονται τῷ αἰσχρῷ καὶ ἀδόξῳ, ὅτι αἰσχρῶν χρημάτων προΐεσθαι τὴν νίκην, &c. εἶτα ὅτι οὐδὲ λανθάνουσι, ῥᾳδίως γὰρ ὁρῶνται καὶ ἐκ τῶν σωμάτων, καὶ ἐκ τῶν γυμνασίων, καὶ ἐκ τῶν προγεγενημένων ἀγώνων, ἐν ᾧ τινα τὰ ἐπὶ τούτοις μάστιγες ὕβρεις αἰκίαι σωμάτων, ἃ δούλων καὶ οὐκ ἐλευθέρων τὸ παρὰ τοῖς θεαταῖς βλασφημεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖσθαι, κρατεῖσθαι, στεφανοῦσθαι, ἐνίοτε δὲ καὶ ζημίᾳ κατὰ τὸ ἐκβαλέσθαι, καὶ ἐκ τῶν σταδίων καὶ ἀγώνων, & cætera quæ sequuntur, & a nobis *libro* III. proferentur, ubi de probatione athletarum disceptabitur.

CAP. XXII.

Gymnasiarchos jus virgæ illius habuisse, cum & athletis præmia de suo proponerent, videri. Jasonis Hierosolymitani impuritas, qui mutato patrio nomine, ac more, Græcoque assumpto, athletas ad discum suppeditatis in ludos sumptibus provocarit: qua de re singularis e sacra Machabæorum historia locus proponitur: & adhibito Flavii Josephi testimonio illustratus. Gymnasiarchi sacra itidem ut alii sacerdotes olim curarunt. De Xystarchis. Batogymnasiarchus corona donatus a communi ascetarum ex antiquo marmore. Lanistarum virga quæ Rudis. Item præpositorum urbanæ familiæ ostiariorum & curæ palatii. De virgis lictorum.

SANE gymnasiarchos agonothetarum, sive athlothetarum more olim de suo proposuisse athletis præmia, ut quemadmodum illi juris Hermææ virgulæ habere potuerint, ex illa (quam ante laudavi) tabula vetusti athletarum decreti marmorea colligo: ab eruditionis antiquæ viro clarissimo Ursino Fulvio [4] publicata: ubi de Batone gymnasiarcho, qui agones Herculi ac Mercurio gymnicos pro principe, hoc est, pro ipsius salute (ut in alio

---

1 Lib. I. *Eliac.* fol. 131. Aldini lib. Vide & fol. 132. & 133. Ubi de Damonico, qui ut Polyctorem filium suum Olympionicam cerneret Sosandro Smyrnæo pecuniam obtulerat, quo se vinci pateretur. Quamobrem pater mulctatus ab Hellanodicis fuit. Mulctatum etiam Theagenem uno adversus Deum, altero adversus Euthymum synagonistam talento, idem auctor lib. II. *Eliac.* retulit. Vide quæ de ara apud Altim Olympiæ lucum scripsi ex d. fol. 133. inferius *lib.* II. *cap.* XV. in ipso initio.

2 De Alti apud Pindarum quoque *Olymp.* od. X. stroph. III. fit mentio, περὶ δὲ πάξας Ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ διέκρινε. Et apud Pausan. *Eliacon* I. fol. 121. 127. 131. Aldini exempl. & *Eliac.* II. fol. 150. & aliis locis quos adnoto *lib.* sequenti *cap.* XV. Memini jam sup. ad extrem. *cap.* V.

3 Ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, sub fin. in fol. 43.

4 Post notas ad librum Antonii Augustini *de Legibus & Senatusconsult.* pag. 30. fragmentor. & in Smetii *Antiquas inscript.* apud officinam Plantinianam editis anno 88. Antuerp. ord. 2. fol. 42.

de ludis sæcularibus fragmento ibidem [1] exhibito diligenter ordinarat, καὶ ἰδίαν ἐκτιθεὶς ἆθλα τὰ καθήκοντα τοῖς ἀγωνιζομένοις: & ex eo quod gymnasiarchas provinciarum sacerdotibus adjunxit Julius Firmicus [2] quos editionis ludorum curam habuisse [3] atque adeo expensis in exhibitione ludorum faciendis patrimonii functos munere d. l. 8. nemo paulo humanior ignorat. Denique a muneribus patrimonialibus cum excusarentur professores, propterea quod [illegible], ita *[illegible] gymnasiarchiam immune esse* Antonini Pii epistola continetur: cujus apud Modestinum Jurisconsultum [4] habetur mentio. Ex quo [illegible] inunditam impii Jasonis summi Hierosolymorum Pontificis impuritatem, qui [illegible] divinis, patriisque legibus, ad Antio[illegible] & gentil[illegible] dececat, sacerdotes [illegible] ac Levitæ [illegible] templo, & [illegible] legitimis [illegible] impie in palæstram, [illegible] eos exhibitionis esse participes, [illegible] patri[illegible] Græcis honoribus, summo studio affectarunt: ut etiam nomina immutarent sua gentilitia & Judaica gentilibus, hoc est, Græcis, atque peregrinis, exque Jesu Jason, ex Onia itidem Men[illegible] fieret: quemadmodum ab Josepho Flavio [5] accepimus: præterea ut tandem ad [illegible], hoc est, ad coronam & præmia, qu[illegible] medio stadio proferebantur cessura victoribus (sicut *libro secundi cap.* XXII. & XXV. docebimus) agonistas qui gentilium Deorum vel Dæmoniorum potius honori devotis corporibus decertarent ipsi [illegible]. Sic enim [illegible] illum ex *[illegible]rum historia* [6], nequaquam a Lyrano [illegible] Hieronymo quidem ipso, [illegible] (ut [illegible] indicat) perceptum locum expl[illegible]dum censeo, cujus verba omnino ista sunt: [illegible] ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι, τὰς δὲ Ἑλληνικὰς δόξας καλλίστας ἡγούμενοι. Superioribus accedit quod gymnasiarchas quoque ipsos olim sacra itidem ut sacerdotes curasse, usque ad Adriani principis tempora, quibus Pausanias floruit, hæc ipsius verba ex *Eliacon* primo manifestum faciunt, ἐναγίζει δὲ ὁ γυμνασίαρχος ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ καθ' ἕκαστον ἔτος τῷ Αἰτώλῳ. Inde esse arbitror quod Xystarchæ (cujus si non idem [7], geminum certe, aut non absimile munus fuit) purpurati, atque coronati mentionem quodam loco lib. XXI. *Histor.* ab Ammiano Marcellino factam memoria repeto: sicut Ephesiæ Dianæ sacerdotem lauro coronatum, si quando ab exteris, vota & sacrificia Divæ illi offerentur procedere solitum in publicum ex lib. VIII. Achillis Statii *de Clitophontis & Leucippæ amoribus* addiscitur: & [illegible], atque in universum Diis florida [illegible] & [illegible]: coronam autem qui non habeant [illegible]: quapropter corona esse [illegible] sacris operetur ex Sap[illegible] carmine Athenæus libro XV. *Deipno[illegible]* [illegible] qui[illegible] illum [8] gymnasiarchum ob præclare administratum biennio munus corona donatum a communi ascetarum: sed & ob procurat[illegible] ita ut oportuit, Merc[illegible] & Herculi agones olim auro coronatum, ex marmorea illa tabula [illegible] colligitur. Quin ut Hellanodicas ita gymnasiarchos & xystarchos virgam gestasse hoc probabilius arbitror, quod ipsos quoque lanistas familiam suam summa cura (ut Seneca lib. VI. *de Benefic.* cap. XII. inquit) exercentes atque ornantes scipionem liberandis gladiatoribus rudis nomine esse solitos, XI. secundi libri *Semestrium* capite ostendimus, quam virgæ appellatione *Glossarium* Latino-Græcum B. Germani vetustum ita designat, Rudis ῥάβδος ἡ τῶν ἐπιστατῶν τῶν μονομάχων, & [illegible] urbanæ familiæ præpositos, Ammianus Marcellinus [9] auctor est, quam Seneca [illegible] tribuit, quo loco; *Ille pusilli animi est, (ait) qui sibi placet, quod ostiario libere respondit, & virgam ejus fregit, quod ad dominum accessit & petiit lorum*: sicuti eum qui in aula posteriorum imperii Romani principum curæ pa-

---

1 Pag. 25. eorundem fragmentorum.

2 Lib. III. *Mathes.* cap. XV. Ubi: *faciet quoque nobili potestate pro climatis genituræ mensura gymnasiarchas provinciarum sacerdotes*, &c.

3 Lib. 1 *Cod. Theod. de spectac. l. ult. de expensis lud. eod. C. l.* 146. & 176. *C. Theod. de decurion. l. ult. C. Theo. de tyron.* Ex quibus & August. *epist.* V. in fin. videto Juretum in *Notis ad Symmachum ep.* LXII. *lib.* IV. Cujacium ex *Basilicis ad l.* 8. *C. de muner. patrim. lib.* X.

4 *L.* 6. *Si duas*. alias est *l. sed reprobari. §. Est autem. D. de excusat. tutor.* ubi Cujacius in *Com. ad eum titul.* ex Hesychio, Philone *in Flaccum*, & Ulpiano *in orat. Demosthen. contra Leptin.* gymnasiarchas præesse exercitio palæstræ cum sumptu aliquo docuit. Videto illum ipsum in *Comment. ad Nov. Justinia.* LIII. *de exhibit. reorum*.

5 Cap. VI. lib. XII. Ἰουδαϊκ. Ἀρχαι. ubi, ὁ μὲν οὖν Ἰησοῦς Ἰάσονα ἑαυτὸν μετωνόμασε· ὁ δὲ Ονίας ἐκλήθη Μενέλαος.

6 Lib. I. cap. I. Hac de re agens Josephus *d. c.* VI. sic scribit ut Oniæ sive Menelao præcipuam vetusti moris, & patriarum legum, immutationem atque ad Antiochum defectionem tribuat his verbis: quibus illustrantur cætera in contextu apposita, sic fere: Ὅτε Μενέλαος καὶ οἱ Τωβίου παῖδες πρὸς Ἀντίοχον ἀνεχώρησαν, δηλοῦντες αὐτῷ, ὅτι βούλονται τοὺς πατρίους νόμους καταλιπόντες, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς πολιτείαν [illegible] ἕπεσθαι τοῖς βασιλικοῖς, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν πολιτείαν ἔχειν. παρεκάλεσαν οὖν αὐτὸν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς οἰκοδομῆσαι γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις. συγχωρήσαντος δὲ καὶ [illegible] περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν [illegible] τὰ περὶ [illegible] Ἕλληνες, τὰ δ' ἄλλα πάντα [illegible] πατρίων παρ[illegible] ἄλλων [illegible] ἔργα. qua de historia scripsi lib. III. hujus *Agonist.* cap. XI. XXVII. & XXVIII.

7 Immo idem hujus in xysto, quod illius in gymnasio, quod suadet illa superius memorata decreti athletici tabula: & Suidas qui ξυσταρχεῖν, γυμνασίου ἄρχειν interpretatur: quamquam Xystarchum secundum a gymnasiarcha locum obtinuisse, diversosque ab iis fuisse agonistarcham atque gymnasten (quod ipse in dubium revoco) sed & ex Arist. lib. *Polit.* IV. & VIII. itemque Galen. contra Platon. pædotribam eruditissimus Medicus Mercurialis existimat cap. XII. lib. I. *Art. Gymnast.* Vide quæ scribo infra *lib.* proximo.

8 Batonis nomen, gladiator quidam insignis habuit Antonini Caracallæ temporibus: & in *hujus Vita* apud Dionis abbreviatorem Xiphilinum videre est, fol. 329.

9 Lib. XIV. *Hist.* Ubi: *Ita præpositis urbanæ familiæ suspensæ [illegible] sollicite, quos insignes faciunt virgæ dextris aptatæ*, &c.

10 Lib. II. *de Tranquill. animi* c. XIV. ubi *Lorum* pro *Torum* reposuit Lipsius *epist.* XIII. *lib.* XIV.

latii honore ac munere fungebatur aurea virga decoratum incessisse Cassiodorus [1] tradidit: ut interim de virga lictoris prætori apparentis (quæ vindicta vocabatur) taceam: de qua tertio illo *Regulis Juris* apposito a nobis syntagmate cum abunde dictum fuerit, hoc unum ut admoneam super est, B. Hilarium [2] ipsius lictoris virgarum (quæ forsitam adjungi fascibus intra urbem, ut secures extra solitæ) mentionem facere his verbis: *Nunquid Paulo jus prætorum erat ut virgis comminaretur & cum officio lictoris ad ecclesiam Christi adesset?*

CAP. XXII.

De designatoribus, brabeutis, & agonothetis, eorumque inter se similitudine vel differentia disputatum: βραβεῖς qui apud Sophoclem: & quid εἰσεκήρυξαν & ἦξαν· τὸ Ἐφέστηκεν apud Dionysium, & ἐφεστᾶσι apud Pollucem expensum. Κηδέμονες & item Epistatæ. Rhabdodi. Rhapsodorum virga. Scenicorum & histrionum baculus. Baculi nomine apud Suetonium regium potius sceptrum significari, adversus nuperum Scholiastem.

CIRCA dissignatores sive designatores (de quibus alii [3] plurima erudite) observatione dignum reor; cum eosdem Ulpianus [4] noster designatores Romanos quos Græca βραβευτὰς dixerit, eosque Budæus non judices præsides & agonothetas, sed mastigonomos, sive mastigophoros exposuerit; apud Clementem quidem Alex. *Protrept.* f. 35. separari, atque distingui τοὺς ἀγωνοθέτας sive ἀγωνοθετοῦντας ἀπὸ τῶν βραβευτῶν, tanquam illis inferiores isti fuerint, quemadmodum de mastigophoris dixi antea: quales lictores qui designatoribus funebrium ludorum funerumque ipsorum arbitris apparerent (in scena scilicet) quorum Horatius [5] & Plautus [6] mentionem faciunt præter Senecam qui Libitinarios ipsis alicubi [7] adjunxit: quanquam brabeutas humi assedisse in stadio ex Suetonii loco *Nerone* cap. XXIII. intelligitur, cum Hellanodicas atque athlothetas præsedisse, ita ut locum quendam stadii honestiorem occuparent, sit verisimile. Cæterum a Clemente illo tamen ita distinguuntur, ut non multum, aut dignitate, aut muneris ratione alios ab aliis discrepare, secundum ipsius profecto sententiam possis asserere. Clementis enim ista sunt quæ adscribam: Ἀποδυσάμενοι δ᾽ οὖν περιφανῶς ἐν τῷ τῆς ἀληθείας σταδίῳ γνησίως ἀγωνιζόμεθα, βραβεύοντες μὲν τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ δεσπότου τῶν ὅλων. οὐ γὰρ σμικρὸν ὑμῖν τὸ ἆθλον ἀθανασία πρόκειται. Recte ac vere Clemens & ex ipso Sybillino (ut videtur oraculo, ex quo hic quidem istud,

Ἁγνὸς γὰρ Χειστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει.

Cætera inferius expromam tractatu tertio, ubi de athletarum probatione differetur. Nam ipse quoque Pollux, posteaquam verba de agonothetis, & athlothetis fecit, aliquanto post de brabeutis, tanquam de agonum judicibus Hellanodicis (puta) vel de Amphictyonibus ita loquitur, ut in gymnicis idem brabeutarum, quod in Musicis Critarum, sive judicum officium, & munus fuerit, ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς (ait) κριταὶ καθῆνται. τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταί. Ubi non alios esse βραβευτὰς arbitror ab his quos apud Sophoclem sub pædagogi persona βραβεῖς nuncupatos memini, quo loco [8]:

> —— ὅσων γὰρ εἰσεκήρυξαν βραβεῖς
> Δρόμων διαύλων πενταέθλ᾽ ἃ νομίζεται, &c.

Quod enim hoc nomine præcones designatos existimet cum Suida [9], & aliis, quispiam verbo isto εἰσεκήρυξαν moveri neutiquam debet: quod (mea quidem opinione) non activam hoc loco, sed transitivam (sicuti apud Diodorum Siculum [10] atque Arrianum [11] aliquot locis deprehenditur, & uno insuper apud B. Paulum de quo inferius [12] dicendi se fortasse offeret occasio) vim habet, qualia in conjugatione *Hiphil* apud Hebræos omnia, sed & apud Græcos, Latinosque non semel usurpari verba comperi: quemadmodum *Semestrium* II. lib. capite XXIII. ac tertii quoque *Semestrium* sermone XXIV. sub fin. admonuisse me recordor. Itaque paulo post, ubi de curuli certamine apud eundem Sophoclem fol. 113. agitur, in quo pædagogus obtritum Orestem narrat, eos qui mittendi quadrigis sortito, & urna mota suo constitutis ut obtigerat loco atque ordine signum per tubicinem, ut missa mappa Romæ postea fieri solitum [13] darent (quod utique munus agonothetarum sive athlothetarum præsidumque sive curatorum fuit) βραβεῖς nuncupator reperias, sic fere;

> Στάντες δ᾽ ὅτ᾽ αὐτοὺς οἱ τεταγμένοι βραβεῖς
> Κλήροις ἔπηλαν καὶ κατέστησαν δίφρους
> Χαλκῆς ὑπαὶ σάλπιγγος ἦξαν ——

Ubi similiter hoc verbum ἦξαν, ut illud alterum εἰσεκήρυξαν, transitive tanquam fecissent quod facere jusserant accipiendum esse (si quid tamen judicii mei est in critica ista provincia) sciens, prudens pronuncio. Eustathius autem, eo loco quem superius περὶ αἰσυμνητῶν agens attuli ex ipsius commentario

---

1 Lib. VI. *Variar.* quod & ipse notavi lib. I. *Semest.* init. cap. III.

2 *Enarrat. in Psal.* II. ad illa, *Reges eos in virga ferrea* explicans illud B. Pauli *ad Corinth. Quid vultis in virga veniam ad vos.*

3 Budæus *ad l.* 4. *de iis qui not. infa.* Lips. l. II. *Antiq. Lect.* cap. IX. & *Amphith.* cap. XV.

4 Dicta *l.* 4.

5 *Ad Mecœnatem, epist.* VII. *lib.* I. sub initium: ubi:

> *Designatorem decorat lictoribus atris.*

6 In *Pœnuli prologo*:

> *Neu designator præter os obambulet,*
> *Neu sessum ducat histrio cum in scena siet.*

7 Lib. VI. *de Benef.* cap. XXXVIII. *Non putas eadem habere* (de captoribus agit) *quæ designatores & libitinarios vota.*

8 *Electra*, fol. 112. ubi de Delphicis cursoribus in agone gymnico.

9 In βραβεῖς: ubi, ἐν τοῖς ἀγῶσι κήρυκες inquit: & Sophoclem citat fabulæ prætermisso nomine.

10 Lib. XVI. *Biblioth.* f. 620. τῶν Ὀλυμπίων ὄντων ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας πάντας εἰς τὰς πατρίδας κατιέναι, πλὴν τῶν ἱεροσύλων καὶ φυγάδων.

11 *Lib.* IV. de Alexandro, ἔνθα δὴ ἐκήρυξεν Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πρώτῳ ἀναβάντι δώδεκα τάλαντα εἶναι τὸ γέρας, δευτέρῳ δ᾽ ἐπὶ τούτῳ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτῳ τὰ ἐφεξῆς.

12 Circa princip. *cap.* XIV. *lib.* III.

13 Vide quæ scripsi in tractatu II. *ad l.* II. *de Orig. Jur.* e nostris *Semestr.* olim desumpto: quem Commentario *Regul. Juris* adjunxi.

ad Homer. Odyss. θ. fol. 1594. eosdem videtur brabeutas, cum agonothetis, sive athlothetis facere. Brabeutis insuper Dionysius tribuendorum præmiorum, immo de victoria ipsorum antagonistarum judicandi facultatem assignat ἐν προτρεπτ. ἀθλ. fol. 41. edit. Francofurt. disceptans ex professo de athletis, gymnicisque agonibus: Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ἀγωνίας τῶν σωμάτων (ait) καὶ φανερὰ ἡ νίκη καὶ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἥπερ ἐναργεστάτη τῆς αἰσθήσεως, ἔτι δὲ οἱ βραβευταὶ ἐφεστήκεσαν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κρείττων τῆς παρὰ τῶν ἄλλων φθόνου. ubi animadverte τὸ ἐφεστήκεν, sicuti etiam notandum τὸ ἐφεστᾶσι apud Pollucem illo quem ostendi loco, tanquam epistatas, hoc est, præfectos esse hoc sentiat qui agonothetas, & athlothetas antea ἐπόπτας, προστάτας, ἐπισκόπους appellarat, quos ipsos τῶν κηδεμόνων appellatione ab Homero designatos τοὺς ἁπλῶς ἐπιμελητὰς, quemadmodum Eustathius explicat equidem sentio: ubi sic loquentem Epeum pugilatu decertaturum inducit, *Iliad.* ψ. fol. 1323. Aldini libri:

Ἀντικρὺ χρόα τε ῥήξω, σύν τ' ὀστέ' ἀράξω.
Κηδεμόνες δέ οἱ ἐνθάδ' ἀολλέες αὖθι μενόντων.

Quanquam non nego quin referri potissimum id nominis debeat ad illud, quod subjicitur statim,

Οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα:

quod ipsum designatoribus, ac mastigophoris injunctum oneris, ab athlothetis, atque curatoribus ludorum postea fuisse reperio, ut eorum interventu, atque opera scilicet ipsi agonothetæ, ac Epistatæ sive curatores ludorum, & agonum gymnicorum, si quid a pueris, aut juvenibus athletis adversus leges agonisticas, decorumve, atque ordinem admissum hoc adhibitis designatoribus, atque mastigophoris, hoc est, *virgatoribus* (ut Plautino verbo utar) ipsi vindicarent. Quamobrem Xenophon in *Lacedæmonum politeia*, fol. 398. lib. a Stephan. excusi: Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τύραννοι (ait) καὶ οἱ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπιστάται ἤν τινα αἰσθάνωνται παρανομοῦντά τι, εὐθὺς παραχρῆμα κολάζουσιν. Scilicet virgas, ut isti & vero Ceryceium illud virgam illam Mercurialem athlothetarum designatores, sive mastigophori servaverint, ut & illis coram prætulerint. Nec dubito equidem quin judices quoque isti brabeutarum more, aut exemplo virgam gestaverint, cum recitatores quoque versuum lauream virgam tenuisse manu sit proditum, quamobrem ῥαψῳδοὶ, sed & ῥαβδῳδοὶ dicerentur, si Eustathio ipsi ulla fides apud nos est, qui ipso init. *Iliad.* Hom. Ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἡ ῥαψῳδία εἴρηται, quasi ῥαβδῳδία τις οὖσα (inquit) φασὶ καὶ τοῦτο οἱ παλαιοὶ, &c. δαφνίνη δὲ ἦν ἡ ῥάβδος ἣν κατέχοντες ἐποιοῦντο τὰς τοιαύτας ᾠδὰς, &c. quæ sequuntur: διὰ δὲ τὴν αὐτὴν ῥαψῳδοὺς καὶ στιχῳδούς. στίχοι γάρ φασιν ὑπό τινων αἱ ῥάβδοι ἐλέγοντο. Ad quam rhapsodorum virgam istud Pindari de Homero Ajacis laudatore haud dubie pertinet, *Isth.* od. IV. stroph. III.

Ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμα—
κε δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
Πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν,
Κατὰ ῥάβδον ἔφρασε
Θεσπεσίων ἐπέων, λοιποῖς ἀθύρειν.

etsi de ordine versuum exponi posse non inficior.

De histrionum quidem, ac scenicorum auctorum baculo Plutarchus ita loquitur περὶ παιδ. ἀγωγ. sub init. ut incurvum ipsum litui forsitan in modum fuisse significet, τὰς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκειτῶν βακτηρίας ἀπὸ θυμέλην ἀμήχανον. Sunt etiam qui de ipso Suetonii locum illum in *Nerone* cap. XXIV. explicandum putent [1], in quo sic scriptum memini: *Atque etiam in Tragico actu cum acceptum baculum resumpsisset pavidum, & metuens ne ob delictum certamine summoveretur, non aliter confirmatus est, quam adjurante hypocrita, non animadversum*, &c. Sed vereor ut de sceptro potius Regio, quod personam regis agens Nero in Tragœdia sustineret manu, baculi nomen intelligi debeat: quando apud Philostratum hac de re ipsa loquutum (ut arbitror) ita omnino scriptum est lib. v. *de Apollon.* sub init. ubi de Nerone; Καὶ τὰ μὲν Κρέοντος καὶ Οἰδίποδος οὕτως ἐξακριβοῦν ὡς δεδιέναι μήποι λάθοι ἁμαρτὼν θύρας, ἢ στολῆς, ἢ σκήπτρου· ἑαυτοῦ δὲ καὶ Ῥωμαίων οὕτως ἐκπίπτειν,

CAP. XXIV.

Ultimo loco victor auferebat præmia. Ὕστατον λαχεῖν. *Meliore conditione fuisse athletas eos videri qui postremo contenderent loco. Seneca explicatus. Athletarum sortitio trinaque commissio. Pausanias illustratus* ἰσόπαλοι. *Unde origo isti vocabulo.* Ἔφεδρος *apud Plutarchum duobus locis. Eum pro felice habitum. Bis aut tertio post primam sortitionem vincere. Vetustæ Inscriptiones Græcæ expositæ. Sophoclis Scholiastes de Ephedro.*

CIRCA gymnicos autem agonas animadvertendus ille mos, quem a Juliano Imperatore in Saturnalitio [2] relatum video: ut qui postremo loco decertasset ac vicisset, ille tum præmia proposita consequeretur: & vero (quod in publicis pilæ ludis, ubi de præmio certatur, quod magister ludi exhibet apud nostros Tolosates usurpari audio) illis quoque, qui ab antagonista suo devicti antea fuissent superior, atque præstantior haberetur: Μετὰ δὲ τοῦτο (ait) ὁ Ζεὺς ἤρετο τοὺς θεοὺς, πότερον χρὴ πάντας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καλεῖν, ἢ (καθάπερ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γίνεται) ὁ τὰς πολλὰς ἀνελόμενος νίκας κρατήσας ἑνὰς περιγενόμενος, οὐδὲν ἔλαττον δοκεῖ κἀκείνων γεγονέναι κρείττων, οἳ προσεπάλαισαν οὐδαμῶς αὐτῷ τοῦ κρατηθέντος δὲ ἥττους ἐγένοντο. Unde apparet in hujusmodi ludis τὸ ὕστατον λαχεῖν, non fuisse δυσκλήρημα, quale in equestribus animadvertit Eustathius: sed qui postremo contenderent loco, eos meliore fuisse conditione, ob id quod ante dixi, & quoniam, si cui ex inæquali athletarum numero postrema (quæ impar erat scilicet) litera obtigisset, is integer, ac recens cum victore altero jam defatigato & exhaustis pene ob anterius certamen viribus fatiscente decertaret, ac tantum non ἀκονιτὶ certe ἀπονητὶ, (ut postea infra *lib.* III. *cap.* XXI. & XXII. docebimus) atque adeo facile superaret adversarium. Cujus atque aliorum itidem habita ratione ipse haud dubie meliore fortuna usus dici poterat. Siquidem urna, & sortitione, sicuti in Circensibus, hoc est, equestribus ludis quadrigæ cum agitatoribus) quemadmodum ex Tertull. in lib. *de Spectacul.* & Sidonii locis ab eruditissimo Jureto animadversum reperio, quibus & alios possis, quos Homeri-

1 Lævin. Torrent. in *Comment. ad Sueton.*
2 In sermone *de Cæsarib.* fol. 9.

merica [1], Pausaniana [2], Eustathiana [3] lectio subministrat, adjungere) sic in gymnicis quoque agonibus pugiles, cæterique athletæ inter se committebantur. Quamobrem quo magis Arrachionis (de quo ante dixi) pancratiastæ, ac trisolympionicæ ultima, ob quam decertans obiit, athletica victoria commendaretur, a Pausania historiam istam enarrante adjectum est, ipsum adversus eum qui ex antagonistis fuerat relictus, utpote a sorte sepositus, atque in ultimum locum rejectus, ac proinde firmus scilicet, integrisque viribus prodibat, decertasse. Sic enim Pausanias de Arrachione *Arcadicis* fol. 214. Aldini libri: *Ως γὰρ δὴ πρὸς τὸν καταλειπόμενον ἔτι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἐμάχετο ὑπὲρ τοῦ κοτίνου, ὁ μὲν προέλαβεν, ὅστις δὴ ὁ ἀνταγωνιζόμενος, καὶ τοῖς ποσὶ τὸν Ἀρράχίωνα εἶχεν ἐζωκώς*, &c. Atque hoc quidem simul cum præcedentibus ita se habere istis Veterum testimoniis, quæ proferam, dudum persuadere mihi sum passus. Seneca *declam.* III. *lib.* V. de duobus fratribus pancratiastis: *Tertius* (ait) *sine forte pugnasti, & utrumque vicisti*. Recte vero tertius, qui & ultimus. Nam qui reliquus erat ex omnibus, is ideo sine forte pugnare dicebatur, quia loci potius ultimi, atque imparis numeri necessitate adigi (ad quam tamen eum sors præcedentium ex urna cum detraheretur conjecerat) quam alea quapiam, fortunæve judicio ad decertandum elici hac ratione videretur. Plinius *lib.* VIII. *epistol.* XIV. *ad Aristonem: Scilicet ut in spectaculis quibusdam sors aliquem seponit ac servat, qui cum victore contendat, sic in Senatu sunt aliqua prima, sunt secunda certamina, & ex duabus sententiis, eam quæ superior exierit tertia expectat*. Pausanias sub init. lib. *Eliac.* II. de statuis & iconibus Olympiacis agens: *Οὐ κατάλογός ἐστιν ἀθλητῶν, ὁπόσοις γεγόνασιν Ολυμπιακαὶ νῖκαι*, &c. *οὐδὲ ὁπόσων ἑστήκασιν ἀνδριάντες, οὐδὲ τούτοις πᾶσιν ἐπέξειμι, ἐπιστάμενος ὅσοι τῷ παραλόγῳ τοῦ κλήρου, καὶ οὐχ ὑπ᾽ ἰσχύος ἀνείλοντο ἤδη τὸν κότινον*. Et sane bini athletæ, quibus eadem litera sortito obtigisset, singulis vicibus diversi e quatuor (puta) committebantur simul, ex quibus duo victores, tertia vice compositi, ad certamen antiquitus, quo qui superasset, is demum, ut reliquis omnibus præstantior iterum coronabatur, qui semel quidem (sive secunda sive prima vice sors ipsius exierat) ipse sortito depugnasset: hac vero, id est, tertia vice, ita uti dixi sine sorte, ac ex ista nihilominus altera victoria, coronam itidem alteram auferret. Quod equidem ex Pausania d. II. lib. *Eliac.* fol. 149. tunc primum addidici, cum in hunc locum inciderem, quem hoc mereri, ut omnium oculis a me subjiciatur judico. In eo igitur ita est: *Πολίτης μὲν δὴ ἐπὶ τῆς δευτέρας* (secundam diem e quinque per quas celebrata Olympia intellige, qua cursu contendit Polites iste stadiodromus, diaulodromus, dolichodromus apud Olympiam, ut præcedentia ostendunt) *καὶ τέσσαρας, ὡς ἕκαστοι συνταχθῶσιν ὑπὸ τοῦ κλήρου, καὶ οὐκ ἀθρόους ἀφίασιν ἐς τὸν δρόμον. οἱ δ᾽ ἐν ἑκάστῃ τάξει κρατήσαντες, ὑπὲρ αὐτῶν αὖθις θέουσι τῶν ἄθλων, καὶ οὕτω σταδίου δύο ὁ στεφανούμενος ἀναιρήσεται νίκας*. Aul. Gellius, sive is est (ut quidam e recentioribus Criticis volunt) Agellius, cap. IX. lib. V. *Noct. Attic.* Sed & quispiam Samius athleta, nomen illi fuit *Αἴγλης*, cum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam cum in sacro certamine sortitio inter ipsos & adversarios non bona fide fieret, & sortem nominis falsam subjici animadvertisset, repente in eum qui id faciebat sese videre quid faceret, magnum inclamavit.

Luctatores igitur antagonistas, ut *ἰσοπάλους*, ita etiam *συγκεκληρωμένους*, & *συλλαχόντας* quasi dixeris *consortes* a Græcis nuncupatos Julius Pollux *Onomast.* lib. III. cap. XXX. verso, *περὶ παλαιστῶν* retulit: deducto *ἰσοπάλων* sicuti & *ἀντιπάλων* vocabulo, non *ἀπὸ τῆς πάλης* quod *luctam*, sed *ἀπὸ τοῦ πάλου* quod *κλῆρον sortem* significat, non tantum apud Herodotum & Apollonium (quod Lexicographi [4] notant) sed & apud Æschylum *Eumenidibus*: unde utrumque conjunxit apud Eustathium [5] Sophocles ἐν τῷ, *οἱ τεταγμένοι βραβεῖς κλήροις ἔπηλαν*: sicut Homerus ipse, ubi Menelai & Alexandri duello præstitutum locum ab Hectore ac Ulysse, sortesque ab ipsis ductas ait ex ærea casside, uter eorum prior hastam in alterum emitteret;

--- *αὐτὰρ ἔπειτα*
Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρει πάλλον ἑλόντες
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

quo loco Eustathius, *ἰστέον δὲ ὅτι ὁ μὲν κλῆρος καὶ πάλος λέγεται κατὰ πολυωνυμίαν*. Denique adjicit, *ἐκ δὲ τοῦ πάλου ἐρρέθη ὁ ἀντίπαλος, ὃς οὐ μόνον δηλοῖ τὸν ἐξ ἐναντίας πάλου ἐρίζοντα, ἀλλά ποτε καὶ τὸν σαφῶς οὕτω λεγόμενον ἰσοπαλῆ*. Propterea Plutarchus [6] apud Olympiam eligendi antagonistæ, hoc est, adversarii, quem *ἀντίπαλον* vocat, non dari facultatem scribit: quippe quem sortitio electioni adversa potius assignet, a qua id *ἀντιπάλου* nomen deductum sit: ad quod enim etymon allusisse præstantissimum philosophum minime dubito, cujus hæc verba sunt: *Ἐν Ολυμπίᾳ μὲν γὰρ οὐκ ἔστι νικᾶν ἐκλεγόμενον ἀντιπάλους, ἐν τῷ βίῳ δὲ τὰ πράγματα δίδωσι πε[?]όντα πολλῶν μέγα φρονεῖν, καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους*. Propterea Lucianus [7] quoque ita Lucinum de Hellanodicis alicubi loquentem inducit, *οἶδα οὖν καὶ τοῦτο πῶς κληροῦσιν ὅν τινα ᾧ τινι χρὴ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν*. Deinde Hermotimus totam sortitionis inter athletas rationem aperit multis verbis, quorum hæc partem faciunt quæ adferam, reliqua inde petendi cuilibet facultas esto: *Κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται* (ait) *ἱερὰ τοῦ θεοῦ, ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροί, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος ἐπιγεγραμμένοι*, [8] *ἐγγράφεται δὲ*

---

1 *Iliad.* ψ. ubi: *Αν δ᾽ ἔβαν ἐς δίφρους, ἐν δὲ κλήρους ἐβάλοντο· πάλλ᾽ Ἀχιλεύς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο*. &c.

2 *Eliacon* II. fol. 156. Ald. libri: ubi: *Ἐν τοῖς ἑκατέροις πλευραῖς τῆς τῶν ἵππων ἀφέσεως ᾠκοδόμηται ταῦτα τὰ κληρωτὰ* (inquit, quod notandum) *οἰκήματα ἃ διαλαγχάνουσιν οἱ ἐσιόντες ἐς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων*.

3 *Ad illum Hom. locum* fol. 1305.

4 Præter quos observatu dignum hoc quoque istis Apollonii e secundo *Argonauticon* verbis subindicari, cæstus ipsos in pugilatu subditos sortitioni qua de agimus,

Τόνδε τοι ὅν κ᾽ ἐθέλῃσθα πάλου ἄτερ ἐγγυαλίξω
Αὐτὸς ἑκών, ἵνα μή μοι ἀτέμβηαι μετόπισθεν.

5 *Ad Iliad. Hom.* γ. fol. 418. Sophoclæos ex *Electra* versus proposui paulo ante.

6 Περὶ εὐθυμίας, fol. 836. lib. excusi a Stephano.

7 *Hermotimo*, ἢ περὶ αἱρέσεων, fol. 484. Volum. I. Adde sis, locum e Sophoclis *Electra* citatum ab Hadriano Jun. lib. II. *Animadv.* cap. V.

8 Huc pertinet quod Eustathius in sup. *d. loco*, fol. 418. ait, *κλῆρον* esse *σημεῖον ὅ, τις ἐμβαλεῖ τῷ ἀγγείῳ τοῦ λαχμοῦ ψηφὶς τυχὸν ἢ δακτύλιος ἢ βῶλος ἀρούρης κατὰ Σοφοκλέα ἤτι τοιοῦτο· τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ πάλος λέγεται*, &c.

ἐς δύο μὲν ἄλφα, ἐν ἑκατέρῳ, ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα, ἐς ἄλλας δύο τὸ γάμμα. Postea subjicit non ad quaternarium usque, aut quinarium numerum eductas e cistellæ sortes, sed ulterius etiam pro athletarum binorum numero similes duas in singula paria literas sub obtutu mastigophori, qui quam ii tenerent manu literam ipse legeret; tum deinde de Alytarcha ludorum curatore, vel ex Hellanodicis unus sortibus quæ invocato Jove cuique obtigissent inspectis, athletas, qui eandem literam haberent, binos simul componeret, quod si essent impares numero agonistæ, quinque (puta) septem, aut novem, qui ex iis literam illam abstulisset, quæ B parem non haberet, is Ephedrus ultimi paris athletarum congressu expectato cum victore confligeret. Ἢν δὲ περιττοὶ, (ait Lucianus) πέντε ἑπτὰ ἐννέα γράμματι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχων· ὃ δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ ἐφεδρεύει περιμένων ἕως ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι, &c. quæ sequuntur.

Unde nimirum explicandi duo apud Plutarchum loci. Unus [1] de obitu Crassi, quem ait fuisse Ephedrum certaminis, inter Pompejum & Cæsarem instituti, eoque sublato magnum itidem belli C civilis impedimentum, inter hos & ipsum, metuentes, ac propterea in officio se continentes, amotum fuisse, ut jam tum hoc Comicum pronunciare licuerit,

Ut alter ungit scilicet se in alterum,
Fricatque palmas pulvere.

Sic recte Latinis verbis Cruserius Græca reddidit, quæ quoniam athleticam rem spectant, tanto lubentius proferam hoc loco: Δεδιότες γὰρ ἐκεῖνον ἀμφότεροι, τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἁμωσγέπως ἐνέμενον δικαίοις. ἐπεὶ δὲ ἀνεῖλεν ἡ τύχη τὸν ἔφεδρον τοῦ ἀγῶνος, D εὐθὺς ἦν εἰπεῖν τὸ κωμικὸν,

Ὡς ἅτερος πρὸς τὸν ἕτερον ὑπαλείφεται,
Τὼ χεῖρέ τε ὑποκονίεται.

ὅπως ἡ τύχη μικρόν ἐστι πρὸς τὴν φύσιν. Alter est locus [2] de Telesino Samnite, qui post deletos a Sylla Marianos ad Signium, & fugato Præneste usque Mario, Carbonem adversarium partium ducem relicto exercitu navigare in Africam ex Italia coegit. De qua re sic Plutarchus ut agonem ultimum a Telesino velut Ephedro athleta composito cum E defesso ex pugna consummatum dicat: Τὸν μέντοι τελευταῖον ἀγῶνα, καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητὴς καταπόνῳ προσενεχθεὶς ὁ Σαυνίτης Τελεσῖνος ἐγγὺς ἦλθεν τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ θύραις τῆς Ῥώμης. Ubi quod verbum καταβαλεῖν luctatorum peculiare, ut monui supra, usurpat in metaphora perstans, eleganter facit, mihique admodum placet. Felicitatis cujusdam fuit in ista commissione athletarum Ephedrum esse, utputa imparem scilicet a sorte relictum. Virtutis autem, ex qua laus major ipsum Ephedrum superare utputa de quo integro is, qui F jam adversus alium decertando attritus alioquin esse potuit, victoriam nihilominus reportaret. Hoc fuit, ut arbitror, quod dicebant Veteres, post primam sortem, sive sortitionem, bis iterum, aut secundo antagonistas vincere, ut in vetusta illa Inscriptione quæ Romæ in marmore quopiam penes Cardinalem Farnesium [3] extante scriptum legitur de Marco Aurelio Asclepiade, qui & Hermodorus

A pancratiasta & periodonica. Capitolinis quoque agonibus Romæ victore inter cætera: Καπιτώλια ἐν Ῥώμῃ δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς, Εὐσέβεια ἐν Ποτιόλοις δὶς τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς στεφανωθείς. ἐν Νεαπόλι τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς, &c quæ ad finem *libri* III. exhibere constitui. Nam quod hic de iterata, post secundam sortem, sive sortitionem, victoria proponitur, quantum conjectura divinare possum, ad illos agonas referri debet, in quibus plures numero, utputa sex, septem, novem contenderent, sicuti modo Luciani verbis usurpatum ostendimus: & simili- B ter, quod de superatis tertio post primam sortem adversariis comprehensum altera Inscriptione a latere superioris legimus, in hæc omnino verba: Τὸ τρίτον (sic ibi) κατὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστὰς Ἔφεσον, τοὺς Ἀδριάνια, Ὀλύμπια, &c. quæ *libro* III. ubi de variis agonum vetustorum locis agetur, exhibebo. Ephedrum autem dictum in agonibus tertium duorum inter se colluctantium inspectorem, expectatorem, assessoremve, qui cum alterutro eorum decertandum haberet, ab ipso Sophoclis Scholiaste traditur in *Ajace Mastigophoro*, fol. 37. lib. a Steph. excusi: Ἔφεδρος δέ ἐστιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς C ἀγῶσιν· ἀλλ' ὅταν δύο τινὲς παλαίωσι παλαίσειν τῷ νικήσαντι παρεσκευασμένος. Quamobrem ista Sophoclis,

Καί μοι δυσθεράπευτος Αἴας
Ξυνέστιν Ἔφεδρος ——

ipse ut metaphoricos dicta interpretatur sic fere: Ἐνθα οὖν φησὶν ὅτι ἔσχατος καὶ ὡς Ἔφεδρος ἐλείφθη μοι ὁ Αἴας εἰς κακόν. Et paulo ante: Οἷον πρὸ τοῖς πρώτοις κακοῖς ὥσπερ δεύτερόν ἐστι μοι κακὸν τὸ τοῦ Αἴαντος συνεστηκός. τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ Ἔφεδρος, &c. quæ mo- D do apposui. Quæ item omnia sic accipienda interim, ut non tertius modo, sed quintus quoque, ac septimus Ἔφεδρος nihilominus appellatus fuerit, sicuti superius admonui. Spartanos quoque juvenes, qui ad condictum locum pontibus ingressi decertabant, non aliter nisi sortitione prius in Ephebæo habita commissos Pausanias monet *Lacon.* fol. 75. Ald. lib. quo loco: Τόσα δὲ μὲν δρῶσιν ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ. ἐς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ὀλίγον πρὸ μεσούσης ἡμέρας ἐσίασι κατὰ τὰς γεφύρας εἰς τὸ εἰρημένον χωρίον· τὴν μὲν δὴ ἔσοδον καθ' ἣν ἐσελθεῖν δεῦρό ἐστιν ἑκατέραν τάξιν, προεδήλωσε κλῆρος σφίσιν ἐν τῇ νυκτί.

E

CAP. XXV.

Sortitio in navalibus & equestribus, sive curulibus ludis, ut & in arcus certamine. Item in Musicis agonibus, qui commissi apud Lalichmium in Elide, & aliis locis. De Musicis multa in Notis. Qui in ipsis primum coronam meruerint. Olympiæ soli equestres & gymnici editi, quos Musici apud Pythonem sive Delphos præcederent. Philostrati enarratus & expositus locus. Herculesne an Oenomaus curulis apud Olympiam ago- F *nis auctor. Interpolator prisci Scoliastis apud Horatium nuper publicatus carpitur. Apollinis citharœdi signum apud Delphos. Ei ac Musis dicati apud Alexandriam ludi.*

QUO gymnicorum exemplo, in navalibus quoque ludis recepta sortitio locorum, cujus apud

1 In *Pompejo* fol. 1183. ubi recte Cruserius, Ἔφεδρον reddit his Latinis, *Athletam qui in victorem assurgere integer potuisset.*

2 In *Sylla* fol. 860.

3 Exhibet Just. Lipsius ille, cui plurimum antiquitas Romana debet, in *Auctario Inscriptionum veterum* Smetianis addito, Antuerpiæ impresso anno 1588. pag. 57. literis majusculis.

Virgilium, lib. v. *Æneid.* non longe ab initio, obiter habita mentio, ubi:

Tum loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro
Ductores longe fulgent ostroque decori.

Præterea & in arcus certamine sortitionem agonistarum factam, ista ejusdem poetæ in eodem *libro* indicant:

Convenere viri, dejectamque ærea sortem
Accepit galea, & primus clamore secundo
Hirtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis:
Quem modo navali Mnestheus certamine victus
Consequitur ——

In equestribus, aut curulibus agonibus ductas itidem fuisse sortes antiquitus, ludis quidem certe Delphicis, hoc est, Pythicis [1], apparet ex his versibus Sophoclæis, quos paulo ante, cum de brabeutis agerem, exhibui. Denique in Musicis etiam agonibus olim commissiones poetarum sortito factas non absurde quispiam ex iis Ovidii fab. v. lib. v. *Metamorph.* versibus colligat:

Tunc sine sorte prior, quæ se certare professa est
Bella canit superum ——

Et ex eo quod Plutarchus in *Symposiacis* [2] ita expressit: Ἔθυς δὲ ὄντος ἐν τοῖς μυσείοις κλήρυς περιφέρεσθαι, καὶ τὺς συλλαχόντας ἀλλήλοις προτείνειν φιλόλογα ζητήματα, φοβύμενος ὁ Ἀμμώνιος μὴ τῶν ὁμοτέχνων τινὲς ἀλλήλων συλλάχωσι προσέταξεν ἄνευ κλήρυ γεωμέτρῃ γραμματικῷ προτείναι, καὶ ῥητορικῷ μυσικόν. εἶτα ἔμπαλιν ἀναστρέφειν τὰς ανταποδόσεις. Hos musicos ludos, non apud Lalichmium modo in Elide, ubi ostentationis, vel orationis subitariæ, vel scriptionis omnigenæ sui periculum eruditiores quosque fecisse, sicut in cæteris trium agonum lustralium locis narrat Pausanias [3]: verum etiam Neapoli (Dione [4] teste) simul cum agone gymnico: sed & Patris, atque Athenis, (in quarum urbium utriusque foro celebrata cum primis apud Græciam Odea duo Pausanias *Achaicis* refert) itemque apud Trœzenen olim exhiberi solitos, idem ille *Corinthiacis* memorat: & vero *Phocicis*, pro hymno in honorem Apollinis decantato primum jam olim decretum, apud Delphos in Pythio certamine Chrysosthemidi Cretensi præmium, Philammona deinde, tum ejus filium Thamyrin, ac postea Eleutherem agone musico, sicut citharæ cantu Cephallenam Lambi filium, & tibiæ cantu Echembrotum, deinde Arcadem & ipso tibiarum sono Sacadam Argivum victores extitisse: atque ex Athenæo [5] jam ante diximus, non tibicines quidem, aut cantatores, sed hilarœdos (qui & Simœdi a Simo Magnete juxta Aristotelem aliis poetis hilarœdo elegantiore atque concinniore appellati) & aulœdos coronis donari solitos antiquitus. Et quod circa poetas philosophosque, qui publicum sui specimen darent, committendos, locum sortitioni fuisse ostendimus: hoc ipsum in citharœdorum etiam, vel aulœdorum cantibus, vel recitationibus Musicis obtinuisse, vel unus mihi Suetonius fidem facit, ubi de Nerone in *ejus Vita*, cap. XXI. *Ac sine mora nomen suum in albo profitentium jussit adscribi, sorticulaque in urnam cum cæteris demissa intravit ordine suo, simulque præfecti Prætorii citharam sustinentes*, &c. Cui possis adjicere istud quoque Aristidis [6] rhetoris testimonium, quo inter Musicos non eum, cujus sors prima exiisset, sed qui omnium optime cecinisset, olim & renunciatum a præcone tanquam victorem, & coronatum scribit: sic fere: Καὶ τραγῳδὺς μὲν, καὶ κιθαριστὰς, καὶ τὺς ἄλλυς τὺς ἐπὶ τῆς μυσικῆς μὴ ταυτὸν φέρεσθαι τῆς τε ἀξίας ὄνομα, καὶ τῆς τάξεως. ἢ κληρῦν γε ἂν ἤρκει μόνον, ἀλλ᾽ ὅστις ἂν κάλλιστ᾽ ἀγωνίσηται, τῦτον στεφανῦν, καὶ πρῶτον ἀναγορεύειν, κἂν ὕστατος εἰσελθὼν τύχῃ. In Pythico sane conventu atque celebritate, Musicas, atque poetarum commissiones præcedere gymnicos ludos, subsequi hos illico iis peractis solitos, vel ista Plutarchi [7] verba, quæ ante in rem aliam protuli, fidem indubitatam faciunt: Σωσικλέα τὸν Κορωνῦθεν Πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια. τῦ δὲ γυμνικῦ ἀγῶνος ἐγγὺς ὄντος ὁ πλεῖστος ἦν λόγος περὶ τῶν παλαιστῶν. Citharœdum Aristonum Pythiis victorem sexies fuisse, qui & in gratiam Lysandri ostenderit, si rursus vicisset, pronunciaturum Lysandri servum se esse, apud Plutarchum legimus in *Vita Lysandri*, fol. 811. Steph. libri: quo loco: Ἐπεὶ μέν τοι ὁ κιθαρῳδὸς Ἀριστόνυς ἑξάκις Πύθια νενικηκὼς ἐπηγγέλλετο τῷ Λυσάνδρῳ φιλοφρονύμενος, ἂν νικήσῃ πάλιν, Λυσάνδρυ κηρύξειν ἑαυτὸν, ἢ δῦλον εἰπεῖν.

Atque hac re potissimum (ut de coronis taceam) Olympicos distasse, cum a Pythicis, tum ab aliis agonibus reperio, quod in illis soli equestres & gymnici darentur, in his gymnicos ludos Musici præcederent: hoc autem ipsum sicut ex iis quæ antea *cap.* IV. hujus *lib.* diximus intelligitur, ita etiam Philostratus in hæc verba manifestissime docuit lib. VI. *de Vita Apollon.* fol. 36. Aldini libri.

---

1 Bene, *hoc est*, ut statim doceo hoc ipso *cap.* & *lib.* II. *cap.* XXIV. quod & ostendi superius *cap.* XVII.

2 Lib. IX. quæst. III. in princ. Vidit hunc locum Hadrianus Jun. medicus doctiss. & in hanc rem citavit lib. II. *Animadvers.* cap. V. ubi de sortiendi rationibus variis: cui adde sis alterum ex ejusdem lib. *Sympos.* quæstione I. in pr. περὶ λόγων τῶν Ἀθήνησιν ἐν τοῖς μυσείοις γενομένων.

3 Ad fin. II. *Eliac.* fol. 159. Ἐν τύτῳ τῷ γυμνασίῳ καὶ βυλευτήριόν ἐστι Ἠλείοις, καὶ ἐπιδείξεις ἐνταῦθα λόγων τε αὐτοσχεδίων καὶ συγγραμμάτων ποιῦνται παντοίων· καλεῖται δὲ Λαλίχμιον, τῦ ἀναθέντος ἐπώνυμον. Vide Suetonium de Musicis ludis in *Nerone* cap. XXIII. & in *Domit.* cap. IV. Philostrat. in IV. *de Apollon.* Athenæ. in XIV. *Deipnosophist.* fol. 462. Latinæ interpretat. anni 83. ubi de Simonide Zacynthio, qui in theatro sellæ insidens versus memoriter pronuntiabat, & ut ipse ait ἐρραψῴδει. Empedoclis expiationes Olympicis ludis Cleomenem rhapsodum memoriter reddidisse *ibidem* ex Dicæarcho traditur. Ac apud ipsam Olympiam primum Neronem agona Musicum præter consuetudinem commisisse Philostratus ait lib. V. *de Apollon.* fol. 28. pag. 2. Vetustus Horatii commentator ad illud ex od. II. lib. IV. *Carminum*,

Sive quos Elea domum reducit,

ubi de ludis Olympicis: in eodem agone (inquit) poetæ Heroum laudibus decantandis & accepto themate certabant & palma coronabantur.

4 *Lib.* LX. quem locum superius expressi.

5 Lib. XIV. *Deipnos.* fol. 264. & in Lat. Lugdun. fol. 462. & 463.

6 Sub init. *Orat.* II. περὶ ῥητορικῆς πρὸς Πλάτωνα, fol. III.

7 Quæst. IV. *Sympos. Problem.* lib. IV. in princ. Vide alios consimiles de convivio victoriali locos, qui a me adferuntur *lib.* II. ubi de præmiis hieronicarum & conviviis in Prytaneo.

A Καὶ τὴν μὲν Πυθὼ τοὺς ἐς αὐτὴν ἥκοντας αὐλῷ τε παραπέμπειν, καὶ ᾠδαῖς, καὶ ψάλσει χορδῆς, καὶ τραγῳδίας ἀξιοῦν, εἶτα τὴν γυμνὴν παρέχειν τὴν γυμνασίων. τὴν δὲ Ὀλυμπίαν τὰ μὲν τοιαῦτα ἐξελεῖν ὡς ἀνάρμοστα καὶ οὐ χρηστὰ αὐτῇ, παρέχεσθαι δὲ τοῖς ἐς αὐτὴν ἰοῦσιν ἀθλητὰς γυμνοὺς, Ἡρακλέους ταῦτα ξυνθέντος. Unde intelligendus nimirum locus alter ejusdem Philostrati ex lib. VIII. *de Apollon.* circa fin. in fol. 55. pag. 2. ubi Olympiæ occasione de publici conventus quamlibet incorporalis rei materia differitur: eam vero esse ait Apollonius (non de Olympico, sed de quolibet conventu agens, ut arbitror) περιόντες, & ἱερὰ, καὶ δρόμους, καὶ σκηνὴν δήπου (at scenam, B vel theatrum Olympiæ non fuisse superius ostendimus) ἔθνη τε ἀνθρώπων τὰ μὲν ἐκ τῶν ὁμόρων, τὰ δὲ ἐκ τῶν ὑπερορίων τε, καὶ ὑπὲρ θάλατταν, καὶ μὴν καὶ τεχνῶν πλείστων εἰκὸς αὐτὴν ξυγκεῖσθαι, καὶ σοφισμάτων σοφίας τε ἀληθινῆς, καὶ ποιητῶν, καὶ ξυμβουλίων, καὶ διαλέξεων (hæc autem omnia cum superioribus Plutarchi verbis comparanda moneo) γυμνῆς τε ἀγωνίας & μουσικῆς, ὡς Πυθοῖ πάτριον. Et quidem hic Olympicum conventum propterea non nominat, sed Pythicum modo, quoniam in Olympico utique gymnicos meros, aut equestres, sive curules exhiberi solitum ludos non Musicos, ut in Pythicis, & reliquis. Quamobrem in conspectum regis Xerxis C adducti olim perfugæ pauci, qui ab Arcadia venerant, & a Persis aliis anquisiti quidnam rerum Græci agerent: responderunt apud Herodotum [1], eos agere Olympia, & spectare certamen equestre, ac gymnicum: nulla Musici ullius agonis mentione habita: Εἷς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτῶν αὐτοὺς ταῦτα, οἱ δέ σφι ἔλεγον ὡς Ὀλύμπια ἄγουσι καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν. Denique Diodorus Siculus ab Hercule Olympicum agonem, equestrem, & gymnicum constitutum, icto inter ipsum & Argonautas fœdere, missosque legatos ad vicinas urbes, qui certaminis diem indicerent in hæc verba fer ipsit lib. IV. *Biblioth.* fol. 178. Ὑποσχόμενον D δ᾽ ἱππικὸν ἀγῶνα, καὶ γυμνικὸν πάντα περὶ τῶν ἄλλων διατάξαι, & θεωροὺς ἀποστεῖλαι τοῖς τῶν πόλεσι προαιροῦντας τὴν θέαν τῶν ἀγώνων. Facete igitur & argute apud Philostratum [2] Thespesion Gymnosophistas Æthiopas, hoc distare ab Indis Brachmanibus dicebat Apollonio, quo differrent Olympici, ubi meræ nudorum athletarum pugnæ, a Pythicis, ubi mira canentium, & recitantium suavitas afficiebat spectatorum animos: Τοῦτο ἡγοῦ παρὰ τῶν Ἰνδῶν σοφίαν τὰ ἐνταῦθα· οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐς τὴν Πυθὼ καλοῦντες ποικίλαις δημαγωγοῦσιν ἴυγξιν· ἡμεῖς δὲ ὥσπερ ἐν Ὀλυμπίᾳ γυμνοί. De curulis autem agonis E apud Olympiam seu Elidem instauratore non minus quam gymnici Hercule quod a Diodoro diximus modo in dubium vocari potest, propter illum Cassiodori ex libris *Variarum* locum lib. III. epist. LI. fol. 76. quo primam Circensium editionem Olympicam Oenomao tribuere videtur sic admodum scribens: *Primus enim hoc apud Elidem Asiæ civitatem Oenomaus fertur edidisse; quod postea Romulus in raptu Sabinarum, nec dum fundatis ædificiis, ruraliter ostentavit Italiæ. Hic fuit Oenomaus* [3] *Elidis rex, Hippodamiæ pater, qui ejus procis curule certamen ea lege posuisse fertur, ut filia victori in matrimonium cederet, victus mortem subiret. Aurigam Oenomai Myrtilum Pelopi pretio corrupit, ut axes infirmos currui subjungeret. Victoria, puella & regno simul Oenomai eo certamine collisi ac perempti potitus in mare Myrtilum projecit, sceleri que casum ita ultus est.* Sed hæc vetustiora nondum instituto aut sacrato ulli agone Olympico, quod postea factum ab Hercule in avi Pelopis honorem, superius declaravi sermone bujus *libri* sexto & decimo. Ad Pythia [4] quidem quod attinet, cum non minus tibiis quam cithara ibi cani solitum vel ex illo Philostrati loco, alios complures a me superius *cap.* IV. cum de tibiæ in agonibus sacris usu disputarem allatas in memoriam revocanti satis cuique appareat: equidem facere non possum quin rideam, ubi ad istud Horatii in *Arte*,

—— qui Pythia cantat
Tibicen didicit prius extimuitque magistrum,

video non priscum Interpretem, sed interpolatorem ipsius (ut malo credere) quempiam nuper a Cruquio in Antuerpiana Plantini officina editum, ad illud *Tibicen* τὸ *Citharœdus* apponere, tanquam carminibus in laudem Apollinis Pythii canendis citharœdos, non item aulœdos, ac tibicines adhiberi fas aut mos fuerit. Nec tamen citharam potius quam tibiam, Apollini placuisse inficior, aut in Pythicis agonibus commendatam: quando signum ipsum Apollinis apud Delphos ita effectum ut citharam teneret, ex eo Plutarchi [5] loco intelligimus, in quo de citharæ sono exaudito, e templi Delphici adyto, cum Caphis Phocensis jussu Syllæ de mittendis ad ipsum Apollinis Delphici thesauris verba cum Amphictyonibus faceret, sic fere scriptum: Ὁ δὲ Κάφις ἧκε μὲν εἰς Δελφοὺς, ὤκνει δὲ τῶν ἱερῶν θιγεῖν, &c. ἐνίων δὲ φασκόντων ἀκοῦσαι φθεγγομένης τῆς ἐν τοῖς ἀνακτόροις κιθάρας, εἴτε πιστεύσας, εἴτε τὸν Σύλλαν βουλόμενος ἐμβαλεῖν εἰς δεισιδαιμονίαν, ἀπέστειλε πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ σκώπτων ἀντέγραφε, θαυμάζειν τὸν Κάφιν, εἰ μὴ συνίησιν ὅτι χαίροντος οὐ χαλεπαίνοντος εἴη τὸ ᾄδειν, ὥστε θαρροῦντα λαμβάνειν ἐκέλευσεν, ὡς ἡδομένου τοῦ θεοῦ καὶ διδόντος. Nemeorum quidem ludicro citharœdos in theatro decertasse, in quibus Pyladem citharœdum Timothei *Persas* canentem, cum Philopœmenes supervenisset, hoc modo exorsum;

Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον.

grandiloquentia vero poetæ conguente cum recitantis canora voce, oculos ex omni theatri parte in Philopœmenem conjectos Plutarchus ille memorat in *Philopœm.* fol. 663. & *Lysandro* fol. 811. Nam quid mihi de ludis a Ptolomæo apud Alexandriam Musis & Apollini dedicatis, ubi quemadmodum athletarum, sic communium (ut est apud Vitruvium [6]) scriptorum victoribus, præmia & honores constituit, aut quid etiam de Græcanico certamine Musico, gymnicoque, ac equestri Neronis temporibus atque Domitiani Romæ dato, cujus Tacitus lib. XIV. *Annal.* & Suetonius in *Domitiano*, cap. IV. meminere, verba opus est facere.

F 1 *Urania* lib. VIII. fol. 298. lib. a Steph. excusi. Unde reliqua vide sis ad hanc historiam pertinentia *cap.* XXII. *lib.* proxime sequentis.

2 Lib. VI. *de Apoll.* fol. 36. statim post illa quæ superius apposui.

3 De Oenomao & Pelope historiam vide sis apud Strabonem *lib.* VIII. Pausaniam *Eliac.* I. fol. 157. & 164. libri Wecheliani, & *Eliacon* II. in fol. 200. ubi superatorum aliorum procorum atque peremptorum nomina percensentur.

4 De quibus & superius *cap.* XVII. actum est: & vero agetur sequenti *libro cap.* XXIV.

5 In *Sylla*, ad fin. pagin. 839. & sequent. lib. a Stepha. excusi.

6 Sub init. lib. VII. *de Architectura*, e quo scripsi *lib.* III. *cap.* XXVII.

CAP. XXVI.

Oratorum & poetarum commissiones Romæ in Capitolinis Neronis & Domitiani agonibus Musicis exemplo ac more Græco, & victores coronati. Plinius explicatus. Quæstionum inter privatos parietes expeditionis ratio, non sine sortitione, ac præmio ex Agellio. Victores equestribus, seu curulibus ludis, quorum equi pernicitate præstiterant, & ipsi coronati, sive absentes, sive etiam præsentes, qui tamen ipsi equos non agitassent. Expensus Homeri hac de re locus παραβάται. *Desultores.* Ἀποβάται, Ἀναβάται. *Fœminæ Olympionicæ ob equos præstitos, qui ludis alios pernicitate superassent: quarum prima Cynisca Archidami filia Agesilai soror, tum Euryleonida atque Belistica. Alexander nummos signari jussit suis curruum victoriis Olympiacis. Choragi ludorum Musicorum sive scenicorum sortito ducti, sed & Critæ, sive judices ludorum.*

ILLUD potius notandum ejus Domitiani temporibus Romæ ludicro Capitolino quinquennali, quod Capitolino Jovi triplex Musicum, Equestre, Gymnicum ab illo Imperatore constitutum dixi, non minus oratorum, quam poetarum exemplo moris in antiqua Græcia olim servati (de quo e Plutarcho & Pausania locos paulo ante protuli) commissiones fuisse, interque ipsos qui victor esset pronuntiatus & coronam, & cætera utique præmia esse consequutum. Hujus observationis meæ, cum gustum aliquem dare tractatus istius initio *cap.* III. supra cœperim, unum adhuc auctorem Suetonium habeo, *Domit.* cap. XIII. quo loco: *Sed & Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantes ut Palfurium Suram restitueret, pulsum olim Senatu, ac tum de oratoribus coronatum nullo responso dignatus, tacere tantummodo jussit voce præconis.* Item ubi de Neronis illo triplici certamine Græcanico, *Nero.* c. XII. *In Orchestram* (inquit) *Senatumque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit.* De ludicro isto Capitolino, quo de agimus, sensisse Junium Mauricum existimo, cum rogatus ab Imperatore Trajano de Viennensium agone, restituendum ipsis non esse, pro sententia dixit, teste Plinio, *lib.* IV. *epist.* XXII. & adjecit, *Vellem etiam Romæ tolli posse.* At quod addit Plinius eo loci, unde verba libro hujus *Agonistici* III. cap. XXVI. ad extremum proferre certum est: *Placuisse agona tolli qui mores Viennensium infecerat, ut noster hic omnium:* etsi *Nostri* nomine Romanum illud, atque Capitolinum, a Nerone vel Domitiano inductum certamen intelligit: non tamen qua gymnicum fuit, eo mores aut Romanorum, aut omnium Romanæ ditionis hominum infectos crediderim, aut qua equestre: sed potius qua Musicum, hoc est, 1 poeticum ac potissime scenicum, histrionicum quippe, aut mimicum. Ad illas vero in Musicis ludis poetarum, oratorum, historicorum commissiones, quæ interventu etiam Prætorum ludis præsidentium fierent, sed tum adhuc extra ordinem, aut ludis fortasse ipsis scenicis referendum puto, quod de Octavio Augusto Suetonius cap. LXXXIX. in *ejus Vita*: *Ingenia sui sæculi omnibus modis fovit, recitantes & benigne & patienter audivit: nec tantum carmina, & historias, sed & orationes, & dialogos. Componi tamen aliquid de se nisi & serio & a præstantissimis offendebatur: admonebatque Prætores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.* Nisi tamen hujusmodi commissiones ac recitationes, ante Domitianum certe, ante Neronem inter privatos parietes admisso interim frequenti nonnunquam auditorio factæ: quod suspicari ex alio quodam Suetonii loco 2 potius licet, præsertim ideo quia post paulo sub Adriano quoque Imperatore Athenis usurpatus, non sine illa qua de agimus sortitione intelligamus tradente quidpiam, non absimile Agellio de quæstionibus, ac disputationibus privatis in ea urbe, dum Saturnalia forte agitarentur propositis atque discussis, victori etiam constituto ab eo qui cœnam præberet præmio. Qua de re illius hæc sunt in reliquis ex cap. II. lib. XVIII. *Noct. Atticar. Conveniebamus ad eandem cœnam complusculi,* &c. *tum qui cœnulam ordine suo curabat, præmium solvendæ quæstionis ponebat, librum veteris scriptoris, vel Græcum, vel Latinum & corona e lauro plexam, totidemque res quærebat, quot homines istic eramus, cumque eas omnis exposuerat, rem, locumque dicendi sors dabat. Quæstione igitur soluta, corona & præmio donabatur: non soluta autem tramittebatur ad eum qui sortito successerat, idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat quæstionis ejus nodum, præmium ipsum & corona Deo, cujus id festum erat, dicabatur,* &c. *Hæc ubi ordine quo dixi proposita atque singulis sorte ductis disputata explanataque sunt libris, coronisque omnes donati sumus: nisi ob unam quæstionem,* & quæ sequuntur: quibus ejus quæstionis coronam Deo feriarum illarum Saturno datam Agellius tradit. Cujus illa omnia visum huc ideo congerere, ut ex ipsis quæ fuerint sortitiones coronæ, ac præmia cætera in privatis commissionibus, augurari saltem conjectura (si non plane percipere) quisque per se facilius quiret.

Animadvertendum hoc etiam, quod lustralibus, & sacris agonibus, qui equos curribus agitandis alerent, & quorum equi victoriam ex pernicitate inde reportassent, ipsi victores a præconibus proclamabantur, & a poetis etiam laudabantur, sicuti Hieronem Siciliæ Tyrannum a Pindaro suis *Odis* celebratum legimus, de quo Theophrastus in libris *de Regno* apud Plutarchum 3 narrat equos Olympia certatum misisse, ipsisque tabernaculum splendide ornatum erexisse, Themistoclem vero pro sententia dixisse apud Græcos ut tentorium tyranni diriperent, ipsiusque equos a certamine arcerent: Τὸν Θεμιστοκλέα, πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος ἵππους ἀγωνιστὰς καὶ σκηνήν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς στήσαντος, εἰπεῖν ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγον, ὡς χρὴ τὴν σκηνὴν διαρπάσαι τοῦ τυράννου, καὶ κωλῦσαι τοὺς ἵππους ἀγωνίσασθαι. Itaque in equis alendis magnificentiam curruum numero celebrem in Alcibiade commendatam a Plutarcho 4, quod solus ille, præterea nemo ad Olympicum agonem, neque privatus, neque rex septem miserit. Quin etsi in spectaculis domini adforent, nihil propterea necesse habuisse ipsos ut currum agitandis equis conscenderent, de quorum per-

1 Recte, *hoc est*, ut docui sup. ad *cap.* III. & *lib.* seq. *cap.* XIV in Notis sub initium.

2 In *Claudio* cap. XLI. Videto & Plinium *epist.* XIII. *lib.* I. *ad Sossium Senecionem*.

3 In *Themistocle*, fol. 225. lib. a Stephano excusi.

4 *Alcibiad.* fol. 257. qui & in *Alexandro*, fol. 1222. victoriis curruum Olympiacis suis patrem ipsius Philippum Macedonem gloriæ cupiditate nimia & ostentatione nummos signasse scribit. De Alcibiadis autem ista magnificentia subtilius agetur inferius *lib.* III.

nicitate nihilominus victoriam essent reportaturi: quamobrem Homericus Achilles *Iliad.* ψ. (etsi hoc ab Interpretibus & Scoliastis non advertitur) Achillem, atque Idomeneum, qui de equestri certamine in contentionem venerant, sedere in loco agonis, & equorum cursuram velut agonotheta quispiam spectare jubet, his omnino versibus:

> Ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰσοράασθε
> Ἵππους· οἱ δὲ τάχ' αὐτοὶ ἐπειγόμενοι περὶ νίκης
> Ἔνθα δ' ἐλεύσονται· τότε δὲ γνώσεσθε ἕκαστος
> Ἵππους Ἀργείων, οἳ δεύτεροι, οἳ τε πάροιθεν.

Non enim περὶ παραβάτων, de quibus alio ejusdem *libri* loco loquitur, hic agit, quorum non in bello tantum, sed in ludis quoque usus fuit: sicuti de Panathenæis agens Plutarchus in *Phocione* 1 indicat, ubi ἀποβάτας vocavit, quo nomine idem ipsum quod illo significari Dionysius Halicarnasseus lib. VII. *Antiquit. Roman.* docuit, τοὺς παροχουμένους τοῖς ἡνιόχοις esse dicens τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶντας δρόμον αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους. Ἀναβάτας eosdem apud Pausaniam esse arbitror, quod a Sylburgio Dionysii Scoliaste diligentissimo notatum, cum hic exscripsissem reperi. quamobrem auctoris adferre verba piget: proponam tamen, ut studioso nostri lectori gratificer: Igitur ubi de Calpes & Apenes differentia: Κατὰ τὸ αὐτὸ (ait) ἀποπηδῶντες ἐπὶ τῷ ἐσχάτῳ δρόμῳ συνθέουσιν οἱ ἀναβάται τοῖς ἵπποις εἰλημμένοι τῶν χαλινῶν, καθὰ καὶ ἐς ἐμὲ οἱ ἀναβάται καλούμενοι. διάφορα δὲ τοῖς ἀναβάταις ἐς τὸν κάλπης τὸν δρόμον πάντα σημεῖά ἐστι καὶ ἄρσενες σφίσιν ὄντες οἱ ἵπποι. Fœminas quidem Olympionicas, non ipsas agitasse curules equos, sed hoc cum agitatoribus exhibuisse ludis, & ideo coronam meruisse constat. Ac primum curru quadrijugo Cyniscam Archidami Lacedæmoniorum regis filiam, quæ ad cursum stadialem, sive Circensem equos aluerat, primam fœminarum omnium vicisse, cui & Mausoleum, & platanista ædificatum fuerit Pausanias 2 memorat, quo loco: Πρὸς δὲ τῷ πλατανιστᾷ καὶ Κυνίσκας ἐστὶν ἡρῷον θυγατρὸς Ἀρχιδάμου βασιλεύοντος Σπαρτιατῶν· πρώτη δὲ ἱπποτροφῆσαι γυναικῶν, καὶ Ὀλυμπιάσι πρώτη νίκην ἀνείλετο γυναικῶν. Hanc Cyniscam, non Archidami filiam, sed Agesilai magni sororem, Plutarchus 3 persuasam a fratre conscenso curru apud Olympiam decertasse refert: volente nimirum istud Græcis ostendere, non ullius virtutis, sed divitiarum & sumptuum talem rem esse: Ἔπεισε τὴν ἀδελφὴν Κυνίσκαν εἰς ἅρμα καθίσασαν Ὀλυμπιάσιν ἀγωνίσασθαι, βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς Ἕλλησιν (ait ille) ὡς οὐδεμιᾶς ἐστιν ἀρετῆς, πλούτου δὲ καὶ δαπάνης τὰ τοιαῦτα, vel (ut alibi legitur) ἀλλὰ πλούτου καὶ δαπάνης, ἡ νίκη. Rursum Pausanias *Lacon.* fol. 77. alterius fœminæ Olympionicæ, ob equos scilicet Circenses exhibitos Euryleonidæ statua itidem honoratæ mentionem facit his verbis: Πρὸς δὲ τῷ σκηνώματι ὀνομαζομένῳ γυναικός ἐστιν εἰκών. Λακεδαιμόνιοι δὲ Εὐρυλεωνίδα λέγουσιν εἶναι. νίκην δὲ ἵππων συνωρίδι ἀνείλετο Ὀλυμπικήν. Idem alio loco *Eliacon* 1. fol. 121. Aldini exemplaris, Belistícham e Macedonia maritima oriundam narrat, curru equestri victricem fuisse renuntiatam, circa Olympiadem octavam & vicesimam supra centesimam: ἐπὶ μὲν δὴ τῇ συνωρίδι Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ γυναῖκα, Τληπόλεμον δὲ Λύκιον ἀναγορευθῆναι λέγουσιν ἐπὶ τῷ κέλητι. τοῦτον μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ τριακοστῆς τε καὶ ἑκατοστῆς ὀλυμπιάδος· τῆς Βελιστίχης τὴν συνωρίδα ὀλυμπιάδι πρὸ ταύτης τρίτῃ. Nam earum quidem neutram decurrisse Olympiæ sentio, illam vero, Cyniscam scilicet, agonibus Olympicis interfuisse, ibique cum non per se, sed per aurigam utique decertasset, coronatam propter suos equos, qui curuli certamine vicissent, ipsa Plutarchi verba (si quemadmodum oportet expendantur) manifeste satis comprobant. Igitur & curulibus, & equestribus celitum, quos dicebant, agonibus, qui non ipsi decertaverant, ob equos tamen, quos expensis aluerant suis, quorumque cursus voluptatem populo, Diis cultum tribuerant, per agitatores aurigasque, coronas merebantur, etsi quæ alia præmia essent proposita: sicuti Philippus Macedo, de quo Plutarchus in *Alex.* narrat, post captam Potidæam eodem die tres nuncios accepisse, fusos a Parmenione ingenti pugna Illyrios, alterum Olympiis se equis celitis pernicitate vicisse: Ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι: tertium Alexandrum ipsi natum. Adeo autem gloriæ avidum fuisse, ut victoriis curruum Olympiacis suis nummos signari jusserit, τὰς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας τῶν ἁρμάτων ἐγχαράττων τοῖς νομίσμασιν. Nam ut ipse, aut Circenses equos agitaverit, aut ipsi aurigæ παραβάτου, ἀποβάτου, aut ἀναβάτου in morem assederit in agonibus ludicris depugnaturus nuspiam proditum: sed per equites, aut agitatores victoriam ex equorum pernicitate sæpe absentem ipsum meruisse, hoc est quod Plutarchus eo loco significat. Ac similiter, non modo coronas agonis Musici poetas qui docerent fabulas, itemque cantores sive recitatores actoresque dramatum (quos ludios & histriones vocabant) abstulisse, aliisque præmiis, & (si populo valdius placuissent) libertate, inæstimabili utique præmio, donatos accepimus 4: verum eos quoque actorum scenicorum gregis choragos, quorum industria sumptibusque ludi exhiberentur scenici sive theatrales. Hoc adeo colligere sum visus, tum ex aliis, quos initio *libri* hujus ad fin. *cap.* III. supra, de Andocide atque Aristide a Plutarcho attuli super Isocratem testimoniis, tum etiam ex isto Plutarchi loco 5, sæpius a me jam sed suo merito laudati, ubi Themistoclem fuisse choragum, aut certantibus Tragœdis, quo tempore magno in honore ac pretio hi ludi habebantur, magnoque studio atque contentione ambitiosa edebantur, cujus victoriæ monimentum ille tabula inscriptum extare voluerit. Nam ejus auctoris verba sunt: Ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἐχόντος, καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα, Θεμιστοκλῆς Φρεάῤῥιος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. Et similiter ath-

1 Fol. 1377. edit. Stepha. ubi vide annotat. ad fol. 139. Latinæ versionis ex Varino & Dionys. Halicarnass. ad fin. lib. VII. *Roman. Antiq.* fol. 479. & ad Plutar. in *Æmil.* fol. 475. & Latinæ versionis fol. 416. ex Homero & Porphyr. in *Quæst. Homer.* Eustath. *ad Homer.* in γ. & λ. *Iliad.* Euripide in *Supplicibus*, Apollonio in *Argonauticon* I. Quibus adde his Isidorum Hispalens. *Orig.* XVIII. lib. c. XXXVIII. ubi, Desultores nominati (ait) quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat & currebat, sive quod de equo in equum transiliebat.

2 *Laconicis* fol. 69. Aldi lib. & fol. 79. Meminit & initio lib. II. *Eliacon* fol. 139. ut statuam ejus positam Olympiæ dicat, Apellis artificio elaboratam.

3 *Apophth. Lacon.* fol. 374. Stepha. lib. & in *Vita Agesilai*, fol. 1108.

4 *L. divo. C. qui manum. non possunt. l. si privatus. D. qui & a quib.* Vide Cujac. lib. II. *Observat.* cap. XXII.

5 *Themist.* fol. 207. & 218. lib. a Stephano excusi.

letarum choragis Delphici tripodes duo præmii loco dati, unus quidem altitudinis cubitorum novem, ad puerorum, alter vero, ad certamina virorum destinatus, cubitorum duodecim, quos tripodas in pompa illa celebri ludorum apud Daphnem ab Antiocho Epiphane exhibitorum circumlatos fuisse, narrat his verbis Athenæus, lib. *Deipnos.* v. fol. 59. Ald. exem. Τέτων δὲ ἐφεξῆς ἐφέροντο Δελφικοὶ τρίποδες ἆθλα τοῖς τῶν ἀθλητῶν χορηγοῖς· ὁ μὲν παιδίσκων ἐννέα πηχῶν τὸ ὕψος· ὁ δὲ πηχῶν δώδεκα, ὁ τῶν ἀνδρῶν. Ubi, tametsi non ignoro choragorum nomen ad eos passim referri qui certaminibus athletarum necessaria subministrant, sicut in illo Plutarchi, Musicorum sive scenicorum. Attamen si erit quispiam, qui choragum utrobique malit chori sive collegii principem, eum qui primas partes agit, qui reliquis peritia & virtute præit, ac veluti choream ducit, interpretari, in ipsius opinionem non gravate concessero, interim pervagatam sequor. Atque in his tragicorum comicorumque agonibus, & actorum sive histrionum, commissiones sortito factas, & ipsos choragos, non sine sortitione apud Athenienses e tribubus electos, idem ille Plutarchus alio loco perspicue ostendit, exemplo (quantum augurari conjectura licet) a lustralibus agonibus petito. Sic enim ille de ludis ab Alexandro post suum ab Ægypto in Phœniciam reditum exhibitis, in *Vita ejus* fol. 1249. & 1250. Καὶ πομπὰς καὶ χορῶν ἐγκυκλίων καὶ τραγικῶν ἀγῶνας: οὐ μόνον ταῖς παρασκευαῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἁμίλλαις λαμπροὺς γενομένους· ἐχορήγουν γὰρ οἱ βασιλεῖς τῶν Κυπρίων ὥσπερ Ἀθήνησιν οἱ κληρούμενοι τὰς φυλάς· καὶ ἠγωνίζοντο θαυμαστῇ φιλοτιμίᾳ πρὸς ἀλλήλους, μάλιστα δὲ ὁ Νικοκρέων ὁ Σαλαμίνιος, καὶ Πασικράτης ὁ Σόλιος διεφιλονείκησαν· οὗτοι γὰρ ἔλαχον τοῖς ἐνδοξοτάτοις ὑποκριταῖς χορηγεῖν, &c. Judices quoque ipsos Athenis sorte ductos, e tribubus, qui de Musicorum ludorum victoria pronuntiarent, ex eo intelligimus, quod ab illo ipso in *Cimone* fol. 884. narratur, cum primam fabulam Sophocles etiamnum juvenis dedisset, atque in spectatorum concertatione non esset certaminis judices sortitus archon, sive prætor Aphepsion Cimonem cum collegis ducibus ingressum theatrum post facta Deo solemnia libamina eos non dimisisse, sed illos decem e singulis tribubus singulos coegisse, juratos considere ac disceptare: victorem pronuntiatum Sophoclem. Æschylum id ægre ferentem in Siciliam profectum ibi decessisse, & ad Gelam sepultum fuisse; Πρώτην γὰρ διδασκαλίαν (inquit) τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καθέντος Ἀψεφίων ὁ ἄρχων φιλονεικίας ὔσης καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν ὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος, ὡς δὲ Κίμων μετὰ τῶν συστρατήγων προσελθὼν εἰς τὸ θέατρον, &c. ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρῖναι δέκα ὄντας ἀπὸ φυλῆς μιᾶς ἕκαστον, &c.

CAP. XXVII.

Quomodo athletæ tertia commissione victoriam consequuti. τριαχθῆναι πεντετριαζόμενος. *Varia Milonis Crotoniatæ in agonibus gymnicis victoriarum historia. Theocritus interim enarratur, & Lucillianum carmen illustratur. Milo ubi constitisset, inde nulla vi, nullo cujusquam impetu dejectus. Ab isto more athletico ducta similitudo, in quodam apud B. Paulum loco indicatur. Plautus explicatur. De Milone jucunda ex Æliano prolata historia: sed & alia pleraque minime vulgaria e Veterum libris collecta in hujus capitis Notis rejiciuntur.*

VERUM Musicis relictis ad gymnicos ludos, quibus ab ipso initio totam hanc operam dicavi, explicandi principalis Rescripti gratia (si placet) revertamur: atque ad illud potissimum, quod cœperamus indicare, horum singulorum tertia quoque commissione ac decertatione victoriam agonistas & simul coronam consequutos, Quod ipsum cum illi paulo ante commonstrati loci, ubi de sortitione in ludis actum est, (si modo ita ut oportet ab eruditis juvenibus expendantur) haud obscure significant, tum etiam hi comprobant manifesto, quos in rem ipsam olim a me collectos numero proferam. Aristides Rhetor κοινῇ ἀπολογίᾳ fol. 146. pag. 2. Καὶ πάλιν αὐτῶν τῆς τυραννίδος κακῶν ἐπειρῶ, τὸ τρίτον παλαίσας ὥσπερ οἱ παλαισταὶ παλαίουσι, δὶς μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν προσπταίσας· τρίτον δὲ ὅλως πρὸς τύραννον καὶ τυραννικὴν οἰκίαν. Ubi quod ait, δὶς μὲν πρὸς τὸν αὐτὸν, videndum ne ad athletas referri minime debeat, qui bis quidem, sed non adversus eundem (uti dixi) depugnabant. Verum illud quod ante posuit τὸ τρίτον, nam tertia athletarum compositione victorem ostendi atque coronari demonstratum est, nisi forte luctatores in eo ab reliquis athletis differebant, quod adversus eundem, ut bis certe superarent, semel ab uno quopiam dejecti ter depugnandum habuerint, ne alioqui superiores illo extitisse non existimarentur: ac denuo adversus alterum similiter, ita ut hunc quoque bis humi affligerent, ipsoque superato itidem adversus tertium, quanquam hoc affirmare nolim. Suidas quidem τριαχθῆναι λέγουσιν (ait) οἱ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν; addit deinde alteram hujus verbi τριαχθῆναι interpretationem, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι στάδιον δίαυλον δολιχόν. Sed prior quæ ad rem nostram facit hoc vehementius placet quod Senecæ lib. v. *de Beneficiis* cap. III. auctoritate stabilitur, cujus istud verbum est, quod superius retulisse me recordor: *Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit:* (unde vulgari nostrorum hominum proverbio [1] ad alia pleraque relato jactatum scimus. Tribus vicibus luctam constare, ac finiri tertia, nec ulterius produci, aut citerius consistere) tum deinde quod antiquitus eum, qui quinquertio, sive pentathlo vicisset, ἀποτριάξαι dicebant, sicuti Julius Pollux d. cap. XXX. lib. III. *Onomast.* ubi περὶ πεντάθλου, memorat, quo loco, ἐπὶ δὲ πεντάθλου τὸ νικῆσαι ἀποτριάξαι λέγουσι: eum qui victus foret πενταπριαζόμενον, novo quidem ut videtur, sed non absurde, aut ineleganter composito vocabulo: tanquam τριαχθέντα ἀπὸ πεμπταμέρων ἀέθλων (ut Pindarus od. v. *Olympior.* nominat) quod videlicet quinque dierum spatio, ab undecimo nimirum, usque ad sextum, & decimum, quo de victoribus Hellanodicæ pronuntiabant, sicuti Scholiastis placet, exigerentur: vel etiam ἀπὸ τῶν πέντε ἄθλων ἢ ἀγώνων τῶν ἐν τοῖς τέσσαρσι πενταετηρικοῖς, vel etiam τοῖς τρισὶν ἐν πεντάθλῳ (ut apud Plutarchum [2] est) νικώμενον a Lucillio epigrammatario lib. 2. *Anthol.* cap. I. epigrammate VII. dictum legimus sic fere:

---

1 Sic lingua vernacula prolato, *A tres corps son luttor.*

2 Lib. IX. *Symposiac. Problem.* q. 3. fol. 1314. ubi de A litera, διὸ τοῖς τρισὶν ὥσπερ οἱ πένταθλοι περίεστι καὶ νικᾷ· τὰ μὲν πολλὰ φωνάεν εἶναι, τὰ δὲ αὖ φωνάεντα ἐν τῷ δίχρονον· ταῦτα δὲ αὐτὰ τῷ πεφυκέναι καθηγεῖσθαι, δευτερεύειν δὲ μηδέποτε, μηδὲ ἀκολουθεῖν.

—— πεύτε δ' ἀπ' ἄθλων
Πρῶτος ἐκηρύχθην πεντετελαζόμενος.

Præterea quod D. Joan. Chrysostomus adversus Judæos *Orat.* II. col. 1004. ita scripsit: *Nunc autem res ipsa demonstrat eos non semel aut bis, sed ter aggressos impetum fecisse, non aliter quam fit in certaminibus Olympiacis: ut nulli dubium esse possit quin Ecclesiæ sit victoria.* Postremo quod eum, qui semel lapsus foret, aut alioqui cessisset, si is eodem certamine fuisset postea superior, victorem habitum, atque corona donari solitum velut hieronicam, ex isto altero Lucilliano lib. II. *Antholog.* cap. I. epigram. XI. in Milonem eximium luctatorem (Crotoniensem fortasse illum valde nobilem, atque adeo illustrem, quem in Chronicis scriptum est Olympiade prima coronatum esse, Agellius *lib.* XV. *cap.* XVI. Tarquinii Superbi temporibus eminuisse, usum alectore qui cristallina specie fabæ modo in gallinaceorum ventriculis reperitur, aptum, ut dicunt, præliantibus, ita omnium certaminum victorem obiisse, Solinus *Polyhistore* [1] narrat) facile colligitur, quod sic habet.

Εἰς ἱερόν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς,
Τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.
Προσβαίνων δ' ὤλισθεν ἐπ' ἰχίον, οἱ δ' ἐβόησαν
Τοῦτον μὴ στεφανοῦν εἰ μόνος ὢν ἔπεσεν.
Ἀνστὰς δ' ἐν μέσσοισιν ἀνέκραγεν, οὐχ' ὁ τρί' ἐστίν.
Εν κεῖμαι, λοιπὸν τ' ἄλλα μέ τις βαλέτω.

Ubi hoc quidem quod in extremo est ideo ascriptum a poeta scitissime atque argutissime, si quid aliud potuit, (mei namque istius athletici certaminis leges non ferunt modo, sed jubent, omnia quæ scrupulum movere possint, ut propellam, nihilque intentatum sinam) quoniam de loco, in quo semel constitisset, Milonem dejici nulla unius hominis vi, nullo impetu potuisse a Philostrato proditum in supra *d. loco*: Οἱ μὲν δὴ καὶ Ὀλυμπίασί τε καὶ [illegible] λόγοι τοῦ ἀθλητοῦ ἱστοροῦσι τοῦτον ἄτρεπτον γενέσθαι, [illegible] μὴ ἐκβιβασθῆναί ποτε τῆς χώρας ἐν ᾗ ἔστη: quod & Pausanias docet *Eliacon* secundo, & Galenus ipse libro secundo ὑγιεινῶν [2] his verbis: Εἰ δὲ δὴ καὶ [illegible] τινι καθέλκειν τε καὶ κάμπτειν [illegible] αὐτὸν [illegible] τε καὶ ἀκαμπτον οὐ τῇ χειρὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκέλεσι καὶ τῇ ῥάχει, διαφυλάττων οὐ σμικρὸν γυμνάσεται γυμνάσιον εἰς δύναμιν ὀργάνων. οὕτω τοι λόγος ἔχει κἀκεῖνον τὸν Μίλωνα γυμνάζειν ἑαυτὸν, ἐνίοτε δὲ ἀποσαλεῦσαί τε καὶ κατακινῆσαι τῆς ἕδρας ἐπιτρέπειν τῷ βουλομένῳ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν σκελῶν ὡς ἂν εἴη μάλιστα γυμνάσιον· ἐνίοτε δὲ εἰ τὰς χεῖρας γυμνάζειν βούλοιτο, τὴν πυγμὴν διαλύσειν κελεύοντα· αὖθις δ' αὖ ὡς φασὶν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων ἢ ῥοιὰν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἀφαιρεῖσθαι τῷ βουλομένῳ παρεῖχε. Quæ postrema Galeni verba teneri non possum quin adhibito Æliani jucundam de Milonis amica historiam exhibente illustrem testimonio: Μίλωνος τοῦ τὴν ῥοιὰν, (inquit, *Punicum malum tenenti Miloni abstrahi de manibus nulla vi antagonistarum: sed non semel ab ipsius amica eripi potuisse, atque ita corpore quidem robustum, animo vero minime virilem & fortem ipsum fuisse* significans) ἣν ἐν τῇ χειρὶ κατεῖχεν, οὐδεὶς τῶν ἀντιπάλων ἑλεῖν ἐδύνατο· ἡ δὲ ἐρωμένη αὐτοῦ ῥᾷστα αὐτὴν ἐξῄρει, φιλονεικοῦσα πρὸς αὐτὸν πολλάκις. ἐκ δὴ τούτου νοεῖν ἔστιν, ὅτι ὁ Μίλων ἰσχυρὸς μὲν τὸ σῶμα ἦν, ἀνδρεῖος δὲ τὴν ψυχὴν οὐκ ἦν. Ad hunc athletarum obfirmandi sese morem, quo minus loco dimoverentur, aspexisse D. Paulum I. *ad Corinth.* (apud quos celebrata Isthmia) scribentem suspicor, cum ipsis ita præcipit, cap. XV. versu postremo: Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε ἀμετακίνητοι περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε, εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. Utitur enim perlibenter similitudinibus, aut metaphoris a re athletica deductis, cum ipsis agens Apostolus, ob illam fortasse quam dixi rationem, ut aliis allatis testimoniis affatim docuisse me trino isto tractatu arbitror.

CAP. XXVIII.

Plautinus locus enarratur, in quo de septenorum Cyathorum ludis. Curules ludi apud Græcos duodecimo, apud Romanos septimo spatio consummati. De dolichodromo Scholiastes Aristophanis notatus, cujus verba librarii forsitan errore laborantia proponuntur. Orestis aut etiam Sophoclis temporibus curulem agitatorum cursum septimo spatio conclusum, & in Græcia videri, quod Plautino illi loco explicando facit.

QUÆ cum ita sint, ad alios, quam ad gymnicos ludos allusisse Plautum vetusti moris non igna-

1 Extremo cap. IV. de quo istud Simonidis lib. III. *Anthol.* cap. II. epigram. II. ὅς ποτε Πίσῃ ἑ[illegible] γόνατ' οὐκ ἔπεσεν. De Milone Plin. *lib.* VII. *cap.* XX. Strabo *lib.* VI. fol. 291. Athenæus item lib. X. *Dipnosophist.* post Cic. lib. IV. *Senect.* duobus locis. Vide Philostratum lib. V. *de Apollon.* fol. 25. Eustath. *ad Hom. Od.* θ. 1599. num. 38. atque Valer. Maxim. *cap.* XII. *lib.* IX. Sed de Milone ipsiusque robore ac post palmas gymnicas morte, Galenus quidem in *Protreptico ad artes* fol. 5. Sed nemo diligentius quam Pausanias lib. II. *Eliac.* fol. 150. Ald. lib. Obitum quidem accurate narrat Agell. *lib.* XV. *cap.* XVI. Ad palmas quod attinet, hoc inter cætera Pausanias quod Lucillianis & Simonideis epigrammatibus occasionem præbuit: Ἐγένοντο δὲ Μίλωνι ἓξ μὲν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι. μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν· Πυθοῖ δὲ ἐν ἀνδράσιν ἓξ, καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν. ἀφίκετο δὲ καὶ ἕβδομον παλαίσων ἐς Ὀλυμπίαν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐγένετο οἷός τε καταπαλαῖσαι Τιμασίθεον πολίτην τε ὄντα αὐτῷ, καὶ ἡλικίᾳ νέον, πρὸς δὲ καὶ συνεγγὺς οὐκ ἐθέλοντα ἵστασθαι. Robore tamen corporis ad Evenum Ætolidæ flumen superatum fuisse a bubulco Titormo, narrat Ælianus cap. XXII. lib. XII. *Var. Hist.* & addit: Θεασάμενος δὲ ὁ Μίλων, εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας, ἔφατο, ὦ Ζεῦ, μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἔσπειρας; ἐντεῦθα ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν, ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς. Cui congruit quod apud Theocritum ἐν Νομεῦσι *Idyllio* IV. Corydon de Ægone, quem bubulcum a Milone adductum ad certamen Olympicum dixerat, adjicit statim, φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν. Et recte βίην καὶ κάρτος, licet ὑπερβολικῶς, non tamen τὴν τέχνην, qua superatum ab Hercule Antæum superius retuli. Nec enim bubulcorum ἀπαλαίστων ars ulla, sed robur esse intelligitur. Quod vero sexies Olympionica Milo cum centum millibus suorum civium quibus imperabat pugna Sybaritas superarit, Olympiacis coronis ornatus, Herculis autem habitu clava & leonina pelle instructus, magnæque civibus admirationi propterea fuerit: disces (si curæ hoc tibi) de Diodoro Siculo lib. XII. *Biblioth.* fol. 294. De Milone isto insuper aliquid e Pausania scribam *lib.* III. *cap.* IX. hujus *Agonistici*.

2 Fol. 241. in princip. adde in supra d. loco fol. 150.

ignarum oportet, quo loco in *Persa*, Act. v. Scen. I. apud ipsum Traxilus:

> *Date illi aquam manibus, apponite mensam, do hanc tibi*
> *Florentem florenti, tu hic eris dictatrix nobis, age*
> *Puer a summo septenis cyathis committe hos ludos*
> *Moveamus propterea Pænium tarde cyathos mihi das.*

Ad curules nimirum (ut uno verbo expediam) ludos, quorum cursum olim apud Græcos, non septimo, sed duodecimo spatio finitum ex Pindaro, ejusque Scoliaste, apud Romanos autem septimo, tum aliis [1], Propertio lib. II. *ad Cynthiam* in carmine, *Unica nata meo*, Lactantio, lib. v. & ultimo *Divinar. Instit.* & Sidonio in *Narbon.* c. XXIII. (quod meminerim quidem) in testimonium citatis ante nos docuerint, in eo comprobando frustra laborem insumendum non arbitror. Itaque alios auctores ita laudabo, ut ipsorum verba non proferam tamen, sicuti soleo: sed strictim locos, vel Plauti, vel tua potius causa (bone lector) indicem. In his Cassiodorum libro III. *Variar.* epist. LI. vide sis in circi descriptione B. Hieronymum in *Hilarionis Vita* [2], Joannem Xiphilinum ex Dione in *Commodo*, & in *Severo*, Julianum *Misopogone*, Varronem apud Agellium, cap. x. lib. III. *Noct. Attic.* ubi de numero septenario, cum ait *Sapientes veteres septem, & curricula ludorum Circensium solemnia septem fuisse*: Suetonium *Domitiano*, cap. IV. ubi principem istum quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuisse memorat: Senecam *epist.* XXX. *ad Lucilium*, quo loco, manifestiorem notari solere agitatorum lætitiam scribit, cum septimo spatio palmæ appropinquant. Atque Ausonium denique in *heroum Epitaphiis*, epigramm. XXXV. equo admirabili jussu Augusti, ubi;

> *Posphore clamosi spatiosa per æquora circi,*
> *Septenas solitus victor obire vias.*

Quanquam autem illa vera sunt de septem circi spatiis, quæ modo dixi, ut ipsis etiam Cedrenus in *compendio Historiæ*, ubi de Romulo & Circo, fol. 121. septem planetarum cursum denotari scripserit: attamen si cui displiceat nostra hæc Plautini loci explicatio, ex palliata scilicet comœdia desumpti, (licet in eam injecta sint ex Romano more plurima) possit auctoritate Scoliastis Græci permotus ad cursum qui *δολιχόδρομος* dicebatur Plautum aspexisse arbitrari. Nam quidem *Avibus* Aristophanicis [3] ausus est a stadiodromis & diaulis ita dolichodromos distinguere, ut hi sint quos septies decurrere oportuerit: cum stadiodromis semel spatium Circi peragendum, iterandum diaulis, aut cum armis decurrendum fuerit. Sed fide penes illum esto: quam ego sublestam hic quoque (ut in cæteris minime sibi constat) ac dubiam censeo: præsertim cum aut falso, aut mendose scriptum ibidem legatur sine abnutivo articulo, sic fere, *οἱ γὰρ σταδιόδρομοι διπλοῦν ποιοῦνται τὸν δρόμον*: nisi potius mendum est, *ἐν τῷ διπλοῦν*, pro quo *τὸ ἁπλοῦν* reponendum suadet quod de diaulo ibidem traditur, & apud Tzetzem [4], cum ait *δίαυλος δρόμος ὁ διπλοῦς ἕνα ποιῶν καμπτῆρα*. Cæterum non ignoro *δόλιχον* aliis quidem stadiorum duodecim, Suidæ vero etiam viginti quatuor spatium sive curriculum esse visum: quod a medio relinquitur. Quamvis enim non sit hoc absurdum, immo congruere videatur cum eo quod Pindarus *Olymp.* ode III. stroph. III. metam in Olympico circo, seu equorum curriculo duodecim flexus habentem appellavit, quo loco:

> *Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχε,*
> *Δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου*
> *Ἵππων φυτεῦσαι.*

nihilominus tamen in eo quod de dolichodromo dixi, assentitur Interpreti Aristophanis idem ille Tzetzes, cum superioribus quæ protuli hæc quoque adjicit, *ὁ δόλιχος ἑπτάδρομος· τρεῖς γὰρ καμπτῆρας εἶχε, καὶ τὸ καμπτῆρος ἥμισυ*. Rursum etsi ex Pindaro, ejusque Scoliaste colligitur quod ante dixi, duodecim omnibus decursis spatiis, non paucioribus adjudicatum victoribus equis celitibus, bigas, quadrigasve trahentibus, ipsorum dominis palmam & coronam: attamen quod Romæ usurpatum fuit, ut septimo spatio equestris agon concluderetur hoc ætate Sophoclis, aut ipsius Orestis, de cujus temporibus & obitu in equestri apud Delphos curriculo, poeta [5] verba facientem pædagogum inducit, obtinuisse itidem videtur. Nam illa quidem sic habent;

> *Καὶ πρὶν μὲν ὀρθοὶ πάντες ἕστασαν δίφροι*
> *Ἔπειτα δ' Αἰνιᾶνος ἀνδρὸς ἄστομοι*
> *Πῶλοι βίᾳ φέρουσιν, ἐκ δ' ὑποστροφῆς*
> *Τελοῦντες ἕκτον ἕβδομόν τε ἤδη δρόμον,*
> *Μέτωπα συμπταίουσι Βαρκαίοις ὄχοις.*

Et paulo post:

> *Ἤλαυνε δ' ἔσχατος μὲν, ὑστέρας δ' ἔχων*
> *Πώλους Ὀρέστης τῷ τέλει πίστιν φέρων.*

Unde manifestum satis reor, fini atque adeo palmæ appropinquasse quadrigas ab aurigis, & curulibus cursoribus agitatas ipso jam septimo spatio, quanquam ea de re nihil e Scoliastis Græci adnotatione possis eruere, qui hoc demum inquit, *τῷ τέλει πίστιν φέρων, οἷον πιστεύων ὅτι ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δρόμου παρελεύσεται ἢ νομίζων· ἕως τοῦ τέλους οὕτως ἐλαύνειν*. Certe Plautus haud temere in palliata comœdia de septeno numero loquutus: & quod a Cedreno de superstitione illa septem planetarum traditur, æquam apud Græcos, atque apud Romanos rationem habuit. Quæ omnia cum sint in conjectura, quæ variis e locis auctorum vetusto-

---

1 Philander *ad Vitruvium* lib. v. cap. III. fol. 176. Lazius lib. x. *Comment.* cap. v. Beroald. *ad Suetonium*, post Isidorum Hispalen. lib. XII. *Orig.* cap. XXXVII.

2 Unde verba inferius hoc ipso *sermone* aliam in rem adferentur.

3 Ad illud *ἢ ἐπὶ τὸν δίαυλον ἦλθον*, fol. 359. Germanici exemplaris: ubi inter cætera, *δίαυλος ὁ δίπτυχον ἔχον τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τῷ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι· δολιχόδρομοι δὲ οἱ ἑπτὰ τρέχοντες· διὸ καὶ δολιχόδρομοι*. De his itidem videto Sophoclem *Electra* fol. 112. ubi de Orestis interitu sub persona pædagogi, de ludis Delphicis loquentis, & ibi Scoliastem Græcum. Præter hos fuere alii quidam cursores *ἐφίππιοι* & *ὁπλιτόδρομοι*, de quibus apud Platon. VIII. *de Legibus*, fol. 833. videto. quæ scribo inferius ad finem hujus *libri*, & itidem secundi.

4 *Histor.* III. sextæ *Chiliad.* citatus a Viginario in *Commentario Gall. ad Arrichionem Philostrati*.

5 Sophocles *Electra*, fol. 114. exemplaris a Stephano editi.

rum elicitur, posita, visum huc adferre. Si forte diligentior quispiam, & exercitatior in Græcorum historia, locis aliis undique conquisitis, & cum isto labore nostro comparatis, in veritate rei tam vetustæ investiganda & assequenda, felicioribus auspiciis usus, palmam auferat, quam in ulla re invideo nemini, qui sequi me, non assequi profiteor, satisque habeo, si non indulsisse otio, vel abusus tempore videri possim.

CAP. XXIX.

Accurata de tempore gymnicorum & scenicorum ludorum apud Romanos editorum historia. Græcum certamen, quale intellexerit Tacitus adversus eruditissimum Commentatorem nuperum disceptatur. Depravatissimus Appiani locus emendatur. Επινικια. Ludi victoriales post actum triumphum, sacrificiaque solemnia celebrata editi: hi & autem publico intermissi: occlusaque gymnasia & palestræ. Illo Veterum exemplo itidem Tolosæ triali & calamitoso tempore musicos sive poeticos agones intermitti merito usurpatum.

DE gymnicis vero ludis, ut cætera, quemadmodum statui, persequar, datos Romæ ipsos fuisse in ædilitate primum Æmilii Scauri Valerius Maximus *lib.* II. *cap.* IV. auctor est, ubi: *Athletarum certamen* (ait) *a M. Scauri tractum est magnificentia*: cum longe antea sub annum urbis conditæ CCXXXVIII. quo Tarquinius Priscus regnare cœpit, designato tunc primum ad circum faciendum, qui postea maximus dictus est, loco, & foris divisis, tam equiti quam senatui unde spectarent ludicrum, fuissent equi, pugilesque ex Hetruria maxime acciti, teste Livio *lib.* I. Anno dein urbis conditæ CCLXIV. Q. Sulpitio & Sp. Largio Coss. festum diem cum processione sive pompa, sacrificiis, ludis ex voto A. Postumii Dictatoris indictum & exactum narrat Dionysius Halicarnass. lib. VII. Ρωμαι. Αρχαιο. fol. 475. edit. Wechel. in quo multa more Græcanico fierent: *Ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμέραις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐγίνετο κατὰ τοὺς Ἑλληνικοὺς πανηγυρισμοὺς καὶ ξένων ὑποδοχὰς καὶ ἐκεχειρίας.* Ubi post equorum agitatores, athletæ, qui gymnicis agonibus decertabant, minime prætermittuntur: *Τελευταῖοι δὲ ἀκολουθοῦσιν ἡνίοχοι, τέθριππά τε, καὶ συνωρίδας, καὶ τοὺς ἀζεύκτους ἵππους ἐλαύνοντες· μεθ' οὓς οἱ τῶν ἀθλημάτων ἀγωνισταὶ τῶν τε κούφων καὶ τῶν βαρέων, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα γυμνοί, τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι.* Quamquam Macrobii liber *Saturnalium* primus cap. XI. enarratam a Dionysio historiam ad annum urbis CCLXXIV vulgato fortasse librariorum imperitorum, aut aliud cogitantium in notis potissimum numeralibus, errore: ut ut sit, anno quidem urbis conditæ CCCXCI. Sulpitio Pætico & Licinio Stolone Coss. cum eam intoleranda vis ortæ pestilentiæ afflixisset, placandi cælestis numinis gratia compositis carminibus vacuas aures præbuit, & ad id tempus circensi spectaculo contenta. Postea ludii sive histriones ex Hetruria acciti, qui ad tibicinis modos saltantes aut indecoros motus more Thusco dabant. Paulatim deinde ludicra ars ad Satyrarum modum perrexit: quas impletas modis descripto jam ad tibicinem cantum motuque congruenti peragebant. A quibus satyris primus omnium poeta Livius ad fabularum argumenta, spectantium oculos & animos transtulit, suorum idem scilicet (id quod omnes tum erant) actor carminum: sicuti Livius initio *lib.* VII. ab urbe condita, & Val. Maximus *lib.* XI. memoriæ prodiderunt. Demum vero ad annum urbis DXLI. Q. Fab. Max. & T. Sempronio Graccho iterum Coss. ludos scenicos per quatriduum tunc primum factos ab ædilibus curulibus, Tuditano scil. P. Sempronio, itemque Cn. Fulvio Centimalo, memoriæ proditum ab ipso Livio *lib.* XXIV. alio loco. Annos deinde ad septem & viginti, hoc est, anno urbis conditæ DLXVIII. Sentio Postumio & Q. Martio Coss. a M. Fulvio ludos, quos Ætolico bello voverat, factos idem Livius *lib.* XXXIX. refert. Ad quos exhibendos cum multi artifices e Græcia venissent honoris ejus caussa, tum vero primum athletarum certamen Romanis spectaculo fuisse: venationem præterea datam leonum & pantherarum, & prope hujus sæculi copia ac varietate ludicrum celebratum fuisse. Sub annum vero quadragesimum, urbis autem conditæ DCIIX. quo Lu. Mummius de Achæis & Corinthiis triumphavit, (apud quos, ut inferius altero tractatu demonstrabitur, musici gymnicique agones in antiqua scilicet Græcia celebrati antiquitus) musicorum ludorum, quos theatralium artium nomine designatos arbitror, ut vel agerentur fabulæ præsertim e Græcis Latinæ factæ, quales Terentianæ, vel more Græco ad citharam recitarentur scilicet, spectaculum in urbe præbitum esse Tacitus [1] narrat: apud quem nihil (ut opinor) prohibet, quominus Græci certaminis appellatione gymnicos æque ut musicos ludos designatos esse interpretemur. Præsertim cum ante Neronis tempora, de quibus eo loci agitur, vigente adhuc republica datos sæpius athletas, non quidem quotannis, sed velut extra ordinem in urbe Roma, constet ex iis, quæ superius dixi. Quin & apud Ciceronem ipsum *ad Marium* [2] Græcorum ludorum nomine propius est, ut non musici, sed gymnici exponi debeant, quidquid eruditissimus Lipsius in contrarium sentiat in suis *ad Tacitum Commentariis*. Evocabantur Græcia interdum athletæ Romam; nec eorum spectaculum ante Imperatorum tempora in urbe ordinatum fuit. Namque ut omittam quod de Marco Fulvio ex Liviana historia modo exhibui, Pompejum quidem in sui theatri dedicatione ludos gymnicos & musicos, ferarumque venationes edidisse, in quibus quingenti leones sint occisi: novissimam elephantorum pugnam terribilissimum spectaculum exhibuisse a Plutarcho relatum his verbis memini in *Pompejo* fol. 1182. Steph. exempl. *Πομπήϊος δὲ τὸ θέατρον ἀναδείξας ἀγῶνας ἦγε γυμνικοὺς καὶ μουσικοὺς ἐπὶ τῇ καθιερώσει καὶ θηρῶν ἁμίλλας, ἐν οἷς πεντακόσιοι λέοντες ἀνῃρέθησαν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν ἐλεφαντομαχίαν ἐκπληκτικώτατον θέαμα παρέσχεν.* Syllam quoque, occasione concedendæ populo bellicis laboribus attrito atque confecto voluptatis cujuspiam ob triumphum de Mithridaticis & Italicis rebus actum, Olympica, & athletica, reliquaque omnia spectacula in urbem transferri jussisse, ac exhibuisse populo Romano, ita ut Olympiæ soli tunc in stadio cursores (cum agones veteri Olympici celebrarentur in urbe) decertare potuerint, Appianus in hæc verba narrat alicubi [3], quæ non tam ex more meo proponam (quamvis hæc quoque ad gymnicorum historiam, qua de agitur, pertineant) quam ut gra-

---

1 Lib. XIV. *Annal.* ubi Lipsius, etsi accurate omnia solet, non istud tamen pro suo more, certe non meo ex voto.

2 Epist. I. lib. VII. *ad Familiar. Non enim te puto Græcos, aut Oscos ludos desiderasse*, &c. *Nam quid ego te athletas putem desiderasse, qui gladiatores contempseris?*

3 Lib. I. *Civil.* Hac de re nihil Plut. in *Sylla.*

vem interim, qua deturpantur, maculam ex ipsis eadem opera (quod equidem spero) eluam: Καὶ οὐδενὸς ἐν Ὀλυμπίᾳ τότε ἀγωνίσματος πλὴν σαδίου δρόμου γινομένου. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς καὶ τὰ ἄλλα θεάματα πάντα ὁ Σύλλας ἐς Ῥώμην μετεκέκλητο ἐπιείκειαν τῶν Μιθριδατικῶν ἔργων, καὶ Ἰταλικῶν· πρόφασις δ᾽ ἦν ἀναπνεῦσαι καὶ ψυχαγωγῆσαι τὸ πλῆθος ἐκ καμάτων. Nam hic quidem præterquam quod τοὺς ἀθλητὰς nominans, sic intelligendus auctor est, tanquam scripsisset τοὺς ἄλλους ἀθλητὰς, cum alioquin athletarum appellatione ipsos quoque cursores comprehendi nemo nesciat: certe τὸ ἐπιείκεια nullius rei esse, ipsamque auctoris obscurare sententiam atque confundere cum viderem, persuasi mihi jamdudum ipsius loco reponendum ἐπινίκια: quo verbo paulum immutato ab illo altero, triumphum, cæteraque victoriæ signa & indicia, seu potius consequentia & effecta ostendi, grammaticorum pueri, qui Græca delibaverint, non ignorant. Cujus castigationis meæ rationem satis constare adhuc arbitror, tum illo Taciti loco de theatrali, sive scenicorum ludorum spectaculo Romæ præbito a L. Mummio (suo triumpho scilicet) incitatus, tum vero isto potissimum Herodiani testimonio confirmatus, lib. III. *Hist.* in *Severo*, fol. 72. exempl. a Steph. excusi. In quo cum geminum Severi principis illi Syllano factum, post Albinum superatum, atque trucidatum proponitur, ut congiaria largiretur, & vana certaminum spectacula ederet, non musicorum modo, quæ per ludios & actores, verum etiam athleticorum sive gymnicorum, quæ per fortitudinis roborisque discipulos peragerentur, utrisque illorum undique Romam evocatis, hoc ipsum τῶν ἐπινικίων vocabulum ab optimo historico itidem usurpatum esse animadverto, sic fere: Τῷ μέν τοι δήμῳ ἐπειρᾶτο ποιεῖν κεχαρισμένα, καὶ γὰρ θέας πολυτελεῖς καὶ παντοδαπὰς συνεχῶς ἐπετέλει, &c. Νομάς τε μεγαλοφρόνως ἐπεδίδου. ἐπετέλεσε δὲ ἐπινίκιον ἀγῶνα τοὺς πανταχόθεν μούσης τε ὑποκριτὰς ἀνδρείας μαθητὰς μεταπεμψάμενος. Ob reditum Severi Principis, ob decennalia ejus, atque victorias, edita Romæ varia spectacula idem Dio sic fere scripsit: Ἐγένοντο δὲ καὶ θέαι τηνικαῦτα παντοδαπαὶ ἐποίηνται τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἐπὶ τῇ δεκαετηρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν νίκαις. Atque ut mittam quod Plutarchus τοῦ πολέμου τὰ ἐπινίκια θύειν dixit in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς, triumpho acto dari ludos Romæ solitos verum est, sicuti a Lucio Mummio Græcos primum Romæ datos e Tacito paulo ante docuimus: deinde certamen ludicrum post Actiacam victoriam, quod lustris omnibus fieret, ab Augusto institutum Nicopoli, de quo tractatu tertio ad finem dicturi sumus. Sic longe antea, Romæ, atque in Africa post expugnatam a Scipione Carthaginem ludos & agonas cum sacrificiis celebratos propter victoriam idem Appianus dixit in *Libycis*, in hæc verba: Θυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς ἐγίγνοντο κατὰ φυλήν· καὶ ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις καὶ θέαι ποικίλαι. Et statim, ὁ δὲ Σκιπίων ἐποίει τὰ δόξαντα. καὶ θυσίας ἐτέλει καὶ ἀγῶνας ἐπὶ τῇ νίκῃ. Romæ quidem a Scipione post devictum atque triumphatum Syphacem Massæsylorum regem editos agonas sumptuosissimos auctor Polybius [1]: quo loco: Τούτων δὲ συντελεσθέντων οἱ μὲν ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀγῶνας ἦγον καὶ πανηγύρεις ἐπιφανῶς, χορηγὸν ἔχοντες εἰς ταῦτα τὴν Σκιπίωνος μεγαλοψυχίαν. Ipsum Antonium reip. constituendæ triumvirum, cum Athenis hybernantem, de rebus prospere a Ventidio gestis, Labieno nimirum post fuso, Parthis ac summo & præstantissimo eorum, qui Herodis regis exercitum regerent, duce Pharnapate interfectis, nuncius allatus esset, ob eam rem & convivio Græcos excepisse (tanquam triumphali quadam cœna [2]) & ludos exhibuisse gymnicos, quibus etiam gymnasiarchi habitu præsederit, auctor est Plutarchus in *Antonio*: quo loco: Διαχειμάζοντι δὲ αὐτῷ περὶ Ἀθήνας, (ait) ἀπαγγέλλεται τὰ πρῶτα τῶν Οὐεντιδίου κατορθωμάτων, &c. Ἐπὶ τούτοις εἱστία τοὺς Ἕλληνας, ἐγυμνασιάρχει δὲ Ἀθηναίοις, &c. quæ superius de insignibus athlothetarum & gymnasiarchorum agens exscripsi. Præterea post Hispaniensem victoriam dedisse populo duo prandia Julium Cæsarem, edidisse spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota, & quidem per omnium linguarum histriones, item circenses athletas, naumachiam a Suetonio in *Julio* cap. XIX. traditur. Athletas stadio ad tempus exstructo in regione Martii Campi certasse per triduum ludos victoriæ Cæsaris, non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipsum edidisse Octavium, Suet. *Octavio* cap. X. quem denique ut spectaculorum, & assiduitate, & varietate atque magnificentia omnes antecessisset, fecisse ludos vicatim, ac pluribus scenis, in foro, amphitheatro, circo, & septis: ita etiam navale prælium circa Tiberim cavato solo, in quo postea Cæsarum nemus fuerit, & athletas exstructis in Campo Martio sedilibus ligneis dedisse: spectavisse studiosissime pugiles, & maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat, sed & catervarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte, ipsisque athletis & conservasse privilegia & ampliasse, cum eorum spectaculo tamen muliebrem omnem sexum submovisset, idem ille Sueton. in *Octavio* cap. XLII. XLIII. XLIV. & XLV. retulit. Domitianum denique Imperatorem victorialibus, hoc est, triumphalibus festis celebrandis atque peragendis post Dacicam sive Geticam expeditionem certamina complura, pedestria, equestria, & nautica populo Romano ludicra exhibuisse Xiphilinus e Dione narrat, his admodum verbis: Μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτάς τινας νικητηρίους ἐπιτελῶν ἀγῶνας συχνοὺς ἐποίησε. τοῦτο μὲν γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ μάχας, καὶ πεζῶν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἱππέων αὖ συνέβαλε. τοῦτο δὲ καὶ ἐν καινῷ τινι χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε, &c. Postremo Syllam ipsum, de quo Appianus eo loco agit, in cujus vera lectione constituenda laboramus, profligato Archealo, cujus copiæ usque ad Moli ripam pedem retulerant, & circumventis ad Thurium & Chæroneam barbaris, post erecta victoriæ trophæa, ludos hujus p[illegible] Thebis extructa juxta fontem Oedipo[illegible], edidisse, judicibus evocatis ex ali[illegible] a Plutarcho [3] traditur, illo [illegible] usurpato, quod apud Appianum reponim[illegible], vocabulo: sic fere: Ταύτης τὰ ἐπινίκια τῆς μάχης ἦγεν ἐν Θήβαις, περὶ τὴν Οἰδιπόδειον κρήνην κατασκευάσας θυμέλην. οἱ δὲ κρίνοντες ἦσαν Ἕλληνες ἐκ τῶν ἄλλων ἀνακεκλημένοι πόλεων. Diodorus etiam Siculus lib. XVI. *Biblioth.* fol. 539. de Olympiacis & sacrificiis & agonibus ob Olynthiacam victoriam a Philippo Macedone celebratis

1 Epitome lib. XVI. *Histor.* fol. 269. Hervag. libri.

2 De qua vide, quæ scripsi lib. I. *Semest.* cap. VI. & hujus *Agonistici* proximo tractatu cap. XIX.

3 In *Sylla* fol. 850. exempl. Steph. Ubi quod ait de thymele, moneo explicandum ex iis quæ castigando Herodiano superius attuli: & item, ubi de enthyriis ac tibiis, adducto ejusdem Plutarchi loco in *Fabio Maximo*.

loquutus, istud ipsum τ̃ ἐπινικίων nomine utendum sibi existimavit: quo loco: Μετὰ ἢ τ̃ ἅλωσιν τ̃ Ὀλύνθου Ὀλύμπια ποιήσας τοῖς θεοῖς ἐπινίκια καὶ λαμπρὰς θυσίας συνετέλεσε. πανήγυριν ἢ μεγάλην συστησάμενος καὶ λαμπρὰς ἀγῶνας ποιήσας, &c. quæ libro sequenti ad extremum *cap.* XIX. proferam. Nec tamen scio, utrum illa castigatio (quam conjecturæ interim meæ, non alieno ulli judicio, acceptam fero) Interpretibus, qui Latinum, Gallicumve, aut Italicum fecere Appianum, in mentem venerit, quos etiam consulendi & ruri, & prope (si non inter) arma Tolosani, Februario toto ad Parisinum exemplum, excusso ad annum nonum & octuagesimum fugo, tumultuantis, cum hæc meditor, populi, facultatem aut etiam voluntatem mihi defuisse, nemo jure mirabitur. Illud scio gymnicos ludos sicuti usurpatos in lætitia publica, sic in mœrore luctuque publico intermissos, & quidem adeo, ut gymnasia ipsa occluderentur & palæstræ: quod evenisse Athenis post necatum Socratem, cum ejus rei postea pœnituisset, damnatis etiam exilio aut morte accusatoribus Socratis, & iis qui periculum capitis philosopho creaverant: qua de re hoc apud Diogenem Laertium lib. II. *de Vitis Philosophor.* in *Socrate* fol. 64 legere memini: Ὁ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἦν. Ἀθηναῖοι δ' εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε κλεῖσαι καὶ παλαίστρας, καὶ γυμνάσια, καὶ τοὺς μὲν ἐφυγάδευσαν. Μελίτου ἢ θάνατον κατέγνωσαν. Quod ipsum sæpe in Musicis, hoc est, poeticis annuis apud Tolosam nostram agonibus, de quibus ad extremum *libri* tertii plenius agetur, non semel usurpatum, ut eorum intermittatur celebratio, & in proximum annum, ex communi Critarum, quos *Manutentores* vocant, & *Capitolinorum*, hoc est, Municipalium magistratuum, atque agonothetarum judicio consultoque consilio, differatur, si quando tumultus aliquis, si pestis, aut quæ alia pernicies in Rempub. ingruat: si nuncius aliquis feralis ac tristis de morte Principis, de fuso exercitu, de renovato civili, quod urgeat, bello, fortean allatus fuerit: & scimus ipsi, & utrorumque acta seu commentarii publici, atque archia, fidem certissimam faciunt.

CAP. XXX.

Ex agonibus gymnicis quidam Graviores, Leviores alii nuncupati. Æschines obiter castigatus, & item Plato. Cursus ante solis exortum, aliique leviores ante meridiem agones commissi. Graviores post meridiem. Cursores omnium agonistarum primi citati a præcone. Sophoclis recepta lectio in dubium vocata. Præconiæ citationes binæ: dationesque præmiorum per singulos ludorum Olympicorum dies itidem binæ. De Pentathlo Laertius uno verbo mutilus suppletur, & integritati restituitur: ubi de Democrito philosopho, qui Pentathlus nuncupatus. De Pausaniani cujuspiam loci constituenda lectione disputatum. Timocreon Pantathlus apud Athenæum, non, ut visum Interpreti, Pentathlus. Pantathlon, pammachum, pancratium idem esse videri, & pammachos atque pancratiastas. Pancratium autem a pentathlo distingui apud Xenophontem.

ISTORUM autem (de gymnicis loquor) agonum alii ab aliis invicem hac nota distinguebantur, ut hi quidem *βαρεῖς* [1], id est, *graves*, dicerentur, illi κοῦφοι, seu *leves*. In levibus cursum & saltum quoque, (ut puto) immo etiam ἀκροχειρισμὸν forsitan: (de quo tamen ipso amplius quærendum censeo, dum eos incipiendi locos nactus sim, quos Mercurialis doctiss. a suis medicis petitos adfert, ubi *cap.* III. *lib.* VI. de re gymnastica differit) in gravibus luctam, pancratium, atque pugilatum numerabant. Auctor mihi locupletissimus Æschines, *contra Ctesiphontem* fol. 75. quo loco. Οἶεσθέ ποτε ὦ Ἀθηναῖοι ἐθελῆσαί τινα ἐπασκεῖν εἰς τὰ Παναθήναια, (ubi vetustus Ursini Fulvii codex habere dicitur Ὀλύμπια) ἢ εἰς ἄλλον τινὰ τ̃ στεφανιτῶν ἀγώνων παγκράτιον, ἢ καὶ ἄλλο τι τ̃ βαρυτέρων ἄθλων, εἰ ὁ στέφανος ἐδίδοτο μὴ τῷ κρατίστῳ, ἀλλὰ τῷ διαπραξαμένῳ, οὐδέποτε ἠθέλησεν ἐπασκεῖν: ubi pro οὐδέποτε malim, quod est in illo Ursini codice, οὐδεὶς ἄν ποτε. Adhibeo alterum non minoris utique nominis atque auctoritatis, Platonem nimirum, apud quem lib. VIII. *de Legib.* fol. 833. libri a Steph. excusi, Atheniensis hospes ubi de cursoribus differuit, quibus præmia constituta vellet in sua illa Repub. subjicit deinde ista e quibus luctam in gravibus exercitationibus olim numeratam intelligimus, cujus loco ipse pugnam in armis exerceri velit: Τὰ ἢ κατ' ἰσχὺν ἀντὶ μὲν πάλης καὶ τ̃ τοιούτων τὰ νῦν ὅσα βαρέα (hic adde distinctionis notam, si me audis, ne superiora cum sequentibus, quod recentior Interpres perperam fecisse videtur, conjungas) τ̃ ἐν τοῖς ὅπλοις μάχην ἕνα τε πρὸς ἕνα διαμαχομένους, & cæt. Addo tertium, Julium Pollucem scilicet *Onomastico*, lib. II. fol. 159. ubi: Καὶ οἱ μὲν δρομεῖς (ait) ἐλαφροί, κοῦφοι, ποδώκεις, & cæt. καὶ κούφως, ἐλαφρῶς. ὠκέως, ταχέως, σπουδαίως. οἱ δὲ παλαισταί, βαρεῖς, στάσιμοι, μόνιμοι, & cæt. καὶ βαρέως, στασίμως, μονίμως, καὶ τὰ λοιπά. Flavius etiam Philostratus in *Herode*, lib. II. *de Vita Sophist.* ubi de gymnicis agonibus, nostram sententiam adjuvat, his verbis: Ἐκεῖνο ἔφη καταγελῶ μᾶλλον ὁρῶν τοὺς ἀνθρώπους διαγωνιζομένους ἀλλήλοις παγκράτιον, καὶ πυγμήν, καὶ δρόμον, καὶ πάλην, καὶ στεφανουμένους ὑπὲρ τούτων· στεφανούσθω ἢ ὁ μὲν δρομικὸς ἀθλητὴς ἔλαφον παρελθών, ἢ ἵππον ὁ δὲ τὰ βαρύτερα ἀσκῶν ταύρῳ συμπλακεὶς, ἢ ἄρκτῳ. Ac Plutarchus etiam, qui pugilatum in gravium certaminum numero reponit, quo loco: [2] Κούφων ἢ καὶ βαρέων ἀγωνισμάτων ὄντων πύκτη μὲν Ἀπόλλωνι Δελφοὺς, δρομαίῳ ἢ Κρῆτας ἱστοροῦσι θύειν καὶ Λακεδαιμονίους. Sane pugilatus certamen inter Epeum & Euryalum describens ille poetarum pater & princeps Hom. *Iliad.* ψ. hoc βαρείας χειρὸς vocabulum usurpare voluit,

—— σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.

Ubi Eustathius, ἐνταῦθα κυρίως εἴρηνται παρὰ τὸ βίᾳ αἱρεῖσθαι. Postremo facit quod apud Pausaniam ita scriptum *Eliacis* II. fol. 159. ut doceat leviora quidem certamina (in quibus & cursum) ante solis exortum, graviora (in quibus pentathlum) horis pomeridianis exhiberi solita: ad quæ dum præconis voce, fortassis etiam adhibito tubicine, citarentur, præstolari apud Elidem athletas in porticibus consuevisse Philostratus [3] refert, ubi de

1 Meminit Galen. *lib.* III. ὑγιεινῶν non longe ab initio in fol. 246. τοὺς ἐν μέσοις τοῖς πόνοις ἀποθεραπεία χρωμένους ἐπαινῶ καὶ μάλιστα ἐπὶ τ̃ τοὺς βαρεῖς καλουμένους ἄθλους ἀσκούντων. Ubi & βαρεῖς ἀθλητὰς paulo post nuncupat, & fol. 247. Meminit Dionys. Halicarnass. lib. VII. *Antiquit. Rom.* fol. 475. in descriptione pompæ ac processionis, quæ ludorum maximorum causa Romæ fieret: Μεθ' οὓς οἱ τ̃ ἀθλημάτων (ait) ἀγωνισταὶ τ̃ τε κούφων καὶ τ̃ βαρέων, &c quæ sequenti *lib.* exhibebuntur: ubi de scammate ac subligaculo athletarum: & quæ superius itidem expressi in ipso præcedentis *capitis* initio.

2 Lib. VIII. *Sympos. Problem.* quæst. IV. Vide in hanc rem locum Diodori Siculi ex lib. IV. *Bibliothecæ* fol. 155. quem sequenti *capite* proponam.

3 Sub initio lib. VI. *de Apollon.* fol. 45. pag. 2. Aldini lib.

Gymnosophistarum porticu: Ἐδείμαντο στοὰν ὡ μεγάλην ἰσομήκη ταῖς Ἠλείων, ὑφ' αἷς ὁ ἀθλητὴς περιμένει τὸ μεσημβρινὸν κήρυγμα. Etenim præconium istud sive citationem meridianam quin ita uti dixi explicari oporteat, inficiabitur nemo, qui Philostrati verba cum illis Platonis, ex octavo *de Legibus* libro, quæ sermone sive *libro* ultimo proferam, ac simul cum hisce Pausanianis commiserit, quæ sic se habent: Καὶ ταύτῃ τὰς Ἑλλανοδίκας ἰέναι καθέστηκεν (inquit) εἰς τὸ γυμνάσιον· εἰσιᾶσι δὲ πρὶν μὲν ἢ ἥλιον ἀνίσχειν, συμβαλόντας δρομέας· μεσούσης δὲ τῆς ἡμέρας ἐπὶ τὸ πένταθλον, καὶ ὅσα βαρέα ἄλλα ὀνομάζουσιν. Et matutina quidem fuisse cursorum in agone gymnico spectacula, primosque omnium citatos illos, & in arenam vocatos, a præcone, ac tubicine Sophocles etiam præclare docet [1], ubi de Oreste ad ludos Delphicos progresso, qui cursu Diaulo victoriam inde reportarit a pædagogo, agitur in hæc omnino verba;

Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Πρόσχημ' ἀγῶνος, Δελφικῶν ἄθλων χάριν
Ὅτ' ᾔσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
Δρόμον προκηρύξαντος, ὃ πρώτη κρίσις,
Εἰσῆλθε λαμπρὸς πᾶσι τοῖς ἐκεῖ σέβας.

Ubi recte Scoliastes Triclinius: Εἰσήγετο γὰρ ὁ δρόμος πρῶτος τῶν ἄλλων ἄθλων, πυγμῆς, πάλης, δίσκου, ἁλμάτος· τοῦτο δὲ ἐγίνετο διὰ τὸ πάντας τοὺς ἀγῶνας πορείας δεῖσθαι. ἔστι δὲ ὁ δρόμος οὐκ ἄλλο τι ἢ μόνον πορεία καὶ τάχος ποδῶν. ὡς ἂν τὸ φύσει πρόσον μόνον ἰδιοποιησάμενος προετάττετο. In Sophoclæis autem versibus, etsi non nego quin ὀρθίων κηρυγμάτων rectum esse possit, ut sonora, id est, acuti soni præconia significet, quemadmodum ex Homero *Iliad.* λ. a Camerario doctiss. Scoliaste ibi adnotatum comperi. Et vero quoniam vox præconis victores renuntiantis alibi [2] λαμπρὰ dicitur. Attamen literula injecta ὀρθρίων equidem scriptum (si vetustorum codicum fides atque auctoritas patiatur) malim, quod est ἑωθινῶν, ut matutinæ quæ ad auroram proferuntur, præconiæ athletarum citationes ita designatæ intelligantur. Ad præconias athletarum istas citationes Olympiacas poeta vetustus ille haud dubie respexit, cujus senarios Jambicos Galenus [3] exagitandis, ut solet, athletis attulit, quo loco exercitationum omni genere superiora fore ipsis hominibus bruta, si committenda cum illis ad agones vocarentur, significat:

Εἰ Διὸς γνώμη πᾶσι τοῖς ζώοις ὁμόνοια
Καὶ κοινωνία γένοιτο πρὸς τὸν βίον,
Ὡς τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ κήρυκα μὴ μόνον
Ἀνθρώπους τοὺς ἀγωνιουμένους καλεῖν,
Ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἐπιτρέπειν τοῖς ζώοις
Εἰς τὸ στάδιον ἥκειν οὐδένα ἂν
Ἄνθρωπον οἶμαι στεφθήσεσθαι.

Binæ vero citationes istæ præconiæ singulis ludorum diebus fuerunt, & adjudicationes coronarum binæ: ob certamina scilicet antemeridiana & pomeridiana. Illorum citationes sub auroram, coronæ sub meridiem: Istorum meridianæ citationes, vespertina præmia. Non insubida nec ineleganti conjectura hoc videor colligere, tum e superioribus locupletium & assiduorum sane auctorum testimoniis, tum ex isto potissimum D. Joannis Chrysostomi [4] loco: *Non enim nobis de rebus vulgaribus certamen est. Absurdum enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie a medio noctis usque ad meridiem perdurare exspectantes ut videant cui cessura sit corona, nudoque capite excipere solis radios, nec prius abscedere quam de certamine fuerit pronuntiatum, nos vero nunc cum certamen sit non de tali corona, sed de corona immortali, defatigari ac tædio affici.* Porro autem illo, cujus verba paulo ante retuli, atque aliquot etiam ejusdem Pausaniæ locis, (quos tum ostendere mihi fas erit, postcaquam diutius nuperam conjecturam meam, atque adeo melius, quieto scilicet pacatis rebus animo, concoquendi otium atque facultatem habuero) dubitari non abs re possit, ecquid mendose scriptum sit τὸ πένταθλον, quo nomine *quinquertionem* significari constat, ut agones omnes comprehendantur, & encyclopædiam quoque, sed μεταφορικῶς, sicuti Democritum Abderitem Pentathlum dictum ferunt: Καὶ ἦν ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος (ait Laertius Diogenes [5]) τὰ γὰρ φυσικά, καὶ τὰ ἠθικὰ ἄλλα, καὶ τὰ μαθηματικά, καὶ τοὺς ἐγκυκλίους λόγους, καὶ περὶ τεχνῶν πᾶσαν εἶχεν ἐμπειρίαν: quo loco reponendum verbum, quod deest, censeo, nempe τὸ ἤσκητο, post illud ἠθικά; sine quo cætera vix, ac ne vix quidem possunt consistere, neque cum illo εἶχεν, quod sequitur, apte connecti, mea quidem sententia. Id autem verbi quod a me restituitur a Suda desumpsi, cujus ista sunt, quæ adscribam, in πένταθλος: Ὁ Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικά, τὰ μαθηματικά, &c. quæ a Laertio superius adscripsi. Sed ad rem, si πένταθλος *quinquertio* est, sicuti profecto est, quem ad certamen a præcone vocatum in medium Festus [6] ex Livio athletas hoc nomine significatos addocens retulit) non potest apud Pausaniam non frustra & supervacuo adjectum istud videri, καὶ ὅσα ἄλλα: falso autem & contra quam sive ratio, seu Æschinis aliorumque Veterum authoritas postulat, illud βαρέα, tanquam nullus non agon in gravibus numerari debeat. Cujus vocabuli vice, alterum tam crebra quam levi unius literulæ immutatione aptissimum ei loco, & quod eandem cum pancratio (quod Æschines usurpavit, ac frequentius esse agnosco) significationem habeat, παύταθλον substitui debere conjicio, recordatus de Timocreonte Rhodio poeta & athleta Pantathlo Athenæum lib. x. *Deipnosoph.* loqui, καὶ Τιμοκρέων δὲ ὁ Ῥόδιος ποιητὴς καὶ ἀθλητὴς πάνταθλος ἐνέφαγε, &c. sic habet Aldinum exemplar: ut satis mirari non possim, quid eruditissimum Dalechampium commoverit, ut adversus ipsius fidem in sua Latina interpretatione [7] *Pentathlum* legeret. Conjicio autem illud, sed nondum, aut pronuntio, aut statuo. Nam etsi Pammachum ex Hygini *Fabularum* eo quem ante citavi loco, idem esse cum Pancratio intelligitur, quod & Pollux [8] (ubi de pancratiastis

1 *Electra* fol. 112. lib. Stephan. ex quo nonnihil a me superius duobus locis adnotatum fuit,

2 Apud Gregor. Nazianz. in *Hieron.* in fol. 157. ex quo verba sequenti *libro* sub initium proferam.

3 Ad finem *Protrepticæ rationis ad artes*, sive *scientias*, fol. 6.

4 In oratione *adversus Judæos* II. col. 1002. unde verba in aliam rem profero *lib.* III. *cap.* VI. quæ hic etiam adscripsi.

5 In *Demetrio*, fol. 356. Græci a Stephano excusi.

6 In *Quinquertium*, ubi Livius quoque ipsos athletas sic nominat, *Quinquertiones præco in medium vocat.*

7 Fol. 309. libri Lugdun.

8 Lib. III. *Onom.* cap. XXX. ubi & hoc, ἐπὶ δὲ τούτων εἴποις ἂν (ait) ὡς εἰσὶ πάμμαχοι. Quin & a Suda παμμάχιον exponitur παγκράτιον.

agit) isto Platonis testimonio allato comprobat, τὸν ἀρεστὸν κομιδῇ παμμάχων κατὰ τοὺς Ἀκαρνᾶνας τοὺς παγκρατιαστάς: & manifestissime D. Ambrosius [1], ubi de pancratiastis loquitur: Alii qui cædem & pulveris jactum membrorum nexibus miscent, omni sibi verberandi jure permisso, quos παμμάχους vocant, eo quod omnis litis & pugnæ adversum se habeant potestatem: Chrysostomus etiam Dio in *Diogene* [2], quo loco: Οὗτοι μὲν οὖν οἱ ἀνταγωνισταὶ σχεδὸν ὅμοιοί εἰσι τοῖς παμμάχοις, παίοντές τε, καὶ ἄγχοντες, καὶ σπαράττοντες, καὶ ἀποκτείνοντες ἐνίοτε. Unde nihil obesse videatur, quominus *pantathlon* dici exercitationis illud genus potuerit, quod pancratium & pammachum etiam nominatur, & a quo Euthymium Plato pammachum vocavit, sicuti Cælius lib. XV. *Antiq. Lect.* cap. XXX. notat. Nihilominus tamen, ut sinam quod eamdem immutationem aliis Pausaniæ locis itidem fieri conveniret, in quibus omnibus idem ut mendum inoleverit, verisimile non videtur, præsertim autem cum eam illi commode non ferant. Iste quidem ex *Elegis* Colophonii Xenophanis apud Athenæum 3 omnino respuit, ubi pancratium a pentathlo, aliisque agonibus, tanquam aliud, & vero gravius certamen, diserte distinguit, sic fere:

Ἀλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιτο,
  Ἢ πενταθλεύων ἔνθα Διὸς τέμενος,
Παρ' Πισάο ῥοῇς ἐν Ὀλυμπίῃ, εἴτε παλαίων,
  Ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων,
Εἴτε τι δεινὸν ἄεθλον, ὃ παγκράτιον καλέουσιν,
  Ἀστοῖσι κ' εἴη κυδρότερος πρὸς ὁρᾶν.

Quum etiam eodem loco postea pugilatui, luctæ, cursui pentathlum immistum, tanquam diversum legas in hæc verba:

Οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσιν ἔτ' εἴη,
  Οὔτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαισμοσύνην.
Οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτῆτι ποδῶν, τό περ ἐστὶ πρότιμον.

Et similiter apud Dionem Chrysostomum eo sermonis Olympici loco, quem *lib.* III. *cap.* IX. ubi de veterum agonibus dissererur, exhibebo.

CAP. XXXI.

Quid sit πένταθλον, *& quis hoc certamine victor esse diceretur. Recte apud Pausaniam pentathlon inter gravia certamina relatum. Eosdem pancratiastas & pentathlos esse potuisse, Plinio explicato. Pentathlum ab aliis gravioribus sed singulis certaminibus merito distingui: sed ita ut ipsis interdum de quibus in universum agitur, aut etiam levibus non incommode adjungatur, Diodori expenso loco, & forsitan correcto. Sophoclæus Scoliastes, & Paulus Festi abbreviator notantur, existimantes una die decertari debuisse omnibus quinque agonibus. Pindarus illustratur, de Xenophonte Corinthio, qui cursu & pentathlo simul vicerat. Post invectum pentathlum uni ex agonistis omnium certaminum præmia tribui cœpta, expenso altero ejusdem Poetæ loco.*

QUAMOBREM verius puto ac simplicius, ut qui ad omnia subeunda certamina se iisdem ludis eademque vice offerret, is non minus pentathlon obire ac vincere diceretur, quam qui diversis locis temporibusve, tum de his, tum de illis quinquertii ludis victoriam reportasset. Itaque is qui se omnibus objiceret, simul cum non levibus modo, sed & gravibus agonibus decertandum habuisse, cum manifesto appareat, sequitur ut non sine ratione illo Pausaniæ loco πένταθλον inter gravia numeretur, quando etsi non hoc sit pancratiastem esse quod pentathlon, nihilominus iidem esse pancratiastæ, ac pentathli queunt: sicut accepisse Plinius 4 videtur, ubi Myronem illum statuarium, atque fictorem egregium bucula maxime nobilitatum fecisse scribit inter cætera discobolon, Satyrum admirantem tibias & Minervam, Delphicos pentathlos pancratiastas, hoc est, eos, qui cum se pentathlo (ut ante monui) obtulissent, pancratio, quod in gravibus agonibus numerari solet, utique decertarunt: quod tamen sic dictum volo, ut pentathlon nihilominus ipsum ab aliis gravibus scilicet singulis separatim obitis merito distingui possit: sicuti ab Arriano lib. III. cap. I. in *Epicteto*, qui hoc ipsum scilicet sentiens, quod de Hercule omnibus agonibus, tam gravibus quam levibus victore, olim Diodorus Siculus lib. IV. *Biblioth.* fol. 155. prodiderat esse perdifficile, cum ea tantopere sint a seipsis diversa & prope contraria, illis qui præstiterit, istis alios vincere ut possit: Τῶν ἀθλημάτων (ut ille inquit) ἐναντίων ἀλλήλοις ὄντων, τὸν πύκτην ἢ παγκρατιαστὴν τοῦ σταδιέως δύσκολον περιγενέσθαι, καὶ πάλιν τὸν ἐν τοῖς κούφοις ἀθλήμασι πρωτεύοντα καταγωνίσασθαι τοὺς ἐν τοῖς βαρέσιν ὑπερέχοντας δυσχερὲς καταπονῆσαι. Quo loco equidem, more isto nihil prætermittendi quod scire videar meo, illud καταγωνίσασθαι in contextum irrepsisse e glossemate verbi sequentis καταπονήσας asseverare, si quid mihi tamen per eximios hujus ævi criticos licet, audeo. Arrianus igitur ut pancratiastam aliter, luctatorem aliter, aut cursorem instituendum esse, ut hoc aut illo exercitationis genere cæteris agonistis antecellat: non absimiliter hoc ipsum de quinquertione atque de luctatore scribit. Eum enim qui pentathlo maxime valeat, ad luctam turpissimum fore, hoc est, ineptissimum, his admodum verbis; Καὶ γὰρ τὸ παγκρατιαστὴν οἶμαι ποιοῦν καλὸν, τοῦτο παλαιστὴν οὐκ ἀγαθὸν ποιεῖ, δρομέα καὶ γελοιότατον, καὶ ὁ πρὸς πάλην αἴσχιστος: & ab ipso Epicteto cap. XXXVI. in *Enchiridio*: Πένταθλος εἶναι βούλει, ἢ παλαιστής; ἴδε σεαυτοῦ τοὺς βραχίονας, τοὺς μηρούς, τὴν ὀσφὺν καταμάθε· ἄλλο γὰρ πρὸς ἄλλο πέφυκε. Et nihilominus recte eum levibus quoque conjungi, ut quod de his hoc ipsum de illo æque proferatur: sicuti cum in Xysto veteri apud Elidem ait Pausanias *Eliacon* II. fol. 158. locum esse, in quo cursores & pentathli se cursu sive decursione seorsim ab aliis athletis exerceant, χωρὶς δὲ ἔνθα ἐπὶ μελέτῃ δρομεῖς (ait) καὶ οἱ πένταθλοι θέουσιν: qui locus Pausaniæ vel unus nostram illam conjecturam fundi- tus labefactat: propterea quod pantathlos, id est pancratiastas, aut pammachos decurrere falsum sit, pentathlos itidem ut cursores omnino verum & apertum satis. Pentathlos adeo cum cursoribus paulo ante conjunxerat, ut a cæteris in qui seorsim singuli obirentur agonibus distingui solitum.

---

1 *Enarrat. in Psal.* XXXVI. eo quem ante attuli loco.

2 In sermone qui *Diogenes* ἢ περὶ ἀρετῆς inscriptus, fol. 91. Ald. libri.

3 Lib. X. *Deipnosoph.* optime fol. 309. Latinæ suæ interpretationis notavit πένταθλον a cæteris

4 Lib. XXXIV. *Natur. Hist.* cap. VIII. ubi etiam ærei pentathli, qui vocatur ἐγχειριζόμενος, ab Alcmene Phidiæ discipulo facti commeminit.

palæstra exercentibus (sese athletis separaret: ubi de Olympico gymnasio: Ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ πεντάθλοις μὲν καθεστήκασιν ἐν αὐτῷ καὶ δρομεῦσιν αἱ μελέται, &c. καὶ ἄλλος δ' ἐστὶν ἐλάσσων περίβολος ἐν ἀριστερᾷ τῆς ἐσόδου τῆς ἐς τὸ γυμνάσιον καὶ αἱ παλαῖστραι τοῖς ἀθληταῖς εἰσὶν ἐνταῦθα. Et Lucilius Epigrammatarius his verbis lib. II. *Anthol.* cap. II. εἰς ἀστρολόγους, epigr. IV.

Πρὸς τὸν μάντιν Ὄλυμπον Ὀνήσιμος ἦλθ' ὁ παλαιστὴς
Καὶ πένταθλος Ὕλας καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς.

Et in illa inscriptione odes XIII. Pindarus Xenophonti Corinthio stadiodromo & pentathlo, quod a vulgaribus etiam recentioribus Pindaricarum Odarum Interpretibus neutiquam explicatum scias, cum tamen eodem hymno stroph. II. od. XIII. *Olymp.* ea de re sic scriptum sit:

Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμόν, τὸν ἄγει πεδίων
Ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα
Σταδίου νικῶν δρόμον· οὐκ
Ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
Θνατὸς οὔπω τὶς πρότερον.

Nam quod a pentathlis decertari quinque omnibus agonibus uno die solitum scribens ad istud Sophoclis versum *Electra* fol. 112. lib. a Steph. excusi,

Δρόμων διαύλων πεντάεθλ' ἃ νομίζεται.

Scholiastes autumat, ἅλμα, δίσκον, ἄκοντα, δρόμον, πάλην, ταῦτα ἐν μιᾷ τις ἠγωνίζετο ἡμέρᾳ: vix persuaderi mihi unquam sivero: tametsi non Festo quidem Pompejo, sed ipsius Abbreviatori aut glossatori Paulo [1], placuisse videam: cum ne ipsi quidem Herculi, & ludorum auctori Olympicorum, & Deo veterum fabularum, auctores istud tribuant, sed tantum omnibus eum (licet inter se contrariis) agonibus victorem extitisse: sicuti auctore Diodoro duobus hujus libri locis [2] explicasse me recordor. Tisamenum quidem ex Jamidis Eleum, cum ei ab Oraculo responsum esset clarissimis quinque agonibus victorem fore, cursu & saltu superasse Andrium Hieronymum, lucta vero esse ab ipso superatum: inde percepisse de bellicis sive militaribus agonibus accipiendam oraculi sententiam a Pausania *Laconicis* fol. 72. traditur sic fere: Τισαμενῷ δὲ ὄντι Ἠλείῳ τῶν Ἰαμιδῶν, λόγιον ἐγένετο, ἀγῶνας ἀναιρήσεσθαι πέντε ἐπιφανεστάτους αὐτόν. οὕτω πένταθλον Ὀλυμπιάσι ἀσκήσας, ἀπῆλθεν ἡττηθείς. καί τοι τὰ δύο γε ἦν πρῶτος· καὶ γὰρ δρόμῳ τε ἐκράτει, καὶ πηδήματι Ἱερώνυμον τὸν Ἄνδριον· καταπαλαισθεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἁμαρτὼν τῆς νίκης, συνίησι τοῦ χρησμοῦ διδόναι οἱ τὸν θεὸν μαντευομένῳ πέντε ἀγῶνας πολέμῳ κρατῆσαι. Apud illum præterea Scoliastem non magis arridet mihi quidem quod pugilatum sine ulla ratione oblivioni traditum, ac silentio velut obrutum ab eodem Scoliaste, sicut & a cæteris (quod & initio monui) feram. Etenim hoc illo versu voluit poeta, scilicet in quinque certaminibus illis vetustioribus (nam sexti forsitan utpote postremo loco recepti pugilatus scilicet, itidemque ob alias quas superius exposui causas, minor dignatio) cursum & quidem diaulum, non minus tamen, aut stadialem, ut ita loquar, aut dolichum connumeratum antiquitus. Sane quod Xenophontis Corinthii factum, qui eodem certamine, tam cursus quam pentathli victor extiterit, sine exemplo poeta prædicat, hoc ita se habet, ut qui se quinquertio primum obtulerat, professo inter agonistas sive athletas, atque in album describi jusso cum iis qui decertaturi essent, nomine, qua de re commodius *libro* tertio disceptabitur [3], is cum adversario sive antagonista certamen cursus eligente, aut si forte alea quadam ita contingeret, cum ea de re sortitio fieret, contenderit, ac proinde qui cursu idem pentathlo ex unico certamine victor declaratus ac proclamatus fuerit, atque ita forsitan omnium quoque gymnicorum agonum præmia & coronas consequutus. Hoc quidem ex eo colligo κατ' ἀντιδιαστολήν, quo apud Pindarum legere memini, antequam esset quinquertium inductum, suum unicuique facto sive certamini præmium fuisse propositum: tanquam hoc significet, post inventum pentathlum unicuique facto sive certamini cœpisse quinque agonum omnia præmia tribui. Præstantissimi etenim poetæ istud est ex ode *Isthmiorum* prima, antistr. II. quod mecum ab eruditis expendi volo:

Οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἀλλ' ἐφ' ἑκάστῳ
Ἔργματι κεῖτο τέλος. τοὺς ἀθρόοις
Ἀνδησάμενοι θαμάκις
Ἔρνεσιν χαίτας, ῥεέθροισί τε Δίρκας ἔφανε
Καὶ παρ' Εὐρώτα πέλας.

Denique pentathlon dici, qui possit omni antagonisticæ facultatis genere decertare, sicuti pancratiastam sive pancratiasticum illum, qui lucta, & pugilatu, aperte docet Aristoteles illo *Rhetoricorum* a nobis antea commonstrato loco, ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι πένταθλος. Ac nescio an πεντάθλου nomen ad eum proprie pertineat, qui se quinque omnibus illis agonibus per unum integrum diem decertaturus quocunque ipsorum alius quivis, aut forsitan cui sors obtigisset, experiri secum vellet, offerebat: non tamen ut quinque omnibus agonibus nisi depugnasset (excepto forsitan inter dimicandum die, aut antagonistæ sive adversarii penuria) palmam consequi nequiret: quod Scoliasti Sophoclæo illi (quemadmodum superius admonui) visum est.

CAP. XXXII.

Perfectissimum exercitium, quod per integrum diem obiretur, ab athletis habitum: κατασκελή. Quo quisque agonum tempore apud Olympiam inductus. Pugilatum pentathlo non esse comprehensum e Pausania colligi. Exercitiorum seu exercitationum aliæ a Galeno differentiæ, apud quem quod Dolichus cursus in exercitiis remissioribus connumeratur, in controversiam non immerito adduci posse ostenditur. Gravibus exercitiis major dignatio juxta Eustathium. Gymnicis tamen prælati equestres seu curules, quorum haud dubie in levioribus & velocioribus licet habitorum peritiam Amphitruone patre ipsum exercente consequutus Hercules fuerit, auctore Theocrito.

PER unum quidem ac solidum diem nonnunquam id exercitium, quod perfectissimum putarent, τὸ τελεώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον ἐσθ' ὅτε καὶ δι' ὅλης ἡμέρας γιγνόμενον, ὃ δὴ καὶ κατασκελὴν ὀνομάζουσι, ab athletis immenso ac immoderato in agonibus labore obiri nonnunquam solitum, a Galeno sub initium tertii τῶν ὑγιεινῶν libri traditur eo loco, ex quo verba *libro* III. allaturi sumus. Atque hoc ideo minus dici potuisse μονημέριον, quam illud

---

1 In *Quinquertium*: Ubi, *Quinquertium Græci vocant* πένταθλον, *quo die* (forte *quod eodem die*) *quinque genera artium ludo exercebantur*: ipsos quoque athletas Lucius *Quinquertiones* appellat.

2 Præter quos attigi & hoc ipsum initio hujus *capitis*.

3 Vide & Suetonii locum *Nerone* cap. XXI. a me superius indicatum.

quod ad ferarum numerum una die sagittis confectarum a Justiniano in *Novella* xcviii. & in titulo Epigrammatis alicujus lib. i. *Anthol.* cap. i. epigr. iv. quod Leoni philosopho tribuitur, appellatum legimus. Qua de re Philologos attentius considerare cupio, si forte in tanta vetustatum rerum obscuritate certius ipsi quidpiam, quod nos fugerit, tandem odorari queant. Nam post renovatum ab Iphito (de quo a nobis hujus *libri* initio *cap.* xxi. sub initium, & *cap.* xvi. e Solino, actum est, agetur & sequenti *tractatu*, *cap.* xxiii. *lib.* ii. & in *cap.* xxv. ubi de ludorum auctoribus. De disco autem Iphiti & Lycurgi in *cap.* xxvi. ejusdem *lib.* ii. deque disco ipsius coronario in ludis) agonem Olympicum antea per aliquod tempus intermissum, cursus primum, quo Corœbus vicerit, præmia fuisse proposita, deinde circa Olympiadem xiv. additum diaulum, eoque vicisse Hypenum: sequenti Olympiade itidem Achantum: octava demum ac decima pentathli & luctæ certamina, quorum Eleis in memoriam venisset, fuisse restituta: & lucta quidem Eurybatum vicisse, pentathlo Lampidem superasse: tertia vero & vicesima Olympiade pugilatus præmia denuo proposita, quæ Onomastus abstulerit, (sicuti *libri* hujus initio admonui) Pausanias[1] memorat, quo loco: Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος πεντάθλου καὶ πάλης ἀφίκοντο ἐς μνήμην, καὶ τοῦ μὲν Λάμπιδι ὑπῆρξεν, Εὐρυβάτῳ δὲ ἡ νίκη τῆς πάλης, Λακεδαιμονίοις καὶ τούτοις. τρίτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν, Ὀνόμαστος δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης συντελούσης ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἴωνας. Unde apparet in pentathlo non comprehensum pugilatus certamen, quod aliquot annis postea renovatum fuerit apud Olympiam: quod esse notandum arbitrari me jam dixi antea *cap.* xii. supra, illorum Scoliastum fulciendæ sententiæ, quos, quod pugilatum omitterent in agonum enumeratione, ideo superius quodam loco *cap.* v. hujus *libri* reprehensos volueram. De levibus profecto agonibus, quibus δολιχόδρομοι inter cæteros decertarent, apud Diodorum Siculum lib. iv. *Biblioth.* fol. 155. atque Galenum ὑγιεινῶν lib. iii. agi scio, ex quorum libris haurias licet: itemque apud Aristotelem, qui alicubi lib. ix. *Polit.* cap. iv. ex quo infra scripsi *lib.* proximo, περὶ τῆς γυμνασίας κουφοτέρας loquitur, quod tamen alio pertinere arbitror: sicuti quod Galenus[2] περὶ τῶν γυμνασίων agens, quædam ait esse εὔτονα, quædam vero ταχέα χωρὶς εὐτονίας καὶ βίας, δρόμους δὲ εἶναι ταῦτα καὶ σκιομαχίας καὶ ἀκροχειρισμοὺς καὶ τὸ διὰ τοῦ κωρύκου τε καὶ τῆς σμικρᾶς σφαίρας γυμνάσιον, ὅταν ἐκ διεστώτων τε καὶ διαθεόντων γίνεται, τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ ἐκπλεθρίζειν καὶ τὸ πιτυλίζειν, ὠκείας δὲ κινήσεις εἶναι, οὐ μὴν βιαίους γε καὶ ὅσαι κατὰ παλαίστραν ἐπιτελοῦνται κυλινδουμένων ὀξέως καθ᾽ ἑτέρων τε καὶ μόνας, &c. Itemque τὰ σφοδρὰ σύνθετα εἶναι ἐξ εὐτόνου τε καὶ ταχέος. Mirum vero quod inter remissiora exercitia & imbecilliora retulit, cum iter agentium processione illud quod δολιχὸν dicitur, quæ propterea fieri continue ac sine pausa exercitia scribit: cum tamen & in cursu robur esse necessarium non minus, immo etiam magis aliquanto, quam in cæteris exercitationibus, auctoritas vetusti poetæ, cujus verba superius expressi, fidem faciat: & vero e cursuum genere hoc antea ostensum sit, atque aliis locis comprobari queat: illius enim ista sunt in supra *d. loco*: Ὅσα δ᾽ ἀσθενέστερα τῶν γυμνασίων ἐστὶν ἀνὰ τὸ διαναπαύεσθαι γίνεται, μᾶλλον ὥσπερ δολιχός τε καὶ αἱ ὁδοιπορίαι. Ut ut sit, varias esse talium exercitationum facultates ac energias, ut violentæ quædam, graves robustæque sint, leves quædam, celeres & concitatæ, aut pariter violentæ ac celeres, quas illarum peritus recte possit discernere, ab eodem ipso non multo post pronunciatur: quo loco: Ὁ δὲ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνην ἐπιστάμενος ἀκριβῶς ἁπάσας (δυνάμεις) διαγνώσεται, πρὸς ἀθροισμοὺς συνεπεῖς ἀναφέρων, ἢ γὰρ βίαιοί τινές εἰσι καὶ βαρεῖαι καὶ εὔτονοι, ἢ κοῦφαι καὶ ταχεῖαι καὶ σύντονοι, ἢ βίαιοί τε ἅμα καὶ ὀξεῖαι. Eustathius 3 autem agonum illorum ita commeminit, ut dignationem gravibus majorem tribui solitam ostendat, his fere verbis: Ἵνα μὴ τῆς δισκευτικῆς ἀρετῆς αἰσχύνη ὡς μὴ βαρέος ὄντος τοῦ δίσκου, ἀλλ᾽ οἷον πτηνοῦ δι᾽ ἐλαφρότητα. Quod sic interpretor, ut Circenses interim Gymnicis prælatos, quippe quod illis divites, magnates, ac reges quoque ipsi contenderent, minime dubitem: tametsi vel oculorum ipsorum judicio in velocium & levium agonum ordine ac numero fuisse constet, ac Theocriti 4 etiam poetæ non vano isto testimonio, ubi aurigandi, hoc est, equos currui junctos in certamen educendi, ac circa metas flectendi peritiam Herculem ab Amphitruone patre (qui sæpe in Argivis, hoc est, Nemæeis ludis isto agonis genere decertarat, victorque vasis pretiosis, pro velocium certaminum præmio ibi propositis, donatus fuerat) didicisse fabulatur:

Ἵππους δ᾽ ἐξελάσασθαι ὑφ᾽ ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι
Ἀμφιτρύων, ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδασκεν
Αὐτός, ἐπεὶ μάλα πολλὰ θοῶν ἐξ ἤρατ᾽ ἀγώνων
Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια. καὶ οἱ ἀαγεῖς
Δίφροι ἐφ᾽ ὧν ἐπέβαινε, χρόνῳ διέλυσαν ἱμάντας.

Rursum inter ipsos gymnicos agonistas honos aliquanto major habitus apud Olympiam quidem cursoribus, quod ab eorum victoria quoddam veluti cognomen Olympiadibus adderetur, sicuti posterius *cap.* xv. *lib.* proxime sequentis ostendam, ipsorumque adeo Hieronicarum hujusmodi qui studio superassent fama celebranda nomenque diu ad posteritatis memoriam permansurum fuerit. Sed mearum de vetusto certaminum sacrorum more cogitationum currum ad has veluti metas quasdam interius flectendum habeo, ne longius extra lineas & scamna distrahar. Etenim si singula, quæ vel jam nota plerisque, vel certe obvia sunt, nec ullis difficultatibus involuta, ut meam, aut cujusquam implorare operam videantur, persequerer, dum præcipue unum id enitor, ut animo ægritudine ob calamitatis huic toti orbi Gallico imminentis expectationem defatigato, peneque oppresso, requietem atque allevationem quæram, finem de his cogitandi aut scribendi ludis, serius quam vellem, & quam istud non ludicrum, etsi deforme temporis mœsti justitium 5 exposcit, haud dubie facerem.

1 *Eliacon* i. fol. 120. De Onceste autem, qui ad Olympiadem xxi. victor extiterit, scribimus extremo *cap.* iii. *lib.* seq.

2 Ὑγιεινῶν lib. ii. fol. 241. lin. 45. & seq. & sub finem fol. 243. lin. 4. & seq. & sub init. lib. iii. fol. 244. lin. 51.

3 Ad illud Hom. ex *Iliad.* ψ. Καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντα.

4 *Heraclisco* eidyllio xxv. sub fin. De Olympicis equestribus sive curulibus ludis eorumque auctore scripsi supra *cap.* xxv.

5 Sic Mamertinus loquitur in *Juliani Panegyrico*.

PETRI FABRI,

Regii Consiliarii, Libellorum Exmagistri, & in Senatu Tholosano Præsidis,

AGONISTICON,

SIVE

DE RE ATHLETICA,

LUDISQUE VETERUM GYMNICIS, MUSICIS, ATQUE CIRCENSIBUS SPICILEGIORUM TRACTATUS.

LIBER II.

CAP. I.

Stadium, & Circus, Cavea, Scamma, ὄρυγμα. *Luciani lectio in dubium vocata circa* τὸ παράττειν. *Scammatis etymon & item* τοῦ καπετοῦ. *Ambrosii locus & Hieronymi, notato hujus Scholiaste:* ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, *Adagium aliter, atque ab aliis expositum. Tertullianus obiter castigatus. Homeri locus & ad eum Eustathii expensus. Item utriusque alter circa disci ludum, de quo plurima.* Σημεῖον, τέρμα. *Pentathli Phayli fabula de saltu.*



QUONIAM de Athletarum vario genere, ac differentiis, de ipsorum præsidibus Diis, deque hominibus præfectis officio, insignibus, ac de reliquis omnibus quæ ad agonas pertinent, abunde præter alios hujus ævi Criticos atque Polyhistoras *libro* superiore disseruimus: sequitur ut ad ea quæ propius absunt a principalis *Rescripti* quæstione, accedamus, in quo de coronis athletarum, & locis in quibus eas accepisse ipsos immunitate fruituros oporteat, agi ostendimus. Ergo de locis agonum, præmiisque, si quid μυστικώτερον minusque vulgare habeo, id ex opistographis meis elicitum, in hunc tractatum, sive sermonem conferam, atque communi Litteratorum usui depromam. Vel circum eundem cum stadio, vel in circo stadium fuisse subindicat Ausonius *epist.* XVIII. ad Ursulum Grammaticum de senario numero scribens:

Ostia quot pro parte aperit stridentia circus:
Ex cepto, medium quod patet ad stadium

Ideo alio loco *Eclogarii* epigram. penult. idem auctor horum utrumque conjunxit simul:

Primus Olympiacæ sacravit festa coronæ
Jupiter Argivis stadia ad longissima circi.

In stadio itaque sive circo, ubi gymnici exhibebantur ludi, fortassis etiam in gymnasii palæstra, locus fuit certaminis medius, in quo athletæ virtutis ac roboris sui specimen ederent, inferiore paulo, fossæque alicujus leviter depressæ speciem præferens, (quemadmodum in Romano amphitheatro arena quæ cavea, licet enim theatri caveam Augustinus dicit cap. XXXI. lib. I. *de Civitate*, & caveam a circo distinguit Cicero in secundo *de Legibus* [1], ut si non ad theatrum potius, scenicosque artifices, quemadmodum Seneca de mimicis ingeniis, verbisque ad summam caveam spectantibus agens, de *Tranquillitate animi* cap. XI. retulisse, quibus duas scenas in ea de *Haruspicum responsis* tribuit [2], easdemque cum cavea confundit, circum agonistis, caveam cantatoribus assignasse videatur: alii tamen, in quibus Seneca & Prudentius *adversus Symmachum* lib. I.

---

1 Cum ita scribit: *Jam ludi publici, quoniam sunt cavea circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, pugilatione, luctatione corriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutæ: cavea, cantu, voce, ac fidibus & tibiis dummodo ea moderata sint, ut lege præscribitur,*

2 Quo loco: *Omne servitium permissu magistratus liberatum in alteram scenam immissum alteri propositum: ut alter confessus potestati servorum objiceretur: alter servorum totus esset.* Et postea: *Illi cum ludos facerent servos de cavea exire jubebant: Tu in alteram servos immisisti, ex altera liberos ejecisti.*

& II ad extremum & περὶ στεφάνων hymno VI. post Papinium Statium in VI. *Thebaidos* [1] & post Virgilium in V. *Æneido*, unde verba sequente *sermone* adferam, caveam dicunt, in qua vel ab athletis, gladiatoribusque, aut a feris decertabatur, in amphitheatro scilicet, ac circo sive stadio) idemque sedilibus & scamnis undique septus, quasi vallo quodam terræque aggere præcinctus, (ut conjicere libet) quem scamma nominatum a nonnullis, ex veterum illa eruditiorum hominum cohorte reperio. Τὸ μὲν δὴ στάδιον (ait Pausanias lib. II. *Eliacon* fol. 155. Aldini libri) γῆς χῶμά ἐστι, πεποίηται δὲ ἐν αὐτῷ καθέδρα, τοῖς τιθεῖσι τὸν ἀγῶνα. Glossarium quidem illud vetustum quod superius citavi Græco-Latinum Σκάμμα, *fossum*, seu potius *fossam*, reddidit, Lucianus vero *Anacharsi* statim ipso initio etiam id ipsum (nisi me animus fallit) ὀρύγματος nomine designavit: apud quem Anacharsis de istis agonibus agens: Ἕτεροι δ' ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς τοῦτο αὐτὸ δρῶσι, καὶ ἐν πηλῷ ἐποίησαν. ἄλλοι δὲ ψάμμον τινὰ βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι πράσσοντες ... καὶ αὐτοὶ ἑκόντες πάττουσι τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην. Ubi minime quidem dubito quin pro πράττουσι reponendum sit eo loco δράττουσι pro δράξασι, quod *apprehendere*, *pugnumque implere* significat, vel potius ἀράττουσι, quod est *pulsare*, proprium itidem ut illud luctatorum sive Pancratiastarum, qui & καταράττειν & συναράττειν ab ipso etiam Luciano dicuntur, quemadmodum superiore *libro* docui. Porro alterum illud σκάμμα scilicet ἀπὸ τοῦ σκάπτειν deductum (a quo etiam τὸ καπετὸν ad finem *Iliados* Homericæ derivandum putavit Eustathius, eandem fossæ significationem habens vocabulum) illud inquam scammatis Græcum vocabulum usurpavit B. Ambrosius in *de Heliæ jejunio* cap. XIII. de ipso ut tanquam de cavea loquatur: *In scammate si quis te manu levat*, (inquit) *exors quidem palmæ, sed immunis injuriæ est* (sic malo, quam, *injuria est*) *in conviviis, & si manum revocet a vino, ori ejus infunditur*. D. Hieronymus veluti de loco agonis extra quem depugnare non liceret: sic enim ad *Pammachium* [2]: *Cur tu omissis super quibus pugna est* (ait) *de scammate, & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis disputationibus immoraris?* Quod propterea explicandum duxi, quia eruditissimos hoc politissimo seculo viros [3], qui ex professo *de Arte Gymnastica* scripsere, aliter sensisse video, velut si in laude maxima poneretur scamma transcendere atque transilire scammaque ipsum aut τὰ ἐσκαμμένα ad solos saltatores pertinuerint. Atqui scamma transilire, aut prætergredi, esse idem autumo, quod extra stadii terminos decertare: sic *extra limites circi furori studere*, *extra cardines theatri impudicitiæ intendere*, Tertullianus alicubi in IV *de Spectacul.* dixit, *aut insolentiæ extra stadium* (sic mecum legito pro *studium*) *& immisericordiæ extra amphitheatrum: quod Deus etiam extra cameras, & gradus, & apulias oculos habet*. Scamma cum stadio conjunxit Petrus Chrysologus, *sermone* XXXIII & CXXIV. Cæterum etsi de saltatoribus agens Lucianus *Anacharsi* vel *de Gymnasiis*, in gymnasiis edoctos ipsos fuisse ait *ad tumulum*, (sic malo quam cum Obsopæo *fossam* reddere) *si oporteat* (in bello scilicet) *aut aliud impedimentum quodpiam transiliendum*, ἀλλὰ καὶ ὑπεράλλεσθαι τάφρον, (inquit) εἰ δέοι, ἢ εἴ τι ἄλλο ἐμπόδιον, καὶ πρὸς τοῦτο ἀσκοῦνται ἡμῖν ἔτι, non tantum hoc ait τὰ ἐσκαμμένα, ut superarent eniti solitos, & quamquam Julius Pollux [4] τῶν ἐσκαμμένων meminit, sic fere, τὸ δὲ μέτρον τοῦ πηδήματος κανὼν, ὁ δὲ ὅρος τὰ ἐσκαμμένα, tantum abest ut pro illorum opinione faciat, ut meam potius sententiam confirmet: sequitur enim, ὅθεν ἐπὶ τῶν τὸν ὅρον ὑπερπηδώντων, οἱ παροιμιαζόμενοι λέγουσι, πηδᾷν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. Pollux autem haudquaquam hoc fuisse in ulla (nedum in maxima) laude positum scribit, non magis quam Cicero *transire*, sive (ut in quibusdam legitur) *transilire lineas* in *Paradoxis*, eo, qui proponetur inferius, deque scammate ipso quoque fortitan intelligendus est, loco. Eustathius quidem doctissimus, etsi metaphorice hoc verbi aut parœmiace usurpavit, attamen adjungens τὸ τῆς ὑπερβασίης vocabulum, illud in vitio potius quam in laude positum a Veteribus, quemadmodum & ipse acciperet non obscure significat, quo loco [5]: Ἔστι δὲ κυρίως ὑπερβασία, τὸ ὑπερβαίνειν τοὺς πεπηγμένους ὅρους τῆς γῆς· καὶ οἷον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ὅρια πηδᾷν· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀδικίας ἡ λέξις τίθεται, καὶ ἐπὶ τῆς ἁπλῶς δὲ κακίας. Cui valde convenit quod in vero, non ludicro monomachiæ agone, inter Menelaum & Alexandrum de Helena contendentes apud Homerum, locus certaminis designatur utrinque ab Hectore, & Ulysse, quem qui prætergressus foret, is pro victo utique haberetur. Nam ad illud Homeri, *Iliados* Γ. f. 418

Ἕκτωρ δὲ Πριάμοιο πάϊς καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
Χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον ——

Eustathius adnotat: Διαμετρεῖται καὶ τόπος τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου μονομαχίας, ἐξ ὧν τὰ αὐτοῖς ἔγκειται τὸ ἐπὶ πᾶσι κίνδυνον, καὶ ἔξω ἂν ἡττηθῆναί πως ὁ παρεξελθὼν τὸ, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς, διαμετρητὸν χῶρον. Nec aliter accipiendum quod de disci ludo agens

---

Aliter cavea illa pars amphitheatri qua feræ includebantur, ne majore in pugnam impetu emitterentur, id quod a Marcellino & aliis notavi ad extremum cap. VIII. lib. II. *Semestrium*, quibus addito Seneca *de Tranquillitate animi* cap. III. & Horat. in *Arte* ad fin. caveam illam theatri partem concavam & infimam φάραγγα vocavit, hoc Chrysostomus *Euboico* seu *Venatore*, fol. 70. pag. 2. ubi, τὸ δὲ θέατρον ἐστὶ ὥσπερ φάραγξ κοῖλον, πλὴν οὐ μακρὸν ἑκατέρωθεν, ἀλλὰ στρογγύλον ἐξ ἡμίσεος, οὐκ αὐτόματον, ἀλλ' οἰκοδομημένον λίθοις.

1 Ubi de discobolis:

Arduus Hippomedon cavea stimulante cidisset
In medio, lateque ferens sub pectore dextro
Orbem alium.

2 Adversus errores Joannis Hierosolymitani, col. 140. ubi recte Marianus Victorius, quod Erasmum ejus loci depravatorem carpit, Hesychium citans explicantem hoc nominis, ita ut stadium agonemque significent, perperam vero quod ait fuisse locum a quo milites egredi non liceret, athletas debuit dicere.

3 Mercurialis lib. II. *Artis Gymnast.* cap. XI. *Terminum attingere* (ait) *magnam, præterire maximam laudem fuisse verisimile est*, τὰ ἐσκαμμένα *vocatum; unde factum est adagium in eos qui metam transilirent*, πηδᾷν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, &c. Ubi videtur cum canone sive saltus mensura scamma confundere, contra quam Pollux manifesto distinguens fecerit.

4 *Cap.* XXX. *lib.* III. ubi περὶ πεντάθλου ἀλτικοῦ καὶ δισκικοῦ. Quo loco perperam accepto, quamvis a se non citato, videtur Mercurialis ipso invito Mercurio delusus.

5 Ad illud ex Homero *Iliad.* Σ. f. 388. Μήτις ὑπερβασίη.

Homerus in lib. Θ. *Odysseæ*, in Phæacibus protulit, equidem reor: aut aliter sensisse ipsum Eustathium, si recte intelligatur, (quamvis in eo fortassis lapsus videri possit, quod τὰ τέρματα καὶ τὰ σημεῖα eadem esse censuerit) quo loco Poeta:

Τόν ῥα περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός·
Βόμβησεν δὲ λίθος ——

Et postea:

—— ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων
Ῥίμφα θέων ἀπὸ χειρός· ἔθηκε δὲ τέρματ' Ἀθήνη.

Nam quod sequitur,

Καί κ' ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα
Ἀμφαφόων, ἐπεὶ οὔτι μεμιγμένον ἐστὶν ὁμίλῳ
Ἀλλὰ πολὺ πρῶτον· σὺ δὲ θάρσει τόν δέ γ' ἄεθλον

sic exponendum: ut (quod apud nos hodieque itidem in usu est) non qui ulterius longiusque discum ejaculatus esset, is vinceret, sed cujus discus primo in terram lapsu cæteris posterius relictis, ad signum, scopum, sive terminum propius accessisset. Atque ita τὰ ἄλλων βήματα ὑπερήσεις, aut ὑπερπτάσεις. Signum loci, quo quisque agonistarum discus pervenisset, quod & σημεῖον & fortasse *terma*, ut sensit Eustathius, dictum ab Homero, fixam sagittam fuisse, quo facilius dignosceretur ab æmulis disco in eodem (ut reor) inter se decertantibus, conjecturam ex eo Statii Papinii loco, lib. VI. *Thebaid.* feci ab ipso ejus Interprete Lactantio admonitus, ubi sic scriptum de disco Menesthei:

Illa manu magna & multum fœlicior exit,
Nec partem exiguam circi transvecta quievit,
Fit sonus, & fixa signatur terra sagitta.

Nam quod eundem antagonistæ discum jactaverint, quamquam ut in figura illa discobolorum, quam e numis M. Aurelii Imperatoris Apolloniæ Illyrii excusis a Mercuriali doctiss. lib. II. *Artis Gymnast.* cap. XII. folio 80. expressam videre est, suos quosque a singulis emissos interdum (ex compacto forsitan) haudquaquam inficior, illius opinionis meæ veritatem ista *ferentis sub pectore dextro orbem alium Hippomedontis* verba videntur apud eundem Papinium asserere:

—— *hunc potius juvenes qui mœnia saxis*
Frangere, qui Tyrias dejectum vaditis arces,
Hunc rapite: ast illud cui non jaculabile dextræ
Pondus? & abreptum nullo conamine jecit,
In latus. ——

Cæterum non is tantum in disci ludo pro victore habitus, vel ab Homero, vel apud Phæacas, qui ultra terminum, seu scopum, discum emisisset, licet longius quam cæteri, qui a scopo minus recessissent, ipsi posterius relicti. Nec enim τὰ ὑπέρμετρα & πλεονεκτήματα in laude, sed in vitio & reprehensione sunt posita: sive de discobolia, sive de hastilis ejaculatione aut alio quovis certamine agatur, ὥσπερ τὸ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν: de quo jam ante diximus, & ipse ad illum Homeri locum Eustathius sic loquitur, ut fabulam Phayli eximii saltatoris & pentathli Crotoniatæ scammata superantis, quæ olim quinquaginta pedum fuerant, a Parœmiographis prætermissam cæterisque Grammaticis inauditam, & isto propterea scripto non indignam, quod novam, adferat, qui proverbio illi causam dedisse intelligatur, quod ad pentathlos pertinet: Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ὑπερήσει, καὶ τὸ ὑπέρπτατο βήματα πάντα, οὐ μακρὰν ἐσχημάτισται τοῦ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷν· ὃ κεῖται παρὰ τοῖς ὕστερον· ἤγουν ὑπέρμετρα· παροιμιαζόμενοι μὲν ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλόντων, ἢ πλεονεκτούντων· μετενεχθὲν δὲ ἀπὸ τῶν πεντάθλων· ἤρξατο δὲ, φασὶν, ὁ λόγος ἀπὸ Φαΰλου πεντάθλου Κροτωνιάτου, ὃς πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν σκαμμάτων, αὐτὸς ὑπερέβαλε ταῦτα πηδήσας, ὡς τὸ ἐπίγραμμα φασὶ, λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ:

Πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα πόδας πήδησε Φαΰλος,
Δίσκευσε δ' ἑκατὸν πέντ' ἀπολειπομένων.

Itaque quod Statius Papinius *Thebaid.* VI. de Phlegya & Menestheo discobolis ab Hippomedonte superatis fabulam enarrans subjicit, de hujus disco:

Jamque procul meminit dextræ, servatque tenorem
Discus: nec dubia junctave Menesthea victum
Trans abiit meta: longe super æmula signa
Consedit, viridesque humeros & opaca theatri
Culmina ceu latæ tremefecit mole ruinæ.

Quod etiam de Phorbante Phlegyensium tyranno, seu duce: nempe, cum eorum, qui Delphos itarent, robustissimis quibusque lucta, cursu, pancratio, καὶ ὑπερβολαῖς δίσκων decertasse, capitaque superatorum præcisa quercui appeodisse narratur a Philostrato, lib. II. εἰκόνων in *Phorbante* seu *Phlegyensibus*. Denique quod de disco procul jacto apud Pindarum *Olympior.* od. X. antist. IV. Olympiis legitur:

Πέτρῳ δ' Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος·

Et item *Isthmiis* ode II. strophe III.

Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσαιμι τοσοῦθ' ὅσον ὀρ· ἂν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
Ἔσχεν, &c.

Quod apud Lucianum *Anacharsi* sive *de Gymnasiis*, de hastæ sive hastilis itemque de disci projectione, εἶτα περὶ ἀκοντίου βολῆς ἐς μῆκος ἁμιλλῶνται, & post disci descriptionem, ἐκεῖνο τοίνυν ἄνω τε ἀναρρίπτουσιν εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐς τὸ πόῤῥω φιλοτιμούμενοι, ὅστις ἐπὶ μήκιστον ἐξέλθοι, καὶ τοὺς ἄλλους ὑπερβάλοιτο. Consimiliter exponi debet, ut intra modum & quam proxime ad scopum propositum pervenire illum oportuerit qui victoriam esset ablaturus. Ac de saltu quidem quamvis ideo dubitari merito queat, quod ubique gentium hodie, (apud nostros quidem in usu ita observatur) ut qui ulterius se saltu proripuerit, is pro victore habeatur, attamen non frustra falsove Pollux saltus mensuram *canonem*, terminum vero, seu finem, *scamma* dixit, ut ante monui. Quæ omnia ut probabilia esse adhuc mihi quidem videntur: ita nolim omnino vera esse asserere. Nam & conjectura possum decipi, & aberrationis aliquo Veterum testimonio convinci, quale nondum profecto mihi videre contigit.

CAP. II.

Adbuc de ſcammate. Unctio Athletarum in Notis. Chryſoſtomi locus de inuncta veſte Athletarum expoſitus. Subligaculum athletarum zona ſive cingulum lumbare: ζῶμα Homero. Hiſtoria Orſippi curſoris, de qua lux ab Euſtathio allata Iſidoro: quamquam in ejus enarratione paulum diverſus ab illo epigrammatarius atque Pauſanias, quibus major fides.

SCAMMA non ubi ſaltu tantum, ſed & ubi diſco, curſu, & lucta, vel alio quolibet agone decertaretur, locum fuiſſe, cum illa, quæ ſuperius attuli, tum illa, quæ modo indicabo, fidem facient. Ab Iſidoro Peluſiota imprimis, qui quod initio epiſtolæ *ad Timotheum Lectorem*, epiſt. IV. lib. I. *ſtadium* dixerat, ad finem *ſcamma* nominat: quo loco: Περὶ ὧν μετέρχῃ ἄθλων θαυμάσιε πεπέισο, ςάδιον ἡμῖν τὰ παρόντα προτίθεσθαι ἀόρατον, ἐν ᾧ θηρίοις ὐκ αἰσθητοῖς, ἀλλὰ νοητοῖς τοῖς πάθεσι προσπαλαίομεν. Et poſtea, ἐπειδὴ τὰ ἔπαθλα ὁ μέλλων αἰὼν ἐμπεπίςευται ὡς ἔτος τὰ σκάμματα. ubi depugnatum adverſus beſtias ipſas antiquitus in ſcammate oſtendit: quod utique ad ſaltus agonem neutiquam pertinet. Deinde ipſo vetuſtior Iſidoro, majoriſque adeo in hiſce rebus fidei, Tertullianus de iis agens qui oleo aut ceromate uncti [1] decertant in ſcammate, oſtendit aperte ſatis (quantum judico) alias quam ſaltatores (quos, quando ſaltu contenderent, ungi ſolitos vix eſt, opinor, uſpiam ut legeris) nempe palæſtritas, hoc eſt, luctatores ac pancratiaſtas in ſcammate depugnaſſe aut etiam pugiles veſte oleo tincta madidaque amictos: juxta illud B. Joan. Chryſoſtomi *ſerm.* VII. *in cap.* I. *Epiſtolæ D. Pauli* I. *ad Timoth.* fol. 18. Οὐχ ὁρᾷς τὰς πυκτεύοντας τὰς ἀλθῦντας· ἆρα βαδίσεα; αὐτοῖς μέλει κ̀ σχήματος, ὐδαμῶς. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφέντες, ἱμάτιον ἐλαίῳ διάβροχον ἀναβαλλόμενοι πρὸς ἓν μόνον ὁρῶσι, τὸ πλῆξαι, κ̀ μὴ πληγῆναι. Et quod ait de inuncta veſte, ad campeſtre, ſive ſubligaculum, ex inſtituto forſitan Herculis in ludos invectum, (ſicuti a Clemente Alexandrino lib. III. *Pædag.* cap. IX. traditur) utique referri debere arbitror: ſine quo in ſcenam quoque neminem prodiiſſe, tantamque ſcenicorum ipſorum morem habuiſſe vetere diſciplina verecundiam teſtatur Cicero lib. I. *de Offic.* ac ne ipſe quidem, cum ad citharam tragicum aliquod carmen in caupona velut in ſcena recitaret Nero, vocis exercendæ gratia, tamquam unus quiſpiam e flagitioſo illo & impuro vilium cauponum numero, ut apud Philoſtratum lib. IV. *de Apollonio* legitur, quo loco: Ηδε δὲ ἐν Καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς τὸ γυμνάσιον, διάζωμα ἔχων γυμνός, ὥσπερ τῶν καπήλων οἱ ἀσελγέςατοι. Cinguli quidem iſtius, quo & in pugilatu & in lucta uterentur, nudis cæteroquin corporibus, decertaturi antiquitus athletæ, Scoliaſtes Thucydidis [2] Græcus citato ipſius Homeri teſtimonio mentionem facit, illud Hiſtorici de Lacedæmoniis omnium primis denudatis, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι explicans, hiſce additis, ἐν τοῖς ἀγῶσι δηλονότι: κ̀ γὰρ περὶ τὰ αἰδοῖα ἐζώννυντο. Ομηρος:

Ζῶσαι νῦν ἵνα πάντες ἐπιγνώωσι κ̀ οἵδε
Μαρναμένυς. ——

Ejus etiam cinguli ab athletis olim uſurpati alió itidem loco inſignis ille Homerus [3] meminit in hæc omnino verba:

Ζῶμα δὲ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν, αὐτὰρ ἔπειτα
Δῶκεν ἱμάντας ἐϋτμήτας βοὸς ἀγραύλοιο,
Τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Ubi Euſtathius: Ζῶμα δὲ ὐ μόνον ἐν πυγμαχίᾳ, ἀλλὰ ἐζώννυντο κ̀ οἱ παλαίοντες, ὡς δηλῶσαι προϊὼν ὁ ποιητής. ὅτι δὲ ἐγαμνῦντο οἱ ὕπω ζωννύμενοι σιγᾷ, ὡς φανερόν. Et addit veterem hiſtoriam hoc agoniſtico dignam: in quo non ſine magna contentione animi (laborem, qui tanta voluptate conditus, nolo dicere) rara quæque ac ſelecta permiſcere ſtatui ab initio, de Orſippo quodam, qui poſt XIV. Olympiad. a ſubligaculo impeditus ceciderit, obieritque, vel ſecundum aliquos, fuerit ſuperatus: unde nudos prorſus iſtos (curſores ne an & cæteros athletas) decertare conſtitutum fuerit: Οτι μετὰ τὴν ιδʹ. Ολυμπιάδα συνέβη Ορσιππόν τινα ἐμποδισθέντα ὑπὸ τῦ περιζώματος πεσεῖν, κ̀ τελευτῆσαι: ἢ κατά τινας νικηθῆναι, ὅθεν ἐθεσπίσθη γυμνὸς τὰς τοιάτας ἀγωνίζεσθαι, ἀφ᾽ ὗ καὶ γυμνάσιον ὁ τόπος ἐν ᾧ τὰς ἀγῶνας ἐποιῦντο.

Qua de re ita ſcripſiſſe Iſidorum lib. XVIII. *Origin.* cap. XVII. recordor, ubi de gymnaſiis: *Antea enim in locis* (inquit) *certantes cincti erant, ne nudarentur: poſt relaxato cingulo repente proſtratus & exanimatus eſt quidam curſor.* (nomen Orſippi ſubticet, quem Olympico ſtadio decurriſſe inferius e Pauſania docebo) *Quare ex Concilii decreto tunc Archon Hippomenes, ut nudi deinceps omnes exercitarentur, permiſit.* De Ulyſſe quidem & Ajace colluctaturis poſtea Homerus non abſimiliter cecinit:

Ζωσαμένω δ᾽ ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Quamobrem cum ita de Ulyſſe decertaturo ſingulari pugna cum Iro idem alibi Homerus ſcripſiſſet *Odyſſeæ* Σ. ſub initium:

—— αὐτὰρ Οδυσσεὺς
Ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα, φαῖνε δὲ μηρὺς,
Καλύς τε, μεγάλυς τε, φάνεν δέ οἱ εὐρέες ὦμοι,
Στήθεά τε, ςιβαροί τε βραχίονες.

Annotat ibi Euſtathius [4] non zona tanquam veſti adpoſita ſe cingere ſolitos pugiles, ſed denudatos; eas tamen corporis partes, quæ honeſte revelari non queunt, panno amicire atque obducere: Ιςέον δὲ καὶ ὅτι τὸ ζώσατο ῥάκεσιν, ἐμφαίνει μὴ ζώνῃ χρᾶσθαι τὰς πυγμάχυς, κ̀ ὕτως ἀναςέλλειν τὸ ἱμάτιον, ἀλλ᾽ ἀποδυσαμένυς εἶτα ἱματίῳ ζώννυσθαι, &c. Illam tamen de Orſippo curſore hiſtoriam, Euſtathii verbis a me relatam, aliter a Pauſania *Atticis* ad fin. in

---

1 Quod autem unctionis genus, aut qua ex materia confectum fuerit, diſces ex Plinio *lib.* XI. cap. XIV. & *lib.* XV. cap. IV. & *lib.* XXVIII. *cap.* IX. ex quo & aliis Mercurialis lib. I. *Artis Gymnaſt.* cap. VIII. & ex Alexandri *problem.* CXIX. *lib.* I. ideo athletas perungi oleo ante exercitationes conſueviſſe ait, ut membra emollita ſine ullius rupturæ periculo labores ſuſtinerent: quod & Lucianus περὶ γυμνασίων prodit ſic fere: χρίομεν ἐλαίῳ (τὰ σώματα) κ̀ καταμαλάττομεν, ὡς εὐτονώτερα γίγνοιντο, &c. Et ſtatim: Αὐτῶν γυμνὰ τὰ σώματα καταμαλάξαντες καὶ διαπονήσαντες ἐῤῥωμενέςερα καὶ ἀλκιμώτερα ἐξεργασάμεθα, καὶ κῦφα καὶ εὔτονα καὶ τὰ αὐτὰ βαρέα τοῖς ἀνταγωνιςαῖς. Vide quæ ſcribo περὶ λιπαρῶν σωμάτων initio *libri* proxime ſequentis: & quod a Dionyſ. Halicarn. attuli ſuperiore *libro cap.* XIV. & adducam infra *cap.* V. & XXII. hujus *lib.*

2 Lib. I. *Hiſt.* fol. 3. lib. a Steph. excuſi.

3 *Iliad.* Ψ. ubi de Euryali cum Epeo pugilatus agone.

4 Fol. 1837. ſic paulo ante fol. 1835. ad illud Iri, ζῶσαι νῦν ἵνα πάντες ἐπιγνώωσι καὶ οἵδε μαρναμένυς. Addit Euſtathius ζώννυσθαι τὰς πυγμάχυς δηλοῖ.

fol. 32. narratam reperio: ut & ſtadio vicerit Olympia, cum juxta vetuſtum morem nudus quidem, ſed ſubligaculo ſeu lumbari cinctus ibi decurriſſet: quin etiam ipſi volenti cinctorium illud, ſive ſubligaculum, in curſura ipſa elapſum, cum nudum hominem expeditiorem eſſe ad curſum, quam illo cinctum ſubligaculo, intelligeret: ὅς περιεζωσμένος ἐν τοῖς ἀγῶσι κατὰ δὴ παλαιὸν ἔθος τῶν ἀθλητῶν (inquit) Ολύμπια ἐνίκα, στάδιον δραμὼν γυμνός, &c. δοκῶ δέ οἱ καὶ ἐν Ολυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκόντι περιρρυῆναι, γνόντι ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾷων ἐστὶν ἀνὴρ γυμνός.

Poſt Orſippum ergo Megarenſem ſolitos athletas agonibus prorſus denudatis, allato vetuſto Epigrammate, quo in Olympicis primum omnium & contendiſſe nudum in ſtadio & coronatum oſtendatur, Thucydidis Scoliaſtes [1] addocet: ἀπὸ Ορσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα:

—— Ορσίππῳ Μεγαρ μεγαλόφρονι τῇ δ' ἀρίδηλον
Μνῆμα θέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειθόμενοι.
Πρῶτος δ' Ελλήνων ἐν Ολυμπίᾳ ἐστεφανώθη
Γυμνὸς ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ.

Ac veriora eſſe quæ Pauſanias ipſe antiquior, & ab iſto edoctus forſitan Græcus ille poeta epigrammatarius, a Thucydidæo Scoliaſte citatus, quam quæ Euſtathius ac Iſidorus tradunt, Dionyſius Halicarnaſſeus oſtendit, cujus verba paulo poſt proferam.

CAP. III.

Athletæ in ſtadio nudi decertarunt. De curſoribus veſte exutis B. Paulus explicatur, aſſerta illius lectione περὶ τοῦ ὄγκου, καὶ σαρκῶν, lux ei allata Galeno & Luciano adhibitis, itemque Quintiliano, Papinio & Ovidio, apud quos ponderis, gravitatis, molis, oneris vocabula. Ογκηστής in Senariis vetuſtis apud Galenum, qui obiter caſtigatur.

SUBLIGACULO igitur illo excepto (etſi nullum ne tenue quidem extat ipſius veſtigium, in vetuſtis luctatorum aut pancratiaſtarum figuris, ſed Græcis, opinor, illis non etiam Romanis, ob id quod auctore Dionyſio ſtatim explicabitur: quas a Mercuriale cap. VIII. lib. II. *Artis Gymnaſticæ* repræſentatas memoria teneo) agoniſtæ alioqui ludis gymnicis nudi, & humeris, pectore, pedum ſinu inunctis depugnarunt, nudaque in ſtadio (quemadmodum Tertullianus *Scorpiaco* loquitur) prælia fuere. Cum autem alio pertinere videatur, quod nec intrare in agonis locum Olympiæ, niſi denudatis licuerit (ſicuti monuiſſe me III. *Semeſtrium* libri ſermone quopiam cap. XIV. recordor) ex illa ſcilicet Olympici certaminis lege, cui cauſam Pherenice ſive Capillatira ſtadium ingreſſa dederit: de qua Pauſanias quodam loco *Eliacon* lib. I. quem citavi *Semeſt.* cap. XIV. lib. III. agit, ut ſubligari campeſtri amictis dumtaxat verendis cætera nudi Olympiæ ſacriſque aliis agonibus decertarent: non alio fuit hoc potius, quam ipſius Herculis ludorum Olympicorum auctoris inſtituto, quod nec ipſum intermiſſum quidem unquam, niſi cum ipſo agone poſt Oxilum reſtituto ab Iphito, ſicuti Pauſanias narrat alicubi [2], ut lege ulla renovari ſpeciatim oportuerit ex ipſo etiam gymnicorum nomine augurari libet. Atque hoc quidem quod dixi Philoſtratus lib. VI. *de Apollonio* fol. 36. videtur ſenſiſſe, ſic admodum ſcribens: Τὴν δὲ Ολυμπίαν, &c. παρέχεσθαι τοῖς ἐς αὐτὴν ἰοῦσιν ἀθλητὰς γυμνοὺς Ηρακλέους ταῦτα ξυνθέντος. Unde Achilles Eretrienſis apud Athenæum ſub initium lib. X. *Deipnoſoph.* de athletis:

Γυμνοὶ γὰρ ὤθουν φαιδίμους βραχίονας
Ηβης σφριγῶντες, ἐμπορεύονται νέῳ
Στίλβοντες ἄνθει καρτερὰς ἐπωμίδας.
Αδην δ' ἐλαίου στέρνα καὶ ποδῶν κύτος
Χρίουσιν.

Præterea Tacitus, lib. XIV. *Annal.* quod ſupereſſe (ait) niſi ut corpora quoque nudent & cæſtus aſſumant, eaſque pugnas pro militia & armis meditentur? Joannes Chryſoſtomus *ad populum Antiochenum* 3: *Quemadmodum itaque præterita hyeme & æſtate apparente*, &c. *ad certamina pugil exſpoliatur ſeque denudat, ſic & nos jejunio tanquam æſtate quadam ſpirituali apparente*, &c. *tanquam pugiles ad certamina ſpoliemur*. Et ſtatim: *Si athleta es, nudum in certamen te deſcendere oportet*, &c. *Exue vitæ negotia, & athleta factus es*, &c. *te ipſum vitæ curis denuda, luctæ enim tempus eſt.* D. item Baſilius in Antonii *Collectaneis* apud Stobæum *locor. Commun.* ſermone CXXI. τίς στεφανοῖ ποτε τὸν μηδὲ ἀποδυόντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον. Iſidorus etiam Peluſiota ducta a gymnicis agonibus tranſlatione, ad quos qui ſe accingerent atque compararent prius veſtem exuere ſoliti, σύμπραττε τοίνυν αὐτῷ) inquit *epiſt.* CCLXII. *lib.* III. fol. 603. ad Heraclium Epiſcopum ſcribens) οὐ χρημάτων ἕνεκεν ἀλλ' εὐσεβείας καὶ εὐκλείας πρὸς τοῦτον ἀποδυσαμένῳ τὸν ἀγῶνα. De curſoribus, quod nudi ſint ſoliti veſtium onere faſtuque omni depoſito contendere, B. Paulus *cap.* XII. in principio, etſi μεταφορικῶς loquitur: attamen ſatis evidenter ac perſpicue indicat iſta proferens *ad Hebræos*, ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα καὶ τὸν εὐπερίστατον (ſic malo cum Oecumenio, ipſoque Latino Interprete vetuſto, qui vertit *circumſtans nos peccatum*, quam ἀπερίστατον legere, quod habet Plantiniana editio anni 83. Antuerpiæ ex Bened. Ariæ Montani approbatione) ἁμαρτίαν δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ὑμῖν ἀγῶνα: niſi forte quemadmodum athleta Damaſias apud Lucianum, in *mortuorum Dialogis*, cum encomiis, præconiis & coronis, τὰς σάρκας (obeſitatem illam, molemque ac pondus, ſive maſſam corporis, quam Galenus πολυσαρκίαν vocat alicubi) deponere jubetur a Charonte, antequam cymba ipſum recipiat ſua; ſic D. Paulus, quo expeditius ad Deum procurramus, voluit molem iſtam & maſſam corporis ſaginati, quam tantopere athletæ curabant, (καὶ γὰρ καὶ ὅσοι κατὰ παλαίστραν πονοῦσιν, ait Galenus in libro *de parva pila* εἰς πολυσαρκίαν μᾶλλον ἢ ἀρετῆς ἄσκησιν φέρονται) a nobis melioribus utique athletis, & ſanctiore abſtinentia jejuniorumque cæſtibus eliſum (ut cum Caſſiano loquar, cujus verba explicando alibi

1 Ad illud ex lib. I. Thucyd. *Hiſtoriæ*, fol. 3 editione Stephani: λίπα) τὸ λίπα Ομηρος ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον· οὗτος δὲ οὐ ταυτὸ ὀνομάζει· ἀπὸ Ορσίππου, &c. ut in textu retuli.

2 *Eliacon* I. fol. 120. Aldini lib. De Iphito ſcripſi *lib.* I. deque ipſius diſco coronario agam inferius, ubi de præmiis ludorum hoc ipſo *l b.*

3 Homil. III. vide & Homil. VII. *de Pænitent.* col. 767. *Qui de foris in agone currunt, & ipſa exuunt veſtimenta.*

Paulo sequenti *libro* exhibere certum est) sugillatum, obtusum, castigatum denique corpus, & omnino defæcatum habentibus, (ut ab eodem paulo postea demonstrabitur) atque hac ratione ad certamen spirituale præparatis abjici. Nam τὰς σάρκας illas athletæ Lucianici hoc ὄγκε, id est, *ponderis*, nomine, quo D. Paulus est usus. Galenum de athletica gymnastica loquentem designasse alicubi [1] recordor, sic scribentem, usurpato etiam τῆς σαρκὸς vocabulo: Τῆς ὑγιείας ἐν συμμετρίᾳ τινὶ τεταγμένης, ἀμετρίας ἐςὶ δημιουργὸς ἡ τοιαύτη γυμναςικὴ πολλὴν καὶ πυκνὴν αὔξουσα σάρκα καὶ πλῆθος αἵματος, ὡς ἐνὶ μάλιςα γλισχρότατον παρασκευάζουσα· βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τε καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος· ὥςε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀνταγωνιςήν. Et postea in athletis τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον τόνδε, καὶ τὸ πλῆθος ἀποσβέσαι τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ipsorum scribit, ἐμφράξαι τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος: quam ob rem in apoplexim aliosque morbos complures incidere: & alio loco in *Commentario* 1. *ad Aphorismos Hippocratis* fol. 222 Τῆς δὲ τῶν ἀθλητῶν διαθέσεως, ὁ μικρὸν τοῦτο ἐς τὸ ἔγκλημα τὸ περιβάλλεσθαι πειρᾶσθαι μέγεθος ὄγκου καὶ τὸ σῶμα καὶ δηλονότι καὶ πλῆθος χυμῶν, &c. & οὐχ οἷά τε χωρὶς αὐτῶν ἑτοίμως παρεσκευασμένων εἰς ὄγκον ἀρθῆναι τὸ δέοντος μείζονα τὰ σώματα, διὸ καὶ σφαλερὰν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τοιαύτην διάθεσιν. Sic de athletis agens Quinctilianus lib. XII. *Instituti ponderis* nomen usurpavit, quo loco & ut palæstrici doctores illos, quos *numeros* vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus, qui didicerint, in ipso luctandi certamine utantur: (plus enim pondere, & firmitate, & spiritu agitur) sed ut subsit copia illa, ex qua unum, aut alterum, cujus se occasio dederit, efficiant. Sic molem ingentis ruinæ *onus pondusque admirabile* dixit Statius, iis e VI. *Thebaidos* versibus de colluctatione agens, quos initio *lib.* III. exhibiturus sum. Sic denique ipse de sua cum Hercule colluctatione apud Ovidium [2] agens Achelous pondere se gravitateque sua tutum aliquandiu adversus impetus Herculeos fuisse refert, ad ὄγκον illum & πολυσαρκίαν athletarum ac potissimum luctatorum aspiciens:

Me mea defendit gravitas: frustraque petebar.
Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
Oppugnant: manet illa, suoque est pondere tuta.

Et similiter de Hercule colluctatore postea:

—— tergoque onerosus inhæsit.
Si qua fides, (nec enim ficta mihi gloria voce
Quæritur) imposito pressus mihi monte videbar.

Ac valde fallor nisi ad pondus istud adipale (ut ita loquar) & carneum humani corporis, vel ut asininum ex homonymia vocabuli elegantiam captans quidam poeta vetustus hisce Jambis a Galeno ad finem *Protreptici ad Artes* fol. 6. relatis, athletas carpendo alluserit in ὀγκηςοῦ vocabulo sic fere: Ἀπὰρ ἐν ἱςορίῃ πουλυπήρῳ (sic lego pro πολυπήρῳ) γράψαι Ὄνος ὅτι παγκράτειον ἐνίκησεν (sic lego pro νίκησε) ποτὲ Ἄνδρας· εἰκοςῇ δὲ καὶ πρώτῃ Ὀλυμπίας (sic distinguo: nam in impressis ab hoc postremo initium ducit versus proximus omnino perperam) τὴν ὅττ' ἐνίκα ὀγκηςής. Quorum versuum acumen, ipsamque adeo mentem poetæ non perspexeris penitus, ea ni scieris, quæ a me *lib.* III. ad extremum XXIII *capitis* tractanda sunt.

Propterea vero nudos cucurrisse scribit Isidorus Hispalensis lib. XVIII. *Originum* cap. XL. ex opinione veterum Ethnicorum athletas, quia & hominis & seculi nullæ reliquiæ sunt: recto spatio autem, quia inter vitam & mortem nihil distant: atque ita vanitates suas & sacrilegia excusare conati. Quid quod hos itidem cursores non minus quam luctatores pugilesve non nudari modo sed & inungi solitos a Statio Papinio lib. VI. *Thebaidos* indicatur, ubi de Arcade Parthenopæo certamen cursus cum aliis lituro prolatis iis ad formam pertinentibus, quos *lib.* superiore, cum de pulchritudine athletarum agerem, expressi, hæc quoque cecinit, quæ referre admodum juvat:

Ipse tamen formæ laudem aspernatur & arcet
Mirantes: tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit, pinguique cutem fuscatur olivo.
Hoc Ida, hoc more Dimas, aliique nitescunt,
&c.
Poximus est forma, nec multum segnior Idas
Cursibus atque ævo juxta prior.

CAP. IV.

Saltatores decertasse nudos. De discobolis quæsitum περὶ ὀρχήσεως. Plato expensus, ac aliter atque ab Interprete nupero expositus & castigatus. Itemque Dionysius Halicarnasseus. Saltatores Thyreatico festo apud Lacedæmonios. Discobolos nequaquam inunctos, neque id velle Tullium, cum nec omnino nudi decertarint. Discus amentum, seu funiculum foramini aptum habuit. Tunicati discoboli subligacula vetusto more jam inde ab Hercule usurpata in gymnicis, quorum ad Romanorum usque tempora usus perduravit, a Lacedæmoniis tandem ac Eleis apud Olympiam jam inde ab Orsippo repudiatus, ex Platone, Thucidide ac Dionysio de jaculatoribus, quod interdum vestiti decertarint

DE saltatoribus, ac fortassis etiam de discobolis, (quamquam hoc quidem seminudos potius quam ὁλογυμνοὺς decertasse crediderim) sicuti Sophoclem post navale ad Salaminam prælium circa trophæum cum Lyra saltasse nudum, & unctum, (tametsi quidam vestitum ajunt) Athenæus lib. I. *Deipnos.* fol. 12. refert, nequaquam dubitandum, quin & ipsi uncti, aut certe nudi contenderint: cum ὄρχησις atque ἅλμα, licet diversa, magnam tamen habeant similitudinem, ad motum corporis quod attinet, unde apud Platonem sub finem *lib.* II. pag. 673. exemplaris a Stephano excusi ita scriptum *de Legibus*: Τὰ δέ γε τοῦ σώματος, ἃ παιζόντων ὄρχησιν εἴπομεν, ἐὰν μέχρι τῆς τοῦ σώματος ἀρετῆς ἡ τοιαύτη κίνησις γίγνηται, τὴν ἔντεχνον ἀγωγὴν ἐπὶ τὸ τοιοῦτον αὐτοῦ γυμναςικὴν προσείπωμεν: & alio loco, τῆς γυμναςικῆς ὅσα περὶ τὸ σῶμα δύο εἶναι μαθήματα, scribit, τὸ μὲν ὄρχησιν, τὸ δὲ πάλην· τῆς ὀρχήσεως δὲ ἄλλην μὲν μούσης λέξιν μιμουμένων τό τε μεγαλοπρεπὲς φυλάττοντας (hic nihil immuto: est enim ἀντίπτωσις Ἀττική, cujus elegantiam atque vim neque a Scholiaste, neque ab Interprete Serrano agnitam demiror) ἅμα καὶ ἐλεύθερον, ἄλλην δὲ εὐεξίας, ἐλαφρότητός τε ἕνεκα, καὶ

[1] *Ad Trasibul.* πότερ. ἰατρ. ἢ γυμνας. ἐςὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 297. lin. 45. & 51.
[2] *Fabula* 1. lib. IX. *Metamorph.* de lucta Herculis cum Acheloo. Claudianus in *laude Serenæ uxoris Stiliconis*, fol. 296.

κάλλυς τῶν τȣ͂ σώματος αὐτȣ͂ μελῶν, καὶ μερῶν τὸ προσῆκον καμπῆς τε, καὶ ἐκτάσεως ἀποδιδομένης ἑκάστοις αὐτῶν (ſic lego, deleto & expuncto αὐτοῖς, pro quo Scoliaſtes perperam reponit αὐτῆς) ῥυθμȣ͂ κινήσεως, καὶ (hunc articulum in veteribus illo teſtante poſitum perperam ante ἀποδιδομένης hic inſero) ſυνεπομένης ἅμα, καὶ ξυνακολȣθȣ́σης εἰς πᾶσαν τὴν ὄρχησιν ἱκανῶς: & Galenus lib. II. ὑγιεινῶν circa fin. in fol. 243. ipſe alicubi τȣ̀ς ὀρχηςὰς ἐν συντόνοις κινήσεσιν ἅλλεσθαι μέγιςα ſcribit. Sane pompam ludorum maximorum Romæ celebratorum, in qua Græcanico more pleraque agerentur, deſcribens Dionyſius Halicarnaſſeus lib. VII. Ῥωμαϊκ. ἀρχαιολ. fol. 476. ubi oſtendit quemadmodum athletis ordine ſuccederent orchiſtarum, ſive ſaltatorum, chori trifariam diviſi, primo virorum, deinde imberbium, (ſic enim aut juvenum malo quam impuberum, ut interpretatio Latina fert, cum ſtatim ſequatur puerorum, quo potius nomine ſignificantur impuberes, quod a Sylburgio tamen Scoliaſte omiſſum reperio, qui alia ſatis anxie non uſque adeo magni ponderis adnotat) poſtremo puerorum, quos ſequerentur tibicines, & cithariſtæ lyras pulſantes & barbita: ſubjicit illico ſaltatorum habitum fuiſſe tunicas puniceas baltheis æreis adſtrictas, gladiis dependentibus, geſtataſque ab ipſis breviores mediocribus lanceas, a viris vero galeas etiam æreas inſignibus criſtis & pinnis exornatas, ſic enim Græca ſe habent: Σκευαὶ δὲ τῶν ὀρχηςῶν ἦσαν χιτῶνες φοινίκεοι, ζωςῆρσι χαλκέοις ἐσφιγμένοι, καὶ ξίφη παρηρτημένα, καὶ λόγχαι βραχύτεραι τῶν μετρίων. τοῖς δὲ ἀνδράσι καὶ κράνη χάλκεα, &c. quæ ad extremum *libri* hujus adfero. De Saliis quidem Collinis, & Agonalibus, ſive Agonenſibus (nam utroque modo a Dionyſio, & Varrone nuncupantur) qui Romæ choreis & hymnis armatos Deos ex Numæ inſtituto venerabantur, hoc proditum ab ipſo Dionyſio [1], qui pleraque omnia Romana inſtituta originem a Græcis habuiſſe non uno ſuarum *Antiquitatum* loco prædicat, æreis baltheis ſuper verſicolores tunicas fuiſſe cinctos, togiſque purpura prætextis fibulaque adſtrictis indutos, quas vocant trabeas, faſtigatos etiam in coni formam pileos, quos Græci κυρβασίας, Latini *apices* nominant, geſtaſſe: tum vero dextra lanceam, aut virgam, ſiniſtra peltam Thraciam Græcorum Curetum more: Χιτῶνας ποικίλους χαλκέαις μίτραις κατεζωσμένοι, καὶ τηβέννας ἐμπεπορπημένοι περιπορφύρȣς φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας. ἔςι δ᾽ ἐπιχώριος αὕτη Ῥωμαίοις ἐσθὴς ἐν τοῖς πάνυ τιμίοις. καὶ τοὺς καλουμένȣς ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς, πίλȣς ὑψηλοὺς εἰς σχῆμα συναγομένους κωνοειδές, ȣ̈ς Ἕλληνες προσαγορεύȣσι κυρβασίας. παρέζωσαι δ᾽ ἕκαςος αὐτῶν ξίφος, καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ λόγχην ἢ ῥάβδον, ἤ τι τοιȣ͂θ᾽ ἕτερον κρατεῖ· τῇ δ᾽ εὐωνύμῳ κατέχει πέλτην Θρακίαν. Quem locum illi alteri, ex ejuſdem Dionyſii *lib.* VII. ſuperius allato, adjungendum interpretationis vice admoneo. Nihilominus tamen (ut mittam quod quæ modo dixi de pyrrhicha, non de omni ſaltatione debent accipi: & apud Lacedæmonios in feſto Thyreatico ludis publicis nudos per urbem choros inceſſiſſe, priorem quidem puerorum, ſequentem virorum fortium, qui nudi ſaltarent non ſine recitatione canti-

A corum & pæanum, ſicuti Athenæus lib. V. *Deipnoſophiſtarum* fol. 505. Latine Dalechamp. verſionis Lugd. excuſæ, tradidit) ad ἄλλα quod attinet, ſi non unctos, (quod abnuere Mercurialis cap. VIII. lib. I. *Artis Gymnaſticæ* etiam videtur, pugilatores, curſores, ac alios multos unctione non eguiſſe pronuntians, ipſe dubito) nudos certe oportuit eſſe, qui eo contenderent. Denique ludis, agonibuſve ſaltaſſe nudos auctor mihi quidem unus, ſed multorum inſtar D. Cyprianus *de Spectaculis*: *Ecce tibi alter nudus ſalit, alter orbem æneum, contentis in aerem viribus, jactat: hæc gloria eſt dementiæ.* Paulinus denique *ad Severum* [2]: *Non enim athleta* B *tum vincit cum exuitur, qui ideo nudatur, ut incipiat dimicare, cum legitime certaverit coronandus*, &c. Diſcobolos utique, ac jaculatores nec inungi aut pulvere aſpergi ſolitos, ut luctatores, (nam cui bono?) nec vero nudos decertaſſe, ut illos, itemque pugiles, pancratiaſtas, atque quinquertiones, ſed vel veſtitos, vel certe ſeminudos in ſcamma & caveam ingreſſos, ac forſitan ipſos quoque ſaltatores exiſtimo. De diſcobolis quidem propterea duxi admonendum eſſe, ne cui non ſatis cauto iſta Ciceronis verba ex lib. II. *de Oratore* ſecus accepta imponerent, quibus & diſcus ſimul, & unctio C memoratur: *Hoc ipſo tempore (ait) quum omnia gymnaſia philoſophi teneant, tamen eorum auditores diſcum audire, quam philoſophum malunt, qui ſimul ut increpuit in media oratione de maximis rebus & graviſſimis diſputantem philoſophum omnes unctionis cauſſa relinquunt ita leviſſimam delectationem graviſſimæ (ut ipſi ferunt) utilitati anteponunt.* Sed figurate loquutus Cicero, cum non diſco tantum, ſed alio genere ſeſe exercerent, multo etiam magis quam diſco, ac non omnes unctionis cauſſa, ſed ludos ſpectandi gratia plerique ſe in gymnaſium conferrent, denique ne unctos quidem fuiſſe verum eſt: quos non omni ex parte nudos decertaſſe D didicimus, cujus rei vel figura illa fidem facit, quam a Ligorio diligentiſſimus Artis Gymnaſticæ reſtitutor Mercurialis lib. II. *Artis gymnaſt.* capite XII. fol. 80. exhibet, ubi tamen hac de re ipſe non loquitur: ſed multo magis Homericæ lectioni adjuncta Euſtachiana obſervatio. Nam Homeri quidem iſtud eſt, ubi de agonibus apud Phæacas [3]:

Ἦ ῥα καὶ αὐτῷ φάρει ἀναΐξας λάβε δίσκον.

Ubi Euſtathius: Δηλοῖ μὲν Ἀττικῶς τὸ σὺν αὐτῷ ἱματίῳ. ἐμφαίνει δὲ τὸ τȣ̀ς ἄλλȣς ἡμιγύμνȣς δισκεύειν, & addit, quod illuſtrandæ illi diſcobolo- E rum figuræ Ligorianæ magno adjumento eſt, & foramen in meditullio habuiſſe diſcos, ſive lapideos, ſive ligneos, ferreos, æneos, & (quod alii non tradunt [4],) neque vero in figura illa poſſis diſpicere (a qua Luciani facere teſtimonium non diffiteor) non minus quam haſtas, ipſos quoque diſcos funiculo interdum, ſive amento ex his aptato, vel ipſos potius diſcobolos ad faciliorem vehementioremque adeo jactum juvari ſolitos: Δίσκος δὲ ἄλλος μὲν ἐκ σιδήρου, (ait) ὁποῖος ὁ ἐν Ἰλιάδι σόλος, ἢ ξύλινος. ἴσως δὲ καὶ χαλκȣ͂ς καὶ πȣ καὶ λίθινος. ἐνταῦθα δὲ λί- F θος τετρυμμένος, καὶ ἔχων καλώδιον, οὗ ἐχόμενοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ἔδισκον, ὅ ἐςιν ἔβαλλον, ἔῤῥιπτον,

---

1 Lib. II. *Antiquit. Rom.* fol. 129. ubi, οἱ μὲν γὰρ Ἀγωναλεῖς ὑπὸ δέ τινων καλȣ́μενοι Κολλῖνοι Σάλιοι, &c.

2 *Epiſt.* II. fol. 29. vide & Lucian. *Anacharſi*, τȣ̀ς νέȣς ἀγωνισαμένȣς γυμνȣ̀ς ἐς τὸ μέσον παραγαγόντες λακτιζομένȣς καὶ παιομένȣς ἐπεδείκνυτε.

3 *Rhapſ. Odyſſeæ* Θ. hoc prætermiſſo alterum ex Euſtathio *ad* B. *Iliad.* Homericæ locum citat Mercurialis cap. XII. lib. II. *Artis Gymnaſticæ*: ubi de diſcobolis.

4 Immo contrarium docet Mercurial. lib. II. *Artis Gymnaſticæ* cap. XII. fol. 80. pag. 2. diſcum neque lorum neque baltheum habentem comprehenſu difficilem fuiſſe, ex Luciani *Anacharſi*.

ὅθεν δὲ δίσκες γίνεται. Quod autem vestitos dixi discobolos, non togatos, aut palliatos, sed tunicatos intellexisse me Ligoriana illa figura indicat; quali habitu fuisse familiares illos Antigoni, qui cum Ctesibio philosopho Chalcidensi, non ineleganti sphærista, ut pila luderent, vestem exuebant, ex illo Athenæi loco lib. I. *Deipnosoph.* fol. 10 in princip. deprehenditur: Ἐσφαίριζε δ' ἐκ ἀηδῶς Κτησίβιος ὁ Χαλκιδεὺς φιλόσοφος, καὶ πολλοὶ τῶν τότε συνήθων αὐτῷ συναπεδύοντο τῶν Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως φίλων. Quo itidem habitu non etiam nudos in coronariis agonibus, apud Cretenses primum, ac deinde Lacedæmonios obiri antiquitus in Græcia solitis, athletas olim decertasse Platonem lib. VI. *de Rep.* significare non ab re quispiam existimaverit non longum tempus præteriisse scribentem, ex quo Græcis turpia & ridicula videbantur, quæ barbaris compluribus, nunc etiam, videntur, sed usum docuisse melius esse in exercitationibus nudari, quam operto esse corpore: Ὅτι ἐ πολὺς χρόνος, (ait) ἐξ ᾧ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ εἶναι καὶ γελοῖα, ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς ἄνδρας ὁρᾶσθαι, καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρότεροι μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις ταῦτα πάντα κωμῳδεῖν, ἢ οὐκ οἴει. ἔγωγε· ἀλλ' ἐπειδὴ οἶμαι χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τῷ συγκαλύπτειν πάντα τὰ τοιαῦτα ἐφάνη, &c. Probabile nihilominus, immo verissimum arbitror, cum subligaculorum istorum mentio ab ipso poetarum principe facta sit, illorum usum si non Herculis præcepto, aut more, hominum certe ipsius ætati vicinorum instituto atque approbatione eum olim receptum, qui usque ad Olympiadem XIV. (quia Orsippo id accidit, quod ab Eustathio & aliis superius *cap.* II. hujus *lib.* ennaravi) duraverit, postea occasione inde sumpta prorsus nudos in Græcis agonibus, ut ille narrat, dimicare constitutum, atque ita observatum fuerit. Romæ contra subligaculorum usus, quibus verenda velarentur, (ut honos esset vel oculis) diutius retentus fuerit. Dionysius Halicarnasseus [1] (quo vix alium antiquæ memoriæ hominem locupletiorem in testimonium possim adducere) narrat hoc quidem, quod cum illa Eustathiana, vel Pausaniana potius historia majorem in modum congruit, subligarium campestrium morem, qui Romæ ad sua usque atque adeo Imperatoris Augusti (nam sub eo floruisse auctores hunc tradunt) tempora perdurasset, jam tum in Græcia orto a Lacedæmoniis initio fuisse antiquatum, ex quo apud Olympiam nudus (omni ex parte scilicet) Acanthus Lacedæmonius decurrerit, cum ante id temporis in Græcia turpe hoc habitum fuisse ipsa Homericorum quos superius attuli versuum auctoritate comprobet: sic fere ubi de pompa ludorum Romanorum, qui dicti maximi: Μεθ' ὃς οἱ τῶν ἀθλημάτων ἀγωνισαὶ, τῶν δὲ κούφων καὶ τῶν βαρέων τὸ μὲν ἄλλο σῶμα γυμνοὶ, τὸ δὲ περὶ τὴν αἰδῶ καλυπτόμενοι τοῦτο, καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἔθος ἐν Ῥώμῃ διέμενεν, ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο παρ' Ἕλλησιν. ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι καταλέλυται Λακεδαιμονίων αὐτὸ καταλυσάντων· ὁ δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυθῆναι τὸ σῶμα, καὶ γυμνὸς Ὀλυμπιάσι δραμὼν, ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν, τὰ δὲ πρὸ τούτων δι' αἰσχύνης εἶχον ἅπαντες Ἕλληνες ὅλα γυμνὰ φαίνειν ἐν τοῖς ἀγῶσι τὰ σώματα, ὡς Ὅμηρος τεκμηριοῖ, μαρτύρων ἀξιοπιστότερός τε καὶ ἀρχαιότατος ὢν ζωννυμένους τοὺς ἥρωας ποιῶν. Qui etiam locus illi alteri Platonico allucet, ex quo verba superius retuli, ut scilicet ejus temporibus uti subligaculo athletæ jam tum in agonibus desiissent, scilicet non ut unquam illos in scamma vestitos, aut seminudos, aut ulla corporis præterquam verendorum parte opertos prodiisse Plato senserit: sub cujus tempora nec ita multo ante ipsum atque Thucydidem subligaculorum usus inter athletas apud Olympiam ab Lacedæmoniis primum (de quibus e Platone superius actum est) intermissus desierit: quemadmodum in hæc verba Thucydides ξυγγραφῆς α΄. fol. 3. narrat de Lacedæmoniis agens: Ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο, τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο. καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπαυται, ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρβάροις ἔστιν, οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθενται, καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι. Acanthum autem illum a Dionysio memoratum renovato per Iphitum (uti dixi) agone Olympico, cum restitutum Diaulum Hippenus Pisæus vicisset, coronamque ex oleastro ad XIV. Olympiadem abstulisset, sequenti Olympiade Diaulo itidem alterum ab Hippeno superasse narrat Pausanias *Eliacis* lib. I. fol. 120. apud Romanos quidem subligaculorum usum perdurasse, ut ex illis Dionysii verbis, ita ex istis Isidori d. cap. XVII. lib. XVIII. *Orig.* percipimus ex illo: *Gymnasium dictum est*, (ait) *quod juvenes nudi exercerentur in campo, ubi sola tantum pudenda operiuntur*. Jaculatores porro non nudos, sed vestibus amictos decertasse, ac propterea eximium decori observatorem poetarum principem in aliud quam jaculationis certamen Agamemnonem descendisse non scribere, ne quod indecorum Regi futurum erat exuere vestem deberet, ab Eustathio *ad finem Iliados* Ψ. fol. 1334. eruditissime ad Homericum istud,

—— καὶ ῥήμονες ἄνδρες ἀνέσταν·
Ἂν μὲν ἄρ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,

his verbis adnotatum reperias: Καλῶς δέ φασιν ἀγῶνα τοιοῦτον, ὁ βασιλεὺς ἀγωνίζεται ἐνθάδε, οὐκ ἦν ἀνάγκη τῆς βασιλικῆς γυμνοῦσθαι στολῆς. Non erat necesse vestem exuere in hoc exercitationis genere: solebat tamen a plerisque ita fieri & in hoc & itidem in disco, si non ab omnibus: alioqui non fuit quamobrem in gymnicis agonibus connumerari debuerint, aut quare Phorbantem Phlegyensium ducem in *ejus Icone* Philostratus lib. II. τοῖς ἐρρωμενεστέροις ἀντιποδύεσθαι, hoc est, *contra exui*, ad decertandum scilicet lucta, cursu, pancratio, vel etiam disco, & (ut ipse ait) ὥστε τοὺς μὲν καταπαλαίειν, τοὺς δὲ ὑπερβάλλειν, τοὺς δὲ παγκρατίῳ αἱρεῖν καὶ ὑπερβολαῖς δίσκων, scriberet: denudationis circa discobolos nulla apud Statium Papinium lib. VI. *Thebaidos* mentio, qualis circa cursores injecta, sic admodum canentem:

Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
Impiger & vires velit ostentare superbas.
It jussus Pterelas, & ahenæ lubrica massæ

(discum æneum a Cypriano, ut ante monui, nuncupatum intelligit)

Pondera vix toto curvatus corpore juxta
Dejicit. —— ——

CAP.

[1] Lib. VII. ***Antiquit. Roman.*** fol. 476. ubi, πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν, δεύτεροι δὲ ἀγενείων, τελευταῖοι δὲ παίδων.

CAP. V.

Ceromate non inunctos cursores neque pugiles: sed palæstritas sive luctatores. Pugiles non in pelo & luto, sed in arena & pulvere, itemque cursores. Scamma apud Tertullianum, cujus verba de Christo Epistata & Ἀλείπτῃ explicantur, de epistata luctæ ac gymnasii præfecto, palæstræ custode, ac magistro palæstrico, gymnasta, pædotriba, & aleipta sive unctorum magistro, eorumque inter se differentiis. Ædificatores athletarum apud Pindarum & alios. Ad aleiptas victus quoque ac saginæ athletarum curam pertinuisse, citato Aristotele. Angelum, qui cum Jacobo luctatus, fuisse Christum Dominum; Clementis Alexandrini ea de re loci allati. Philonis expositus unus, & fortassis castigatus, altero ejusdem auctoris adhibito. Sacram Baptismo initiandorum, & item extremam decumbentium atque adeo morientium unctionem, velut athletarum Christi, e more gymnastico deducta similitudine, invisibilis gratiæ signum & sacramentum esse: B. Jacobi verbis, veterum Patrum testimonio adhibito, illustratis.

AD scamma ut redeam, in id descendebant agonistæ, postea quam se denudassent, oleoque palæstræ (ut loquar cum Cassiano[1]) roborassent, atque Ceromate perunxissent, in eo palæstræ, aut gymnasii, sive stadii loco, qui Ceromatis etiam nomen inde habuit. Unde Plinius: *Iidem palæstras athletarum imaginibus & Ceromata sua exornant*. Itemque Seneca, *de Brevitate vitæ* cap. XII. *Illum tu ociosum vocas, qui majorem dierum partem in æruginosis lamellis consumit, qui in Ceromate (nam proh facinus! ne Romanis quidem vitiis laboramus) spectator puerorum rixantium sedet*. Ac denique D. Hieronymus *ad Pammachium epist.* CI, *de opt. gen. interpretat. Oleum perdit & impensas, qui bovem mittit ad Ceroma*. Equidem ungi solitos saltatores, ac multo minus disci vel jaculi emissores, quamvis ex athletarum numero forent, non reperio, ne cursores quidem ipsos[2], immo nec pugiles, sed luctatores solos atque pancratiastas, qui & in palæstra dimicarent, soli quippe quod pelo, id est, luto, atque Ceromate hi dumtaxat opus habuerint: & vero a pelo inde palen & palæstram nomen invenisse Plutarchus lib. II. *Sympos. Problem.* quæst. IV. his omnino verbis addocet: Ὅτι μόνον τῶν τῆς ἀγωνίας εἰδῶν πηλοῦ, καὶ κονίστρας, καὶ κηρώματος τυγχάνει δεόμενον· οὔτε γὰρ δρόμον, οὔτε πυγμὴν ἐν παλαίστραις διαπονοῦσιν, ἀλλὰ πάλης, καὶ παγκρατίου τὸ περὶ τὰς κυλίσεις. Seneca etiam *epist.* LXXXVIII. cujus initium, *De liberalibus*: *Æque luctatores* (ait) *& totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus*. Igitur Statius Papinius lib. VI. *Thebaidos*, ubi de discobolis cursoribus pugilibus agit, nullam olei aut unctionis mentionem injicit, sed ubi de luctatoribus, scilicet unctam ideo palem nominans sic fere de Tydeo:

A *Ille quidem & disco bonus, & contendere cursu,*
Nec cæstu bellare minor, sed corde labores
Ante alios erat uncta Pales.

(ubi *Pale* malim, ut Dea palæstræ intelligatur, quam ipsam Philostratus *Iconibus* palæstram Mercurii filiam vocat. Nam Pales rusticum ab illa diversum numen a Veteribus habitum)

sic etia Martis
Degere, & armigeras laxare assueverat iras.
Ingentes contra ille viros,

& cæt. quæ *lib.* I. attuli. Et statim:

B *Ergo ubi luctandi juvenes animosa citavit*
Gloria, terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriumque suem.

Et postea de unctione:

Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo
Membra natant. ——

Et statim:

Postquam oleo gavisa cutis, petit æquor uterque
Procursu medium, atque hausta vestitur arena.
Tunc madidos artus alterno pulvere siccant,
C *Collaque demersere humeris, & brachia late*
Curva tenent. ——

Quamobrem eo quem ante citavi B. Chrysostomi loco istud περὶ τοῦ ἱματίου ἐλαίῳ διαβρόχου non ad pugiles τῶν πυκτευόντων vocabulo demonstratos, sed ad luctatores & pancratiastas τῶν ἀθλούντων nomine generali eo loci designatos, referendum censeo: Herculem adeo cum Antæo luctaturum Lucanus lib. IV. *de Bello Civili* Olympiaci more certaminis oleo se perfudisse dixit his versibus:

Ille Cleonæi projecit terga leonis,
Antæus Lybici: perfudit membra liquore
D *Hospes Olympiacæ servato more palæstræ.*
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas.

Etenim *liquoris* nomine poeta Ceroma istud sive oleum intellexit, de quo tum isto jam *capite* affatim, tum vero superioris *libri* quodam loco actum est. In arena tamen & pulvere, quamvis non in pelo sive luto (sicuti luctatores & pancratiastas) dimicasse pugiles istud Luciani *Anacharsi* comprobat, quod apte cum illis Plutarchi verbis connectitur: Τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ πάλη καλεῖται. οἱ δ' ἐν τῇ κόνει παλαίουσι καὶ αὐτοί. Et similiter cursores in stadio arena multa inE jecta oppleto, ubi nulla firmitate figi, aut sustentari planta posset, cedentibus subinde ad singulos passus pedibus, exerceri ac decertare solitos: Καὶ ὁ δρόμος ὁ πρὸς στερρὸν (ait) καὶ ἀντίτυπον, ἀλλὰ καὶ ἐν ψάμμῳ βαθείᾳ, ἔνθα οὔτε βεβαίως ἀπερεῖσαι τὴν βάσιν, οὔτε ἐπιστηρίξαι ῥᾴδιον ὑποσυρομένου πρὸς τὸ ὑπεῖκον τοῦ ποδός.

Ceterum eo Tertulliani loco, ex lib. *ad Martyres*, de quo monebamus modo, hæc fere verba sunt de scammate, Martyres, tanquam athletas validos ac fortes, alloquentis: *Itaque epistates vester Christus Jesus, qui vos spiritu unxit, & ad hoc*

---

1 *Cap.* XIV. col. 18. in fine post Chrysostom. in *homilia* cum de expulsione ipsius ageretur, ad finem in col. 839. ista me in agonibus meis velut unguenta quædam corroborant & fortiorem me agonibus reddunt.

2 Attamen in urbe Romæ festis Lyceis sive Lupercalibus inunctos Lupercos ex ipsa nobilitate juvenes urbe media decurrisse, Plutarchus memorat F in *Antonio*, fol. 1686. Stephanici libri, sic admodum scribens: Διαθέουσι δὲ τῶν εὐγενῶν νέοι πολλοί, καὶ τῶν ἀρχόντων ἀληλειμμένοι λίπα σκύτεσι λευκοῖς καθικνούμενοι μετὰ παιδιᾶς τῶν ἐντυγχανόντων.

3 *Lib.* I. *cap.* XIV. & hoc ipso *lib. cap.* II. sub initium in Notis, & *cap.* XXII.

scamma produxit, voluit vos ante diem agonis ad duriorem tractationem a liberiore conditione seponere. Quæ verba ideo etiam adscribenda duxi, ut Justini Martyris atque Augustini sententiam ad Christi nomen ipsumque ejus etymon intuentium (nolo enim quod de aliis solet alludentium dicere) assererem, de qua in utramque partem a nobis nuper in *Dodecameno* 1 disputatum fuit, tanquam ab eo quod nos ungat, non modo quod ipse ait unctus, ita Deum Dominumque nostrum Jesum fuisse appellatum, ipse quoque Tertullianus existimaverit, quod & ipsum epitheton *Epistatæ*, ab eodem auctore illi tributum, arguit. Epistatam enim aut eundem cum Xystarcha, sive Gymnasiarcha 2, quem Lydus Plautinus *Bacchidibus* gymnasii præfectum nominat, aut ab ipso in palæstra quidem sive gymnasio, in stadio autem ab agonotheta sive athlotheta tam auctoritate quam munere proximum fuisse mihi persuadeo: illum fortasse quem ἐπιστάτην τῶ παλαίσματος, *lustaminis* aut *luctæ præfectum*, a Galeno 3, ab Hippocrate παλαιτροφύλακα *custodem palæstræ* nuncupatum diligentissimus Artis Gymnasticæ restitutor Mercurialis *cap.* XII. *lib.* II memorat: quem etiam a Quinctiliano cap. VIII lib II. *Orat. Instit. palæstricum magistrum* alicubi appelatum reperio his fere verbis: *Sic discernet hæc discendi magister, quomodo palæstricus ille curso rem faciet, aut pugilem, aut luctato[rem], aliudve quid ex iis, quæ sunt sacrorum certaminum.* Possis & illum, quem gymnastam 4 Veteres nominabant, a Tertulliano *Epistatæ* vocabulo designatum interpretari: qui exercere athletas a Plinio dictus, quo loco lib. XXXIV. *Natural. Histor.* cap. VIII. de Silamone fictore sive statuario, Epistaten exercentem athletas fecisse dicitur: qui & Aleipta, unctorum scilicet magister, vocabatur 5: quos omnes possis τέκτονας ἀθληταῖσιν ἔμεν cum Pindaro *Nemeonicarum* ode v. epod. III. eadem verbi translatione pronunciare, qua ædificando robori vacare athletas, ipsorumque gymnastas dici proximo *libro* sub initium docebimus: gymnastas inquam eosdemque aliptas, qui non exercitatione tantum atque unctione, sed & ciborum & cætera omni victus ne an saginæ ratione ad molem corporis amplificandam idonea curarent, suæ fidei creditos athletas, ipsorumque valetudinem athleticam suo quodam more, si non ut veri ac germani Medici, certe ut

A horum imitatores Iatraliptæ firmarent diligenter atque constituerent. Quamobrem Epictetus athletam compellans apud Arrianum 6: Δεῖ σε ἀτακτεῖν (ait) ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, μὴ ψυχρὸν πίνειν, μηδ' οἶνον ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς, ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν, τῷ ἐπιστάτῃ: hoc enim (opinor) sentit, non alios fuisse quam Epistatas ipsos athletis Medicos, hoc est, Iatraliptas: cujus nominis & apud Celsum *lib.* I. *cap.* I. & apud utrumque Plinium crebra mentio. Nam de aliptis (ne cui fortasse mirum quod modo dixi videatur) hoc ipsum Aristotelis lib. II. *Ethicor. ad Nicomach.* cap. VI auctoritate comprobare possum: qua id etiam ostenB ditur non eandem circa veteranos & novitios saginam ab aliptis usurpatam, sed in his parciorem, in illis longe uberiorem atque prolixiorem: Οὐ γὰρ εἰ τῷ δέκα μναῖ φαγεῖν πολὺ, (ait) δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει. ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ, ἢ ὀλίγον. Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων, πολὺ· ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης.

Atque hoc nimirum de Christo inde appellato, quoniam nos unxerit, quod a Tertulliano dicebam modo, apud eundem ipsum quæ sequuntur, suadent ista, *Qui vos spiritu unxit*, nisi sic accipias, pro *ungi fecit*, aut *jussit*, ea loquendi ratione, de C qua tum secundi *Semestrium* libri sermone vigesimo tertio, tum etiam tertii capite vigesimo quarto affatim actum est, sed in ea adhuc sum opinione, ut priorem, quæ simplicior est, significationem amplecti debeamus, ut Deus Dei filius, & Verbum Patris Christus, ita nos optimus Epistata Christianos omnes, quemadmodum ascetam sive athletam illum Jacobum ad certamen excitans instituensque optimus Pædagogus, idem sive Pædotriba, & vero etiam Aleipta verus unxerit, qui etiam eum ipso colluctatus docendi ac exercendi gratia fuerit, quod illis quoque in more est, quemadmodum ipse itidem (qui vel unus instar omnium, animo quiD dem meo) Dionysius Areopagita 7 de consecratis in illuminatione seu baptismo disserens docuit, ubi unctionem initiatorum baptismo Christianorum cum Athletarum Ethnicorum unctione comparatam athleticis omnibus vocabulis usurpatis, quæ superius expressi, eleganter ob oculos proponit: Εὐμένεια δὲ τ τ τοῦ (ait in cæteris, quæ videnda

1 In lib. *de Dei nomine* cap. I. & appendice in ipsum, quæ in *Satyra* ad lectorem ibi exhibetur, Lutetiæ impresso anno 1588.

2 De his actum est *lib.* superiore, deque ipsorum insignibus.

3 *Ad Thrasybulum* in lib. πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς ἐστι τὸ ὑγιεινόν, fol. 299. lib. III ubi, προσέχειν δ' ἐνταῦθα τὸν νοῦν χρὴ, μήπη λάθωσιν τὸν αὐτὸν ἀποδείξαντες τῷ γυμναστικῷ τὸν ἐπιστάτην τε παλαίσματος.

4 Hujus idem pene munus quod pædotribæ fuisse colligas e Platonis *Alcibiade* I. fol. 107. ubi Socrates, εἰ ἐν βουλεύοιντο Ἀθηναῖοι τίσι χρὴ προσπαλαίειν καὶ τίσι ἀκροχειρίζεσθαι καὶ τίνα τρόπον. σὺ ἄμεινον ἂν συμβουλεύσεις, ἢ ὁ παιδοτρίβης; Αλκ. ὁ παιδοτρίβης δήλοι, &c. quæ sequuntur. Alterum ab altero distinguit Galenus lib. II. ὑγιεινῶν, fol. 243. sic fere: ὁ παιδοτρίβης (ait) ἁπασῶν μὲν τῶν μετὰ παλαίστρας ἐνεργειῶν ἐπιστήμων ἐστὶν, ὅτι δὲ ἑκάστη πέφυκε δρᾶν ἀγνοεῖ, ἀλλ' ὁ γυμναστικὸς ἀφ' ὧν εἶπον ὀλίγον ἔμπροσθεν ὁρμώμενος, εἰ καὶ μὴ πρῶτος εἴη θεώμενος οὕτινα ἐν ἐνεργείαν οὐκ ἀγνοοῦσαι τὴν δύναμιν αὐτῆς. Et qui sit gymnasta, eundem ἢ ὑγιεινόν ἢ ἰατρὸν vocari posse ait eodem *lib.* fol. 240. de illo agens videlicet, cujus nulla sit athletarum, ut arbitror, sed va-

E letudini dumtaxat suæ studentium cura. Vide, s quæ scribo inferius aliquanto post in *cap.* proxime sequenti, præter quæ de gymnasta, epistata, pædotriba, cæteris, *cap.* XXIII. *lib.* II. delibavi.

5 Ab Arist. in lib. II. *Ethicorum* cap. VI. Cic. *ad Lentulum*, Clemente Alexandr. in VI. *Stromat.* Celso *lib.* II. *cap.* I. quos a Mercuriali laudatos scio: quibus adde Pindarum *Olymp.* ode VIII. quæ Alcimedonti & Timosthenì fratribus luctatoribus, & Melesiæ ἀλείπτῃ, hoc est, auctori eorumque præceptori sive pædotribæ, inscripta est.

6 Lib. III. *Dissertat.* quem locum non satis expendisse videtur clariss. Lipsius cap. XIV. lib. I. *Sa-* F *turnal.*

7 *Ecclesiast. Hierarch.* cap. II. περὶ τῶν ἐν τῷ φωτίσματι τελουμένων, in theoria ejus mysterii, fol. 126. & 127. in vers. ὁρᾷς δὲ, ubi & hoc, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῷ πλάσι τὸ χρίσμα ἱεργιαι ἐπὶ τὰς ἱερὰς ἐν τύπῳ, τὸν τελούμενον ἀγῶσιν ἐγκαλούμενοι. καθ' ἃς ὑπ' ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γινόμενος, ἐπειδὴ ὡς θεός ἐστι τῆς ἀθλοθεσίας δημιουργός. ὡς σοφὸς δὲ τοὺς νόμους αὐτῆς τέθεικεν, εἰργάσατο δὲ ὡς καλος οἱ πρεπῆ νικῶσι τὰ ἔπαθλα, & quæ sequuntur, quæ ab ipso Pachymerio Paraphraste videas *ibid.* explicata fusius in fol. 132.

moneo) νομοθεσίαις. καὶ κατ' αὐτὰς ἀπαραβάτως ἀγωνιεῖται πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐπάθλων, ἐλπίδα βεβαίως ἔχων ὑπ' ἀγαθῷ τῆς ἀθλοθεσίας κυρίῳ καὶ ἡγεμόνι ταττόμενος. ἐπιβὰς δὲ τοῖς θείοις ἴχνεσι τοῦ ἀθλητοῦ πρώτου δι' ἀγαθότητα τῆς θεομιμήτοις ἀθλήσεσι, τὰς πρὸς θέωσιν ἐναντίας αὐτῷ καταπαλαίσας ἐνεργείας τε καὶ ὑπάρξεις, συναποθνήσκει Χριστῷ μυστικῶς εἰπεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ κατὰ τὸ βάπτισμα. Ubi Pachymerius Paraphrastes eruditissime: Διὰ μέσου δὲ (ait) ἐπεὶ ἀθλοθέτην ἐκάλεσε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν δηλοῖ πῶς μὲν ἀθλοθέτης, πῶς δὲ νομοθέτης, πῶς στεφοδότης καλῶν καὶ ἀφθάρτων στεφάνων, πῶς δὲ καὶ συναγωνιστὴς οἱονεὶ ἀλείπτης ἐστίν. quo nihil potuit magis perspicue ad eam rem quam volumus dici. De Christianis quidem velut athletis in ipso statim baptismo inunctis ad certamen subeundum adversus seculum ita D. Ambrosius alicubi [1] loquitur: *Venimus ad fontem*, (ait) *unctus es quasi athleta Christi, quasi luctamen hujus seculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina*. Sed & Prosper Aquitanicus in *D. Augustini sententiis*: *Chrisma symbolum est nos esse luctatores contra Diabolum*. Et Divus ipse ac Martyr Cyprianus in *de unctione Chrismatis*: *Hoc oleo uncti cum spiritalibus nequitiis colluctamur*. Chrysostomus [2] denique: *Inungitur baptizandus* (inquit) *more athletarum, qui stadium jam ingressuri sunt*, ἀποδύεται νῦν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ πρινὴ ἐπιβῆναι οὕτως δὴ καλῶς ἀποδύεται ὥσπερ τὰ ἱμάτια, ἀλείφεται, ὥσπερ οἱ ἀθληταὶ εἰς στάδιον ἐμβησόμενοι. Et statim, οὐ γὰρ διδαχθησόμενος ἔρχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλήσων καὶ γυμνασθησόμενος. Quamobrem Λόγον fuisse, hoc est, *Verbum* Dei Filium, qui sub hominis specie, sub qua etiam manifeste (sicuti Psaltes eximius *Psalmo* XLIX. cecinit) venturus erat, ut cum hominibus versaretur, ipsosque ad decertandum cum Diabolo instrueret: fuisse inquam Dominum Jesum magnum illum Dei Angelum, qui cum Jacobo luctatus est: (quemadmodum *Geneseos* XXXII. capite traditur) Veteres omnes cum Judæo Philone περὶ τῆς μετονομασ. censuerunt: in his Johannes Cassianus *de Incarnat. Domini* lib. VII. cap. IX. Theodoretus quæstione XCI. *in Genesim*, & Alexandrinus Clemens lib. I. *Pædag.* cap. VII. quo loco: Ὑπελείφθη δέ φησιν Ἰακὼβ μόνος, καὶ ἐπάλαιε μετ' αὐτοῦ ἄνθρωπος ὁ παιδαγωγὸς μέχρι πρωΐ. οὗτος ἦν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἄγων, καὶ φέρων ὁ συγγυμναζόμενος, καὶ ἀλείφων μετὰ τοῦ πονηροῦ τὸν ἀσκητὴν Ἰακώβ, ὅτι δὲ ὁ λόγος ἦν ὁ ἀλείπτης ἅμα τῷ Ἰακὼβ, καὶ παιδαγωγὸς τῆς ἀνθρωπότητος ἠρώτησε φησὶν αὐτόν. Et postea: Τὸ μὲν οὖν πρότερον τῷ πρεσβυτέρῳ λαῷ πρεσβυτέρα διαθήκη ἦν, καὶ νόμος ἐπαιδαγώγει τὸν λαὸν μετὰ φόβου, καὶ λόγος ἄγγελος ἦν, καινῷ δὲ καὶ νέῳ λαῷ καινὴ καὶ νέα διαθήκη δεδώρηται, καὶ ὁ λόγος γεγέννηται, καὶ ὁ φόβος εἰς ἀγάπην μετατέτραπται, καὶ ὁ μυστικὸς ἐκεῖνος ἄγγελος Ἰησοῦς τίκτεται. Igitur in Sirmiensi Synodo, *articulo* XIV. cujus Socrates lib. V. *Historiæ* ab Epiphanio tripartitæ meminit, definitum legitur, sic fere: *Si quis contra Jacob non filium, tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum Deum, aut patrem ejus dixerit, anathema sit*. Et quod ascetam Jacob unxerit pædagogus sive pædotriba, qui & aleipta, quem & supplantare docuerit, his verbis expressit Clemens: Ὅρα πῶς μὲν ἕπεται τῷ δικαίῳ ὁ παιδαγωγὸς, ὅπως δὲ καὶ ἀλείφει τὸν ἀσκητὴν, πτερνίζειν διδάσκων τὸν ἀνταγωνιστήν. Qua de re agens Philo ille Judæus alicubi in *lib.* περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε ad finem: Ἀφ' οὗ πάλιν (Isaacum intelligit) αἱ διὰ πόνων ἀρεταὶ καταστείρονται, ὧν ἀθλητής ἐστιν ὁ τὴν πρὸς πάθη πάλην γεγυμνασμένος Ἰακὼβ ἀγγέλῳ ἀλείπτῃ λόγῳ χρώμενος: sic enim omnino ibi legendum, cum unius tantum Angeli, eo *Geneseos* ad extremum capite quod ante dixi, quodque in mente tum Philo habuit, non plurium fiat mentio, equidem arbitror atque affirmare non dubito: ubi liber Lutetiæ a clarissimo Turnebo editus anno LI. & ad Regium exemplar comparatus præfert ἀγγέλοις ἀλείπταις λόγοις, etsi alibi τρόποις εὐφυέσι καὶ φιλοθεάμμασι ἀλείπταις χρησάμενον τὸν μηδὲν ἐλλείπειν τῶν πρὸς ἄσκησιν: &, τὸν ἑπόμενον θεῷ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον συνοδοιπόροις χρῆσαι τοῖς αὐτοῦ λόγοις, οὓς ὀνομάζειν ἔθος ἀγγέλους: alibi περὶ ἀποικίας fol. 282. & 283. dixerit, meamque istam castigationem illorum, quæ a Clemente modo attuli, verborum collatione satis firmatam atque constabilitam sentio, adhibita potissimum Philonis ipsius auctoritate alio quodam loco [4], ubi: Τὸν δὲ Ἰακὼβ (μετωνόμασεν) ἄγγελος ὑπηρέτης τοῦ θεοῦ λόγος, ἵν' ὁμολογηθῇ μηδὲν εἶναι τῶν μετὰ τὸ ὄν. Nam ab Angelo ministro Dei verbo immutatum Jacobo nomen ait post illam colluctationem scilicet cum ipso habitam atque supplantationem, per quam adversus spirituales quasque animi passiones athletam unxit, imbuit præceptis, ad certamen hortatus præparavit optimus epistata, & exercuit εὐφυῶν τρόπον ἀλείπτων ἰσχὺν καὶ δύναμιν, καὶ τρόπον ἀκακαγώνιστον, ut idem Philo alibi περὶ τῶν ὀνείρων fol. 391. loquitur. Nec aliter B. Paulum athletam Christi, doctum ab illo, unctum de illo, crucifixum cum illo, gloriosum in illo, in theatrum hujus mundi, cui spectaculum factus est & angelis & hominibus, legitime magno agone certantem & palmam supernæ vocationis in anteriora sectantem B. Augustinus in lib. XIV. *de Civitate Dei* cap. IX. scripsit. Exemplo & imitatione Christi juxta præceptum Sancti Spiritus, quod *Epistola D. Jacobi* continetur, presbyteri jubentur ægrotos oleo inungere in nomine Domini, laboraturos videlicet in hoc stadio & colluctaturos adversus morbi gravitatem, peccatorum onus, exque eo desperationem salutis aliasque versutas insidiatoris Cacodæmonis tentationes, quæ multo maximæ struuntur, cum impendere nobis exitium vitæ perspicit, ut est in Concilio Tridentino cap. *de sacram. extremæ unction.* sessione XIV. atque adeo in ipso moriendi articulo. Igitur ut ad refocillandum agonistarum corpus, cum sui roboris essent periculum facturi, aut etiam post certamen, apotherapejæ gratia nimirum adhibebatur ab aleiptis epistatæ jussu oleum in gymnasio, quemadmodum a Chrysostomo & Cassiano superius monui: sic non directe quidem & principaliter ad corporis sanitatem ægrotis restituendam oratione insuper adhibita, (ut falso nonnulli ex neotericis Gnosticis putant) verum hoc scilicet fine, quando sacramenta per se ad animam pertinent, ad corpus per accidens aut certe secundario [4]: ad dandos ægroto scilicet mortis agonem subituro animos, &

1 Lib. I. *de Sacram.* cap. II. citatur hic & superior ille Dionysii locus a Franc. Turriano lib. II. pro *Epist. Pontif.* cap. XVII.

2 Homil. VI. *in cap.* II. *Epist. D. Pauli ad Coloss.* fol. 65. pag. 2. Græce.

3 In d. libello περὶ τῶν μετονομαζομένων, fol. 27. lib. per Wechel. editi Francof. ann. 87. Vide & fol. 5. ex quo verba inferius proponam.

4 Vide Bellarminum Tom. II. *Controversiar.* lib. unico *de sacram. extremæ unct.* cap. II. & III. ubi promissionem Jacobi ad animam præcipue & absolute referendam esse comprobat, & quamvis inungantur ægroti ut sanentur, si id expedit æternæ saluti, tamen recte dici extremam respectu unctionum, quæ in aliis sacramentis percipiuntur, specialem vero esse misericordiam, quæ exhibetur

ſervandam quæ a peccatis liberaretur animam, id ſacramentum adhibitum, quod ſignis ille ſive ſymbolis conſtaret, in palæſtra & gymnaſio uſurpatis non minus quam τὸ ἐγείρειν, quod alteri τῷ καταβάλλειν (de quo ad luctam pertinente vocabulo *lib.* I. *cap.* XI. actum eſt) proprie reſpondet: aut quam τὸ κάμνειν: (de quo verbo ejuſdem *libri cap.* VIII. diſputavimus) quæ itidem iſto D. Jacobi cap. ult. verſ. 14. *Epiſt. Cathol.* loco poſita vocabula: Ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτὸν, ἀλείψαντες αὐτὸν ἐλαίῳ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου. Et poſtea *verſu* 15. Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα, καὶ ἐγερεῖ αὐτὸν ὁ Κύριος· κἂν ἁμαρτίας ᾖ πεποιηκὼς, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Cæterum ut mittam quod in eodem Tridentini Concilii loco *cap.* I. & II. *ſeſſione* XIV. per unctionem aptiſſime Spiritus Sancti gratiam repræſentari, qua inviſibiliter anima ægrotantis inungitur, & poſtea ægroti animam eo ſacramento confirmari, fiduciaque divinæ miſericordiæ in ipſo excitata ſublevatum infirmum morbi incommodo, ac labores lenius ferre & tentationibus dæmonis calcaneo insidiantis facilius reſiſtere, peccati reliquias abſtergi, & ſanitatem corporis interdum, ubi ſaluti animæ expedierit, eum conſequi, ſcriptum legimus. Adorationem quidem pro aliquo de ſalute animæ periclitante ad Deum effuſam, metaphorice ſpiritualem olei palæſtrici perfuſionem D. Joan. Chryſoſtomus retulit ad Theodorum Monachum *Paræn.* II. *epiſt.* VI. columna 912. ſcribens ſic fere: *Multos namque ac magnos habes divini muneris gratia viros, qui nobiſcum dolent, qui te palæſtræ oleo ſpirituali ſæpe perfundunt, qui pro animæ tuæ diebus ac noctibus ſalute formidant.* Et vero per iſtiuſmodi ſacramentalem inunctionem exemplo & ſimilitudine quadam unctionis athleticæ introductam boni Patres illi, qui Concil. Colon. ſub annum M.D. XXXVI. interfuerunt celebrato, non obſcure ſignificant: ubi de iſto ſacramento unctionis infirmorum hoc inter cætera ſcriptis prodidere [1]. *Cogitare itaque debet Presbyter ſe non ſuam, ſed Apoſtoli, Chriſti atque adeo Eccleſiæ perſonam gerere, atque hoc agere, ut ægrotus perinde atque athleta inunctus, ac velut in extrema lucta conſtitutus, omnibus Satanicis tentationibus (quas tum potiſſimum diabolus catervatim ſolet ingerere) fortiter reſiſtat*, &c. *Ac ad omnem tentationis impetum conſtanti animo dicat, Chriſti membrum ſum, Chriſti athleta ſum, in cujus ſignum oleo etiam externo ſecundum Apoſtoli traditionem inunctus ſum*, &c. Poteſt etiam videri aſpexiſſe D. Jacobus ad illam ἀποθεραπείαν, de qua cap. X. & XV. lib. III. *Agoniſtici* latius differemus. *Nam*, ut eſt apud B. Ambroſium [2], *olei naturam audivimus, quæ habilis eſt ad renovandos artus feſſorum, & luminis gratiam præſtat.* Quod a Theophylacto *in Marcum* cap. VI. fol. 155. deſumptum ſcias, ubi poſt relata B. Jacobi verba de unctione adjicit: Ἔστιν δὲ τὸ ἔλαιον καὶ πρὸς κόπους ὠφέλιμον, καὶ φωτὸς αἴτιον, καὶ ἱλαρότητος πρόξενον, καὶ σημαίνει τὸ ἔλεος· καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος· δι' ἧς καὶ κόπων ἀπαλλαττόμεθα, καὶ φῶς καὶ χαρὰν καὶ ἱλαρότητα πνευματικὴν δεχόμεθα. Et longe apertius quod utriuſque in baptiſmo & conſummatione ſeu obitu Chriſtianorum unctionis ſimilitudinem ac veluti aliquem typum fuiſſe athletarum utramque (ante atque poſt certamen ſcilicet) unctionem Apoſtolorum diſcipulus eruditiſſimus Dionyſius Areopagita [3] his verbis docet: Μέμνησο δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν πρὸ τοῦ θειοτάτου βαπτίσματος, πρώτη μέθεξις ἱεροῦ συμβόλου δωρεῖται τῷ τελουμένῳ, μετὰ τὴν ὑλικὴν τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀπαμφίασιν, τὸ τῆς χρίσεως ἔλαιον· ἐν τέλει δὲ νῦν ἁπάντων ἐπὶ τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ἐπιχέεται· καὶ τότε μὲν, ἡ τοῦ ἐλαίου χρίσις ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἐκάλει τὸν τελούμενον· νῦν δὲ τὸ ἐπιχεόμενον ἔλαιον ἐμφαίνει, κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας ἀθλήσαντα καὶ τελειωθέντα τὸν κεκοιμημένον. Quæ verba explicans Pachymerius in *paraphraſi ad eum locum* apertiſſime oſtendit ſic fere: Μετὰ ταῦτα ἐπιχέει τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης τῷ κειμένῳ· ἐλέγομεν δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ φωτίσματος λόγοις, ὡς τῷ ἐλαίῳ πρώτως ἐχρίετο ὁ τελούμενος, μεθ' ὃ τῆς ἐσθῆτος ἀπεγυμνοῦτο ἐνταῦθα ἐν τῷ τέλει, καὶ ταῦτα οὐκ ἀπεικότως· ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ εἰς ἀγῶνας εὐτρεπιζόμενοι χρίονται, καὶ οἱ τῶν ἀγώνων παυσάμενοι καὶ τῶν ἱδρώτων ἀπολυσάμενοι χρίονται· εἰκότως καὶ ἐπὶ τούτοις ἐκεῖσε μὲν κατ' ἀρχὰς ἐχρίετο εἰς τοὺς ἀγῶνας ὑπαλειφόμενος, ἐνταῦθα δὲ ἐν τῷ τέλει πάντων, ὡς τῶν ἀγώνων ἀποπαυσάμενος. Gaudeo iſtius noſtræ ad B. Paulum interpretationis tantos habere aſſertores, in quos, cum ſuperiora, de quibus longe antea in mentem venerat, exſcripſiſſem, felici quadam virgula incidi.

CAP. VI.

Adhuc de Gymnaſtæ ac Pædotribæ officio & munere, præclari aliquot Pædotribæ ac Gymnaſtæ vetuſti, quorum nonnulli cotibus comparati. Cotis nomen apud Pindarum, Horatium, Plutarchum. Qui athletarum præmiis caruiſſent, Gymnaſtas ſeu Pædotribas nihilominus fuiſſe, & palæſtricam exercuiſſe. De cujus artis variis appellationibus e Galeno. Epiſtata Philoni, qui Gymnaſta, & præceptor gymnici certaminis dictus a Seneca. Proſcholus.

QUÆ cum ita ſe habeant, hoc etiam cenſeo, ut aleipta ille apud Veteres, (ſumpto utique largius, quam etymon ferat, vocabulo, ſicut illis nimirum, quos protuli, locis, quod etſi ἀδόκιμον, καὶ οὐκ ἐν χρήσει, τοὺς δὲ μέσους κωμικοὺς εἰρηκέναι ἀλειπτρίαν Julius Pollux lib. III. *Onomaſt.* circa finem in col. 190. & lib. VII. cap. III. fol. 368. retulit ad Commodum ſcribens: uſurpatum tamen a Plutarcho ἐν ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, fol. 2251. (qui haud multo antea ſub Trajano atque Adriano vixerat) ut pædotriba, inquam, quem & gymnaſtam [4] συνωνύμως vocatum reor, (nam ad pædotribam quidem quod attinet, quamvis ἕτερός τις ἦν· ὁ δὲ τοῦ γυμναστοῦ, καὶ ὑπηρέτης αὐτοῦ, καθάπερ ὁ μάγειρος τοῦ ἰατροῦ,

ægrotis, qui jam non poſſunt agere pœnitentiam, docet cap. IX. Vide & in Concil. Florent. in *inſtruction. Armen. Ubi deficit effectum ſacramenti eſſe animæ ſanationem.* De extrema iſta unctione videſis in *Capitul. Caroli Magni* lib. I. cap. CLXII. fol. 34. pag. 2. item lib. VI. cap. CLXXXVI. fol. 204. pag. 2. lib. VII. cap. CIII. fol. 269. & add. III. ad lib. VII. cap. XXXIX. fol. 377. & 378.

1 Fol. 195. Pariſ. edit. ann. 1545. & ſimiliter Petrus de Sotto Dominicanus tractatu *de Inſtitut. Sacerdot.* ubi de ſacramento extremæ unctionis fol. 243. *Quare perſuadendum eſt infirmis, cum illud traditur, ut conſiderent ſe tanquam athletas veros Chriſti ad ultimum certamen inunctos eſſe, multo magis interius abundantia gratiæ illius quam exterius oleo illo*, &c.

2 In Epiſt. I. Paul. *ad Corinth.* citato in hanc rem ab Amalario Fortunato lib. I. *de Eccleſiaſt. Off.* cap. XII. fol. 117.

3 *Eccleſiaſtic. Hierarch.* cap. VII. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων, in theoria fol. 231.

4 Hoc vocabulo Pauſanias utitur in II. *Eliacon.*

ut Galenus ait [1], hoc tamen e sui potius animi sententia, & vere quidem, quam ex aliorum omnium pædotribis gymnastæ nomen tribuentium opinione crediderim ipsum protulisse, qui etiam fatetur a Platone gymnastices artificem pædotribam nondum trito gymnastæ vocabulo appellatum, quod & ex aliis ejusdem Galeni scriptis [2] colligo: & vero *τὸν τῶν γυμναστικῶν χωρίων ἐφεστηκότα καὶ σωμασκοῦντα παιδοτρίβην τε καὶ γυμναστὴν* dictum eodem Polluce ubi supra referente didici) munus id obierit, quod circa Milesiam & Stephanum, Thucydidis filios, Xanthias & Euagoras apud Platonem: quod Pyrrhus ille apud Senecam, de quibus a me superiore *Sermone* dictum est: quod Phænestius pædotriba, ad quem (ut ex Athenæo *Deipnosophistarum* I. ante retulimus *lib.* I. ubi de ludo pilæ sub initium) ibant Phæninda lusuri; quod gymnasta Theon, (quem tantopere a Galeno laudatum, citatis etiam ipsius *Gymnasticorum* primo ac tertio, reperias in *ὑγιεινῶν* libris [3]) quod Tryphon, quod denique Timagetus, de cujus palæstra fit a Theocrito mentio in *Pharmaceutria* [4], quod circa Phylacidam Æginetam pancratiasten Pytheas apud Pindarum, *Isthmiis* ad finem odes v. sic canentem:

Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις,
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι.
Χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.

Nam quod in poetis arte illa informandis fungi se vice cotis, qui poeta non sit, Horatius ita scribit in *Arte Poetica* ad Pisones:

——fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipsa secandi.

Quod de se olim Isocrates (ut quidem Plutarchus [5] in *ejus Vita* memorat his verbis: *Πρὸς τὸν ἐρόμενον, διότι οὐκ ὢν αὐτὸς ἱκανὸς, ἄλλους ποιεῖ, εἶπεν, ὅτι καὶ αἱ ἀκόναι αὐταὶ μὲν τεμεῖν οὐ δύνανται, τὸν δὲ σίδηρον τμητικὸν ποιοῦσιν*) hoc ipsum eadem circa magistrum palæstricum usus metaphora ut cotem vocet, de Pythea (nisi fallor) illo Phylacidæ pancratiastæ pædotriba, sive gymnasta intelligens hymno altero [6], qui Phylacidæ Pytheæ Euthymeni avunculo inscriptus est ita cecinit:

Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν,
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
Χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.——

Recte ac vere Pindarus: quando plerosque non optimos athletas, sed etiam infeliciter athleticis laboribus perfunctos, ut ad præmia nulla pervenire potuissent, illico tamen gymnastarum artem olim professos fuisse, atque athletas exercuisse Galenus [7] memorat, *ὅσοι δ' ἀσκοῦνται μὲν ὡς ἐν ἄθλοις νικᾶν, ἀφυεῖς δ' ὄντες, κἀκεῖ στεφάνων μὲν ἠτύχησαν, ἐξαίφνης δ' αὖ ἐφάνησαν γυμνασταί.* Et postea de gymnastica, quæ circa palæstram versatur, quam *κακοτεχνίαν* vocat, *ὑποδυομένην μὲν τέλει χρηστῷ τῆς εὐεξίας, ἄλλο δὲ ὅτι μᾶλλον ἐργαζομένην, ἢ εὐεξίαν*, ubi dixit, hoc quoque subdit, *ἀλλὰ ὅτι τῆς μὲν τοιαύτης κακοτεχνίας οἱ δυστυχῶς ἀθλήσαντες ἐξαίφνης ἐπιστήμονες ἀναφαίνονται.* Et postea de athletis, *ἀλλ' ὅμως οἱ πάντων ἀτυχέστατοι, καὶ μηδεπώποτε νικήσαντες ἐξαίφνης ἑαυτοὺς ὀνομάζουσι γυμναστάς*: quamquam de Pythea sic potius videtur sensisse Pindarus, quod & ipse de aliis, quorum nomina superius percensui, ut qui se in re athletica strenue gessissent, observatis ipsius artis legibus: ii cum labores agonisticos perferre ultra non quirent, tum denique juvenibus in palæstra exercendis operam darent, & gymnasticam sive pædotribicam profiterentur: quam pedotribicam potius, & catableticam, cabbalicam, & palæstricam nominari debere, quam gymnasticam, infensus gymnastis medicorum munia usurpantibus Galenus ibidem tradit, sic fere: *Καὶ ἡ περὶ τὰ παλαίσματα, καλῶμεν δ' αὐτὴν εἰ βούλει παιδοτριβικὴν*, &c. deinde, *αὐτὸς γὰρ ἡ ἀσκεῖ τέχνη παλαισμάτων ἑτέρας αὖ τινός ἐστιν ἐπιτηδεύσεως ὑπηρέτης, ἣν μὲν ἐγὼ ὀνομάζω καταβλητικήν.* Et postea: *Καὶ δὴ οὖν καὶ παλαιστικὴ τὸ μὲν εἰς ὑγιείαν χρηστὸν ὑγιεινοῖς τε καὶ γυμνασταῖς παρασκευάζει, τὸ δὲ εἰς διάθεσιν ἀθλητικὴν ἐκείνῃ τῇ κακοτεχνίᾳ τῇ πολλάκις εἰρημένῃ τῇ καλούσῃ μὲν ἑαυτὴν γυμναστικὴν, κάλλιον δ' ἂν ὀνομασθείη καταβλητικὴ καὶ γὰρ οὖν καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὴν οἱ Λάκωνες καββαλικὴν καὶ καββαλικώτερον· ἰαυτὸ γέ φασιν εἶναι τὸ ἐν ταύτῃ τεθραμμένον οὐκ ἰσχυρότερον.* Ubi quod de Laconibus circa *τὸ καββαλικώτερον* Galenus ait, eo *Apophthegm. Laconicorum* a Plutarcho relatorum ultimo loco illustrari potest, cujus verba *libro* primo, cum de arte palæstrica sive gymnastica loquerer, ad extremum attuli. Gymnasta igitur juvenibus ad gymnasium & palæstram confluentibus præfectus & quidam quasi moderator fuit, ut morum simul, motuumque, ac totius corporis habitus *ἐπιστήμης* non minus fuerit, quam artis gymnasticæ subdoctor quidam sub gymnasiarcho sive xystarcho. Epistata ille scilicet, quem gymnici certaminis præceptorem vocasse videtur Seneca lib. II. *de Ira* cap. XIV. quo loco: *Pyrrhum*, inquit, *maximum præceptorem certaminis gymnici solitum ajunt his, quos exercebat, præcipere, ne irascerentur*, & cætera, quæ ante attuli. Angelum Domini, qui cum Jacobo luctatus fuerat, eique crus in lucta fregerat, juxta sacram *Geneseos* illam, *cap.* XXXII. cujus mentio facta superius, historiam, vel potius ipsum Deum hominemque Christum (ut ante superiore proximo *cap.* docui) tanquam certaminis vere sacri præsidem Philo Judæus *περὶ τῶν μετονομαζομένων* f. 5. epistatam vocavit Jacobum ipsum ascetam, hoc est, athletam, quo loco: *μετὰ γοῦν τὴν πάλην, ἣν ὑπερκινήσεως ἀρετῆς ὁ ἀσκητὴς ἐπάλαισε, φησὶ τῷ ἀοράτῳ ἐπιστάτῃ, ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου.* Talem denique auctoritatem epistatæ sive gymnastæ fuisse in gymnasio, talemque

---

fol. 150. Basilius initio II. homiliæ *de Jejun.* ubi gymnastas cum pædotribis copulat. Utitur & Clemens eo quem statim proponam loco.

1 Lib. II. *ὑγιεινῶν*, fol. 241. Vide quæ scripsi *cap.* superiore proximo in Notis.

2 *Ad Thrasybulum*, *πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν*, fol. 296. & seqq. sub finem in fol. 300. lin. 10. & seqq.

3 Lib. II. *ὑγιειν.* sive *de sanitate tuenda*, & lib. III. fol. 251. lin. 49. & sequent. *ὅτι ἀθλητὰς ἐγύμναζε.* Meminit & ad fin. lib. *πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν*, fol. 301. ubi etiam de Tryphone.

4 *Εἰδυλλίῳ* II. sub initium *ποτὶ τὴν Τιμαγήτοιο παλαίστραν*, & similiter postea.

5 In *Vitis decem Rhetorum* fol. 1542. lib. Stephanici: qui & in *Apophthegm. Lacon.* fol. 415. tradit non absimiliter urbem hostium non delendam dictum a Laconibus, quod ea esset palæstra & cos Juventutis.

6 *Isthmiis* ode VI. in extremo, cujus inscriptio *Φυλακίδᾳ Πυθέᾳ Εὐθυμένει μάτρωι.*

7 *Ad Thrasybulum* in lib. *πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν*, fol. 298. lin. 3. & 299. lin. 15. & seqq. & fol. 300. lin. 30.

curam, qualem in ſchola puerorum juvenumque ad literarum ludum commeantium proſcholus videtur apud Veteres habuiſſe, ut nimirum concinne ad magiſtrum accederent, & togam componerent, ut in omni geſtu, inceſſu, veſtitu modeſti, moderati eſſent, atque (ut Græco verbo utar) εὐσχήμονες. Quod de proſcholo dixi, hoc Joſephum Scaligerum quoque in *Auſonianis Lectionibus* lib. I. cap. XIV. tradere comperi, Criticum hujus ævi noſtratem, præ cæteris linguarum omnium quarum & apprime intelligentem, ei ut in hoc certe literarum genere nemo, qui cor aut os habeat, compararier auſit. Equidem hac re tantum ab ejus opinione diſceſſerim, quod non æque puerorum ſubdoctorem, ut juvenum putat eum, quem utrique proſcholum appellarent: ſubdoctoris quidem, ſive proſcholi Victorini, Auſonius *epigramm.* CCXIII. in *Profeſſoribus* mentionem habet.

CAP. VII.

Denuo de ſcammate: de quo alii loci undiquaque conquiſiti, atque huc congeſti. Scoliaſtis error apud Chryſoſtomum. Cælius Aurelianus obiter emendatus in notis. Vetus Inſcriptio Græca caſtigata. Γραμμὴ ſive linea duplex in ſtadio. Κανὼν ſive regula & ſcopus: expoſitis B. Pauli duobus nimirum locis. Linea pro ſcammate. Tranſilire lineas apud Ciceronem.

SED factum eſt neſcio quomodo, ut, cum de ſcammate iterum diſceptare ſim aggreſſus, inde me peculiari quodam meo more atque ipſorum *Semeſtrium* noſtrorum inſtituto, e quibus materia deſumpta & in hoſce tres libros collata eſt, (per quod, uti ſe quæque aſpera, conferta & confragoſa offerunt, expedire licet liberque) animi æſtus abripuerit. Prudens itaque ſciensque ad ſcamma ipſum, quod prætergreſſus fueram, regredior, aut potius intra ipſum, de quo tres quatuorve inſuper locos eximios huc conferendos habeo, ut omnibus pervios, ita nondum a quoquam aut perluſtratos, aut certe indicatos: præſertim hoc animo, ut Scoliaſtis illius errorem pervincam, qui apud Chryſoſtomum ad marginem *homiliæ* XLIII. *in Geneſin* σκόμματι pro *ſcammati* legendum inſcite adnotavit: ipſe quidem Chryſoſtomus, ſive alius quiſpiam vetuſtus auctor eſt (cujus ab Antonio relata verba extant in *Collectaneis locorum communium* apud Stobæum, ſerm. CCCIV. Σκάμμα ἐστὶν ὁ παρὼν βίος, (inquit) ἐν δὲ τῷ σκάμματι καὶ τοῖς ἀγῶσι οὐ δύναται ἀνέσεως ἀπολαύειν ὁ στεφανοῦσθαι μέλλων. Item poſtea: οὐδεὶς γενναῖος ἀθλητὴς ἐν τῷ σκάμματι λέξα ἐπιζητεῖ, καὶ ξ ἀπ[...]ζων πληθοῦσαν σιτίοις καὶ οἴνῳ, τοῦτο οὐκ ἔστιν ἀθλητοῦ, ἀλλὰ βλακός. Rurſum idem Chryſoſtomus ſermone XII. *in Epiſtolam B. Pauli ad Romanos in cap.* VII. fol. 53. pag. 2. Εἰ δὲ οἱ πρὸ τοῦ νόμου ἀπὸ τῆς ῥαθυμίας ταύτης [...] εἰς αὐτὸν τὸν πυθμένα τῆς κακίας ἦλθον, ἐννόησον τί πεισόμεθα ἡμεῖς οἱ πρὸς μείζονα καλούμενοι σκάμματα, ἂν μὴ μετὰ ἀκριβείας ἑαυτοῖς προσέχωμεν, &c. κουφότεροι γὰρ ἐκ προοιμίων οἱ ἀγῶνες, & Clemens quoque Alexandrinus in *Stromatum* libris, lib. V. Εἴ τε τὸ ἐν ἡμῖν αὐτεξούσιον εἰς γνώμην ἀφικνούμενον τ[...] ἀγαθοῦ σκιρτᾷ τε, καὶ πηδᾷ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, φασὶν οἱ γυμνασταί. D. Baſilius in *Aſcet.* [...] ἐν παραινέσει περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ τελ. προσ. fol. 375. πῶς γὰρ δυνήσῃ ἀριστεύσασθαι τὸ πρὸς τὸν ἐχθρὸν μάχην ἐν τῷ σκάμματι τῆς μάχης [...]. Paulinus etiam ille, quem laudavi jam ante ad Severum, *epiſtol.* II. quod quia tantæ difficultatis eſſe perſpicis in agone verſantibus, quantæ gloriæ eſt exhauſta decertatione vincentibus? Noli interim, dum in ſcammate ſumus, dum foris pugnæ, intus terrores, alta pro nobis ſapere, aut loqui. Atque ut tandem aliquando finiam, deque iſto, in quod me concluſi, ſcammate mea jam fide liberatus exeam, D. Ephrem ſub initium illius *lib.* de luctamine ſpirituali agens apertiſſime ſupra omnes alios, ac velut expreſſo, vim hujus vocabuli commonſtravit, quo loco: *Semper ego perfectiſſime athletæ* (ait) *ſine aliquo metu, & cum ſumma alacritate, invenientur in ſcammate; timidi autem & imbecilles, antequam incipiant decertare, diffugiunt: & propter mollitiem deſidiamque immenſam nullo prorſus modo in ſcammate deſudare contendunt. Scamma eſt autem, Fratres dilectiſſimi, medius locus in quo athletæ luctantur.* Hactenus ille. Cujus unius iſto teſtimonio, quæ adverſus alios antea docui de ſcammate, illuſtrata & confirmata prorſus eſſe intelligo, a me collecta non ſine labore omnia, priuſquam id vocabulum, nemini e tanto Lexicographorum [1], Grammaticorum, Criticorum numero ſatis cognitum, apud Galenum [2] tamen aliud omnino quæritans, reperiſſem: quod cum palæſtra conjunxiſſe optima ratione de athleticis atque gymnaſticis differentem, graviſſimum medicum, illis quos ante protuli locis oſtenditur: ejus hæc verba ſunt: Παρελθὼν τὸ μέσον ἐξαίφνης ὁ αὐτοδίδακτος ἐκεῖνος γυμναστὴς ἐκδύσας παιδάριον ἐκέλευσεν ἡμᾶς τρίβειν τε τοῦτο καὶ γυμνάζειν, ἢ σιωπᾶν περιτρίψεις ἢ γυμνασίων, εἶτ' ἐφεξῆς ἔλεγε, παρὰ γὰρ Ἱπποκράτης εἰσῆλθεν εἰς σκάμμα, οὐδ' εἰς παλαίστραν, ἴσως οὐδ' ἀναχέεσθαι καλῶς ἠπίστατο, & cætera quæ ſequuntur: habetur hoc nominis in Inſcriptione quadam Græca [3] marmoris illius quod Romæ in Palatio Cardinalis Farneſii extare dicitur, ubi de Marco Aurelio Aſclepiade, qui & Hermodorus: Παγκρατιαστής, περιοδονείκης ἄλειπτος ἀσυνέξωστος, ἀνέκκλητος, ὅσους ποτ' ἀγῶνας ἀπεγραψάμην πάντας νεικήσας, μήτε ἐκκαλεσάμενος, μήτε ἑτέρου κατ' ἐμοῦ τολμήσαντος ἐκκαλέσασθαι, μήτε συστεφανωθείς, μήτε ἐπεξελθών, μήτε παραιτησάμενος, (ſic lego, ubi excuſus liber habet ΠΑΡΑΙΤΗCΑΜΕΝΟC) μήτε ἀγῶνα παραλιπών, μήτε κατὰ χάριν βασιλικὴν ἀγῶνα ἔχων, μήδε καινῶν (forſitan καινὸν melius fuerat) ἀγῶνα νεικήσας, ἀλλὰ πάντας ὅσους ποτε ἀπεγραψάμην ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασι στεφανωθείς, & cætera quæ ſequuntur ſub initium *libri* proximi proferenda, ubi de proagonibus & probatione athletarum loquar; a ſcammate vero τὴν γραμμήν, ſive *albam lineam* diverſam fuiſſe arbitror in ſtadio, eamque duplicem, vel a qua tanquam e carceribus, vel ad quam quaſi ad metam curſores properandum haberent, pedumque velocitate contenderent: de priore ſenſit Ariſtophanes, *Acharn.* fol. 281. ubi,

Πρόβαινε νῦν ὦ θυμὲ γραμμὴ δ' αὑτηί.

---

1 In *Theſauro* tamen *Græco* Henrici Stephani citatum reperi poſtea locum B Hieronymi & Tertulliani *ad Martyres*, & Chryſoſt. *Commentar. in Epiſtol. ad Rom.* cap. XI. ſed illum e Cœlio Aureliano *Chron.* lib. II c. I. ordin. *Præterea idem Aſclepiades in arenæ ſpatio quod appellant ſcamma deambulationem atque tranſcenſum lignorum*: ſic enim malo, ubi vulgo ſcriptum, *ſpatio deambulatione quod appell. ſcamm.*

2 Ad fin. lib. *ad Thraſybulum*, πότερον ἰατρ. ἢ γυμναστικῆς ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 300.

3 Retulit Juſtus Lipſ. in *Auctario Inſcript. antiq.* Smetii, ex editione Plantiniana anni 88. pag. 57. cujus initium, M. Αὐρήλιος, &c.

quem locum Scholiaſtes vetus explicans, ἀρχὴ ἀφετηρία ἡ λεγομένη βαλβὶς ἐκ μεταφορᾶς τῶν δρομέων: qualem circenſibus ludis fuiſſe Romæ albam illam lineam in circo, quam non longe ab oſtiis in utrumque podium quaſi regulam produci, ut quadrigis progredientibus inde certamen oriretur, ab Aurelio Caſſiodoro traditum libro III. *Variarum* epiſt. LI. Pauſanias lib. II. *Eliacon*, fol. 156. κανόνα ſicuti *regulam* Caſſiodorus nominat: quo loco ſtadii carceres, unde ad curſum equi dimittebantur, ita deſcribit: Παρέχεται μὲν οὖν ἡ ἄφεσις (τῶν ἵππων) κατὰ πρῷραν νεώς· τέτραπται δὲ αὐτῆς τὸ ἔμβολον ἐς τὸν δρόμον. καθότι δὲ τῇ Αγνάμπτου στοᾷ προσεχής ἐστιν ἡ πρῷρα, κατὰ τοῦτο εὐρεῖα γίνεται. Δελφὶς δὲ ἐπὶ κανόνος κατὰ ἄκρον μάλιστα τὸ ἔμβολον πεποίηται χαλκοῦς: quanquam τὸν κανόνα ad ſaltum retuliſſe Pollux ſub finem lib. III. *Onomaſt.* videtur: quo loco ait eſſe τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος: ſed huic regulæ locus fuit & in curſura gymnica: igitur de curſoribus agens Papinius Statius lib. VI. *Thebaidos*.

Ut ruit, atque æquum ſummiſit regula limen,
Corripuere leves ſpatium, campoque refulſit
Nuda cohors, volucres iiſdem modo tardius arvis
Iſſe videntur equi.

Divus quidem Paulus [1] a curſoribus ita translationem duxit, ut canoni ſeu regulæ inſiſtendum diceret, qui mos ipſis in ſtadio fuit: πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. De poſteriore duarum quas dixi linea Pindarus *Pythiorum* ode IX. circa finem, ubi de Danai filiabus nuptui collocatis: nam poſtquam dixit in antiſtrophe,

——— ἔστα-
σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν
Ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος.
Σὺν δ' ἀέθλοις ἐκέλευ-
σεν διακρίναι ποδῶν,
Ἅντινα σχήσοι τὶς ἡ-
ρώων ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλθον.

ſubjicit tamen epodo ultima:

Οὕτω δ' ἐδίδου Λίβυς ἁρμόζων κόρᾳ
Νυμφίον ἄνδρα· ποτὶ γραμ-
μᾷ μὲν αὐτὰν στᾶσε κοσμή-
σαις τέλος ἔμμεν ἄκρον.

Hanc tamen minime γραμμὴν Julius Pollux, non longe ab illo quem dixi loco, a Veteribus appellatam, ſed alio modo in hæc verba retulit *d. lib.* III. col. 188. verſu 15. ἵνα δὲ παύονται τέλος καὶ τέρμα καὶ βατὴρ, ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς. Hanc lineam *ſcopi* nomine deſignatam a D. Paulo *Epiſtolæ ad Philippenſes* cap. III. verſ. 14. arbitror: quo loco ſic ſcriptum: κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Nam & in præcedentibus & in ſequentibus verſibus a curſoribus gymnicis perpetuam eſſe metaphoram deductam poſterius docebo, ubi erit commodum: ſane de athleticis laboribus circa Chriſti Evangelium tanquam ſtadium cogitaſſe ipſum oſtenditur his verbis e ſequenti cap. IV. verſ. 3. ejuſdem *ad Philippenſes Epiſtolæ* deſumptis, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. Romæ quoque in amphitheatro, ut plerumque caveis coercebantur beſtiæ ſpectaculis paratæ, ita ludorum tempore lineis. Equidem ita ſumendum hoc linearum vocabulum arbitror apud Senecam, lib. II. *de Clement.* cap. XII. cum ait: *Sic feras lineæ & pinnæ clauſas continent: eaſdem a tergo eques telis inceſſat, tentabunt fugam per ipſa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem.* Ex iis lineis confecta fortaſſe retia feris arcendis podium protegentia, quæ ſuccinis notata ſuo tempore Plinius lib. XXXVII. cap. III. memorat. Veruntamen auctores interdum hoc linearum nomen καταχρηστικῶς pro ſcammate uſurpaſſe claſſicos reperias, ut eum locum ſignificent, intra quem dimicandum fuit. Tertullianus lib. III. *adverſus Marcion.* *His præluſerim quaſi de gradu primo adhuc, & quaſi de longinquo, ſed & hinc jam ad certum, & comminus dimicaturus, video aliquas etiam nunc lineas præducendas, ad quas erit dimicandum, ad Scripturas ſcilicet Creatoris.* Item alibi, *lib.* IV. *Puto me non temere huc uſque adhuc lineæ inſiſtere, qua definio nuſquam omnino alium Deum a Chriſto revelatum.* D. Hieronymus *adverſus Luciferianos in Dialogo* ſub initium ita orthodoxum loquentem facit: *Rhetoricaris, & a diſputationum ſpinetis ad campos liberæ declamationis excurris: verum deſine quæſo a communibus locis, & in gradum rurſum ac lineas regredere: poſtea ſi placuerit latius differemus.* Et poſtea: *Sed dum amorem contradicendi ſequeris, a quæſtionum lineis excidiſti, more quorumdam loquacium, potius quam facundorum, qui cum diſputare neſciunt, tamen litigare non deſinunt.* Ipſe denique Cicero cum tranſilire lineas dixit, aut tranſire, nihil aliud ſenſiſſe videtur, quam quod ex Alexandrino Clemente ſuperius retuli, πηδᾶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα. *Lapſa eſt alicujus libido in muliere ignota*, (inquit Tullius *Paradox.* III. ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα) *dolor ad pauciores pertinet, quam ſi etiam petulans fuiſſet in aliqua generoſa ac nobili virgine: peccavit vero nihilominus: ſiquidem eſt peccare tanquam tranſilire lineas: quod cum feceris, culpa commiſſa eſt: quam longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet.* Peccare certe licet nemini, ubi μεταφορικῶς tranſire lineas dixit, quod tranſire finem & modum in libro I. *de Officiis* [2]. Quanquam his quoque locis juxta priorem, quam dixi, propriam linearum ſignificationem id vocabulum poſſis non abſurde accipere: præſertim ideo quod Hieronymus ipſe, iis quæ modo aſcripſi verbis hæc ſtatim ſubdit: *Ego enim non tam in præſenti Arrianos vel improbo vel defendo, quam illam curſus mei metam circumeo: eadem ratione a nobis Epiſcopum recipi qua Laicus a vobis recipitur.*

---

1. *Epiſt ad Philip.* cap. III. verſ. 15. e quo ſcribam *lib.* ſeq. *cap.* X. ubi περὶ τοῦ τελείου.
2. In cap. *Officium*, ubi, *qui appetitus longius evagantur, & tanquam exultantes ſive cupiendo, ſive fugiendo non ſatis a ratione retinentur, hi ſine dubio finem & modum tranſeunt.*

CAP. VIII.

Σκαφίον apud Plutarchum, quod aliter atque ab Interpretibus explicatum. Ex ejus iconi loco in re palæstrica designatum, adversus Græcum Theocriti Scholiastem. σκαπάνη, quid. Galeni locus obiter correctus. Theocritus præter aliorum sententiam ratione nova expositus. σκάφη, μάζα. Cymbia pocula excipiendo lacti usum præbuisse sicuti & cupella. Scaphium pro cranio, synecdoche, hoc est, anteriore capitis parte, quam glabram calvamque veteres athletæ habuerint, & interim in ipsa concertatione commiserint. Lucani, adhibito Luciano, unus, & alter Suetonii locus ita ut a Turnebo emendatus est, præter aliorum sententiam exponitur. Tonsionis duæ species, κῆπος καὶ σκαφίον.

UT ut sit, scamma ipsum, quod esse fossam sive caveam ludorum & ἀπὸ τῦ σκάπτειν deductum ostendi supra, Plutarchus [1] alio itidem Græco derivato indidem vocabulo σκαφεῖον, vel σκαφίον vocatum probat alicubi, ut equidem sentio: sed qui aliter ipsius verba, quam Latini Græcique Interpretes fecerunt, accipio, ubi de Arato: qui animum juvenis adhuc ad palæstram appulerat, in eaque cum æqualibus corpus apud Argos exercere solitus fuerat, ut etiam quinquertione sive pentathlo decertaverit, coronasque victor apud Nemea indeptus fuerit: unde in ipsius etiam iconibus, sive signis, ac statuis habitudinem quandam corporis athleticam apparere, vultumque gravem ac regium non omnino diffiteri, aut ementiri voracitatem athleticam (illam scilicet, quæ, sicut initio *libri* III. dicturi sumus, pinguitudine ipsa & obesitate corporis ostenditur) & schaphium, sive scamma: hoc est, per synecdochen nimirum, id quod fit, per locum, in quo fit, demonstrantem robur illud, atque amplitudinem, firmitatemque corporis, quæ assiduis ejus exercitationibus palæstricis comparari atque adquiri solet. Sic enim verba optimi auctoris, quæ bona ex parte jam exposui, se habent: Τρεφόμενος δὲ παρὰ τοῖς ἐν Ἄργει ξένοις καὶ φίλοις πατρικοῖς ἐλευθερίως, καὶ τὸ σῶμα βλαστάνον ὁρῶν εἰς εὐεξίαν καὶ μέγεθος, ἐπέδωκεν αὐτὸν ἀσκήσει τῇ περὶ παλαίστραν. ὥστε καὶ πένταθλον ἀγωνίσασθαι, καὶ στεφάνων τυχεῖν. ἐπιφαίνεται δ' ἀμέλει καὶ ταῖς εἰκόσιν ἀθλητική τις ἰδέα, καὶ τὸ συνετὸν τῦ προσώπου καὶ βασιλικὸν οὐ παντάπασιν ἀρνεῖται τὴν ἀδηφαγίαν καὶ τὸ σκαφίον. Ubi Amyotus doctissimus: *Aussi apperçoit-on en la face de ses images, & statuës, ne sçay quoy de champion de lucte, & parmy la prudence & façon royale, que l'on voit empreinte en son visage, cognoit-on aussi qu'il estoit grand mangeur, & grand beuveur, comme sont ordinairement ceux qui font profession de tels exercices du corps.* Ubi non nego, quin per se accepta ista interpretatio Gallica recte consistat: verbis tamen Græcis (licet scaphion [2] sive cymbion genus esse poculi fateor) illam non quadrare ajo; præsertim quod e statuæ vultu (nisi quis eam fortasse pictam, non modo scalptam proponat) eum cujus illa est bibacem fuisse colligi non possit: sed neque athletas ore fuisse rubicundo, quale habere putantur, qui mero se largius invitarunt, uspiam legere memini: nec apud Lucianum [3] Damasias athleta nudum se dicens utique jubetur a Mercurio, ut possit in Charonis cymba transvehi, aliud quam carnes illas obesas cum coronis & præconiis deponere; ubi: Οὐ γυμνὸν ὦ βέλτιστε τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον· ὥστε ἀπόθου αὐτάς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς στεφάνους ἀπόρριψον καὶ τὰ κηρύγματα. Et tamen cum athletam Euripides a Galeno citatus [4].

Γνάθε τε δῦλον νηδύος ἡττημένον

dixerit: cum denique apud Fabium Quintilianum lib. I. *Instit. Orator.* cap. XI. de palæstricis agentem, qui corporis cura mentem obruerent, scriptum esse nunc recordor, ipsis partem vitæ in oleo, partem in vino consumi solitam: equidem ubi a mea illa discessero sententia, in hanc descendam, ipsique acquiescam potius, quam ut Xylandrinam, sive Cruserianam istam sequar: elucet nimirum & in simulacris ejus figura athletica, vultusque gravis & majestatis plenus non diffitetur athleticam voracitatem & ligonem. Nulla quippe ligoni cum voracitate societas, (me quidem judice, quamvis non ignorem hanc fodiendi exercitationem non minus ὄρεξιν exercitare posse, quam aliam e palæstra quamlibet) nulla conjunctio. Nec in contrarium movet, quod a Cruserio, vel Xylandro, in *Annotationibus* ad eum locum editioni Stephanicæ adjunctis, illius interpretationis tuendæ gratia sit allatum, citato Interprete Theocriti ad istud poetæ Theocriti *Idyll.* IV. quod inscribitur Νομεῖς, de pastore Pisis certaturo athletamque acturo,

Ὤχετ' ἔχων σκαπάναν τε καὶ εἴκατι τῦτό τε μᾶλα.

Scholio, athletas tradente, præsertim pugiles, ligone se exercere, partibusque superioribus corporis robur fodiendo quærere, quo loco: Σκαπάνη ἐστὶ δίκελλα σκαφίον τὸ κοινῶς λεγόμενον. τράπισον οἱ Ἀττικοὶ ἄμην· χρῶνται δὲ αὐτῷ πάντες μὲν οἱ ἀθληταί, μάλιστα δὲ οἱ πύκται, &c. Et postea: Οἱ γὰρ γυμνασταὶ τότε ἐχρῶντο ὑπὲρ γυμνασίας τῇ σκαπάνῃ σκάπτοντες καὶ τὰ ἄνω μέρη ἀναρρωννύντες. ut ad id genus exercitationis Græcorum Epheborum respexisse videatur quod Festus Pompejus [5] in voce *Rutrum* explicat, quando rutrum tenentes arenam ruebant exercitationis gratia: tanquam hoc exercitationis genus quoddam graviorum illorum, propter quæ victores coronabantur, certaminum præludium fuerit, quod Isaacus quidem Hortibonus in *Theocriticis lectionibus* suis existimat. Sed si hoc esset quod e Festo & Scoliaste Theocriti adferunt, (quanquam ne ipse quidem Festus de athletis, aut in gymnasio se exercentibus diserte loquitur, qui Epheborum duntaxat & moris Græcorum mentionem

1 In *Arati Vita* sub initium fol. 1879. lib. a Stephano excusi. De obesitate autem ac voracitate athletarum videto, si tibi curæ est, quæ sub initium *tractatus* proxime sequentis scribimus.

2 Ut apud Athen. lib. IV. *Deipnosoph.* καὶ σκαφίον ἀργυρῶν δύο κοτύλας χωρῶν. Plautus, scaphio bibunt. Cicero, scaphia cum emblematis: quos locos & Stephanus notavit in *Thesauro Græco*.

3 in *Dialogis mortuorum*, in eo Charonis & Mercurii, cujus initium, Ἀκούσατε

4 Locum attulit Mercurialis cap. XIV. lib. I. *Art. Gymnast.*

5 His verbis: *Rutrum tenentis juvenis est effigies in Capitolio Ephebi more Græcorum arenam ruentis exercitationis gratia, quod signum Pompejus Bithynicus ex Bithynia supellectilis regiæ Romam deportavit.*

tionem facit) non usque adeo alienum ab athletis laborem aut opus, τῷ σκάπτειν Galenus Græci moris vetusti profecto non ignarus esse duxisset: quem tamen hoc προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5. lin. 6. scribere nemo inficias iturus est mihi: quo loco athleticum robur tum ad cæteras res omnes inutile atque incommodum esse significat, tum etiam operi rustico faciendo, quod fossores aut messores assolent: Ἀλλ' ἴσως τῶν εἰρημένων οὐδενὸς (inquit) ἰσχύος ἀντιποιήσωνται. τοῦτο γὰρ δ' οἶδ' ὅτι (sic malim, ubi ὂν legitur) φήσουσιν ἰσχυρότατον πάντων εἶναι τρίας ὦ πρὸς θεῶν ἰσχύος, καὶ ποῦ χρησίμης; πότερον τῆς εἰς τὰ γεωργικὰ τῶν ἔργων. πάνυ μὲν οὖν καλῶς ἢ σκάπτειν, ἢ θερίζειν παρ' ὧν τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ γεωργίαν δύνανται. ἀλλ' ἴσως εἰς τὰ πολεμικά, τὸν Εὐριπίδην αὖθις μοι κάλει, &c. Amam quidem sive hamam (nam ita etiam proferri a nonnullis hoc quoque, ut pleraque alia, vocabulum solet) cum dolabra conjunxisse Jurisconsultum l. 3. §. *sciendum. D. offic. præfect. vigil.* & præfecto vigilum tribuisse, sicuti ἄμην, καὶ πελέκυν militibus Romanis Josephum lib. III. ἁλώσεως cap. VI. amam & securem, μετὰ ξυστοῦ τε καὶ θυρεοῦ, πρίονός τε καὶ κοφίνου, memini, ut qui bellicis, aut militaribus athletis idem reliquis athletis usui esse instrumentum, adquirendo itidem, aut firmando robori potuerit. Verumtamen ut ἄμην vasis quoque nomen fuisse apud Veteres memoria repeto, sic & σκαπάνης vocabulum Theocriticum de vase pastoritio quopiam, quo excipi lac soleret, interpretari malim: qui, suo indidem deducto (ut arbitror) σκαφίδος nomine, vas ligneum rotundum excipiendo lacti & sero idoneum, ex Homeri *Odysseæ* I. Athenæum [1] tradere ita quidem, ut scyphum inde dictum a quibusdam existimari adjiciat: non absurde hoc quidem, si in vicem calicis effracti, aut alioqui deficientis, ἐκ τῆς πέλλης ἤγουν πελλίδος καὶ ἀρύτης e mulctra, vaseque oleario subbibisse Veteres nonnumquam, Hipponactis testimonio prolato idem Auctor antea comprobarat. Nam & ipsum Theocritum τὰ μᾶλα de pomis potius, illi forsitan mulctræ, quam σκαπάνην vocatam diximus, inditis, quam de ovibus ut accipiam, in causa est, quod oves ad certaminis locum adduxisse non opilionem, sed bubulcum Ægonem, non vervecinis, sed suillis & bubulis carnibus saginandum, ex illa consuetudine athletica, de qua initio *libri* proximi dicemus, verisimile mihi non videtur. Mulctram quidem nemo non potius quam ligonem, aut rutrum bubulco magis necessarium, & commodius ipsi tributum a poeta fore assentietur, ut arbitror: in qua proinde componi poma potuerunt, ut Ὁδοιπόροις εἰδυλλ. v. mellis plenos favos in scaphidibus sive mulctris decem inditos canentem Comatam inducit:

Στάσω δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
Ὀκτὼ δὲ σκαφίδας μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.

A Cymbia quidem cymbasque hauriendo vino usum præbuisse constat [2], lacti etiam excipiendo a Veteribus fuisse itidem usurpata, hoc Satii Papinii ex lib. VI. *Thebaid.* indicat:

Spumantesque mero pateræ verguntur, & atri
Sanguinis, & rapti gratissima cymbia lactis.

(Cymbæ autem, & scaphæ sive scaphidis, ut forma eadem, ususque in fluviorum transvectione [3], ipsoque adeo vini & lactis etiam haustu, sic utriusque nominis eadem, aut gemina significatio, quamvis non eadem origo) & similiter cypellum vasis B genus potando vino aptum ταῖς πέλλαις, hoc est, *mulctris*, assimile, sicuti ab ipso Athenæo lib. XI. *Deipnosoph.* fol. 359. Latinæ versionis addocemur. Fossæ autem, (ut ad Plutarchum redeam) atque adeo caveæ locus, in quo celebratos antiquitus agones diximus, (nam & scamma, & σκάφη τὸ ὄρυγμα fossura est, ut habent vetustæ Glossæ impressæ a Stephano) non minus quam ipsa voracitas familiaris athletis fuit: ut per utramque rem propterea conjunctim Plutarchus habitum moremque athleticum designasse merito videatur. Possis etiam τὸ σκάφιον apud Plutarchum, non absona, vel incommoda, vel inerudita interpretatione, (cum C ab Aristophane pro cranio scriptum reperiatur [4] id nominis) ita συνεκδοχικῶς accipi, de fronte atque anteriore illa parte capitis, quam plerosque athletas arietantes frequenter commisisse in lucta & pancratio scilicet, ὥσπερ κελιὸς τὰ μέτωπα συναράττοντας, (quemadmodum Lucianus [5] tradit) exemplo Antæi ac Herculis inter se colluctantium: de quibus apud poetam Lucanum lib. IV. *de Bello Civili*. De Antæo ab Hercule in colluctatione superato egimus *lib. super.* sub initium *cap.* XII. scriptum in cæteris:

D
Conseruere manus & multo brachia nexu,
Colla diu gravibus frustra tentata lacertis,
Immotumque caput fixa cum fronte tenetur:

forsitan etiam totondisse rasisseve, aut medicamento, sive novacula volsella, vel alio quopiam instrumento adhibito depilasse, atque adeo calvam denique glabramque habuisse, (hac frui, puta, ut in pancratio potissimum, difficilius ea pars capitis antagonistarum manibus pateret) illorum figuræ a Ligorio [6], e vetustis Syracusanorum nummis repræsentatæ, nos docent: quanquam hoc nondum E animadversum a quoquam reperias: quidvis potius denique (illa tamen Interpretis Lapi scapha excepta) quam ligonem, nec a regibus, (qualis Aratus fuit, de quo in illo Plutarchi loco agitur) nec ab ipsis athletis tractatum, eo scaphii vocabulo designasse Plutarchum affirmare audeam.

Hoc interim non prætermittam, quod memo-

---

1 Lib. XI. *Deipnosoph.* fol. 372. Latinæ versionis Dalechampii, Græci vero Aldini fol. 204. ubi versus Homeri adfertur iste, γαυλοί τε σκαφίδες τε τετυγμένα, τοῖς ἐνάμελγεν.

2 Vide Dionysii Sinopensis in *Servatrice* locum & alios Philemonis in *Spectro*, Alexandridis in *Rusticis*, Alexidis in *Equite*, Demosthenis *contra Meidiam*, ut illum mittam; Eratosthenis *ad Hegetora Laconem*, Ephippi *Ephebis*, & item *Similibus*, sive *Obeliaphoris*, ac denique Anaxandridis *Nereidibus* ab Athenæo Deipnosophista citatos *lib.* XI. fol. 348. Latinæ a Dalechampio versionis, & fol. 358. & 359. & Virgil. v. *Æneidos*:

Cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.

F
3 Cymbium navigium fuisse a Sophoclis *Andromeda* docet Athenæus lib. XI. *Deipnosophist.* fol. 359. ibidemque cymbam poculum ab Apollodoro in *Paphiis*.

4 Not. Jul. Pollux *Onomast.* lib. II. ubi περὶ κεφαλῆς, col. 89. & ex eo Stephanus quoque in *Thesauro Græco*.

5 *Anacharsi* vel *de Gymnasiis*, eo, quem *libri* superioris *cap.* II. attuli, loco, quemque inferius hoc ipso *libro*, ubi coronarium varietate differetur, adferam.

6 Vide apud Mercurial. *Artis Gymnast.* lib. II. cap. VIII. fol. 69. & lib. III. cap. VI. fol. 100. pag. 2.

riæ nunc ſubit, poſteriorem hanc ex antiquis athletarum figuris moribuſque repetitam interpretationem adjuvari firmarique ab iſto Suetonii loco in *Nerone* cap. XLV. ita quidem, uti ex eruditiſſimi viri Adriani Turnebi, ſive conjectura ſive ad manuſcriptos libros adhibito judicio reſtitutus fuit, quamvis eum Lævinus Torrentius minime ſibi ſequendum, ac receptam potius lectionem retinendam exiſtimaverit. Nam ubi de odio popularium in Neronem ex annonæ caritate concitato, præſertim quod publica fame navis Alexandrina pulverem luctatoribus aulicis advexiſſe nuntiabatur, (ad debellanda enim corpora palæſtræ ſtudiis arenam e Nilo ſolitam advehi, certe Patrobio Neronis principis liberto, ex Plinii *lib.* XXXV. *cap.* XIII. alii notarunt) nihil contumeliarum defuit quin ſubiret, (inquit) ſtatuæ ejus a vertice cirrus appoſitus eſt cum inſcriptione Græca, *Nunc demum agona eſſe, & Raderet tandem*. Nam qui barbam ſolitus radere, comam ſemper in gradus formare, quam pone verticem ſummiſiſſet peregrinatione Achaica Suetonius idem *cap.* LI. auctor eſt: (unde τὴν μὲν κεφαλὴν κομῶντα, τὸ δὲ γένειον ψιλιζόμενον Dio apud Xiphilinum ſcripſit) ei talis inſcriptio proximum interitum minabatur: certamen quidem ſibi ſubeundum eſſe, cujus ergo cirrum in anteriore capitis parte prominentem, proinde athleticum in morem, ſi confeſtim raderet, commode ac prudenter facturum eſſe: tanquam ad pugnam ipſum laceſſens atque contemnens præmonitum haud dubie volebat. Atque ita equidem Suetonii locum illum ab aliis leviter tactum, ubi cum illo Plutarchi commiſſus eſt, mutuo ſibi allucere cenſeo: utrique vero Lucianum, ubi diſerte robuſtiſſimos quoſque athletarum & exercitatiſſimos illam capitis quam dixi partem (anteriorem ſcilicet) cute tenus detonſam habere ſolitos tradit: quo loco [1] de Megilla detonſa illa divite Lesbia, quæ ſe Megillum nuncupabat: Τὴν μὲν πηνίκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς. ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυής, καὶ ἐν χρῷ ὤφθη αὐτὴ καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν ἀποκεκαρμένη. Denique cum duæ ſint detonſionis ſpecies, una qua cute tenus crines forfice ſecantur aut etiam raduntur, altera quæ magis ornatum facit capitis, cum ad frontem ſervatur honeſtandam cirrus, & pauxillulum pilorum quidpiam: iſtam κῆπον, illam vero (athleticam ſcilicet, quam ante dixi) σκάφιον vocari auctores habemus duos, Græcos & ipſos, ſed omnium judicio eruditiſſimos, Ariſtophanis & Homeri Scoliaſtas & Interpretes: quorum ille quidem ad iſtud poetæ [2] :

ΕΥ. σὺ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

ἀποκεκομμένῳ, (inquit) δύο δὲ εἴδη κουρᾶς σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μὲν οὖν σκάφιον τὸ ἐν χρῷ, ὁ δὲ κῆπος τὸ πρὸ μετώπου κεκοσμῆσθαι. Euſtathius vero ex *Iliad.* μ. fol. 907. l. 37. & ſequent. ad illud Homeri:

Καλὸν φυταλιῆς, καὶ ἀρούρης πυροφόροιο.

ἄρουρα ἡ γωνὴ (ait) φυτῶν ἄροσις, εἴτ' οὖν ψιλὴ, ἐξ ἧς δὴ δήξεως, καὶ ψιλῆται οἱ ἐν μάχῃ γυμνῆτες, καὶ ψιλίζεσθαι, τὸ ψιλοῦσθαι, &c. Et ſtatim: Κῆπος οὐ μόνον φυταλία, ἀλλὰ καὶ καλλωπισμὸς κόμης κατ' Αἴλιον Διονύσιον, καὶ κουρᾶς διάθεσις τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. Θουκυδίδης δὲ κήπιον φησί· κωμηχαὶ δὲ κηποκόμαν τὸν κῆπον κειράμενον, ὥσπερ ἕτερον σκαφιόκουρο καὶ ἔστι, καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς ἡ λέξις τὸ σκάφιον κείρεσθαι. Quos Interpretum ad Ariſtophanem & Homerum de ſcaphio locos viderant, ac memoria tenebant Auctores annotationum ad illum Plutarchi locum de ſcaphio, quem interpretamur, ad quem illos non facere, propterea ſcripſerunt ſcilicet, quod cætera, quæ nos iſti poſteriori ſententiæ tuendæ atque firmandæ attulimus, in memoriam minime revocarunt. Cui, ligonibus, rutris, aratriſque omnibus nunc demum relictis, facile illos acceſſuros bene ominari volumus. Quod ſi non manibus, ſed animis callum obduxerint: per me quidem ligones tractent, quantum lubebit, ſed ita, ne ſe tamen Terentiani ſenis illius more crucient, atque ſibi de ſe ipſis ſupplicium duint. Equidem non dubito quin præſtantiſſimi quique Critici veriſſimam & appoſitiſſimam poſteriorem hanc noſtram interpretationem tot tantiſque priſcæ fidei teſtimoniis approbatam ipſi mecum eſſe veriſſimam cenſeant.

CAP. IX.

Thematici agones æque ac ſtephanitæ ſacri adverſus Budæum. Varia præter coronas agonum apud veteres Græcos præmia. Coronarii, qui ſacri. Δόσις apud Clementem & φυλλοβολία. Galenus in tranſitu caſtigatus. Δῶρον apud Athenæum, δόσις apud Pindarum. Tertullianus obiter emendatus: & item Strabo de certamine agens Olympico. Gloriæ verbum in Tertulliano quo pertineat: de renunciatione præconia, & deductione hieronicarum.

PORRO quod coronarum, quæ pro præmio athletis darentur, eo, quod exponimus, Imperatorum Reſcripto facta mentio: teneri non poſſum, quin clariſſimum Budæum (quem pleroſque in ſuam opinionem pertraxiſſe, qua fuit ſuo ſane merito in literis auctoritate, non dubito) incuriæ atque oſcitationis, ne dicam impolitiæ, reum peragam: propterea quod ex Pollucis *lib.* in *thematicos* ſive ἀργυρίτας ἀγῶνας diſtinguendos ἀπὸ τῶν στεφανιτῶν, qui ſacri dicerentur, exiſtimarit [3], cum thematicos tamen non minus quam ſtephaniſtas fuiſſe ſacros aperte Pollux enunciet, περὶ ἱερῶν ἀγώνων cap. XXX. *lib.* III. *Onomaſt.* ſane cum in aliis præter ſacros quatuor, qui luſtrales dicebantur, agonibus præmii loco non coronæ, ſed ænea vaſa, vel argenteæ phialæ vinariæ, veſtis mollicina hyberna, clypei, aliaque hujuſmodi proponerentur antiquitus in Græcia, qualia Lacedæmone primum ac Thebis heroas conſequutos refert Pindarus, ut apud Marathonem & Sicyone Pythiis ludis, & apud Pellenem, Argos, Clitora, Tegeamque, ac alias urbes Achaiæ: quod Pindarus ipſe indicat, ſic admodum canens [4] de Thiæi palæſtritæ Uliæ filii majoribus:

---

1 In *Dialogis amatoriis*, in V. cujus interlocutores Clonario & Leæna, principium vero, Κοινὰ περὶ σοῦ.

2 *Avibus*, fol. 399. exemplar. Græci anno 37. apud Froben. excuſi, quem locum citat etiam Suidas in σκάφιον, dicens id eſſe εἶδος κουρᾶς.

3 Ad *d. l. athletas* 4. pag. 466. *Commentar.* apud Gryphium excuſi Lugduni.

4 *Nemeonicar.* ode X. antiſtr. III. vide & *Olymp.* ode VII. antiſtr. V. & ode IX. ſtrophe IV. ubi, οἷον δ' ἐν Μαραθῶνι συλαθεὶς ἀγενείων μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων ἀμφ' ἀργυρίδεσσι: & *Iſthmion.* ode I. epod. I. & ſtrophe II. Vide etiam Homer. *Iliad.* ψ. Theocritum Ἡρακλίσκῳ εἰδυλλ. XXV. ad finem, ubi de Amphitryone, Athenæum lib. II. *Deipnoſoph.* e Sophocle fol. 347. Latin. Lugd. & fol. 349. ex Ione in *Agamemnone* de poculo, δακτυλωτῷ, *digitato*.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρω-
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.
Ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι
Νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις.
Ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον, οὐ δυνατὸν
Ἐξελέγχειν ——
Οὔτε Κλείτωρ, καὶ Τεγέα, καὶ Ἀχαιῶν
Ὑψίβατοι πόλιες,
Καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκε, δρόμῳ
Σὺν ποδῶν, χερῶν τε νικᾶσαι σθένει.

Qua de re apud Hyginum [1] quoque in *Fabulis* plurima traduntur, & ipso denique Virgilio, sub initium lib. v. *Æneidos*, ubi de ludis honori Anchisæ præstitis ab Ænea, ipsorumque præmiis victori propositis ita infit:

Et palmæ pretium victoribus armaque, & ostro
Perfusæ vestes: argenti aurique talenta.

Iis quidem ludis, qui prope Athenas in Scirrhis fierent, quibus cursu ephebos certasse, vites ramum uvis onustum gestantes, & ex Aristodemi III. de Pindaro Athenæus, lib. II. *Deipnosoph.* tradit victori calicem pro præmio datum, quem *pentaploan* vocarent, & cum juvenum cœtu comessari solitum, his verbis relatum scias: Ἀριστόδημος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Πινδάρου, τοῖς Σκείρροις, φησὶν, Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι, τῶν ἐφήβων δρόμον, τρέχειν δ' αὐτοὺς ἔχοντας ἀμπέλου κλάδον κατάκαρπον τὸν καλούμενον ὄσχον, τρέχουσι δ' ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου μέχρι τοῦ τῆς Σκιρράδος Ἀθηνᾶς ἱεροῦ· καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πεντάπλοον, καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ. Propterea igitur solos illos quatuor præcipuos coronarios vocatos, qui sacrorum appellatione designarentur, verum est. Et tamen sacris agonibus varia pro temporum diversitate præmia præstita minime ambigendum puto. Suidas quidem aliquo loco in περιαγειρόμενοι, præmia initio agonistis proponi solita, deinde factum, ut sine iis etiam decertarent: tunc vero victoribus coronas ab amicis inditas, sed & aliud præstantius quidpiam concessum, e longinquo etiam loco flores circumeuntibus & folia emissa: sicuti hodieque (inquit) præstantioribus petasos & zonas injiciunt: & addit: Ἐκ τούτου συνήθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα. Quod e Suda hic adscripsi, hoc ipsum e Clemente Alexandrino [2] antea proditum; ut primo quidem athletis præmium fuerit δόσις seu *donum*, secundo plausus, tertio foliorum conjectio, postremo corona: Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι πρῶτον ἡ τοῦ ἀθλητοῦ δόσις ἦν, δεύτερον δὲ ὁ ἐπιγερμὸς, τρίτον ἡ φυλλοβολία, τελευταῖον ὁ στέφανος, ἐπίδοσιν λαβούσης εἰς τρυφὴν τῆς Ἑλλάδος μετὰ τὰ Μηδικά. In quibus περὶ φυλλοβολίας quod traditur, hoc Pausaniæ lib. II. *Eliacon*, fol. 144. testimonio illustrari potest de Diagora, quem ab Acusilao & Damageto Olympionicis filiis suis arena media circumlatum injectis floribus faustisque vocibus cohonestatum scribit: Διαγόραν δὲ καὶ ὁμοῦ τοῖς παισὶν Ἀκουσιλάῳ καὶ Δαμαγήτῳ λέγουσιν ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν· νικήσαντες δὲ οἱ νεανίσκοι διὰ τῆς πανηγύρεως τὸν πατέρα ἔφερον, βαλλόμενόν τε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἄνθεσι, καὶ εὐδαίμονα ἐπὶ τοῖς παισὶ καλούμενον. Sed eo illo Clementis loco istud δόσις quid velit non satis a se percipi vir doctissimus ingenue fatetur. Equidem id esse puto, vel unde ἀργυρῖται ἀγῶνες dicti sunt, vel modicum quidpiam æris, quod supra coronas veluti corollarii ac supplementi alicujus nomine daretur: quo tamen accepto nequaquam ullum ex ista natione athletarum ditiorem aliquo uno divitis patrisfam. procuratore tandem evasisse: si non etiam obæratus fuerit ab infensiore quam par esset ipsis Galeno ad finem *Protreptici ad artes ac scientias* fol. 6. traditur sic admodum scribente: Τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ χρήματι (melius χρήματα opinor, ut stipes, quas dixi, significet, atque a sequenti verbo, quod ajunt Grammatici, regatur) πάντων ἀθροίζειν πλεῖστα σεμνυνόονται, ἣν μὴν ἔστιν ἡμῖν θεάσασθαι πάντας αὐτοὺς ὀφείλοντα; οὐ μόνον ἐκεῖνον τὸν χρόνον, καθ' ὃν ἀθλοῦσιν, ἀλλὰ καὶ καταλύσαντας τὴν ἄσκησιν, οὐδ' ἂν εὕροις ἀθλητὴν οὐδενὸς πλουσιώτερον ἑνὸς τῶν ἐπιτυχόντων οἰκονόμων ἀνδρὸς πλουσίου. Et aliquanto antea: Τὸ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα μόνον ὑποπτεύω, μήποτ' ἄρα τοῦτο καὶ ῥώμην σώματος ἐπαγγελλόμενον, καὶ τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐπαγόμενον δημοσίᾳ παρὰ τοῖς πατράσι τετιμημένον ἐξαπατήσῃ τινὰ τῶν νέων, ὡς προκριθῆναι τινὸς τέχνης. Eam stipem δώρου appellatione Colophonius Xenophanes elegis quibusdam expressit, ubi honores cum commodis tributos athletis hieronicis percensuit Athenæi fide lib. x. *Deipnosoph.* sub initium:

Ἀστοῖσί κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν,
Καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο,
Καί κε σιτεῖν δημοσίων κτεάνων,
Ἐκ πόλεως καὶ δῶρον, ὅ οἱ κειμήλιον εἴη.
Εἴτε καὶ ἵπποισιν, ταῦτά γ' ἅπαντα λάχοι.

Ubi non nego, quin cum alioqui coronarum non meminerit, eas potius δώρου appellatione comprehensas voluerit: sicuti δόσεως vocabulo Pindarus quodam *Pythiorum* loco ode VIII. strophe IV. cum ita cecinit:

—— οἴκοι
Δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
Δόσιν πενταεθλίου, σὺν ἑορταῖς
Ὑμαῖς ἐπάγαγες ὦναξ.

Item altero *ode* x. *strophe* II. cum ita:

Τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν
Λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν,
Μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν
Μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν.

Nam & apud Dionysium Areopagitam περὶ τῆς τῶν ἱερῶν κοιμήσεως εἰς τὸ τῶν θείων ἀγώνων πέρας ἀφικνουμένης agentem, ducta ab agonibus sacris metaphora, δόσιν στεφάνων scripsisse c. VII. *Eccles. Hierarch.* περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων scimus sic fere: Λαβόντες δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν· ὁ δὲ ἀσμένως ὑποδέχεται, καὶ τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ὁσίως κεκοιμημένοις τελούμενα. Sed hoc tamen affirmo, stipem nimirum illam dotis appellatione a Tertulliano [3] designatam: quo loco sic fere scriptum: *Ita ab ævo dignissimum creditum est stadiorum* (sic e præcedentibus, non *studiorum*, lego) *experimentum committere artes corporum, & vocum de præstantia expendere, præmio indice*, (malim *inlice*) *spectaculo judice, sententia voluptate: quæ nuda sunt prælia, nonnulla sunt*

1 Fol. 273. *Qui primi ludos fecerunt usque ad Æneid.* xv.

2 Lib. II: *Pædag.* cap. VIII. fol. 49. citat Mercur. extremo cap. XIV. lib. I. *Artis Gymn.*

3 *Scorpiaco*: sic Tacitus lib. XIV. *Ann.* ubi de Juvenalibus ludis, loquitur de stipe, *dabantur stipes, quas boni necessitate, intemperantes glori[æ] consumerent.*

vulnera, pugni quassant, calces arietant, (forsitan *calvæ arietant*, secundum ea quæ paulo ante, scaphii vocabulum apud Plutarchum exponentes, a Luciano περὶ ἀθλητῶν τὰ μέτωπα συναραττόντων, ὥσπερ τῶν κριῶν attulimus, nec enim calcibus, sed frontibus committi constat arietes, a quibus arietandi verbum deductum est, quanquam calcium in lucta & pancratio magnum usum fuisse non ignoratur [1]) *cæstus dilaniant, flagella dilacerant. Nemo tamen agonis præsidem sugillans erit, quod homines violentiæ objectet: injuriarum actiones extra stadium: sed quantum livores illi, & cruores, & vibices negotiantur, intendis coronas scilicet, & gloriam, & dotem, privilegia publica, stipendia civica, imagines, statuas, & qualem potest præstare seculum de fama æternitatem, de memoria resurrectionem.* Quibus utique verbis concessa olim ut aliis civibus optime de Repub. meritis [2], ita etiam athletis præmia exprimuntur, & inter cætera dotis nomina illa Clementis Alexandrini δόσις, stipes inquam illa, vel potius (quod equidem malo) vasorum, vestium, clypeorum, tripodum, præmii loco propositæ species in ipsis quoque sacris agonibus, quando ea primum instituta sunt: idque cum illa, quæ superius a Suda & Clemente attuli, suadent: tum vero etiam Strabonis lib. VIII. *Geograph.* fol. 410. auctoritate comprobari scio, qui in Elide certamen aliud ab Olympico, seu Pisæo jam tum Homeri, aut potius Trojani belli ab eo decantati temporibus celebrari solitum scribit, ubi non corona, sed tripos præmii loco daretur iis qui equorum curriculo decertarent. Et vero Trojani belli temporibus certamen Olympicum tale non fuisse unde coronæ reportarentur: (hoc attigeram *lib.* super. *cap.* XVI.) aut nondum ita ut postea nobile sicuti neque alia tum fuerunt, quæ Strabonis ætate magni erant nominis: Κατὰ δὲ τὰ Τρωϊκὰ (inquit ille) ἢ οὐκ ἦν ἀγὼν στεφανίτης, ἢ οὐκ ἔνδοξος, οὔθ' οὗτος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς νῦν τῶν (malo τῶν νῦν) ἐνδόξων. Et postea: Οὔτ' ἐν Ἠλείᾳ συνετελέσθη ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν, οὐδ' ἅπαξ, ἀλλ' ἀεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ· ὁ δὲ νῦν παρατεθεὶς ἐν Ἤλιδι φαίνεται γινόμενος, ἐν ᾧ καὶ τὸ χρέος ὀφείλεται:

—— ἐν Ἤλιδι δίῃ
Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι ——

καὶ ἔτος μὲν οὐ στεφανίτης: περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι· ἐκεῖνος δὲ μετὰ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Homeri autem & equos ἀθλοφόρους & tripodem memorantis, atque in hanc rem ibi a Strabone citati verba omnino ista sunt ex *Iliad.* λ

Καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ,
Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν
Ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον
Θεύσεσθαι ——

Nam ad *gloriæ* vocabulum quod attinet, (ut hanc occasionem nactus expendendis singulis Tertulliani verbis athletarum præmia ponam velut ob oculos, atque illustrandi simul Rescripti principalis gratia, ad quod illa etiam pertinent, obiter eadem opera explicem) transvectio illa, & triumphalis in urbem oppidumve, unde hieronicæ origo, curru supra mœnia disjecta transeunte, ingressus, (ut arbitror, de quo apud Plinium *ad Trajan. lib.* X. *epist.* CXIX. atque Vitruvium [3]) non sine facularum & lampadum prælatione atque comitatu, proclamationem, sive renunciationem victoriæ in ipso agonis loco factam præconis voce, atque adhibito insuper tubicine: qui jam antea,

—— *commissos medio aggere ludos*,

(quod strictim a Virgilio lib. V. *Æneidos* paulo post initium adnotatum) ipse cecinerit. Morem enim fuisse, ut præco cum tubicine in mediam arenam procedens, inde solemni carmine ludicrum apud Isthmia indiceret, Livius quoque auctor est *lib.* XXXIII. ab urbe condita, cujus locum ad fero in *sermone* proximo: ad quem morem aspexisse Virgilium ipsum autim credere, ubi sic cecinit:

Inde, ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
(Haud mora) prosiluere suis, ferit æthera clamor
Nauticus.

sicut morem fuisse, ut decertaturos athletas dato tuba signo proclamaret præco, superiore *libro* sub finem, ubi *de differentia gravium & levium certaminum*, ostendimus.

CAP. X.

Transvectio hieronicarum, & murorum disjectio. Ælianus expositus de Iselasticis agonibus, emendata Inscriptione vetusta. Annus Iselasticus. Carmen Sibyllinum castigatum & expositum. Ignis prælatio. De triumphantibus apud Romanos & cœna reductis domum cum funalibus, aut lampadibus. Valerius obiter castigatus. Ignis Spartano Regi prælatus.

Ac de illa quidem transvectione præter locos ab aliis, aut a me superius citatos, insuper duos habeo, unum a Plutarcho, alterum ab Æliano: immo etiam a Diodoro Siculo tertium, lib. XIII. *Biblioth.* fol. 375. in quo de Exæneto Agrigentino scilicet agitur, qui secunda & nonagesima Oympiade victor in urbem Agrigentum curru invectus fuerit, comitantibus præter alios bigis curulibus alborum equorum trecentis Agrigentinis omnibus: Καὶ κατὰ τὴν προτέραν δὲ ταύτης Ὀλυμπιάδα (inquit) δευτέραν ἐπὶ ταῖς ἐνενήκοντα νικήσαντος Ἐξαινέτου Ἀκραγαντίνου, κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν ἐφ' ἅρματος· συνεπόμπευον δ' αὐτῷ χωρὶς τῶν ἄλλων συνωρίδες τριακόσιαι λευκῶν ἵππων, πᾶσαι παρ' αὐτῶν τῶν Ἀκραγαντίνων. Loci autem a Plutarcho illius [4] ista sunt: Τὸ τοῖς νικηφόροις ἐλαύ-

1 Meminit Seneca *epist.* LXXX. *Hodierno die*, &c. cujus verba sub initium *lib.* proximi exhibebo: huc etiam pertinent senarii duo, quos a vetusto quodam poeta in cæteris prolatos a Galeno reperi ad finem *Protreptici ad artes* sive *scientias*, fol. 6. καὶ ὄνος φησὶ λάξ. ὅτι εἰ βούλεται ἐρείσας αὐτὸν τὸν στέφανον οἴσεται.

2 Nempe ut corona aurea donarentur, & statua ære conflata in foro ipsis poneretur, ut denique tum ii, tum ex liberis aut consanguineis qui esset maximo natu victum in Prytaneo & primum in certaminibus consessum obtineret: qua de re in singulos decreta fieri postea; ut ex Plut. in *Vitis* X. *Rhet.* addisci potest in *Lycurgo*, fol. 1554. & 1557. & in *Decret.* fol. 1563. & 1564.

3 *Lib.* IX. ex quo Budæus, in *Annot. ad d. l. athletas*, pag. 356. adde quod de Nerone hieronica narrant Historici, Sueton. in *ejus Vita* cap. XXV. & ex Dione Xiphilin. pag. 181.

4 Plut. lib. *Sympos. problem.* II. quæst. V. fol. 1156. in edit. Steph.

κυσι τῷ τειχῶν ἐφίεσθαι μέρος διελεῖν, καὶ καταβάλλειν τοιαύτην ἔχει διάνοιαν, ὡς οὐ μέγα πόλει τειχῶν ὄφελος ἄνδρας ἐχούσῃ μάχεσθαι δυναμένους, καὶ νικᾶν. Quibus verbis hæc illius murorum certo quodam loco disjectionis ratio redditur, quod per eam significare Veteres istud voluerint, non magnam in ea civitate utilitatem murorum esse, in qua sunt viri, qui pugnare queant & vincere: hujus autem Ælianus *Historiæ variæ* lib. XII. cap. LVIII. hæc omnino verba exhibet, ubi de Dioxippo Atheniensi Olympionica, non pugile, (ut vertit Gillius) sed athleta, non equite, (ut ille accipit) sed curru invecto: Εἰσήλαυνεν εἰς τὰς Ἀθήνας κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀθλητῶν. συνέῤῥει τοίνυν τὰ πλήθη, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐκκρεμαννύμενος ἐθεῶντο αὐτὸν, &c. Hic autem animadvertendum verbum εἰσήλαυνεν, a quo nomen Iselasticis agonibus, de quibus Plinius Junior eo loco, quem inferius de civicis athletarum annonis ac stipendiis agens exhibebo. De his accipienda itidem esse duo vetusta epigrammata [1] sentio, sic fere concepta, & majusculis exarata litteris;

IMPERAT. CÆSARIS DIVI HADRIANI FILII DIVI TRAJANI PARTHICI NEPOTI DIVIS NERVÆ PRONEPOT. ÆLIO HADRIANO ANTONINO AUGUST. PIO PONTIFICI MAX. TRIB. POT. V. IMPERAT. II. COS. III. P.P. CONSTITUTORI SACRI CERTAMINIS SELASTICI SOCII LICTORES POPULARES DENUNTIATORES PUTEOLANI.

Non dubito quin elisa una tempestatis injuria, aut per sculptoris ignorantiam omissa literula reponenda vel exaudienda ibi sit, ut *Iselastici*, non *Selastici*, prorsus intelligatur. Hoc amplius, ab Iselasticis agonibus hujusmodi annum, quo ipsi exhiberentur, aut quo hieronicæ in patriam invecti essent, Iselasticum nuncupatum, velut Olympiacum, aut Pythium. Eoque respicientem Sibyllam ævum extremum, quo Christus Dominus martyribus sanctisque illis athletis, qui pro fide in ipsum ejusque nominis gloria fortiter ad finem usque decertantes mortem obierint, coronam, hoc est, æternæ vitæ præmium, inductis in beatam illam superiorum sedem & cælestem Dei civitatem, collaturus est, hos versus effudisse;

— τότε γὰρ στέφος ἀνθρώποισι (sic lege, pro ἀνθρώποις)
Δείξει ἀπ' οὐρανόθεν ἐναγώνιον ἀθλεύουσι·
Τότε γὰρ μέγας αἰὼν εἰσελαστικὸς ἔσται.

(ubi ratio metri exigit ut legatur, τότε γὰρ οὐδ᾽, vel αὖ & εἰσελλαστικὸς per duplex λ, vel per diphthongum εἰσειλάστικος, non insolito poetis more)

Εἰς πόλιν οὐράνιον οἰκουμενικὸς δέ τε πᾶσιν
Ἔσσεται (sic scribe, pro ἔσσετ᾽) ἀνθρώποισιν ἔχων κλέος
Ἀθανασίας,

& cætera quæ sequuntur, quæ ipso *libro* III. ubi de probatione athletarum agetur, exponere statui.

De ignis in lampadibus faculisve prælatione ac deductione, quod adscripsi superius, hoc augurari ex eo Chrysostomi [3] loco libuit, ubi adversus mortuorum luctum ait: *Quid enim ardentes quæso lampades sibi volunt? Nonne tanquam athletas eos comitamur?* Igitur cum e Græcia rediens Neapolim Romamque ipsam hieronicæ habitu ac more Nero introiret, coronam capite gerens Olympicam ex oleastro, dextra manu Pythiam, (auream scilicet) præeunte pompa cæterarum cum titulis, ubi & quos, quo cantionum, quove fabularum argumento vicisset, (ut auctor est Suetonius in *ejus Vita* cap. XXV.) diruto etiam circi maximi arcu, per Velabrum, Forumque, & Palatinum Apollinem petiisset: præter sparsum per vias identidem crocum, ingestas aves, lemniscos, bellaria, cæsasque passim incedenti victimas: & a Senatoribus & a toto populo acclamatum ipso coronato, lucernas accensas præferente, thusque ac alios odores adolente, apud Xiphilinum in *Nerone* fol. 181. Dio memorat: Πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης, καὶ λυχνοκαυτούσης, καὶ θυμιώσης. πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν, ὅτι μάλιστα συμβοώντων Ὀλυμπιονῖκα οὐά, Πυθιονῖκα οὐά, & cætera, quæ diligenter Xiphilinus, mihi non vacat, nec porro attinet, exscribere. Ignem quidem honoris causa, principibus Romanis [4], & eorum præfectis prætorio antiquitus prælatum, qui & in officio lampadarios haberent, mihi constat; sed hac de re alio loco. Immo etiam triumphalibus epulis peractis, cum vesperi tibiis & fistulis præeuntibus domum reducerentur, qui triumphaverant stante Repub. (qua de re libro primo [5] *Semestrium* actum est) prælucere sibi funalia jussisse jam inde a Cn. Duilio Cos. qui adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum, cui ob eam causam perpetuum honorem habitum fuisse, ut revertenti a cœna tibicines canerent, & funale præferretur, Livius [6], Suetonius [7], & Florus, *lib.* II. ubi de primo bello Punico, tradunt: hic

---

1 Unum Malphiæ in æde Sancti Angeli ex tabula marmorea D. Francisci aræ imposita a Smetio in ordine tertio *Antiquarum Inscriptionum* lib. editi nuper Antuerpiæ apud Raphelengium in officina Plantiniana fol. 55. num. 6. Alterum in *Auctario* earundem Inscriptionum Lipsiano apud eundem edito pag. 27. quod Salerni extare ait in tabella marmorea, & a Nic. Florentio se accepisse memorat.

2 Extant in excusis ab Oporiano *Sibyllinis Oraculis*.

3 Homilia LXX. *ad popul. Antioch.* in princ. ex quo scripsi lib. III. *Semestr.* cap. XIII. ubi de cura pro mortuis etiam hostibus gerenda disserui.

4 In ingressu quidem urbium triumphali accensis funalibus ignem prælatum docui priore tractatu *ad l. 2. D. de orig. Juris*, eorum, quos adjunxi commentario *ad Juris regulas* fol. 743. quibus festum diem agi significatur: sicuti Chrysostomus ipse docuit homil. XX. *ad pop. Antioch.* fol. 157. Populum Heraclio Constantinopolim ingredienti frondes oleaginas facesque gestantem occurrisse simul cum Constantino Cæs. & Patriarcha Sergio tradit Cedrinus in *Compendio Hist.* pag. 345.

5 Lib. I. *Semest.* cap. IV. Adde Varron. lib. III. *de Vita populi Rom.* citatum a Nonio Marcell. in *Cœnatus*: ut ejus qui triumpharet in Capit. videtur esse proprium, ut ipse potius domum reduceretur cœnatus a convivio.

6 Vide in *Epit. Liviana* lib. XVII.

7 In *de Viris illustrib.* ubi de Cn. Duillio. Cujus lib. auctorem ajunt Sex. Aurel. Victorem.

quidem his verbis: *Victor ergo apud Liparas mersa & fugata hostium classe primum illum maritimum egit triumphum, cujus quod gaudium fuit? Cum Duillius imper. non contentus unius diei triumpho per vitam omnem, ubi a cœna rediret, prælucere funalia, præcinere sibi tibias jussit, quasi quotidie triumpharet*. Addit ea de re agens Valerius, *cap.* VI. *lib.* III. funale fuisse cereum: *Quotiescunque* (ait) *epulaturus erat ad funale* (sic malo, quam *funalem*) *cereum præeunte tibicine, & fidicine*, (istud postremum ex varia margini exposita lectione ascitum atque [illegible] arbitror) *a cœna reverti domum solitus est*, [illegible] *noctarna celebratio* [illegible] triumpho Julii Cæsaris, Gallico scilicet, [illegible] ab omni pene populo post cœnam [illegible] ductum, non accensis quidem funalibus, [illegible] pades ab elephantis prælatas, auctor Dio [illegible] pag. 147. sic admodum scribens: [illegible] *cap.* XXXVII *Gallici triumphi die Velabrum prætervehens* (inquit) *pene curru excussus est axe diffracto, ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextera atque sinistra lychnuchos gestantibus*. Lacedæmoniorum quidem Regi post sacrificia prospera & auspicata in militiam prodeunti solitum ignem præferri a Xenophonte [1] proditum sic fere: *Καὶ τὸ πῦρ μὲν ἀπὸ τέτων τῶν ἱερῶν προηγεῖται ὅποτε ἀποσβεννύμενον, σφάγια δὲ παντοῖα ἕπεται.*

CAP. XI.

Hieronicarum divini prope honores e Luciano, & Gregorio Nazianzeno. Monstratio per digitum in Netis. Acclamatio spectatorum cum laudibus [illegible] *conjuncta*. Ἐπινικίων *nomen apud Sophoclem adversus Interpretes*. Δακτυλοδεικτεῖσθαι *apud Dionysium Halicarnasseum, cujus verba cum Luciani & Nazianzeni verbis comparata*.

DE gloria & laudibus, quibus populus hieronicas coronatos, tanquam divinos quosdam homines, aut æquales Diis, efferebat, nihil possit apertius proferri, quam quod apud Lucianum [2], ubi Anacharsis Solonem de gymnicis alloquutus ita fuerat: *Τοῦτο φὴς ὦ Σόλων τὸ τέλος ἡδὺ καὶ λυσιτελὲς,* [illegible] *πόνων μῆλα καὶ* [illegible]. Ei Solon inter cætera respondet: *Ὁρᾷς τοσοῦτον πλῆθος ἀνθρώπων συλλεγομένων ἐπὶ τὴν θέαν τῶν τοιούτων, καὶ θέατρα μυριάνδρα συμπληρούμενα, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἐπαινουμένους, τὸν δὲ καὶ νικήσαντα αὐτῶν ἰσόθεον.* Qui antea, sicuti noster ille Tertullianus, coronis gloriam adjunxerat, quo loco: *Ἀλλ', ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. ταῦτα μὲν γάρ ἐστι σημεῖα τῆς νίκης καὶ γνωρίσματα οἵτινες οἱ κρατήσαντες, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσιν.* Et aliquanto post, de ista gloria, & victoriæ renuntiatione in media theatri concione, idem Solon: *Ὡς τοὺς ἀριστεύοντας ἐν τούτοις ἴδοιεν τιμωμένους καὶ ἀνακηρυττομένους ἐν μέσοις τοῖς Ἕλλησι*, &c. Et statim: *Καὶ τὰ ἆθλα (ὥσπερ ἔμπροσθεν εἶπον) οὐ μικρὰ ὁ ἔπαινος ὁ παρὰ τῶν θεατῶν, καὶ τὸ ἐπισημότατον γενέσθαι, καὶ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ* [3] *ἄριστον εἶναι τῶν καθ' ἑαυτὸν δοκοῦντα.* Gregorius Nazianzenus in *Heronem Philosophum ab exilio reversum* sub initium fol. 157. *Δεῦρό σε αὐτὸς ἀναδήσω τοῖς ἡμετέροις στεφάνοις*, (inquit) *καὶ ἀνακηρύξω λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, οὐκ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέσῃ, οὐδὲ ἐν Δελφοῖς τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲ ἠγωνισμένον παγκράτιον, ἢ πυγμὴν, ἢ δίαυλον, ἢ τι τῶν μικρῶν ἀγωνισμάτων, καὶ ἐπὶ μικροῖς τοῖς ἄθλοις, οὐδὲ εἰς τιμὴν ἡρώων τινὸς, ἢ δαιμόνων συμφορᾷ καὶ μύθῳ τετιμημένων. τοιαῦτα γὰρ ἐκείνων τὰ σεμνὰ τε καὶ τίμια χρόνον προλαβόντα τῆς ἀνοίας ἐπίκηρον, καὶ συνήθειαν ἔννομον, ἀλλ' ἐναντίον Θεοῦ, καὶ ἀγγέλων, καὶ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος*, &c. Et laudem quidem istam, atque acclamationem præconis spectatorumque in theatro, τῶν ἐπινικίων nomine potius, quam præmia cætera cum coronis, ut designasse Sophoclem [4] præter aliorum opinionem rear, adjunctum verbum ὠλβίζετο facit: quo loco de Oreste diaulo victore:

Τούτων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
Ὠλβίζετο—

Ad quam etiam pertinet quod Dionysius Halicarnasseus ἐν τέχνῃ, in fine προτρεπτικοῦ ἀθληταῖς, fol. 42. edit. Francofurt. de athletis agens: *Τοῖς δὲ ἀθάνατος ἡ δόξα, καὶ παραχρῆμα μὲν γίνεται ἑκάστῳ τούτων εὐφημεῖσθαι, καὶ δακτυλοδεικτεῖσθαι διὰ μιᾶς πράξεως καὶ νίκης, οὐ μιᾶς πόλεως γενόμενον, ἀλλὰ σχεδὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης*: ubi placet τὸ δακτυλοδεικτεῖσθαι aptissime compositum, pro eo quod Lucianus, ut modo retuli, hac ipsa de re verba faciens, δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ scripsisse deprehenditur: quemadmodum hoc quoque, quod victorem ab antagonistis laudibus cumulatum, ὡς ἰσόθεον apud eundem Lucianum est, eo ipso loco, e quo verba superius attuli, possis & apud ipsum Dionysium ἐν τέχνῃ, in fine προτρεπτικοῦ ἀθληταῖς, fol. 43. recognoscere: quo loco athletas parta victoria æquales

---

1 *De Repub. Lacedæmoniorum*, fol. 400. Videsis & Joan. Stobæum in *Collect. locor. communium*, serm. XLII. qui est *De legibus & moribus*. De igne Romanis Imperatoribus & Augustis itidem fœminis prælato, videto, si vacat, Herodianum in *Commodo*, lib. I. fol. II. lib. a Stephano excusi, & fol. 20. item lib. II. in *Pertinace*, fol. 34. & in *Juliano*, fol. 44 item lib. IV. in *Antonino*, fol. 98. & lib. VII. in *Maximino*, fol. 145. & 153. De Pyrphoris & Herodotus *Urania* sub initium lib. VIII. fol. 294. Eustathius *ad Iliad. Hom.* μ. fol. 893. lin. 13. Philo in *Vita Mosis*, lib. I. Erasm. *adag.* XXVI. *cent.* X.

2 *Anacharsi*, ἢ περὶ γυμνασίων. Vide quæ [illegible] ἰσοθέων scribo inferius *cap.* XVI. quod attuli superiore *lib.* I. *cap.* XIV. sub initium de Philippo Crotoniensi Olympionica.

3 Sic ipse Lucianus in *Harmonide* loquitur, sic Horatius in *Odis*, & Persius: quos, omisso isto Luciani loco, Erasmus citat in proverbio, *Monstrari digito*, chil. I. centur. X. proverb. XLIII. Athletis hujusmodi nullum aliud commodum propositum: sed solam victoriam & gloriam, quæ inde sequitur, adipiscendi animum fuisse docet Eustath. ad illud Homeri ex *Iliad.* λ. τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι, fol. 879.

4 *Electra*, fol. 122. Stephanici exempl. De epiniciis ob Olympiacos hieronicas conscriptis a poetis, vide quæ scribo inferius ex Athen. *Deipnos.* lib. I. in princ. ac similiter de epulis sive conviviis epiniciis, hoc est, victorialibus, loquor, ex Aristide, *Orat.* περὶ παραφθέγματος, fol. 52. & 56.

Diis habitos, & divinis honoribus nonnullos ab antiquo affectos memorat: *Οἱ δὲ ὅτι πλείστας νίκας ἤραντο*, (ait) &c. *καὶ ὅτι πάσας πρῶτοι, καὶ ὅτι ἀπὸ σωφροσύνης, ἀπὸ ἐγκρατείας, ἀπὸ ἀσκήσεως τοιοῦτοι ἐγένοντο· καὶ ὅτι αὐτοῖς τοιοῦτο συνέβη, ὅτι πολλοὶ, καὶ ἰσόθεοι ἐνομίσθησαν· οἱ δὲ καὶ ὡς θεοὶ τιμῶνται, καὶ τὸ πάλαι.* Ad quem Dionysii locum apposite Scoliastes eruditissimus adnotat oraculum Delphicum Astypalæensibus de Cleomede Olympionica redditum in hæc verba, quibus jubentur illi sacra Cleomedi ut immortali facere:

Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς,
Ὃν θυσίαις τιμᾶτ' ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα,

quæ Sylburgii fide apposui, locum unde sumpserit minime citantis, quem nec ipse nunc quidem memoria teneo.

CAP. XII.

Honorifica hieronicæ coronati per stadium deductio. Locus e Sapientia Salomonis *eximius, qui eo pertinet, aliter atque ab Interpretibus expositus, & constituta ipsius Latina versio; itemque Græca loci alterius apud Chrysostomum lectio perperam a doctissimo quopiam observatore nuper in dubium vocata. Hieronicarum florida & triumphalis vestis.*

AD istum comitatum deductionemque hieronicæ coronati per medium stadium a summo ad imum, tanquam triumphantis, aut ovantis, atque adeo cum fastu pompaque progredientis, fieri solitam, auctorem, collectorem, immo ac metaphrastem potius quam tractatorem libri, qui a plerisque *Sapientia Salomonis* inscribitur, (sive is Philo Judæus est, toties a nobis in hoc *Opere Agonistico* citatus, ut ex quorundam opinione D. Hieronymus [1] retulit, sive alter ipso antiquior Philo, aut alius quispiam, cujus haud dubie canonici libri, utpote ab antiquis Conciliis & Patribus testimonium habentis [2], stilum tamen ipsum magis Græcam eloquentiam redolere ille autumat) omnino aspexisse mihi persuadeo: quo loco de virtute casti hominis, liberis carentis, (quam nescio cur interpres Latinus, hoc scio, quod post ipsum itidem Cyprianus [3], sive is est Origenes auctor libri *de singularitate Clericorum*, sed admirante me, *claritatem*, ubi est *ἀρετὴ*, reddidit) in hæc verba scriptum legitur: *Κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, ἀθανασία γάρ ἐστιν, ἐν μνήμῃ αὐτῆς, ὅτι καὶ παρὰ Θεῷ γινώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις, παροῦσάν τε μιμοῦνται αὐτήν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανηφοροῦσα πομπεύει τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα.* Sic enim legendum, quod fit a Jansenio quoque illius loci doctissimo Scholiaste, non ut in Complutensi editione *νικήσουσα*, sed ille ait vocari certamen, vel (sicuti Cyprianus in d. lib. *de singularitate Clericorum*, aut Origenis Interpres etiam legit) prælium præmiorum *incoinquinatorum*, ita enim e Græco restituendum omnino est, pro eo quod perperam habet Latina versio, *in quo inquinatorum certaminum præmium*) cui deputata sunt præmia impolluta, hoc est, quæ nullo mœrore polluuntur, & si quantum ad sensum mysticum attinet, non incommodum, aut ineptum videri queat: ipse tamen hoc aio, Philonem sive illum (quisquis est) sententiarum Salomonis Collectorem atque Interpretem, de laude casti hominis, comparatione athletarum veterum apud Ethnicos castitatem itidem colentium, (sicuti sermone proximo lib. III. hujus *Agonistici*, cap. III. IV. & VII. demonstrabitur) aliorumque præmiorum pollutorum gratia, & ideo pollutorum, (ut equidem reor) quoniam honori dæmonum dicati agones: quibus dæmonibus idolisve sacra libationesque [4] inibi fieri permistim solitum ab Ethnicis, ut initio *lib.* primi Cypriani locum explicans monui, cum iste vir pius & castus suæ puritatis coronam gestans triumphet, consecutus præmium non pollutum, non inquinatum, sed quale suis Deus Optimus Maximus pollicetur, qui fortiter hujus seculi tentationibus, ut strenui, robusti, & validi athletæ, restiterint: & quidem triumphet non modo *in perpetuum*, ut habet Latina interpretatio, sed *ἐν τῷ αἰῶνι*, hoc est, *in isto* jam *sæculo* [5], *in hac vita*: de qua, ut paulo ante ad finem superioris proximi [6] *capitis* a Philone, ita statim agitur his verbis, *πολύγονον δὲ ἀσεβῶν πλῆθος οὐ χρησιμεύσει*: hoc scilicet volente, impiorum & adulterorum copiosam progeniem ipsi inutilem fore. Quam ejus loci, nec a Lyrano, nec a Jansenio perceptam, interpretationem ex animi mei sententia (si non veram & germanam, ab ipsa certe, ut spero, non abhorrentem arbitratus) protuli, quo pompam illam hieronicarum triumphalem ipsorum laudibus apud Veteres, in totius Græciæ conspectu renuntiatis, commendatam, hac verborum nostrorum Philonis locum illustrantium accessione, cumulatam redderem: ac simul istud ostenderem, aberrasse a vero doctissimum Billium Prunæum [7], quo in IV. B. Chrysostomi concione *in Iob* pro *στεφανίτης ἀναχθῇ* reponendum *ἀναδειχθῇ*, Lælium nescio quem, ita etiam legere testatus, existimavit: etenim *τὸ ἀναχθῇ* ad deductionem utique illam, & pompam, sive transvectionem hieronicæ coronati & collaudati pertinere, satis ex iis quæ dixi percipitur, ut alia nulla comprobatione opus esse videatur. Hieronicas picta & palmata, florida quidem certe veste triumphantium more (de quo multis verbis a me jamdudum actum est alio loco [8]) amictos cum deducerentur honoris ergo, ut probabile est, ita colligitur non absurde ex isto Luciani loco [9], ubi dictum Demonactis retulit, sic fere: *Ἐπεὶ δέ τις ἀθλητὴς καταγελασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, ὅτι ἐσθῆτα ὤφθη ἀνθινὴν ἀμπεχόμενος Ὀλυμπιονίκης ὢν ἐπάταξεν αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, καὶ αἷμα ἐῤῥύη*, &c.

---

1 In *Prologo in eum librum*: nam D. August. lib. II. *Doctr. Christ.* cap. VIII. dicit esse Jesu filii Sirach.

2 Videto Bellarminum in *de Controvers. Christ. fid.* lib. I. controversia I. cap. XIII. fol. 38.

3 In *de singularitate Clericorum*, fol. 537. edit. Parif. anno 74.

4 Unde Cyprianus in sermone *de Lapsis*, fol. 241. *A Diaboli aris revertentes ad sanctum Domini sordidis & infectis nidore manibus accedunt, mortiferos idolorum cibos adhuc pene ructantes, exhalantibus etiam nunc scelus suum faucibus & contagia funesta reddentibus.*

5 Sic in *Symbolo D. Athanasii* de Christo scriptum: *Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: homo est ex substantia matris in sæculo natus.*

6 Ubi: *τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται καὶ ἄτιμον ἐπ' ἐσχάτων τὸ γῆρας αὐτῶν*, &c. *γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη.*

7 *Observation. sacrarum*, ad Isidori Pelusiotæ translationem additarum, lib. II. cap. II. fol. 87.

8 In tractatu priore *ad l. 2. D. de orig. Jur.* quem Commentario *Regularum Juris* adjunxi.

9 In *Demonactis Vita*: huc facit quod scribo ex Athenæo infra *cap.* XXIV. hujus *lib.*

CAP. XIII.

Adhuc de gloria athletarum. Philonis locus castigatus, & item alter apud Septuaginta in Geneseos *cap.* XXXII. Κηρύγματα, ἀνάρρησις, ἀνακήρυξις. *Prisca præconia hieronicarum: renuntiationis formula, explicato Gregorii Nazianzeni loco. Athletarum renunciationi conjunctam præclarorum fortibus factis virorum laudationem & spoliorum de hostibus reportatorum ostentationem.* Ἐπινίκιον ᾄδειν *suasque laudes ipsos hieronicas deprædicare solitos. Carmen hieronicis compositum olim, & fortassis etiam decantatum ab Euripide, Simonide, Pindaro, aliisque Lyricis Poetis. Actæ Diis gratiæ ab hieronicis.*

SANE athletas ferre omne tormentum gloriæ cupiditate, Seneca *epistola* LXXXIX. scribit, Cicero [1] quoque de mercatu illo agens, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate, illic fuisse ait ex Pythagora, qui corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent. D. ipse Chrysostomus quodam loco, in sermone *de mansuetudine* sub finem: *Absurdum est, quod athletæ* (inquit) *in gymnicis agonibus & pulveribus verbera & vulnera ferunt, propter vanam gloriam, coronam nullius momenti spectantes: nos autem coronandi a Christo non imperamus iræ, non omnia fortiter toleramus*, &c. Et in eandem sententiam e Philosophis Ethnicis Seneca ille in supra *d. loco* addit hoc etiam, quod (judicio quidem meo) magnopere facit ad eorum confirmationem, quæ de prædicatione ac renuntiatione hieronicarum præconia superius exposui: *Nos quoque evincamus omnia, quorum præmium* (ait) *non corona, nec palma est, nec tubicen prædicationi nominis nostri, silentium faciens, sed virtus, & firmitas animi, & pax in cæterum parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est.* Itaque de hieronicis dicitur, ἐστεφανώθη, ἐκηρύχθη, ἀνεκηρύχθη, ἀνηγορεύθη, ἀνεδέθη τῷ στεφάνῳ, ἀνεῖπεν αὐτὸν ὁ κήρυξ, quemadmodum ab ipso Polluce dicto cap. XXX. lib. III. *Onomast.* ubi περὶ νικητοῦ traditum, & τὸ πρᾶγμα ἀνάρρησις, ἀγόρευσις, καὶ ἀνακήρυξις. Quo spectans Philo ille alio loco [2] de Jacobo luctatore: (de quo nobis antea sermo est habitus) Εὐστόχως οὖν ἐκεῖνο πρὸς τὸν παλαιστήν (ait) νικηφόρον ἐλέχθη μέλλοντα τοῖς νικητηρίοις ἀναδεῖσθαι στεφάνοις. τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα τοιοῦτόν ἐστι, ἰσχύσας μετὰ ἀνθρώπων δυνατήσῃ: sic enim lego tanquam eleganter usurpato simplici verbo δυνατέω, a quo illud δυνατήσῃ fit in secunda persona Futuri medii, quamvis compositum ἀδυνατέω plerisque locis [3], vix autem alibi aut perraro simplex invenias, quod hic repono: vel etiam δυνατὸς ἔσῃ: atque hoc quidem lubentius, ubi codex impressus habet δυνατῶσι perperam: cum *Geneseos* cap. XXXII. Septuaginta prætermisso verbo (ut quidem est in Complutensi editione) simpliciter scripserint δυνατός. Nec enim dubitandum, qui id τοῦ κηρύγματος vocabulum ad præconiam victoriæ de lucta cæterisque agonibus gymnicis reportatæ citationem sive proclamationem pertineat: sicuti & apud Lucianum in *Mortuorum Dialogis*, eo quem, ubi de scammate scaphioque ad Plutarchum superius actum est, locum attuli, festive ac γελοίως admodum jubetur athleta Damasias (quo plane sit nudus) τὰς σάρκας, τοὺς στεφάνους, τὰ κηρύγματα, *carnes illas*, (hoc est, pinguitudinem & obesitatem corporis) *coronas* atque *præconia*, sive *prædicationes* abjicere: itemque apud Plutarchum in *Solone*, fol. 171. quoque, ubi: Ὁ δὲ ζῶντος ἔτι, καὶ κινδυνεύοντος ἐν τῷ βίῳ μακαρισμὸς ὥσπερ ἀγωνιζομένου κήρυγμα καὶ στέφανός ἐστιν ἀβέβαιος καὶ ἄκυρος: apud ipsum denique Philonem alio quodam loco *in Flaccum* fol. 686. sic scribentem: Εἰ τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, τέρψιν δὲ μόνην καὶ ἡδονὴν παρέχοντα θεαταῖς ἐκπονοῦσιν, οὕτω τινὲς, ὡς ἐπαινεῖσθαί τε καὶ θαυμάζεσθαι, καὶ γέρα, καὶ τιμὰς, καὶ στεφάνους μετὰ κηρυγμάτων λαμβάνειν· τί χρὴ πράττειν τὸν τῆς ἀνωτάτω καὶ μεγίστης τέχνης (de architectonica virtute, arteque regia loquitur) ἐπιστήμονας. Sed & ἀναρρήσεως, sive *renunciationis*, aut *proclamationis* vocabulum (de quo apud Pollucem, ut præmonui) conjunctum cum corona & præconium apud Gregorium Nazianzenum *in Heronem Philosophum* ad rem athleticam omnino pertinet: ubi paulo post illa quæ superius attuli, hoc adjungit: ἀλλὰ τίς ἡ ἀνάρρησις εἰ μὲν τὴν συντομωτέραν ποθεῖτε καὶ γνωριμωτέραν: sequitur formula renunciationis ad similitudinem illius præconiæ vetustæ, quæ de athletis fieri solita: Οὗτος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστὴς ἀψευδέστατος καὶ τῆς τριάδος ὑπέρμαχος· ἄχρις αἵματος (ubi aspicit, ni fallor, ad illud B. Pauli, ex *Epistola ad Hebræos* cap. XII. vers. IV. quod superiore *sermone* attuli: Οὔπω μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι) καὶ τῶν διωκόντων τῷ πάσχειν προθύμως διώκτης, &c. Εἰ δὲ τὴν τελεωτέραν καὶ πλατυτέραν οὗτος μὲν ἄριστος ἐξ ἀρίστων, καὶ ἐξ εὐγενῶν εὐγενέστατος, &c. Idem istud ἀναρρήσεως nomen itidem coronæ adjunctum apud Isidorum Pelusiotam [4] ad rem athleticam similiter (ut dixi) referendum censeo, quod tamen figurate alio sensu positum fuit: Εἰ στεφάνων οὐκ ἐπιθυμεῖς, κἂν ὀνειδῶν ἀπαλλάγηθι, εἰ ἀναρρήσεως οὐ φροντίζεις, κἂν μὴ τοῦ κωμῳδεῖσθαι ἀντιποίηθι. Hoc quidem perspicuum ex eo, quod & ipsius doctor B. Johannes Chrysostomus alicubi [5] similitudine a rebus athleticis, ducta, ait, *Palmamque corriperent ac redimiti corona cum victoribus prædicarentur*, & vero idem ipse Isidorus in altera quadam *Epistola*, εἰ γὰρ κρατηθῶσι (ait ad Timotheum Lectorem scribens *l.* I. *ep.* IV.) καὶ δραπετεύσουσι, στεφάνων καὶ ἀναρρήσεων μεγάλων τευξόμεθα: qui

1 Lib. V. *Tuscul. Quæst.* Vide & *lib.* II. *Tunc cum pueros Lacedæmone adolescentes Olympiæ barbaros in arena videris excipientes gravissimas plagas & ferentes silentio*, &c. *Videmusne apud quos eorum ludorum, qui gymnici nominantur, magnus honos sit, nullum ab iis qui in id certamen descendant devitari dolorem.*

2 Περὶ τῶν μετονομαζομένων, fol. 14. Sic & Chrysostomus in Epist. quadam *ad Episcopos & Presbyteros carcere inclusos:* Διὰ ταῦτα φανερῶς μὲν ὑμᾶς πάντες στεφανοῦσι καὶ ἀνακηρύττουσιν οὐ φίλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἐχθροί.

3 Apud Platonem II. *de Repub.* & VII. sub initium, & Euang. *secundum Matthæum* cap. XVII. *Luc.* cap. I. sicuti notatur *Lexico*. Adde Ælianum lib. IV. *Var. Histor.* cap. XV. ex quo verba inferius exhibebuntur, ac Platonem rursus VIII. *de Legib.* lib. fol. 840. & Platonizantem Philon. in περὶ τοῦ χειρ. τῷ χρ. V. ἐπιτιθ. fol. 221. & 223. & περὶ ἀποικίας, fol. 294. & περὶ τῆς εἰς τὰς προπαιδ. σύν, fol. 294. & περὶ φιλανθρωπ. fol. 479. & ad finem in fol. 489. & περὶ ἀνδρίας, fol. 504. & 505. & περὶ μοναρχ. fol. 559.

4 Extrema epistola XC. *ad Zosimum Presbyterum*, lib. III. *Epist.* fol. 502.

5 Priore *ad Theodorum lapsum* parænesi, epist. V. col. 863. Tom. V. unde verba protuli inferius *cap.* XXVII. hujus *libri*.

qui & in *epist.* CXXVI. *lib.* III. *ad Ammonium*, A Christiani agonis leges ab Olympici certaminis more diversas esse significans, idem ἀναῤῥήσεως vocabulum protulit, sic fere: Πρόσθηκεν ἐναντίον τῷ Ὀλυμπικῷ· ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ τύπτων καὶ περιγενόμενος στεφανοῦται, ἐνταῦθα δὲ ὁ τυπτόμενος, καὶ φέρων ἀναῤῥήσεως ἀξιοῦται, & cætera, quæ initio *sermonis* proximi exhibebimus, ad præconiam hieronicarum renuntiationem pertinentia, in quibus ἀνακηρύξεως vocabulum minime omittitur: cujus præclarum exemplum Sophoclea lectio suppeditat, eo, quem inferius exhibebimus, loco, & cum illo altero Nazianzeni comparandum admonemus. Isti B præconiæ hieronicarum atque athletarum renunciationi simile quiddam habuit eorum, qui ad gradus ecclesiasticos ordinesque sacros promoverentur, proclamatio & veluti præconia quædam renunciatio [1]. Itaque Dionysius Areopagita in *Ecclesiastica Hierarchia* cap. VII. fol. 218. in mysterio ἐπὶ τῶν ἱερῶν κεκοιμημένων: Εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν ἄρτι τελειωθέντα τῆς ὁμοταγοῦς ἀναῤῥήσεως, καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν. Et paulo post, *eodem cap.* VII. fol. 222. in theoria: C Ἔσται γὰρ αὐταῖς ἴσως ὄφελος ὁρώσαις τῆς ἱερῶς τετελεσμένον ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς ἀναῤῥήσεως, ὡς κοινωνὸν ὄντως ὄντα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων ἱερῶν ἀνακηρυττόμενον. Ubi Scholiastes Maximus [2] admodum mihi placet, illud τῆς ἀναῤῥήσεως nomen his verbis explicans: Ἡ ἐπὶ τῶν χειροτονιῶν ἀνακήρυξις, οἷον ἐπὶ τοῦ ἐπισκόπου ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἐπισκόπου τοῦδε· ἐπὶ δὲ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦδε πρεσβυτέρου· ἐπὶ δὲ διακόνου ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦδε διακόνου· τάδε ἀνάῤῥησιν φησὶν ἔσται ἐν αὐτῷ τὸ χειροτονεῖν κηρύττει, τῆς χειροτονουμένου ἡ θεία χάρις προχειρίζεται τόνδε εἰς τόνδε. Et Pachymerius in *paraphrasi in eundem Dionysium* [3]: Εἶτα ὁ ἀρχιδιάκονος (ait) ἀπολύει μὲν τοὺς κατηχουμένους· εἶτα ἀνακηρύττει τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν καὶ κεκοιμημένων ὀνόματα, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν D προκείμενον τῆς ἀναῤῥήσεως ταύτης, καὶ προτρέπεται πάντας ὑπὲρ αὐτοῦ αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν. Ad præconiam hujusmodi athletarum renunciationem refero & istud, quod Theodoretus *in cap.* IX circa fin. *Epistolæ prioris B. Pauli ad Corinth.* aliud Pauli verbum explicans: *Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium: Illic cum multi certant, (inquit) unus solus a præcone renunciatur, hic autem eorum qui recte certant unusquisque renunciationem assequitur.* Recte Theodoretus, quando victoriæ non modo præmium attributum, de quo Paulus egerat, sed etiam E adjunctus verborum honos cum renunciatione præconia.

Præterea hoc etiam animadvertendum, & apud Græcos, & exemplo ipsorum apud Romanos quoque, medio inter certamina tempore, sicut Athenis per liberalia sacrificia fiebat, coronis & prædicationibus sive renunciationibus hujusmodi celebratos & honestatos fuisse cum athletis, aut potius ante ipsos, si qui Rempubl. ullo affecissent beneficio: sed & spectatoribus ostentata spolia, quæ ab hostibus essent relata. Cujus rei auctor mihi quidem unus, sed vetustus, quem duco maximi, Dionysius Halicarnasseus ad finem lib. VII. *Rom. Antiquit.* fol. 480. Wechel. edit. quo loco sic admodum, usurpato illo, quo de agimus, ἀναῤῥήσεως vocabulo: Ἐν δὲ τοῖς διὰ μέσου τῶν ἀθλημάτων χρόνοις, Ἑλληνικώτατον καὶ κράτιστον ἁπάντων ἐθῶν ἀπεδείκνυντο, στεφανώσεις καὶ ἀναῤῥήσεις ποιούμενοί τινας, αἷς ἐτίμων τοὺς ἑαυτῶν εὐεργέτας· ὡς Ἀθήνησιν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς ἐγίνετο θυσίαις· καὶ σκύλων ὅσων λάβοιεν ἐκ πολέμων ἐπιδείξεις τοῖς εἰς θέαν συνεληλυθόσι. Magnis igitur in laudibus tota fuisse Græcia scribit Æmilius Probus in *præfatione lib.* I. *de Vita excellent. Imp.* victorem Olympiæ citari & ex more illo vetusto exponendum, quod Euripides apud Plutarchum de Alcibiade in *ejus Vita* fol. 357. ait esse κάλλιστον βῆναι ἀπονητὶ δὶς στεφθέντα ἐλαίᾳ κάρυκι βοᾷ παραδοῦναι, quod de Diogene Sinopensi Laertius lib. VI. *de Vita Philos.* fol. 214. Ὀλυμπιάσι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος νικᾷ Διώξιππος ἄνδρας, οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δ' ἐγώ. Quod denique, ut de B. Paulo atque Isidori Pelusiotæ locis nunc taceam, de quibus proximo *sermone* plenius atque commodius disceptabitur, si Deus dederit, quod spero, Virgilius l. V. *Æneid.* Cloanthum, qui navali certamine vicerat, jussu athlothetæ Æneæ victorem palam præconis voce declaratum cecinit, sic fere:

> *Tum satus Anchisa, cunctis ex more vocatis,*
> *Victorem magna præconis voce Cloanthum*
> *Declarat, viridique advelat tempora lauro.*

Quid quod suas ipsos hieronicas deprædicare laudes solitos, cum de victoria sacri certaminis gratias Diis agerent, quod ἐπινίκιον ᾄδειν dicebant, ex quodam Greg. Nazianzeni loco ad finem Orat. *in Heron. Philos.* fol. 162. posse colligi videtur. Nam ejus hæc verba sunt: Καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπανήκειν πάλιν πλουσίως πλούσιος δεύτερος στεφανίτης καὶ μεθ' ἡμῶν ᾄσων τὸ ἐπινίκιον. Huc profecto non incommode referre possis (ut sentio) quod Parthenopæi Arcadis, qui cursu Idam antagonistam superaverat, Statius Papinius lib. VI. *Thebaid.* clamorem celebrandum duxit sic fere:

> *Irrupit clamore fores, clamore recurrit*
> *Ante ducem, pressaque levat suspiria palma.*

Quem locum (ad cætera quod attinet) inferius hoc ipso *libro*, ubi de hieronicarum coronis agetur, exponemus. Tum vero id quoque quod prostrato colluctatore Agylleo victor Tydeus apud eundem poetam, sub finem ejusdem *libri*:

> *Palmam autem dextra, lævaque nitentia dono*
> *Arma ferens Tydeus: quid si non sanguinis hujus*
> *Partem haud exiguam (scitis) Dircæus haberet*
> *Campus? ubi hæ nuper Thebarum fœdera plagæ.*

A poetis quidem composita quæ hieronicis recitanda traderentur, vel ab ipsis etiam poetis recitarentur victorialia, seu potius victricia & triumphalia carmina, non tantum ex *Odis Pindaricis* intelligimus, & ex eo, quod Aristides Rhetor περὶ παραφθέγματος tradit, illo unde verba inferius *c.* XX. hujus *lib.* proferam loco, verum etiam ex illa Simonidis historia, quam apud Quint. l. XI. *Institut. Oratoriar.* sub initium cap. II. proditam recordor sic fere: *Artem autem memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides, cujus vulgata fabula est, cum pugili coronato carmen, quale componi victoribus solet,* (τὸ ἐπινίκιον

---

1 Quam hodieque *præconisationem* in Curia Romana nuncupant, eorum scilicet quibus providetur de consistorialibus beneficiis.

2 In cap. V. fol. 106. ubi & hoc: ἀνάῤῥησις, οἱονεὶ κήρυξις ἐξ ὀνόματος: &, ἀνάῤῥησις, ὅπερ νῦν F καλοῦσιν ἐπικήρυξιν, ἢ ἀνακήρυξιν.

3 *In cap.* VII. *ejusdem Ecclesiast. Hierarch.* fol. 183. ad finem. Vide & in theoria cap. III. περὶ τῆς πτωχῶν ἀναῤῥήσεως, fol. 146.

expressit *περιφραστικῶς*) *mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quod, more poetis frequentissimo, digressus in laudes Castoris & Pollucis exierat, quapropter partem ab iis petere, quorum facta celebrasset, jubebatur, & persolverunt, ut traditum est*, &c. *Est autem magna inter auctores dissensio, Glauconi Carystio, an Leocrati, an Agastarcho, an Scopæ scriptum sit id carmen*, &c. *Scopiam nobilem Thessalum periisse in eo convivio constat: adjicitur sororis filius*, &c. Qua de re ita Cicero lib. II. *de Oratore*, ab ipso Quintiliano citatus antea, scripserat: *Dicunt enim, cum cœnaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinissetque id carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa ornandi causa poetarum more in Castorem scripta & Pollucem fuissent, nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus quod pactus esset ei pro illo carmine daturum: reliquum a suis Tyndaridis, quos æque laudasset, peteret, si ei videretur.* In hieronicarum sane laudibus carmine deprædicandis Pindaricum melos omni ex parte consumptum: sed ita, ut exemplo Simonidis, in Castorum quoque Tyndaridarum, aliorumque Deorum, Heroumve laudes poeta identidem excurrerit, ignotum est nemini; Euripidem vero Alcibiadi ob victoriam ex Olympico curriculo reportatam carmen Epinicion scripsisse, auctor Athenæus in *Deipnosophistarum* I. unde verba paulo post *cap.* XIX. hujus *lib.* proferam. Et quod de gratiis Deo, cujus in honorem in sacris ludis certassent, agi, & carminibus in eam rem decantari solitis ab hieronicis, cum coronam accepturi essent ab athlothetis, diximus, eo spectasse Dionysium Areopagitam, de sacramento extremæ unctionis agentem, sentio, sic fere [1]: *Οἱ δὲ τοῦ κοιμηθέντος οἰκεῖοι κατὰ τὴν θείαν οἰκειότητα καὶ ὁμοτροπίαν αὐτόν τε ὅστις ἐστὶ μακαρίζουσι, πρὸς τὸ νικηφόρον ἀκραιφνῶς ἀφικόμενον τέλος, καὶ τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι, προσέτι καὶ αὐτοὺς ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ὁμοίαν εὐχόμενοι λῆξιν· λαβόντες δὲ αὐτὸν, ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν· ὁ δὲ ἀσμένως ὑποδέχεται, καὶ τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ὁσίως κεκοιμημένοις τελούμενα.*

CAP. XIV.

Eorum qui Musico certamine vincerent laudatio publica, qualis & apud Tolosam Tectosagum Poetico, qui Rhetorices dicitur, agone. Verba Commentarii vetusti Occitano idiomate perscripti ad illum pertinentia prolata. Nero agone Musico victor deprædicatus. Ab hieronicis suæ ipsorum coronatæ patriæ. Sophocles explicatus. Nero se victorem contra vetustum morem pronunciabat, ac præconio contendebat.

ATQUE hoc gymnicorum hieronicarum exemplo ipsorum quoque, qui agonibus musicis vincerent, laudes publice in theatro proclamatas atque decantatas a præcone reperio, jam inde ab Herodoto, qui suas historias Musarum nomine inscriptas Olympiæ, ubi in illo totius Græciæ conventu recitasset, hunc laudationis publicæ non a præcone tantum, sed ab omni populo fructum percepisse a Luciano [2] memoratur: qua re incensi Hippias, Prodicus, & Anaximenes, Polus, & alii complures, ut sese nobilitarent, sua itidem scripta in ejusmodi conventu postea pronuntiaverint: *Τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπήλαυσε τῶν ἱστοριῶν* (inquit Lucianus inter cætera) *ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ' ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλὰ ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.* Quo ex more Musicis [3] apud Tolosates nostros agonibus, quos Rhetorices promovendæ gratia institutos ad annum Christi 1323. ex publicis commentariis in Archio Capitolino asservatis didici, (qua de re plenius *libro* III. differetur faciente Domino) recte itidem ac prosæ orationi, ut versæ, modulatæ, cæterisque pedibus, aut potius rhythmis, ac syllabarum numeris adstrictæ præmia fuere proposita; sic tamen, ut cæteris paribus ista qui præstarent, illis qui ea maxime valuissent, in præmiorum adeptione præferrentur: & in utrisque ii potissimo jure haberentur, in quorum dictatis, quæ appellantur, altius quodpiam & ad Dei Optimi Maximi laudem pertinentis argumentum pertractatum foret. Duas itaque species Rhetoricæ duobus *libris Commentariorum* illorum publicorum plena quod dicitur manu ac diffuse explicatas memini: & *libro* quidem secundo actum de Poetica, hoc est, de secunda Rhetorices specie, quæ rhythmis agitur. Sic enim ibi non inepte aut inscite Rhetorices appellatio ad Poeticam producta, cum a Maximo Madaurensi apud B. Augustinum *epist.* XLIII. fol. 58. libri Antuerpiæ apud Plantinum impressi ann. 1576. Virgilius Rhetor appellatus his admodum verbis fuerit. Sed ulterius huic certamini me senex invalidus subtraho, & in sententiam Mantuani Rhetoris libenter pergo;

— *trahit sua quemque voluptas.*

In eo libro igitur quo de agimus, Occitano idiomate scriptum est ita *ep.* XLIII. *De la secunda maniera de Rhetorica, laqual procedis ham rims.* Tum deinde in *capite* illo VI. differitur. Cui potissimum adjudicari præmium agonisticum debeat, & (ut ibi scriptum) *Cui foes a qui d.u bom Iucjar e donar loya*, post alia multa quæ prætermittimus ita respondetur, ei esse tribuendum, cujus dictatum nitidius fuerit, quod ita explicatur statim, ut cætera quæ ante Latinis verbis expressimus, vernaculo sermone proponantur in hæc omnino verba: *En iuciamen de Ioya deu bom ystamens gardar qualz dictatz es may netz. Aquest vocables Net se raporta a bona sentensa a bon Romans & a bel ornat de paraulas: E si hom troba dos, o mays dictatz ayssi netz la un coma lautre deu bom attendre, & gardar qual es de melhor & de plus nauta sentensa & am may bos motz & notables. Quar per aquels es may gracioza la presens sciensa de dictar amb accort de rims, & adonx per aquel se iucie que melhor & plus notabla sentensa haura*, &c. *Si la us dictatz es auyssi bos comma laltres e la us a le so que aver deu & lautres no. Cel ques ha so, no deu portar la joya, o si la us dictat se pot*

[1] Cap. VII. *περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων Eccles. Hierarch.*

[2] In lib. cui nomen *Ἡρόδοτος ἢ Ἀέτιον*, ubi: *παρελθὼν εἰς τὸν ὀπισθόδρομον οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας*, &c. de laudibus Herodoto attributis ibi plurima.

[3] Sic Terentius vocat Musici, nomine, quod poeticum intelligit: ut in prologo *Heautontimor. Tum quod malevolus poeta vetus dictitat, Repente ad studium hunc sese applicasse musicum*; & in prologo *Hecyræ*: *Prope remotum injuria adversarium. Ab studio atque labore atque ab arte musica.* Et falli Donatum in prioris loci enarratione vel ipse docuit Verderius in *Censione in auctores antiquos*, fol. 19.

applicar a laufor de Dieu, o de la fua Maire, e las tres no, a quel ques poſt applicar a Dieu, o a la ſua Maire deu baver avantage: tum aliquanto poſt: *Dictat am bon compas, am bon Romans, am bel ornat de paraulas, & am ſentenſa cominal que ne porta frug cantque baia bel ſo, es yſſborba vila, o come poma de fors bela e dedins poyrida*. Neronem igitur Imperatorem in omnibus æque oppidis, aut civitatibus agonem habentibus, præter Athenas & Lacedæmona, decertaſſe, atque ad victoriarum hujuſmodi ſuarum proclamationem præcone uſum conſulari viro Cluvio Rufo, qui Neronem hoc certamine viciſſe, ac populum Romanum ſimul, & orbem ſuum coronare pronuntiaret, a Xiphilino in *ejus Vita* proditum legimus: quo loco: Ἠγωνίσατο δὲ ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει (ait) ἀγῶνα ἐχούσῃ κήρυκι πρὸς πάντα τὰ κηρύξεως δεόμενα, Κλουβίῳ Ῥούφῳ ἀνδρὶ ὑπατευκότι χρώμενος, &c. τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα καὶ στεφανοῖ, τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. Quibus verbis in extremum illud etiam comprobatur, quod poſt alios ſuperioris tractatus initio admonui, ab hieronicis olim ſuas fuiſſe patrias coronatas, id quod tum illo Philoſtrati ex lib. VIII. *de Apollonio*, cujus verba ſuperius propoſui, tum iſto inſuper D. Joann. Chryſoſtomi loco [1] illuſtratur majorem in modum, ubi ſic legitur: *Et ſicut præcones, athletas vincentes in medio theatro pronunciantes, ipſorum quoque civitates dicunt, ille de tali civitate, ita & hic ipſorum Dominum prædicavit, Sidrac, Miſac, & Abdenago ſervi Dei altiſſimi exite & venite huc*. Omnium autem optime oſtenditur ac velut oculis ſubjicitur a Sophocle, *Electra* fol. 112. quo loco pædagogum de Oreſtis diaulo victoris renuntiatione loquentem ſic admodum facit:

Τύπων ἐνεγκὼν πάντα τἀπινίκια
Ὠλβίζετ' Ἀργεῖος μὲν ἀνακαλούμενος
Ὄνομα δ' Ὀρέστης τοῦ τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Ἀγαμέμνονος στράτευμ' ἀγείραντός ποτε
Καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα ——

Quod tamen ab Interpretibus & Scoliaſtis Græcis Latiniſque, perperam etiam τὸ τῶν ἐπινικίων vocabulum eo loci (ut ante monui) accipientibus, nequaquam animadvertitur. Eo ſane pertinet quod Themiſtius orat. XI. *Protrept.* in ipſo fine in fol. 139. ad Valentinianum Juniorem, ἐφέστιον ἡμῖν στῆσαι κρατῆρα (inquit) καὶ ἐγκαλλωπίσασθαι τῇ πατρίδι, ὥσπερ οἱ νικήσαντες Ὀλυμπίασιν. Item quod in illa περὶ ζεύγους oratione de Olympionicis agens Iſocrates, τούς τε ἀθλητὰς ζηλουμένους, ait, καὶ τὰς πόλεις ὀνομαστὰς γιγνομένας τῶν νικώντων. Et quod Plutarchus alicubi, in *comparatione Cimonis & Luculli* fol. 953. Οὕτω Κίμων ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ πεζομαχίας, ait, καὶ ναυμαχίας ἅμα τροπαίῳ στεφανώσας τὴν Ἑλλάδα δίκαιός ἐστιν ἔχειν τινὰ προεδρίαν ἐν τοῖς στρατηγοῖς. Illud in Nerone adhuc præcipuum fuiſſe Suetonius narrat, in *ejus Vita* cap. XXIV. quod victorem ſe (cum id agonothetarum quondam fuerit munus, & judicium, vel præconis potius obtemperantis agonothetis, non ejus qui decertaſſet) ipſe pronunciabat, qua de cauſa & præconio ubique contendit, cum tamen antiquitus præcones ludorum gymnicorum, (ſicuti Marcus Tullius lib. v. *Epiſtol. ad Familiares* epiſt. LXVIII. ad Lucejum ſcri-

A bit) poſtquam cæteris coronas impoſuiſſent victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciaſſent, cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donarentur, alium præconem adhiberent, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicarent. Atque hoc eſt quod apud Philoſtratum lib. IV. *de Apollonio Tyaneo* fol. 24. pag. 2. de illo principum Romanorum propudio ſcriptum legitur, ipſum relicto palatio in Græciam veniſſe, ut ſe præconiis Olympicis Pythiciſque ſubjiceret, ſed & Iſthmiis viciſſe, victorias ejus iſtas ſcilicet fuiſſe, cantum ad citharam, atque præconium: Τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν (in-
B quit) ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο, κηρύγμασιν ἐπιθήσων ἑαυτὸν Ὀλυμπικοῖς τε καὶ Πυθικοῖς, ἐνίκα δὲ καὶ Ἰσθμοῖ, αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες.

CAP. XV.

Adhuc de Muſico agone; expoſitus de Nerone Dionis Chryſoſtomi locus. Ara apud Altim Olympiæ lucum, ubi Muſicus agon præconum exhibitus. De præconia pedis pronuntiatione. Victimarii olim præconio functi munere. Emendatum carmen vetuſtum apud Pollucem. De Tubicine ſive Buccinatore hieronica. Περιοδονῖκαι. *Hieronicarum nomina in publicum commentarium relata: ideoque ipſis Olympiadum numeris apud Hiſtoricos adjuncta: ſed & eorum qui ab illis eſſent ſuperati perſcripta in commentario illo nomina, Dionyſio Areopagita illuſtrato. Xyſticorum grammateia. Athletarum decertaturorum nomina in albo propoſita.*

EX quibus omnibus intelligas licet, primum quidem id, quod ſubobſcure ac ſuppreſſo nomine Dio Chryſoſtomus *Rodiaco* fol. 233. alicubi ſcribit, coronas & victorias hujuſmodi tanti
D habitas ab Imperatore quopiam ætate ſua, ut apud Eleos in certamen hanc eſſe ſummam fœlicitatis exiſtimans deſcenderit, de Nerone ipſo accipi debere, quo loco de oleagina corona Olympica, ubi ea ſcribit, quæ commodius paulo poſt exhibebimus, hoc adjicit: Τοιγαροῦν ἔγγιστα ἐφ' ἡμῶν, ἐπίστασθε τῶν αὐτοκρατόρων τὶς οὕτω σφόδρα ἡττήθη τοῦ πράγματος, καὶ ἐπεθύμησε τῆς ἐκεῖ νίκης, ὥστε καὶ ἀγωνίσασθαι παρ' Ἠλείοις, καὶ τοῦτον ὅρον ἡγήσασθαι τῆς εὐδαιμονίας. Deinde vero cognoſcas hoc etiam quod a Pauſania *Eliacor.* l. I. fol. 133. Ald. l. [2] traditum, aram fuiſſe in Alteos luci Olympiaci, ſeu Elei aditu, quo iter ad ſtadium: ad quam aram nulli quidem Deo ſacra
E fierent ab Eleis; ſed inter tubicines præconeſque contendi atque decertari conſtitutum eſſet, ob coronarium ſcilicet præmium, ut arbitror: Ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ Ἄλτει τῆς ἐσόδου πλησίον τῆς ἀγούσης ἐς τὸ στάδιον· ἐπὶ τούτου θεῶν μὲν οὐδενὶ θύουσιν Ἠλεῖοι· σαλπιγκταῖς δὲ ἐφεστηκόσιν αὐτῷ καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε. Ad aram quidem, cui thymele nomen, in orcheſtra theatri locum thymelicis atque aulœdis fuiſſe ludis ſcenicis, hujus initio *ſermonis* admonuiſſe me recordor. Et placet illo Pauſaniæ loco ſalpictarum, ſive tubicinum, cum præconibus conjunctio ad aram illam decertantium: quan-
F do antiquius præconum certamen edendo tubæ ſono, & quadam bellicine, ſive Martii, an potius theatralis, ac Dionyſiaci cantus modulatione:

1 Ex Homilia *ad populum Antiochen.* VI. col. 59. ubi enarrat trium puerorum ex camino ardente liberatorum hiſtoriam, *Danielis* cap. III. propoſitam.

2 De Alti autem Olmypiæ luco monui te ſemel atque iterum (bone lector) *lib.* ſuper. *cap.* v. & *c.* XXI. Meminit Philoſtratus in *Vita Apollonii*, e quo ſcripſi ad extremum d. *cap.* v. Meminit ipſe Pauſanias *Eliacorum* I. fol. 131. unde verba proponam inf. *cap.* XX.

Posterius autem longa & producta pedis, qui dicebatur, hoc est, solemnis (ut puto) carminis sacrorum fortasse peragendorum, atque lustralium ipsis adjunctorum ludorum musicorum gymnicorumque sive aperiendorum, sive concludendorum gratia, vel eorum renuntiationis, qui gymnicis musicisve agonibus victores essent declarati, (nam præco, ut apud Pollucem [1] est, κατεκήρυττεν ἡσυχίαν ἔντε ἀγῶσι καὶ ἱερουργίαις inter cætera, καὶ τοὺς ἀγωνιστὰς ἀνεκήρυττε: quod ex alio Pollucis loco ante admonui) vel edicti alicujus ab Hellanodicis aut agonothetis emissi recitatione, quæ adhibita vocis uno quasi spiritu continuatæ summa contentione fieret: cui tamen pedis pronunciationi præconiæ modum adhibitum fuisse Julius Pollux memorat *cap.* XIII. col. 218. sic admodum scribens: Καὶ ἦν ἀγώνισμα σάλπιγγες τὸ πρεσβύτερον, εἰς δὲ φιλοτιμίαν τὸ ἐπ' αὐτῷ προελθεῖν ... χαλκοῖ οἱ πόδες ἐνταῦθα ἐτίθησαν ἔλεγχοι ἔχοντες εἰς ὑπ... τοῦ πνεύματος, &c. Unde intelligere licet illud Galeni *Epidem.* lib. VI. καθάπερ οἱ κήρυκες ὅταν τὸν λεγόμενον πόδα ἐκφράζουσι. Superioribus vero Pollux hoc etiam adjicit: cum initio id præconium munus inter Eleos eorum foret apud Olympiam, qui sacris ministrare soliti, (quod & Athenæus, lib. IV. *Deipnosophistarum* fol. 491. Latinæ versionis tradit: annis enim permultis pro præconibus fuisse victimarios carnem parantes discindentesque ac vinum fundentes, qui præcones appellati fuerunt ab eo munere, cujus major dignitas fuit: & ante ipsum his, ut puto, versibus Pindarus, *Isthm.* ode II. antistr. II. subindicaverat:

Οἷς τε καὶ κάρυκες ὧραι
Ἀγγελοῦντι, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλεῖοι, —)

primum extraneum Archiam Hyblæum præconio ibi contendisse, terque victoriam, & item Pythiis obtinuisse, iconemque adeo ipsius, utpote hieronicæ, Pythicam extare cum inscriptione tetrastichi, quod Pollux non prætermisit. Ipse cum verbis ejus adferam illustrandis locis, quos ante e Suetonio & Philostrato attuli, de Neronio circa præconium certamine, de quo mirum aliorum silentium: Πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τῶν ἐπιχωρίων (inquit) κηρυττόντων οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδιηκονοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος, καὶ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἐφεξῆς ἐνίκα. καὶ Πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκών τις ἦν αὐτῷ Πυθική, καὶ ἐπίγραμμα,

Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
Δέξαι ἄγαλμ', ἄναξ Φοῖβ', ἐπ' ἀπημοσύνῃ·
Ὃς τρὶς ἐκαρύχθη τᾶς Ὀλυμπιάδος αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐδ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

ubi pro τρεῖς ἐκάρυξεν reponendum τρὶς ἐκάρυξεν, ipsa versus & sensus ratio postulat. Ad hoc præconii sive tubicinii certamen pertinere crediderim, quod de Herodoro Megarensi tibicine sive buccinatore ab Amuranto Alexandrino Athenæus sub init. lib. X. *Deipnosophist.* fol. 163. Aldini libri narrat, ipsum (cum esitaret multum ac biberet homo magnus, & vastus ad trium cubitorum atque dimidii altitudinem, supra leoninam pellem cubare, sedens cœnare solitus) duas simul tubas inflasse, signumque pugnæ dedisse, tanta sonitus aut strepitus vehementia, ut ægre propellentes helepolim jussu Demetrii Poliorcetæ Antigoni filii milites, ad murum obsessæ Argivorum civitatis, hoc tamen ut perficerent animis ea ratione concitatis coegerit: decies vero vicisse periodum: Καὶ σαλπίζειν ἅμα, καὶ σάλπιγξι δυσὶ, κοιμᾶσθαι τ' ἔθος εἶχεν ἐπὶ λεοντῆς μόνης. ἐσήμηνε δὲ σαλπίζων μέγιστον. Ἄργος γοῦν πολιορκοῦντος Δημητρίου τοῦ Ἀντιγόνου, καὶ οὐ δυναμένων τῶν στρατιωτῶν τὴν ἑλέπολιν προσαγαγεῖν τοῖς τείχεσι διὰ τὸ βάρος, ταῖς δύο σάλπιγξι σημαίνων ὑπὸ τῆς ἁδρότητος τοῦ ἤχου τοὺς στρατιώτας ἠνάγκασε προθυμηθέντας προσαγαγεῖν τὴν μηχανήν. ἐνίκησε τε περίοδον δεκάκις. Nam etsi περιοδονῖκαι dicti athletæ propri..., (in gymnicis enim certaminibus perihodon vicisse dici Festus Pompejus in *Perihodos* tradit, qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit a circumitu eorum spectaculorum) quando tamen istum non athletica, sed buccinatoria præstitisse tradit Athenæus, laudo Dalechampium doctiss. qui de tubæ certamine accipiendum istud censuit. Hoc etiam reperio inter honores hieronicis habitos connumerandum, ut ...idetur, ipsorum nomina simul, & eorum qui superati forent, in publicum agonum commentarium atque archium solitos referre, sive agonothetas, ludorumque curatores, sive Hellanodicas, & Amphictyones, ad perpetuam rei memoriam. Quamobrem sæpe ab classicis Auctoribus [2], cum Olympiadum mentionem faciunt, additum quoque ab ipsis legimus ejus, qui quaque Olympiade vicerit, nomen, qua de re tota *libri* sequentis *cap.* XXIII. subtilius σὺν Θεῷ differetur, & plenius. De Isthmiorum commentariis, quibus non victores modo, sed victi quoque percenserentur, hoc est, quos illorum quisque superasset, unum Plutarchi locum in memoriam revoco, ubi Corinthiorum exulibus, ab Agesilao restitutis (cum Argivos tunc temporis Corinthum tenentes, & Isthmia agentes superveniens sacra Deo facta, omnemque apparatum Agesilaus relinquere pulsos coegisset) ipse rogatus ut ludis præsideret, omniaque disponeret agonothetarum more, talem honorem respuisse dicitur, ac tantum ipsis justa facientibus adfuisse cum copiis, securitatis præstan-

1 Init. *cap.* XII. *lib.* IV. col. 218. & 219. vide & *cap.* III. *lib.* III. ex quo scripsi paulo ante.

2 Ut a Dionysio Halicarnasseo persæpe *lib.* I. fol. 57. ubi, κτίζουσι Ῥώμην ἔτους ἐνεστῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χάροπος. Et similiter in toto illo *Historiarum* suarum opere a septima illa Olympiade usque ad secundam & octuagesimam Olympiadem, cujus in hæc verba mentionem facit, *lib.* X. fol. 676. edit. Wechel. ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Λύκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λαρίσσης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χαιρεφάνους, ἐτῶν τριακοσίων ἐκπεπληρωμένων ἀπὸ τοῦ Ῥώμης συνοικισμοῦ, Ποπλίου Ὁρατίου καὶ Σέξτου Κοϊντιλίου δεδεγμένων τὴν ὕπατον ἀρχήν. Et ad finem hujus *libri*, fol. 684. & in ipso initio *lib.* XI. de LXXXIII. Olympiade sic scriptum, ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Κρίσων Ἱμεραῖος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίσκου, &c. Quamvis nonnunquam omissum patriæ stadiodromi nomen reperias, ut Agatharchi circa LXI. Olymp. in *lib.* IV. fol. 244. interdum ipsum stadii vocabulum, ut *lib.* III. fol. 177. de Marcio qui capessit imperium ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Σφαῖρος ὁ Λακεδαιμόνιος, &c. & similiter *lib.* VI. fol. 367. ad LXXII. Olymp. & *lib.* IX. fol. 617. & 618. ad LXXIX. ut apud Diodor. Sicul. persæpe. Et *lib.* XIII. fol. 375. de Olymp. XCII. νικήσαντος Ἐξαινέτου Ἀκραγαντίνου, & *lib.* XIV. fol. 396. de Olymp. XCIV. Et fol. 425. de Olymp. XCVI. Et fol. 425. (ubi etiam patria victoris omittitur Teritis) de Olymp. XCVII. & fol. 451.

dæ gratia: post ubi se recepisset instauratis Isthmiis ab Argivis nonnullos denuo victores fuisse, alios, qui victores prius fuerant, cum ludis interesset Agesilaus, & superatos, & sub hoc nomine in commentarium relatos: Ἐπεὶ δὲ τῶν Κορινθίων ὅσοι φυγάδες ἔτυχον παρόντες, ἐδεήθησαν αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα διαθεῖναι, (inquit) τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν. αὐτῶν δὲ ἐκείνων διατιθέντων, καὶ συντελούντων, παρέμεινε, καὶ παρέσχεν ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἀπελθόντος αὐτοῦ, πάλιν ὑπ᾽ Ἀργείων ἤχθη τὰ Ἴσθμια, καί τινες μὲν ἐνίκησαν πάλιν. εἰσὶ δὲ οἱ νενικηκότες πρότερον, ὕστερον δὲ ἡττημένοι ἀνεγράφησαν. Quo etiam aspexit haud dubie Dionysius Areopagita in *Eccles. Hierarch.* quodam loco [1], ubi περὶ τῶν πρὸς τὸ τοῦ θανάτου πέρας ἰόντων ὡς ἐπὶ τέλος ἱερῶν ἀγώνων egit, hoc quoque subjiciens quod de mortuis in Christo tanquam de hieronicies gentilibus in commentarium relatis accipiendum est: Τὰ δὲ καθαρὰ τῶν ἱερῶν ψυχῶν ὁμόζυγα καὶ ὁμοπόρευτα σώματα συναπογραφέντα καὶ συναθλήσαντα κατὰ τοὺς θείους αὐτῶν ἱδρῶντας ἐν τῇ τῶν ψυχῶν ἀτρέπτῳ κατὰ τὴν θείαν ζωὴν ἱδρύσει συναπολήψεται τὴν οἰκίαν ἀνάστασιν. Atque huc pertinuit quod grammatea sua, ut acta, sive commentarios rei athleticæ in ipsis asservarent, habuisse xysticos, locumque his ad ea concessum ab Imperaroribus, ostensuri sumus *libro* tertio [2], ubi περὶ τῶν ἡβητηρίων & τῆς ἐφηβίας differetur, sicuti athletas nomen certamini dedisse, idque in album describi curasse, in arenam descensuros, alio ejusdem *lib.* loco *cap.* XVI. docebimus, & subscriptiones in archio sive grammateio agonum factas ab iis, qui curulibus equis inter se contenderent, *libro* superiore [3] ostendimus.

CAP. XVI.

Hieronicarum gloria ex proedria: qui ἰσόθεοι & Herculi æquales. Philippus Crotoniensis Olympionica jam mortuus, at Euthymus pugil etiamnum vivus consecratus. Cælestium nomen athletis apud Horatium: quod nova significatione acceptum. Athletarum ex voto anathemata. Coronarii agones, non coronati, qui στεφανῖται. Hieronicæ Spartano regi depugnaturo proximi aderant, quod in bonore ab ipsis habitum.

POSSIS & illud *gloriæ* apud Tertullianum interpretari de prima in spectaculis sede hieronicis concessa, cujus tum Plinius eo *lib.* XVI. loco, quem inferius exhibebo, tum Xenophanes illo, quod antea protuli, carmine commeminit:

> Καίκε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο

Sane apud Græcos Olympionicen esse prope majus & gloriosius habitum, quam Romæ triumphasse, Cicero in ea *pro Flacco* memorat, & in *Tusculanis Quæstionibus*, esse quibus Olympiorum victoria Consulatus ille antiquus videatur: quamobrem hieronicam ἰσόθεον νομιζόμενον eo Luciani loco, cujus verba in hanc rem superius paulo exhibita fuere *cap.* XI. hujusce *libri*, legimus: Herculi scilicet illi æqualem ludorum victori ac præsidi, de quo pluribus ex Hygino & aliis a me actum fuit. Quin etiam auctor locupletissimus D. Joan. Chrysostomus pugiles ab Ethnicis olim pro Diis habitos tradit [4]: aspiciens hic quidem, sed ille quoque (id quod verius arbitror) ad illam in primis, quæ ab Herodoto in *Terpsichore*, ac post eum ab Eustathio enarratur de Philippo Butacide filio Crotoniensi Olympionica post obitum ab Ægestanis consecrato & sacrificiis etiam propitiato, historiam, de qua *libro* superiore *cap.* XIV. sub initium verba fecimus: sed ad illam quoque ac multo potius de Euthymo pugile Locrensi a Plinio Secundo [5] in hæc omnino verba relatam historiam: *Consecratus est vivus, sentiensque Oraculi ejusdem jussu, & Jovis Deorum summi adstipulatu Euthymus pycta semper Olympiæ victor, & semel victus. Patria ei Locri in Italia, ibi imaginem ejus & Olympiæ alteram eadem die tactam fulmine, Callimachum ut nihil aliud miratum video. Deumque jussisse sacrifica i, quod & vivo factitatum, & mortuo: nihilque adeo mirum aliud, quam hoc placuisse Diis.* Recte pro Diis habitos Chrysostomus inquit, quos ab Horatio lib. IV. *Carminum*, ode II. cælestes propterea vocatos equidem censeo: quo loco aliter tamen ab Interpretibus vulgaribus accepto sic cecinit:

> *Sive quos Elea domum reducit*
> *Palma cælestes, pugilemve, equumve*
> *Dicit: & centum potiore signis*
> *Munere donat.*

Nam & quod de domum reductione hieronicarum ait Poeta, id satis a me, aliis Auctoribus in hanc rem advocatis, antea expositum fuit. Quod

---

de Olymp. XCVIII. & *lib.* XVII. fol. 582. de Olymp. CXII. & fol. 622. de Olymp. CXIV. sicuti & apud Thucyd. *lib.* III. fol. 85. ἧνδε Ὀλυμπιάς, ᾗ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. Rursum Dionysius omittit nonnunquam victorem Olympicis, ut lib. VII. fol. 419. ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μιλτιάδου. Et initio *lib.* IX. fol. 559. de LXXV. Olymp. & ad fin. *lib.* XI. fol. 736. de LXXXIV. Olymp. sicuti Diodorus quoque *lib.* XVI. fol. 605. de Olymp. CXIII. cum tamen Olympiadem, & Archontem, & Consules nominet Josephus quoque *lib.* XVI. *cap.* V. fol. 496. de Olymp. CXCII. Alioqui Diodorus ipse Olympiadem enumerans nomen stadio victoris ejusque patriæ adjicit, ut *lib.* XIII. fol. 348. de Olymp. XCII. & *lib.* XI. fol. 266. de Olymp. LXXVI. & fol. 269. de Olymp. LXXVII. & fol. 275. de Olymp. LXXVIII. & fol. 281. de Olymp. LXXX. & fol. 285. de Olymp. LXXXI. & *lib.* XII. fol. 293. de Olymp. LXXXIII. & fol. 302. de Olymp. LXXXVI. & fol. 305. de Olymp. LXXXVII. & fol. 311. de Olymp. LXXXVIII. & alibi sæpe *lib.* XIII. XIV. XV. XVII. XVIII. XIX. & XX. fol. 779. usque ad Olympiadem CXIX. De CXX. Olymp. mentio apud Pausaniam *Eliacon* II. fol. 148. cujus anno secundo Hieronem Agathocli successisse in Siciliæ tyrannide scribit. Sic fere ut Olympionicæ ipsiusque patriæ nomen non omittat, τὴν δὲ ἀρχὴν εἶχεν ἔτει δευτέρῳ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τῆς εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἣν Κυρηναῖος στάδιον ἐνίκησεν Ἰδαῖος.

1 Cap. VII. περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων, fol. 214.

2 Cap. XXIII. ad extremum. Et item sub finem *cap.* XXVII.

3 Ad extremum *cap.* III. *lib.* I. De archio agonum vide infra *cap.* XVII. hujus *libri*. Et *cap.* XX. ubi συγγραμμάτων mentio.

4 Homilia LXVI. *ad pop. Antioch.* meminit: & Euseb. cap. V. *de Præpar. Evang.* citatus in hanc rem a Mercuriali cap. XIV. lib. I. *Art. Gymnast.* huc fortasse aspexit idem ille Chrysostomus priore *ad Theodorum lapsum* parænesi, epist. V. coll. 863. eo loco unde verba proferam inf. *cap.* XXVII.

5 Cap. XLVII. lib. VII. *Natur. Hist.* De hoc Euthymo Locrensi ac ipsius robore facta mentio supra *lib.* I. *cap.* V. ab Æliano.

vero signorum, hoc est, statuarum, seu iconum, mentionem injicit, quibus hieronicarum in agonum sacrorum locis memoria continuaretur, ea re plenius *cap.*xx. & xxi. hujus *lib.* a nobis tractabitur. Comparat enim poeta laudes hieronicis tributas ab ipsorum encomiaste Pindaro cum statuis perpetuandæ ipsorum memoriæ causa positis: quod non [illegible], immo nullatenus, ab illius Interpretibus, ne vetustioribus quidem, perceptum scias, non magis quam illis ipsis D.Chrysostomi & Luciani testimoniis circa hieronicas pro Diis habitos a Veteribus, manifestam fieri mentem Horatii, alio quodam loco ode i. lib.i. *Carmin.* sub init. de agonibus apud Olympiam equestribus atque curulibus canentis, ut Olympionicas ad Deos usque terrarum dominos adeptione palmæ sive victoriæ, dicat evehi: quod nihil est aliud, quam Diis computari vel æquari atque comparari:

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat: metaque fervidis
[illegible], palmaque [illegible]
Terrarum dominos evehit ad Deos,

Atque ut in gymnicis & curulibus agonibus hieronicæ renunciati æquabantur Diis, & cœlestes vocabantur, ita & qui musicis ludis victoriam de antagonistis reportassent. Huc adeo referri posse duco, quamvis ab Interpretibus etiam nuperis, & qui sibi (ut sane sunt) elegantiores etiam videntur, nequaquam [illegible], aut saltem adnotatum reperio, quod cœlestem vocem flagitabat a Nerone theatrum [illegible] cantandi & saltandi gratia populus; [illegible] quod hieronica esset ita locutus apud Suetonium in *Nerone* cap.xxi. & aberrat [illegible] vero (nisi me fallit animus) qui somniat, Apollinem, Pæanem, Pythium, ab applaudentibus vocatum, sævum illum orbis Romani regemne an tyrannum; qui cantu potius, & non histrico, sed histrionico principatu, quam Romano Imperio, efferre se atque gloriari solitus. Quod cum persuasum haberent Veteres, ideo ipsos non modo precibus falsa Deorum suorum numina fatigare solitos, ut eorum ope victores renuntiari possent, (qua de re ad extremum hujusce *Agonistici* c. xxx. hujus lib. ii. commodius disquiretur) verum hoc amplius, si vincerent, ludis præsertim Olympicis, aliisque sacris vovere ac dicare Diis, & clypeos, & statuas, aliaque magni pretii donaria, quæ Deorum templis reponerentur, (unde ἀναθήματα dicta) vetustæ memoriæ libri comprobant. De Periandro quidem historicus Ephorus apud Diogenem Laertium lib. i. in *ejus Vita* fol.36. retulit vovisse illum, si quadrigis vicisset Olympia, statuam auream Deo (Jovi scilicet) positurum, victoria vero potitum & voti reum auro deficiente fœminis, sub festum quempiam diem ornatis, mundum omnem detraxisse, quem voti solvendi causa Olympiam miserit: Ἀλλὰ καὶ Ἔφορον ἱστορεῖ (ait) ὡς εὔξαιτο, εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ, χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι· νικήσας δὲ, καὶ ἀπορῶν χρυσίου, κατά τινα ἑορτὴν ἐπιχώριον κεκοσμημένας ἰδὼν τὰς γυναῖκας, πάντα ἀφείλετο τὸν κόσμον, καὶ ἔπεμψε τὸ ἀνάθημα. Habuit rationem aliquam votum hujusmodi, ut cum quis Jovis Olympii agonibus victor esset renuntiatus, ei numini statuam, clypeum, aut tale quidpiam poneret atque consecraret. Istud non itidem, ut qui foret Olympionica, is Veneri meretrices abduceret, sicuti conceptum a Xenophonte Corinthio, cum Olympiam ad certamen proficisceretur, votum de more Athenæus [1] auctor est: quo loco: [illegible], ait, [illegible], περὶ τῆς θεοῦ Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος, ἐξιὼν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας εὐξάμενος τῇ θεῷ νικήσας.

Cæterum a cordatis tamen & fortibus viris, quales Lacedæmonii non adeo magni Olympionicæ habiti, ut non pulchrius, ac præstantius, atque adeo magis honorificum sibi fæmina etiam apud illos existimaverit filium victorem in acie amisisse, quam Olympionicam habere superstitem: quod ejus fæminæ dictum vere masculum atque Laconicum quando dignum Plutarchus ἐν Ἀποφθέγμ. Λακων. duxit, ut literis proderet, piaculum esse me facturum arbitrer, si de Olympionicarum gloria & apud veteres Ethnicos existimatione disceptans silentio prætermittam. Igitur hæc ea de re Plutarchi verba libens memoria repeto: Ἄλλη πομπὴν τελέσασα παῖδα [illegible] τραῦμα [illegible] τελευτήσαντος [illegible] πρὸς τὰς πλησίον εἶπεν, [illegible] παρατάξει νικῶντα τελευτᾶν, [illegible] Ὀλύμπια [illegible] ζῆν. Habitum autem illud gloriosi præmii loco apud veteres Lacedæmonios, in hostem eunti Regi Spartano comites, immo propugnatores, atque (ut vetusto in hac significatione verbo utar) latrones sive protectores adforent. Etenim ex numero eorum, qui *coronario* (sic malo [illegible] ἀγῶνα vertere apud Plutarchum in *Lycurgo* pag. 98. cum Xylandro, sicut aurum coronarium a Veteribus vocatur, quam quod Cruserium facere video, *coronato* dicere) *certamine* victores extitissent: unum aliquem in prælium Rex adducere secum solitus: cujus rei unum, sed qui mihi sit pro centum millibus, habeo testem Plutarchum illum in *Lycurgo*, ubi: [illegible] δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, (inquit) ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα. Itaque cum Laconi cuipiam grandis esset Olympiis oblata pecunia, maluissetque insuper habita illa dimicare: deinde sine magno labore, tum de colluctatore victoriam reportasset: Quærenti alteri sic fere, *Quo tibi hæc Lacon victoria?* subridentem ipsum respondisse, ille optimus auctor historiæ narrat, πρὸ τοῦ βασιλέως τεταγμένος μαχοῦμαι τοῖς πολεμίοις. *Ante Regem in acie locatus adversus hostem depugnabo.* Eandem Spartanorum hieronicarum prærogativam ab ipso Plutarcho in *Symposiacis Problematibus* lib.ii.quæst.v. reperio celebratam his omnino verbis: Ἐν δὲ Λακεδαίμονι τοῖς νενικηκόσι στεφανίτας ἀγῶνας, ἐξαίρετος ἦν ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρα περὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεταγμένους μάχεσθαι.

---

[1] Lib. xiii. *Deipnosophist.* fol.241. edit. ubi de conceptis Veneri votis ad meretricum adductionem pertinentibus.

CAP. XVII.

Privilegia publica hieronicis concessa: in quibus immunitas. Annonaria commoda sive obsonia, de quibus Jureconsultorum loci, non satis a vulgaribus Interpretibus percepti, exponuntur. Convivia in Prytaneo: δόρπου λύσις apud Pindarum. Athenæi locus eximius, ut & Platonis: κτεάνων vocabulum apud Xenophanem. Possessiones agonotheticæ. Σύγκτησις ἀγωνόφορος apud Jurisconsultum. Parasitium horreum, atque Archeium. Item Herculis parasiti apud Athenæum: ex quo & Plutarcho, de præbitis epulis a ludorum curatore, sive agonotheta, sive sacerdote.

RURSUM illo apud Tertullianum loco, quem explicare institui, privilegiorum publicorum vocabulo ista, de qua Imperatores eo, quod exponimus, Rescripto cogitarunt, a muneribus civilibus & publicis, itemque ab omni præstatione sive functione vacatio & excusatio designatur, quam Honorius & Theodosius [1] quodam Juris nostri loco *privilegium* vocarunt, Antoninus Imp. [2] *beneficium*. Suetonius ipse in *Augusti Vita* c. XVIII. de athletis agens, proinde atque Tertullianus, *privilegium*, ubi Augustum ait athletis & conservasse privilegia & ampliasse. De isto autem immunitatis privilegio hieronicis ab omni antiquitate concesso ita Julianus Imperator pro Argivis [3] ut & ἀτέλειαν & προνομίαν vocet: quo loco Τεττάρων γὰρ ὄντων ὡς ἴσμεν τῶν μεγίστων καὶ λαμπροτάτων ἀγώνων, περὶ τὴν Ἑλλάδα· Ἠλεῖοι μὲν Ὀλύμπια, Δελφοὶ δὲ Πύθια· καὶ τὰ ἐν Ἰσθμῷ Κορίνθιοι, Ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν Νεμέων συγκροτοῦσι πανήγυριν· πῶς ἂν εὔλογον ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν τὴν πάλαι δοθεῖσαν· τοὺς δὲ ἐπὶ ὁμοίοις δαπανήμασι ἀφεθέντας πάλαι, τυχὸν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπαχθέντας νῦν ἀφῃρῆσθαι τὴν προνομίαν, ἧς ἠξιώθησαν. Cum corona igitur immunitatis quoque privilegium adeptos hieronicas ipse Cassianus eo loco, quem sequenti *lib.* paulo post principium, ubi de probatione athletarum, proferemus docet. stipendiorum civicorum appellatione annonaria commoda, id est, mercedes, & salaria, sive obsonia, intelligenda reor: quæ & pro agonibus Iselasticis non ex eo die, quo essent athletæ coronati, sed quo eorum quisque in civitatem suam εἰσήλασεν αὐ, præstanda Trajanus Imper. [4] censuit, atque consultanti Plinio rescripsit: *Hæc quidem annua exsolvi a civitatibus, unde hieronicæ oriundi, solita.* Quæ a Papiniano (*l. Commodis* 40. *D. de re Jud.*) *præmia*, quæ propter coronas sacras præstantur, nominata video; ipsorum vero commodis condemnato placuisse interdici, & eam pecuniam jure pignoris in causam judicati capi: nempe jam debitam (cujus dies vel cessit, si non venit, quæque adeo peti & exigi potuit, aut non inutiliter aliquando exactum iri jam certum est) annonariam pecuniam. Spem vero eorum præmiorum, quæ pro coronis athletis pensitanda sunt, hoc est, annonas, cibaria, obsoniave, quorum dies nondum neque venit neque cessit, privata pactione pignorari minime admittendum esse rescripsit Alexander [5] Imperator: & ideo nec, si generale pactum bonis omnibus pignori obligandis intervenerit, tenere, circa illam spem præmiorum scilicet: quod accipiendum de præmiis illis utique censeo, quæ ob futuras coronas atque victorias athletæ sibi pollicentur, non quæ ob præteritas annua obsonia (unde *annonæ* vocabulum fortasse ductum) utpote jam sibi debita, quorum tamen dilata in diem certam positio est, merito expectant. Ob futuras etenim victorias & coronas præmia non obligantur pignori; non tam quod illorum esse quædam alea videatur, præsertim si qui ea obligat, nondum hieronica, nec in Herculis puerorum (de quibus *libro* I. actum est) numerum, utpote nondum ejus nomine in archii sive grammateii tabularium albumve perscripto relatus fuerit, ut annonaria ista vel alia quælibet coronarum præmia posset percipere, vel se in diem esse percepturum sciret: quam quod publice intersit, ad voluptatem, quæ popolo paratur, ne ab animosa strenuaque decertatione, (ad quam spe præmiorum auferendorum accendi athletæ solent) quando quæ aliis illi obligaverint, ipsi utique perlaturi non sint, omnino retrahantur. Quæ ratio cessat in præmiis ob præteritas coronas jam debitis, quæve debitum iri jam certum est: quæ tamen ipsa, propterea quod athleta jam condemnatus sit, non magis quam stipendia militibus, aut professoribus debita, in causam judicati capi ac retineri præses provinciæ minime passurus est, ubi rem judicatam aliis rationibus exequi poterit; quemadmodum a Severo & Antonino [6] rescriptum olim didici. Quæ omnia vix est a nostris legum magistris ut explicentur, quæ assequutus eorum qui scripsere, videtur nemo: hic adeo visum mihi, qui omnibus prodesse cupio, interea loci depromere.

Hactenus de civilibus & Iselasticis hieronicarum annonis atque stipendiis: nam quæ Olympionicis antiquitus dabantur in Prytaneo forsitan convivio annonæ sive obsonia: iis non per annum, (nisi fallor) sed semel Olympiadibus singulis, sive lustris, aut donec festi ludorum dies elaberentur, apud Eleos excipi consueverant. Ita igitur istud Pausaniæ *Eliacon* I. fol. 127. intelligo: Ἔστι δὲ καὶ ἑστιατόριον Ἠλείοις, καὶ τοῦτ' ἔστι μὲν ἐντὸς τοῦ Πρυτανείου τοῦ οἰκήματος, τῆς δὲ ἑστίας ἐπαντικρύ· τοὺς δὲ τὰ Ὀλύμπια νικῶντας ἑστιῶσιν ἐν τούτῳ τῷ οἰκήματι. Quo ex loco nimirum ille alter Pindari mirum quantum illustratur, mutuoque ipsi affulget, nescio an satis hactenus perceptus ab Interpretibus, περὶ τῆς τοῦ δόρπου λύσεως *Olympionicarum* ode X. strophe III. ubi de institutore ludorum Olympicorum Hercule:

—— σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
Πατρὶ μεγίστῳ, περὶ δὲ πάξας·
Ἄλτιν μὲν ὅγ' ἐν καθαρῷ
Διέκρινε· τὸ δὲ
Κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
Τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ.

Utrumque illorum isto tertio Athenæi [7], versus ex Timocle in *Dracontio* quosdam proponentis, vel potius nostram de iis sententiam atque interpretationem firmatam atque comprobatam quantum potest arbitror: ubi parasitus artificium suum, aut vi-

---

1 Lib. I. *De quibus muneri vel præstatio juncta*, *l.* 3. cod. *tit.* & *l.* 6. *De Profess. & Med. lib.* X. *Cod.*

2 L. I. *Cod. de Profess. & Med. lib.* X.

3 In epist. quadam sive titulo *pro Argivis* fol. 256. ejus operum Lutetiæ nuper a Duvallio excusorum anno 83.

4 Epist CXIX. & CXX. lib. X. *Epist.* Plinii Secundi.

5 *L. Spem eorum* 5. *C. Qui potior. in pignor.*

6 *L. Stipendia* 4. *C. De execut. rei judic.*

7 Lib. VI. *Deipnosoph.* fol. 79. Ald. exempl. Græc. & Lat. interpretat. Lugduni nuper excusæ fol. 177.

tæ potius parasiticæ institutum ita commendat, ut non minus sibi paratum honoris causa prandium sine symbolo dicat, quam ipsis Olympionicis in Prytaneo exhiberi soleat, quin ipsum quoque in Prytaneo videri semper esse, cum sit ubique asymbolus:

Ἵνα δὲ μὴ πολλὰ μακρολογῶ δι' ἡμέρας:
Τεκμήριόν τι παμμέγεθες οἶμαί γ' ἐρεῖν,
Ὁ τῶν παρασίτων ὡς τετίμηται βίος.
Γέρα γὰρ αὐτοῖς ταὐτὰ τοῖς τ' Ὀλύμπια
Νικῶσι δίδοται χρηστότητος εἵνεκα.
Σίτησις· οὗ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαί,
Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Adde quartum a Platone in *Apologia Socratis*, ubi sic scriptum: *Τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν Πρυτανείῳ σιτεῖσθαι, πολύ γε μᾶλλον ἢ εἴ τις ὑμῶν ἵππῳ, ἢ ξυνωρίδι, ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι.* Ad priora illa obsonia, sive quæ ipsorum vicem darentur stipendia publica hieronicis, unde alerentur, qui patrias suas coronaverant, referendum hoc censeo, quod e Colophonii Xenophanis paulo ante fuit exhibitum:

Καί κε σιτεῖν δημοσίων κτεάνων
Ἐκ πόλεως ——

Quod satisne recte doctissimus Interpres his Latinis reddiderit (*Additur etiam publico sumptu*) ambigo; cum ad possessiones illas agonotheticas sumptibus omnibus sacrorum certaminum ab antiquis deputatas, Xenophanis illud vocabulum *κτεάνων* pertinere videatur, quarum ita sit in Jure nostro [1] mentio; ut de ipsis accipiendum non immerito *τὸ σύγκτησιν ἀγωνοφόρον* apud Modestinum *l. Titia* 34. *§.*1. *D. De leg.*2. excellentissimus Juris antistes Cujacius ostenderit [2] adversus illorum audaciam, qui ex Aristotele *ἀγνοφόρον* (illud scilicet quod non intelligerent depravatum existimantes) ausi sunt reponere. Ac similiter cum gymnicos ludos Herculeos nuncupatos ab ipsorum præside illo heroe, cujus & in agonibus, sive stadiis, & palæstris signa dedicata & posita sup. *lib. cap.* comprobatum plurimis Veterum testimoniis fuit: non absona fortasse conjectura seu potius divinatio hæc nostra, quam proponam, eruditis auribus futura est; quid enim in tanta veteris memoriæ obscuritate certi ac manifesti a mediocris ingenii vel doctrinæ homine quamlibet laborioso? & tamen ita sentio, donec erroris ab eruditioribus, quam ego sum, coarguar, ob ea quæ dicta sunt potuisse in parasitio illo horreo, quo primitias sacri frumenti parasitis recondebant, ludorum curatores, sive provinciales sacerdotes illi epulum vel annuum, vel quotidianum potius de sumptu publico ex illis agonotheticis, qui in Herculis parasitorum cœtum allecti post victoriam forent. quam in rem istud ex Athenæi lib. VI. *Deipnosoph.* fol.78. Aldini libri, quodam loco libet depromere; ubi e Sinopensi Diodoro in *Epiclero*, de dignitate parasitorum nominis antiqua: *Τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι· παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον, ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον· ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου· λέγεταί τ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως· τάδε ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς, μετὰ τῶν παρασίτων· οἵδε παράσιτοι ἔνα τῶν ἐκ τῶν νόθων, καὶ τῶν τούτων παίδων εἰς δικαστήριον.* Et paulo post, verba quædam ex Inscriptione columnæ in Castoris & Pollucis (Deorum enagoniorum utique, hoc est, ludis præsidentium) fano positæ referuntur: *Ἀλλὰ μὴν περὶ γὰρ τῶν παρασίτων ὁ λόγος, κἂν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος εἰς τὸν ἀγῶνα, τὰ μὲν δύο μέρη, τὸ μὲν ἕτερον τῷ ἱερεῖ, τὸ δὲ τοῖς παρασίτοις.* ubi tres in partes duo boves selecti, sic divisi, ut agoni una, sacerdoti altera, parasitis tertia cederet; & postea e Cratetis libro II. *de sermone Attico*: *Πρότερον δ' ἐκαλοῦντο παράσιτοι οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν ᾑρημένοι. καὶ ἦν ἀρχεῖόν τι παρασίτων.* Et postea de archio, sive parasitio: *Ὅτι δὲ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν, ἐν τῷ αὐτῷ νόμῳ τάδε γέγραπται· εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ τοῦ ἀρχείου καὶ τοῦ παρασιτίου· καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς διδόναι τὸ ἀργύριον,* &c. *Ἐκ τούτου δῆλόν ἐστιν ὅτι ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο παρασίτιον προσηγορεύετο· ταῦτα ἱστορεῖ καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Τετραπόλει, μνημονεύων τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων.* quæ postrema notanda verba censeo de parasitis Herculis. Atque ad istud ludorum tempore solitum ab ipsorum curatore sive sacerdote ac pontifice sive athlotheta epulum præberi parasitis Herculis (quod modo dixi) non male quispiam retulerit, aut certe ipsi adjunxerit, quod aliis etiam honestioribus viris, qui undiquaque ad celebritatem, sive religionis, sive voluptatis, hoc est, oculorum pascendorum ergo confluerent; epulum itidem exhibitum de Plutarcho in *Symposiacis Quæstionibus* addidici: quo loco *lib.* V. *quæst.* II. fol.1199. & 1200. de ludis Pythiis & Petræo agonotheta convivii præbitore ait: *Ἐν Πυθίοις ἐγίνοντο λόγοι περὶ τῶν ἐπιθέτων ἀγωνισμάτων.* Et statim: *Καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἑστιῶντος ἡμᾶς Πετραίου τοῦ ἀγωνοθέτου πάλιν ὁμοίως λόγων προσπεσόντων ἠμύνομεν τῇ μουσικῇ,* &c. Item postea *eodem libro quæst.* III. fol.1201. ubi de Isthmiis & Lucanio archiflamine, sive pontifice, convivii exhibitore: *Ἠπιτῦς ἐζητεῖτο καθ' ὃν λόγον ἐν Ἰσθμίοις στέμμα γέγονε· καὶ γὰρ ἦν τὸ δεῖπνον ἐν Κορίνθῳ Ἰσθμίων ἀγομένων, ἑστιῶντος ἡμῖν Λουκανίου τοῦ ἀρχιερέως· Πραξιτέλης μὲν οὖν ὁ περιηγητὴς τὸ μυθῶδες ἐπῆρεν,* &c.

CAP. XVIII.

Adhuc de annonariis hieronicarum sumptibus ex Dionysio, Athenæo, Laertio & Plutarcho, cujus alter quidam locus exponitur. Victorialia seu Victricia convivia hieronicis ab ipsorum amicis olim præbita: ἑστιᾶν τὰ ἐπινίκια, ἤγουν νικητήρια. De Autolyco hieronica excepto cœna victoriali e Xenophonte atque Athenæo, cujus Interpres notatur. Item de Phoco ex Plutarcho, hujus itidem notato Interprete: ac etiam ex Athenæo, quem corruptum Interpres non animadvertit, nos integritati suæ restituimus & explicamus, Hieronicis Sosiclis & Agathoni a Musico agone victorialem cœnam amicos præbuisse.

PRÆTEREA referendum ad sumptus illos annonarios pro athletis autumo, quod fructus ex hujusmodi victoriis per totum vitæ tempus athletas percepisse, ut abunde ipsis esset unde se alerent, Dionysius Halicarnasseus *ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς*, fol.42. retulit, sic fere: *Καὶ ἀγωνιζομένῳ*

1 *L. ultim. de fun. patrim* & *l. penult. de divers. præd. urban. & rust. C. lib.* III. quarum ista desumpta est ex *Novell.* III. Martiani *de prædiis civitat. om.*

2 In *Comment. ad tres postremos Cod. libros ad d. l. ultim.*

μένῳ ταῦτα καθ' ἕκαστον ἀγῶνα, καὶ παυσαμένῳ παραμένουσι τὸν βίον σύμπαντα οἱ καρποὶ ἀπὸ τῆς νίκης τὴν περιουσίαν τοῦ βίου ἄφθονον παρέχοντες: tum vero quod mulo vetulo, juniores tamen & robustiores ad vecturam comitanti, atque adeo qua posset cohortanti, cum ædem Minervæ Athenienses conderent, frumentum hordeumque publicum ad satietatem usque, tanquam si opus ipse quoque faceret, exhiberi voluisse, velut in Prytaneo sportula sive annona ei decreta, sicut athletæ jam ætate confecto, Ælianus [1] quodam loco memorat: Ἀλλ' ἐάν ἐς χόρον σιτεῖσθαι καὶ τὸν δῆμον (inquit) ἐκτίνειν τὸ ἀργύριον ἐν Πρυτανείῳ τρόπον τινα ἀθλητῇ σιτήσεως δοθείσης ἤδη γέροντι. Denique hoc quoque, quod cum crescerent in immensum hujusmodi sumptus in hieronicas ab Atheniensibus facti, in eos (inquam) qui suæ ditionis forent, Solon modum ipsis lege lata præstituerit, sed ita ut dapsilius atque liberalius longe Olympionicis, quam reliquis hieronicis, demensum præberi voluerit, si Diogeni Laertio fides, cujus hæc fere verba sunt in *Solone*, libro I. *de Vita Philosoph.* fol. 20. lib. a Steph. excusi: Συνέστειλε δὲ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν, Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμάς· Ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατὸν, καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἀπειρόκαλον γὰρ ἐξαίρειν τὰς τούτων τιμάς: cujus rei Plutarchus etiam in *Solone*, fol. 166. lib. a Steph. excusi, commeminit, ubi sic est: Τῷ δ' Ἴσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι· τῷ δ' Ὀλύμπια πεντακοσίας: unde intelligendus est omnino alter Plutarchi locus in *Aristide*, ad finem fol. 614. ubi tradit Polycritæ Lysimachi filiæ ab Atheniensibus tantam decretam fuisse, quanta solet Olympionicis tribui, annonam, quingentas drachmas igitur: Ἔτι δὲ Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολειπόντος ὁ Καλλισθένης φησὶ καὶ ταύτῃ σίτησιν ὅσην, καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις ὁ δῆμος ἐψηφίσατο. Victorialibus insuper privatorum, tamen amicorum, cœnis atque conviviis excipi solitos hieronicas etiam pueros, eorumque parentes atque amicos intimos, apud veteres Græcos ex Athenæi, Xenophontis, & Plutarchi locis simul comparatis colligo, quod dicebatur τὰ νικητήρια vel ἐπινίκια ἑστιᾶσθαι. Autolycum, qui pueros Panathenæis pancratio vicerat, amator ipsius Callias Hipponici filius, patremque ipsius ad curulis certaminis spectaculum deduxit, eoque finito, ipsis aliisque amicis domi suæ apud Piræeum epulum præbuit: qua de re ita Xenophon [2]: Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων ἐπὶ τὴν θέαν· ὡς δὲ καὶ ἱπποδρομία ἔληξεν, ἔχων τούτε Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἀπῄει εἰς τὴν ἐν Πειραιεῖ οἰκίαν· συνείπετο δὲ αὐτῷ καὶ Νικήρατος, &c. αὐτὸς δὲ προσῆλθε τοῖς ἀμφὶ Σωκράτην, καὶ εἶπεν· εἰς καλόνγε ὑμῖν συντετύχηκα· ἑστιᾶν γὰρ μέλλω Αὐτόλυκον καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ, &c. ἔπειτα δὲ αὐτῷ οἱ μὲν γυμνασάμενοι καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Αὐτόλυκος μὲν οὖν παρὰ τὸν πατέρα ἐκαθέζετο, οἱ δ' ἄλλοι, ὥσπερ εἰκὸς κατεκλίθησαν. Athen. quoque libro V. *Deipnosoph.* sub init. in fol. 54. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Ξενοφῶντος συμπόσιον, καίπερ ἐπαινούμενον, οὐκ ἐλάττους ἔχει τούτων ἐπιλήψεις. Καλλίας μὲν γὰρ συνάγει τὸ συμπόσιον, ἐπειδήπερ τὰ παιδικὰ αὐτοῦ Αὐτόλυκος Παναθηναίοις παγκράτιον ἐστεφανώθη· καὶ εὐθὺς οἱ κατακλιθέντες τῷ παιδὶ προσέχουσι τὸν νοῦν· καὶ ταῦτα τοῦ πατρὸς παρακαθημένου. ubi perperam Interpres Latinus recentior τὸ παγκράτιον *quinquertionem* reddidit. De Phoco filio Phocionis cum Panathenæis victoriam ex pugna de curru commissa reportasset, Plutarchus in *Phocionis Vita* fol. 1377. narrat, multis petentibus victori epulum victoriale præbere, Phocionem, rejectis cæteris, uni hanc munificentiam permisisse, qui cum splendidum & fastuosum parasset convivium, cæterum hoc quoque operam cumprimis dederat, ut pedibus advenientium convivarum lavacra ex vino cum aromatibus præsto essent ac exhiberentur. Quod advertens Phocion ita filium Phocum, vinosum alioqui ac dissolutum adolescentem, compellasse fertur, *Non compesces*, inquit, *socium tuum, o Phoce*, (sic malo, quam quod Cruserius *amicum nostrum* vertit) *qui victoriam deformat tuam*: Φωκίων δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι (ait ille) Παναθηναίοις, ἀποβάτην ἐφῆκεν, &c. νικήσαντος δὲ, καὶ πολλῶν αἰτουμένων ἑστιᾶσαι τὰ νικητήρια, τοὺς ἄλλους Φωκίων παραιτησάμενος, ἑνὶ τὴν φιλοτιμίαν ταύτην παρεχώρησεν· ὡς δὲ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ἄλλην τε σοβαρὰν ἑώρα παρασκευὴν, καὶ ποδονιπτῆρας οἴνου δι' ἀρωμάτων προσφερομένους τοῖς εἰσιοῦσι, καλέσας τὸν υἱὸν, Οὐ παύσεις (ἔφη) τὸν ἑταῖρον, ὦ Φῶκε, διαφθείροντά σου τὴν νίκην. Quam historiam ita expressam ab Athenæo, (tamen sciendum est tanquam non a socio filii cœna fuerit patri & filio victori parata, sed pater filio ipsiusque sociis epulum ob filii victoriam præbuerit) sic quidem, ut verba in autographo Græco, quod omnino sequutus Dalechampius eruditissimus Interpres, concepta sunt: Νικήσαντος γοῦν αὐτοῦ (de Phoco loquitur) ἵπποις Παναθηναίοις· ὡς ὁ πατὴρ εἱστία τοὺς ἑταίρους, συνελθόντων εἰς τὸ δεῖπνον, λαμπρὰ μὲν ἦν ἡ παρασκευὴ, καὶ τοῖς εἰσιοῦσι προσεφέροντο ποδονιπτῆρες οἴνου δι' ἀρωμάτων.

Sed cum cætera omnia cum Plutarchi verbis conveniant, equidem non dubito quin hic Athenæi locus mendo gravissimo laboret, ita persanandus, ut pro εἱστία τοὺς ἑταίρους, legatur, mutatione facillima & (ut sic dixerim) familiarissima, εἱστιᾶτο ὑφ' ἑταίρου συνελθόντων: deleto posteriore σ, quod in ἑταίρους desumptum & repetitum, depravata pronunciatione ex initio subsequentis vocabuli, priore vero quod erat in τοὺς immutato in φ, & separatis, quæ per errorem coaluerant, præcedentibus literis, in libro alioqui corruptissimo. Hæc igitur castigati, ut suadeo, loci hujus erit sententia, quæ prioris illius, quem a Plutarcho superius expressi: ut ab amico sive socio filii non minus intemperante ac nepote seu prodigo, quam esset Phocus, (nam similes cum similibus veteri

1 Lib. VI. *de Animal.* cap. XLIX. huc ea pertinent quæ inferius adfero ad extremum *sermonis* XXVIII. hoc ipso *libro* de alimonia equis Circensibus præstita. Quæ vero historia hoc loco ab Æliano enarratur, eam & apud Plutarchum in *Marco Catone* fol. 620. libri Stephanici possis deprehendere: Ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, (ait) ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους, μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους· ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν, συμπαρατρέχειν καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένην καὶ συνεξορμῶσαν· ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο.

2 In *Symposio* statim in ipso initio fol. 509. edit. Stephani. Hic est Autolycus athleta, quem cum baculo sublato cædere pararet Callibius Spartiata, præsidio arcis Athenarum a Lysandro impositus, ipse illum cruribus sublatum prostravit in terram, (uti Plutarchus in *Lysandro* memorat fol. 808.) robore scilicet artificioque ac more athletico.

proverbio facile congregantur) cum ipso, & Phocion hujus pater, illa cœna victoriali una cum aliquot amicis adeo splendide exceptus fuerit. Et sane sive Phocus, sive Phocion cœnam præbuissent, non fuit quamobrem hic filio juberet socium admonere, ut tam insignem victoriam Phoci hac sua intemperantia fœdare desineret: quam sibi potius imputare pater intemperantiam debuit; sive ipse, sive apud se sociis cœnam filius præbuit. Verba enim ista, quæ cum illis Plutarchi congruunt, subdita legas apud Athenæum, ὡς ἰδὼν ὁ πατὴρ, καλέσας τὸν Φῶκον, ἐ παύσεις, ἔφη, τὸν ἑταῖρον διαφθείροντά σου τὴν νίκην: & statim de Callia Hipponici filio ita loquitur, ut asotorum, ac nepotum, lurconum, inquam, & prodigorum numero ascribat illum scilicet a quo superius memoravi exceptum cœna victorem pancratio Panathenaico Autolycum puerum, & ipsius patrem: Οἶδα καὶ ἄλλους ἀσώτους πολλοὺς, περὶ ὧν ὑμῖν καταλείπω ζητεῖν, πλὴν Καλλίου τοῦ Ἱππονίκου, ὃν καὶ οἱ τῶν παίδων οἴδασι παιδαγωγοί.

Sic ob victoriam non gymnicorum aut equestrium, sed musicorum agonum cœna exhibebatur ab amicis victori, antequam gymnici ludi committerentur, ut ex iis colligitur, quæ superiore *libro* bis attulisse me recordor, Plutarchi quæst. IV. *Sympos. Problem.* in princip. verbis, Σωσικλέα τὸν Κορωνῆθεν Πυθίοις νενικηκότα ποιητὰς εἱστιῶμεν τὰ ἐπινίκια: & ex istis Athenæi lib. V. *Deipnosophist.* sub. fin. in fol. 69. Agathonem dicentes tragœdia vicisse Lenæis, hoc est, Bacchicis, ludis, ob quam victoriam epulum exhibitum fuerit, qua de re agentem Platonem temporis rationem, quo id factum sit, nullam habuisse, multumque a rei gestæ ordine abscessisse: Ἀριστίων, ἐφ' οὗ τὸ συμπόσιον [illegible]κειται ἀνηγμένον, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν Εὐφήμου πρότερος ἦρξεν. καθ' ὃν Πλάτων τὰ Ἀγάθωνος νικητήρια γέγραφεν, &c. ὅλως δὲ λῆρός ἐστι τῷ Πλάτωνι τὸ συμπόσιον. ὅτε γὰρ Ἀγάθων ἐνίκα, Πλάτων ἦν δεκατεσσάρων ἐτῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Εὐφήμου στεφανοῦται Ληναίοις, &c. ἐφ' οὗ τὰ ἐπινίκια Ἀγάθωνος ἑστιῶνται. Tum ex Platone in ipso τοῦ Συμποσίου initio fol. 173. Edit. Steph. subjicit: Ἀλλ' εἰπέ μοι, πότ' ἐγένετο ἡ συνουσία αὕτη; κἀγὼ εἶπον, ὅτι παίδων ἔτι ὄντων ἡμῶν, ὅτε τῇ τραγῳδίᾳ (apud Platonem est παίδ. ἡμ. ὄντ. ἔτι ὅτε τῇ πρώτῃ τραγ.) ἐνίκησεν ὁ Ἀγάθων. ὅτι δὲ πολλὰ ὁ Πλάτων παρὰ τοὺς χρόνους ἁμαρτάνει, δῆλόν ἐστιν ἐκ πολλῶν, &c. Adjicit autem Plato initio *Symposii*, fol. 173. sequenti post victoriam die, ob ipsam agendis gratiis eum cum chori sociis peragendis Deo sacrificiis vota exsolvisse, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε, καὶ οἱ χορευταί. Cœnam autem victorialem in ædibus victoris Agathonis exhibitam ista Platonis evidenter ostendunt, quæ fol. 174. adjicit: Καὶ ἔρεσθαι αὐτὸν ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημένος, καὶ τὸν εἰπεῖν ὅτι ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγε τοῖς ἐπινικίοις, φοβηθεὶς τὸν ὄχλον, ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι. Tum de Agathonis victoria Socrates ad ipsum in fol. 175. vide & in fol. 194. idipsum: Ἡ δὲ σὴ (σοφία) λαμπρά τε, καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα. ἥ γε παρὰ σοῦ νέου ὄντος οὕτω σφόδρα ἐξέλαμψε, καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο πρώην ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τρισμυρίοις. Ex quo etiam perspicua efficitur nostra illa loci Athenaici castigatio: nimirum hieronicæ, aut quibuslibet agonibus victores, neutiquam, certe quidem non prius ipsi amicos excipere cœna, sed excipi ab amicis consueverant, gratulationis scilicet suique in amicum victorem ipsiusque parentem benevoli animi testandi gratia: sicuti adventitiam eandemque viaticam cœnam redeunti e peregrinatione aliqua dari apud Veteres a propinquis & amicis solitam, (δεῖπνον ὁδοιπορικὸν ab Athenæo, ὑποδεκτικὸν a Plutarcho dicitur) cujus plerisque locis apud Plautum mentio fit, prolatis aliorum Auctorum testimoniis ante annos admodum viginti cap. VI. lib. I. *Semestrium* docere memini, quam ad rem alia complura possim adjungere, quæ hujus loci ac temporis non esse arbitror.

CAP. XIX.

Ab Alcibiade, Leofrone, aliisque hieronicis amicos, immo alios plerosque, victoriali convivio exceptos. De Empedoclis & Ionis ob victoriam equestribus & musicis ludis partam in populum munificentia. Mendum ex Athenæo interea sublatum, quod Interpretem fugit. Κεράμειον. *Epulum amicis a Scopa pugile ac hieronica exhibitum. Confirmata loci Athenaici sup.* capite *prolata restitutio, reprehenso Interprete, ludis triumphalibus a munerario datum populo epulum, & Æmilii Pauli æmulatione in Macedonia ab Antiocho Rege apud Daphnem non tam ex Romano, quam e Græco vetusto more, quem Conon Athen. & Philippus Macedo in cæteris tenuerint. Mendum e Suda sublatum, Athenæo adhibito. A Sylla victore præbita populo epula sumptuosissima, sicut olim a Valerio primo Consule Romano post triumphum, & ab Herode itidem post celebratum variis agonibus festum conditæ Cæsareæ diem.*

SUPERIORA vero nolim sic accipi, tanquam prorsus hoc negem, a victoribus athletis post suum reditum exceptos amicos aut sodales festivo aliquo epulo, quale hi antea ipsis eorumque parentibus præbuissent. Nam & Alcibiadem post celebres illas Circensibus Olympicis victorias ἀφειδῶς ἑστιᾶσαι πολλοὺς *multos perliberaliter convivio excepisse*, cum ex hostium numero alii alia, vinum autem καὶ τὴν ἄλλην ὑποδοχὴν, hoc est, & cætera invitatis epulo excipiendis necessaria, Lesbii præbuissent, a Plutarcho in *Alcibiade* fol. 357. traditur: immo non multos tantum, sed universam hominum, quæ ad ludos festaque Olympica convenerat, multitudinem, peractis Olympio Jovi sacrificiis, scilicet quod primus, secundus, ac tertius curriculo victor esset renunciatus, quemadmodum libro III. *Agonistici* cap. XXI. dicemus, idque ipsum similiter Leofronem Olympionicam fecisse Athenæus [1] narrat, Empedoclem vero Agrigentinum equis in eodem certamine victorem, cum esset Pythagoricus, animatisque cibis abstineret, e myrrha, thure, pretiosisque aliis odoribus fictum bovem illis distribuisse, qui in eo totius Græciæ conventu occurrissent: Ἀλκιβιάδης δὲ Ὀλύμπια νικήσας (inquit) ἅρματι πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος, εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, θύσας Ὀλυμπίῳ Διῒ, τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασε. τὸ αὐτὸ ἐποίησε καὶ Λεόφρων Ὀλυμπιάσιν, ἐπινίκιον γράψαντος τοῦ Κείου Σιμωνίδου. Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀκραγαντῖνος ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν, καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης, καὶ λιβανωτοῦ, καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. Et adjicit superioribus Athenæus Ionem Chium Athenis, in agenda tragœdia victoriam adeptum, Athenien-

1 Lib. I. *Deipnosoph.* sub initium in fol. 4. ex quo eadem omnia Sudas in Ἀθηναῖος.

ſium cuique viritim fictile Chium (ita namque Interpres Athenæi non ſatis commode reddidit) largitum fuiſſe: Ὁ δὲ Χῖος Ἴων τραγῳδίαν νικήσας Ἀθήνῃσιν, ἑκάςῳ τῶν Ἀθηναίων ἔδωκε Χῖον κεράμειον. Vel ſicuti legendum autumo, ut Chii (nempe vini, cujus plurima paulo poſt mentio [1]) urceus aut amphora intelligatur (quando κεράμιον orcium, amphora eſt in veteri Gloſſario, ſive Græco-Lat. Lexico [2]) Χίου κεράμειον. Quo genere idem Athenæus οἴνου κεράμιον uſurpavit, ubi de monomachia & ſaltatione Celtarum, lib. IV. *Deipnoſ.* fol. 38. Ald. Exempl. loquitur: Ἄλλοι δ' ἐν θεάτρῳ λαβόντες ἀργύρειον ἢ χρυσίον, οἱ δὲ οἴνου κεραμίων ἀριθμόν τινα, καὶ πιςωσάμενοι τὴν δόσιν, &c. Et eadem ſignificatione κεράμιον ἐλαίου pro vaſculo ſive lenticula olei Scholiaſtes Ariſtophanis [3] protulit eo *Nubium* loco, unde verba in XXII. capite *Agoniſt.* hujuſce libro II. conferam. Denique apud Scopam quoque pugilem coronatum, cui carmen, quale componi victoribus ſolet, mercede pacta Simonides ſcripſerat, grande convivium in honorem ejuſdem victoriæ fuiſſe, adhibitumque ei cœnæ Simonidem, & cum nuncio excitus foret quod eum duo juvenes equis advecti deſiderare majorem in modum dicebantur, vix eo limen egreſſo triclinium ſive conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe, immo ſupra convivas corruiſſe, narrat poſt Ciceronem in II. *de Oratore* Fabius *Inſtitut. Orat.* libro XI. capite XI. unde verba ſuperius, *capite* XII. hujuſce *libro* II. cum de epinicio carmine agerem, protuliſſe me recordor. Quæ tametſi vera ſunt, hoc nihilominus interea omni aſſeveratione confirmo, nihil eſſe propterea, cur minus probabilem caſtigationem Athenaici loci noſtram aliquis exiſtimare debeat, ſi mentem auctoris ita uti decet attente conſideraverit: quanquam Interpretum Plutarchi perſpicaciſſimorum Xylandri & Cruſerii in ſuis *ad Phocionem adnotationibus*, Athenæum citantium, oculos illos Lynceos fefellit, ac latuit, manumque Dalechampii ipſius medicam exploratæ virtutis ac fidei apud Athenæum, iſtud eo periculoſius, quod in imo lateret, ac difficilioris curationis ulcus evaſit, noſtræ (ut ſpero) ceſſit. Ceſſiſſe vero, iſta etiam ipſius Athenæi verba, in extremo lib. V. *Deipnoſoph.* ea de re agentis, omnino comprobant, quæ vel ideo quod Autolyci patrem præferunt, omittere non debeo Xenophontis ἀνιςορησίαν: (non ſine calumnia fortaſſe auctoris incuſantia) Καθάπερ οὐδὲ καλὸς Ξενοφῶν, ὃς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται, Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου, Αὐτολύκου τοῦ Λύκωνος ἐρῶντα, καὶ νενικηκότος αὐτοῦ παγκράτιον, ἑςίασιν ποιούμενον, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα, τὸν ἴσως μηδὲ γεννηθέντα, ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. ἔςι δὲ οὗτος ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Ἀριςίων ἄρχων ἦν· ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοςράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Αὐτολύκου. Ubi quod eruditiſſ. alioqui Dalechampius Calliam *epulantem* vertit, probare nullo modo poſſum: cum *præbentem convivium*, aut *epulum*, juxta ipſam verborum proprietatem, & eorum, quæ ſuperius enarrata ſunt, rationem, interpretari debuerit ἑςίασιν ποιούμενον, quod eſt παρεχόμενον, & quod materna lingua dicimus, ducto forſitan etymo a Græcia [4], *faiſant le feſtin:* alio Græco verbo ὑποδοχὴν ποιούμενον: cum Plutarchus quoque ita ἑςιάσεις τῷ δήμῳ πολυτελεῖς ποιεῖσθαι de Sylla ſcripſerit, eo, quem inferius hoc ipſo *cap.* ad extremum proponam, loco. Scirrhæis quidem ludis, prope Athenas, cum juvenum choro, qui ſecum decurriſſent, victorem pentaploa poculo donatum pro præmio, cum ipſis inſuper commeſſatum, aut, quod malim, convivio ſeu epulo exceptum, ex Athenæi *Deipnoſophiſt.* XI. libro ſuperius de præmiis agonum vetuſtis agens docui, ſicuti poſt partam victoriam ab Imperatoribus Romanis datum militibus, atque apud Romam ipſam poſt triumphum peractum, & amicis, & populo epulum antiquitus, in Capitolio, & Herculis ipſa cella, equidem Athenæi, Joſephi, Dionis, & aliorum Auctorum locis adhibitis comprobare poſſim: quos alibi commodius proferam, ſi non illis adjunxero potius, quos in eam rem illo *cap.* VI, lib. *Semeſt.* dudum a Plutarcho, Dione, Zonara exhibui, ubi hoc quoque docui, Romæ, qui ludos darent, ab ipſis epulum præberi ſolitum, & nonnunquam inter ipſa eorum ſpectacula. Itaque & Antiochum Regem æmulatione Pauli Æmilii Romani, qui ludos in Macedonia ediderat, dum omni munificentiæ, largitionis, aut profuſionis genere ipſum ſuperare tentabat, ludis illis apud Daphnem ſumptuoſiſſimo pompæ apparatu editis, adjunxiſſe inſuper ſplendidiſſima convivia, quibus hoſpites (quos undique ludorum cauſa, miſſis etiam legatis, acciri juſſerat) acciperet Poſſidonii fide ab Athenæo [5] proditum his verbis: Ἀντίοχος βασιλεὺς ἐπιτελῶν τοὺς ἐν Δάφνῃ ἀγῶνας ἐποιήσατο καὶ αὐτὸς ὑποδοχὰς λαμπρὰς, ὡς αὐτὸς

---

1 In extremo lib. I. *Deipnoſoph.* fol. 16. Ald. Exempl. pro quo Suidas id ipſum *in* Ἀθηναῖος.

2 Excuſo ab Henrico Steph. anno 1573. col. 10. & 513. ubi neutro genere *Orcium*, & *Orciolum*, pro *Urceus*; ut in *Excerptis* ex alio veteri Lexico Græco-Lat. apud eumdem col. 271. *Orciolum* ςάμνος: cum in primo Gloſſario Latino-Græco col. 228. *Urceus* ſit ςάμνος, & in Græco-Latin. poſtremo ſimiliter in col. 613. ςάμνος *matella*, *urceus*, *urna*. Suidas: Κεράμειον ἀγγεῖον. *Orceum*, *orcium*, *orceolum* ſive *urceolum* neutro genere profertur κατὰ μεταπλασμὸν, ſicuti ὁ ζυγὸς, τὸ ζυγὸν, ὁ ῥύπος, τὸ ῥύπον, & alia quæ notat Euſtath. *ad Hom. Odyſſ.* VI. fol. 1553. & ita *orceolum* in illa lavacri Ligoriana tabula, quam exhibet Mercurialis lib. I. cap. X. *Artis Gymnaſt.* fol. 28. pag. 2.

3 Apud Hom. *Iliad.* ἰ. fol. 465. Euſtathius adnotat κέραμον eſſe, vel λάγυνον, vel πίθον, ad illud Homeri ſcribens,

Πολλῶν δ' ἐκ κεράμων μέθυ πίνετο τοῖο γέροντος.

Quod in *Theſauro* Stephanus protulit: ſic & apud Arrianum *Epicteto* capite II. libro I. Κεράμιον pro vaſe, urceo nimirum amphorave, poſitum advertas: quo loco: ἀλλ' ᾔδει ὅτι ἢ καθεδεῖται ὡς κεράμιον, ἢ λέγων ἐρεῖ ἃ εἶδεν, ὅτι ὁ Καῖσαρ θέλει: & apud Ariſtidem Rhetorem in *Ægyptio* fol. 96. Καὶ μέντοι δὴ ὧν ἴσμεν Αἰγύπτιοι κεράμια ὕδατος, ὥσπερ ἄλλοι οἴνου πιμπλᾶσι. καὶ ἔχουσι τριῶν καὶ τεττάρων ἐτῶν ἔνδον, καὶ ἔτι πλειόνων· καὶ τῷ χρόνῳ σέμνυνουσι ὥσπερ ἡμεῖς τὸν οἶνον.

4 Ut ſpiritus aſper in digamma Æolicum tranſierit ἑςίασις *feſtin.* Quamquam non ignoro, propius ac verius eſſe, ut a *feſti* vocabulo a Latinis oriundo ſit deductum: idque ideo quod feſtis & ſolennibus diebus publicis privatiſque dari, ut antiquitus apud Ethnicos, (qua de re lib. I. *Semeſt.* cap. VI. plene diſſerui) ſic apud noſtros hodieque convivia ſeu epula ſolitum.

5 Lib. V. *Deipnoſoph.* fol. 68. Ald. Exempl. De ludorum autem apparatu illo ſumptuoſiſſimo egerat idem Auctor in fol. 57. eo lib. ubi de Græcorum citatione aut evocatione ad ludos Regis illius juſſu facta.

φυσι Ποσειδώνιος, & cætera, quæ ibi videas licet: ut viritim integra fercula & cibaria convivis distribueret, & alia multa largiretur, quæ singillatim ille non est gravatus persequi.

Nam quod hospites conviviis exceperit, hoc imitatione Romanorum, qui morem Græcum tenuerant, ab isto factum ista Dionysii Halicarnassei [1] verba comprobant, ubi de ludis ex voto Dictatoris Postumii a Senatu Romano decretis: Ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ἡμέραις ταύταις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐγίνετο νόμοις Ἑλληνικοῖς κατά τε πανηγυρισμοὺς, καὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἐκεχειρίας, ἃ πολύεργον ἂν εἴη λέγειν: & hic enim & apud Athenæum, ut sæpe apud Plutarchum iis locis, quod Lexicographi non prætermisere, τῶν ὑποδοχῶν vocabulo convivia seu epula significari sentio. De Paulo Æmilio quod dixi, spectacula simul cum sacrificiis, & vero epula in Macedonia Græcis victorem profligato Perseo & capto præbuisse, Plutarchus in *ejus Vita* fol. 492. & 493. prodidit his omnino verbis: Θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο, χορηγίᾳ μὲν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀφθόνως χρώμενος, &c. ἔλεγε τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς, παρατάξεώς τε προστῆναι καλῶς, καὶ συμποσίου τὸ μὲν, ὅπως φοβερωτάτη τοῖς πολεμίοις, τὸ δ᾽, ὡς εὐχαριστότατον ᾖ τοῖς συνοῦσιν. Quæ postrema ut prius sic aliquanto accuratius a Livio relata eo *libri* XLV. *cap.* XXXII. loco, quem superioris tractatus XXIX. *sermone* proposui. Nam (ubi de ludicro, quod magno apparatu Cos. Æmilius Amphipoli fecit) & artificum, athletarum, equorum nobilium multitudo conveniret, & legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorum hominumque causa fieri magnis ludis in Græcia solet, &c. Epulæ quoque legationibus (ait) paratæ, & opulentia & cura eadem. Vulgo dictum ipsius ferebant: *Et convivium struere, & ludos parare, ejusdem esse, qui vincere bello sciret.* Ejusdem Auctoris verba de convivio, quo Antonius Triumvir constituendæ Reipub. Græcos Athenis post allatum de superato Labieno nuncium exceperit, hoc loco iterum proponere nihil attinet, quæ *superiore lib. cap.* XXIX. exhibuisse me recordor. Ista potius Diodori Siculi lib. X. *Biblioth.* fol. 139. unde alia quæpiam attuli *lib. super. cap.* XXIX. de convivio Græcis undique illo qui confluxerant exhibito post certamina & sacrificia Olympica, ob Olynthum expugnatam a Philippo Macedone, juvat in eam rem quam dixi depromere: Πανήγυριν δὲ μεγάλην συστησάμενος, καὶ λαμπροὺς ἀγῶνας ποιήσας, πολλοὺς τῶν ἐπιδημούντων ξένων ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις παρελάμβανε. παρὰ δὲ τοὺς πότους πολλαῖς ὁμιλίαις χρώμενος, καὶ πολλοῖς μὲν ποτήρια διδοὺς κατὰ τὰς προπόσεις, οὐκ ὀλίγοις δὲ δωρεὰς ἀπονέμων, πᾶσι δὲ μεγάλας ἐπαγγελίας εὐχρήστως ποιούμενος, πολλοὺς ἔσχεν ἐπιθυμητὰς τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας. Philippi patris imitatione Alexander Magnus, (si qua Sudæ fides) post superatos navali pugna Lacedæmonios, munito Peiræo, & peracto hecatombes sacrificio, Athenienses omnes e pulo excepit, quod ipse quidem narrat ab Athenæo illo *in* Ἀθήναιος his admodum verbis: Ὁ μέγας Ἀλέξανδρος κἀκείνην νικήσας ναυμαχίαν Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, ἑκατόμβην θύσας, πάντας εἱστίασεν Ἀθηναίους. Sed mendosus est Sudas, quod enim Alexandro ille, id ipse Athenæus lib I. *Deipnosoph.* in princip. in fol. 4. Cononi tribuit, sic fere scribens: Τοιοῦτος ἦν τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, Κόνων δὲ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακ. καὶ τειχ. τὸν Πειρ. ἑκατ. τῷ ὄντι θύσας, καὶ οὐ ψευδωνύμως πάντ. Ἀθην. εἱστίασεν. Male igitur apud Sudam κἀκείνην legitur, cujus vice reponendum καὶ Κόνων: & quod Alexandro illius verbis, hoc ipsum Cononi Athenæi fide assignandum admoneo. Sane quod Calliam summum virum Herodotus tradit in *Erato* sive lib. VI. fol. 236. Edit. Steph. ad cæteras ejus præcipuas laudes, ob libertatem patriæ assertam, inde non parum sibi peperisse nominis; quod Olympicis agonibus & equo singulari victor esset renuntiatus, & quadrigæ secunda præmia abstulisset: Pythiis etiam antea victoriam consecutus foret; apud omnes insuper Græcos ob sumptus maximos quos fecisset, non in ipsa magis ludorum editione (ut equidem interpretor) quam in festiva & lauta epulorum exhibitione (quibus Græcos pergræcantes exceperat) illustrem evasisse: Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον (inquit) πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινὰ ἔχειν, τοῦτο μὲν τὰ προλελεγμένα ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα· τοῦτο δὲ τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησε ἵππῳ νικήσας, τεθρίππῳ δὲ δεύτερος γενόμενος, Πύθια δὲ πρότερον ἀνελόμενος ἐφανερώθη ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστῃσι δαπάνῃσι. E Romanis etiam postea populo Rom. magnifica & sumtuosa convivia victorem Syllam præbuisse, adeo ut superamenta obsoniorum in profluentem quotidie dejicerentur, vinum vero quadragenarium & vetustius ebiberetur, Plutarchus in *Sylla* fol. 866. his verbis memorat: Ἀποθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης ὁ Σύλλας τῷ Ἡρακλεῖ δεκάτην, ἑστιάσεις ἐποιεῖτο τῷ δήμῳ πολυτελῶς, καὶ τοσοῦτον περιττὴ ἦν ἡ παρασκευὴ τῆς χρείας, ὥστε παμπληθῆ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν εἰς τὸν ποταμὸν ὄψα ῥιπτεῖσθαι, πίνεσθαι δὲ οἶνον ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ παλαιότερον. Herodes denique, (ut apud Josephum [2] legimus) exhibitis ob Cæsareæ a se conditæ dicationem Augusti Cæsaris nomini factam agonibus variis atque spectaculis, non populorum modo legatos, sed & alios quoslibet, qui undique illius celebritatis gratia convenerant, super hospitia, mensis quoque, ac exquisitis epulis omnes excepit: Ἅπαντας ἐξεδέξατο καταγωγαῖς καὶ τραπέζαις καὶ διηνεκέσιν ἑορταῖς. Longe antea, & vero a prima triumphi, quem Romulus de Cæcinatibus & Antemnatibus apud Romam egit, origine, Romani e victoria reversi a popularibus omni gratulationis affecti genere, oblatis etiam plenis vino crateribus, mensis præterea omni eduliorum specie refertis, quas advenientibus nobilissimi quique cives paraverant: id quod a Dionysio Halicarnasseo lib. II. *Rom. Antiquit.* fol. 192. in hæc verba traditur: Οἱ δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως ὑπήντων αὐτοῖς ἅμα γυναιξί τε καὶ τέκνοις παρ᾽ ἄμφω μέρη τῆς ὁδοῦ, τῇ τε νίκῃ συνηδόμενοι, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἐνδεικνύμενοι φιλοφροσύνην. ὡς δὲ παρῆλθεν ἡ δύναμις εἰς τὴν πόλιν, κρατῆρσί τε ἐπετύγχανεν οἴνῳ κεκραμένοις καὶ τραπέζαις τροφῆς παντοίας γεμούσαις, αἳ παρὰ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν οἰκιῶν ἔκειντο, ἵνα τοῖς ἐμφορεῖσθαι βουλομένοις ᾖ. Præbitum itaque non a Romulo triumphatore, (hic quidem) sed ipsi ac victoribus militibus ejus comitibus victoriale hujusmodi convivium. At aliquanto postea, triumpho Valerii primi Romæ

---

1 Lib. VII. *Antiquit. Roman.* fol. 475. Edit. Wechel. post sacrificia exceptos convivio a Regibus amicos atque hospites aut populares passim reperias. Diodorus Sicul. *lib.* XX. fol. 766. de Agathocle: ἔθυε τοῖς θεοῖς, καὶ λαμπρὰς ὑποδοχὰς τῶν φίλων ἐποιεῖτο, & fol. 772. de Ptolomæo: καὶ θύσας τοῖς θεοῖς χαριστήρια, τοὺς φίλους εἱστία λαμπρῶς.

2 Ἰουδαϊκ. Ἀρχαιολογ. lib. XVI. cap. IX. sub initium fol. 496. Cætera ex eodem Josepho & aliis huc pertinentia vel jam tradidi, vel tradam cap. VI. lib. I. *Semestrium*.

Consulis utrumque factum narrat idem Auctor *lib.* v. fol. 291. Nam quemadmodum a Romanis ipsius milites crateris mensisque plenis, sic & ab ipso Consule re divina facta die triumphi nobilissimos quosque e populo itidem epulo exceptos, dignum putavit ut ad memoriam posteritatis traderet, atque hoc quidem his admodum verbis: *Ὑπήντα δ᾽ αὐτοῖς ἥ τε βουλὴ θριάμβου καταγωγὴν ψηφισαμένη κοσμῆσαι τὸν ἡγεμόνα· καὶ ὁ δῆμος ἅπας κρατῆρσι καὶ τραπέζαις ὑποδεχόμενος τὴν στρατιάν· ὡς δὲ εἰς τὴν πόλιν ἀφίκοντο, πομπεύσας ὁ ὕπατος, ὡς τοῖς βασιλεῦσιν ἔθος ἦν, ὅτε τὰς τροπαιοφόρους πομπάς τε καὶ θυσίας ἐπιτελοῖεν, καὶ τὰ σκῦλα ταῖς θεαῖς ἀναθεὶς, ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ἱερὰν ἦγε, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν ἑστίασιν προσθεὶς ὑπεδέχετο.* De triumphantium istis in urbe Roma Imperat. epulis e Possidonii II. *Historiarum* narrat in IV. *Deipnosoph.* Athenæus fol. 38. Ald. lib. Dalechampianæ Versionis fol. 114. præberi ea solita in fano Herculis, ab eo qui triumphum ageret, apparatu convivii prorsus Herculeo, mulso utique affuso, magnis panibus, carnibus ad edulia fumo duratis elixis, & hostiarum nuper mactatarum assis partibus abunde multis: *Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ* (inquit) *ἐν τῇ Ῥωμαίων φησὶ πόλει, ὅταν εὐωχῶνται ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἱερῷ, δειπνίζοντος τοῦ κατὰ καιρὸν θριαμβεύοντος, καὶ ἡ παρασκευὴ τῆς εὐωχίας Ἡρακλεωτική ἐστι· διοινοχοεῖται μὲν γὰρ οἰνόμελι, τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι μεγάλοι καὶ καπνιστὰ ἑφθὰ κρέα, καὶ τῶν προσφάτων καθιερωθέντων ὀπτὰ δαψιλῆ.* Cætera de triumphantium apud Romanos epulis cap. VI. *Semestr.* lib. I. ante annos XX. & quod excurrit, exhibuimus: minime tum quidem in vulgus nota, neque ab hujus ævi scriptoribus, antiquitatis Romanæ notitiam professis, tradita.

CAP. XX.

Salaria & annonæ professorum a Constitutionibus principalibus. Item statuæ ipsorum, sed & pilæ lusorum. Icones hieronicarum ἰσομέτρητοι. Grandiores eversæ. Imaginum nomen. Imagines quæ nudæ, aut perizomate velatæ. Equæ aureæ dicata apud Olympiam effigies, & Cleosthenis agitatoris cum biga, inscriptis etiam equorum nominibus. Statuis athletarum iconicis inscriptiones additæ: συγγραμμάτων vocabulum apud Dionysium. Ode Epinici. Emendatus obiter Aristides. Eo statu gestuque corporis hieronicarum icones effictæ, ac positæ, quo ipsi tum fuerant, cum vincerent. Æmilius Probus interim explicatus & emendatus. Ladæ cursoris statua. Item Clitomachi.

PORRO autem cum civica hujusmodi stipendia, quæ dixi superius, hieronicis præstari antiquitus solerent, qui & a muneribus excusabantur, hoc exemplo mensam primum Ægyptiam in Alexandrino gymnasio, (de quo nonnihil obiter admonebimus infra lib. III. cap. XXVII.) & aliquanto post apud Prytaneum Atheniense victum quotidianum sapientibus beneque de Repub. meritis civibus, aut ex eorum jam defunctorum proximis illi semper qui esset maximo natu, publico sumptu, præter primum in certaminibus consessum, coronam auream & statuam in foro æneam, exhibendum [1] induxisse Veteres videntur. Horum imitatione postmodum optima sane de causa liberalium studiorum magistros, professores, atque antistites, sive grammaticos, aut oratores, sive legum doctores, itemque militum medicos, (quos Reipublicæ gratia ipsos abesse constat) cæterosque qui medendi cura funguntur, intra præscriptum scilicet numerum postea quam abesse Reipub. causa desierint, tum decreto decurionum immunitatem consequi principes [2] voluerunt: tum vero etiam salaria & mercedes pro annonis & sportulis auferre: quo facilius liberalibus studiis & memoratis artibus multos instituerent, commodaque annonaria ipsis e populi viribus, hoc est, reditibus, commodisque, ministrari [3]. Quin etiam exemplo itidem athletarum hieronicarum professores quoque illi statuis & iconibus ob eam, quam dixi modo, rationem a Veteribus honorabantur. Ac Victorinum quidem Rhetorem D. Augustinus cap. II. lib. VIII. *Confession.* doctorem nobilium Senatorum complurium, ob insigne præclari magisterii, quod cives hujus mundi (ait ille) eximium putant statuam in Romano foro meruisse atque accepisse scribit, usque ad illam ætatem idolorum veneratorem, factum postea Christianum. Sic Proæresio Sophistæ, qui Constantis Principis jussu Romam appulerat, cum apud Romanos magnam sui admirationem commovisset, erectam æneam iconicam & æqualis mensuræ statuam, cum hac inscriptione, REGINA ROMA REGI ELOQUENTIÆ, ab Eunapio in *Proæresio* fol. 149. his verbis expressum reperio: *Ἀπέστειλε γοῦν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν μεγάλην Ῥώμην φιλοτιμούμενος οἵων βασιλεύειν ἔλαχεν,* &c. *πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς ἀγασθέντες, καὶ τυχόντες ἐπαίνων ἀνδριάντα κατασκευασάμενοι χαλκοῦν ἰσομέτρητον ἀνέθηκαν ἐπιγράψαντες,* Η ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΑ ΡΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ. Quid quod non modo professoribus literarum Athenienses, sed cum longe pluris manuarias & plebeias artes, quam partam eruditione rerum intelligentiam facerent, pilæ quoque lusoribus olim decrevisse statuas legimus, sicuti olim de Aristonico Carystio [4] quodam Alexandri Sphærista apud Athenæum lib. I. *Deipnosoph.* fol. II. scriptum reperias, ob ejus artis peritiam & civitate donatum & insuper statua: *Ὅτι Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον* (inquit ille) *τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν διὰ τὴν τέχνην, καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν· τὰς γὰρ βαναύσους τέχνας Ἕλληνες ὕστερον περὶ πλείστου μᾶλλον ἐποιοῦντο, ἢ τὰς κατὰ παιδείαν γινομένας ἐπινοίας.* Hieronicis quidem, ac potissimum periodonicis vel triolympionicis, hunc statuarum honorem olim tributum, ut non *προτομὰς* modo, sed iconas, vivam ipsorum effigiem referentes, virtutis præmio, artis argumento, civitatis etiam, ex qua oriundi erant, honestamento, atque ad diuturnam illorum nominis memoriam erectæ publicis

---

1 Qua de re videndus Plutarchus in *Decretis* Opuscul. Tomo III. fol. 1563. 1564. & 1566. Edit. Steph.

2 Lib. I. *Cod. Decret. dec. super immunit. quib. conced.* lib. X. l. I. 4. 5. 6. *Cod. De Profess. & Med.* l. *ἐὰν δύο. D. De excusat. tutor.* Vide Cujacium *ad d. l.* I.

3 D. l. 6. *Cod. De Profess.* & *l.* 9. *Archiatri eo. tit. Medicus sub Alexandro Severo unus Palatinus salarium accepit. Cæteri omnes, qui usque ad sex fuerunt, annonas binas, aut ternas accipiebant: ita ut mundas singulas consequeretur alias alter,* sicuti Lampridius in *ejus Vita* retulit: ubi notandum, ab annonis, quæ in speciebus præstarentur, distingui salaria, quæ forsitan in pecunia numerata pendebantur.

4. De Sphærista isto scripsimus supra *lib.* I. *cap.* XII. a Suida, sed & *cap.* VI. ab Eustathio.

in locis atque collocatæ ſint: non ex iſtis modo verbis imagines ſtatuas a Tertulliano in eo *loco*, quem ſuperius attuli, expreſſis, verumetiam ex aliis Veterum locis addidici, quos juvabit exhibere, non ſine aliquo labore per longum tempus undique, ut alia hujus ac proximi utriuſque *tractatus* pleraque omnia, corrogatos: ac primum, ut illa Pliniana omittam quæ ſuperius aliam ad rem attuli, palæſtras athletarum imaginibus & ceromata ſua exornant, Pauſan. lib. I. fol. 131. Ald. Exempl. *Eliacis*, ubi περὶ ἀναθημάτων loquitur Ἐν δὲ τῇ Ἄλτει [1] (ait) τιμῇ εἰς τὸ θεῖον ἀνάκειται. οἱ δὲ ἀνδριάντες τῶν νικώντων ἐν ἄθλου λόγῳ σφίσι, καὶ οὗτοι δίδονται. Ad lucum Olympiæ, Jovi ſacrum, cui nomen Altis, ubi ludi celebrati in ſtadio gymnaſii, Pyrrhi ſtatuæ adjunctas Olympionicarum plurimorum ſtatuas idem Pauſanias *Eliacon* II. enumerat, quas hic referre longum eſſet, magnæque ſimul & inutilis operæ. Primos omnium Cretenſes Olympiæ ſtatuas athletarum erexiſſe Praxidamantis Æginetæ pugilum victoris e cupreſſo ad Olympiadem LIX. & Rexibii Opuntii pancratiaſtarum victoris Olymp. LXI. e ficu arbore idem Pauſanias *Eliacon* lib. II. fol. 154. memorat. De ærea Milonis illius eximii luctatoris ſtatua apud Olympiam, Philoſtratum lib. IV. *de Vita Apollonii*, agere memini, cui & alias aliorum Olympionicarum adjungit alicubi, κατὰ τὸν ἐξορχουμένων, fol. 57. pag. 2. Ariſtides his admodum verbis, quæ cum ad ipſorum laudem atque commendationem pertineant, omittere nullo modo poſſim: Φέρε δὴ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων σκεψώμεθα οἷον τὸν Δωριέα τὸν Ῥόδιον, καὶ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, καὶ Μίλωνα δὴ, καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαῖ πρότερον ἐρριπτομένας, καὶ παροινοῦντες, καὶ τουτὶ τὸ ὀρχηστρίσι στρεφομένους ἐστεφανοῦν, ἢ τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ τὸν ἀγῶνα κοσμοῦντες, ἢ καρτερίαν θαυμαστήν τινα, καὶ ῥώμην ὁμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος παρασχομένους τὰς μεγίστας καὶ βεβαιοτάτας ἡδονὰς αὐτοῖς τοῖς ἔχουσι, καὶ τοῖς συνειδόσι. Nec tantum apud Olympiam, ſed aliis ſacrorum agonum locis, athletarum, qui victores extitiſſent, iconas honoris ergo poſitas fuiſſe, Pauſaniana hiſtoria comprobat, ex qua *Corinth.* ſub initium fol. 45. Ald. lib. de Iſthmo ad Corinthum hæc verba eo pertinentia deſumpſimus. Unde intelligitur Iſthmionicarum ſtatuas iconicas in templo ad ſtadium ſteriſſe: Θέας δὲ αὐτόθι ἄξιον ἐστι μὲν θέατρον. Ἔστι δὲ στάδιον λίθου λευκοῦ, ἐλθόντι δὲ ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, τοῦτο μὲν ἀθλητῶν νικησάντων τὰ Ἴσθμια ἑστήκασιν εἰκόνες, τοῦτο δὲ πιτύων δένδρα ἐστὶ πεφυτευμένα ἐπὶ στοίχου τὰ πολλὰ ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἀνήκοντα. Animadvertendum autem circa iſtas hieronicarum ſtatuas hoc arbitror, quod Lucianum [2] literis mandaſſe reperio, curæ id Hellanodicis fuiſſe, ut εἰκόνες ἰσομέτρητοι eſſent, (quod III. lib. *Semeſtrium* I. ſermone admonui) ne auguſtiores ſcilicet, majoreſque humana, illorum athletarum figuræ a ſculptoribus exprimerentur: idque adeo, ut ne ipſos quidem athletas explorarent diligentius. In quibus tamen probandis non parum operæ ac induſtriæ ab ipſis poſitum, ſuo loco inferius *lib.* III. dicetur. Ac Luciani quidem Græca hæc omnino ſunt: Εἰ δὲ ἀληθὲς ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες, ἴστε, μηδ᾽ Ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι τοῖς νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας, ἀλλ᾽ ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας, ὅπως μηδὲ εἷς ὑπερβάλληται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν ἀνδριάντων ἀκριβεστέραν ἢ τὴν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως. Et adjicit, ſi quæ ſupra nativæ ſtaturæ veritatem Olympionicarum icones reperirentur altiores, ne, qui pugiles alioqui deos putabant, (ſicut ante monui a Chryſoſtomo) pro numinibus ipſos colere viderentur, quibus quaſi Divis [3] auguſtiorem humana figura tribuerent, ipſas ejici ac everti ab Hellanodicis ſolitas: Ὥστε ἄρα ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύσασθαι ἐν τῷ μέτρῳ καθ᾽ ἡμῶν διατρύψωσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τὴν εἰκόνα. Plinius de his agens ſtatuis, quæ hieronicarum honori dicarentur, iconicas, quæ membris omnibus veram effigiem referrent, iis demum qui ter victores eſſent renuntiati videtur tribuere: cum alioqui cætera omnia, quæ diximus hac de re, ita illuſtret, ut amplius non poſſit. Ipſius hæc verba ſunt [4]: *Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, primo ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ: ubi omnium, qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant.* De Nerone traditum a Suetonio in *ejus Vita* c. XXIV. & XXV. ne cujus alterius hieronicarum memoria aut veſtigium extaret uſquam, ſubverti, & unco trahi, abjicique in latrinas omnium ſtatuas, imagines imperaſſe, ſtatuas vero ſuas poni citharœdico habitu: qua nota etiam numinum percuſſit, ubi imaginum nomine, itemque apud Tertullianum, iconicas equidem ſtatuas (ne fruſtra ſtatuarum vocabulum alioquin adjunctum foret) deſignatas reor. Sed hoc interim animadvertendum, quod cum athletæ, qui non aliter quam obſcœnis partibus perizomate velatis depugnare initio ſoliti, poſt Olympiadem tamen quartam & decimam illud abjecerant, ſicuti ſuperius *libri* hujus cap. II. docuimus: ex eo jam inde ſtatuas ac imagines omnino nudas propoſitas ſcilicet Græcorum, non Romanorum athletarum, qui perizoma (ut a Dionyſio diximus) retinuerant: id adeo ſcribit Plinius, lib. XXXIV. *Nat. Hiſt.* cap. V. ubi equeſtres etiam eorum, qui equis vel quadrigis viciſſent in ſacris agonibus, dicatas olim fuiſſe memorat: *Placuere & nudæ* (inquit de ſtatuis) *tenentes haſtam ab epheborum e gymnaſiis exemplaribus, quas Achilleas vocant. Græca res eſt, nil velare: at contra Romana ac militaris, thoracas addere*, &c. Equeſtres utique ſtatuæ Romanorum celebrationem habent, orto ſine dubio a Græcis exemplo: ſed illi celetas tantum dicabant in ſacris victores, poſtea vero & qui bigis vel quadrigis viciſſent, unde & noſtris currus in his qui triumphaviſſent. Atque ut de Aura equa Phidolæ Corinthii taceam, quam ipſi licet excuſſo victoriam curſura cum peperiſſet, permiſſum ab Hellanodicis, ut poſſet effigiatam Olympiæ dedicare: ſicuti etiam ipſius ex Lyco nepotes, qui equo celete vicerant, hunc effictum dicatæ apud Olympiam columnæ impoſuiſſe Pauſanias lib. II. *Eliacon* fol. 147. memorat, quo loco: Ἠλεῖοι δὲ ἀνηγόρευσαν ἐπὶ τῇ νίκῃ τὸν Φειδώλαν, καὶ ἀναθεῖναί οἱ τὴν ἵππον ταύτην ἀφιᾶσιν· ἐγένετο δὲ ἐκ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παι-

1 De Alti mentio apud Pindarum iis verſibus, quos paulo ante attuli, & apud alios, ut notatum ſupra hoc *lib.* initio *cap.* XV.

2 Ἐν τῷ ὑπὲρ εἰκόνων ſub init. Plato in *Phædro*: Τοι σχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν.

3 Attigi ſup. & cap. I. lib. III. *Semeſt.* de auguſtiore Deorum figura olim credita.

4 Ex *lib.* XXXIV. *cap.* IV. ſic ſimulacrum iconium aut potius iconicum intellige apud Suetonium in *Cajo Calig.* cap. XXII. ubi Torrentius Scholiaſtes ex Athenæi *lib.* V. *cap.* VI. ubi de nave Philopatoris, Plinio & Suetonio aliis locis.

σὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη: ϗ ὅτι ἵππος ἐπὶ στήλη πεποιημένος, ϗ ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. Cleosthenis quidem Epidamnii (qui primus ob sumptum in Circenses equos, qui cursu valerent, alendos factum ad sextam & sexagesimam Olympiada victor cum fuisset, statuam meruit) illam ejus iconicam cum agitatore, sive aurigario, cum curru, equisque, quorum alteri Phœnicis, Coracis alteri nomen indiderat, adhibito disticho Elegiaco fuisse Olympiæ positam ac dedicatam, ille ipse Pausanias [1] tradit: Ἀνέθηκε δὲ ὁμοῦ τοῖς ἵπποις αὐτοῦ, καὶ εἰκόνα, καὶ τὸν ἡνίοχον· ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα, Φοίνιξ, καὶ Κόραξ, &c. τῶν δὲ ἱπποτροφησάντων (ait) ἐν Ἕλλησι πρῶτος ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνα ἀνέθηκεν ὁ Κλεοσθένης οὗτος. Et placet quod Pausanias de auriga, equisque currui junctis, ac ipsorum nomine apponendum duxit, ad morem illum vetustum (ut mea fert opinio) aspiciens, ex quo illis quoque athletis, qui gymnico certamine superiores extitissent, statuarum honorem iconicarum tributum antea diximus; in quibus insuper statuis illud observatum antiquitus animadverti, ut inscriptiones adhiberentur, quæ nomen athletæ, patriamque, (ut reor) & certaminis genus, præmiumque ostenderent, ad protelandam rei gestæ post ipsius quoque obitum memoriam & perpetuo conservandam, sicuti Dionysius Halicarnasseus ἐν τέχνῃ & προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol. 42. auctor est, quo loco: Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν ἡ μνήμη ἀπὸ τῶν ἀνδριάντων καὶ τῶν εἰκόνων εἰς τὸ ἀνάγραπτον ἔχειν τὴν δόξαν οὐκ ἐν ταῖς μνήμαις σωζομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν συγγραμμάτων συμπαραμένουσαν ἅπαντι τῷ χρόνῳ. Nam hic quidem συγγραμμάτων vocabulo inscriptiones designari existimo, quamvis & ad acta sive commentarios Hellanodicæ, in quos redigebatur hieronicæ nomen apud Olympiam, sicuti *l.* III. [2] docebimus, non inepte quispiam retulerit: vel, quod potius probarim, ad odas poetarum illas Pindaricis, Euripideis, aut Simonideis assimiles, quas ἐπινίκους Aristides περὶ παραφθέγματος, fol. 52. & 56. ab ipsis hieronicis expetitas, & mercede præstita, ita provocatas, ut se ipsi per ministerium poetarum laudibus extollere videantur, ostendens, nominat, quo loco: Ἐπιτιμήσαις δ' ἂν, οὔπω καὶ τοῖς ἀθληταῖς αὐτοῖς, τοῖς τοὺς ἐπινίκους περὶ (ubi παρὰ reponendum equidem senserim) τῶν ποιητῶν λαμβάνουσι, ϗ γὰρ οὗτοι τρόπον τινὰ ἑαυτοὺς ἐγκωμιάζουσι παρακαλοῦντές τε τοὺς ποιητάς, καὶ διδόντες ἀργύριον, καὶ τελευτῶντες παραλαβόντες τὸν ἐπίνικιον ᾄδοντες ἑαυτοὺς ὑπ' αὐλοῦ καὶ χοροῦ (ubi malim scriptum τὸ ἐπινίκιον, ex illis potissimum Nazianzeni *in Heronem Philosophum* & Athenæi I. *Deipnosophistarum* locis, unde verba superius hujus *l.* II. *c.* XIII. & XIX. expressi: quamvis ferri vulgatam lectionem posse non negem, ut suppleatur τὸν λόγον, sicuti superius ubi τοὺς ἐπινίκους dixerat) & post multa: Οὐχ' ὁρᾷς τούτους τοὺς ἀργυρίῳ τὸν ἔπαινον ὠνουμένους οὐ μόνον ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις, καί τοι οὗτοι τί σοι δοκοῦσιν ἕτερον ποιεῖν ἢ αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν, &c. Et quod dixit Dionysius τῶν ἀνδριάντων καὶ τῶν εἰκόνων, vel quasi figurate scriptum sic possis interpretari τῶν ἀνδριάντων εἰκονικῶν, vel potius, quod & simplicius, & (quando soluta metrorum vinculis oratio est) verius credo, ut statuæ plurimæ vulgares, & vero nonnullæ iconicæ, quas & ipsas imagines vocari modo dicebamus, hieronicis ponerentur, iis præsertim istæ certaminum sacrorum locis, quibus locis dimicassent, atque victores proclamati forent.

Præterea hoc quoque usurpatum olim reperio, ut illo statuæ iconicæ imaginesve statu effingerentur, quo tum fuisset hieronica, cum victoriam adipisceretur: sive luctatoris, sive pugilis, aut cursoris, ac ipso quoque forsitan gestu, & motu corporis. Hoc adeo ex isto Æmilii Probi loco in *Chabria* sub init. nuper addidici, ubi hæc legas: *Hoc usque eo in Græcia fama celebratum est, ut illo statu Chabrias sibi statuam fieri voluerit, quæ publice & in foro ab Atheniensibus constituta est. Ex quo factum est, ut postea athletæ cæterique artifices* (scenicos & musicos, sive Dionysiacos, atque pantomimos intelligit, de quibus obiter superioris initio *sermonis* actum est) *his statibus in statuis ponendis uterentur, quum* (malim equidem, *quibus*, vel, ut a Lambino fit, *in quibus*, esse scriptum) *victoriam essent adepti*. Ergo de iconica cursoris & stadionicæ Ladæ statua ænea, quam Myron adeo ad vivum effinxerat, ut procurrere ad coronam ipsam suscipiendam videretur, elegantissimum Philippi [3] extat epigramma, quod uti commode apponetur hoc loco, sic etiam cum aliqua voluptate ab eruditis & poeseos amatoribus juvenibus lectum iri mihi persuadeo:

Οἷος ἔης φεύγων τὸν ὑπήνεμον ἔμπνεο Λάδα
Θυμὸν, ἐπ' ἀκροτάτῳ πνεύματι θεὶς ὄνυχα,
Τοῖον ἐχάλκευσε Μύρων ἐπὶ παντὶ χαράξας
Σώματι, Πισαίου προσδοκίῃ στεφάνου.
Πλήρης ἐλπίδος ἐστίν· ἄκροις γ' ἐπὶ χείλεσιν ἆσθμα
Ἐμφαίνει, κοίλων ἔνδοθεν ἐκ λαγόνων.
Πηδήσει τάχα χαλκὸς ἐπὶ στέφος, οὐδὲ καθέξει
Ἁ βάσις· ὦ τέχνη πνεύματος ὠκυτέρα.

Nec absimiliter de icone Isthmionicæ Clitomachi, qui eadem die pugilatu, pancratio, & lucta (hic quidem ita ut rectus permaneret, nec in terram dejiceretur) vicerat, Alcæus *Anthol.* lib. IV. cap. II. epigr. IV. cecinit:

Οἷον ὁρῇς, ὦ ξεῖνε, τὸ χάλκεον εἰκόνι λῆμα
Κλειτομάχου, τοίαν Ἑλλὰς ἐσεῖδε βίαν.

& cætera quæ *lib.* III. proponam, & Troilus grammaticus de Lyrone luctatore, *epigramm.* penult. ejusdem cap.

Εἰκὼν, τίς σ' ἀνέθηκε, τίνος χάριν, ἢ τίνι, λέξον.
Ἀντὶ παλαισμοσύνης θῆκε Λύρωνι πόλις.

CAP. XXI.

Icones, sive imagines Martyrum in basilicis commendatæ. Ἐπαναπαλαῖσαι. *Icon Cassiani Martyris: item Hippolyti: ac Euphemiæ denique. Verba Gregorii Nysseni de Martyrum iconibus præclara: item Eunapii. Ubi etiam de orationibus supplicibus veterum Christianorum ad martyria, qui locus male acceptus ab Interprete doctissimo a nobis castigatus & expositus: eique tertius a Theodoreto perillustris adbibitus. De Eunomi citharœdi statua locus Clementis Alexandrini eximius. Citharœdorum qui superati forent verberatæ statuæ. Miltiadi post Marathoniam victoriam ta-*

---

1 Lib. II. *Eliacon* fol. 147. Κλεοσθένους ἐστὶν ἅρμα ἀνδρὸς Ἐπιδαμνίου, &c. ἐνίκα μὲν δὴ τὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑξηκοστὴν ὁ Κλεοσθένης.

2 Cap. XXIII. sub finem, ubi περὶ τῶν γραμματείων καὶ ἀρχείων.

3 Lib. IV. *Antolog.* cap. II. εἰς ἀγωνιστῶν εἰκόνας, ubi de Lada Brodæus eruditiss. e *Laconicis* Pausaniæ; & *Corinthiacis*, & Solino; quibus adjicito Auctorem *Rhetoricorum ad Herennium* initio libri IV. *Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, & steterit ut mittatur: impudentesque illos dicat esse, qui currere cœperint: ipse intra carceres stet, & narret aliis, quomodo Ladas aut Boiscus Sicyonii cursitarint: sic isti cum in artis curriculum descenderunt*, &c.

lis honor statuæ, qualis Olympionicis, attributus, itemque aliis ducibus. Athletarum icones Ethicæ, significes, sive statuarii Ethici. Demetrii Phalerei locus diligenter expensus, ut eo referatur.

AD sæcularium vero athletarum exemplum, (ex quorum itidem consuetudine, quam initio *sermonis* hujus attigimus, Martyres similiter Salvianus Massiliensis Carthaginem, hoc est, patriam suam, passionibus suis coronasse dixit lib. VII. *de gubernat. Dei*, ex quo etiam scripsi cap. XIII. lib. III. *Semest.*) in Græcia primum inter Christianos receptum fuisse morem illum, & sancto quidem (ut videtur) ac laudabili proposito institutum credimus; Divis illis Apostolis atque Martyribus, quos cum Divo Augustino [1], immo cum Catholica omni Ecclesia laudamus, glorificamus, admiramur, quorum dies pia solemnitate celebramus, quorum merita veneramur, & si possumus imitamur: veris utique ac legitimis Olympionicis iconas, ea etiam quæ pro Christiana fide pertulerint supplicia more illo athletico exhibentes, erigendi scilicet in templis, basilicis, sive ecclesiis atque martyriis, in quibus & vero supra memorias ipsas ac sepulchra Martyrum celebrari missas, Felix Romanus instituit, qui Ecclesiæ Christi Romanæ atque Catholicæ, Aureliano Imperatore, præfuit [2]:

Nemo puras ubi rogando frustra congessit preces,
Lætus hinc tersis revertit supplicator fletibus,
Omne quod justum poposcit impetratum sentiens.

Ut Prudentius cecinit [3]: in quibus nimirum ad certamen pro fide in Christum adversus potestates quaslibet, etiam aerias, & spiritualia nequitiæ, carnis desideria [4], carnemque ipsam (cum qua spiritus assidue luctandum habet) illorum exemplo fortiter strenueque subeundum accendimur, de quibus eleganter & graviter τὸ ἐπαναπαλαῖσαι. (quod athleticum seu agonisticon verbum est) in sacrosanctis Synodorum *Canonibus* dicitur [5]:

—— quos nec catenæ, dira nec mors terruit,
Unicum Deum fateri sanguinis dispendio.

(ut cum ipso Prudentio loquar), & quorum pretiosa mors in conspectu Domini fuit [6]. Talis icon illa Cassiani Forocorneliani Martyris extitit, quæ A ipso Prudentio *hymno* IX. περὶ στεφάνων ita describitur:

Erexi ad cælum faciem, stetit obvia contra
Fucis colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem,
Innumeri circum pueri (miserabile visu!)
Confossa parvis membra figebant stilis, &c.

Itemque altera Hippolyti non ficta quidem & cælata, sed picta, & cujus idem Prudentius his verbis meminit περὶ στεφάνων *hymno* XI. *ad Valerianum Episcopum*:

Exemplar sceleris paries habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
B *Picta super tumulum species liquidis viget umbris,*
Effigians tracti membra cruenta viri.

Talis postremo illa Euphemiæ Martyris ac virginis icon, quam in *Ecphrasi* [7] sua B. Asterius Episcop. Philostratico [8] exemplo quopiam & more, ita repræsentavit: ut non picturam enarrasse, sed martyrii totam historiam ipse ἠθικῶς depinxisse, oculisque legentium agonem hujusmodi velut aspectantium fideliter subjecisse videatur; nam præterquam quod cives & sacrificii sodales propter quod mortua est, veluti virilem & sacram admirantes virginem, capsam (urnulam nempe Reliquiarum ipsius, quas Græci quoque λείψανα nuncu- C pant) exponentes, laudibus illam efferre, festumque annuum cum summa & totius populi solemnitate celebrare; æedituos autem divina mysteria ostendere populo, & oratione memoriam illius celebrare; & quomodo certamen fortitudinis subiisset, advenientes docere (ad exemplum hæc quidem omnia moris circa hieronicas athletas observati) solitos memorat: insuper a pictore pietatis studioso universam historiam quo potuit artificio prope capsam in sindone repræsentatam, atque ibi dedicatam scribit: sed accurate adeo, ut ipsum picturæ artificium singillatim exprimat: judicem nempe in alta sella ita collocatum, ut torvis oculis aspiciens virginem irasci quoque intelligeretur; D commentarienses cum tabulis ac stylis ad manum, quorum unus inclinato ad virginem vultu jubere videatur, ne quid secius exciperet, aut prætermitteret: cum ipsius interim virginis habitus pudore atque constantia permistus, oculos in terram defixos nimirum habentis, tanquam virorum conspectum vereatur, formosæ ac modestæ; amictus vero non alius quam qui philosophiam (utique monasticam,

1 Tractatu II. qui est *de urbis excidio*, Tom. IX. Oper. D. August. fol. 331.

2 Hoc desumptum e *Lection.* III. in *Breviario Romano ad* XXX. diem Maii.

2 Περὶ στεφάνων *hymno* I. qui *Hemiterio & Chelcdonio* dictus fol. 95. Adde Theodoretum sub initium lib. VIII. *de curatione Græcarum affectionum*, qui est, *de Martyribus*, fol. 212. editionis Græco-Latinæ ad annum 1592.

4 Vide apud D. Petrum *Epistol.* I. cap. II. versic. II.

5 *Cap.* I. *Synodi Ancyritanæ*, unde sumptus can. *presbyteros*, *distin.* L. apud Grat. ubi Latina interpretatio *luctæ* vocabulum præfert. Unde in *Martyrolog.* (ex quo de Adriano in *Breviario ad* VIII. *Septembris*) martyrii certamen fœliciter absolvit.

6 David *Psalm.* CXV. *Credidi*, vers. 10. citatus in hanc rem a B. Clemente de Martyribus agente, lib. V. *Apostol. Constitut.* cap. VIII. cujus initium E περὶ δὲ τῶν μαρτύρων, fol. 76. Edit. Venetæ, anni 63.

7 Extat in Euphemiam martyrem *Ecphrasis* Asterii in *actione* IV. *septimæ Synodi*, quæ secundo habita Nicææ, fol. 500. editionis Venetæ: *Euphemiam sub Diocletiano Imper. & Prisco Proconsule tormenta, carceres, verbera, argumenta rotarum, ignes, pondera lapidum, bestias, plagas, virgarum serras acutas, sartagines ignitas pro Christo superasse: sed rursus in theatrum ad bestias ductam, cum orasset ad Dominum, ut jam spiritum suum susciperet, una ex iis morsum sacro corpori infigente, cæteris pedes ejus lambentibus, immaculatum spiritum Deo reddidisse* F in *Martyrologio Romano* traditur *ad* XV. *Calend. Octob.* fol. 410. editio. Antuerp.

8 Philostratus Lemnius εἰκόνας descripsit stylo florido, e quibus in hosce libros non pauca translata de Arrichione & aliis.

ſticam, ut equidem interpretor, in qua ſignificanda multus eſt Nicephorus cap. XXXIX. & XL. octavi libri *Eccleſiaſt. Hiſtor.* quamque ἄσκησιν eſſe dictam oſtendimus hujus *libri capite* XXVIII.) profeſſæ, ut, ſicuti pictor exiſtimavit, pulla veſtis & pallium 1 foret; deducendam ad judicem duo milites, hic quidem a fronte ipſam traheret, alter a tergo protruderet: ſtaret ipſa intrepida coram judice, certaminis amaritudinem (malim aſperitatem) nequaquam exhorreſcens. Multum vero (ait Aſterius paulo poſt) pictorem iſtum ad miror, quod longe magis coloribus mores expreſſerit, affectiones pudoris & virilitatis (quæ tamen invicem pugnant) affabre commiſcens. Progrediente vero hac imitatione populares in tuniculis nudi ipſam rem jam aggrediuntur. Hic enim arrepto capite virginis, & in tergum reflectens alteri ad pœnam virginis ora exhibet. Adſtans ergo ille dentes virginis excutit. Malleus autem & terebra tormenti ſunt inſtrumenta; ſed lachrymas fundo: nam & mihi hæc paſſio vocem aufert, ut amplius loqui nequeam; nam tam exacte ſanguinis guttas pictor defluentes depinxerat, ut juraveris a labiis profluere. Virgo autem iterum carcerem petens in pulla veſte ſola ſedet, manuſque ad cœlum extendens, Deum malorum depulſorem alloquitur. Fundente autem hac orationem, apparet ſupra caput illius ſignum quod Chriſtianorum conſuetudine adoratur, & paſſim inſcribitur: erat autem (ut arbitror) ſymbolum pœnæ, quam illa erat ſubitura. Deinde quoque pictor alias ignem vehementem rutilante colore hinc accenderat, etiam flammam faciens corpoream. Conſtituit autem eam mediam, manibus quidem ad cœlum elatis nullos dolores horrentem; ſed potius vultu læto gaudentem, quod ad incorpoream & beatam vitam ſit tranſmigratura. Huc uſque pictor manum tabulæ; ego vero verba adhibui. Hactenus Aſterius.

Quæ omnia de iconibus Martyrum (nam de iconica Chriſti Domini Deique noſtri ſtatua 2 non loquor) ad exemplum athletarum vetuſtorum ita formatis, ut ipſa etiam certamina, & victoriæ tanquam verorum hieronicarum cælaturis, picturiſque oſtenderentur, cum longe antea hoc adſcripſiſſem loco: incidiſſe me in Gregorii Nyſſeni 3 graviſſimum ad hanc certe rem (ut videtur) teſtimonium magnopere ſum lætatus: quod in hæc verba (Interpretis Latini fide) conceptum ſcias: *Oblectatur dum ædem, ut templum Dei, & magnitudine ſtructuræ, & adjecti ornatus decore ſplendido elaboratum intuetur: ubi & faber in animalium figuram lignum formavit, & pictor induxit etiam formas artis in imagine depictas fortia facta martyris, repugnantias, cruciatus, efferatas & immanes Tyrannorum formas, impetus violentos, flammeam illam fornacem, beatiſſimam conſummationem athletæ* (nota iſtud 4 & item quod ſequitur de agonotheta Chriſto, ſic enim ſcripſiſſe Nyſſenum Græce autumo) *certaminum præſidis Chriſti humanæ formæ effigiem omnia nobis, tanquam libro quodam, & cætera certamina atque labores martyris nobis expreſſit, ac tanquam pratum amœnum & floridum templum ornavit*, & reliqua. Nam quod ab Eunapio Sardiano Chriſtiani licet nominis hoſte acerrimo, ac proinde, id quod ſubjiciam, deridente ac reprehendente, de Monachis Chriſtianis ad ipſum Ægyptium Canopum ſub Juliano etiam Parabata Imperatore, ut & apud Alexandriam Martyrum ſervilibus verberibus publice punitorum, extremiſque ſuppliciis conſumptorum capita, oſſaque corpori aptantibus atque connectentibus, & ad ipſorum Divis noſtrarum apud Deum precum arbitris, miniſtris, & legatis adſcriptorum tumulos, monumenta, ipſaque adeo ſimulachra vulnerum inflictorum cicatrices exhibentia, cultus & religionis ergo provolutis, & pulvere fœdatis traditur; manifeſtius eſſe arbitror, & ad ſuperiora omnia illuſtranda commodius, quam ut a me prætermitti debuerit: quod tamen feciſſet fortaſſe alius quiſpiam, qui ex Hadriani Junii doctiſſimi alioquin Medici verſione, atque interpretatione, de conditis & ſalitis Martyrum capitibus, corporibuſque ſcelerum ac nequitiæ (ut prophanus auctor loquitur) veſtigia circumferentibus, Eunapii locum accepiſſet: cum tamen τὸ συναλίζοντες non *ſalitionem*, ſed *copulationem, aptationemque*, aut *conglomerationem*; & τὸ εἰδώλοις non *corpora*, ſed *ſimulachra*, & *ſtatus*, ſive *iconas* expreſſa Martyrum vulnera repræſentantes, oculiſque, ſubjicientes ſignificet: quo loco 5 ſic ſcriptum: Τοὺς δὲ μοναχοὺς τούτους, καὶ εἰς τὸν Κάνωβον καθίδρυσαν ἀντὶ τῶν νοητῶν θεῶν εἰς ἀνδραπόδων θεραπείας, καὶ οὐδὲ χρηστῶν καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον. ὀστέα γὰρ (ſic enim legen-

---

1 De Monachorum & aſcetriarum pullo amictu atque pannoſo diximus lib. III. *Semeſtr.* cap. XXI.

2 Quam ad Euſebii uſque tempora permanſiſſe, ſicut ipſe oculis ſuis inſpexit: eo citato Gregorius Turonenſis prodit lib. I. *de Miraculis* cap. XXI. XXII. XXIII. ſane imagines Chriſti commendans Joann. Damaſcenus lib. IV. *de fide orthodox.* cap. XVII. hanc adfert rationem, quæ ad ea quæ tractamus omnino pertinet; ἐπειδὴ οὐ πάντες ἴσασι γράμματα, οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει σχολάζουσιν. οἱ πατέρες συνεῖδον ὥσπερ τίνας ἀριστείας (hoc notandum) ἐν εἰκόσι ταῦτα γράφεσθαι εἰς ὑπόμνησιν σύντομον. De imagine Chriſti Domini veneranda integram ipſius proportionem exprimente, quam Chriſtianus quidam apud Berytum ex adverſo lectuli fixerat, hiſtoriam enarravit B. Athanaſius admirabilem *Sermone de imagine Jeſu in Beryto*, unde ſumpta plurima in *actione* IV. *Synodi* VII. Tomo III. *Concil.* fol. 503. legere eſt.

3 Oratione *in Theodorum* ſub initium.

4 Cui ſimile quod in *actione* IV. *Synodi Nicænæ ſecundæ* refertur ex *epiſtola Nili* de Platonis martyris icone agentis Tomo tertio *Conciliorum*, fol. 506. Venetæ Editionis: ut non dubitandum ſit, quin omnibus locis Deum per ipſos Martyres invocantibus, mirifica & admiranda præclari illi athletæ per Dominum Chriſtum dare poſſint: & quod in *actione* I. *ejuſdem Synodi*, fol. 459. in Theodoſii confeſſione ſic ſcriptum: *eadem ratione & Reliquias Sanctorum veneror, & honore proſequor, & ſaluto, veluti athletarum & certatorum pro Chriſto*, &c. Ducta igitur ab athletis ſeculi metaphora ſic ſcriptum de confeſſoribus & eremitis vetuſtis reperio apud Nicephorum *Eccleſiaſtic. Hiſtor.* lib. VIII. cap. XL. in extremo, ubi de Paulo ſimplice eremita: ipſum quippe per ſeipſum philoſophari egregie admodum jam ſenem: qui ſcilicet ſtudium id non a puero eſſet meditatus, ſed non ita pridem ad certamen tale deſcendiſſet, ſed & Deus cœlitus, quæ de eo Antonius pronunciaverat, authoritate ſua confirmavit: brevique ita clarum reddidit virum, ut melior etiam præceptore ad dæmones lucta ſupplantandos atque propellendos eſſet.

5 In *Vitis Sophiſtarum*, in *Ædeſio*, fol. 75. Græce.

dum ex vetusto manuscripto Antonii Fumæi collegæ quondam in libellorum ordinario, & comitatensi magisterio mei, qui utendum & conferendum cum impresso lubens commodaverat, pro quo Hadriani liber habuit, ὀστέα γὰρ) καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαλωκότων συναλίζοντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεούς τε ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο ...... καὶ κρείττους ὑπελάμβανον εἶναι μολυνόμενοι πρὸς τοῖς τάφοις, μάρτυρες γοῦν ἐκαλοῦντο, καὶ διάκονοί τινες καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν, ἀνδράποδα δεδουλευκότα κακῶς, καὶ μάστιξι καταδεδαπανημένα, καὶ τὰς τῆς μοχθηρίας ὠτειλὰς ἐν τοῖς εἰδώλοις φέροντα. ἀλλ' ὅμως ἡ γῆ φέρει τούτους τοὺς θεούς. Quæ ideo verba proponere libuit, ut vel ipso impii ac prophani scriptoris, vetusti tamen & procerum illorum Christianorum temporibus vicini, testimonio minime suspecto, discant interea credantque, ac intelligant, sanctiores non paucæ (Dei gratia) hoc infelici & ad quaslibet hæreses consectandas atque amplectendas proclivi sæculo animæ, quemadmodum antiquo receptoque a primoribus Christianis ac Monachis more, cultus religiosus & Sanctis aliis, & vero Martyribus exhiberi debeat: quorum memorias atque monumenta in ipsis idolorum templis, post ejecta scilicet idola, consecrare minime dubitabant; quod futurum Antoninus ille ab Eunapio nominatus præviderat, passimque prædicarat: de quo sic ibidem scriptum legimus Τοῦτο γοῦν εἰς μεγάλην πρόνοιαν, καὶ Ἀντωνίνου συνετέλεσεν, ὅτι πρὸς ἅπαντας ἔφασκεν τὰ ἱερὰ τάφους γενήσεσθαι. De illo quem dixi Martyrium cultu, & ad Martyria frequenti Christianorum conventu, laudibusque ac hymnis Domino Martyrum decantatis, actisque ob accepta varia beneficia gratiis, persolutis votis, anathematis argenteis aureisque consecratis; cum vilia & exigua quamlibet munera Dominus ipsorum non dedignetur, sed ex integra & pura offerentium voluntate ac facultate metiatur: nihil simplicius, religiosius, aut verius; nihil porro elegantius aut significantius proponi ob piorum oculos queat, quam quod a Theodoreto Cyrensi [1] scriptum in hæc omnino verba: Οἱ δέ γε τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὶ λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι, καὶ μεγέθει διαπρεπεῖς, καὶ παντοδαπῶς πεποικιλμένοι, καὶ κάλλους ἀφθόνους ... μαρμαρυγάς· εἰς δὲ τούτους οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τοῦ ἔτους ἢ πεντάκις φοιτῶμεν. ἀλλὰ πολλάκις μὲν πανηγύρεις ἐπιτελοῦμεν, πολλάκις δὲ ἡμέρας ἑκάστης τῷ τούτων δεσπότῃ τοὺς ὕμνους προσφέρομεν. Καὶ οἱ μὲν ὑγιαίνοντες αἰτοῦσι τῆς ὑγιείας τὴν φυλακήν· οἱ δέ τινι νόσῳ παλαίοντες τῶν παθημάτων ἀπαλλαγήν, &c. quæ seq. οὐχ ὡς θεοῖς αὐτοῖς προσιόντες, ἀλλ' ὡς θείους ἀνθρώπους ἀντιβολοῦντες καὶ γενέσθαι πρεσβευτὰς ὑπὲρ σφῶν παρακαλοῦντες· ὅτι δὲ τυγχάνουσιν ὧνπερ αἰτοῦσιν οἱ πιστῶς ἐπαγγέλλοντες, ἀναφανδὸν μαρτυρεῖ τὰ τούτων ἀναθήματα, τὴν ἰατρείαν δηλοῦντα· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν, οἱ δὲ ποδῶν, ἄλλοι δὲ χειρῶν προσφέρουσιν ἐκτυπώματα· καὶ οἱ μὲν ἐκ χρυσοῦ, οἱ δὲ ἐξ ὕλης ἀργυρᾶς πεποιημένα. δέχεται γὰρ ὁ τούτων δεσπότης καὶ τὰ σμικρά τε καὶ εὔωνα, τῇ τοῦ προσφέροντος δυνάμει τὸ δῶρον μετρῶν. δηλοῖ δὲ ταῦτα προκείμενα τῶν παθημάτων τὴν λύσιν, ἧς ἀνετέθη μνημεῖα παρὰ τῶν ἀρτίων γεγενημένων. ταῦτα δὲ κηρύττει τῶν κειμένων τὴν δύναμιν. ἡ δὲ τούτων δύναμις τὸν τούτων Θεὸν ἀληθινὸν ἀποφαίνει Θεόν. Martyres profecto pro Christi nomine passos in omni honore habendos a Christianis, Apostolica doctrina per B. Clementem [2] tradita his verbis comprehensum: Περὶ δὲ τῶν μαρτύρων λέγομεν ὑμῖν. ὅπως ἐν πάσῃ τιμῇ ὦσι παρ' ὑμῖν τετίμηνται ὁ μακάριος Ἰάκωβος ὁ Ἐπίσκοπος, καὶ ὁ ἅγιος ἡμῶν συνδιάκονος Στέφανος. οὗτοι γάρ εἰσι καὶ ὑπὸ Θεοῦ μεμακαρισμένοι, καὶ ὑφ' ὁσίων ἀνδρῶν τετιμημένοι, καθαροὶ πάσης πλημμελείας, &c. Nec vero est (opinor) quamobrem de collato a Catholicis nostris in Sanctorum statuas iconicas honore (quam venerationem ἀσπασμὸν, *salutationem*, *deosculationem*, exque eo adorationem dicimus [3]) recentiores Gnostici, quæsito zeli & pietatis in Deum colore, tantopere vociferentur: qui dum vehementius excandescunt, immemores aut ignaros (nam tales potius, quam temerarios improbatores existimare malim) ejus, quod est alicubi a Petro Chrysologo [4] traditum, sese ostendunt, perfectam devotionem hoc debere imagini, quod debet & Regi. Itemque ejus, quod ab ipso D. Ambrosio [5] sic fere: *Qui coronat imaginem Imperatoris, illum utique honorat, cujus imaginem coronavit; & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori utique, cujus statuam consputaverit, fecisse videtur*: & a D. Ephreem [6], ubi lignum inanimatum, propterea quod Regis aut Principis imaginem exprimat, honorari scribit. Non enim idololatrarum Paganorum in morem ab imaginibus ullis quicquam aut speramus, aut postulamus opis, auxilii, beneficii [7]. Etsi certis locis, per-

1 *Serm.* VIII. *de curat. Græcar. affectio.* qui est de Martyribus, sub finem in fol. 121. & 122. Editionis Græco-Lat. anni 92.

2 Lib. V. *Constitut. Apostolic.* cap. VIII. quod ante citavimus, ubi præclare Fran. Turriani *Notæ* in eam rem videndæ.

3 Vide in *actio.* IV. *Nicænæ* II. *Synodi*, ubi de lib. Maximi Abbatis & confessoris Tomo III. *Concilior.* fol. 508. Editio. Venetæ, & *actio.* III. fol. 493.

4 Episc. Ravenn. *Serm.* CXLVII. vide etiam de honore reliquiarum Martyrum, non cultu tamen aut adoratione, Hieronymum ad Riparium *epist.* LIII. & librum ei adjunctum *adversus Vigilant.* col. 160. & seqq. Tom. I. de Iconibus Imperatorum ad Civitates missis, in quibus non tabulam perfusam cera, sed Imperatorem honorari traditur: videto in *Nicæna Synodo* II. *act.* I. fol. 459. Tom. III. *Concil.* Editio. Venetæ, in confessione Theodosii, & altero loco, quem Cujacius citat *ad l.* I. *tit. ult. lib.* XII. *C. Justinian.*

5 *Serm.* X. *in Psal.* CXVIII. Addesis quod in *actione* IV. *Synodi* VII. sive *Nicænæ secundæ* jam *citatæ*, fol. 513. traditur ex Anastasii Theopoleos Episcopi *Sermone ad Simeonem Bostrorum de sabbato*: *Quemadmodum cum quispiam temulentus in imaginem Imperatoris impetum faciens juste corrigitur, veluti ipsum Regem ignominia affecisset: cum tamen ipsa imago nihil sit præterquam lignum, aut colores cum cera mixti*, &c.

6 In *Serm. de exercitat.* fol. 87. pag. 2. adde Cyrillum *Catechesi* XII. & Joan. Damascenum cap. XVII. lib. IV. *de fide orthod.* ubi inter cætera: Ὅτι ἡ πρὸς τοὺς εὐγνώμονας τῶν ὁμοδούλων τιμὴ ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πρὸς τὸν κοινὸν δεσπότην εὐνοίας. καὶ ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ πρὸς τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, ἔστι δὲ ἄγραφος ἡ παράδοσις. quod utique desumptum a Basilio Magno in hanc sententiam citato in exemplari *synodicarum literarum Theodori Patriarchæ Hierosol.* relato in *actione* III. *Synodi Nicænæ* II. Volum. III. *Concilior.* Edition. Venetæ, fol. 492. ubi de honore Sanctis ipsorumque imaginibus & reliquiis exhibendo plurima.

7 Honorandas imagines propter eos quos ipsæ repræsentant, nihil ab imaginibus petendum, aut ullam in eis credendam divinitatem, ipso *Concilio*

que certas imagines velut instrumenta quæpiam, A præsentiorem vim numinis plerosque (quorum animam fides, ac devotio vehementior in precibus ad cœlum evehebat) olim expertos, historicis Ecclesiasticis Græcis & Latinis sanctorumque non minus quam omnis disciplinæ genere instructorum scriptis, ac minime fallacibus testimoniis addocemur [1]. Et nihil mirum (ut ab Eusebio Gregorius Turonensis [2] retulit) si sibi qui ex Gentibus crediderunt, pro beneficiis, quæ a Salvatore fuerant consecuti, hujusmodi velut munus (de iconica statua loquitur) videbantur offerre: cum videamus etiam nunc & Apostolorum Petri vel Pauli, & ipsius Salvatoris imagines designari, B tabulisque depingi. Atque hoc insuper scimus vere dictum a Philosopho *lib.* IX. Πολιτικῶν *cap.* I. fol. 224. Wechel. Edit. Ὅτι εἴ τις χαίρει τὴν εἰκόνα τινὸς θεώμενος, μὴ δι᾽ ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν μορφὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον τοῦτο, καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν θεωρίαν οὗ τὴν εἰκόνα θεωρεῖ ἡδεῖαν εἶναι. Qua de re plenius commodiore loco, si Deus Opt. Max. dederit.

Postremo addam hoc quoque circa istas hieronicarum statuas; non modo poetis actoribus scenicis & choragis decerni pro præmio ipsarum simul cum coronis honorem in agonibus musicis solitum, ficuti *Agonistici* lib. I. cap. III. sub finem, & cap XXVI. affatim ostensum fuit; verum C etiam citharœdis. Itaque cum Eunomo citharœdo Pythicis ludis sub æstum diei gravissimum canente, jugo citharæ cicada insedisset, ibique accinuisset, veluti concentu illo cantus certamen cum Eunomo ipso subitura, ut est in Fabulis: ob ejus rei memoriam in posterum renovandam, citharœdo illi Locrensi erecta statua iconica; simul & cicadæ (quæ in pulsatæ citharæ jugum involasset, ibique stridens acquiesceret) assimulata species, quemadmodum Clemens Alexandrinus initio *Protreptici ad Græcos*, hoc est, *ad Gentes*, fol. 5. Medic. lib. memorat: D Οὐκοῦν ᾠδῇ (ait inter cætera) τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν ἀναστήσας Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ, καὶ τὸν συναγωνιστὴν τοῦ Λοκροῦ. ὁ δὲ ἑκὼν ἐφίπταται καὶ ᾄδει ἐκών. Ἕλλησι δὲ ἐδόκει ὑποκριτὴς γεγονέναι μουσικῆς. Ac merito quidem cicadæ; quando sub ipsius specie Apollo canenti orthium citharœdo cum nervus deficeret, respondisse a vesana Gentilitate creditus; id quod ad Jamblicum Julianus Imperator [3] sic fere scribit: Καὶ κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον [4] ᾄδοντι πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. Apollo inquam ille, cujus citharam tenentis signum apud Delphos, ubi celebrata Pythia, positum fuisse, *libri* superioris *capite* XXV. admonui.

Insuper animadvertendum hoc quoque, quod ex quodam Xiphilini, aut Dionis, loco non ita pridem observabam; vapulare ipsas ab eorum victoribus solitas, tanquam hoc genere victi, ad quos ea velut ignominia quædam redundaret, in suis ipsi statuis pœnas verberibus darent. Circa citharœdorum quidem statuas id usuvenisse Neronis temporibus, hæc Dionis verba apud Xiphilinum *Nerone*, fol. 176. manifestum faciunt: Καὶ τὸν Παμμένην ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἀκμάσαντα κατηγάγκασε, καὶ τὸν γέροντα ὁ τὰ ἀγωνίσασθαι. ἵνα αὐτοῦ τὰς ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται. Niconem athletam eximium quempiam fuisse reor; de cujus demortui verberata statua, & cum verberantes oppressisset, damnata cædis secundum Draconis leges, atque deturbata apud Thasios, postque restituta ex oraculo Pythiæ, Suidas in hæc verba narrat. Ἀπελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐξ ἀνθρώπων, τῶν ἀπεχθανομένων τίς ὡς ζῶντι αὐτῷ παρεγίνετο ἐπὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐμαστίγου αὐτήν, ἐς ὃν (sic lego, pro ἐς ὃ) πεσοῦσα ἐκείνη ἠμύνατο τὸν ὑβριστήν. τὸ δὲ οἱ παῖδες ἐπεξίεσαν φόνου, ἐπὶ τῇ εἰκόνι. καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσιν αὐτὴν κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίου, ὑπερορίζοντος φονεύοντας καὶ τὰ ἄψυχα· ταύτην δὲ ἡ Πυθία ἔχρησε, κακῶς Θασίοις πράττουσιν ἀνενεγκεῖν, &c. καὶ ἔστησαν αὐτὴν οἱ Θάσιοι ὅθι καὶ πρῶτον ἦν. Et quod valde mirum, non majore quam Olympionicas honore statuarum iconicarum Imperatores, qui de hostibus victoriam insignem aliquam cum spoliis retulissent, ab Atheniensibus olim affectos reperias. Milciadi quidem, qui in campis Marathoniis Athenas totamque Græciam liberavit, talem honorem tributum esse narrat Æmilius Probus *Milciad.*, in porticu, quæ *Pœcile* vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia: ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Et tamen idem ille populus, posteaquam majus imperium est nactus, & largitione magistratuum corruptus est, trecentas statuas Demetrio Phalereo decrevit. Panæus frater Phidiæ, qui prælium illud Atheniensium adversus Persas apud Marathona factum pinxit, in eo iconicos duces pinxisse traditur, (quomodo apud Plinium *extremo cap.* VIII. *lib.* XXXV. legimus) Atheniensium Milciadem, Callimachum, Cynegyrum; Barbarorum Darim, Artaphernem: adeo jam colorum usus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, de qua verba faciens B. Asterius Episcopus in *Ecphrasi* s *in Euprasiam martyrem*, hujus picturam in Dei templo collocatam exhibiturus animis

---

Trident. definitum, *sess.* XXV. ex quo præclare Bellarm. *Controvers.* VII. lib. II. cap. XII. XXI. XXIV. & XXV. vide, si vacat, *Pontificale Romanum* Venetiis editum apud Juntas anno MDLXXXII. fol. 174 pag. II. in cap. *de benedictione imag. alior. sanctor.* Fr. Turrianum in *Notis* ad illud: *& qui ea quæ cogitatione ficta sunt pro veris honore & gloria afficiunt* ex lib. V. *Apostol Constit.* apud Clementem cap. XI. ad extremum in fol. 67. Edit. Antuerp. anno MDLXXVIII. B. Gregorium ad *Serenum Episc.* in Vol. III. *Concil.* inter *decreta Gregorii Papæ*, fol. 33. Edit. Venet. cujus *epistola* extat etiam *lib* VII. *epist.* CIX. col. 982 ubi Sanctorum imagines in Ecclesiis ita retinendas, ut non adorentur, sed non effringendas tradit: sicut *epistola* itidem IX. *lib.* IX. col. 1046.

1 Vide sis *actione* IV. *Synodi septimæ*, Tomo III. *Concilior.* fol. 502. ubi de miraculis S. Mar- E tyris Anastasii.

2 Lib. I. *de Miraculis* cap. XXI. & videndus Eusebius *Eccles. Histor.* lib. VII. cap. XIV. ex Ruffini interpretatione: in authentici vero Græci *cap* XVIII. fol. 76. Nicephorus insuper Callistus lib VI. *Ecclesiast. Histor.* cap. XV. & XVI. & lib. X. cap. XXX.

3 In *Epist.* Lutetiæ excusis ann. LXXXIII. apud Duvalium, fol. 299.

4 De hoc Orthio nomo vide locos apud Suidam *in* Ὄρθιος νόμος, & *in* Τιμόθεος, & apud Athenæum lib. XIV. *Deipnos.* fol. 269. ubi de Pyrrhica, πακτίου δ᾽ ἐπὶ τὴν Πυρρίχης τὰ κάλλιστα μέλη καὶ τοὺς Ὀρθίους ῥυθμούς, & apud Nonnum lib. F XIX. *Dionysiacon*, fol. 336.

5 Videsis Tom. III. *Concilior Nicænæ Synodi* II. *actio*. IV. pag. 500. Editio. Venetæ.

legentium: *Dixisses Euphranoris fuisse artificium* (ait) *aut alicujus eorum qui picturæ plurimum dignitatis conciliarunt, non aliter pingentes tabulas ac si* (malim *quam si*, vertisse Interpretem Asterii, quem Græce scripsisse judico) *vivas formas traderent.* Ad athletas ut redeam eorumque iconas ad naturæ veram similitudinem expressas, ut picti mores viderentur: quamobrem ethicas vocatas constat, quibus excelluisse Aristidem Thebanum ab eodem Plinio [1] traditur: Zeuxim vero narrat ipse paulo ante ad finem *cap.* IX. fecisse Penelopen, in qua pinxisse mores videtur, & athletam: adeoque sibi in illo placuisse, ut versum subscriberet, celebrem ex eo, invisurum aliquem facilius quam imitaturum. In ethicis pictoribus, aut significibus, sive statuariis Polygnotum Aristoteles numerat *lib.* IX. *Πολιτικῶν cap.* V. quo loco: *Δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τὰς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτε, κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστιν ἠθικός.* Ac (nisi me animus fallit) de iconibus istis ethicis sentiebat Demetrius Phalereus [2]; cum epistolam ac dialogum ethici plurimum habere debere nos doceret: epistola enim scribenda fere fieri, ut animi sui quisque icona, hoc est, imaginem veluti depictam, exhibeat; exque illa potius quam alio quovis sermonis aut scripti genere itidem deprehendatur, qualis quisque sit, & propemodum cernatur: *Πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολὴ* (ait) *ὥσπερ καὶ ὁ διάλογος. σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολήν. καὶ ἔστι μὲν καὶ ἐξ ἄλλου λόγου παντὸς ἰδεῖν τὸ ἦθος τοῦ γράφοντος, ἐξ οὐδενὸς δὲ οὕτως, ὡς ἐπιστολῆς.* Hunc ejus loci ex ambigua τῶ γράφει, & non ita vulgari vocabuli τῶ ἤθους ad iconem relati significatione, argutiorem, quam alioqui existimaverit quispiam, esse sensum arbitror: quem satisne perceperit aut saltem expresserit Interpres recens, eruditorum aliorum esse judicium volo; quod interea dum illi suscipiunt, sermonem ipse de athletis institutum persequor.

CAP. XXII.

Selecta quæpiam de Coronis athletarum. In mensis olim propositæ Olympicæ aureæ. Pindarus ea de re aliter ac ab Interprete intellectus: Tertullianus interim castigatus. Hercules Callinicus, & ab eo saltationi modoque tibiarum nomen, itemque martyribus. Olea Callistephanus, quod hieronicarum coronæ olim ex oleastro apud Olympiam; non e lauro, ut perperam apud Chrysostomum alicubi scriptum. Athenis autem ex olea, quæ μορία, sed & oleum (quo etiam inuncti) oblatum præmio: Sudas in transitu castigatus. Arrianus atque Lertius exposi ti. Olei significationem & ad labores & ad ipsorum præmia, sicut εἰρηνικῦ καρπῦ *nomen apud Beatum Paulum ad oleam insigne pacis & victorialis seu victricis in stadio præmii pertinere.*

Ad coronas hieronicarum quod attinet, de quibus apud ipsum Tertullianum eodem loco, & in illo Imperatorum Rescripto agitur, cujus verba superius *lib.* I. *cap.* I. proposui, ut ab aliis tradita ne repetam, contra quam statui: hæc tantum admonebo, quæ abstrusiora & ignotiora existimem. Imprimis autem istud, alias cursorum, alias luctatorum coronas fuisse: hoc Plutarchus in lib. περὶ Εὐθυμίας, seu *de Tranquillitate animi*, fol. 839. lib. Stephanici, sic enarrat: *Οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς ὅτι μὴ τὰς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους ἀθυμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται καὶ χαίρουσι. Σπάρταν ἔλαχες ταύταν κόσμει:* quod non ita debet accipi, tanquam e diverso foliorum aut ramorum genere confectæ fuerint coronæ; quæ iisdem agonibus darentur, in quibus & luctatores inter se, & pugiles cum pugilibus, cursores adversum cursores decertarent: sed ut ipsi & item cæteri suorum quisque præmiorum ergo, non invidentes utique aliis ipsorum coronas contenderent. Alioqui sane duo sæpe unus, & vero nonnunquam omnia sibi auferebat præmia: qua de re cap. XX & XXI. *Agonistici* proximi diligentius videbitur. Præterea cum Olympiæ ab initio tripodibus æreis, tum deinde mensis ex auro & ebore compactis propositas athletarum coronas ex Pausania [3] didicerimus; tametsi ex oleastro primum Olympiæ coronatum Herculem Plin. *lib.* XVI. *cap postremo* memorat: fuisse istud in hoc agone præcipuum, ut eo qui vicissent, aurea denique, non item ut in Olympicis æque, ac cæteris ludis (in quibus permansit) fieri antiquitus consueverat, contexta e certarum arborum foliis corona (unde φυλλίνας, sive φυλλοφόρους καὶ στεφανίτας ἀγῶνας esse nominatos accepimus [4]) athletæ donarentur: quamobrem a Pindaro *Olymp.* ode VIII. strophe I μητέρα χρυσοστεφάνων ἀέθλων dictam Olympiam, alii [5] adhibitis Thucydidis atque Æmilii Probi testimoniis comprobarunt: quibus hoc etiam possis a Tertulliano [6] adjicere, quod lubenter hic inseram; ut in castigatione auctoris præstantissimi non levis interim aut inutilis opera insumatur: *Nam & si præ gaudio quis* (inquit) *spiritum exhalet, ut Chilon Spartanus dum victorem Olympiæ filium amplectitur, & si præ gloria, ut Clidemus Atheniensis dum ab histronibus ob præstantiam auro coronatur:* ubi pro *ab histrionibus* malo equidem (id quod in vetusta lectione, quam sprevit Pamelius, se tamen aspexisse profitetur Barræus Parisiensis Theologus, eruditiss. Tertulliani Scholiastes) *ab historicis*, vel potius *de historicis*, quemadmodum Suetonius [7] loquitur: ut inter historicos, ex numero (inquam) historicorum, fuisse Olympiæ aurea corona donatum hieronicam Clidemum ille significet, ab Theophrasto atque Athenæo non semel honoris gratia appellatum. Historicis profecto sua in Olympicis agonibus decreta & attri-

---

1 Cap. X. *lib.* XXXV. *Æqualis ejus* (*Apellis*) *fuit Aristides Thebanus: is omnium primus animum pinxit & sensus omnes expressit, quos vocant Græci ethe: item perturbationes, durior paulo in coloribus.* De ethicis statuariis & iconicis pictoribus mentio a Budæo facta, in *Annotat. ad d. l. athletas*, & a Cæl. Rhodig. in *Antiquar. Lectionum* libris.

2 Ἐν τοῖς περὶ ἑρμηνείας, quod scriptum a Raphelengio Lugduni Batavorum nuper editum.

3 Lib. I. *Eliacon*, fol. 124. & 130. & 131. Aldini lib. Κεῖται δὲ καὶ τρίπους ἐπίχαλκος, ἐφ' οὗ πρὶν ἢ τὴν τράπεζαν ποιηθῆναι προετίθεντο τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι. Item. ἡ τράπεζα ἐφ' ἧς προτίθενται τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι, &c. ἡ τράπεζα δὲ ἐλέφαντος μὲν πεποίηται καὶ χρυσοῦ, &c. vide quæ scribo infra *cap.* XXV.

4 Vide Poll. lib. III. *Onomast.* cap. ult. col. 190. Pindar. *Olymp.* ode VIII. antistrophe IV. Eunapium in *Juliano*, pag. 120. Strab. lib. III. *Geograph.* Ausonii *Eclogarium de lustral. agon.* Lucian. περὶ Γυμνασίων sub fin. de apio Plin. *lib.* XIX. *cap.* VIII. Plut. *Sympos. Problem.* lib. V. quæst. III. Hadr. Junium lib. IV. *Animadvers.* cap. XXI.

5 Muret. *cap.* VII. *lib.* XV. ubi Probi *Alcibiade* locum castigat.

6 In *de Anima* cap. XXIX. *nihil animæ in corporibus rema. pos. post mort.*

7 *Domitiano* cap. XIII. e quo scripsi *cap.* XXVI. *lib. superioris.*

buta præmia fuisse crediderim; non tamen poetis thymelicis aut actoribus scenicis, qua de re actum est super. *libri* IV. & XXV. *capp.* Alioqui non foret, quo referri τ̃ παιδεύσεως vocabulum quiret, quod de Olympico agone loquens Isocrates eo loco protulit, qui a nobis ad extremum I I I. *capitis* ejusdem *libri* adductus est. Nec dubito quin is fallatur, qui nunc nuper commentarios in Pindarum Latinos edidit, χρυσοςεφάνους exponens καλλιςεφάνους: non quidem hactenus, (quando hac de re agens ipse Pausanias, *Eliac.* I. fol. 126. Ald. Edit. hoc est, περὶ τ̃ κτ̃ τ̃ ὀπισθόδομον Ολυμπικὸν πεφυκότος κοτίνου ita scribit, καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιςέφανος, καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ολύμπια καθέςηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς ςεφάνους) sed quoniam sine distinctione temporum, & quamobrem καλλιςέφανος diceretur oleaster, haud satis intelligens, hoc addidit, non enim ex auro coronæ nectebantur, sed ex oleastro; elegantes igitur vult dicere. At tu, bone vir, inelegans, & illepidus: qui distinguere tempora nescisti, ut superiora in concordiam adduceres; sicut alio ejusdem Pindari loco ode 1 *Nemeor.* epod. 1. hæc verba,

Θαμὰ δὲ καὶ Ολυμπιάδων φύλλοις ἐλεᾶν
Χρυσέοισι μιχθέντα.

frustra fuisti, cum eodem errore deceptus, coronas propter dignitatem aureas, quod auro etiam præferrentur, non quod re vera essent aureæ, appellari scriberes.

Initio quidem Olympiacorum agonum victores oleastro illa Callistephano e Pansterhio ab Hercule in Olympiam translata, ibique insita, (cujus ab Aristophanis enarratore Aristotelis verba citante [1] mentionem fieri, cum alii [2] viderint, nihil est quamobrem de ipsa plenius loquar) quæ multa in luco enasci cœpit Olympiæ vicino; quamobrem ibi τὰ ἄλση ςεφανῶσαι τοὺς νικῶντας dixit Philostratus [3], non item auro coronatos minime dubitari debet: atque ut mittam Pollucis de Olympica olea Callistephano & de sacra olea, quæ moria nominabatur, in hæc verba conceptum testimonium, ab illis minime animadversum, ex *Onomastici* lib. 1. cap. XII. col. 73. ubi περὶ ὀνομάτων ἐλαίας, sive *de variis oleæ appellationibus*; ἡ δὲ ἱερὰ ἐλαία μορία· ἡ δὲ ἐν Ολυμπίᾳ, καλλιςέφανος. Istud ipsum quod de oleagina Olympiæ corona monebamus modo, ipsum vel Dio Chrysostomus *Rhodiaco*, fol. 233. Ald. lib. (qui ab aliis tamen haudquaquam citatur) his verbis significat: Τὸν Ολυμπιάσι ςέφανον ἴςε δήπουθεν ἐλαῖον ὄντα, καὶ τοῦτον πολλοὶ προτετιμήκασι τοῦ ζῆν· οὐχὶ τ̃ ἐκεῖ φυομένης ἐλαίας ἐχούσης τὶ θαυμαςὸν, ἀλλὰ ὅτι μὴ ῥᾳδίως, μηδ' ἐπὶ μικρῷ δίδοται. Et ipse Statius Papinius *Thebaide* [4] sic admodum canens:

—— primus Pisæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detorsit oliva.

Præterea Nonnus *Dionysiacis* lib. XIX. fol. 342.

—— ἐρόεις δ' ἐναγώνιος εἰς μέσον ἔςη
Χειρὶ μιῇ καὶ κισσὸν ἔχων, καὶ θαλλὸν ἐλαίης
Βάκχῳ κισσινὸν ἄνθος, Ἀρεςαίῳ δὲ προτείνων
Στέμμασι Πισαίοισιν ἐοικότα θαλλὸν ἐλαίης
Παλλάδος ἁγνὸν ἄγαλμα. ——

Herodotus postremo, apud quem e Persis circa Xerxem militibus unus, cum de Græcis ex uno perfugarum percontatus quidnam agerent, intellexisset ipsos agere Olympia, gymnicumque ac equestrem agonem spectare, sicuti *libro superiore cap.* XXV. narravimus: & rursum interrogasset, quodnam illis præmium esset propositum, propter quod certarent? oleagina eos corona donari responsum est; quo audito Tigranem Artabani filium teneri non potuisse refert historicus, quin palam exclamaret, hoc magnum quidem, sed cujus ergo ipse a Rege pro timido habitus fuit; Papæ Mardoni, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum, sed virtutis certamen agitant? Ο δὲ ἐπείρετο, ὅτι τὸ ἄεθλον εἴη σφι προκείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται, οἱ δ' εἶπον τ̃ ἐλαίης τ̃ διδόμενον ςέφανον. ἐνθαῦτα εἴπας γνώμην γενναιοτάτην Τιγράνης ὁ Αρταβάνου, δειλίην ὦφλεε πρὸς βασιλῆος· πυθόμενος γὰρ ἄεθλον ἐὸν ςέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέχετο σιγῶν, εἶπέ τε πρὸς πάντας τάδε, Παπαὶ Μαρδόνιε κοίους ἐπ' ἄνδρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρημάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς. Herculem ideo post exantlatos illos famosissimos labores duodecim, ita constituisse ludorum Olympiacorum celebrationem Diodorus narrat lib. IV. *Biblioth.* fol. 155. ut coronarium esse vellet, non pecuniarium victori præmium: suo scilicet exemplo atque imitatione, ut ad virtutem alii contenderent, sed animorum gloria contenti; propterea quia & ipse genus humanum gratis, nullaque accepta mercede summis affecisset beneficiis: ςεφανίτην δ' αὐτὸν κατεσκεύασεν, (inquit de Olympiaco ad Alphæum agone) ὅτι καὶ αὐτὸς εὐηργέτησε τὸ γένος τ̃ ἀνθρώπων οὐδένα λαβὼν μισθόν. Quapropter tanto tamque in humanum genus (ut veteres Ethnici credidere) benefico heroi nomen inditum *Callinici* fuisse censeo: cujus apud Suidam injecta mentio sic fere, Καλλίνικος ὁ Ηρακλῆς: atque apud Diogenem Laertium in *Diogene Synopensi*, fol. 216. quo loco: Νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τ̃ οἰκίαν, ὁ τ̃ Διὸς παῖς Ηρακλῆς Καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν. ἐπέγραψε, μετὰ τ̃ πόλεμον ἡ συμμαχία. Denique apud Aristidem *Orat. in Herculem*, fol. 19. Latinæ Canteri versionis, libri vero Græci fol. 164. pag. 2. ubi *Callinici* & *Alexicaci* cognomina partim soli, partim præ cæteris illi tribui scribit, a Cois vero etiam *Alexin* vocari: Αἱ τοίνυν ἐπωνυμίαι (inquit) Καλλίνικός τε καὶ Αλεξίκακος, ἡ μὲν μόνῳ θεῶν, ἡδ' ἐν τοῖς πρώτοις δέδοται. Κῷοι δὲ, ὡς ἐγὼ μέμνημαι, καὶ Αλεξιν τ̃ Ηρακλέα νομίζουσι. Et ad finem illius *Orationis*: Εἶναι δ' αὐτῷ τοῦτο ἐπᾳδόμενον ἰὴ Παιὰν Ηρακλες Ασκληπιὲ, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ καὶ κύρια, καλὸν αὖ τι χρῆμα καὶ τοῦτο συζυγίας πέφηνος εἴη ὁ Καλλίνικος ἅμα τῷ σωτῆρι. Et hoc exemplo sanctis Martyribus superstitionum, hæreseon, aliorumque hujusmodi monstrorum adversus homines sævientium profligatoribus, atque adeo longe præstantioribus ac melioribus Herculibus; illud ipsum τ̃ Καλλινίκων epithetum apud Theodoretum Cyrensem Episcopum octavi [5] *de curatione Græcarum affectionum* loco illo, unde sumpta verba *superiore proximo sermone* protuli: atque apud Gregorium Palamam Thessalon. Episcopum in secunda *Prosopopœjæ suæ* declamatione ad finem in pag. 42. Edit. Parif. ex Bibliot. Regia anno 53. ubi: Αλλ'

1 *In* Pluto *ad illud* κοτίνου ςεφάνῳ.
2. Natal. Comes lib. V. *Mythsolog.* ubi de Olympicis ludis.
3 Lib. VIII. *de Apollonio*, fol. 55. pag. 2.
4 In ipso initio sexti libri: de corona ex oleastro Olympica insignem a Phlegonte Tralliano locum adfero *cap. sequenti*.
5 Qui est *de Martyribus* in fol. 120. Edition. anni 92. apud Commelinum.

οὐκ αὖ σοι πεισθεῖν λεγούσῃ τοῦτο, οἱ καλλίνικοι μάρτυρες καὶ οἱ δικάζοντες οὗτοι ἀσκηταί· οἳ διὰ τῶν ἐν σώμασιν ἀγώνων τὰς ἀσωμάτων φύσεις ὑπερεβάλλοντο : & similiter saltationi, quæ in Herculis ipsius honorem fieret, attributa Callinicæ appellatio; quemadmodum Julius Pollux *Onomastici* cap. XIV. *περὶ εἰδῶν ὀρχήσεως*, col. 221. varias saltationum species commemorans, tradit his verbis: *Καὶ φαλλικὸν* (sic lego, pro *φαλικὸν*) *ὄρχημα ἐπὶ Διονύσῳ, καὶ καλλίνικος ἐφ' Ἡρακλεῖ, καὶ κολαβρισμὸς*, &c. & tibiales ipsæ cantilenæ, seu potius modi, (ut arbitror) ad quos a parasitis aut thiasotis Herculis eo saltationis genere honos haberetur, Athenæo teste lib. XIV. *Deipnosoph.* fol. 263. Aldini exempl. dictæ Callinici; qui a Tryphone inter species *τῶν αὐλήσεων*, ut *ἐπίφαλλον* & *χορεῖον*, ita *καλλίνικον* & *πολεμικὸν* refert. Alioqui non ignoratur insignibus quibusque victoriæ præmiis virtutem contendentium accendi atque incitari, juxta illud ejusdem Diodori *lib.* XVI. fol. 548. ubi *τὰ νίκης ἔπαθλα προκαλεῖσθαι τὰς τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδραγαθίας* traditur. Initium itaque spectavit horum ludorum vetustus ille comicus in *Pluto* fol. 30. lib. Froben. ann. XLVII. excusi, non posteriora tempora, cum Jovis penuriam & paupertatem, apud ipsum Penia ex eo colligit, quod suis, hoc est, Olympiacis ludis, non aureas sed oleaginas coronas victoribus proponendas habuerit. Nam ejus ista sunt:

Ὁ Ζεὺς δήπου πένεται, καὶ τοῦτ' ἤδη φανερῶς σε διδάξω.
Εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα,
Ἵνα τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου συναγείρῃ,
Ἀνεκήρυττεν τῶν ἀθλητῶν τοὺς νικῶντας, στεφανώσας
Κοτίνου στεφάνῳ, καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

Quamobrem apud B. Joan. Chrysost. *Homil.* XLII. col. 305. ubi Olympicis agonibus præmium e lauro propositum dicitur; *μνημονικὸν ἁμάρτημα* Theologis summis non infrequens, cum de rebus prophanis obiter tractant, a me agnoscitur; sive pro lauro reponenda olea, sive Pythiorum locum, de quibus *cap.* XXIV. disquiremus, Olympia occuparunt: nam perperam sic scriptum apud Chrysostom. Interpretis Latini fide; jam in mediis illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est quam folia lauri, quam applausus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia vespera ingruente marcescunt. Sane cum Olympionicæ non coronis modo aureis vel oleaginis, verum etiam tæniis donarentur; quemadmodum adhibito Thucydidis testimonio Muretus illustrissimus (ut de cæteris ipsius animi dotibus egregiis taceam) philologus, ad castigandum Æmilii Probi locum olim in suis *Variarum* libris cap. VII. lib. XV. ubi citat Empedoclem, comprobavit: quibus utique caput velatum adstringeret. Attamen ut Olympionicas, ita cæteros hieronicas, cum coronarentur tæniis, vittisve ac fasciis (sic enim vetus Glossarium Latino-Græcum atque Græco-Latinum a Stephano excusum, vittæ nomen, tæniæ, & fasciæ altero Græco interpretatur; & B. Hieronymus in *Commentar. ad cap.* III. *Esaiæ* in fine, vittis, quas appellant *ταινίας*, crines ligari scribit) donatos fuisse verius arbitror. Nam ubi de coronis simpliciter agitur, tænias ipsis a Plutarcho adjunctas reperio in *Periclis Vita*, fol. 304. Edit. Stephan. quibus utrisque reversum Athenas a devictis Samiis Periclem veluti athletam victorem a mulieribus velatum ac revinctum fuisse memorat, his omnino verbis: *Καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν, καὶ ταινίαις ὥσπερ νικηφόρον*: quod ipsum versus Empedoclis hicce manifestum facit: in quo vittarum simul & virentium seu floridarum coronarum nomina nectuntur atque copulantur sic fere:

Ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσί τε θαλείοις.

Athenis autem in Panathenaicis & oleagina corona, & insuper oleo ex oliva Minervæ sacra, quæ *μορία* diceretur, donatos intelligas [1]; quo etiam oleo inungerentur. Sudas itaque de Panathenæis agens ita scribit, *ἄγεται δὲ ὁ ἀγὼν διὰ πέντε ἐτῶν, καὶ ἀγωνίζεται δὲ παῖς* (addiderim hic *ὡς*, vel *ὡς καὶ*) *Ἴσθμια οὐ πρεσβύτερος* (sic ista per parenthesim legenda, ut intelligatur *οὐ* pro *οὐ μόνον*, nisi delenda potius, ut e superiorum & sequentium glossemate desumpta censeo; quæ ipsi quoque Wolfio in *Panathenaici* Isocratici argumento negotium ita præbuere, ut corruptum esse locum dixerit) *καὶ ἀγένειος, καὶ ἀνήρ. τῷ δὲ νικῶντι δίδοται ἆθλον ἔλαιον ἀμφιφορεῦσι, καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ.* D. August. *de Civitate*, cap. XII. lib. XVIII. ubi Vives ex Plinio, in Attica vero Rex Erichthonius ei (de Apolline intellige) ludos primus instituit: nec tantum, sed etiam Minervæ, ubi præmium victoribus oleum ponebatur, quod ejus fructus inventricem Minervam, sicut vini Liberum, tradunt. Victores Panathenæis olei vasculo sive lenticula donatos, Aristophanis quoque Scoliastes *Nubibus*, fol. 110. hisce verbis memorat: *Κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. ἐπεφύτευτο δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ δένδρον. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀσκουμένοις ἀλείφεσθαι ἐν τῷ ἡλίῳ ξηραίνειν*: ex quibus hoc etiam colligo, consitum oleis fuisse Atheniense gymnasium. Ex isto igitur oleo confectum antiquitus id unguentum, cui Panathenaici nomen inditum Plinius auctor est *cap.* I. *lib.* XIII. quo loci de unguentis agens: *Panathenaicum suum* (inquit) *Athenæ perseveranter obtinuere*. Nam de oleæ corona quod e Suda retuli, donatos athlelas qui Panathenæis vicissent, hoc ipsum a Plinio dudum alii notarunt: cui addendum Pollucis testimonium scias, quod hoc ipso *capite* paulo ante proposui. De oleo Panathenæorum agonum præmio cogitabat haud dubie Aristander apud Arrianum *lib.* IV. de Alexandro, quando subactis ab Alexandro Sogdianis, & repertis prope tentorium imperatoris duobus fontibus, aquæ uno, & olei altero, quamobrem sacra etiam diis facienda duxerat; ipse ille Aristander boni ominis loco accipiendum prædicavit, propterea quod oleum ut laborum, ita victoriæ post labores habere significationem præ se ferret: *Οὐ μακρὰν τῆς σκηνῆς τῆς αὐτοῦ* (ait Arrianus) *Ἀλεξάνδρου πηγὴ ὕδατος, καὶ ἄλλη ἐλαίου πλησίον αὐτῆς ἀνέσχε*, &c. *Ἀλέξανδρος δὲ ἔθυεν ἐπὶ τῷ φάσματι*, &c. *Ἀρίστανδρος δὲ πόνων εἶναι σημεῖον τοῦ ἐλαίου τὴν πηγὴν ἔφασκεν, ἀλλὰ καὶ νίκην ἐπὶ τοῖς πόνοις σημαίνειν.* Per oleum quidem labores, sive certamina designari, e Dionysii etiam Halicarnassei verbis, *ὅτι τὰ γυμνάσια διὰ τοῦ ἐλαίου διαπονεῖται* (quæ *libro superiore cap.* XIV. attuli) satis percipitur. Ac mirum nisi olim ad istud olei præmium atque unctionem Anacharsis quoque alluserit; cum de athletis Atheniensibus agens diceret, *τὸ ἔλαιον μανίας φάρμακον* (ut est apud Diogenem Laer-

1 Vide Budæum *Annot. in Pandect. ad dict. leg. athletas*, ex Plin. *lib.* XV. *cap.* IV. & Luciano *περὶ Γυμνασίων*. Videsis & *c.* XLIV. *lib.* XVI. apud Plin. vide Interpretem Aristophanis *Nubibus*, fol. 110. ubi allata nominis ratio.

tium 1) διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις: tanquam non tam *μορίας*, quæ *olea* est, quam ejus *μορίας*, quod nomen τῆς μωρίας, ἤ γοῦν μανίας vim habet, oleo inuncti viderentur athletæ: qui velut furore quodam correpti ac perciti alter in alterum incurrerent pugnis, cæstibus, calcibus; ipsis etiam capitibus arietatis (ut e Tertulliano superius *cap.* IX. *lib. hujus* II. dictum est) sese conciderent: qua de re ipsum quoque Anacharsim ita cum Solone colloquentem Lucianus induxit, initio Dialogi 2 περὶ Γυμνασίων. Καί τοι κατ᾽ ἀρχὰς (ait) εὐθὺς ἀποδυσάμενοι (ἑώρων γοῦν) λίπα τε ἠλείψαντο, καὶ κατέψησε μάλα εἰρηνικῶς ἅτερος τὸν ἕτερον ἐν τῷ μέρει, μετὰ δὲ, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι παθόντες, ὠθοῦσί τε ἀλλήλους συννενευκότες, καὶ τὰ μέτωπα συναράττουσιν ὥσπερ οἱ κριοὶ, &c. quæ sequuntur: ut sit elegans jocus philosophi apud Laertium, ex ambiguitate vocabuli *μορίας*: cui assimilis allusio ex verbo, *morari*, & nomine *μωρὸς*, de Imperatore illo qui inter homines morari desiisset, apud Suetonium 3 proponitur. Hoc autem quod Anacharsis apud Laertium de oleo insaniæ pharmaco dixit, possit fortasse quispiam non ad id quo inuncti depugnarent athletæ, sed quod Athenaicis, aut Panathenaicis ludis post certamen victores præmii loco (ut ante ostensum est) acciperent, referre; atque ita interpretari, tanquam a præterito insaniæ morbo, quem inter decertandum demonstrassent, hoc apotherapeiæ sive frictionis quodam genere, (de quo *lib. tertio* a Galeno plenius differam) pharmaco, inquam, sive remedio prorsus liberarentur. Sed prior explicatio verior est (mea quidem opinione) atque ab eo comprobatur apertissime, tum quod Alexandrinus Clemens libro *Pædagogi* secundo 4 de unguentis agens; quorum odorem cum apes atque insecta ferre non possint, ea tamen ita nonnullis ex hominum genere utilia, ut ad pugnam alios provocent, & inunctos ipsis ad certamen in stadiis adversus eos qui olim amici fuerant subeundum instimulent: Καί τοι (ait) καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ ταῖς μελίτταις καὶ τοῖς ἐντόμοις ἐστὶ πολέμιον ζώοις. ἀνθρώπων δὲ τοὺς μὲν ὤνησεν, ἔστι δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο· καὶ τοὺς πρότερον φίλους ἀληλιμμένους τοῦτο ἐν τοῖς σταδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον. Tum etiam quod Dio Chrysostomus eandem cum Laertio illo historiam enarrans *Serm.* XXXII. πρὸς Ἀλεξανδρεῖς, f. 253. de Anacharsi Scytha: Ἐδόκει μὲν γὰρ εἶναι τῶν σοφῶν. ἧκε δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα θεασόμενος, οἶμαι, τά τε ἤθη, καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἔλεγεν οὖν, ὡς ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων, ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ᾽ ἡμέραν τὸ γυμνάσιον λέγων. ἐπειδὰν γὰρ ἐλθόντες ἀποδύσωνται χρίονται φαρμάκῳ. τοῦτο δὲ, ἔφη, κινεῖν αὐτοῖς τὴν μανίαν· εὐθὺς γὰρ οἱ μὲν τρέχουσιν, οἱ δὲ καταβάλλουσιν ἀλλήλους, οἱ δὲ τὼ χεῖρε ἀνατείναντες μάχονται πρὸς οὐδένα ἀνθρώπων, οἱ δὲ παίονται: ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀποξυσάμενοι τὸ φάρμακον αὐτίκα σωφρονοῦσι, καὶ φιλικῶς αὐτοῖς ἤδη ἔχοντες βαδίζουσι κάτω ὁρῶντες αἰσχυνόμενοι τοῖς πεπραγμένοις, &c. quæ inferius *cap.* XXX. *hujus lib.* ad extremum, de acclamationibus in theatro & stadio agens, exhibebo.

Porro cum oleæ prælatio non misericordiæ modo & humanitatis atque adeo veniæ implorationem, ut apud D. Joan. Chrysostomum legimus in quadam *oratione* 5, & indicio est vel quod a Mose c. VIII. *Geneseos* traditur de columba, quæ ad Nohæ arcam reversa subsidentibus aquis olivę fructum attulit mitigatæ iræ Dei argumentum, sed etiam pacem significet; unde oleam arborem esse pacis insigne, cujus fructus diversis nominibus appellatur, ab Isidoro traditum 6, & longe ante a Tertulliano 7 & a Virgilio 8: præterea cum ipsum quoque chrisma, quod oleo adhibito conficitur, pacificum ex eo vocasse (mea quidem opinione) videatur Aurelius Prudentius 9 de benedicto cerei Paschalis lumine sic ad Deum scribens:

Tu lux vera oculis, lux quoque sensibus,
Intus tu speculum, tu speculum foris,
Lumen quod famulans offero suscipe,
Tinctum pacifici chrismatis unguine.

Parum abest quin asseram, fructus pacifici iis qui sese laboribus athleticis (de quibus antea egerat)

1 Lib. 1. de *Vita Philosophorum* in *Anacharsi*, fol. 39. quod nondum quispiam ita explicavit, ut opinor.

2 Qui *Anacharsis* inscriptus citatur in hanc rem sup. isto ipso *libro cap.* VIII. & IX. & *lib.* I. *cap.* II.

3 *Nerone* cap. XXXIII. ubi de Claudio: *Nam &* morari *eum inter homines desiisse, producta prima syllaba jocabatur.* Sane cum apud Senecam Hercules ad Claudium in *Apocolocyntosi*, *Audi me tu* (inquit) *& desine fatuari.*

4 *Cap.* VIII. εἰ μύροις καὶ στεφάνοις χρηστέον, fol. 77. exemplar. a Commelino editi an. 92.

5 *De non contemnenda Eccles.* col. 1344: *Et quemadmodum homines ramos olearum recisos Regibus protendunt per stirpem illam misericordiæ & humanitatis ipsos admonentes, ita sane & Angeli*, &c. Et similiter in fine *Homil.* III. *adversus Anomæos*, col. 1068. Tom. v. in illo quidem altero loco sic habent Græca, in quæ nunc nuper incidi: Καὶ καθάπερ ἄνθρωποι κλάδους ἐλαιῶν ἐκκόψαντες ἐπισείουσι τοῖς βασιλεῦσι διὰ τοῦ φυτοῦ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκοντες:

6 Cap. VII. lib. *Originum* XVII. quem in hanc rem Amalarius Fortunatus citat lib. I. *de Eccles. Offic.* cap. XII. semel & iterum.

7 In *de Baptismo* fol. 600. ubi sic scriptum: *Quemadmodum enim post aquas Diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum (ut ita dixerim) mundi pacem cœlestis iræ præco columba terris adnunciavit dimissa ex arca & cum olea reversa, quod signum etiam apud nationes paci prætenditur. Eadem dispositione spiritalis effectus terræ, id est, carni nostræ emergenti de lavacro post vetera delicta columba Sancti Spiritus advolat, pacem Dei adferens emissa de cœlis, ubi Ecclesia est arca figurata.*

8 *Æneid.* VIII.

Paciferæque manu ramum prætendit olivæ.

Et lib. VII.

Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad mœnia regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes
Donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.

Itaque in consecratione chrismatis ideo hæc verba fuisse adjecta Amalarius Fortunatus *ibidem* scribit quæ sequuntur: *Et cum mundi crimina diluvio quondam expiarentur effuso, similitudinem futuri muneris columba demonstrans per olivæ ramum pacem terris redditam nunciavit*, & cætera quæ cum iis leguntur, & in ordine Romano ad diem Palmarum in Oratione ad benedictionem fontium, olivæ, & palmarum, fol. 43. & 44.

9 *Hymno* V. *Cathemerinon ad incensum cerei Paschalis.*

exercuissent parati vocabulo, coronam oleaginam B. Paulum intellexisse; indeque translationem ad æterna præmia ducere voluisse: cum *ad Hebr.* capit. XII. v. 11. sic scribit, & quidem generaliter de omni disciplina seu exercitatione corporis scilicet: Πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν ὀ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης· ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι᾽ αὐτῆ γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. Ubi in extremo τὸ ἕνεκα (quod eleganter ab Atticis subticeri solet) supplendum interpretationis vice arbitror; ut sit ob justitiam, & perfectionem, quæ scilicet ex laborum patientia & probatione quæritur: de qua *lib.* III. plenius loquimur *cap.* X.

CAP. XXIII.

Cursus agon apud Olympiam antiquissimus. Corœbus, aut (ut alii volunt) Daicles, aut Milo primus inibi hoc genere victor. Olympica certaminis celebritas ab Iphito restituta: quando Romanis communicari cœpta. Quando apud Sicyonios celebrata Isthmia; obiter emendato Pausania: in quibus præter athletas ac thymelicos venatorum seu bestiariorum spectacula posterius exhibita. Olim vero in ipsis primum e malo, deinde ex oleastro coronæ victoribus donatæ: Juliani locus unus leviter castigatus. Alter Phlegontis Tralliani locus indicatus. Isthmiacarum coronarum variatio. Nemea apud Argos celebrata, sed & apud Cleonas, immo apud Thebas quoque ipsas antiquitus. Archemoro dicata, vel secundum alios Pronacti, sed & Jovi. His ludis, qui bis in quadriennium, sicut Isthmici, ac tandem quater, hoc est, annuatim celebrati, armatos primum decurrisse. Quod genus postea esse apud Olympiam receptum, ac explosum denique a Græcis omnibus. Pindarus expositus.

ATQUE ut de Olympicis nihil addam amplius, (nihil enim præter cæteros [1] amplius, quod quidem scriptione dignum videatur, habeo) antiquissimum fuisse in ipsis cursus agonem in stadio, cæteros agones esse addititios Plutarchus his verbis tradit, quæ in duabus *Symposiacon Problematum* quæstionibus reperio: in priori [2] quidem sub persona Lysimachi: Ποῖον ἂν φαίη τις αὖ τῶ ἀγωνισμάτων γεγονέναι πρῶτον, ἢ τὸ στάδιον ὥσπερ Ὀλυμπιάσιν: tum vero in altera [3]: τοῖς δὲ Ὀλυμπίοις πάντα προσθήκη, πλὴν τοῦ δρόμου γέγονε. πολλὰ δὲ καὶ θέντες ἔπειτα ἀνεῖλον, &c. Quæ alio notavi loco. Ergo Messenius Polychares alioqui boum armentis opulentus Olympiade IV. victoriam Olympiacis ludis consequutus dicitur, quo tempore solum stadii certamen fuit. Sic enim Pausanias in *Messenicis*, fol. 89. Πολυχάρης Μεσσήνιος τάτε ἄλλα ἐκ ἀφανὴς ἦν. καὶ νίκην Ὀλυμπιάσιν ἀνῃρημένος τετάρτην Ὀλυμπιάδα ἦγον Ἠλεῖοι, καὶ ἀ-

A γώνισμα ἦν σταδίε μόνον, ὅτε ὁ Πολυχάρης ἐνίκησε. Ubi notandus articulus μόνον, quo cæteri agones excepto cursu excluduntur. Prima quidem Olympiade stadio sive cursu vicisse Corœbum Eleum Strabo lib. VIII. *Geograph.* fol. 410. memorat; cujus hæc verba sunt: Ἐγγυτέρω δὲ τῆς πίστεως, ὅτι μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον Ἠλεῖος, τὴν προστασίαν εἶχον τοῦ τε ἱερῦ καὶ τοῦ ἀγῶνος Ἠλεῖοι. Quod ipsum de stadiodromo Corœbo prima Olympiade, post restitutum ab Iphito [4] certamen Olympiacum, coronato; Pausaniæ fide superius ad extremum *libri* I. sub init. *cap.* XXXII. docuimus. Phlegon autem Trallianus
B Adriani libertus, in suo illo *de Olympiis* libello, quem antea citavimus, narrat intermissam a Peloponnesiis fuisse instituti a Piso, Pelope, atque Hercule Olympici certaminis celebritatem; per id tempus scilicet, quod ab Iphito ad Corœbum usque Eleum duodetriginta Olympiadum numeratur, (si tamen Phlegontis locus est integer, cum alii tradant primum ab Iphito Corœbum esse coronatum) postea cum oraculo accepto Peloponnesii Eleis concessissent, ut & Olympicum certamen, & ferias urbibus denunciarent; Eleos ita curasse Olympia, ut per quinque Olympiades nemo coro-
C naretur: sexta misso ad consultandum oraculum rege Iphito, respondisse Pythiam his verbis; ne in posterum malo victores coronarentur, sed sylvestris olivæ fructu: Ἴφιτε μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,

Ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν,
Ὃς νῦν ἀμπέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ᾽ ἀράχνης.

Oleastrum oraculo designatam cum reversus Olympiam Iphitus deprehendisset, ædificio cinxisse; atque inde datam victoribus coronam, qua primum omnium coronatum Olympiade septima
D [5] Daiclem Messenium stadio victorem: sic enim in Græco autographo postrema hæc se habent: Παραγενόμενος ἐν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν πολλῶν ἐν τῷ τεμένει κοτίνων ὄντων, εὑρὼν ἕνα περιεχόμενον ἀραχνίοις περιῳκοδόμησεν αὐτόν, καὶ τοῖς νικῶσιν ἐκ τούτου ἐδόθη ὁ στέφανος· πρῶτος δ᾽ ἐστεφανώθη Δαΐκλης Μεσσήνιος τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. Unde apparet primum omnium oleastro coronatum Daiclem, instauratis Olympicis agonibus ab Iphito, ante quem pomis, seu malis, olim hieronicæ donati fuerant. Aristophanem, qui oleastri mentionem faciat, de suis temporibus loquutum, post quæ Olympiaca corona (uti dixi) aurea fuerit. Quæ Dai-
E clis & Corœbi historiæ veteres ut inter se adduci in concordiam queant, aut cum eo, quod *libro superiore cap.* XXVII. Milonem Olympiade prima coronatum e chronicis vetustis Agellii fide monui, operæ aut otii nunc quidem non est, dum allevare animum, aut lenire dolorem cupio, exquirere. Primos quidem agonistarum omnium cursores

---

1 De quibus potissimum legendus ille tum arte medica, tum omni literarum genere præstantiss. qui suis Latine scriptis epistolis jam tum senex adolescentiam nostram Jacobi Cujacii magisterio ductuque sacra Juris capessentem ad hæc studia cohortatus est non semel, atque animos præ aliis fecit, Veronensis ipse suis Aginnum sedibus translatis, Julius Cæsar Scaliger, lib. I. *Poetices* c. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.

2 *Quæst.* V. *lib.* I. in princ. in fol. 1134. Edit. Steph. *cap.* VII. & XVII.

3 *Lib.* V. *quæst.* II. in fin. fol. 1201. ubi etiam ait gladitorium agonem initio apud Pisam exhibitum.

F 4 De Iphito ludorum Olympicorum restitutore scripsi duobus *libri superioris* locis *cap.* XVI. & XXXII. videbis & quæ scribo postea *hujus lib. cap.* XXVI. De corona ex oleastro, actum *cap. præced.*

5 Hujus Olympiadis septimæ, qua Daicles Messenius stadio vicerit, anno primo post Romam conditam Dionys. Halicarn. tradit *lib.* I. fol. 57. iis verbis quæ attuli supra sub finem *cap.* XV. in *Notis*.

sores Olympionicis ludis meruisse præmia, inter auctores vetustæ historiæ constitit. Igitur omnium primos sive hac, sive alia etiam de causa, cursores ad certamen in reliquis agonistis a præcone ipso diluculo evocatos, ad extremum *superioris libri* docuimus.

Circa Isthmia vero, ut taceam quod alii tradunt, non fuisse πεντετηρικὸν agonem istum, ut alios, sed τριετηρικὸν, hoc est, tertio quoque anno celebratum; quod & Pindarus [1], & Græca quoque ad ipsum scolia comprobant. Aristides autem Rhetor præ cæteris *Isthmico in Neptunum* [2] elegantissime ac suavissime his verbis explicat, ubi de Isthmo Corinthiaco: Ἐστι γὰρ οἷον ἀγορά τις καὶ αὕτη κοινὴ τῶν Ἑλλήνων καὶ πανήγυρις· οὐχ ἡ διὰ δυοῖν ἐτοῖν συμπληροῖ αὐτῇ τὸ Ἑλληνικὸν, καθάπερ ἡ παροῦσα αὕτη. ἀλλ' ἡ διὰ παντὸς ἔτους καὶ καθ' ἡμέραν ἑκάστην. Et aliquanto post de conventu Isthmico: Πανηγυριζόντων τε τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁμονοούντων ἐν τῇ καλλίστῃ τῶν πανηγύρεων τῇδε καὶ ὀνομαστοτάτῃ διὰ δυοῖν δὶς εἰς ἓν συνιούσῃ, διπλασιαζομένῃ τε παρὰ τὰς ἄλλας καὶ προϊούσῃ καὶ φθανούσῃ τὰς λοιπὰς, καὶ αὖθις ἐπικαταλαμβανούσῃ ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἐν ἁρματηλασίαις. ὅπως ἦν ἰδεῖν ἀνθρώποις οὖσι φερόμενον τὸ Ποσειδῶνος ἅρμα, καὶ ἐπὶ κοινὸν κρατῆρα συνιόντων καὶ θεωρίας ἀπαγόντων τῷ τε Ποσειδῶνι, καὶ τῇ Ἀμφιτρίτῃ, καὶ τῷ Παλαίμονι, καὶ τῇ Λευκοθέᾳ. Ipsorum participes factos a Corinthiis Romanos post Fulvium & Posthumium Conss. Olymp. CXXXVIII. Polybius refert *lib.* II. sub init. in fol. 40. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς Ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους. ὅτε δὴ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους τοῦ τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνος. Excisa dein Corintho, apud Sicyonem ludos Romano Imperio vigente celebratos, e Pausania *Corinthiacis* sub initium in fol. 45. Aldini exemplaris, intelligimus: quo loco sic habetur: Ὁ δὲ Ἰσθμικὸς ἀγὼν οὐδὲ ἀναστάντων ὑπὸ Μουμμίου (ita legito ex Livii *lib.* XXXIX. e quo videsis quæ scripsi superioris *Agonistici* cap. XXIX. ubi Aldinus codex perperam scriptum habet Μεμμίου) Κορινθίων ἐξέλιπεν. ἀλλ' ὅσον μὲν χρόνον ἠρήμωτο ἡ πόλις Σικυωνίοις ἄγειν ἐπετέτραπτο τὰ Ἴσθμια. Ac ex eo demum tempore, vel etiam posterius sub Imperatoribus Romanis Isthmico conventu apud Corinthum, non gymnicos aut musicos tantum, sed etiam bestiarios seu venatorios immensis sumptibus ludos in theatris exhibitos, Julianus Imperator tradit, in illa celebri *pro Argivis Epistola* fol. 259. Edition. Paris. apud Duvallium anno 1583. sic admodum scribens: Οὐδὲ γὰρ ἐς χορήγησιν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων. ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐνίοις (malim ἐν τοῖς) θεάτροις ἐπιτελούμενα ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται, ἅπερ αὐτοὶ μὲν εἰκότως φέρουσι διὰ τὸν πλοῦτον καὶ τῶν ἀναλωμάτων τὸ μέγεθος. ἄλλως τε καὶ πολλῶν πόλεων (ὡς εἰκὸς) αὐτοῖς εἰς τοῦτο συναιρομένων ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος. Mutatio certe illa coronarum, cujus Plutarchus meminit, quando hactenus progressus sum, prætermittenda non videtur; quam ipse quasi primum pinea, deinde ex apio Nemeorum imitatione, tum pinea denuo corona Isthmionicæ donati fuerint, his admodum verbis explicat quæstione III. lib. V. *Sympos. Problem.* Ὦ πρὸς θεὸν (εἶπεν) οὐ γὰρ ἐχθὲς ἡ πίτυς ἐνταῦθα, καὶ πρώην στέμμα γέγονε τῶν Ἰσθμίων πρότερον δὲ τοῖς σελίνοις ἐστέφοντο, &c. Et postea: Ἡ ταῦτα (εἶπεν) οὐκ ἀνέγνων τῆς πίτυος, ὡς οὐκ ἐπείσακτον, οὐδὲ νέον, ἀλλὰ πάτριον, καὶ παλαιὸν δὲ στεμμάτων Ἰσθμίων σεμνυνόντες. Tum subjicit apud Plutarchum Lucanius: Ὡς ἡ μὲν πίτυς ἦν στέμμα τῶν ἀγώνων πατρίων, ἐκ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τοῦ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε δι' Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς ἱερὸν ἐπιτήδειον, εἶτα μέντοι χρόνῳ πάλιν ἀνακτησαμένη τὸ πάτριον γέρας ἡ πίτυς ἀνθεῖ τῇ τιμῇ. Ergo pinibus erectis ac præaltis consitum nemus ad stadium, Deique alicujus (Palæmonis fortasse, cui dicatus agon Isthmius) templum in Isthmo fuisse narrat eo *Corinthiacorum* loco Pausanias, unde verba superius in *cap.* XX. congessi. Arido denique apio tandem in Isthmiis donati victores, quibus antea pinus præmium victoriæ fuerat: idque Pindarus in *Isthmiis* ode II. epod. I. docet: atque apud Diodorum Siculum lib. XVI. *Biblioth.* fol. 551. Timoleon, qui boni de futura victoria ominis loco se accipere, militibus in hostem duci cupientibus prædicavit; quod in jumenta apio, ex quo Isthmiacæ coronæ victoribus donari solitæ conficerentur, onusta incidissent: Πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις, καὶ κατάρχεσθαι τῆς μάχης, κατὰ τύχην ὑποζυγίων σέλινα κομιζόντων εἰς τὰς στιβάδας, ὁ Τιμολέων ἔφη δέχεσθαι τὸν οἰωνὸν τῆς νίκης. τὸν γὰρ Ἰσθμιακὸν στέφανον ἐκ σελίνου συνίστασθαι. οἱ δὲ στρατιῶται παραγγείλαντος τοῦ Τιμολέοντος ἐκ τῶν σελίνων πλέξαντες στεφάνους, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθέντες προῆγον μετὰ χεῖρας, ὡς τῶν θεῶν προσημαινόντων αὐτοῖς τὴν νίκην.

Nam viride quidem apium Nemeis pro præmio tributum constat: quæ apud Argos celebrari solita, cum aliunde, [3], tum ex isto Livii loco *lib.* XXXIV. apparet: in quo lætam illam civitatem celeberrimum festorum dierum, ac nobile ludicrum Nemeorum die stata propter belli mala prætermissum in adventum Rom. exercitus, ducisque indixisse; præfecisseque ludis ipsum imperatorem & testatam quoque ipso Nemeorum die, voce præconis, libertatem Argivorum fuisse traditur: qua de re Plutarchus quoque in *Tito Cajo Flaminio* fol. 687. sic fere: Ἀγωνοθέτης δὲ Νεμείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει τήν τε πανήγυριν ἄριστα διέθηκεν, καὶ πάλιν ἐκεῖ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν ὑπὸ κήρυκος ἀνεῖπεν. Cæterum Aratus Cleonis, quas Achæis conjunxerat, Nemeorum ludicrum, ut ad eos potius ab antiquo pertinens, celebravit: & itidem Argivi eodem tempore, quemadmodum idem auctor *Arato*, fol. 1901. memorat: verum omnes eos, qui Argis certaverant, dum Achæorum fines pertransirent, captos, & pro hostibus sub hasta venditos; ac tum primum violatam fuisse, quæ certantibus concessa fuerat, securitatem, fidemque publicam: Καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Νεμείων ἤγαγεν ἐν Κλεωναῖς ὡς πάτριον ὄντα, καὶ μᾶλλον προσήκοντα τούτοις. ἤγαγον δὲ καὶ Ἀργεῖοι. καὶ συνεχύθη τότε πρῶτον ἡ δεδομένη τοῖς ἀγωνισταῖς ἀσυλία, καὶ ἀσφάλεια. πάν-

---

1 *Nemeor.* ode VI. ep. II. Hac de re sed non citatis auctoribus Natalis Comes lib. V. *Mythol.* ad finem cap. II. Et Cœl. Rhodig. ante ipsum cap. XVII. lib. XIII. *Lect. Antiq.* ubi de Olympicorum origine.

2 Fol. 102. Florentini exemplaris Græci pag. 2. & fol. 103. Latinæ autem versionis a Cantero, fol. 13. & 14

3 Vide Plutarch. in *Arato*, fol. 1590. & 1591. lib. Stephan. & Strab. lib. VIII. *Geogr.* sed & Diodor. Sicul. lib. XIX. *Biblioth.* ubi de Cassandro, fol. 705. Αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν Ἀργείαν, καὶ θεὶς τὸν τῶν Νεμέων ἀγῶνα, τὴν εἰς Μακεδονίαν ἐπάνοδον ἐποιήσατο: Notavi sup. *lib.* I. *cap.* XVIII. Et Polybius lib. V. *Histor.* fol. 171. ait *Philippum venisse Argos ad Nemea.* Julian. Imperator in *Epistola pro Argivis* fol. 259. Ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν Νεμέων συγκροτοῦσι πανήγυριν.

τας τ Ἀχαιῶ. ὅσας ἔλαβον ἢ ἀνιστμένας ἐν Ἄργει διὰ τῆς χωρας περιϊεμενης ὡς πολεμιοις ἀποδομένων. De Nemeis cum certum ac pro explorato habeant plerique omnes, qui de gymnicis atque lustralibus ludis hactenus scripsere, tum ab Hercule illos institutos, tum Jovi sacros, quod Scoliastes Pindari testatur in *Vita Pindari*, *Scoliis ad ipsum* præfixa, eos scilicet, qui Argis & Cleonis darentur, (ut equidem conjicio; qui Cleonici certaminis, ut a Plutarcho, illo quem attuli *loco*, sic a Pindaro *Nemeonicis* [1] mentionem fieri scio: Nemeam vero inter Cleonas ac Phliuntem, & lucum fuisse, in quo Argivi pro more Nemea celebrarent, a Strabone lib. VIII. *Geograph.* fol 432. tradi: & quidem, ita ut cum ab Argis Cleonas abesse dicat stadia 120 Cleonis potius quam Argis Nemeam, ac proinde ludos Nemeos tribuere videatur) hoc insuper ab illis ipsis receptum, hosce ludos honori Archemori dicatos, Thebisque celebratos antiquitus [2], unde Ausonius, ut alios mittam:

Archemori Nemeæa colunt funebria Thebæ.

Item postea:

Proximus Alcides Nemeæ sacravit honorem.

Ac denique:

Archemori Nemeæa colunt quinquennia Thebæ.

Et propterea Nemeis a Pindaro in supra *d. loco* Thebarum quoque mentionem injici, quas ἑπτὰ [illegible] nominat: ipseque adeo Statius Papinius [illegible] VI. ubi quatuor sacrorum agonum originem describit, Olympiis posterius Pythia, his Isthmia, & postremo Nemea illis omnibus recentius instituta indicans, (quem a Pindaro quoque suorum de hieronicis cantuum ordinem observatum scimus: neque contrarium, sed diversum esse, atque alio pertinere, quod Aristoteles alicubi [3] πρότερον Νέμεα Πυθίων) in honorem Palæmonis Isthmia celebrata, ubi cecinit his versibus:

Mox circum tristes servata Palæmonis aras
Nigra superstitio quoties animosa resumit,
Leucothoe gemitus, & amica ad littora festa
Tempestate venit planctus, conclamat uterque
Isthmos. ——

Adjicit de gymnicis Nemeorum ad Thebas primum, ac deinde ad Argos agonibus:

—— *Echion ... resperſant flebile Thebæ,*
Et nunc ... Regum, quibus Argos alumnis
Convexum ..., quorumque ingentia Tellus
Aonis, & Tyriæ suspirant nomina matres,
Concurrunt, nudasque movent in prælia vires.

Nudarum etenim virium vocabulo, agones ostensi gymnici, eademque de re sub init. *Thebaid.* VII.

Finierat pugnas honor exequialis inermes,
Nec dum abierant cœtus cunctique silentibus heros
Vina solo fundens, cinerem placabat Adrastus
Archemori: Da parte tuum Trieteride multa
Instaurare diem: nec ... Arcadas aras
Malit adire Pelops, Eleaque pulset eburna
Templa manu, nec Castaliis altaribus anguis,
Nec sua pinigero magis adnatet umbra Lycæo.

Ælianus tamen eos, quos multi putent Archemoro duci consecratos, ipse a septem illis ad Thebas ducibus in honorem Pronactis, qui eorum causa perierat, ludos institutos, *Variæ Historiæ* cap. V. lib. IV. retulit, sic fere: Καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Πρώνακτι, καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. διὰ γὰρ αὐτοὺς ἀπολομένου τοῦ Πρώνακτος τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτὸν, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξ ἀρχῆς, alias ἐξαρχῆς. Non modo autem ista lustralia non fuisse certamina, quæ apud Argos exhiberentur, sed (sicuti de Isthmiis paulo ante admonui hoc ipso *capite*) singulis quibusque quinquenniis duplicia, hoc est, bis celebrata, Imperatoris quidem Juliani temporibus, ipse testatur his admodum verbis, in quadam ἀνεπιγράφῳ *Epistola pro Argivis*, fol. 258. Edition. Paris. anno 1583. cum Pythia non minus quam Olympia, tum etiam lustralia forent; Πρὸς δὲ τούτοις Ἠλεῖοι μὲν καὶ Δελφοὶ διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πενταετηρίδος ἅπαξ ἐπιτελεῖν εἰώθασι. διττὰ δέ ἐστι Νέμεα παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις. Verum etiam annuos Nemeorum agones Argis exhibitos singulis quadriennis quaternos: quod nimirum ista ejusdem Principis verba *ibidem* significant: Ἐν μὲν τοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ δύο πρόκεινται παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἀγῶνες ἕτεροι οἵδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. His primum Nemeorum ludis armatorum hominum cursu decertantium agonem propositum, Pausanias *Corinthiacis* fol. 44. in hæc verba narrat; Θύουσι δὲ Ἀργεῖοι τῷ Διὶ, καὶ ἐν τῇ Νεμέᾳ, καὶ Νεμείου Διὸς ἱερέα αἱροῦνται, καὶ δὴ καὶ δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα ἀνδράσιν ὡπλισμένοις, Νεμείων πανηγύρει τῶν χειμερινῶν. Ex quo etiam loco apparet non inepte hoc, aut falso dictum a Scoliaste Pindari, sacros Jovi Nemeos ludos; cum apud Nemeam & sacra fieri ab Argivis, & sacerdotem legi solitum intelligamus. Granianum quidem Sicyonium diaulum cum clypeo decurrisse, ac victorem extitisse, idem Pausanias paulo ante fol. 40. Aldini exempl. dixerat. Pythiis etiam sive Delphicis agonibus hoplitodromorum cursum receptum Heliodorus de Theagene Thessalo verba faciens, antagonistam Arcadem Orchomenum post se inter decurrendum relinquente, & clypeum sensim in altum tollente, dum Charicleam intuetur; statim post illa verba quæ superioris *Agonistici* cap. XXX. expressi ex *Æthiopicon* lib. IV. sub initium, eodem pertinentia, hisce insuper comprobat. Ἐπειδὴ μέσον ἠνύετο τὸ στάδιον (inquit) ὀλίγον ἐπιστρέψας καὶ ὑποβλέψας τὸν ὁρμενον, ἀνακουφίζει τὴν ἀσπίδα πρὸς ὕψος, &c. Inductum vero Pythiade tertia & vicesima, qua inde victoriam Timænetus reportarit, cum ante quinque Olympiades Damaretus Heræensis eo genere apud Olympiam vicisset, is quem totius historiæ veteris auctorem locupletissimum ac fidelissimum frequenter hocce trino tractatu nominandum habui, Pausan. prodidit *Phoc.* fol. 323. Wechel. Edit. quo loco: Τρίτῃ δὲ Πυθιάδι ἐπὶ τῇ εἴκοσι (ait) προσιθέασιν ὁπλίτην δρόμον, καὶ ἐπ' αὐτῷ Τιμαίνετος ἐκ Φλιοῦντος ἀνείλετο τὴν δάφνην, Ὀλυμπιάσιν ὕστερον πέντε ἢ Δημάρετος Ἡραιεὺς ἐνίκησεν. In armis cursorum fuere galea quam capite, ocreæ quas tibiis, aspis sive clypeus, quem manibus ferrent, qui eo certamine contenderent: quod ὁπλίτου δρόμος vocabatur, quodque Olympiade quinta supra sexagesimam apud

---

1 Ode IV. epod. I. in principio: Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶνος ὁρμοῖ στεφάνων πέμψαι τα.

2 Hac de re scripsimus *libro superiore cap.* XVI. a Clemente Alexandrino, ac Tertulliano, ubi videas licet.

3 *Lib.* IV. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *cap.* XI. ubi: Περὶ τῶν προτέρων μὲν χρόνον τὰ μὲν γὰρ πορρωτέρω τοῦ νῦν ὄντος, &c. τὰ δὲ τῷ ἐγγυτέρῳ τοῦ νῦν, οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων. πρότερον γὰρ Νέμεα Πυθίων, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ νῦν τῷ νῦν ὡς ἀρχῇ καὶ πρώτῳ χρησαμένων.

Olympiam, certante Damareto, receptum; postea tamen aliquanto ab Eleis aliisque Græcis rejectum fuisse, Pausanias idem auctor est *Eliacon* II. fol. 147. ubi sic scribit: *Δαμαρέτῳ μὲν πέμπτῃ ἐπὶ τῇ ἑξήκοντα Ὀλυμπιάδι. ὅτε ἐνομίσθη πρῶτον ὁ τοῦ ὁπλίτου δρόμος, καὶ ὡσαύτως τῇ ἐφεξῆς πεποίηται ὁ ἀνδριὰς ἀσπίδα τε καὶ ταυτὰ ἔχων τοῖς ἐφ᾽ ἡμῶν, καὶ κράνος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, καὶ κνημῖδας ἐπὶ τοῖς ποσί· ταῦτα μὲν δὴ ἀνὰ χρόνον ὑπό τε Ἠλείων καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων τῶν ἄλλων ἀφῃρέθη τοῦ δρόμου.* Ubi cnemidas, easdem cum endromidibus equidem accipio: de quibus ad extremum hujus *Agonistici* secundi cap. XXXIV. in fine plenius atque commodius disceptabitur. Eum cursum armati dum obirent, clypeis concussis edidisse quendam strepitum videntur: ac proptetea Pindarum ita cecinisse crediderim *Isthm.* ode I. *Herodoto Thebano* strophe II.

Λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ,
Ἔντε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν, ἔντ᾽ ἀσπιδοδούπισιν ὁπλίταις δρόμοις.

CAP. XXIV.

Pythicum agonem initio fuisse coronarium, deinde pecuniarium, postremo coronarium. Musicum initio fuisse: citharœdorum utique Pæana, vel Epitaphium Pythonis canentium: amictu splendido atque ornatu. Deinde aulœdorum. Cantus sive Nomus Pythius. Curulem illum Orestis temporibus agonem fuisse videri, vel Sophoclis potius: cujus explicata sententia; Camerario notato. Picturæ quoque certamen fuisse Pythiis apud Delphos, quæ primum apud Cirrhæos, deinde apud Delphos & Pythonem celebrata. Statius interim explicatus, reprehenso ejus Interprete. Variatio coronarum Pythiarum. Ovidii carmen castigatum. Pythiorum nomen a Pythone serpente cæsa. Seneca emendatus, & ab errore gravissimo, quem ne recentiores quidem castigatores perceperint, vindicatus. Δελφύνης sive δελφίνης utroque genere. De Africana serpente miræ magnitudinis, & aliis draconibus prælongis, in Notis.

NEC vero prætermittam, quod de Pythicis apud Delphos (ut ante [1] monui) celebratis alicubi [2] legere memini: agonem istum *χρηματίτης*, vel *ἀργυρίτης* jam inde ab Eurylocho Crissæorum, qui Cirrhæos deleverant, (ut est apud Strabonem. Nam hos eosdem facere videtur *ad Homeri* II. *Iliados* Eustathius [3], Dionysii tamen Periegetæ diversos illos facientis opinionem nihilominus adferens) debellatore cum fuisset, *στεφανίτην* (sicut ab initio fuerat, cum primo certamine victores Apollo coronasse lauro dicitur) postea factum. Ac fuisse musicum ab initio, citharœdorum nempe in Apollinis laudem Pæana canentium: sub Eurylocho autem illo Amphictyonas equestre, gymnicumque id corona præmii loco proposita constituisse, Pythiumque nominasse; adjectis insuper ad citharœdos tibicinibus & citharistis cantum, qui modus, sive nomos Pythius diceretur, reddentibus: cujus quinque partes non a Julio tantum Polluce *Onomastici* lib. IV. cap. X. quod est *de tibiis* ad finem in col. 216. lib. German. sed etiam a vetustiore aliquanto Strabone [4] percensentur. Ea vero, quæ diximus his Græcis expressa omnino sunt: *Ἀγὼν δὲ ὁ μὲν ἀρχαῖος ἐν Δελφοῖς κιθαρῳδῶν ἐγενήθη παιᾶνα ᾀδόντων εἰς τὸν θεόν* ... *ἐν Δελφοῖς δὲ τοῖς κιθαρῳδοῖς αὐληταῖς τε, καὶ κιθαριστὰς χωρὶς ᾠδῆς ἀποδώσοντας τι μέλος, ὃ καλεῖται νόμος Πυθικός· πέντε δ᾽ αὐτοῦ μέρη ἐστὶν,* &c. Quibus ista Pausaniæ [5] de Pythicis sive Delphicis agonibus agentis percommode adjungerentur (ut arbitror) de vetustissimo Musices certamine, quo Chrysothemis Cretensis hymno in honorem Apollinis decantato primus vicerit: Philammon deinde, ac post ipsum Thamyris ipsius filius: Orpheus & Musæus in agonem descendere noluerint; Eleuther Pythicam victoriam alieno carmine recitato reportaverit: Hesiodus agone sit prohibitus, quod simul ad cantum pulsare citharam minime didicisset. Hoc autem facere cum sciret Homerus, propter oculorum tamen vitium atque orbitatem noluisse certamen inutile sibi futurum aggredi: *Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα* (inquit) *γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ᾽ ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν· καὶ ᾖσε καὶ ἐνίκησεν ᾄδων Χρυσόθεμις ἐκ Κρήτης,* &c. *Χρυσοθέμιδος ὕστερον Φιλάμμωνά τε ᾠδῇ μνημονεύουσι νικῆσαι, καὶ ἐπ᾽ ἐκείνῳ Θάμυριν τὸν Φιλάμμωνος. Ὀρφέα δὲ,* &c. *καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως, οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι. φασὶν δὲ Ἐλευθῆρα ἀνελέσθαι Πυθικὴν νίκην, μέγα καὶ ἡδὺ φωνοῦντα ἐπεὶ ᾄδειν γε αὐτὸν οὐχ αὑτοῦ τὴν ᾠδήν. λέγεται δὲ καὶ Ἡσίοδον ἀπελαθῆναι τοῦ ἀγωνίσματος, ἅτε οὐ κιθαρίζειν ὁμοῦ τῇ ᾠδῇ δεδιδαγμένον. Ὅμηρος δὲ ἀφίκετο μὲν ἐς Δελφοὺς ἐρησόμενος ὁπόσα καὶ ἐδεῖτο· ἔμελλε δὲ αὐτῷ καὶ κιθαρίζειν διδαχθέντι, ἀχρεῖον τὸ μάθημα ὑπὸ τῆς ὀφθαλμῶν τῆς συμφορᾶς γενήσεσθαι.* Deinde istud etiam adjicit, Pythiade secunda cæteris abolitis præmiis, quæ antea concedebantur victoribus, agonem coronarium esse cœpisse: *Δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι οὐκ ἐπὶ ἄθλοις ἐκάλεσαν ἔτι ἀγωνίζεσθαι· στεφανίτην δὲ τὸν ἀγῶνα ἀπὸ τούτου κατεστήσαντο.* Denique citharistis, qui vocis cantu non edito pulsarent citharam, octava Pythiade præstitutum coronæ præmium; eoque Tegeatem Agelaum donatum: *Ὀγδόῃ δὲ Πυθιάδι προσενομοθέτησαν κιθαριστὰς τοὺς ἐπὶ τῶν κρουμάτων τῶν ἀφώνων· καὶ Τεγεάτης ἐστεφανοῦτο Ἀγέλαος.* Inter citharœdos, qui Pythiis agonibus Pæanem splendida & decora veste amicti canerent, Arionem fuisse accepimus, qua sumpta pro funebri, cum ipsi vitæ periculum nautæ intenderent, Pythium nomum fidibus adhibitis cecinerit. Auctor hujus rei Plutarchus in *septem Sapientum Symposio*, fol. 279. libri Stephanici: ubi Gorgias: *προσελθεῖν ἐγνώκεισαν* (ait in cæteris) *Ἀρίονα τὸν κιθαρῳδὸν, αὐτὸν τοὔνομα φθεγγόμενον αὐτοῦ, καὶ*

---

1 *Cap.* XVII. & *cap.* XXV. *lib.* superiore proximo, cum ex aliis auctoribus, tum vero ex Pausania *Phocicis*: quibus addesis Plutarch. *Agesilao*, fol. 1107. De Pythiis & eorum præmiis Vignerus historiographus in *Fastorum* lib. Gallico fol. 25. & 26.

2 Lib. V. *Sympos. Problem.* quæst. VII. Vide Pausaniam *Eliacon* II. fol. 150. Aldin. lib. & *Phocicis* fol. 255.

3 Fol. 273. de delphine qui Cretenses Cirrham Apollinis jussu perduxerit, vide Plutarch. in lib. *πότερα τῶν ζώων φρον.* fol. 1811. Ex quo scripsi lib. III. *Semest.* cap. III.

4 Lib. IX. *Geograph.* fol. 483. Germanici exempl. quo & Polluce itidem haud citatis (Italico scilicet, qui tum invaluerat, more) Julius ille Scaliger Veronæ suæ vicinique nobis Aginni ornamentum, in *Arte Poetica* partes eas percensuit: ubi & alia complura de quatuor agonibus sacris minime pœnitenda protulit.

5 *Phocicis* sub initium in fol. 322. Wechel. Edition.

τῇ στολῇ καταφανὴς γένοιτο. ἣν γὰρ ἀγώνιον ἐτύγχανεν ἀμπεχόμενος ἐσθῆτα, ᾗ καὶ ἐν ἔργῳ ἐκέχρητο. Et postea. Γενόμενος δ᾽ ὢν ἐν τούτοις καὶ ἀπορῶν, ὁρμῇ τινι χρήσαιτο δαιμονίᾳ. τὸ μὲν σῶμα κοσμῆσαι καὶ λαβεῖν ἅπασαν αὐτοῦ τὴν ἀγωνιστικὴν κόσμον, ἐξᾶσαι δὲ ἐπὶ τῇ βάσει τῇ πλοίου. καὶ προσγενέσθαι κατὰ τοῦτο τῶν κινδύνων ἀγωνιστικὸς ἐστολισμένος, ἐν ᾧ προσεῖπεν ὅτι προθυμεῖται τῇς αὐτοῦ ψυχῆς τῷ ... ἐλθεῖν τὸν Πυθικὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ ὑπὸ ... μέλλοντι, κατὰ τὰς περὶ τὸν τοῖχον ἐν πρύμνῃ, καί τινα θεῶν πελαγίων ἀνακαλεῖν προσανακρουσάμενος, ᾄδοι τὸν νόμον, &c. Ubi quod de citharœdico Arionis habitu proditum, splendido scilicet amictu atque ornatu, admodum placet; quando eum a vulgari, a mimico & comico (si non etiam a tragico) diversum fuisse, conjectura non levi, ut videtur, augurari fas est. Et statuas quidem suas Neronem citharœdico habitu posuisse, qua nota etiam nummum percusserit, a Suetonio *Nerone* cap. XXV. literis traditum. Nullius autem citharœdi, in theatrum qui agonis ergo prodiret, quam Euangeli Tarentini non ignobilis quidem apud suos hominis, sed imperitissimi alioquin & ineptissimi citharœdi, amictum pretiosiorem fuisse, facile ut mihi persuadeam, elegantissimi & jucundissimi Luciani scripta faciunt, vestis purpureæ auro intertextæ, aureæque pretiosis lapillis interstinctæ coronæ, ab ipso citharœdi personam acturo gestatæ, mentionem facientia. Ex quibus hoc etiam addiscitur, coronatos fuisse citharœdos, cum de se populo spectaculum præberent; & lauro quidem apud Delphos ludis Pythicis; etiamsi nondum coronam meruissent, sed pro illa tam exoptata, quam apud veteres Ethnicos sacra credita, victoriæ corona contenderent: Ταραντῖνος Εὐάγγελος τοὔνομα (inquit ille [1]) τῶν οὐκ ἀφανῶν ἐν τῷ Τάραντι ἐπεθύμησε νικῆσαι Πύθια, &c. ἧκεν οὖν εἰς τοὺς Δελφοὺς, τά τε ἄλλα λαμπρὸς καὶ δὴ καὶ ἐσθῆτα χρυσόπαστον ποιησάμενος, καὶ στέφανον δάφνης χρυσῆς κάλλιστον· ὡς ἀντὶ καρποῦ τῆς δάφνης, σμαράγδους εἶναι ἰσομεγέθεις τῷ καρπῷ, &c. εἰσέρχεται οὖν ὅλος περιλαμπόμενος τῷ χρυσῷ, καὶ τοῖς σμαράγδοις, καὶ βηρύλλοις, καὶ ὑακίνθοις· καὶ ἡ πορφύρα δὲ εὐπρεπὴς τῆς ἐσθῆτος, ἡ μεταξὺ τοῦ χρυσοῦ διεφαίνετο. τούτοις ἅπασι προεκπλήξας τὸ θέατρον καὶ θαυμαστῆς ἐλπίδος ἐμπλήσας τοὺς θεατὰς, &c. Et postea de Eumelo Eleo antagonista, qui tenui quidem amictu, verumtamen composita capiti corona, veterem citharam habens ex arte suum decantarit nomon; & victor ibi renunciatus, Euangelum tali joco insectatus fuerit, quod ille quidem auream, ipse vero Pythicam lauream ferret: Μικρὸν δὲ ἐπισχὼν μετ᾽ αὐτὸν (ait) Εὔμηλός τις Ἠλεῖος εἰσέρχεται κιθάραν μὲν παλαιὰν ἔχων, ξυλίνους δὲ κόλλοπας ἐπικειμένην, ἐσθῆτα δὲ καὶ μόγις σὺν τῷ στεφάνῳ δέκα δραχμῶν ἀξίαν. ἀλλ᾽ οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης ἐκράτει καὶ ἀνεκηρύττετο. καὶ τοῦ Εὐαγγέλου κατεγέλα, μάτην ἐμπομπεύσαντος τῇ κιθάρᾳ καὶ ταῖς σφραγῖσιν ἐκείναις. καὶ εἰπεῖν γε λέγεται πρὸς αὐτὸν, ὦ Εὐάγγελε, σὺ μὲν χρυσῆν δάφνην περίκεισαι, πλουτεῖς γάρ· ἐγὼ δὲ ὁ πένης τὴν Δελφικὴν, & reliqua. Nonnus etiam *Dionysiacis* [2] Oeagrum & Erechtheum æmulos citharam pulsaturos & cantaturos, non aliter quam accinctis peplis, & laureis foliis revincta coma mitratos in medium producit: quo loco inter cætera sic scriptum:

Αὐτὰρ δ᾽ εἰς μέσον ἦλθεν ἀεθλητῆρες ἀγῶνος,
Φόρμιγγων ἐλατῆρες. ἐμιτρώσαντο δὲ χαίτας
Δαφναίοις πετάλοισιν. ἀνεζώννυντο δὲ πέπλους,
Ἀμφοτέροι δ᾽ ἐλέλιζον ἐϋμνέι δάκτυλα παλμῷ, &c.

Porro autem de Eunomo Locrensi citharœdo, qui vel hymnum Apollini sive Pæanem, (ut superius dixi) vel Epitaphium sive funebre carmen Pythiis serpenti Pythoni canere, apud Clementem Alexandr. initio *Protreptici ad Gentes* agitur sic fere: Πανήγυρις Ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο Πυθοῖ. ἐπιτάφιον ἑρπετοῦ ᾄδοντος Εὐνόμου. ὕμνος ἢ καὶ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδὴ, οὐκ ἔχω λέγειν. ἀγὼν δὲ ἦν, καὶ ἐκιθάριζεν ὥρᾳ καύματος Εὔνομος. Orestis tamen temporibus apud Delphos equestre seu curule celebrari cœptum auctor mihi Sophocles *Electra*, ubi de Orestis, velut iis ludis de curru deturbati atque obtriti obitu loquens pædagogus inducitur sic fere:

Κεῖνος γὰρ ἐλθὼν εἰς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος
Πρόσχημ᾽ ἀγῶνος Δελφικῶν ἄθλων χάριν, &c.

Et postea:

Κεῖνον γὰρ ἄλλης ἡμέρας, ὅθ᾽ ἱππικῶν
Ἦν ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγὼν,
Εἰσῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα.

Tum deinde:

—— πᾶν δ᾽ ἐπίμπλατο
Ναυαγίων Κρισαῖον ἱππικῶν πέδον.

Ac denique de Orestis casu:

Ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
Κάμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν
Παίσας· ἔθραυσε δ᾽ ἄξονος μέσας χνόας,
Κἀξ ἀντύγων ὠλίσθε· σὺν δ᾽ ἑλίσσεται
Τμητοῖς ἱμᾶσι. τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ
Πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον.
Στρατὸς δ᾽ ὅπως ὁρᾷ νιν ἐκπεπτωκότα
Δίφρων, ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν.

Sed forsitan istud a Sophocle scriptum κατὰ πρόληψιν, (qualia in poetarum libris multa figurate scripta reperias: & apud Mosem ipsum a me observata complusculа in *Dodecameno*) ut jucunda certaminis hujus tunc temporis valde apud Græcos celebris repræsentatione auditorii theatralis demereretur gratiam. Alioqui repugnare historiæ veritatem constat ex illo Strabonis loco: quod enim ex Pausaniæ altero quopiam Camerarius eruditissimus notat, nondum fuisse Pythia Orestis temporibus, utpote instituta Olympiadis XLIX. [3] anno tertio: non video quid huc facit, cum Delphica, de quibus Sophocles agit, equestria non fuisse minime ostenderit. Fefellit virum eruditum Scoliastis Græci adnotatio illa vera & recta; οὔπω ἦν ἐπὶ Ὀρέστου ὁ Πυθικὸς ἀγών: qua reprehensum ἀνιστορησίας a Scoliaste poetam falso credidit Camerarius: cum potius reddendæ rationis animum Scoliastes habuerit, quamobrem non Pythici, sed Delphici agonis meminisset Sophocles. Plurima eruditiores quique homines, in præcipiti scribendi studio, non satis considerate proferunt: ipse, quod possum, illa tantum quæ a classicis auctoribus didici, quorum etiam verba exhibere non piget. Circa Pythios agonas omittere non possum, quo Pausanias me docuit, *Corinthiacis*,

1 Libello πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον: unde scripsi sup. *lib.* I. *cap.* XIII.

2 Lib. XIX. fol. 336. unde scripsi *cap.* XXI. *sup.* ubi videto cætera.

3 Immo XLVIII. ut ex Pausaniæ *Phocicis* perspicue apparet, fol. 322. Wechel. Edition. ubi: Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδόης, ἣν Γλαυκίας ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθηκαν οἱ Ἀμφικτύονες κιθαρῳδίας μὲν, &c.

fol. 58. Aldi. Editionis, primum illos Apollini dicasse Diomedem: Καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων (inquit ille) Διομήδη πρῶτον θεῖναι Ἀπόλλωνι: tum deinde quod idem ipse *Phocicis*, fol. 322. & 323. Edit. Wech. a secunda Pythiade atque adeo post XLVIII. Olympiadem, præmia primum quæ apud Olympiam athletis præstituta, præterquam ob quadrigas cursualium equorum, & vero inducta tunc fuisse ab Amphictyonibus, dolicho & item diaulo puerorum curriculo. Coronario dein agone facto, quadrigarum cursu victorem Cleisthenem Sicyonium fuisse renunciatum, literis prodidit: Bigarum vero cursum octava & quadragesima Pythiade receptum; qua Execestidæ Phocensis biga victoriam abstulerit: Ἔθεσαν δὲ καὶ ἆθλα τότε ἀθληταῖς πρῶτον, (ait) τὰ ἐν Ὀλυμπίᾳ πλὴν τεθρίππου, καὶ αὐτοὶ νομοθετήσαντες δόλιχον καὶ δίαυλον παισὶν εἶναι δρόμον, &c. Et statim, προσέθεσαν δὲ καὶ ἱππέων δρόμον· ἀνηγορεύθη δὲ ἐπὶ τῷ ἅρματι Κλεισθένης ὁ Σικυώνιος τυραννήσας. Item postea, ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ τεσσαράκοντα Πυθιάδι, καὶ συνωρίδος εἶναι κατεστήσαντο δρόμον. καὶ Ἐξηκεστίδα Φωκέως ἐνίκησεν ἡ συνωρίς.

Nec musicæ modo, sed picturæ quoque certamen Pythiis: quo Panæus frater Phidiæ a Timagora Chalcidense fuerit superatus: sed & Isthmiis apud Corinthum institutum fuisse, auctor mihi Plinius initio *cap.* IX. *lib.* XXXV. in hæc verba scribens: *Quinimo certamen picturæ etiam florente eo* (Panæo) *institutum est Corinthi, ac Delphis: primusque omnium certavit cum Timagora Chalcidense superatus ab eo Pythiis, quod &* (malim, *ex*) *ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio*. Atque ut sinam, quod Olympiæ in ipsis agonibus Aetionem pictorem Lucianus tabulam amores Alexandri & Roxanes repræsentantem exhibuisse refert in *Herodoto* sive *Aetione* sub initium: qualem ipse in Italia etiamnum extantem graphice descripsit, quæ adeo placuerit spectatoribus, ut Proxenidas Hellanodica hominis admiratus artificium, illico eum sibi generum despondèrit, quo loco: Καὶ Ἀετίωνα φασὶ τὸν ζωγράφον (inquit) συγγράψαντα τὸν Ῥωξάνης καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον εἰς Ὀλυμπίαν καὶ αὐτὸν ἀγαγόντα τὴν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι· ὥστε Προξενίδαν Ἑλλανοδίκην τότε ὄντα ἡσθέντα τῇ τέχνῃ γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Ἀετίωνα, &c. Sami quoque in certamen descendisse Parrhasium de Ajace pingendo cum altero minus laudato pictore Athenæus narrat libro *Deipnosophistarum* XII. sub finem in fol. 403. a quo victus amicis vicem ejus dolentibus dixerit; de ea re non admodum se laborare, sed Ajacis nomine moleste ferre, quod iterum ab indigno victus foret. Qua de re Plinii quoque verba *lib.* XXXV. *cap.* X. proferre ideo placet, quod nomen alterius illius minus laudati pictoris philologus cognoscat: *Ergo magnis suffragiis* (inquit) *superatus a Timanthe Sami in Ajace armorumque judicio, herois nomine se moleste ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset*. Eundem pictorem (Parrhasium nempe) aliquando purpura indutum capiti auream coronam imposuisse a Clearcho in *Vitis* proditum, idem Athenæus paulo ante dixerat. Quod equidem crediderim non tam sumptuosi ullius luxus gratia fecisse ipsum, quam laudis vano quodam & vesano studio atque ambitione nimia; quod velut aliquem hieronicam celebrari se vellet ab omnibus: Olympionicas profecto floridam atque triumphalem gestasse vestem, ad extremum *capitis* XII. diximus. Porro primum apud Cyrrhæos, quos nominavi superius, agonem Apollini exhibitum, qui deinde apud Pythonem, aut Delphos (quemadmodum libro superiore [1] docuimus) instauratus fuerit, non inerudite quispiam ex istis, quibus Cyrrhæ pater Apollo nuncupatur, Statii Papinii lib. III. *Sylvarum* carm. I. ex Hercule Surrentino Pollii desumptis versibus colligat:

—— hos nec Piseus honores
Juppiter aut Cyrrhæ pater aspernetur opacæ
Nil his triste locis. ——

Et reliqua, quæ *libro* III. de præconia tuba dissferens exhibebo. Nam quod ibi Calderinus Domitius Cyrrhæ nomine Nicopolim, sive Actium a Poeta designari putat, pro qua Delphos, aut Pythonem dicere debuit, prorsus eum hallucinari censeo. Varias autem in ipso agone Pythio, ut variis temporibus (si non etiam iisdem) coronas fuisse victoribus concessas, ex auro, pomis, esculo, e Grammaticorum commentariis percipitur. De Pythiis igitur Ovidius lib. I. *Metamorph.* agens, istud ostendit, his versibus:

Hic juvenum quicunque manu, pedibusve, rotave
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat.

Idem Ovidius, Pythia esse ab Apolline Pythio in memoriam Pythonis maximæ serpentis confixæ sagittis atque interemptæ instituta, paulo ante his fere versibus cecinerat, ubi de Pythone:

Hanc Deus [2] arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante nisi in damis capreisque fugacibus usus,
Mille [3] gravem telis exhausta pene pharetra
Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.
Neve operis famam posset delere vetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Quod si verum credidere Veteres [4], passimque ab iis receptum, ab ipso etiam Statio Papinio, cujus ista sunt, ex initio libri VI. *Thebaid.* ubi egit de Olympico certamine:

Proxima vipereo celebravit libera nexum
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ.

A Juliano Cæsare [5] denique, qui Apollinem a Simonide Melico Hecaton quasi dixeris centenarium nominatum, idque nomen magis ei placere, quam Pythii memorat; propterea quod Pythona serpentem centum ut ait sagittis confecerit: Σιμωνίδῃ δὲ ἄρα τῷ Μελικῷ πρὸς τὴν Ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν Ἑκατὸν προσειπόντι, καὶ καθάπερ ἀντ' ἄλλου τινὸς ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν κοσμῆσαι διότι τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατὸν, ὥς φησιν, ἐχειρώσατο. καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑκατὸν ἢ Πύ-

1 *Agonist.* I. cap. XVII. ubi de Pythicorum agonum loco disceptatum fuit.

2 Sic omnino legendum apparet e sequentibus, non ut vulgo, *Hunc Deus*.

3 Numerus certus, poetice, pro incerto, & quidem hyperbolicus: nam centum duntaxat sagittarum apud Julianum Cæsarem mentio, eo, qui statim indicabitur, *loco*.

4 Scripsimus hac de re nonnihil initio præcedentis *tractatus* a Pausania *Phocicis* fol. 255. & a Strabone lib. IX. *Geograph.* fol. 583. & seqq.

5 *Epist. ad Serapion. clariss.* fol. 210. ubi centenarius numerus commendatur. Addesis Eusebium lib. II. *de Præpar. Euang.* cap. περὶ τῶν νεκρῶν εἶναι τάφους, &c. fol. 46. ubi: Πυθοῖ μὲν γὰρ ὁ δράκων ὁ Πύθιος θρηνεῖται, καὶ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται Πύθια.

A θιον χαιρ[illegible] [illegible] συμ[illegible] [illegible]. Satis mirari nequeo, quamobrem Seneca Pythonem non vulnerabilem, atque molaribus demum fractum fuisse scripserit *ad L[illegible]* extrema ep[illegible]. LXXXII *Desi[illegible] jam de te*, quo loco: *Serpentem illum in Africa sævum* (inquit) *& Romanis legionibus bello [illegible] terribilem [illegible] frustra sagittis fundisque [illegible]: ne Pythoni quidem vulnerabilis erat [illegible] magnitudo pro [illegible] solida*, (sic Mareti, sic Monjousii codex manuscriptus, quo usus sum, habet) *f[illegible]rum, & quicquid [illegible] manu [illegible]: molaribus demum fracta [illegible], & [illegible] mortem tutam [illegible]*. Qu[illegible] B legi, non ex Monjousiano codice tantum, sed ex omnibus reliquis, Mureti, ac Pinciani quoque ipsius; qui nihilominus in [illegible] *ad Senecam*[1] *Castigationibus*, [illegible] reponere se, de conjectura, non scriptura [illegible]: quin etiam illud de Pythone, quia non [illegible]quebatur scilicet, poeticæque historiæ totum id, quod subjicitur, minime congruere videret, παρ[illegible], & a scholio margini libri apposito, quo Seneca refelleretur, in contextum errore librarii receptum se credere profitetur: at, nisi fallor ipse, admodum Pincianus fallitur, ut statim in constituenda C hujus loci vera lectione demonstrab[illegible]. Monjousianus ille liber habebat, *totam*, pro, *tutam*, quod non aspernor penitus, sed alios interim sequor; quibus illum contra in eo præ[illegible], quod pro, *Serpentem illum in Afri[illegible]a sævum*, &c. exhibebat, *illam sævam*, sicut in Herbipolensi manuscripto legi Modius notavit, aliorumque Senecæ[2] testimonio asseruit: cui possis & illa [illegible] ab Ovidio adjungere iis, quos ante attuli, versibus; ac denique quod Pythonem serpentem [illegible] genere [illegible], sive [illegible], tum Apollonius lib. [illegible]. *Argonauticon*[3], tum Dionysius Afer *de Situ Orbis* nominat[4]: hic quidem his:

D Τ[illegible] παρὰ Πυθῶνος [illegible] ἀκόντι[illegible]
Δελφύνη[illegible] [illegible].

Atque hoc eo amplius, labentiusque in eo præfero, Herbipolensi, reliquisque omnibus impres- A sis, aut manu exaratis, Monjousianum quem dixi, quod pro *Python*, diserte scriptum habebat *P[illegible]tio*, quod etsi corruptum non abnuo, iter nihilominus mihi certum ad veritatem lectionis indagandam & assequendam indicavit; ut proclivi ac frequenti unius literulæ trajectione reponatur *Pythio*: quo nomine Apollo (qui Pythone interfecta dictus *Pythius*) ostenditur; & hac appellatione serpentis mentionem excitante, commodius, quam alia ulla, designatur. Huic igitur vulnerabilem non fuisse, nedum ulli homini non Pythonem, sed illam alteram prægrandem cxx. pedum magnitudinis (Plinio teste) Africanam[5] serpentem B intellexit, atque ὑπερβολικῶς asseruit Seneca; tantopere a Romanis legionibus formidatam, ac tandem saxis molaribus oppressam: ballistis nempe tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnatam, quemadmodum Plinius loquitur. De qua sola hic [illegible] Seneca historiæ veteris[6] [illegible] non etiam de Pythone, quod ne Mureto quidem venit in mentem, ut ostenderet, cum viderem, ita scriptione dignum existimavi: præsertim autem quod Erasmus adeo [illegible] fuerit, ut [illegible] a vero, quem indicavi, hujus loci sensu non longe a[illegible]erit, attamen pro, *N. Python* [illegible], reponendum, *Ne p[illegible]*, aut *N[illegible] p[illegible]lis* C *[illegible]dem* ex[illegible] se, *ad Senecam* adnotavit. Obsopæus au[illegible] eruditissimus in *Collectaneis*, a se, aut ab aliis nihil omnino attulerit; nisi quod, nullibi *P[illegible]lo*, sed vel *P[illegible]*, vel *P[illegible]tio*, vel *Phytio* scriptum legi, obiter ac velut aliud agens monuit.

CAP. XXV.

*[illegible] auctores. Palma in ludis omnibus concessa [illegible], qui vi[illegible], seu ramum palmæ dextra, [illegible] & in[illegible] capite coronam palmeam gerere [illegible]. Palmæ rami mensæ in medio sta*D*dio collocatæ impositi. Vetusta hujusce rei figura explicata, [illegible], in qua duo vasa, quorum alterum fortasse Disci nomen habuit, immo etiam Petasi. Τὰ Βαΐα Αἴ. Spadix. Quamobrem palma, sive spadice, donati merito hieronicæ.*

---

1 *Epist.* XVI. ut Obsopœus in *Collectaneis ad Senecam* refert.

2 *Epist.* XLII *Jam tibi*, in princ. & lib. I. *de Clem.*

3 Citatus in hanc rem a Cælio Rhodig. cap. XIX. lib. XVI. *Lect. Antiq.*

4 Fol. 64. ubi Eustathius Interpres dubitanter nimis: (nlo enim, nec debeo inscite dicere (Φασὶ δὲ ὅτι ὁ Διονύσιος (inquit) ἀντὶ [illegible] ὁ δελφ[illegible] [illegible] εἶπεν ἡ δελφύνη [illegible] ποιητικῷ [illegible]. Suidas quidem *in* Πυθῶ hac de re agens τὸ δελφίνιον δράκοντα dixit: ubi de Pythone regione, ejusque urbe Delphis.

5 De serpentum enormitate in India vide Solinum *Polyhist.* cap. LV. post Plin. cap. XIV. lib. VIII. *Natur. Hist.* Diodor. Sicul. *lib.* XVI. fol. 610. Philostr. *lib.* III. fol. 15. Ælianum lib. XVI. *de Animalib.* cap. XXXIX. & XLI. & lib. XVII. cap. II. De draconibus maximis apud Ægyptum Diodorum eundem *lib.* III. fol. 118. & 119. De iis qui in Æthiopia, quos elephantorum interfectores nominant, ad longitudinem triginta passuum progredientibus, & aliis in Phrygia magnitudinis decem passuum, qui aves ex aere spiritu attrahunt interdiu, & vesperi pecora & pastores invadunt, vide Ælianum *de Animalibus* lib. II. cap. XXI. Plinius cap. XIII. lib. VIII. *Natur. Histor.* post Diodorum Siculum *d. lib.* III. fol. 102. De dracone miræ magnitudinis ad Epidaurum Dalmatiæ, quos gentili sermone *Boas* vocant, ab eo quod tam grandes sunt, ut boves glutire soleant, Hieronymus in *Vita Hilarionis* col. 334. Anguem quinquaginta cubitorum pro comitio productum ab octavio Augusto narrat Suetonius in *ejus Vita* cap. XLV. Tantæ longitudinis fuisse draconem, sub cujus specie Liber Pater ab Indis colebatur, e Maximo Tyrio intelligas *Sermone* XXXVIII fol. 224. Editionis Græcæ apud Stephanum. De serpentibus maximis apud Sciratarum gentem ultra Indiam, quorum alii greges pecorum rapiunt vorantque, alii sanguinem eorum exsugunt, Ælian. lib. XVI. *de Animalibus* cap. XXII. qui etiam ejusdem *libri cap.* XXXVIII. maximorum serpentium in antro quopiam paludis ad Ephesum metropolim commeminit. Sed & *lib.* XVII. *cap.* I. de serpentibus circa mare rubrum, cancrisque maximis.

6 Cujus apud Florum mentio *lib.* II. *cap.* II. ubi de primo bello Punico agens Marci Attilii Reguli meminit: vide & in *Epitome lib.* Liviani XVII. statim in ipso initio. Plinium *lib.* VIIV. *cap.* XIV. Valerium Max. *lib.* I. *cap. ult.* Agellium *lib.* VI. *cap.* III. Orosium *lib.* IV. *cap.* VIII.

DENIQUE animadversione hoc quoque, ac scriptione ista dignum, quod ad quatuor omnes lustrales, sacrosque ludos, atque agones pertinet: gymnicos, ut apud Plinium [1] legimus, ludos instituisse in Arcadia Lycaonem, funebres Acastum in Iolco, post eum in Isthmo Theseum, Herculem Olympiæ athleticam, Pythum pilam lusoriam. Cum vero aliæ atque aliæ in ipsis ludorum locis coronæ præmii loco tribuerentur; æque tamen in omnibus palmam hieronicis concedi solitam: quod ut a Julio Polluce *cap.* XXX. *lib.* III. Ὀνομαστικ. sic a Plutarcho proditum olim observavi. Nam ille quidem: Ὁ δὲ νικήσας τὰ ἆθλα (inquit) ἀνείλετο τὸν στέφανον, ἀνείλετο τὴν ῥάβδον τοῦ φοίνικος, ἢ τὸ φοίνικα ἔλαβεν. Apud hunc vero quæritur sic fere in *Symposiacis* [2]: Διὰ τί τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἄλλον ἔχει στέφανον, τὸν δὲ φοίνικα πάντες, &c. quæ sequuntur, quæ unde (si quis opus habeat) peti possint, commonstrasse satis habeo. Et quod ait τὸ φοίνικα, sic accipe, ut ῥάβδον, ἢ κλάδον ἤγουν κλῶνα φοίνικος virgam, aut ramum palmæ intelligas, quem dextra manu hieronicæ gererent: sicuti qui Romæ de hostibus triumpharent, hos lauri surculum tenuisse manu, apud Plutarchum de triumpho Æmilii Pauli differentem legimus [3]: vel etiam victoris comites atque ministri, aut milites triumphantem assectantes. Ergo B. Joannes in *Apocalypsi*, cap. VII. vers. 9. & 10 Ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· καὶ κράζουσι φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες, ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν, &c. ut confessores Christiani nominis tanquam veros ac legitimos hieronicas post consummationem (de qua *sequentis libri cap.* X. plenius disceptabitur) palmam adeptos martyrii significet; cujus & in *Martyrologio Romano* [4] crebra mentio, sicuti coronæ, itemque apud alios ecclesiasticarum rerum auctores, e quibus *eodem cap.* X. verba proferemus, quamquam in aliis agonibus plerisque (forsitan præter hos sacros) gymnicis, & φοινικοῦν στέφανον, *palmeam coronam*, præmii loco fuisse propositam e Pausania in *Arcadicis*, fol. 219. non minus quam illud alterum, de quo admonui, percipias, quo loco: Ἐν μὲν δὴ Ὀλυμπίᾳ κοτίνου τῷ νικῶντι δίδοσθαι στέφανον, καὶ ἐν Δελφοῖς δάφνης, &c. ἐν Ἰσθμῷ δὲ ἡ πίτυς, καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ σέλινα ἐπὶ τοῦ Παλαίμονος καὶ τοῦ Ἀρχεμόρου τοῖς παθήμασιν ἐνομίσθησαν. οἱ δὲ ἀγῶνες φοινικοῦν ἔχουσιν οἱ πολλοὶ στέφανον· ἐς δὲ τὴν δεξιὰν ἐστι καὶ πανταχοῦ τῷ νικῶντι ἐπιθέμενος φοῖνιξ. Et ad-

A dit a Theseo, cum e Creta rediens apud Delum Apollini agonem instauraffet, coronas palmeas victoribus datas, indeque isti consuetudini factum initium; cujus palmæ apud Delum, Homerum quoque ipsum mentionem facere: Ἐνομίσθη δὲ ἐπὶ τοιῷδε (ait) Θησέα ἀνακομιζόμενον ἐκ Κρήτης (φασὶν) ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιήσασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, στεφανοῦν δὲ αὐτὸν τοὺς νικῶντας τῷ φοίνικι. τοῦτο μὲν δὴ ἄρξαι λέγουσιν ἐντεῦθεν. τοῦ δὲ φοίνικος, τοῦ ἐν Δήλῳ, μνήμην ἐποιήσατο καὶ Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσέως ἱκεσίᾳ πρὸς τὴν Ἀλκίνου θυγατέρα.

Hanc palmam in medio stadii, ac ipsius forsitan scammatis loco eminentiore quopiam, ipsosque
B que tripodes, sive mensas, quibus coronæ discis tribus illis thesauro in Olympico asservatis, quorum Pausanias idem alibi [6] commeminit, circumlatæ imponerentur, locari consuevisse, inde conjicio, quod apud Joan. Chrysostomum [7] ita scriptum nuper observavi: *Quo neglecto victoriæ palmam prodis*, id est, *fratrem, qui in palmæ morem in medium adstat, & tibi, si viceris, futurus in præmium: si vero negligentior fueris, sine palma abibis*, Et item alibi [8]: *Nam quemadmodum Reges in equorum cursu* (inquit) *atque certamine, in ipso agone coronas, vestes, cæteraque munera ante certantium*
C *oculos ponunt; sic & Dominus in medio stadio præmia locavit, & quasi multorum manibus per verba Prophetæ ostendit*. Quo etiam aspexisse Virgilium lib. V. *Æneid.* paulo post principium, mihi constat; ubi sic cecinit:

—— læto complerant littora cœtu,
Visuri Æneadas: pars & certare parati.
Munera principio ante oculos, circoque locantur
In medio, sacri tripodes, viridesque coronæ,
Et palmæ pretium victoribus. ——

Itemque Nonnum *Dionysiacon* libro XIX. fol. 337. & 338. Edit. Plantinianæ anni 69. his aliquot ver-
D bibus; quibus ubi dixerat:

Εὐχαίτης δ' ὁ Βάκχος ἀφειδέι χειρὶ κομίζων,
Ἄξια θῆκεν ἄεθλα χοροπλεκέος περὶ νίκης
Γηραλέῳ κρητῆρα δυώδεκα ἔγκυον οἴνου
Χρύσεον. ——

subjicit hoc quod ad rem pertinet:

Μείονα δὲ κρητῆρα μέσῳ παρέθηκεν ἀγῶνι
Ἀργύρεον στίλβοντα περίτροχον. ——

& aliquanto post:

Ἀλλ' ὅτε Βάκχος ἄεθλα μέσῳ στήριξεν ἀγῶνι
Ἰδμονας ὀρχηθμοῖο καλέσσατο μάρτυρι φωνῇ.

---

1. Cap. LV. lib. VII. *Nat. Histor.* De Hercule diximus initio superioris *libri* ex aliis auctoribus *cap.* XVI. & isto ipso *lib.* II. *sup. cap.* IX. & XXII.

2 *Lib.* VIII. *quæst.* IV. Sed & palmam tributam athletis indicat Seneca *epist.* LXXXIX. eo quem ante protuli loco. Natalis Comes lib. V. *Mythol.* cap. IV. ubi de Isthmiis solum Pausaniam *Arcadicis* hujus rei auctorem citat, & Plut. *Theseo*, quod is primum victoribus palmam apud Delum proposuerit.

3 In *ejus Vita*, fol. 498. lib. Stephan. Εἶτ' αὐτὸς ἐπέβαλεν ἅρματι κεκοσμημένῳ διαπρεπῶς ἐπιβεβηκὼς ἀνὴρ καὶ δίχα τοσαύτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος καὶ δάφνης κλῶνα τῇ δεξιᾷ προτείνων.

4 In Calendis Januar. & ad diem 28. & 30. Januar. & ad diem 4. Februar. & 6. 17. & 20. ubi de Tyrannione, Sylvano, Peleo, & Nilo Episcopis, ac Zenobio presbytero, qui fœlici agone martyrii palmam adepti sunt. Sic per multa tormenta pervenire ad palmam, ibid. ad Julii

E diem 11. & 12. & similiter ad diem Julii 19. de sancto Epaphra, qui apud Colossens. martyrii palmam pro ovibus sibi commendatis virili agone percepit. Sic & ad 24. Julii & 26. & alibi sæpe.

5. Ad 4. diem Januar. in *Martyrol.* & ad 12. & 13. diem Januar. & 26. sic & martyrio coronari ibid. ad 17. Januar. 18. 21. 22. & 24. & alibi sæpe. Sic palmas a Domino & coronas illustri passione meruisse plurimos Martyrum in Ponto scriptum ibid. ad 5. Februar. diem.

F 6 *Eliacon* II. fol. 154. ubi: Ἐν τούτῳ τῷ θησαυρῷ δίσκοι τὸν ἀριθμὸν ἀνάκεινται τρεῖς, ἐς ὅσους τοῦ πεντάθλου τὸ ἀγώνισμα ἐσκομίζουσι. De mensis ipsis, quibus impositæ coronæ scripsi superius initio *cap.* XXIII. *hujus lib.*

7 In *Sermone* de illo, *Diligamus etiam persequentes*, col. 690.

8 Tomo II. in prin. col. 422. Edition. Nivellianæ anno 1581. *Homilia* LV. *in cap. Matth.* XVI.

Apparet etiam perspicue satis ex figura illa, quam expressam e numis M. Aurelii Antonini apud Byzantinos excusis de pilæ ludo agens Mercurialis eruditissimus aliam in rem attulit lib. II. *Artis Gymnasticæ* cap. v. fol. 61. pag. 2. ubi præter lusores pilæ tres, mensa coronis exornata, de quibus postremo tertii *Semestrium* libri sermone disceptare constitui, eique duo vasa imposita exhibentur, quorum alterum oblongum aquiminale sit, sive amphora: alterum verum brevius, cujus lateri exteriori hoc inscriptum Græce ΠΥΘΙΑ, et hæ insuper literæ AI alterius initium aut medium vocabuli, cujus vasis ex ore tres palmæ rami prodeunt. Quamobrem in eam opinionem ausus ego nuper descendere, ut duabus extremis prima & ultima literis (quas in vasis illa quæ lateret facie adhuc insculptas, aut potius ab ipsa carie consumptas, aliave quapiam ætatis vel hominum injuria expunctas divinarem) adjectis ad illas duas quas proposui eadem in facie qua illud Πύθια extantes, unum integrum vocabulum *βαΐα* esse a peritioribus quibusque agnoscendum crederem: quo nomine victricium seu victorialium atque adeo triumphalium palmarum ramos duobus utriusque sacrosancti Fœderis locis [1] ostendi non ignoramus: & vero apud B. Epiphanium Cypri Episcopum; cujus ex *Concione εἰς τὰ βαΐα*, nuper cum ipsius *Physiologo* a Plantino edita, hæc omnino verba sunt, quæ in eam rem adferenda duxi: [illegible] ἐπιστάντες, &c. Quamquam hoc forsitan simplicius & propterea verius ab aliis existimabitur, ut sine additione ulla istud pro admirantis interjectione sive adverbio atque optativo articulo (tanquam sit *αἴθε* vel *εἴθε*) accipi debeat: quomodo apud Homerum, Herodotum & alios esse usurpatum, Græcæ linguæ gnari comperiunt: quibus utique literis votum commune athletarum in stadio contendentium, & tam honorifici præmii admiratio designata. Hoc autem vas quod dixi alterum ut brevius, ita latius fuit, ac etiam capacius; quod suspicor, non affirmo, discum esse nominatum: ex eo forsitan quod mensæ, itidem ut hic, illud imponeretur; cum Athenæus quoque disci vitrei diametro bicubitalis in repositorio statuti argenteo, assis piscibus omne genus congestis pleni, sub initium quarti *Deipnosophistarum* meminerit. Forsitan etiam petasum, sub quem ducti ephebi in gymnasiis juxta Gentilium morem constituris, quemadmodum ex *Machabæorum* historia [illegible] disseretur *lib.* III ad extremum in [illegible] si Deus dederit: quando idem ille [illegible] petasum quoque vas trium lagenarum [illegible] esse, libro *Deipnosophistarum* XI. docuit, [illegible] suo loco ibidem explicabitur. Ac victores in ludis a Theseo apud Delum editis tunc primum ab ipso sacræ palmæ ramis donatos ex Plutarcho [3] intelligimus: denique quod evulsa fuisset, spadicem nominatam, quemadmodum τὸ βαΐον (quo de actum est paulo ante) quasi *βίαιον, παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι*, Græci grammatici dictum autumant: qui tamen e Praxitelis cujuspiam opinione retulit Amphictyonas primum Pythiis victores in honorem Apollinis lauro ac palma coronasse. Ac mihi quidem admodum placet, quod de ramorum palmæ natura Plutarchus eo loci [4] adfert; cum qua similiter se habere certaminum athleticorum rationem docet: ut qui per mollitiem cedat, is superetur; qui e contrario exercitationem perferat, ejus cum animo corpus & roboretur & augeatur: propterea hieronicas palma donatos antiquitus. Verba ipsius ista sunt: *Φοίνικος γὰρ ξύλον αὖ ἄνωθεν ἐπιθεὶς βαρὺ πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνάς ἐστι. τοὺς μὲν γὰρ ὑπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας αὐτοῖς πιέζουσι κάμπτοντες, οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται, καὶ αὔξονται.* Quæ Latinis verbis ab Agellio reddita scias, libro *Noctium Atticarum* tertio cap. VI. citato etiam in hanc rem Aristotele in septimo *Problematum*: hujus autem posse testimonio adjungi percommode istud Xenophontis alterum in *Cyropædia* lib. VII. fol. 112. ver. 40. de palmæ vi ac natura; quod mirifice illum Plutarchi locum illustrat, quo loco: *Καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι* (ait) *οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι.*

CAP. XXVI.

Discus Iphiti Olympiacus Lycurgi nomine inscriptus, qui ei Olympicorum agonum instauratori socius fuit: a Plutarcho, Phlegonte, Athenæo, Paterculo, ac Dione Chrysostomo. Ab Olympiadibus dinumeratio temporis quando cœpta vel desita a Cedrino. Eo disco feriæ Olympicæ indictæ. Pausaniæ hac de re insignis locus, apud quem ἐκεχειρίας vocabulum exponitur, adhibitis Dionysii Halicarnassei ac Plutarchi testimoniis, aliter atque ab ipsorum Interpretibus. Quo etiam vocabulo Phlegon illam disci ab Hellanodicis conscripti historiam commemorans utitur: ideo coronatum ab Ecechiria. Iphitum in Olympiaco templo aspici; quod Pausanias refert. Δίσκου πρόκλησις in historia Machabæorum. Ciceronis & Statii loci de disco ut exponendi.

CUM autem in medio stadii præmia victoriæ, & in discis quidem (uti dixi) Olympio in thesauro asservatis circumlata, mensæque imposita dixerim; sciendum ex isto discorum numero illum fuisse, qui Iphiti dicebatur, qui discus Olympiacus nominis Lycurgi inscriptionem præferebat: quamobrem Aristoteles Philosophus Iphiti æqualem, & in festis Olympiacis digerendis fuisse socium perhibet cum aliis quibusdam: sicuti Plutarch. [5] memorat, his verbis:

1 Lib. I. *Macbab.* cap. XIII. & in *Evang. D. Joan.* cap. XII. vers. 13. ubi: *ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ,*

2. Sub init. in fol. 112. Lumbri Antuerpiæ impressi ann. 1588 qui locus nondum in hanc rem notatus. Ei possis & alium addere a Curopalata in lib. de *Offic. Constantinop.* fol. 187. de creatione atque unctione Imperatoris & Imperatricis, ubi: [illegible], *κατέχουσα τῇ χειρὶ βαΐον* [illegible]. Et postea: *εἶθε τυχ*[illegible] *χῆρα, τὸ μὲν βαΐον κατέχει καὶ ἵσταμεν*. Et fol. 191 *ὁ μὲν βασιλεὺς κατέχων σταυρόν, ἡ δὲ νέα βασιλὶς βαΐον καὶ τὸ εἰρημένον.*

3 In *Theseo* pag. 17. & lib. VIII. *Sympos. Problem.* quæst. IV. fol. 1288. *Palmæ termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur*, teste Agellio lib. III. *Noct. Attic.* cap. IX. ad fin.

4. *D. quæst.* IV. in fine.

5 *Lycurgo* sub initio in fol. 72. videto & fol. 98. ubi: *Ἔοικε δὲ καὶ τῆς Ὀλυμπιακῆς ἐκεχειρίας ἡ ἐπίνοια πρᾴου καὶ πρὸς εἰρήνην ἔχοντος οἰκείως ἀνδρὸς εἶναι, καί τι φασί τινες*, &c. *τὸν Λυκοῦργον οὐ προσέχειν οὐδὲ*

Οἱ μὲν γὰρ Ἰφίτῳ συνακμάσαι καὶ συνδιαθεῖναι τὴν Ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν. ὧν ἐστιν καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος τεκμήριον προφέρων τὸν Ὀλυμπιᾶσι δίσκον, ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον. Et Phlegon Trallianus Adriani Cæsaris libertus libello, quem περὶ τῶν Ὀλυμπίων scripsit [1]; ubi sub initium: Λυκοῦργος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος (inquit) υἱὸς ὢν τοῦ πρυτανέως τοῦ Εὐρύπου, &c. καὶ Ἴφιτος ὁ Αἵμονος, ὡς δέ τινες Πραξωνίδου ἑνὸς τῶν ἀπὸ Ἡρακλέους, Ἠλεῖος, καὶ Κλεοσθένης ὁ Κλεονίκου Πισάτης, βουλόμενοι εἰς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην τὸ πλῆθος αὖθις ἀποκαταστῆσαι, τὴν τε πανήγυριν τὴν Ὀλυμπικὴν ἔγνωσαν ἀνάγειν εἰς τὰ ἀρχαῖα νόμιμα, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐπιτελέσαι. Quibus consentaneum quod Athenæus in *Deipnosoph.* lib. XIV. fol. 272. in hæc verba retulit: Ἱερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ Κιθαρῳδῶν, ὅπερ ἐστὶ πέμπτον περὶ ποιητῶν, κατὰ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην τὸν Θέρπανδρόν φησι γενέσθαι, ὃς ὑπὸ πάντων συμφώνως ἱστορεῖται μετὰ τοῦ Ἰφίτου τοῦ Ἠλείου τὴν πρώτην ἀριθμηθεῖσαν τῶν Ὀλυμπίων θέσιν διαθεῖναι. Itemque quod Vellejus Paterculus *Historiarum* lib. I. fol. 7. de Iphito: *Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen* (ait) *& ad exercitandam animi corporisque virtutem efficacissimum, Olympiorum initium habuit, auctore Iphito Elio. Is eos ludos mercatumque instituit, ante annos quam tu M. Vinici consulatum inires* 904. *hoc sacrum eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme* 1250. *Atreus*, &c. decimo sexto *capite libri* superioris exhibita. Postremo quod de Iphito & Lycurgo Dio Chrysostomus *Oratione Olympica*: Ἆρ' οὖν οἴει τὸν Ἴφιτον καὶ τὸν Λυκοῦργον, καὶ τοὺς τότε Ἠλείους διὰ χρημάτων ἀπορίαν τὸν μὲν ἀγῶνα καὶ τὴν θυσίαν ποιῆσαι τῷ Διὶ πρέπουσαν, ἄγαλμα δὲ μηδὲν ἐξευρεῖν ἐπ' ὀνόματι, καὶ χρήματι τοῦ θεοῦ. Eo disco ferias Olympicas prænunciatas & indictas ab Eleis, non directe, sed in orbem in ipso inscriptas, apud Pausaniam lib. I. *Eliacon*, fol. 130. legimus; ubi sic scriptum: Καὶ ὁ Ἰφίτου δίσκος καὶ τράπεζα, ἐφ' οἷς προστίθενται τοῖς νικῶσιν οἱ στέφανοι. τὴν μὲν δὴ Ἱπποδαμείας λέγουσιν εἶναι παίγνιον. ὁ δὲ τοῦ Ἰφίτου δίσκος (addo ᾧ) τὴν ἐκεχειρίαν τὴν ἐπὶ τοῖς Ὀλυμπίοις ἐπαγγέλλουσιν οἱ Ἠλεῖοι. ταύτην οὐκ ἐς εὐθὺς (scribo εὐθὺ) ἔχει γεγραμμένην, ἀλλὰ ἐς κύκλου σχῆμα περίεισιν ἐπὶ τῷ δίσκῳ τὰ γράμματα. Ubi similiter ἐκεχειρίας vocabulum exposui, ut apud Dionysium Halicarnasseum lib. VII. *Antiquit. Roman.* eo, ex quo verba quædam alia superius initio *sermonis* hujus attuli, loco describentem sacrificiorum, ludorumque maximorum pompam; qui Romæ festis diebus fierent more Græcanico: cui celebritati multa itidem ex illo more adjuncta scribit, circa mercatus, & excipiendos hospites, ac ferias. Nam sic apud Dionysium legitur scriptum: Ἐν δὲ ταῖς ἱεραῖς ταύταις πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἐγίνετο νόμοις Ἑλληνικοῖς κατά τε πανηγυρισμοὺς, καὶ ξένων ὑποδοχὰς, καὶ ἐκεχειρίας. ἃ πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν. Ubi *communes inducias* Interpres Latinus reddidit: ego *ferias* (uti dixi) malim, qui Plutarchum etiam *Lycurgo* eadem significatione duobus locis, in princ. ipso, in pag. 72. & in pag. 78. quorum priore Cruserius sat recte *festum*, altero non item, sed (ut ille) *inducias* verterit, pro *ferias*, τὴν Ὀλυμπιακὴν ἐκεχειρίαν scripsisse didici.

Discum hunc, qui formam celebrationis Olympiorum complecteretur, ab Hellanodicis conscriptum; postquam ex oraculo, quod Iphitus, Lycurgus & Cleosthenes per legatos consuluerant, restituendæ in pristinam formam Olympicæ festivitatis, gymnicique certaminis edendi gratia, indictæ urbibus, quæ certaminis esse vellent participes, fuissent feriæ: Phlegon Trallianus eo quem dixi *libro*, his verbis narrat: Στέλλονται δὴ εἰς Δελφοὺς χρησόμενοι τῷ θεῷ εἰ σφισιν συνεπαινεῖ ταῦτα ποιῆσαι· ὁ δὲ θεὸς ἄμεινον, ἔφη, ἔσεσθαι ποιοῦσι, καὶ προσέταξεν ἐκεχειρίαν ἀγγεῖλαι ταῖς πόλεσιν, ταῖς βουλομέναις μετέχειν τοῦ ἀγῶνος, ὧν περιαγγελθέντων κατὰ τὴν Ἑλλάδα, καὶ ὁ δίσκος ἐγράφη τοῖς Ἑλλανοδίκαις καθ' ὃ ἔδει τὰ Ὀλύμπια ἄγειν. Igitur ab Iphito institutas quoque Olympiadas, hoc est, rationem supputandi per singula quadriennia temporis initam, qua tempestate Lycurgus Lacedæmoniis leges condidit, a Georgio Cedrino [2] traditur: hoc addito tamen, quod esse minus verum arbitror, apud Ægyptios lunam Olympiadem appellatam ideo, quia signiferum orbem quot mensibus circuit, Olympum a Veteribus nuncupatum. Illud fortasse rectius Olympiadum festivitatem eo tempore; quo Manasses Judæ Rex fuit, inductam, Sauli tempore primum certamen Pisæos ad Olympiam instituisse, Jovique Olympio primam solennem festivitatem celebrasse: indeque peracto per singula lustra festo, & agone, id temporis intervallum sub Olympiadis appellatione computari cœptum. Quam festivitatem ad imperium usque Theodosii principis perductam, cum indictiones numerari cœperunt, ibi tum desiisse, ac prorsus extinctam fuisse: de quo non satis scio, ecquid vere pronunciari ab ullo possit. Hoc scio; e superioribus perspicue nunc demum cognosci, quamobrem ab *Ecechiria* tanquam Diva vel Nympha quapiam coronatum Iphitum vetusta Olympiaci fani pictura repræsentaverit: de qua hoc a Pausania proditum recordor *Eliacon* I. fol. 157. Wechelianæ Editionis: Τὰς θύρας δὲ εἰσιόντι τὰς χαλκᾶς, ἐστὶν ἐν δεξιᾷ πρὸ τοῦ κίονος Ἴφιτος ὑπὸ γυναικὸς στεφανούμενος Ἐκεχειρίας, ὡς τὸ ἐλεγεῖον τὸ ἐπ' αὐτοὺς φησιν. Ac de disco quidem, quæ dixi, cum ita se habeant: ideo qui ad agones præmiis propositis juvenes decertandi causa provocabat; ad discum (hoc est, ad conventum, feriasque illas disco in-

---

οὐδὲ κοινωνεῖν ἐν ἀρχῇ τοῖς περὶ τὸν Ἴφιτον, ἀλλὰ τυγχάνειν ἄλλως ἐπιδημοῦντα καὶ θεώμενον, &c. οὕτω πρὸς τὸν Ἴφιτον τράπεσθαι καὶ συνδιακοσμήσαντα τὴν ἑορτὴν ἐνδοξοτέραν καὶ βεβαιοτέραν καταστῆσαι.

1 Impressus Basileæ anno 68. cum Ant. Liberalis *Metamor.* De Lycurgo Iphiti socio actum supra in *Notis* cap. XVI. lib. I.

2 In *Compendio Historiarum*, fol. 88. ubi: Κατὰ τούτους χρόνους Λυκοῦργος Λακεδαιμονίων ἐνομοθέτει. Ἰωαθὰμ ὁ υἱὸς Ὀζίου ἔτη ις. ἐπὶ τούτου τῷ πρώτῳ ἔτει Ἴφιτος τὰς Ὀλυμπιάδας ἐνέστησεν, ὅ ἐστι τετραετηρικὸς χρόνος. παρ' Αἰγυπτίοις δὲ κυρίως Ὀλυμπιὰς ἡ σελήνη καλεῖται διὰ τὸ κατὰ μῆνας περιπολεῖν τὸν ζωδιακὸν κύκλον, ὃν οἱ παλαιοὶ Ὄλυμπον ἐκάλουν. Et fol. 101. Ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις Σαοὺλ πρῶτον ἀγῶνα οἱ Πισαῖοι ἐν Ὀλυμπίᾳ κατεβάλλοντο, καὶ Διὶ Ὀλυμπίῳ κοσμικὴν πρώτην ἐπετέλεσαν ἑορτήν. ἐντεῦθεν κατὰ τέσσαρα ἔτη τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες, Ὀλυμπιάδας τὰς τετραετηρίδας καθεξῆς ἠρίθμουν. Et fol. 268. Ἐν τούτοις ἥ τε τῶν Ὀλυμπιάδων ἀπέσβη πανήγυρις, ἥτις κατὰ τετραετῆ χρόνον ἐπετελεῖτο. ἤρξατο δὲ ἡ τοιαύτη πανήγυρις ὅτε Μανασσῆς τῶν Ἰουδαίων ἐβασίλευσε, καὶ ἐφυλάττετο ἕως τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. Eusebius autem *Chronicis*, *Æschyli Judicis Atheniensium anno* II. *primam Olympiadem actam, qua erat agon gymnicus, in quo Chorœbus Eliensis extitit victor. Elios enim agere quinquennale certamen quatuor annis in medio expletis: in quibus principes annui constituerentur quatuor: quam Olympiadem Iphitus filius Praxonidis sive Hæmonis primus construxit, idque anno* III. *Phaceiæ Regis Israel.*

ſcriptas, denique ad præmia in diſco exhiberi ſoli..a) provocare dicebatur. Utrumque enim ejuſdem hominis fuiſſe, ut qui certamen edicendi jus haberet, is & coronas & cætera conferret præmia: Tertullianus vel ipſe, auctor apud me quidem longe graviſſimus, oſtendit eo loco libri *de fuga in perſecutione*; unde verba ſuperius ad extremum XII. *cap.* adferre memini. Nec aliter accipiendum, quod περὶ τῆ τῦ δίσκυ προκλήσεως (ubi de palæſtra etiam atque gymnaſiis agitur) hiſtoria *Machabæorum* præbet eo loco, quem integrum propoſui ſuperiore *libro cap.* XXIII. & explicavi; cum de gymnaſiarchis agonothetis provinciarum ſacerdotibus, eorumque inſignibus loquerer. Sic enim εἰς τὸ δίσκον προκαλεῖσθαι dictum qui ſentiat: quemadmodum εἰς τὸ σκάμμα προκαλεῖσθαι apud Arrianum, eo loco quem ſuperius hoc ipſo *ſermone* initio cap. II. de ſcammate agens, protuli, recte ſentiat: nec vero illum fortaſſe M. Tullii, quem *libri* hujus initio, cum de nudatione agoniſtarum diſſererem, expreſſi: quamquam hoc quidem a me in medio adhuc relinquitur. Denique nec illum Statii Papinii lib. VI. *Thebaid.* quo a victis aut ſponte cedentibus, ac certamen detrectantibus, adoratum diſcum cecinit, ſic fere:

—— conceſſit cætera pubes
Sponte, & adorato redit illa ingloria diſco.

Nec enim de diſco adverſarii, ut exponam, adduci me adhuc patior. Quæ propterea viſum latius explicare, quoniam ab iſtis, qui ſe antiquariorum nomine, ſuamque operam deprædicant, immo etiam venditant, prætermiſſa eſſe intelligo.

CAP. XXVII.

Victores ad Hellanodicas accedere, tum coronas adpenſas comprehendere, ac rapere ſoliti. D. Pauli ... de re locus nondum expenſus indicatur. Item alii a Chryſoſtomo, Procopio & Papinio, qui explicatur. Fores. Miſſus oſtio. Athlothetæ ad carceres ſedebant: immo & ad metas fortean, & in medio ſtadii loco; pro diverſa ratione certaminis. Plutarchi locus, ad illam coronarum apprehenſionem pertinens, exponitur; quæ forſitan illi proprie competiit, qui ſine antagoniſta victor eſſet declaratus: cum alioqui a præcone corona imponeretur victoris capiti: Cicero in eam rem citatur. Coronam Olympicam ſub Jove datam, quid ſit apud Plinium. Eo ſcilicet loco, ubi decertatum foret, oblatam; nempe in ſtadio, ſed non utique ſemper in eadem ipſius parte ſive regione: B. Chryſoſtomi & Heliodori teſtimoniis prolatis. De ſtatua ſive ſigno Jovis Olympici. De proedria hieronicarum aliquia. B. Joannis Chryſoſt. locus illuſtratur de coronis & braviis: & coronarum palmarumque nomine victorias interdum ipſas, non præmia oſtendi.

SUPERIORIBUS hoc inſuper libet adjicere: verum necne ſit, non dico, intactum quidem ab illis eſſe, ac nihilominus probabile videtur, quod conjectura quadam nuper augurabar: moris fuiſſe antiqui, ut ea præmia (coronas quidem certe virtutis, ſic enim B. Chryſoſt. nuncupat *Homil. ad baptizandos*, col. 641. Edit. Pariſ. anno 1581. Tomo V.) aliquo ex loco eminentiore adpenſa victores ipſi aſſumerent, manibuſque comprehenderent: ſed non aliter quam interpoſito prius Hellanodicarum (ad quos athletæ poſt certamen peractum accedebant) judicio, conceſſaque ipſis hujus rei, non ſine aliqua ſolemni virtutis & roboris eorum commendatione ab Hellanodicis iſtis facultate. Ad quos aditum idcirco ab athletis ex iſto Æliani loco cap. XXXI. lib. IX. *Var. Hiſtor.* intelligitur; in quo: Ἀθλητὴς Κροτωνιάτης (ait) Ὀλυμπιονίκης ἀπιὼν πρὸς τὲς Ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸ σέφανον, &c. quæ ipſo *libri* III. principio exhibebimus. Conjecturæ iſti noſtræ de apprehenſione coronarum, aliorumque præmiorum ab hieronicis fieri ſolita, occaſionem præbuit verbum hoc D. Pauli, quod a recentioribus tamen Scholiaſtis in hanc rem nequaquam expenditur. Nam ubi ſic ſcriptum *ad Corinthios Epiſt.* I. cap. IX. verſ. 24. Οὐκ οἴδατε, ὅτι οἱ ἐν σαδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχυσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον, adjicitur ſtatim, ὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε: quem locum Latine reddens D. Cyprianus, in *Exhortatione martyrii ad Fortunatum* cap. VIII, pro *brabio*, *palmam*, pro *comprehendere*, *occupare* poſuit. Adjuvat conjecturam noſtram, mutuoque adjuvatur illo D. Pauli teſtimonio, atque illuſtratur: tum quod in alterum ipſius Pauli locum ex *Epiſtola ad Romanos*, D. Joannes Chryſoſt. ita ſcribit [1], ut τὸ ἁρπάσαι uſurpandum duxerit; de agonibus & luctæ victoria, ipſiuſqe præmio non capiendo, ſed auferendo, vel arripiendo, in hæc verba concionatus: Πεῖρα γὰρ ἀνάγκη πράγματα ἔχειν περιττὰ, καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς ἀνταγωνισαῖς παρὸν χωρὶς συμπλοκῆς σῆσαι τὸ τροπαῖον, καὶ πρὸ τῆς πάλης ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον: itemque priore *ad Theodorum lapſum parænesi* [2] ſiç fere, Latine quidem Interpretis fide: *Siquidem complures & hac tempeſtate & progenitorum noſtrorum ſeculis, qui ordinis ſui deſertores & e frequentata vita præcipites euntes, tanta alacritate reſurrexerunt, ut priora ſequentibus facile celarent, palmamque corriperent, ac redimiti corona cum victoribus prædicarentur ac in cœtum beatorum allegerentur.* Procopius denique *in Eſaiam Prophetam, cap.* XLIV. fol. 496. quo loco: Τοσαύτη τὶς ἔσαι τότε (φησὶ) προκοπὴ καὶ θεοσεβίας κατόρθωσιν τῶν οἰκύντων πάλαι τὴν ἔρημόν τε καὶ ἄνυδρον ὡς ἁμιλλᾶσθαι πρὸς ἀλλήλυς ὡς ἐν δρόμῳ τῦ θεῦ τὴν χάριν ἁρπάζειν ἐπειγομένυς: tum vero quod de Parthenopæo Arcade, qui Idam adverſarium curſu ſuperaverat, Statius Papinius ita cecinit [3], ut preſſam (rapiendo ſcilicet, occupando, atque auferendo celeriter) palmam diceret:

Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, preſſaque levat ſuſpiria palma:

ubi fores intellige oſtia, quæ eſſent ad circi ſive ſtadii carceres: illud, *miſſus oſtio*, in vetuſta quadam Inſcriptione, cujus verba *libro* III. *cap.* XX. de variis ejuſdem ágonis præmiis non uni collatis agens, proferam. Ducem vero qui certamini, velut Hellanodica quidam, aut athlotheta præſideret, curaret ipſum atque moderaretur. Ad carceres quippe, unde curſores mitterentur, ſedere ſoliti athlothetæ. Quamobrem Ariſtoteles ad initium lib. II. *Ethic.* Εὖ γὰρ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο (inquit) καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν, ἢ ἐπὶ τὸ

---

1 In *Ethico*, *in cap.* VII. *Epiſtol. B. Pauli ad Romanos* ... l. 53 pag. 11.

2 Ep... Tomo V. col. 863. Edit. Nivell. ſic & in *Ho...* in fin. col. 646. *Agonem ... legitime certare nituntur, ut apprehendant bravium ſupernæ vocationis.*

3 Lib. VI. *Thebaid.* ex quo cætera de Arcadiis & Idæ certamine, partim in hoc inferius *libro*, partim *ſeq.* ad extremum proponentur.

πέρας ἢ ἀνάπαλιν. Hic igitur optime poeta stetisse Palma pressa victorem, non stadiodromum, sed diaulonicam in recursu, scilicet ad ipsos carceres, ante ducem velut athlothetam expressit: quod ipsum aliis etiam locis a me ad hujus *libri* extremum observabitur. Postremo adjuvat nuperam illam conjecturam meam de arrepta corona, ejusdem Papinii locus alter e lib. v. *Sylvarum*, *Epicedio in patrem*: ubi de prehensa Olympiacis agonibus a pugilibus corona:

Talis Olympiaca juvenem cum spectat arena
Qui genuit, plus ipse ferit: plus corde sub alto
Cæditur, attendunt cunei, spectatur Acetes
Ille magis, crebro dum lumina pulveris haustu
Obruit, & prensa vovet expirare corona.

Et vero istud Cassiodori lib. xi. *Variar.* cap. xxxv. de Olympicis equorum curulium sive Circensium agitatoribus: *Si Olympiaci currus* (inquit) *agitator, rapit præmia post labores*. Itemque quod de infantium Judæorum nece Petrus Chrysologus argute (ut solet) sic fere *Sermone* CLIII. *Confitentur tacentes, nescientes pugnant, vincunt inscii, moriuntur inconscii: ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes. Ergo sicut virginitas corruptionis nescia contulit honorem matri, sic infantia passionis ignara martyrii palmas rapuit & coronas*. Confirmat insuper & simul illustratur hic Plutarchi locus ipso initio libri περὶ φιλοπλουτίας, fol. 929. quo Hippomachi aleiptæ dictum celebratum scias, sic fere: Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης, ἐπαινούντων τινῶν ἄνθρωπον εὐμήκη, καὶ μακρὰς ἔχοντα χεῖρας, ὡς πυκτικόν, Εἴπερ (ἔφη) καθελεῖν ἔδει τὸν στέφανον κρεμάμενον. Ubi nimirum postrema duo vocabula expendenda moneo: illud autem, Εἴπερ ἔδει, sic debet, opinor, accipi, ut suppleatur τοῦτο μόνον: tanquam hoc senserit Hippomachus, ad adipiscendam coronam, quam victores pugiles apprehendunt, longis esse manibus locum; sed ita demum, si prius fortiter strenueque depugnatum fuerit: nec enim alioqui fas esse cuiquam prælongas licet manus habenti athletæ; ad quam pertingat, ipsam sine pulvere ac pugna sibi assumere: immo ne tum quidem fortasse; verum scilicet, ubi non extante ullo antagonista, qui posset coronæ controversiam facere; ad illum, qui se certamini pentathli potissimum obtulerat, sine pulvere victorem a præcone renunciandum; ad quem coronam pertinere nemo ambigere potuit. Quo solo casu victoriæ (si tamen hæc dici victoria potuit) sine pulvere, atque adversario adeptæ coronam rapere jus athletis fuit: alioqui ab agonotheta tribui ab ipso præcone imponi solitam. Unde Cic. eo *ad Lucejum* e v. *Epist. ad Familiares* loco, cujus sententiam de præconio agens, hoc ipso *libro* superius expressi: *Multi denique reprehendant* (ait) *& dicant verecundiores esse præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciaverunt, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent*. Cujus loci investigationem tuæ (Jacobe fili) diligentiæ lubens ac lætus acceptam fero

Quæ cum ita se habeant denique, sicuti postremo loco, dixi; videndum puto, ecquid *comprehendendi* vocabulum ad metæ contactum referri potius quam ad ullam coronæ apprehensionem debeat: qua de re allatis aliis ipsius Pauli testimoniis inferius *cap.* XXXIII. hujus *lib.* II. (favente Domino) dispiciam, & ex animi sententia pronunciabo. Coronam quidem illam Græcorum summam (de Olympica, ut reor, intelligens) Plinius [1] sub ipso Jove datam, hoc est, non ante Jovis Olympici factam a Colotha cum Phidia (ut Plinius [2] auctor) statuam in delubro, sed sub dio, & sub Jove, non frigido quidem illo, ut apud Poetam [3], sed calido, sicut ad initium *libri* proximi *cap.* VI. docebitur) id est, in arena media, & veluti sub aere scribit; quo loco de civica corona: *Additæ leges* (inquit) *arctæ, & ideo superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa, quæ sub ipso Jove datur, cuique muros patria gaudens rumpit*: quod postremum ad invectionem hieronicarum disjecta parte muri triumphalem pertinet, de qua e Vitruvio & Suetonio ab aliis notatum scimus. Et coronas quidem eo quo certatum foret loco, athletas consecutos, Chrysostomus apte ad superiora significat, sic admodum scribens in *Sermone de inanis gloriæ cupiditate*, fol. 719. *Certatores præterea,* (de athletis, opinor, agit) *abi fuerit per se decertatum, eodem probatum se iri malunt: ipse vero cum in cœlo depugnes, studes in terra coronari, qua socordia quid esse deterius potest?* Item alibi [4]: *Olympiaco namque certamine* (inquit) *& frivolo perditoque spectaculo impositor coronarum in*

---

1 Lib. XVI. *Nat. Hist.* cap. IV.

2 *Cap.* VIII. *lib.* XXXIV. & *lib.* XXXV. *cap.* itidem VIII. ad fin. & *lib.* VII. *cap.* XXXVIII. ubi tamen solius Phidiæ meminit sic scribens: *Phidiæ Jupiter Olympius quotidie testimonium perhibet*. Sicut & initio *cap.* VIII. *lib.* XXXIV. & Pausanias *Eliacon* I. fol. 121. in fin. 122. 123. qui & æneæ Jovis Olympici statuæ a Mummio Romano ex Achaiæ spoliis dicatæ, meminit *ibid.* fol. 135. Aldini exempl. De signo Jovis Olympii videsis quæ scripsi *lib. superiore cap.* V. ex aliis auctoribus, quod ipsum a Statio Papinio significatum haud dubie lib. II. *Sylvar.* in *Surrentino Pollii*, quo loco:

Si quid adhuc vacua tamen admirabile Pisa
Phidiacæ rasere manus.

Et idem Plutarcho in *Pericle* sub initium in fol. 278. καὶ οὐδεὶς εὐφυὴς νέος, ἢ τὸν ἐν Πίσῃ θεασάμενος Δία, γενέσθαι Φειδίας ἐπεθύμησεν: qui paulo post in fol. 291. de æreo Minervæ signo in arce jussu Periclis a Phidia effecto & erecto agit. Denique a Juliano Imperatore in quadam *ad Georgium epistola* sub init. in fol. 160. ubi: Φειδίας ὁ σοφὸς οὐκ ἐκ τοῦ Ὀλυμπιάσι μόνον ἢ Ἀθήνησιν εἰκόνος ἐγνωρίζετο. Nam utrumque Jovis apud Olympiam & Minervæ in arce Athenarum imaginem Phidiæ opus eximium fuisse constat: vel ex Quinctiliano lib. XII. *Instit. Orator.* cap. X. fol. 723. ubi: *Phidias tamen Diis quam hominibus efficiendis melior artifex traditur: in ebore vero longe citra æmulum, vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem fecisset: cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur. Adeo majestas operis Deum æquavit.*

3 Horat lib. I. *Carm.* ode I. ubi:

—— manet sub Jove frigido
Venator, teneræ conjugis immemor.

4 *Homil. ad Neophytos*, Tom. V. col. 633. Editio. Paris. an. 81. videsis & alium ejusdem Chrysostomi locum ex *Homil.* XXI. *ad pomp. Antioch.* col. 161. quem adfero *libri* sequentis *cap.* XII. ubi hoc est in cæteris: *Illic enim agonotheta nihil certantibus confert ad victoriam, sed medius constitutus est.* Verumtamen eo loci cum non agatur de cursoribus, propius esse arbitror, ut τὸ medius, non ad locum

ipsa contentionis examine præesse consuevit: & in medio certantium loco consistens, nulli parti favorabili subvenire procurat; sed ipsius certaminis expectat incertum: & ut merito, sic & loco medio continetur. Inter nostrum autem & diaboli certamen Christus non media lance consistit, sed totus noster fautor expectat. Ubi animadvertendum interim, quod athlothetis aut Hellanodicis medium inter agonistas in stadio locum attribuit Chrysostomus: cum tamen ex Aristotele sedisse illos ad carceres, unde cursores mitterentur, paulo ante ostensum fuerit, hoc scilicet ita exigente diversa hujus profecto a cæteris omnibus ratione certaminis. In quo equidem circa stadiodromos augurari conjectura libet; si quando nec diaulo nec dolicho contenderetur, aliquos ex athlothetis aut Hellanodicis ad metas quoque assedisse, vel interim spectandi causa præstolatos, illis ad carceres sedentibus: ut essent nimirum, qui de agonistæ cursoris suos in metarum contactu æmulos relinquentis victoria, veram, sinceram & ab omni ambitione alienam, e suo ipsorum, non ex alieno injuratorum præsertim spectatorum si forte favorabili, (ut assolet) testimonio, judicium proferre possent. In summo sane stadio, id est, in extrema stadii parte ad metas videlicet Hoplitodromi victorem Theagenem, cum ad Charicleam Dianæ sacerdotem Pythicis ludis pervenisset, quæ læva quidem ardentem tædam aut lampadem, dextra vero palmæ ramum tenebat, & virginis manum exosculatam simul, & palmam ab ipsa tanquam athlotheta quapiam porrectam abstulisse narrat Heliodorus *Æthiopicis* init. lib. IV. fol. 73. ubi de Chariclea: Η ζάκορος δὲ ἡ Χαρίκλεια κατ᾽ ἄκρον τὸ στάδιον ἀθρόον ἐξέλαμψεν, &c. τῇ λαιᾷ μὲν ἡμμένον πυρφοροῦσα λαμπάδιον, θατέρᾳ δὲ φοίνικος ἔρνος προβεβλημένη. Et aliquanto post, ubi de Theagene, qui Hoplitodromum vicerat: Προσδραμὼν οὖν τῇ Χαρικλείᾳ πολύς τε ἐξεπιτηδὲς εἰς τὰ στέρνα ἐμπίπτει, τὰ δρόμου δῆθεν τὴν ῥύμην οὐκ ἐπεχων. καὶ τὸν φοίνικα κομιζόμενος οὐκ ἔλαθε μὲν τὴν χεῖρα τῆς κόρης φιλῶν. Victori coronam musico certamine ab assurgente, qui antea sedens spectaverat, athlotheta imponi dextra manu solitam, Nonnus etiam ipse *Dionysiacis* lib. XIX. fol. 337. arguit, ubi de Oeagri & Erechthei citharœdorum agone, cui Dionysus sive Bacchus in staphyli honorem proposito præfuisse victoremque ipsum Oeagrum coronasse fingitur:

—— ἐκ δὲ θώκου (inquit)
Ἀστατος ἅλλετο Βάκχος ἄνω· καὶ ὑπέρθε τινάσσων
Δεξιτερὴν, καὶ βότρυς ἀνέδραμεν εὐάδι φωνῇ,
Ἀρμονίαν εὔρυθμον ἀοιδοπόλοιο γεραίρων·
Οἰάγρου δὲ κάρηνον ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ.

Sequitur apud Plinium coronæ civicæ adjunctum apud Romanos privilegium, quod cum Olympica fuisse illi propemodum commune, intelligitur ex iis, quæ ante proposui. Nam ita quidem hic noster: *Accepta licet uti perpetuo, ludos ineunti semper assurgi etiam ab Senatu in more est, sedendi jus in proximo Senatui, vacatio munerum omnium ipsi, patrique & avo paterno.* De proedria quidem (quod jus præ aliis sedendi est) Olympionicis, & vacatione munerum concessa, superius & abunde quidem (ut opinor) disceptatum fuit. Sed quando palmam cum corona tributam victoribus athletis constat ex iis, quæ luculenter enarrata superius fuere; quæri potest, quid sibi D. Joannes Chrysostomus [1] voluerit, cum de iis præmiis, seu brabiis ante coronam præstitis loquitur, tanquam pretiosiores illæ, minoris hæc momenti ad laudem fuerint? nam ubi dixit: Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων, οἱ μὲν ἀγῶνες πόνον ἔχουσι, καὶ ὀδύνην, καὶ ταλαιπωρίαν· οἱ δὲ στέφανοι καὶ τὰ ἔπαθλα τὴν ἡδονὴν κομίζουσιν· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τῶν ἐπάθλων τὰ παλαίσματα οὐχ ἧττον ἡμῖν ἡδέα, &c. statim subdit: Καὶ πρὸ τῶν στεφάνων ἤδη δίδωσιν αὐτοῖς τὰ βραβεῖα, ὅτι καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι δεῖ καυχᾶσθαι ἡμᾶς. Equidem non dubito, quin coronas hoc loco μετωνυμικῶς, & per quandam (ut *Rhetoricorum ad Herennium* auctor lib. IV. appellat) denominationem pro victoriis & martyriis, sicuti & Prudentius in suo περὶ στεφάνων libro posuerit: hoc significans, nobis a Deo in ipsis persecutionibus & afflictionibus ipsa præmia victoriæ tribui, quamobrem gloriari debeamus. Nec absimiliter accipiendum palmæ nomen apud Cassiodorum lib. XI. *Variar.* cap. XXXV. quo loco: *Tales ergo tardare* (inquit) *piaculum est: quia post palmam nemo dilatus est.* Nempe hoc sensit, statim post pugnam victori præmium concedi solitum.

CAP. XXVIII.

Suspirium in agonibus, hoc est, gemitus athletarum laborantium, & exclamatio, e Cicerone, Papinio, Seneca, Chrysostomo. Tentata loci cujusdam de Æschylo apud Stobæum castigatio, Plutarchi auxilio advocato. De Pyctarum sive pugilum ictorum patientia, & constantia: deque exclamatione spectatorum encomiis, & cantilenis ad laudes athletarum pertinentibus, ex Homero, Platone, Plutarcho, atque Eustathio, qui leviter interea notatur. Equi ἀθλοφόροι *dicti, quod sicuti bellorum atque certaminum, ita coronarum quoque hominibus participes fuerint.* Ἀσκητὴς *athletica & monachica. Quod nomen & item* ἀγωνιστικῆς *ad equos relatum. De equorum ingenio, docilitate, judicio, affectu, voluptate, cognationis, adhortationis, & gloriæ intellectu, præsagitione, luctu, desiderio, lachrymis permulta. Emendato interim Solino, & exposito, itemque Plinio. Equi athletæ & agonistæ, & victores dicti, & cæteris hujusmodi appellationibus honestati. Dio Chrysostomus obiter castigatus. De Aura equa Phidolæ Corinthii, deque Circensibus equis albatæ factionis sub Claudio Imp. a Plinio, qui emendatur, atque illustratur. Sepulturæ honor equabus trisolympionicis concessus Athenis in Ceramico; de qua re agens Ælianus castigatus, adhibito Plutarcho, & Herodoto: ex cujus verbis uti dubium quoddam tollitur, ita Latina ipsius versio uno membro mutila suppletur. Cessio renunciationis præconiæ ingratiam antagonistæ superati. Bucephalo habitus honos post mortem, & Boristheni. Agrigentina regio equorum, sed & pugnatricium avium sepulchris frequens. Diodorus in cæteris hac de re agens illustratur. Annui avium certaminis, quod publicæ Athenis & Romæ haberi solitum, origo indagatur. Augusti equus tumulatus. Equi agonistæ statuarum honore donati. Cimonis equarum iconicæ statuæ. Circensibus equis debilibus alimonia de publico præ-*

---

in quo sederet agonotheta, sed ad ejus tanquam δικαστοῦ (quem quasi διχαστὴν dictum Aristoteles lib. V. *Ethicor. Nicom.* refert) animum erga omnes antagonistas seu æmulos athletas æqualiter ac perinde affectum referatur.

1 *Sermone* IX. *in cap.* V. *Epist. B. Pauli ad Rom. ad illud*, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν.

stita. Palmati equi in duabus Theodosiani Cod. Constitutionibus cur appellati. Equi olim (ut hodieque in generosis plerisque fit, immo & in gregalibus) signati, in Notis. Quo ætatis anno equi circo deputati, aut ab ipso missi antiquitus, ex Plinio.

POSTREMO in sacris agonibus, id non pugilum modo, sed cursorum ac cæterorum quoque (sicuti a tignariis fabris ligna secantibus, aut ferrariis enixe incudem tundentibus quantum potest in ipso ictu suspirium quasi quoddam emitti tur, quo scilicet fortius feriant (athletarum commune fuisse, ut exclamarent vel potius ingemiscerent; de Cicerone lib. I. *Tuscul. Quæst.* dudum didici: *Nec vero unquam* (inquit) *ne ingemiscit quidem vir ac sapiens, nisi forte ut se intendat ad firmitatem, ut in stadio cursores exclamant, quam maxime possunt: faciunt idem cum exercentur athletæ. Pugiles vero etiam cum feriunt adversarium, in jactandis cæstibus ingemiscunt, non quod doleant animove succumbant; sed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.* Huc spectans fortasse Papinius Statius lib. III. *Thebaid.* Parthenopæum Arcadem, cum agone cursus Idam superasset, pressa palma suspiria levasse dixit, iis quos antea citavi versibus. Quamquam non nego, quin suspiriorum nomen, ad Arcadis, de infortunio suo & Idæ dolo conquerentis, a quo prehensa coma sua, rejectus post eum, cursuque superatus fuerat, luctum atque mœstitiam apte referatur: de qua re agens Poeta, sic cecinit:

—— ipse regesta
Parthenopæus humo; vultumque oculosque madentes
Obruit: accessit lacrymarum gratia formæ.
Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento
Ungue secat, meritamque comam: furit undique clamor.

Et cætera quæ *libro* III. *cap.* XIX. adferam, ubi de variis ob idem certamen præmiis, quæ diversis tribui solerent, disceptabitur. Quod si non discobolorum illa fuere suspiria, a pugilibus tamen usurpata, quemadmodum Cicero, illo unde verba retuli *loco*, auctor est. Sic Papinius idem his versibus, de Alcidamantis & Capanei pugilatu paulo post agens, docuit:

Et jam utrumque labor, suspiriaque ægra fatigant,
Tardius ille premit, nec jam hic absistere velox,
Defectique ambo genibus pariterque quierunt.

Et item a luctatoribus; ut *gementis* vocabulo usus idem poeta Tydei & Agyllei colluctationem postea describens subindicat, in hæc verba:

Non secus ingentes artus præcelsus Agylleus
Sponte premit, parvumque gemens duplicatur in hostem:
Et jam alterna manus, frontemque, humerosque, latusque,
Collaque, pectoraque, & vitantia crura lacessit

Quinetiam ab illis, qui quolibet genere ac modo exercerentur aleipta imminente aut ministrante, ut laboribus fatigari valetudinis ergo non virtutis gratia oporteret; gemitus etiam expressos antiquitus reperio; apud ipsum auctorem sane gravissimum atque locupletissimum Senecam *epist.* LVI. cujus initium, *Peream, si est:* quo loco: *Propone nunc tibi omnia genera vocum quæ in odium possunt aures adducere; cum fortiores exercentur, & manus plumbo graves jactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio: quotiens retentum* (sic habebat Monjousianus, quo aliquandiu sum usus, manuscriptus codex; sic etiam Turnebum cap. IV. lib. VII. *Adversar.* legere video, ubi vulgo scriptum erat *recentem*) *spiritum remisere, sibilos & acerbissimas respirationes: cum in aleipten* (in illo vetusto erat scriptum, *aliquem*) *inertem & hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisæ manus humeris, quæ prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat.* Ad illa ipsa in agone athletarum suspiria referri etiam queat, quod D. Joannes Chrysostomus *Homil.* XVII. *ad populum Antiochenum* col. 130. *Generosi athletæ visi tantum in oppositione, & vociferati adversarios convertunt:* quamvis dici possit vociferationem istam, provocationem potius quandam ad certamen ac dimicationem fuisse, quam illum in decertando gemitum; quem si emittere pugiles, non tamen queri aut ejulare post ictum exceptum soliti, qui omne tormentum gloriæ cupiditate perferebant, (adeo magna vis consuetudinis fuit) cum tamen spectatores ipsi continere se non possent, quominus exclamarent: quod de Æschylo, cum ad Isthmia venisset, exercitationem commendante, proditum memoriæ a Stobæo comperi *Sermone* CXVII. *περὶ φιλοπονίας* in *Collectan. locor. comm.* fere sic: *Αἴσχυλος ἐν Ἰσθμῷ ἀγῶνα ὁρῶν πακτὸν, καὶ ἐπὶ τῇ πληγῇ τοῦ θεάτρου ἐκβοήσαντος, πρὸς Ἴωνα ἔφη, ὁρᾷς οἷόν ἐστι ἡ ἄσκησις, ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ θεώμενοι βοῶσιν.* Ubi pro *πακτὸν*, lubens reposuerim *πυκτῶν*, addito etiam articulo *τὸν*, vel *τῶν*, quamvis hoc quidem minime necesse. Illud autem etsi ferri utcumque posse video, quod habet editio vulgata, ut jam dispositum & exhiberi cœptum, aut vero solitum, legitimum atque ordinarium ostendat: hanc tamen conjecturam meam adjuvat Plutarchi auctoritas in lib. *πῶς ἄν τις αἴσθ. ἑαυτοῦ προκόπτ. ἐπ' ἀρετῇ*, a quo sumpsisse id verbi Stobæum ejus Interpres non vidit, ipse nequaquam dubito, cum ita scriptum lego: *Αἴσχυλος μὲν γὰρ Ἰσθμοῖ θεώμενος ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντος ἑτέρου τὸ θέατρον ἐξέκραγε, νύξας Ἴωνα τὸν Χῖον ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν, ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ θεώμενοι βοῶσι.* Hactenus ille. Exclamabant igitur spectatores in ipsis agonibus, & non sine victoris laudibus ipsum appellabant, non expectata tubicinis aut præconis renunciatione, de qua superius *cap.* XIII. *hujus libri* disserui. Encomia & cantilenas quoque honoris ergo proferebant: hoc sane vel unus indicat Plato lib. VII. *de Legibus* ad fin. in fol. 822. ubi sic scribit: *Ἡμεῖς δὲ μὴ ταύτῃ δόξομεν, εἰ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ θεόντων ἵππων ἢ δολιχοδρόμων ἀνδρῶν διενοούμεθα πέρι, καὶ προσηγορεύομεν τὸν τάχιστον μὲν ὡς βραδύτατον, τὸν δὲ βραδύτατον ὡς τάχιστον, ἐγκώμιά τε ποιοῦντες, ᾔδομεν τὸν ἡττώμενον νενικηκότα, οὔτε ὀρθῶς ἂν οὔτ' οἶμαι προσφιλῶς τοῖς δρομεῦσιν ἡμᾶς ἂν τὰ ἐγκώμια προσάπτειν ἀνθρώποις οὖσι.* Quo etiam pertinet, quod Homerus *Iliad.* ψ. ubi de discobolis, & in his de Polypœtide, qui cæteris longius discum projecerat:

Τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε, τοὶ δ' ἐβόησαν.

Ubi præclare (ut solet) Eustathius fol. 1331. & 1332. *Τοῖς τε θεάτροις ἔθιμον πάθος, καὶ τῷ ποιητῇ συνήθες ἐπιφώνημα:* sed quod sequitur, non itidem probo, ut postea ostendam, cum ait, *ὅμοιον τῷ*

—— ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοί.

Istuc denique Apollonius Rhodius lib. II. *Argon.* sub initium, ubi de Amyco Bebrycum Rege superato in pugilatu a Polluce fabulam enarravit, aspexisse mihi quidem videtur, Heroum Minyarum acclamationem versibus mandans: quo loco:

—— ὁ δ' ἄγχ' αὐτοῖο παρὲκ γόνυ γουνὸς ἀμείβων
Κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος, ὀστέα δ' εἴσω
Ῥῆξεν, ὁ δ' ἀμ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν· οἱ δ' ἰάχησαν
Ἥρωες Μινύαι τοῦ δ' ἀθρόος ἔκχυτο θυμός.

Postremo ipse Chrysostomus, eo quem superius ad *caput* XXII. indicavi loco, *Homil.* XLII. cum Olympicis agonibus coronam post victoriam nihil esse [illegible] scribit quam lauri folia, quam applausum & acclamationem vulgi.

Ac [illegible] quid addam præterea, hujusce omnium sacrorum certaminum communis moris atque observationis, solos ex animalibus equos (ἀθλοφόρους propterea nominatos ab Homero [1], iis quos antea proposui versibus, hoc est, præmia ferentes) coronarum sacrarum, sicuti præliorum quoque cum hominum genere participes fuisse, Plutarch. ipse memoria & recitatione dignum censuit: cujus e *Symposiacis Problematis* lib. II. quæst. IV. fol. 1136. Edition. Stephan. hocce est: Καὶ τῶν ζώων μόνῳ τῷ ἵππῳ μετουσία στεφάνου [illegible] ἀγῶνός ἐστιν. ὅτι μόνος [illegible] καὶ [illegible] μαχομένοις [illegible] συμπολεμεῖ. Et notandum [illegible] ἀσκήσεως καλὸν ὄνομα (sicuti Julius Pollux [2] tradidit) exercitationis honestum nomen, quod Græci pietati & castitati devotis, Deique cultui dicatis, utriusque sexus hominibus, monachis, monachabus, diaconissis, & canonicis in casto degentibus tribuerunt [3], ut ascetas ascetriasque nuncuparent; ad equos itidem Plutarchum eo loco retulisse: sicut Pollucem ipsum lib. III. *Onomast.* cap. XI. sub init. in col. 55. ubi περὶ ἱππικῶν [illegible]. Δαμάσαι δ' ἂν εἴποις καὶ πωλεῦσαι, [illegible] ἀμνεῖν, καὶ ἡμερῶσαι, ἀσκῆσαι, ἀναδιδάξασθαι. Nec tantum ἀγῶνος μετουσία τοῖς ἵπποις, ἀλλὰ καὶ τοῦ στεφάνου, ut Plutarch. ait, quando τὴν ἀγωνιστικὴν equorum quoque, non hominum modo esse Plato in VI. *de Legibus* fol. 764. lib. Stephan. tradit; qui eosdem esse magistratus aut præfectos tam equorum quam hominum agonisticæ voluerit, sic admodum scribens: Ἀγωνιστικῆς μὲν ἐν ἀνθρώπων τε καὶ ἵππων τοὺς αὐτούς. Et postea, fol. 765 Μετὰ δὲ ταῦτα χρεὼν ἀγωνίας ἀθλοθέτας αἱρεῖσθαι τῶν περὶ τὰ γυμνάσια ἵππων τε καὶ ἀνθρώπων, &c. Non immerito; cum sicuti sagacitatem & alacritatem ad pugnam, patientiam laboris, & disciplinæ (ut ita loquar) capacitatem, huic animalium generi natura indiderit, quemadmodum ex Æliani lib. VI. *de Animal.* cap. X. & lib. XVI. cap. XXIII. perspicue intelligitur. Inesse ingenium atque judicium equis Solinus *Polyhistore* cap. XLVII. documentis plurimis patefactum fuisse tradit. Voluptatem his inesse, idem ille prodidisse Circi spectacula refert: *Quosdam enim equorum, cantibus tibiarum* (ubi *tubarum* equidem malim legere, cum tibias musicorum scenicorum & gymnicorum quoque forsitan ludorum, sicuti *cap.* IV. *lib.* I. ubi περὶ τῶν θυρίων καὶ προοιμίων, demonstrasse me recordor: tubas equestrium agonum, & vero gymnicorum fuisse; quamobrem tubæ, de agonibus agens Tertullianus in *de Spectaculis* cap. IX. meminerit: isto toto *libro* de præconia renunciatione verba faciens ostenderim) *quosdam saltationibus, quosdam colorum varietate*, (hoc ad factiones agitatorum pertinet) *nonnullos etiam accensis facibus ad cursus provocari: affectum equinum lachrymas* [4] *provocare, ingenia equorum & Claudii Circenses probasse*, &c. *Et quod excusso auriga, quem Ratumenam nominabant, relicto certamine ad Capitolium quadriga prosiluit, nec ante substitit, quam Tarpeium Jovem trina dextratione lustrasset*. Addesis e Plinio latius historiam explicante c. XLII. lib. VIII. *Natur. Hist.* *Plebeiis Circensibus majore apud priscos augurio equos excusso auriga, ita ut si staret in Capitolium cucurrisse, sedemque* (Jovis Capitolini sellam sive pulvinar intellige, Solino adhibito)

---

1 Sic & a Leontio Scholastico *in Calliopen* eo epigrammate quod extat lib. V. *Anthol.* fol. 403.

Πρεσβύτερος [illegible], πρέσβυς [illegible]
Νικᾶς, [illegible] κέντορας ἀθλοφόρων.

2 Dicto *cap.* XXX col. 190. ubi περὶ νικητοῦ: de quo ἀσκήσεως nomine, ut μελέτην καὶ πόνησιν athletis convenientem significet; vide quæ scribo *lib.* III. inf. a Laertio in *Diogene*, fol. 423. & 424. [illegible] fierre τὴν ἄσκησιν ἀπὸ τῆς πρὸς ἀ ἄσκησις ἔργου, præclare Plutarchus docet in *de Dæmonio Socratis*, fol. 1057. Editio. Steph. ubi [illegible] ἀσκήσει [illegible] ἀθλητικοῖς [illegible] πρὸς τὸν ἀντίπαλον [illegible], ἄσκησιν δὲ τὴν ἐπὶ τούτῳ [illegible] γυμνασίων [illegible] ἀρετῆς ὁμολογ[illegible] ἄσκησιν.

3 Videto in *Novell. Justinian.* 5. §. *hinc autem*, [illegible] & aliis *Novellis*. Et apud D. Basilium sæpe, qui & regulas Monachis suis præscriptas ἀσκητικὰ inscripsit. De hoc ἀσκήσεως nomine [illegible] Billius Prunæus lib. I. *sacrarum Observationum*, cap. XL. Videto & Sudam iis locis, quos cum aliis indico inf. *cap.* XVIII. *lib.* prox. seq. ubi de probatione athletarum & monachorum. & in *Canonibus Sanctorum Apostolorum* can. LIII. [illegible] κρεῶν καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, [illegible] ἄσκησιν: ut in *Gangrensis Synodi* can. [illegible] XIII. XV. XVII. XVIII. XIX. Et *Trullanæ Synodi* can. XL[illegible] Nec dubito quin B. Cyrillus Hierosolymit. *catech.* III. (ubi de D. Joanne Baptista loquitur) hoc nominis usurpaverit: quo loco [illegible] interpretatio, fol. 20. *exercitationis* vocabulum [illegible]. *Ascetarum choros in montibus Crucifixum, & Patrem & Sanctum Spiritum laudant*, dixit Theodoretus Cyrensis: Monachorum cœtus intelligens lib. IX. *de curat. Græcar. aff. ct.* fol. 128. ubi: Ἐλεύθερα δὲ τοῦ πλάνου τὰ ὄρη· ἀντὶ γὰρ τῶν βωμῶν ἐκείνων, καὶ τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης οἱ τῶν ἀσκητῶν [illegible] οἰκοῦσι χοροί, τὸν ἐσταυρωμένον ὑμνοῦντες, καὶ τὸν ἐκείνου Πατέρα, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Sane sicuti tribunos militibus, ita Abbates Monachis athletis spiritalibus, præesse nosci tradit Valafridus Strabo *de Exord. & increm. rer. ecclesiast.* sub finem in c. XXXI. fol. 418. librorum *de divin. offic.* Unde horum quoque sicut gentilium athletarum philosophia nuncupata: id quod superioris *libri cap.* XV. adnotatum fuit. Et valde placet quod de ascetis Monachis Joan. Damascen. lib. IV. *de fide orthod.* ad extremum cap. XVI. tradit sic fere: Τοὺς ὁσίους πατέρας ἡμῶν τοὺς θεοφόρους ἀσκητὰς τοὺς τὸ χρονιώτερον καὶ ἐπιπονώτερον μαρτύριον τῆς συνειδήσεως διαθλήσαντας· οἳ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς, ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Huc addesis quæ *lib.* III. ad extremum III. *cap.* adfero ab Isidoro de stadio perfectæ Monachorum exercitationis: & quod ille ipse *ad Cassianum Monachum* scribit *epist.* CCCIX. lib. I. ἀκούω σε περιελεγέναι τὸν βίον τὸν φθαρτὸν πρὸς τὸ στάδιον δραμόντα τῶν μοναχῶν. Et quod de Cœnobitarum palæstra Cassianus duobus locis, quos simul cum alio Epiphanii quopiam proferemus *lib. seq. cap.* VI. ad extremum. De primoribus Christianis agentem Philonem id nominis usurpasse testis Euseb. lib. II. *Ecclesf. Hist.* cap. XVII. fol. 16. pag. I. & fol. 17. p. I. quod ad Essenos Judæos retulisse potius videtur.

4 Huc illud Homeri pertinet ex *Iliad.* P.

Ἵπποι δ' Αἰακίδαο μάχης ἀπάνευθεν ἐόντες,
Κλαῖον.

Et postea:

—— δάκρυα δέ σφιν
Θερμὰ κατὰ βλεφάρων χαμάδις ῥέε μυρομένοισιν.

ter lustrasse: sed & eodem pervenisse ab Veiis cum palma & corona, effuso Ratumena, qui ibi vicerat, unde postea nomen portæ est. Præterea in iis & cognationis intellectum esse, docilitatem, præsagitionem, luctum, desiderium, præ quo lachrymas etiam fundere, vitam inedia finire. Ergo (ut ante diximus) coronarum sacrarum generosis equis societatem cum ipsis hominibus olim fuisse, jamjam ostendimus: atque hoc insuper Theocriti carmine *Charitibus eidyllio* XVI. declarari potest; in quo:

—— τιμὰς δὲ καὶ ὠκέες ἔλλακον ἵπποι
Οἵ σφίσιν ἐξ ἱερῶν στεφανηφόροι ἦλθον ἀγώνων.

Unde etiam equos non minus quam homines dictos ἀθλητὰς, ἀγωνιστὰς, καὶ ἀδδηφάγυς ἁμιλλητηρίυς, νικηφόρυς, & ἀθλοφόρυς, id quod ab Homero ante monui, de Polluce licet addiscere lib. I. *Onomast.* cap. XI. sub. init. in fol. 54. de quibus præter Plutarchum [1] ac Diodorum Siculum [2] etiam loquutus Dio Chrysostomus *Olympica Oratione*, fol. 134. pag. 2. Καὶ ἀγωνιῶντας καθάπερ ἵππυς ἀγωνιστὰς ἐπὶ τῶ ὑσπλήγγων ὐκ ἀνεχομένυς τὸ χρόνον ὑπὸ σπυδῆς δὲ καὶ προθυμίας κόπτοντας (sic legendum) τὸ ἔδαφος τοῖς ὅπλαις: & similiter Aristides κατὰ τῶ ἐξορχυμένων, fol. 57. pag. 2. in hæc verba: Πρὸς Διὸς ἵπποι δὲ ἄρισοι καὶ θαυμασιώτατοι, καὶ μάλιστα καθ᾽ ἡδονὴν τοῖς θεωρῦσιν: ἆρ᾽ ὐχ οἵ τινες ἐῤῥωμενέσατοι, καὶ ἀρκέσατοι, καὶ μηδὲν ἔξω τῦ δρόμυ βαίντες ἀπήνυσαν πανταχῦ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν σώζοντες: qualem equam (Auram nomine) Corinthio Phidolæ, quem in ipsis pene carceribus excusserat, cursu ad signum tuba seu classico datum celeriter & commode confecto, victoriam peperisse traditum: ea enim περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκυσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τῦ δρόμον: quemadmodum Pausanias [3] inter cætera retulit, quæ inferius *cap.* XXXIV. aliam ad rem exhibebo; quales illos equos, quorum ingenia principis Claudii Circensibus probata, Solinus *Polyhistore* dicto cap. XLVII. narrat; cum effuso rectore quadrigæ cursu æmulos non minus æstu, quam velocitate prævertarent, & post decursa legitima spatia (septem intelligit, de quibus actum *cap.* XXVIII. *libri* superioris) ad locum palmæ sponte consisterent, velut victoriæ præmium postularent. Qua de re agens Plin. *cap.* XLII. *lib.* VIII. ut equorum ingenia ostenderet; *Nam in Circo ad currus juncti (ait) non dubie intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur Claudii Cæsaris secularium ludorum Circensibus excusso in carceribus auriga, albati equi* (albatæ factionis equos intelligit) *palmam occupavere, præmium obtinuere opposita effundentes, & omnia quæ contra æmulos debuissent, peritissimo auriga insistente, facientes: cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere*: ubi pro, *Primatum*, e Solino reposui, *Præmium*, jam olim; nec a veritate scripturæ, certe non a sensu Plinii longius abscessi. Sed erit forte qui divulsis duobus, quæ in unum perperam coaluerant, vocabulis, *Prima tum* esse scriptum malit: ut τὸ *prima* sit, quod Græco idiomate τὰ πρωτεῖα καὶ τὰ πρῶτα, (sicuti *cap.* XX. sequentis *libri* plenius dicetur) quod & verius reor: & *Tum*, hoc est, postea occupato fine stadii, ubi *Meta* (quod nomen pro palma, in veteribus libris ortum e glossa illius, ut arbitror; vel ex eo fonte potius, quem cap. ult. libri II. *Semestrium* indicavi, doctissimus Dalechampius agnosci testatur) nempe tanquam ibi coronæ fuerint, secundum ea, quæ *sermone* superiore docui; ac palmæ locus. Quamobrem κατὰ συνεκδοχὴν Palma nominatus a Plinio: vel potius κατὰ μεταφορὰν ipsa victoria: quemadmodum aliis Veterum testimoniis adhibitis ad extremum præcedentis *capitis*, palmæ coronæque nomina, pro victoria ipsa identidem usurpari ab auctoribus, demonstratum fuit: quod tamen eruditissimos alioqui nuperos ejus loci Scoliastas fugit.

Quemadmodum autem coronarum præmia equis agonalibus, & agonistis hominibus communia fuisse ostendimus: ita sepulturæ quoque honorem equabus ter ad Olympiam curuli certamine victoriam adeptis attributum; si non publico suffragio, privato tamen præstantissimorum ducum studio, Æliani narrat Historia; & quidem ita ut Athenis in Ceramico terra conderentur: quo loco eos milites, qui pro Repub. in bella perierant, philosophos etiam aliosque illostres viros ex decreto [4] publice sepeliri mos fuit, sic enim Ælian. [5] Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππυς τὰς τρεῖς (lego τρὶς, ut si *ter*, non *tres*, qui scio singulari honore affectos homines quoque trisolympionicas [6]) Ὀλύμπια ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν Κεραμικῷ. καὶ Εὐαγόρας δὲ ὁ Λάκων, καὶ Ὀλυμπιονίκας ἵππυς ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς. Quod Ælianus de Miltiadis equabus ter victricibus apud Olympiam, hoc ipsum Plutarchus [7] de Cimonis equabus, ut hæ ter quoque apud Olympiam victrices, juxta ipsius monumentum sepultæ fuerint: sic admodum tradit: Τῶν δὲ Κίμωνος ἵππων αἷς Ὀλύμπια τρὶς ἐνίκησεν, καὶ ταφαὶ πλησίον εἰσὶ τῶ ἐκείνυ μνημάτων: cujus loci similitudine, nostram in Æliani loco castigando conjecturam: mirum in modum illustratam atque stabilitam sentio. Maxime

---

1 *Themistocle* fol. 225. eo loco, quem attuli *lib.* I. *cap.* XXVI.

2 Lib. XIII. *Bibliot.* fol. 375. unde verba statim exhibeo.

3 Vide Pausan. *Eliacon* II. fol. 149. quæ Auræ historia, & item altera illa Circensium equorum e Plinio superius enarrata, dici non potest, quantopere pertineat ad quæstionem, *Utrum equo, qui sine auriga & sessore suo ad bravii locum pervenerit, bravium debeatur*, a Bartolo adversus Dynum tractatam, & adhibita distinctione decisam, argum. ducto ex *l.* I. *§.* I. *quæsitum. D. de qua quotid. & æst. ibi. & in l.* I. *§. item acquirimus. D. de acquirenda possess. num.* 8.

4 Vide, si curæ tibi est, decretum de Zenone Cittiensi Athenis factum, quod in *ipsius Vita* retulit Diog. Laert. *lib.* VII. fol. 241. & 242. Edit. Steph. ubi inter cætera: Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. δέδοχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Ζήνωνα Μνασέυ. Κιττιέα καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸ νόμον ἀρετῆς, ἕνεκα καὶ σωφροσύνης. οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτῷ καὶ τάφον ἐπὶ τῦ Κεραμεικῦ δημοσίᾳ, & reliqua. Plutarchus quoque in decreto de Lycophrone Butade *Opuscul.* Tom. III. fol. 1565. Editio Steph. Diomedis ac Lycurgi vitam honoribus a populo affectam, & mortem publicis sepulchris in Ceramico, propter illorum virtutem, decoratam fuisse memorat.

5 Lib. XII. *de Animalib.* cap. XL. ad fin. In Ceramico autem civibus de Atheniensium Repub. optime meritis datam ab ipsis summi beneficii vel gratiæ loco sepulturam discas e decreto, quod Lycophron Lycurgo Butadæ patri obtinuit, adscripto *Vitis decem Rhetorum* a Plutarcho.

6 Huc pertinet Philostrati locus e lib. V. *de Apollonio*, fol. 29. sed ille potissimum Plinii, quem attuli sup. *cap.* XX. hujus *lib.*

7 In *Marco Catone*, fol. 620. Stephanici lib. & fol. 621. de canibus honore tumuli donatis cum ab aliis Veterum, tum a Xanthippo.

autem omnium ipsa Herodoti [1] hanc rem totam plenius enarrantis auctoritate. Is enim Cimonem Miltiadis patrem Stesagoræ filium cum Athenis exularet ob tyrannidem Pisistrati filii Hippocratis, & agone curuli vicisset apud Olympiam, victoria cessisse in gratiam uterini fratris nomine Miltiadis; postea vero in sequenti Olympiade, cum iisdem equabus victoriam denuo abstulisset, similiter Pisistrato id concessisse, ut sua vice ipse victor a præcone renunciaretur, (hoc enim habet contextus Græcus, quod in Latina Vallæ versione, quamlibet ab Henrico Stephano recognita, præterm issum colon reperias) domumque suam ex compacto & Pisistrati permissu Cimonem ita rediisse; deinde cum tertio iisdem equabus Olympiaco certamine superior antagonistis extitisset, accidisse ut mortuo jam Pisistrato, liberi ejus, emissis clanculum percussoribus, noctu ad Prytaneum Cimonem interimerent, qui sepultus ad urbem fuit trans viam, quæ Diacœles nomen habuit: ex adverso autem ipsas ejus equas, quæ tres victorias Olympiacas reportarant, ibi fuisse tumulatas: & addit Herodotus, idem quod ab istis, antea similiter factum ab aliis equabus Laconis Euagoræ, aliis præterea nullis. Verba præstantissimi auctoris hæc omnino sunt; quæ ut castigentur, proferam pro meo more, atque uti de additi a nobis ad Latinam versionem integri unius coli fide, aliis manifesto constare possit: Ἦγον δέ σφεας στρατηγοὶ δέκα, τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα τὸν Στησαγόρεω κατέλαβε φυγεῖν ἐξ Ἀθηναίων Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτεος· καὶ αὐτῷ φεύγοντι Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη. καὶ ταύτην μὲν τὴν νίκην ἀνελόμενόν μιν, τωὐτὸ ἐξενείκασθαι τῷ ὁμομητρίῳ ἀδελφεῷ Μιλτιάδῃ· μετὰ δὲ τῇ ὑστέρῃ Ὀλυμπιάδι τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι νικῶν παραδιδοῖ Πεισιστράτῳ ἀνακηρυχθῆναι. καὶ τὴν νίκην παρεὶς τούτῳ, κατῆλθε ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ ὑπόσπονδος. καί μιν ἀνελόμενον τῇσι αὐτῇσι ἵπποισι ἄλλην Ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ Πρυτανήιον, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεος, πέρην τῆς Διακοίλης καλεομένης ὁδοῦ· καταντίον δ' αὐτοῦ αἱ ἵπποι τετάφαται αὗται, αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι· ἐποίησαν δὲ καὶ ἄλλαι ἵπποι ἤδη τωὐτὸ τοῦτο Εὐαγόρεω Λάκωνος· πλέω δὲ τουτέων οὐδαμαί. Quibus in verbis ex illo Æliani loco vicissim supplendis in extremo; ut equæ scilicet illius Euagoræ Laconis non modo tres apud Olympiam victorias adeptæ, ut illæ Cimonis atque Miltiadis, verum etiam, ut illæ non minus quam istæ honore tumuli donatæ fuerint: advertendum insuper (quod alibi legisse non recordor) hieronicas in potestate habuisse, ut superatis antagonistis jure suo cederent; hoc est, victoriæ præmiis, & in his renunciatione præconia. Nam quod de Alexandro Plutarchus [2] narrat; indignatum ipsum in curriculo fuisse, quod Brison stadiodromus ejus antagonista sponte ipsi victoriam cedere videretur, idque renuisse: hoc ad simulatam tarditatem a Brisonte (qui adulatorio more, Principe illo se inferiorem in hoc quoque artificio esse fatebatur, ut ipsius aucuparetur gratiam) pertinere, clarissimus Budæus

A eum locum explicans vidit; in quo Græca sic habent: Οὐ τοιοῦτος Ἀλέξανδρος· ἀλλ' ἐπεὶ Βρίσων ὁ σταδιόδρομος ἁμιλλώμενος αὐτῷ περὶ τάχους ἔδοξεν ἑκὼν παρεῖναι σφόδρα διηγανάκτησεν. In iis denique verbis Herodoti, notandum etiam istud τῷ ὁμομητρίῳ: quod mendosum esse suspicetur merito quispiam; hujus autem loco restituendum esse ipsius adversum ὁμοπατρίῳ; propterea quod Cimon Stesagoræ filius cum Stesagoræ patris nomen primogenito suo dedisset, Miltiadi filio alteri suo a fratre Chersonesi conditore Miltiade nomen imposuisse; Stesagoram vero primogenitum a Miltiade patruo educari voluisse, subjicitur in hæc verba:
B Ὁ μὲν δὴ πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι Στησαγόρης ἦν τηνικαῦτα τῷ πάτρῳ Μιλτιάδῃ τρεφόμενος ἐν τῇ Χερσονήσῳ. Nam si patruus Stesagoræ Cimonis filio Miltiades, (quem non θεῖον ambiguo, ut avunculum quoque designet, nomine, sed πάτρον appellavit Herodotus) hic sane Cimoni non uterinus, sed consanguineus eodem patre natus fuit. Verumtamen cum paulo ante Cimonis fratrem Miltiadem Cypseli filium, non Stesagoræ (quem Cimon patrem habuit) memorasset; cumque jam semel antea Miltiadem Cimonis fratrem eadem matre natum dixisset, eo scilicet ὁμομητρίου vocabulo usus Herodotus eodem *libro* VI. fol. 217. Stephan.
C libri, & fol. 218. quo loco: Κατεῖχε τὴν ἀρχὴν ταύτην πρότερον Μιλτιάδεω τοῦ Κυψέλου τρόπῳ τοιῷδε, &c. Et postea: Καὶ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου ἐὼν οἰκίης τεθριπποτρόφου, &c. Item aliquanto post: οὕτω δὴ Μιλτιάδης ὁ Κυψέλου Ὀλύμπια ἀναιρηκὼς πρότερον τουτέων τεθρίππῳ, &c. ἔσχε τὴν χώρην. Hæc (inquam) omnia de Cypseli filio Miltiade; quem Chersonesi conditorem sine liberis, imperium bonaque omnia Stesagoræ filio fratris sui Cimonis eadem matre geniti reliquisse narrat, sic fere: τελευτᾷ ἄπαις τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίου. Quæ
D cum ita sint; satius ac verius censeo, ut Stesagoras primogenitus Cimonis filius apud Miltiadem, superiorem Cypseli filium, Chersonesi conditorem, Cimonis uterinum fratrem, & (ut historicus loquitur) ὁμομήτριον, educatus; eum πάτρον, hoc est, *patruum*, utpote patris fratrem, licet non eodem patre, sed eadem solummodo matre genitum nuncuparit: non etiam avunculum, utpote non matris, sed patris fratrem, licet alio patre editum. Qui me locus quoniam aliquandiu torserat, ideo lubentius ad ipsum prorsus explican-
E dum, a cœpto de sepultura equarum agonalium sive Circensium sermone secessi: ad quem redeo.

Nam de Bucephalo [3], quem Alexander Magnus, & urbe ejus nomini dicata, exquisitissimis insuper exequiis honoravit: aut de Boristhene, cui Adrianus Imperator [4], quod plurimum eo inter venandum usus fuerat, tumulum inaurata columnæ sepulchro affixæ inscriptione constituit, nihil hic quidem attinet dicere. Agrigentinam sane regionem equorum sepulchris frequentem
F fuisse, ait Solinus [5] hoc addito, quod munus supremitatis merito datum credimus. Agrigenti complurium equorum tumulos habere pyramides, fecisse & D. Augustum equo tumulum, de quo Ger-

1 *Erato* lib. VI. fol. 191. Hervagiani exemplar. excusi Basileæ anno 1542. Stephanici vero anno 70. fol. 232.
2 In lib. περὶ εὐθυμίας *Opusc.* ex Edit. Steph. fol. 838. Tom. II.
3 Vide Plutarch. *Alexandro*, fol. 1282. Steph. exemplaris, & Q. Curtium, & Solinum *Polyhist.* cap. XLVII. post Plin. *cap.* XX. *lib.* VI. & *cap.* XLII. *lib.* VIII.
4 Vide Dionem *Adrian.* apud Xiphilinum illius epitomatorem, fol. 247.
5 *Polyhistor.* dicto cap. XLVII.

Germanici Cæsaris carmen est, memoravit Plinius cap. xi ii. lib. ... iii. *Natur. Histor.* Addam hoc quoque a Timæo teste oculato apud Diodorum Siculum A[grige]ntinos luxu vario diffluentes non athletis ... (ita enim Diodorus apposite ad ea, quæ superius tradita hoc ipso *capite* fuere, nuncupat) verum etiam gallinaceis pugnatoribus, perdicibus, coturnicibus ad pugnam inter se destinari apud Græcos (ut ex Plutarchi variis locis intelligitur) solitis, sumptuosos extruxisse tumulos, qui ad Timæi ætatem usque perdurarint. Sic namque Diodorus lib. xiii. *Biblioth.* fol. 375. Δηλοῖ δὲ τὴν τρυφὴν αὐτῶν καὶ ἡ πολυτέλεια τῶν μνημείων· ἅτινα μὲν τοῖς ἀθληταῖς ἵπποις κατεσκεύασαν, τινὰ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν παρθένων καὶ παίδων ἐν οἴκῳ τρεφομένοις ὀρνιθαρίοις, ἃ Τιμαῖος ἑωρακέναι φησὶ, μέχρι τοῦ καθ᾽ ἑαυτὸν βίου διαμένοντα. Etenim tametsi, quod περὶ ὀρνιθαρίων ibi traditur, de passerculis, aliisque aviculis puellarum (ut Catullus canit *epigrammate*, cujus initium, *Passer deliciæ*, &c.) deliciis non incommode accipi posse concedam, præsertim cum puerorum virginumque talia curantium injecta sit mentio: nihilominus tamen ubi de certatoribus equis, eorumque sepulchris apud Agrigentinos, egerat historicus, περὶ τῶν μαχίμων ἀλεκτρυόνων *de pugnatoribus gallinaceis*, & similibus, quas dixi, avibus, ipsum (ut nunc quidem est) sensisse; sed ὀρνιθάρια potius quam ὄρνιθας in equorum comparatione scribendum duxisse, verius arbitror. Quod ut magis magisque ita sentiam, facit iste Columellæ locus, e libro *de Re Rust.* viii. cap. vii. ubi de gallinis variorum generum: *Hujus igitur villatici generis* (inquit) *non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Græcorum, & præcipue celebravere Deliaci. Sed & ii quoniam procera corpora & animos ad prælia pertinaces requirebant, præcipue Tanagricum genus & Rhodium probabant*, &c. *Nobis nostrum vernaculum maxime placet: omisso tamen illo studio Græcorum, qui ferocissimum quemque alitem certaminibus & pugnæ præparabant. Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamilias, non rixosarum avium lanistæ, cujus plerumque totum patrimonium, pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit.* Imprimis autem, hic Plutarchi [1], de vitanda philautia tranquillitati animi contraria, locus meam confirmat sententiam, & superiora Columellæ verba illustrat simul: ubi: Οὐ γὰρ πλούσιοι μόνον εἶναι καὶ λόγιοι, καὶ ἰσχυροὶ, καὶ συμποτικοὶ, καὶ ἡδεῖς εἶναι, καὶ φίλοι βασιλέων καὶ πόλεων ἄρχοντες ἀξιοῦσιν. ἀλλ᾽ εἰ μὴ καὶ κύνας ἕξουσι πρωτεύοντας ἀρετῇ, καὶ ἵππους, καὶ ὄρτυγας, καὶ ἀλεκτρυόνας, ἀθυμοῦσι. *nisi & canes habuerint virtute præcellentes, & equos, & coturnices, & gallinaceos, ferunt perinīquo animo.* De quibus nemo apertius (ut videtur) & plenius egit, quam Lucianus *Anacharsi*; quo loco etiam apud Athenienses lege cautum fuisse ait,

A ut qui suæ ætatis forent ad talia pugnacium avium spectacula convenirent: Καίτοι τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο (inquit) καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ᾽ ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι. καὶ μάλιστα, ἂν μάθῃς ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν. καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι καὶ ὁρᾷν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως. ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο γελοῖον. ὑποδύεται γάρ τις ἠρέμα τῆς ψυχῆς ὁρμὴ ἐς τοὺς κινδύνους, ὡς μὴ ἀγεννέστεροι καὶ ἀτολμότεροι φαίνοιντο τῶν ἀλεκτρυόνων, μηδὲ προαπαγορεύοιεν ὑπὸ τραυμάτων, ἢ καμάτων, ἢ τοῦ ἄλλου δυσχεροῦς.

Sciendum istud interea, cujus ab Eustathio in B eruditissimis illis *ad Iliadem Homericam* [2] *parecbolis* admonemur; ut quod de avibus ad certamen apud Græcos Romanosque committi solitis dictum est, omnino intelligatur, & ad suam originem revocetur: Themistoclem, adversus Persas cum exercitum duceret, pullos gallinaceos inter se de victoria decertantes conspicatum; inde arrepta occasione Athenienses ad strenue fortiterque depugnandum adversus hostes isto avium exemplo adhortatum esse, prosperoque rei eventu confirmasse. Quamobrem superatis Persis Athenienses ob C facti memoriam annuum gallinaceorum certamen uno scilicet die publicum ut haberetur instituisse, legeque lata decrevisse. Addit etiam, eorum imitatione Romanis hoc ipsum de certamine coturnicum placuisse: ad quod publice per præconem spectatores invitatos, cum diceret, *Pulli pugnant.* Quod antiquitatis Romanæ vestigium, ex eo satis abstruso loco in lucem erutum, facere non potui quin studiosis illius antiquitatis communicarem. Optimi omnique doctrinæ genere præstantissimi Commentatoris hæc verba sunt: Ἱστέον δὲ ὅτι σπουδαῖον πάλαι κριθὲν τὸ ἐναγωνίως καὶ χάριν ἐπάθλων γυμνάζεσθαι, D φίλον ἦν καὶ τοῖς περὶ Τροίαν Ἀχαιοῖς τά τε ἄλλα, καὶ διότι φιλοτιμίαν τε εἶχε τὸ πρᾶγμα, καὶ εἰς μάχην ἠρέθιζε τὴν ἀναγκαιοτάτην. ἧς ἕνεκεν Ἀθηναῖοι Πέρσας νικήσαντες ὕστερον ἐπενοήσαντο ἀστεῖόν τι καὶ ἀκίνδυνον γυμνάσιον. ἀλεκτρυόνας νομοθετήσαντες ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. ἐπεὶ καὶ Θεμιστοκλῆς, ὅτε κατὰ Περσῶν ἐξῆγε στρατὸν, ἀλεκτρυόνας ἰδὼν μαχομένους ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡττηθῆναι, ἐκεῖθεν φασὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐπέῤῥωσεν εἰς μάχην. ὅμοιον δὲ καὶ Ῥωμαῖοι ἐποίουν δι᾽ ὀρτύγων μονομαχίας Κήρυκος προσφωνοῦντος τὸ, Ποῦλλοι πούγναντ, ἤγουν τὰ πωλία μάχονται, καὶ οὕτω τοὺς θεατὰς ἀθροίζοντος. Ex quo id etiam cognoscimus, solorum ex E avibus gallinaceorum Athenis pugnam publicam, Romæ vero etiam coturnicum receptam. Porro autem quod agonistas equos hieronicarum, simul cum ipsis honore statuarum sive iconum, & ipsos quadamtenus donatos antea docui; cum de victorum gymnico & item Circensi agone statuis dissererem: adjiciendum & istud moneo, quod Ælianus in *Varia Historia* lib. ix. cap. xxxii. memorat

---

1 Ex lib. περὶ εὐθυμίας fol. 838. Tomo ii. *Opusc.* ex Edit. Steph. Vide insuper eundem Plutarchum tam de gallinaceis quam de coturnicibus pugnatricibus in *Antonio*, Herodianum *lib.* iii. de gallis pugnatoribus, rursum Æschinem κατὰ Τιμάρχου, pag. 19. Edit. Ald. ubi: Καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας συμβάλλοντας καὶ κυβεύουσιν, Plutarchum *Apophthegm. Lacon.* & quæst. ii. lib. i. *Sympos.* Plinium *lib.* x. *cap.* xxi. & *lib.* xxx. *cap.* xv. unde natum proverbium, πτήσσει ὥς τις ἀλέκτωρ, & ἀλέκτωρ ἐπιπηδᾷ, de quibus Erasm. in *Chiliad. Adagior.* col. 393. & 68.. Edit. Stephan. De coturnicibus quoque ipsum Plutarch. in *Apophthegmat. Regum & Ducum*, sub finem, ubi de Augusti facto, qui ἀκούσας ὅτι F Ἔρως ὁ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ διοικῶν ὄρτυγα τὸν κρατοῦντα πάντων ἐν τῷ μάχεσθαι καὶ ἀήττητον ὄντα πριάμενος ὀπτήσας κατέφαγε, μετεπέμψατο αὐτὸν, καὶ ἀνέκρινεν· ὁμολογήσαντα δὲ ἐκέλευσεν ἱστῷ νηὸς προσηλωθῆναι. Perdices quoque Alexandri Severi Principis Romani temporibus inter se commissas, apparet ex isto Lampridii ... *Vita*, fol. 364. Gryphiæ Edit. ubi *V... in convivio nunquam habui, ... fuit, ut catuli cum porcellis l..., ... perdices inter se pugnarent, aut aves p... ipsum d...*

2 In illud ex *Iliad.* i. ...κεν ἀλήϊος εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο, fol. 740. lin. 46.

de Cimonis equarum statuis iconicis, earum apprime referentibus figuram, apud Athenas positis, in hæc admodum verba: Καὶ αἱ Κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκαῖ, καὶ αὗται Ἀθήνησιν εἰκασμέναι ὅτι μάλιστα ταῖς Κίμωνος ἵπποις εἰσήκεσαν. Et quod de vetusta equorum Marmacis unius ex Hippodamiæ Regis apud Elidem Oenomai filiæ procis ab ipso superatis sepultura in margine Partheniæ fluminis posita Pausanias itidem narrat *Eliac.* II. fol. 200. Editionis Francofurd. apud Wechelum: quo loco; Προϊόντι δὲ ἐντεῦθεν τὸ ὕδωρ τῆς Παρθενίας ἐστὶ καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ τάφος ἵππων τῶν Μάρμακος. Nec sane dubito quin agonalibus equabus, quæ Circensibus ludis vicissent, non item aut aratoriis, B aut vectationi soli commodis, ponendas Cimon iconas curaverit: quanquam ea de re nihil in *ipsius Vita* Plutarchus, nihil Æmilius Probus, si bene memini.

Postremo illud etiam animadvertendum, Circensibus seu curulibus equis ætate aut alia ulla ratione debilibus olim ex horreis fiscalibus attributam in fabis (puta) vel similibus, quorum *l.* 2. *de equis curulibus in C. Theodosiano* mentionem facit, Imperatorum jussu alimoniam: ut ex Valentiniani, Valentis & Gratiani Rescripto isto *l.* I. *Cod. Theod. de equis Curul. lib.* XV. *tit.* X. intelligimus; quod non tam sobolis reparandæ (opinor) ad dominici C gregis conservationem pertinuit, quam ad ipsam pietatis cujusdam in bruta etiam animalia naturalis rationem, ac veluti remunerationem, & vetustarum victoriarum præmium; athletarum ætate confectorum exemplo, quibus in Prytaneo annonam datam, & similiter mulo vetulo illi ab Atheniensibus Minervæ templum condentibus, quod is onustis mulis præire viam & ad capessendum laborem ipsos quodammodo cohortari videretur; Athenæo enarrante superius *capite hujus lib.* XVII. ostendi: quam ipsam historiam & a Plutarcho in *M. Catonis Vita* [1] prolatam ad hanc rem memini, ut probaret hominum bonitatem atque miserationem ad alendos catulos aut debiles ætateque confectos e- D quos & canes facile protendi; sic fere: Καὶ γὰρ ἵππων ἀπειρηκότων ὑπὸ χρόνου τροφαὶ, καὶ κυνῶν οὐ σκυλακείαι μόνον, ἀλλὰ καὶ γηροκομίαι τῷ χρηστῷ προσήκουσιν. Imperatorum igitur hæc verba sunt: *Palmatis atque Hermogenis equis, quos in curulis certaminis sorte vel contentionis incertum vel annorum series vel diversa ratio debiles fecit, ex horreis fiscalibus alimoniam præberi decrevimus.* Ibidem paulo post equorum Hispani sanguinis, quorum vendendorum solitam factionariis copiam non negant, itemque Græcorum equorum, quorum nomina commutari prohibent, fit mentio ab Imperatoribus. Ac de Palmatis quidem & Hermogenianis equis equabusque Arcadius item & Honorius altero Rescripto meminere in eodem *Theod. Co-* E *dice l. unic. de grege dominico*, *tit.* V. *lib.* X. ad Cæsarium præfectum prætorio: ubi ab ipso propositis edictis moneri minimos maximosque præcipiunt, ut sciant singulas auri libras ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus, sive Her- A mogenianis, sive Palmatis, (occupatis scilicet vel interceptis, ut e sequentibus apparet) nisi eas sponte obrulerint. In his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci viribus inferendas. Et quod ait de Palmatis equis; palmarum numero gloriosos fortasse intelligit, sicuti scriptum *in l. equos*, 6. *de scenicis*, *tit.* VII. *ejusdem libri*; nisi quis ex palmæ candenti ferro armis equinis impressæ indicio [2], quo notarentur equi ex Syria & Palæstina deducti (cum devictæ Palæstinæ seu Judææ palmam ibi frequentissimam in antiquis Romanorum Principum numismatibus [3] expressam vetustæ memoriæ petiti homines non B ignorent) ita potius appellatos existimaverit. De annorum serie quod dicitur, id sic habet: in circo ut nisi quinquennes non deputari, sic post vigesimum annum mitti solitos; tanquam emeritis vicennii, aut sesquidecennii (quod in militibus olim tempus idoneum vacationi existimatum) stipendiis. Ergo Plinius, *lib.* VIII. *cap* XLII. *Diversa autem circo ratio quæritur*, inquit. *Itaque cum bini in alio subigantur imperio non ante quinquennes ibi certamen accipit*, &c. *Generat mas ad annos triginta tres, utpote cum a circo post vicesimum annum mittantur ad sobolem reparandam.* Inter Curules Principis & factionariorum equos hoc fortiC tan interfuit, quod cum illa ætate omnes equi a circo mitterentur, non tamen ex horreis fiscalibus equi aliorum quam Principis solius alimoniam acceperint: præsertim cum factionariis suos vendere licuerit.

CAP. XXIX.

Dionis locus de Circensibus agonibus a turpi mendo vindicatus, & illustratus. Sumptus ad ludos Circenses maximi. Eorum aliorumque ludorum sub Imperatoribus posterioribus exhibita etiam in provinciis spectacula, quæ apud Treveros Salvianus Presbyter improbabat. Oppida in quibus olim Circenses dati nonnulla, testimoniis D. Hieronymi allatis in eam rem luculentissimis celebrata. Philostrati locus de Apollonio apud Alexandrinos in Circensibus tumultuantes tranquillitatem Olympicorum agonum memorante.

SED quid est (quæso) quod, cum olim plerumque Circenses darentur sine gymnicis, hoc Romæ tantum, non alibi, fas esse Mœcenas apud Dionem voluit? Si tamen locus est integer, cujus verba omnino ista sunt in impressis libris: Τὰς δὲ ἱπποδρομίας τὰς ἄνευ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἐπιτελουμένας, οὐχ ἡγοῦμαι δεῖν ἄλλῃ τινὶ πόλει ποιεῖν ἐπιτρέπειν: neque enim ratio quæ subjicitur, de sumptibus vitandis, aut compescendo furore Circi, E deque majoris ad belli usum equorum copiæ necessitate, satis congruit; si alibi licere, sed non sine gymnicis dare Circenses Mœcenas in animo habuit. Verum equidem pro illo ἄνευ reponere τὸ ἀντὶ (quod valet *pro*) apud eximium historicum, optimum factu judico: noluisse Mœcenatem exi-

1 Pag. 620. lib. a Steph. excusi: unde illa etiam sumpsi quæ superius protuli sub initium *cap.* XVIII. in *Notis*.

2 Sicuti de Bucephalo ducta ex eo appellatione apud Plutarchum *Alexandro*, Plinium *lib.* VIII *cap.* XLII. Arrianum *lib.* V. Dionem Chrysostomum & Aristophan. Interpretem *Nubibus* videre est; quibus adde Athen. *lib.* XI. fol. 188. ubi de Samphoris, & Suidam *in* Κοππατίας.

3 Ut in Vespasiani numismatibus ex argento, F quorum altera facies Judææ inscripto nomine sedentis ac lugentis fœminæ signum: altera palmæ arboris effigiem refert, *num.* 29. & 30. vide & *num.* 27. in eadem facie lugentis ac sedentis fœminæ, itemque palmæ similitudinem, & in numismatibus ex ære, *num.* 34. cum nomine Vespasiani palmæ similitudinem, & item in Titi nummis ex ære, *num.* I. & 14. Edition. secundæ apud Æneam Vicum an. 1554.

ſtimans, Circenſes, qui agonum ſacrorum loco exhibebantur, in poſterum alibi, quam Romæ celebrari: Ὅπως μήτε χρήματα παμπληθῆ (ait) εἰκῇ παραπολλύεται, μήθ᾽ οἱ ἄνθρωποι κακῶς ἐλμαίνονται, καὶ τὸ μέγιστον, ἵνα οἱ στρατευόμενοι τοῖς ἀρίστοις ἵπποι ἀφθόνως χρῆσθαι ἔχωσι: uti ne temere magna vis pecuniæ profunderetur, (calamitas enim fiſci, & mendicitas Romani ærarii jam non ſinebat, ut ubique in res nugatorias perditæ, quod de ſuis temporibus agens dicebat Salvianus Maſſilienſis lib. VI. *de gubernatione Dei*, profunderentur expenſæ: fieri autem ſolitos in Circenſibus præſtandis ſumptus maximos, quibus impares privati forent, ut in magiſtratu etiam adepto inopiam ipſorum ab Imperatoribus ſublevari oportuerit, alio loco [1] abunde a nobis demonſtratum fuit) neque populares veluti furore quodam perciti de more inter ſe contenderent: & potiſſimum ut militantibus equi optimi ad pugnam abunde ſuppeterent; quod futurum non erat, ſi paſſim in aliis oppidis (præſertim Græcis) pro athletis agitatores equorum curulium, curſualium, ſive Circenſium decertarent. Sane ſub Imperatoribus poſterioribus curules ludos, & beſtiarios, ſcenicoſque non minus quam gymnicos prœbitos fuiſſe, ex ea Honorii & Theodoſii *Conſtitutione*, quam in Codice Juſtinianico ſub titulo *l. nemo judicum*, *C. de ſpect. lib.* II. extare ſcimus, perſpicue apparet. Treveris quidem in Gallia poſtulaſſe nobiles, poſt ipſam urbis ſuæ ruinam, Circenſes ab Imperatoribus, conqueritur alicubi Salvianus ille, quem ante nominavi, Maſſilienſ. Presbyter lib. VI. *de providentia*, circa finem: ſic fere: *Pauci nobiles qui excidio ſuperfuerant*, (ait) *quaſi pro ſummo deletæ urbis remedio, Circenſes ab Imperatoribus poſtulabant*. Et poſtea: *Circenſes ergo Treveri deſideratis, & hoc vaſtati, hoc expugnati*, &c. *Fateor miſerrimos eſſe credidi, cum excidia paſſi eſtis, ſed miſeriores vos video, cum ſpectacula poſtulatis. Et theatrum igitur quæritis, Circum a principibus poſtulatis*. Et poſtea: *Jacent reliquiæ infeliciſſimæ plebis ſuper tumulos mortuorum ſuorum, & tu Circenſes rogas?* Apud Antiochiam Syriæ Circum & Orcheſtram fuiſſe, quam pœnæ cauſa ob dejectas Principum ſtatuas a populo Theodoſius Imperator obſtrui juſſerit, ex quodam B. Chryſoſtomi *Homiliæ ad populum Antiochenum* ſeptimæ ac decimæ loco [2] intelligitur; in quo: *Quid enim moleſti, dic mihi, factum eſt*, (ait) *quod Orcheſtram obſtruxit, quod Circum inacceſſibilem fecit, quod nequitiæ fontes excluſit & ſubvertit?* Sed & ex illis *Homiliarum* XIII. & XIV. locis, quibus eorum meminit, Rempublicam tractantium, qui equos domi alerent, & in certaminibus brabia proponerent: quos ex illa cauſa tum in carcerem conjectos fuiſſe memorat. E Conſtantii & Conſtantis Reſcripto ad ordinem civitatis vel Conſtantinæ, (ſicut in *Cod. Theod.* legitur, quæ urbs Phœniciæ fuit) vel Ædeſenæ, (ita enim eſt in C. Juſtinianico ſub titulo *de decurionibus* lib. X. *leg. Circenſium* 20. *illo tit.* hanc autem fuiſſe Ofroœnæ provinciæ urbem ibi Cujacius adnotat) quo duumviros qui ludos Circenſes non ederent protinus cogi voluere ad ea reddenda quæ

A in eam rem prorogaſſet Reſpublica; apparet ſatis, ibi quoque iſtorum Imperatorum ætate celebrari Circenſes olim ſolitos. Hilarionis Eremitæ temporibus apud Gazam Palæſtinæ Circenſes ludos editos ex eo intelligimus; quod in *ipſius Vita*, non modo aurigæ Gazenſis in curru a Dæmone percuſſi B. Hieronymus meminit, ſcribens *in totum obriguiſſe, ita ut nec manu agitare, nec cervicem poſſet reflectere: at multo magis quod poſtea, ſed & Italicus ejuſdem oppidi municeps* (inquit) *Chriſtianus adverſus Gazenſem duumvirum Marnæ idolo deditum Circenſes equos nutriebat*. Et addit: *Hoc ſiquidem* B *in Romanis urbibus jam inde ſervatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum Conſo, quaſi conſiliorum Deo, quadrigæ ſepteno currant circumitu, & equos partis adverſæ fregiſſe, victoria ſit*, &c. Et ſtatim: *Mira vulgi exſpectatio*, &c. *Fautores Italicis ſibi certam victoriam pollicentes exultabant. Igitur dato ſigno hi advolant, iſti prægrediuntur, ſub horum curru rotæ fervent, illi prætervolantium terga vix cernunt: clamor fit vulgi nimius: ita ut Ethnici quoque ipſi concreparent, Marnas victus a Chriſto eſt*, &c. Quin & Alexandriæ Circum fuiſſe, ubi curules ludi ſpectarentur, nec ſine furore quidem populari, ac cæde plurimorum Neronis temporibus, C a Philoſtrato [3] traditur; quo loco inter cætera oratio Apollonii ad Alexandrinos in illis Circenſium ſpectaculis tumultuantes proponitur, qua ipſos ad tranquillitatem atque concordiam, Olympicorum exemplo excitat: ſed ita tamen, ut non curulium, equeſtriumve ludorum Olympiæ, ſed gymnicorum agonum mentionem faciat: Κατὰ μὲν οὖν τὴν Ὀλυμπίαν οὐ πάλης, καὶ πυγμῆς, καὶ τοῦ παγκρατιάζειν ἆθλα οὐδεὶς ὑπὲρ ἀθλητῶν ἀπέθανεν ἴσως καὶ συγγνώμης μὲν ὑπαρχούσης εἴ τι ὑπερειδεῖν ὑπερασπάζοι περὶ τὸ ὁμόφυλον· ὑπὲρ δὲ ἵππων ἐνταῦθα γυμνὰ μὲν ὑμῖν ἐπ᾽ ἀλλήλους ξίφη, βολαὶ δὲ ἕτοιμοι λίθων. D

CAP. XXX.

Populi clamor, favor, incitatio, in ſpectaculis conſpiratio, item ac diſſenſio: illius judicium. Lintei ſive orarii excuſſio, ab Euſebio & Vopiſco, qui forte caſtigatur. Demyli paterna adhortatio e Pauſania. Item altera amici ex Epigrammatario. Socius in pugna qui adhortator. Exhortatio Achivorum ad Ulyſſem apud Homerum. Virtus precum apud Deum etiam ex opinione profanorum in E *certamine. Homerus, Papinius, Clemens, Nonnus in eam rem citantur. Inconditus laſcivientis populi clamor in agonibus, ab Euſtathio ſcite apud Homerum adnotatur: qui & a vetuſtis aliis atque claſſicis memoratus auctoribus, Theocrito, Virgilio, Papinio, Plutarcho, Clemente, Arriano, Dione Chryſoſtomo: quorum verba partim ipſi contextui, partim etiam in* Notis *adſcripta. Theocriticus cum Homerico comparatus locus, Chryſoſtomi Dionis emendatus.*

---

1 Secundo tractatu *ad leg.* 2. *D. de orig. jur.* ubi de ludis initio magiſtratus adepti editis a Conſſ.

2 Col. 131. Cæterum hiſtoriam iſtam de Theodoſio, qui Antiochenum populum ob ſtatuas dejectas punierit, videto apud Theodoritum & Zonaram iis *locis* quos indicavi lib. I. *Semeſtr.* ad fin. cap. IX. Cæterum hippodromi Antiocheni Leone Imperatore mentio apud Euagrium Scolaſticum F lib. II. *Hiſtor. Eccleſ.* cap. XII. ubi de terræ motu Antiocheno.

3 Lib. V. *de Apollonio*, fol. 31. ubi: Προσκειμένης δὲ τῆς Ἀλεξανδρείας ἵπποις, καὶ ξυμφοιτώσης μὲν εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐπὶ τῇ θέᾳ ταύτῃ, μιαιφονούντων δὲ ἀλλήλους ἐπίπληξιν ὑπὲρ τούτων ἐποιεῖτο. De Alexandrino circo atque gymnaſio ex *Machabæorum hiſtoria* e Strabone ac etiam Euagrio alibi commodius agetur, ipſo emendato Euagrii *loco*.

NEC tamen sine favoribus, dissensionibus, & adhortantium athletas popularium aut judicum quoque, sive athlothetarum clamoribus, ludi gymnici plerumque peragebantur. Nam ut illud Hieronymi ex *consol. ad Julia. epist.* XXXIV. ad fin. prætercam, & athletæ suis incitatoribus fortiores sunt, & tamen monet debilior, ut pugnet ille qui fortior est. D. ipse Augustinus eo, qui a me jam citatus est [1], *de catechizandis rudibus* loco: *Studiis autem spectaculorum* (ait) *fiunt dæmonibus similes clamoribus suis incitando homines, ut se invicem cædant*, &c quæ ante retuli. Et postea: *Si autem horrendas adversus invicem inimicitias eos exercere cognoverint, sive sunt athletæ qui appellantur, sive scenici, qui & thymelici, sive aurigæ, sive venatores; quos miseros non solum homines cum hominibus, sed etiam homines cum bestiis in certamen pugnamque committunt: quo majore adversus invicem discordia furere senserint, eo magis amant, & delectantur, & incitatis favent, & faventes incitant; plus adversus se ipsos insanientes ipsi spectatores, alter pro altero, quam illi, quorum [illegible] insani provocant, & insaniendo spectare desiderant.* Ad has præsertim in sacris agonibus acclamationes populares omnino spectat illud Eunapii libro *de Sophistis* in *Juliano*. [illegible] καὶ [illegible] ὥσπερ [illegible] [illegible] Itemque hoc Dionis Chrysostomi in *Melancoma* primo sub initium in fol. 195. pag. 2 [illegible] Imo in omni spectaculo nullum majus scandalum occurrere, quam illum ipsum mulierum & virorum accuratiorem cultum, ipsum consensionem, ipsam in favoribus aut conspirationem, aut dissensionem inter se, quæ de commercio scintillas libidinum conflabellant, a Tertulliano in *de Spectac.* scriptum est. Ubi cum de omni spectaculo Tertullianus loquatur, eo comprehensum æque Mimicum, Scenicumve atque Circense aut gymnicum ad favores illos, conspirationes, dissentiones, imo etiam contumelias quod attinet: vel ex isto Arriani loco lib. III. *Epicteti* cap. XV. intelligamus, in quo de popularibus, qui comœdo cuipiam in tribuendis coronis ita fautores extitissent adversus Procuratorem Cæsaris apud Epirum, ut ipsi non sine tumultu convicium quoque facerent; conquestus iste cum Epicteto philosopho proponitur in hæc omnino verba: Τῷ δ' ἐπιτρόπῳ τῆς Ἠπείρου [illegible] [illegible] καμῳδῷ τινι, καὶ [illegible] λοιδορηθέντος, εἶτα ἑξῆς [illegible] πρὸς αὐτὸν ὅτι ἐλοιδορήθη, καὶ ἀγανακτοῦντος πρὸς τοὺς λοιδορήσαντας. καὶ τί κακὸν ἔφη ἐποίουν, (hic adscriptum malim ει, quamvis subaudiri etiam potest) ἐσπούδαζον καὶ οὗτοι ὡς καὶ σύ, & reliqua quæ lib. III. *Semest.* XXIX. aliam ad rem profero. His autem, quæ de acclamationibus & plausibus faventis actoribus aut agonistis in theatro populi dicta sunt, merito ista etiam adjunxeris, quæ Eusebius Pamphilus Cæsariensis Episcopus quodam *Ecclesiasticæ Historiæ* loco [2], de timore ac fastu Pauli Samosateni agens ita expressit: Παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσί. καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ (ὡς ἐν τοῖς θεάτροις) κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις. τοῖς γοῦν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων; quæ his Latinis Ruffinus reddidit: *Verbum vero faciens ad plebem, Jactare supra modum dexteram ac palmam femori illidere, pede quoque subsaltare, ac scabellum ferire cum sonitu: ab auditoribus vero non favorem neque plausum sperare solum, sed theatrali more oraria moveri sibi expectabat, & vocem tanquam de caveis dari. Hæc vero non solum a viris, sed etiam a mulieribus indecenter expectabantur: si quis vero auditorum honestius & verecundius agens a clamore nimio temperasset, velut injuriam faciens patiebatur injuriam.* In quibus illa orariorum excussio sive linteorum jactatio acclamationibus faventium popularium adjuncta observatione digna est. Unde illustratum Vopisci locum istum de Aureliano in *ejus Vita*, hactenus ignoratum sentio: *Sciendum tamen congiaria illum ter dedisse, donasse etiam populo. Rom. tunicas albas manicatas ex diversis provinciis, & lineas Afras atque Ægyptias puras: ipsumque primum donasse oraria populo Romano, quibus uteretur populus ad favorem*: nempe certatoribus sive gymnicis athletis sive Circensibus agitatoribus exhibendum; id quod ab Eusebio palam fecimus. Ubi posterius illud *populo Rom.* quod e superioribus satis alioqui percipitur, aut certe τὸ *populus* quod sequitur, sed illud potius odiose repetitum a scolio, & expungendum censeo.

Tales in gymnicis agonibus dissensiones faventium athletis ultro citroque spectatorum, ac multo magis adhortationes, intervenisse credimus: atque ad istam circa ipsas Veterum consuetudinem, castissimum auctorem Heliodorum *Æthiopicis* lib. x. fol. 235. aspexisse; ubi descripta Theagenis de athleta Æthiope victoria in pancratio coram Hydaspide omnique populo; ad quam pertinentia verba *libri* superioris II. & x. *capp.* proposuisse me recordor: adjicitur illico sequutam populi acclamationem, ipsumque Regem teneri non potuisse quin e solio desiliens athletarum quopiam munere Theagenis capiti auream & preciosis lapillis interstinctam coronam adderet: Μιᾶς δὴ οὖν βοῆς (inquit ille) ἐπὶ τούτοις καὶ γεγωνοτέρας (pro quo malim scriptum [illegible], nam illud alterum displicet, neque a me satis percipitur) ἢ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀρθείσης' οὐ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκαρτέρησεν, ἀλλ' ἀνήλατο τε τοῦ θρόνου, &c καὶ ἅμα λέγων χρυσοῦν τε (sic lego pro χρυσόντε) καὶ λιθοκόλλητον τῷ Θεαγένει στέφανον ἐπέθηκε. Ac paulo ante fol. 233. ab incondita populi voce in spectaculo insidentis tauro, & in equum agilitate ac celeritate incredibili desilientis Theagenis cum matre Persina colloquentem Charicleam interturbatam fuisse idem Heliodorus dixerat, sic fere: Καὶ βουλομένη τὰ ὄντα ἀνακαλύπτειν (inquit de Chariclea) αὖθις ἐξεκρούσθη βοῆς πολυηχεστάτης πρὸς τοῦ πλήθους ἀρθείσης. ὁ γὰρ δὴ Θεαγένης [illegible] καὶ προφθάσαντα μικρὸν τὰ στέρνα τῇ κεφαλῇ τοῦ ταύρου περιεσῶσαι, &c. quæ sequuntur. Acclamationes, exhortationes, favoresque hujusmodi theatrales ob immoderatum animi motum, perturbationem, vociferationes, ac petulantiam Epictetus in *Enchiridio* cap. XLIX. improbat prohibetque his omnino verbis: Εἰς τὰ θέατρα πολὺ παριέναι οὐκ ἀναγκαῖον. εἰ δέ ποτε καιρὸς εἴη, μηδενὶ σπουδάζων φαίνου ἢ σεαυτῷ. τουτέστι, θέλε γίνεσθαι μόνα τὰ γινόμενα, καὶ νικᾶν μόνον τὸν νικῶντα· οὕτω γὰρ οὐκ ἐμποδισθήσῃ. βοῆς δὲ καὶ τοῦ ἐπιγελᾶν τινι, ἢ ἐπιπολὺ ἐκκινεῖσθαι, παν-

---

1 Ex cap. XVI. ubi de virgis Hellanodicarum, & gymnasiarchorum, ac de mastigophoris egimus *libro* superiore. De clamore, strepitu ac tumultu populi in theatro, vide sis Dionem Chrysostomum *Euboico* seu *Venatore*, fol. 70. pag. 2. & fol. 71. Ald. Edit.

2 Lib. VII. cap. XXX. fol. 80. pag. 2. & ex eo Ruffinus pag. 175. Adde Nicephorum Callistum c. XXX. lib. VI. *Hist. Eccles.* fol. 252.

πλῶς ἀπέχει, & reliqua. Demyli quidem illam in Olympica pugilum decertatione paternam adhortationem Glauco Caryſtio profuiſſe ad fortiter feriendum adverſarium, atque ſuperandum Pauſanias memorat lib. II. *Eliacon*, fol. 146. ὦ παῖ τὰν ἀπ' ἀρότρου. Cum autem equorum etiam curſus (ſicut apud Caſſiodorum lib. I. *Variar.* epiſt. XIII. legitur) hominum clamoribus incitetur, & ſonantium manibus agitur, ut a mutis animalibus velocitas appetatur: talis adhortatio in extranea perſona omni forſitan reprehenſione minime caruiſſet, non magis quam illa Θάρσει Χάρμε, quæ a Nicarcho Epigrammatario feſtive reprehenditur, tanquam qui B adhortatorem is quoque pugnæ ſocium eundem, atque παραστάτην ſive adjutorem quempiam habeat, neque ſolus decertare videatur: etenim ſic ille lib. II. *Antholog. Epigram. Græcor.* cap. I. epigr. V.

Πέντε μὲν ἄλλων Χάρμος ἐν Ἀρκαδίᾳ δολιχεύων,
Θαῦμα μὲν, ἀλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν.
Ἓξ ὄντων τάχ' ἐρεῖς, πῶς ἕβδομος; εἷς φίλος αὐτοῦ,
Θάρσει Χάρμε, λέγων, ἦλθεν ἐν ἱματίῳ
Ἕβδομος οὖν οὕτω παραγίγνεται. εἰ δ' ἔτι πέντε
Εἶχε φίλους, ἦλθ' ἂν Ζωΐλε δωδέκατος.

C Nam quod populi ſtudioſus clamor exhortatio Achivorum ab Homero artifice, decorique obſervatore admirabili circa Ulyſſem curſu nondum peracto his verſibus inducitur *Iliad.* ψ.

Κὰδ δ' ἄρα οἱ κεφαλῆς χέ' ἀϋτμένα δῖος Ὀδυσσεύς
Αἰεὶ ῥίμφα θέων. ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοὶ
Νίκης ἱεμένῳ μάλα δὲ σπεύδοντι κέλευον.

Hoc aliam utique rationem habet, ut ei optime conſultum populus velit, quem Minerva orantem exaudierit, hoc eſt, qui ſummi Dei auxilium imploraverit, neminem in ſe ſperantem deſerentis, D fruſtrave habentis, ſed mira quadam ratione ſuorum adverſarios potius conterentis: quod iſta cumprimis ejuſdem poetæ verba oculis ſubjiciunt;

Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη
Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρὰ, πόδας, καὶ χεῖρας ὕπερθεν.
Et ſtatim:
Ἔνθ' Αἴας μὲν ὄλισθε θέων, βλάψεν γὰρ Ἀθήνη.

Ubi levius paulo quam pro more ſuo adnotat Euſtathius τὴν ἐνέργειαν εὐχῆς, hoc addito, νικᾷ μὲν ὁ εὐξάμενος, μιαίνεται δὲ τὸ στόμα ὁ μὴ οὕτω ποιήσας. Sed non ita Statius Papinius lib. VI. *Thebaid.* E qui Parthenopæum Arcadem Idæ fraude ſuperatum curſu, poſteaquam ab Adraſto caſum ejus miſerante, contendere denuo juſſum[1], & Dianæ, cui comam ſuam voverat, præces offerentem induxit his fere verſibus:

—— mox numina ſupplex
Affatu tacito juvenis Tegeæus adorat.
Diva potens nemorum —— &c.
—— ne quæſo ſinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiæ tantum meruiſſe pudorem.
Subjicit tamen hoc quoque:
Auditum (manifeſta fides) vix campus euntem
Sentit, & exilis plantis intervenit aer,
Raraque non fracto veſtigia pulvere pendent.
Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, prenſaque levat ſuſpiria palma.

Quamquam ubi de diſcobolis paulo poſt agit, hoc

A non obſervato Meneſtheum, qui ſpectato Phlegyæ infortunio, Mercurium, ut ſibi adeſſet, rogaverat, ab Hippomedonte ſuperatum refert, ſic fere:

Inde ad conatus timida ſubit arte Meneſtheus
Cautior, & multum te Maia nate rogato,
Molis prægravidæ caſtigat pulvere lapſus.

Et ſtatim de diſco Hippomedontis:

—— ſervatque tenorem
Diſcus, nec dubia junctave Meneſthea victum.
Tranſabiit meta.

Preces quidem ab iis qui apud Olympiam decertaturi forent ad ſimulacrum Jovis Olympici effuſas, cum laborum circa rem athleticam juſta morem certaminis exhauſtorum commemoratione, iſta Clementis Alexandrini lib. VII. *Stromat.* fol. 701. Edit. German. anni 1502. comprobant, quæ inferius III. *libri* ſequentis *cap.* ad finem cum aliis ejuſdem loci plurimis proferre ac explicare ſtatui: Ἀθλητής τις οὐκ ἀγεννὴς ἐν τοῖς πάλαι πολλῷ τῷ χρόνῳ τὸ σωμάτιον εὖ μάλα πρὸς ἀνδρείαν ἀσκήσας, εἰς Ὀλύμπια ἀναβὰς εἰς τοῦ Πισσαίου Διὸς τὸ ἄγαλμα ἀποβλέψας, εἰ πάντα, εἶπεν, ὦ Ζεῦ δεόντως μοι τὰ πρὸ τοῦ ἀγῶνα παρεσκεύασται, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. Quæ ipſa valde congruunt cum iis, quæ de præfatione Olympica e Philoſtrato ſub ipſum proximi *capitis* initium exhibebo. Ad eas agoniſtarum preces aſpexit etiam Nonnus *Dionyſiacis* lib. XIX. fol. 339. & 340. Edition. Antuerp. anni 69. quo loco Maronem ſaltatione decertaturum ita loquentem inducit, ut primum quidem animam Staphyli extincti mulceat oratione; deinde vero Bacchum ſive Dionyſum veneretur ad Staphyli tumulum:

Καὶ ψυχὴν Σταφύλοιο γέρων μειλίξατο φωνῇ,
Νηφαλίων λασίων προχέων ἔπος ἀνθερεώνων.
Εἰμὶ Μάρων συνάεθλος ἀπενθήτοιο Λυαίου.
Δακρυχέειν οὐκ οἶδα· τί δάκρυσι καὶ Διονύσῳ
Κύκλα ποδῶν ἐμὰ δῶρα ταφήϊα τῷ παρὰ τύμβῳ,
Δέξο με μειδιόωντα.

Et ſtatim:

Ἵλαθι σεῖο Μάρωνι, καὶ εἰ πίες ὕδατα λήθης,
Δὸς χαίρειν ὄφρα πίοιμι παλαιγενέος χύσιν οἴνου, &c.
Καὶ Σταφύλῳ μετὰ πότμον ἔτι ζώοντι χορεύσω
Ὅττι χορὸν προβίβουλα φιλοξείνοιο τραπέζης
Σοὶ Στάφυλε ζώοντι καὶ οὐ πνείοντι χορεύω,
Κῶμον ἀνακρούων ἐμβίον ——

Et poſtea:

Κέκλυθι σεῖο Μάρωνος· ἐγὼ δέ σοι αὐτὶ κυπέλλων
Ἀσπονδοις στομάτεσσιν ἐρεύγομαι εὔφρονα λοιβήν.
Ἵλαθι σεῖο Μάρωνι· δίδου δέ μοι οἴνοπα νίκην,
Νίκην πᾶσι μέλουσαν· ἐγὼ δέ σοι ὑψόθι τύμβου
Σπείσω ἐμῶν χρυσέων πρωτάγρια καλὰ κυπέλλων.
Ἀρχόμενος κρητῆρος ἐμῆς μετ' ἄεθλια νίκης,
Ὣς εἰπὼν ἐχόρευε Μάρων ἐλικώδεϊ ταρσῷ, &c.

F Euſtathius porro illud egregie, quod in præcedentibus Homeri verbis de Achivorum incondito turbidoque clamore, ſic fere adſcribendum putavit: Παρακολούθημα καὶ αὐτὸ ἀγῶνος ὡς τῶν θεατῶν συναγωνιόντων τοῖς τοιούτοις οἱ συνδιατιθέμενοι ἐρίζουσιν, ἰάχουσι, σιωπῶσιν αὖθις ἡδὺ γελῶσιν, ἄχθονται, παιανίζουσι, καὶ ὅλως παντοῖοι γίνονται. Nec enim

1 Hac de re carmina Papinii profero inferius *lib.* III.

A potuit melius acclamationem, studium, favoremque populi, plausumve, aut exsibilationem alienati & infensi animi testem, dum per lasciviam in certaminum spectaculis plerumque tumultuatur, exhiberi solitum, exprimere; de quo possum alia proferre innumera [1], ex iis autem ista potissimum seligenda duxi Veterum testimonia. De Pausania quidem Cleombroti filio, cum ab exulibus incitaretur ad ducendum adversus Athenienses exercitum, narrat Plutarchus eam illos attulisse rationem potissimum, quod Olympicis ludis, cum victor esset renunciatus, a suis tamen Atheniensibus velut hoc improbantibus exsibilatus foret: respondisse vero Pausaniam, si hoc illi fecissent, quando per ipsum essent honore tanto ac beneficio cumulati, scilicet propterea quod in sacris agonibus victoris patriam coronari solitam sæpe jam diximus; quid facturos istos ipsi crederent, cum eos illato bello persequeretur, damnove aliquo (ut assolet) affectos provocaret? Nam Plutarchi hæc verba sunt *Apophtheg. Lacon.* fol. 405. editi a Stephano libri: Τῶν δὲ φυγάδων αὐτὸν προτρεπομένων ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ἄγειν τὴν στρατιὰν, λεγόντων τε ὅτι τοῖς Ὀλυμπίοις ἀνακηρυττομένου αὐτοῦ, ἐσύριττον αὐτὸν μόνοι· τί οὖν οἴεσθε (ἔφη) τοὺς ὅτε εὖ ἔπασχον συρίττοντας, παθόντας κακῶς ποιήσειν; Ad insolentiam illam, sive lasciviam spectantis agonas populi pertinet, quod apud Theocritum in *Dioscuris Eidyllio* XXII. post ingestos graviter Amyco pugnos cæstibus armatos a Polluce, qui percusserat, acclamasse, ut illi Bebrycios, sic isti Græcos heroas, ipsumque collaudando valdius confirmasse scribitur:

—— τοῦ δ᾽ ἄκρον τύψε γένειον
Τυνδαρίδης ἐπιόντος. ὀρίνθη δὲ πλέον ἢ πρίν,
Σὺν δὲ μάχαν ἐτάραξε, πολὺς δ᾽ ἐπικείμενος ὦκὺς
Ἐς γαῖαν. Βέβρυκες δ᾽ ἐπαΰτεον· ἐκ δ᾽ ἑτέρωθεν
Ἥρωες κρατερὸν Πολυδεύκεα θαρσύνεσκον,
Δειδιότες μήπως μιν ἐπιβρίσας δαμάσειε
Χώρῳ ἐνὶ στεινῷ Τιτυῷ ἐναλίγκιος ἀνήρ.

Et paulo post de principum Græcorum acclamatione, cum plagis velut ebrius Amycus sanguinem expueret a Polluce percussus:

Ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων· ἐκ δ᾽ ἔπτυσεν αἷμα
Φοίνιον· οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἀριστῆες κελάδησαν,
Ὡς ἴδον ἕλκεα λυγρὰ περὶ στόμα τε γναθμούς τε.

Ubi scilicet imitatus videtur principem poetarum [2] Ulyssis de Iro victoriam, cum quo pugilatu decertaverat, describentem, sic fere:

—— ὁ δ᾽ αὐχέν᾽ ἔλασσεν ὑπ᾽ οὔατος· ὀστέα δ᾽ εἴσω
Ἔθλασεν· αὐτίκα δ᾽ ἦλθεν ἀνὰ στόμα φοίνιον αἷμα,
Κὰδ δ᾽ ἔπεσ᾽ ἐν κονίῃσι μακὼν, σὺν δ᾽ ἤλασ᾽ ὀδόντας
Λακτίζων ποσὶ γαῖαν. ἀτὰρ μνηστῆρες ἀγαυοὶ
Χεῖρας ἀνασχόμενοι γέλῳ ἔκθανον.

Eodem pertinet, quod Virgilius lib. V. *Æneid.* de navali tamen, non de gymnico certamine agens ita cecinit:

Tum plausu fremituque virum studiisque faventum
Consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
Littora. ——

B Præterea quod theatra & histriones exagitans Clemens Alexandrinus τῶν στάσεων commeminit lib. III. *Pædagog.* cap XI. fol. 85. Flor. lib. ubi sic scriptum: Εἰ γὰρ καὶ ἐν παιδιᾶς μέρει παραλαμβάνεσθαι φήσουσι τὰς θέας εἰς θυμηδίαν, οὐ σωφρονεῖν φήσαιμ᾽ ἂν τὰς πόλεις αἷς τὸ παίζειν σπουδάζεται, οὐκέτι γὰρ παιδιαὶ αἱ φιλοδοξίαι ἀνηλεεῖς, &c. Πρὸς δὲ καὶ αἱ μάταιοι καταναλώσεις τῆς οὐσίας, ἀτὰρ μὴν αἱ ἐπὶ τούτοις στάσεις ἔτι παιδιαί. Tum vero quod de strepitu, clamore, ac tumultu in Olympicis agonibus ab Epicteto apud Arrianum *lib.* I. *cap.* VI. περὶ προνοίας: Ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ, &c. (quæ cap. VI. proximi *Agonistici* adferam) οὐ καταβρέχεσθε ὅταν βρέχῃ· θορύβου δὲ καὶ C βοῆς καὶ τῶν ἄλλων χαλεπῶν οὐκ ἀπολαύετε; (forsitan melius foret ἀπολαμβάνετε) ἀλλ᾽ οἶμαι ὅτι ταῦτα πάντα ἀντιτιθέντες πρὸς τὸ ἀξιόλογον τῆς θέας, φέρετε καὶ ἀνέχεσθε. Et *lib.* IV. *cap.* IV. Νῦν ἐν ἐμὲ ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ διεξάγειν· τί λέγεις; θορύβῳ, ἐν πολλοῖς ἀνθρώποις. καὶ τί χαλεπὸν, δόξαν Ὀλύμπια εἶναι πανήγυριν αὐτὸν ἥγησαι. κἀκεῖ ἄλλος ἄλλο τι πράσσει. ἄλλος τῷ ἄλλῳ ἐνσείεται. ἐν τοῖς βαλανείοις ὄχλος. καὶ τίς ἡμῶν οὐ χαίρει τῇ πανηγύρει ταύτῃ, καὶ ὀδυνώμενος αὐτῆς ἀπαλλάττεται· μὴ γίνου δυσάρεστος μηδὲ κακοστόμαχος πρὸς τὰ γινόμενα. Quod denique Chrysostomus Dio in *Sermone* XXXII. πρὸς Ἀλε- D ξανδρεῖς fol. 253. pag. 2. Aldini libri, ubi Anacharsidis dictum de athletis Atheniensibus, tanquam oleo insaniæ, sive stultitiæ inunctis, atque invicem incurrentibus, quo postea deterso resipiscerent, loquutus est, (qua de re superius hoc ipso *libro cap.* XXII. sat multis egimus) Alexandrinos spectaculis addictos ita compellat: Καὶ γὰρ ὑμεῖς ὅταν συνέλθητε, πυκτεύετε, βοᾶτε, ῥίπτειτε, ὀρχεῖσθε ποίῳ χρισάμενοι (melius forsitan χεισάμενοι, ut inunctos oleo vel medicamento significet, sicut antea dixerat) φαρμάκῳ δηλονότι τῷ (sic malo pro τὸ) τῆς ἀνοίας. Et aliquanto post fol. 259. pag. 2. & 261. Ἀλλ᾽ ὅταν εἰς τὸ στάδιον ἔλθητε τίς ἂν εἰπεῖν δύναιτο τὰς ἐκεῖ κραυγὰς, καὶ θόρυβον, καὶ ἀγωνίαν, καὶ σχημάτων μεταβολὰς, καὶ χρωμάτων, καὶ βλασφη-

---

1 De Cajo Caligula Imper. Dio narrat *lib.* LVIII. fol. 441. adeo spectaculorum omni generi adstrictum fuisse, ut *qui antea spectator tantum & auditor fuerat, postea velut unus e populo studeret, faveretque hic factionariorum more: aliis autem manifeste obsisteret:* Καὶ αὐτὸς τὰ μὲν πρῶτα θεατὴς καὶ ἀκροατὴς ἐγίνετο, συνεσπούδαζέ τε τισὶ καὶ ἀντεσπούδαζεν ὥσπερ τις ἐκ τοῦ ὁμίλου ὢν, &c. de Alexandrinis Dio Chrysostomus in *Serm.* XXXII. Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς, fol. 255. pag. 2. Ἀλλ᾽ οὐχ ὑμεῖς ἀλλ᾽ ἐκπεπληγμένοι κάθησθε αἰ ἀπηδᾶτε τῶν ὀρχηστῶν μᾶλλον συντείνεσθε ὑπὸ τῶν ᾀσμάτων. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀνθρώπους ἡ μέθη πρὸς ᾠδὴν τρέπει καὶ ὄρχησιν, παρ᾽ ἡμῖν δὲ τοὐναντίον ἐστίν. ἡ γὰρ ᾠδὴ μέθην ἐμποιεῖ καὶ παράνοιαν. Huc istud Papinii e lib. VI. *Thebaid.* pertinet:

—— furit undique clamor
Dissonus. ——

E Ex eo loco quem *lib.* III. de fraude in agonibus evitanda differens adferam, & illud:

Collaudant Danai. ——

Et postea:

Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.

Et ubi de pugilibus:

Nescit adhuc Capaneus, subitumque per agmina murmur
Miratur.

Et:

F *Clamorem Inachidæ quantum non littora tollunt*
Fit sonus: & lætos attollunt agmina plausus.

2 Homerum sub initio *Odyss.* σ. ubi Eustath. fol. 1839. Μνηστῆρες δὲ χεῖρας ἀνασχόμενοι κατὰ σχῆμα ἐκ πλήξεως συνῆθες.

μίας οἵας, καὶ ὅσας ἀφίετε. εἰ γὰρ μὴ τοὺς ἵππους ἑωρᾶτε ἁμιλλωμένους, καὶ τοὺς συνήθεις, αὐτοὶ δ' ὑπὸ μαστίγων ἠλαύνεσθε τῶν ἐν τῇ τραγῳδίαις, οὐκ ἂν οὕτω χαλεπῶς διέκεισθε, &c. postea: Υμῶν δὲ οὐδεὶς ἐν τῇ θέᾳ καθέστηκεν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον πέπεσθε τῶν ἵππων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ γελοῖοι ἐστέ, καὶ ἥγεσθε, καὶ πίπτετε. Et quod itidem de Circensi, (ut nihil addam præterea) non de gymnico Statius Papinius lib. VI. *Thebaid.* quo loco:

—— laxo cum tandem ex orbe redactus
Æquoreus sonipes premit, evaditque parumper
Gavisos, subit astra fragor, cœlumque tremiscit,
Omniaque excusso patuere sedilia vulgo.

Quod postremo Lactantius Firmianus [1]: *Circensium quoque ludorum ratio* (inquit) *quid aliud habet nisi levitatem, vanitatem, insaniam? tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur, ut jam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, cum exclamare, & efferri, & exilire cœperint,*

CAP. XXXI.

Hellanodicorum & athlothetarum exhortatio ad athletas. Præfatio Olympica, item Pythia & Isthmia. Exhortatio Gymnastarum, & Pædotribarum e D. Basilio, Æliano, Arriano, & ipso etiam Homero, Apollonio, Sozomeno, (qui obiter emendatur) B. Chrysostomo, ac Dionysio Halicarnasseo. Hujus adhuc de adhortationibus & incitationibus istis egregius profertur locus, ex quo leve mendum sublatum. In Tolosanis Poeticæ agonibus adhortatio Latina, sicut & in promotione Jurisperitorum ad gradus in Academiarum Cancellariis, Græcorum veterum ad athletas protrepticorum exemplo; cujus petitum a Dionysio illo testimonium.

IN Hellanodica profecto, vel athlotheta tolerabilis exhortatio, imo etiam probabilis esse potuit, cum ad utrumque antagonistam pertineret; præsertim antequam inter se committerentur, sicut in illa præfatione Olympica, cujus Philostratus *lib.* V. *de Apollonio* [2] commeminit; quæ talis fuisse perhibetur, εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον μηδὲ ἀγεννὲς εἴργασθε, ἴτε θαῤῥοῦντες, &c. In Pythiis autem, & in Isthmiis hæc admodum, ἴτε φασὶν ἐς τὸ στάδιον καὶ γίγνεσθε ἄνδρες οἷοι νικᾶν, *Introite in stadium & viri estote*, hoc est, *fortiter facite*, sive *dimicate, ut vincatis*. Qualis illa etiam gymnastarum, & pædotribarum sive aliptarum a gymnasio ad stadium decertaturos athletas producentium fuit; sicut ipsis D. Basilii verbis ostenditur. Juvenes etenim ad labores pro coronarum adeptione gloriaque, atque adeo pro virtute capessendos blandis exhortationibus permulcere soliti: quæ vir ille sanctus *de jejunio* initio secundi *sermonis* agens ita extulit: Γυμνασταὶ δὲ, καὶ παιδοτρίβαι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας τοὺς ἀθλοῦντας προάγοντες πολλὰ περὶ τοῦ χρῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν στεφάνων παρακελεύονται, ὥστε καὶ συνωπείθησαν πολλοὶ τῇ περὶ τὴν νίκην φιλοτιμίᾳ τῶν σωμάτων ὑπεριδεῖν. Nam sive ad prælium adversus hostes militibus, sive athletis adversus antagonistas decertaturis exhortatione opus esse, quo fortius se gerant ab Æliano lib. VI. *de Ani-*

A *malium natura* cap. I. in ipso initio traditur: cum animalia bruta ipsa sese suasque vires variis modis, apri, elephanti, tauri denique incitent, erigant atque exacuant; caudæ quidem verbere (ut loquar cum Ovidio) leones sese stimulent: non expectantes ut quis ipsis, Non jam sedendum, neque procrastinandum, aut simile quidpiam, e Tyrtæanis carminibus accinat: Δέονται μὲν γὰρ ἄνθρωποι λόγου (ait) τοῦ προτρέποντος καὶ ἀναπείσοντος ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ τὴν μὲν δειλίαν διώξοντος, τὸ δὲ θάρσος παρασκευάσοντος, ἀθληταὶ μὲν ἐς τὰ στάδια, στρατιῶται δὲ ἐς τὰ ὅπλα· τὰ δὲ ζῶα οὐ δεῖται τῆς ἔξωθεν ἐπιρρώσεως, ἑαυτοῖς δὲ παροξύνει τὴν ἀλκὴν, καὶ ἑαυτὰ
B ὠθίσησι, καὶ ἐγείρει. Et statim, ubi de elephantis: Καὶ οὐ δέονται τοῦ προσάγοντος καὶ ἐρεῦντος οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, οὐδὲ μὲν τὰ Τυρταίου μέτρα ἀναμένουσιν. Et postea, de tauro agens athleticis vocabulis utitur sic fere: Καὶ ἑαυτοῦ γίνεται γυμναστὴς, καὶ ἀθλεῖ πᾶσαν ἄθλησιν κονιόμενος, καὶ τοῖς δένδροις τὰ κέρατα προσανατρίβων, καὶ θηλειῶν βοῶν ἀπεχόμενος· καὶ τῇ τε ἄλλῃ ἑαυτὸν εἰς τὴν ἄσκησιν τῆς ἀλκῆς ῥυθμίζων, καὶ ὡς ἂν καὶ ἀφροδισίων ἀπεχόμενος, καὶ σωφρονῶν, &c. quæ ad Icchum athletam ex continentia commendatum pertinent; de quo, ex altero Æliani loco, sequentis *lib.* capite IV. dicturi
C sumus.

Hoc spectasse Arrianus videtur *Epicteto* lib. 4. sub finem cap. IX. ubi si quando pueri in colluctando ceciderint, ipsis hoc a pædotribis animi faciendi causa ingeri scribit: *Surge denuo, colluctare usque dum robustior fias*: Ἀλλὰ μάθε (inquit) τὸ τῶν παιδοτριβῶν· πέπτωκε τὸ παιδίον. ἀνάστας φησὶ πάλιν πάλαιε μέχρις ἂν ἰσχυροποιηθῇς. τοιοῦτόν τι καὶ σὺ πάθε, ἴσθι γὰρ ὅτι οὐδέν ἐστιν εὐαγωγότερον ἀνθρωπίνης ψυχῆς. Sed hoc quidem cum palæstra & gymnasio vel xysto exercerentur pueri: at cum ex umbra in arenam & stadium, atque adeo de corona decertaturi procederent, exhortationibus itidem suis pæ-
D dotribæ athletas admonere, atque adeo animare soliti, sicut e Basilio diximus. Quo equidem aspexisse ipsum Homerum omnis decori observatorem admirabilem arbitror *Il.* ψ. fol. 1323. quo loco Tydidem cum Euryalo adversus Epeum decertaturo pugilatu zonam sive subligaculum injecturum, antequam pugiles in arenam descenderent, velut aleiptam, aut pædotribam quendam incitasse ipsum Euryalum ad pugnam, his admodum versibus refert:

E Τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφιπονεῖτο
Θαρσύνων ἔπεσιν· μέγα δ' αὐτῷ βούλετο νίκην.
Ζῶμα δέ οἱ πρῶτον παρακάββαλεν.

Homeri quoque imitatorem præstantissimnm Apollonium lib. II. *Argon.* ubi de Pollucis & Amyci Bebryciorum Regis pugilatu, in quem descensuros a Castore atque Biantiade dum cæstus alligarent manibus ad fortiter decertandum excitatos fuisse, sic
F admodum cecinit:

—— ὦκα δ' ἱμάντας
Ἀμφέδεον μάλα πολλὰ παρηγορέοντες ἐς ἀλκήν.

Nempe hoc solius vocis veluti ministerio suos aleiptæ aut pædotribæ discipulos athletas in certamine adjuvare poterant. Itaque de B. Symeone Episcopo & Martyre, qui jussu Saporis Persarum Regis capitali damnatus pœna pro Christi nomine, socios ad fortiter subeundum ultimi supplicii agonem exhortabatur, ita scribit in *Historia sua*

1 Lib. VI. *Divinar. Instit.* cap. XX. vide & in *Epitome* cap. VI.

2 Ad extremum, ubi; Ὀλυμπικὴ δὲ πρόῤῥησις ἣ ποιάδε ἂν Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς, &c. quæ inferius proponam.

[illegible] Sozomenus lib. II. cap. X. fol. 25. pag [illegible] cum pædotriba quopiam athleta [illegible] tante conferat: quo loco: Τοιαῦτα [illegible], οἷα παιδοτρίβαι παρακελευόμενοι [illegible], aut (sicuti notatum Petri Danesii V[illegible]copi doctissimi manu, in meo ex ip[illegible]otheca comparato codice reperi) προθύμως [illegible] ἐχώρει. Cæterum id ut quirent, quod dixi, aleiptæ seu pædotribæ; minime tamen ipsis per agonisticas leges hoc licuit, aut fessis [illegible] erigere [illegible] atque [illegible] partem [illegible] concedere. Quam [illegible] B. Joannes Chrysostomus, *Homil.* XLIII [illegible], fol. 595. [illegible]

Ex [illegible] athletas [illegible] prope ordinariam [illegible] dubitandum [illegible] in sacris antiquæ Græciæ ludis, illam atque publico nomine quæ ab Hellanodicis aut athlothetis, aliisve ludorum [illegible] fieret. Sa[illegible] adeo temporibus Dionysius Halicarnassæus ἐν [illegible] προτρεπτικῷ ἀθληταῖς, fol. [illegible] omnes [illegible] Olympicis, & item Pythiis, aliisque pluribus agonibus exhortationes hujusmodi, vel a cive quopiam, vel agonotheta, coronave aliquo, quibus ludorum cura [illegible], Hellanodicarum (puta) & aliorum, de quibus [illegible] & superiore libro actum est, fieri solitas ostendit: quamobrem & ipse quoque protrepticam ad athletas componendi rationem in arte illa sua tradiderit, sic fere: Ἀκολουθεῖ [illegible] Ἐχέκρατες, καὶ ὁ ἐν ταύταις ταῖς πανηγύρεσι λεγόμενος λόγος, [illegible] τὰς αὐτὰς [illegible] τοὺς ἐν τῇ πανηγύρει, καὶ τοῖς [illegible] ἀθληταῖς, ὅστις ὁ προτρεπτικὸς [illegible] λεγόμενος. [illegible] πρῶτον εὐθὺς, [illegible] ὁ ἀγὼν [illegible] καὶ Ὀλυμπιάσι καὶ ἐπ' [illegible] γενόμενον, καὶ Πυθοῖ, καὶ ἄλλοθι πολλαχῆ ἐστι, (sic malo pro [illegible]) [illegible] ἴσως πολίτης, νῦν δὲ καὶ [illegible] περὶ τὸν ἀγῶνα [illegible] ἀγωνοθέτην [illegible] λεγόμενον, &c. Non sine ratione igitur, nec sine vetusti moris exemplo in musicis illis sive poeticis antagonistarum, quo Tolosæ quotannis ineunte Majo eruditionis suæ periculum faciunt commissionibus, de quibus ad extremum libri III. cap. XVIII. & XX. *Agonist.* copiosius disceptabitur, *panegyricam* quoque Latino idiomate, pedibus soluto numerisque, orationem haberi majores nostri voluere, qua non modo Isauræ Clementiæ ludorum instauratricis, & ipsorum agonum literarumque [illegible]orum laudes (interea dum adferuntur in [illegible] locum argyrophyllina præmia) recitari; verum etiam juvenes ad capessendam omnis eruditionis atque virtutis istam occasionem incitari, tum ceteræ gloriæ, tum horum spe præmiorum accendi solent. Quo munere a nobis tibi sub istum reparatæ salutis annum quo hæc retractamus CIƆ. IƆ. XCI. [illegible], Jacobe [illegible] intra paucos perfunctum dies, omnium [illegible] Tolosatium conventu frequente [illegible] tioni respondisse, meamque spem minime fefellisse, utrique nostrum gaudere atque [illegible] libet. Ex iis quidem Dionysii verbis exemplum veteris memoriæ manifesto desumitur: ex illis autem quæ sequuntur, præclara [illegible] ducta ratio a majore ad minus. Nam si ad corporeos illos labores suscipiendos oratione olim [illegible] athletas [illegible] constat: ac [illegible] quod [illegible], sic fere: [illegible], &c. [illegible] Ἡρακλ[illegible] λόγος. [illegible] λόγοι. Quanto magis literatorio protrepticæ orationis [illegible] eruditionis documenta edendi [illegible] utile atque honestum est? Quod ipsum in scholaribus aut scholasticis ad gradus, quos vulgo vocant, promovendis, & inaugurandis, tum Cancellarias, qui [illegible] jure quodam agonothetico præsunt, tum antecessores legumque magistri, tanquam aleiptæ quidam, in Universitatum illo (ut ita loquar) stemmate usurpare soliti.

CAP. XXXII.

[illegible] pro παρακελεύεσθαι apud B. Chrysost. Philon[illegible], Grego. Nazianzen., [illegible], Joannem D[illegible], atque [illegible] P[illegible], cujus [illegible] Bellio Int[illegible]: sed & apud Plutarchum. Athletarum in ipso certamine adhortatio. Athletica [illegible] a spectatoribus in theatro [illegible]. [illegible] & Dioni Chrysostomi [illegible] collata. Ἐπεγερμός, apud Clem. Alexandr. In musicis agonibus, [illegible] atque adhortatione, ἐνθουσια προοίμια, Quintiliano fortasse castigato.

ADJICITUR superioribus a Dionysio, in quotidianis athletarum exercitationibus gymnasticas locum habuisse, quas (ut superiore proximo *cap.* dixi e Basilio) gymnastæ, aleiptæ, pædotribæ ipsi facerent: [illegible] (inquit) [illegible] ἕκαστα [illegible] ἔχοντες [illegible], Nam et illud, [illegible] ὑπὲρ ἀμφοτέρας, quod apud Arrianum [1] legitur; ita simile aut aliud quidpiam adhortandi & instruendi causa, sive contenderetur cum adversario, sive singillatim exerceretur athleta, prolatum ab ipsis non dubito. Unde D. Basilius eo quem ex *Homilia* I. *de Jejunio* inferius [2] exhibebimus loco, itemque aliis [illegible]. Et vero Chrysostomus ipse [4] [illegible] verbum [illegible], (quod est proprie *inungere*, *illinere*) ob id tamen quod aleiptæ, sive pædotribæ inter illinendum athletas ad præclare fortiterque dimicandum exhortarentur atque instruerent, ἀντὶ τοῦ παρακελεύσθαι, pro eo quod exhortari, atque impellere, aut incitare, vel admonere

1 In *Epicteto* lib. III. cap. XIX. ubi: Καὶ ὁ ἀλείπτης [illegible] ποιεῖ λέγει, ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας, καὶ [illegible] ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελήθην ἐγώ.

2 *Cap.* proxime sequenti paulo post initium.

3 In *Asceticis* ἐν παραινέσει περὶ ἀποταγ. βίου, &c. fol. 377.

4 In *Commentar. ad B. Pauli Epistol. ad Corinth.* cap. ult.

nere dicimus, eleganter posuit: quod a Grammaticis atque Lexicographis minime animadvertitur, ubi. Ἐπὶ ῥᾳθυμίαν ἐκκόπτει τοσαύτη ἡ θλῖψις, καὶ πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει. Sed & in *Epistola* quadam ad Episcopos & Presbyteros carcere inclusos: Χαίρετε τοίνυν, σκιρτᾶτε, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε, ἐννοήσατε πόσους ἠλείψατε δι' ὧν ἐπάθετε, πόσων φρονήματα ἀνεστήσατε, πόσους ἐστηρίξατε σαλευομένους, &c. Et ad Innocentium Episcopum Romanum: Καὶ ἀνάστατοι αἱ ἐκκλησίαι ἐγένοντο, ἀπαγομένων τῶν ἐν ἑκάστῃ κληρικῶν καὶ παρασκευαζομένων λιβέλλους διδόναι καθ' ἡμῶν, καὶ πρὸς κατηγορίαν ἀλειφομένων. Et in *sermone* IX. fol. 36. ad illud, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, *Epist. B. Pauli ad Romanos* cap. V. Αὗται καθ' ἑαυτὰς αἱ θλίψεις ἀγαθὸν πρᾶγμά ἐστι. τίνος οὕνεκεν; ὅτι εἰς ὑπομονὴν ἀλείφουσι, διόπερ εἰπών, Καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσι. καὶ τὴν αἰτίαν προσέθηκε λέγων, Εἰδότες ὅτι θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. Atque ante ipsum Philo non semel *lib.* II. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων, fol. 533. 535. 537. ubi de incestis nuptiis: Ἅπερ ἐκμυσαξάμενος ὁ ἱερώτατος Μωϋσῆς ὡς ἀλλότρια καὶ ἐχθρὰ πολιτείας ἀνεπιλήπτου καὶ προτρέποντα καὶ ἀλείφοντα πρὸς τὰ αἴσχιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων ἀνὰ κράτος ἀπεῖπεν ἀδελφῇ συνέρχεσθαι, &c. Et ubi de pæderasta: Τοὺς νέους ὡραΐζων καὶ τὸ τῆς ἀκμῆς ἄνθος ἐκθηλύνων, ὃ πρὸς ἀλκὴν καὶ ῥώμην ἀλείφειν ἁρμόττον ἦν. Denique ubi de meretrice: Τοὺς δ' ἐραστὰς ἀλείφει κατ' ἀλλήλων αἴσχιστον ἆθλον αὐτὴν προθεῖσα τοῖς τὸ πλέον εἰσενεγκοῦσιν. Et περὶ φυγάδων, fol. 308. pro excitare, instruere, præparare, similitudine aut metaphora a gymnicis ludis: ἀνερεθίσεις γὰρ (ait) τὸν ἀντίπαλον καὶ βαρύτερον ἐχθρὸν ἀλείψεις κατὰ σεαυτοῦ, & alibi non semel [1] Et Gregorius itidem Nazianzen. in *Sermone de Machabæis*, fol. 147. de ipsorum pro fide occumbentium matre, περιεβέττετο, περιέτρεχεν, ὑπέβαλλε, συνηγωνίζετο· τί μὲν οὐ λέγουσα, τί δὲ οὐ πράττουσα τῶν πρὸς νίκην ἐπαλειφόντων. Procopius denique Gazæus ad illud quod extremum est in *Esaiæ Oratione* cap. XXVI. in fine, *Vade populus meus, egredere in cellam tuam*, eo sensu verbum istud posuit fol. 335. Τινὲς δέ φασιν ὡς ἐπείπερ ἤμελλον (inquit) οἱ τὸ σωτήριον πνεῦμα πᾶσι καταγγέλλοντες τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς δεινοῖς ἀνηκέστοις, καὶ θανάτῳ περιπεσεῖν, τούτους ἐπαλεῖφον τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον ἐπεισάγεται λέγον, εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖά σου. Et similiter in *Catena vetustorum Patrum* [2] ad eum locum sub Cyrilli nomine: *Inducitur* (ait) *in his verbis, persona Dei ungentis* (ut in palæstris mos est) *& mentem sanctorum virorum corroborantis, ad molestias perferendas*: ubi (nisi me animus fallit) τὸ ἀλείφειν B. Cyrillus, atque hoc quidem non pro *inungere*, sed μεταφορικῶς pro *excitare* atque *adhortari* usurpaverat. Sicuti Joannes ipse Damascenus [3] de ratione venerationis Imaginum, a figura ad sanctos ipsos, & ab iis ad Dei gloriam honoremque relatæ, differens quodam loco: ubi posteaquam περὶ τῆς θεομήτορος hoc dixerat, ἡ γὰρ εἰς αὐτὴν τιμὴ εἰς τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ἀνάγεται: subditur illico istud: Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν ἀνδραγαθήματα ἐπαλείφοντα ἡμᾶς πρὸς ἀνδρείαν καὶ ζῆλον καὶ μίμησιν τῆς αὐτῶν ἀρετῆς καὶ δόξαν Θεοῦ. Etenim nihil aliud hic sonat τὸ ἐπαλείφοντα, quam quod παρακελευόμενα, προτρέποντα iis ex Dione Chrysostomo & Eunapio locis, quos XXX. *cap.* indicavimus: quamobrem etiam in eo, qui paulo ante prolatus est, Philonis loco, τὸ προτρέποντα καὶ ἀλείφοντα conjunctim exaratum cernimus.

Nec dubito quin Isidorus ille Pelusiota hoc verbi a gymnicis Gentilium ad Christianos agones traducta similitudine sic acceperit D. Pauli locum *ad Corinthios* (de quo proximo *Sermone* dicturi sumus) exponens: & ipsius Pauli exemplo verbi divini nuncios, præcones ac ministros, ipsosque adeo Episcopos, tanquam athlothetas, & agonum curatores, aut Hellanodicas admonens; ut non alios modo inungant, hoc est, cohortentur ad pugnam, aut qui præclare dimicaverint, renuncient, publicisque honoribus prosequantur, (martyres nimirum & confessores in sanctorum, quibus in posterum honos memoriæ venerationis, precumque a Christianis deferatur, numerum allegendo, aut ipsorum victorias populis sibi subditis prædicando) sed sibi quoque adhuc in virtutum stadio decertandum victoriæ consequendæ gratia statuant. Hæc enim verba omnino sunt scribentis *ad Apollonium Episcopum* [4]: Μὴ τοίνυν τινὲς τῶν εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθέντων θρόνον ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντες (aspicit ad notationem agonothetarum nominis) τῶν ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν μήτ' ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας· ἀλλ' αὐτοὶ σεμνότητός τε καὶ πάσης ἀρετῆς ἀγωνισταὶ καὶ στεφανῖται τυγχάνοντες καὶ ἀλειφέτωσαν τοὺς ἀγωνιουμένους καὶ ἀνακηρυττέτωσαν τοὺς νενικηκότας. Quo in loco postremæ periodi verba secius (ut mihi quidem videtur) a Jacobo Billio viro alioqui doctissimo reddita; præsertim illo colo mutila, in quo id verbum est, quo de agimus, ita exponi debuisse censeo: verum sic se comparent, ut cum decertaturos inungant, (hoc est, ad capessendos pro Christo, fide in ipsum, ac salute sua labores adhortentur) aut victores proclament ac renuncient, (quod moris fuisse præconibus in agonibus gymnicis ante ostendimus) morum honestate interim omnique virtutis genere ita exercendo sese dimicent, ut coronam (illam scilicet, eo quem dixi D. Pauli loco memoratam) assequantur: sic aliis duobus locis τὸ ἀλείφειν metaphorice, pro *exhortari, excitare, præparare* apud ipsum Isidorum eodem illo tertio *Epistolarum* libro esse positum animadverti: & quidem in epist. CLXXVIII. lib. III. fol. 553. *ad Thomam Monachum*: Ῥηθῆναι γὰρ ὀφείλει ὅσα ἀξιάκουστα καὶ εἰς δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην τοὺς ἀκροωμένους ἀλείφει. Item *ad Theognostum Presbyterum* epist. CXCVII. fol. 562. Τάχα οὐχ ἧττόν εἰσιν εὐδόκιμοι οἱ πρὸς ἀρετὴν ἀλειφόμενοι καὶ στεφανῖται γενόμενοι, ὡς οἱ κωλυόμενοι, &c. ἐρασταὶ δὲ γνήσιοι ταύτης ἀναφαινόμενοι. Ante hos

---

1 Initio lib. περὶ φιλανθρ. fol. 475. & 477. ubi, ὑποθήκαις καὶ παραινέσεσι τὰς ψυχὰς ἀλείφειν καὶ συγκρατεῖν.

2 Quæ Operibus Theodoreti Tom. I. adjuncta est, fol. 721. Videsis & ipsum Cyril. *in cap.* XXVI. *Esaiæ*, col. 587. ipsius Operum, ubi Dei persona nobis (inquam) hisce verbis sanctorum mentem ad patientiam adhortantis & quasi inungentis inducitur.

3 Lib. IV. *de fide Orthod.* cap. XVII. qua de videsis quæ scripsi hoc ipso *lib. cap.* XXI.

4 Epist. CCLXV. lib. III. fol. 604. Ubi Billius Interpres: *Verum sic se comparent*, (excusum mendose *compararent*) *ut cum ipsi gravitatis atque omnis virtutis athletæ, atque etiam victores existant, simul etiam eorum, qui victoriam assecuti sunt, laudes prædicent*, ubi τὴν σεμνότητα (de qua *Semest.* lib. III. cap. XVII. a me actum est) *sanctitatem*, aut *justitiam, morumve honestatem*, potius quam *gravitatem* debuit exponere: sicut apud Chrysost. de athletica vitæ ratione similiter loquentem ipse feci, loco illo, qui sub initium *Sermonis* proximi proferetur.

plerosque omnes Plutar. ipse, aleiptæ vocabulo vel metaphorice vel per similitudinem quandam utitur alicubi, ut exhortatorem exercitatoremque sive gymnastam ac velut pædotribam significans, præceptoris & magistri appellationem illi alteri aleiptæ qua de agimus adjunxerit. Nam Damonem Sophistam sub fidicinis sive Musici nomine se insinuasse in intimam Periclis familiaritatem scribit, celato apud vulgum præcipuo illo eloquentiæ (quo excelluit) munere, atque artificio: quo scilicet commodius in administratione Reipub. Pericli velut athletæ aleipta quidam ac magister esset: hoc tamen fuco & velamento deterso atque sublato ipsum ut inquietum & tyrannidis fautorem decennali exilio (quod Ostracismum Athenienses vocare ac usurpare soliti) punitum: Ὁ δὲ Δάμων (ait Plutarchus *Pericle* paulo post initium in fol. 280. Edit. Steph.) ἔοικεν ἄκρος ὢν σοφιστὴς, καταδύεσθαι μὲν εἰς τὸ τῆς μουσικῆς ὄνομα, πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐπικρυπτόμενος τὴν δεινότητα· τῷ δὲ Περικλεῖ συνῆν καθάπερ ἀθλητῇ τῶν πολιτικῶν ἀλείπτης καὶ διδάσκαλος. οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ᾽ ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη, &c. Unde τὸ χειραλειπτῆσαι metaphorice ad rem militarem apud auctorem quempiam vetustum ab athletica traductum, ἀσκήσας τὴν χεῖρα Suidas exposuit, sicuti superioris *libri cap.* XIV. admonui. Verum fuit etiam in ipsa pugnæ contentione, atque ardore certaminis athlothetarum admonitio illa, & exhortatio laudabilis, cujus apud Lucianum *Anacharsi* sub initium, in hæc verba mentionem fieri scio, ubi de pugilum decertatione in Atheniensis magistratus, aut ludorum præfecti, sive curatoris conspectu: Οὗτος αἵματος αὐτῷ καὶ ψάμμου ἀναπέπλησται τὸ στόμα, πὺξ ἀρᾷς παταχθέντος εἰς τὴν γνάθον. ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ ἄρχων ἐπᾶσι διΐστησιν αὐτοὺς, καὶ λύει τὴν μάχην. τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. Sequitur illud quod dicebam: Ὁ δὲ καὶ ἐποτρύνει, καὶ τὸν πατάξαντα ἐπαινεῖ. ἄλλοι δὲ ἀλλαχόθι πάντες ἐγκονοῦσι, καὶ ἀναπηδῶσιν, ὥσπερ θέοντες, ἐπὶ τῷ αὐτῷ μένοντες, καὶ ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι λακτίζουσι τὸν ἀέρα. Quibus verbis graphice admodum, ut nihil supra, ille immodicam agonalium spectatorum lætitiam præferens gestus (ut ita loquar) exultatorius proponitur, de quo superius non pauca scripsimus.

Victoriam quidem athleticam in ipso theatro protinus omnium spectatorum acclamatione celebratam Eustathius ad Homericum illud *Iliad.* Ψ ποδ᾽ ἐθέοντο adnotat, his fere verbis fol. 1332. Ὁ θεωμένοι [illegible] καὶ νῦν ἡ βοὴ διὰ τὸν νικητήν. Et postea: Τοῖς [illegible] ἔνθυμον πάθος, καὶ τῷ ποιητῇ συνήθες [illegible]. Quo etiam istud Heliodori *Æthiop.* [illegible] de Theagene pertinet, ἀντήχει δὲ καὶ ὁ δῆμος βοῇ: quo cum reliquis in *cap.* XI. contulimus. Itaque apud Philostratum, in *Arrichione* lib. II. Εἰκόνων, Arrichionis pancratiastæ victoriam Olympicam talis spectatorum cum gestu, motuque corporis, acclamatio subsecuta fertur; qualem a Luciano illam alteram ante protuli: Ἔοικε γοῦν μὴ τὸν ἀντίπαλον μόνον, (inquit) ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἕλληνας νενικηκέναι, βοῶσι γοῦν ἀναπηδήσαντες τῶν θάκων, καὶ οἱ μὲν τὼ χεῖρε ἀνασείουσιν, οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα, οἱ δὲ αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ δὲ τοῖς πλησίον ἱλαροὶ προσπαλαίουσι· τὰ γὰρ οὕτως ἐκπληκτικὰ οὐ συγχωρεῖ τοῖς θεαταῖς ἐν τῷ καθεστηκτῷ εἶναι. ἢ τίς οὕτω ἀναίσθητος ὡς μὴ ἀνακραγεῖν ἐπὶ τῷ ἀθλητῇ. Talis & illa quæ stadiodromum victorem Isthmiis prosecuta spectante ac improbante Diogene, sicuti a Dione Chrysostomo describitur in *Diogene* sive *Isthmico* fol. 95. pag. 2. & fol. 96. Edit. Aldinæ, his utique verbis, quæ proximis Philostrati superioribus appositissime adjungi, quoniam id ipsum ostenderent, posse credidi: Ἰδών τινα ἐκ τοῦ σταδίου (inquit) βαδίζοντα μετὰ πολλοῦ πλήθους, καὶ μηδὲ ἐπιβαίνοντα τῆς γῆς, ἀλλ᾽ ὑψηλὸν φερόμενον ὑπὸ τοῦ ὄχλου, τοὺς δέ τινας ἐπακολουθοῦντας καὶ βοῶντας, ἄλλους δὲ πηδῶντας ὑπὸ χαρᾶς, καὶ τὰς χεῖρας αἴροντας εἰς οὐρανὸν, τοὺς δὲ ἐπιβάλλοντας αὐτῷ στεφάνους καὶ ταινίας, ὅτε ἠδυνήθη προσελθὼν ἤρετο, τίς ἐστιν ὁ θόρυβος ὁ περὶ αὐτὸν, καὶ τί συνέβη, ὁ δὲ ἔφη, νικῶμεν Διόγενες τῶν ἀνδρῶν τὸ στάδιον, &c. quæ sequuntur. Atque ad istas equidem exhortationes acclamationesque referendum censeo τὸν ἐπεγερμὸν illum, cujus a Clem. Alexandrino *libri* hujus *cap.* IX. mentionem feci; nisi potius ad assurrectiones, quæ cum applausu circumductis per theatrum ac stadium hieronicis adhibito præcone fierent a spectatoribus, pertinere aliquis crediderit: quod magis placet; quando τὸ ἐπεγείρομαι vetustum *Glossarium Græco-Latinum* reddidit *assurgere*. Nam in musicis profecto & præfationes quasdam agonistarum ad judices, & mutuas judicum, qui agonibus illis præerant, adhortationes interpositas; id Neronis exemplum argumento est, quod a Suetonio in *ejus Vita* cap. XXIII. in hæc verba proponitur: *Judices autem, priusquam inciperet, reverentissime alloquebatur; omnia se facienda fecisse, sed eventum esse in manu fortunæ; illos ut sapientes & doctos viros fortuita debere excludere. Atque ut auderet hortantibus, æquiore animo recedebat.* Huc quoque spectat, quod Kirius Fortunatianus lib. III. *Rhetor. Denique aulœdos & citharœdos* (inquit) *& cæteros hujusmodi artifices, quanquam non polliceantur orationem, videmus tamen proloqui ante actionem: & omnino curta & sine capite oratio est, quæ sine principio ab ipsis rebus orditur.* Itemque possit huc referri quod de thymelicis τὰ ἐνθύσια canentibus sub initium *sermonis* præcedentis expositum fuit. Imprimis vero huc pertinet, quod Fabius Quinctilianus lib. IV. *Instit. Orator.* cap I. in ipso initio, de exordio agens, & προοίμιον a Græcis dictum istud commemorans, ita retulit: *Nam sive propterea quod* οἴμη *cantus est, & citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen* (alibi & melius fortasse *carmen*, ut significet τὸν νόμον) *inchoent, emerendi favoris gratia canunt, prooemium cognominaverunt: oratores quoque ea, quæ, priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi judicum animos proloquuntur, eadem appellatione signarunt: sive quod* οἶμον *iidem Græci viam appellant; id quod ante ingressum rei ponitur, sic vocare est institutum.*

CAP. XXXIII.

Cursores hieran facere dicti apud Senecam: quo sensu disputatum, B. Paulo duobus locis invicem commissis obiter illustrato. Quo palliorum tesseræ in agonibus Olympicis, quo albi calculi ad manum victorum ibidem dati apud Plinium & Aretam, quo ἐγκειρόμενος *apud Plinium, adhuc esse quod dubitetur. Lineæ in stadio. Lycophronis carmen expositum. In calculorum ludo linea sacra, quæ media. Media linea in pilæ lusu. In cursura sacram lineam, & mediam fuisse videri ad metas. Theocriti versus expositus, & item Sophoclis. Contactu metæ stadiodromi victores athletæ in stadio se linea circumscribere soliti: unde si antagonistarum vi eximi nequivissent, vicisse dicerentur: sicuti Democrates, de quo apud Ælianum. Eodem relati tres ex B. Pauli Epistolis loci: ζυγός: explicato Pythagoræ symbolo* ζυγομάχον.

RURSUM quid illud est, quod cursores *hieran* dicuntur interdum facere; ut apud Senecam *ad Lucilium* epist. LXXXIII. *Singulos dies*, sub ini-

tium: quo loco: *Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit, quæris? Quod raro cursoribus evenit, hieran fecimus, ab hac fatigatione magis, quam exercitatione in frigidam descendi.* Hactenus ille; ad quem Erasmus vehementissimum & laboriosissimum cursum interpretatur, quemadmodum sacram anchoram nautis, & medicis sacram δόσιν ἱερὰν πικρὰν appellari ait. Muretus vero ad mediam in stadio lineam, *quæ hiera dicebatur* (inquit) *ambo fessi pervenimus: & ita neuter vicit.* Atqui mediæ istius in stadio lineæ nullam ego apud auctores vetustos mentionem reperio. Nam περὶ ὃ κάμπτουσιν οἱ δρομεῖς, Julius quidem Pollux *Onomast.* lib. III.[1] non ait vocari γραμμὴν, sive *lineam*, sed νύσσαν καὶ καμπτῆρα. Et Lycophron[2] a cursoribus ducta metaphora lineam cum carceribus connectit, non cum metis, σὺν τῇ βαλβίδι, non σὺν τῇ νύσσῃ ἢ μήρινθον: τὴν νύσσαν vero τῶν λοξῶν ἐπῶν commodissime obliquorum seu flexuosorum verborum metam, ad quam flecti currus solitos monui, dicit; sic admodum canens:

Ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβῖδα μηρίνθου σχάσας
Ἄνειμι λοξῶν ἐς διεξόδους ἐπῶν
Πρώτην ἀράξας νύσσαν ὡς πτηνὸς δρομεύς.

Illud scio in calculorum ludo ex quinque lineis mediam *hieran*, id est, *sacram*, fuisse nominatam; quod ipsum ab eodem Polluce alio loco[3], & item ab Eustathio ad Homerum non semel[4] traditum animadverti: unde istud proverbium deductum, ἀφίεσθαι vel κινεῖν ἀφ' ἱερᾶς, itemque μὴ κινεῖν γραμμὴν, cujus Parœmiographis[5] meminere. Sed ad hanc circa cursores sacram lineam nihil admodum reperias, nisi quod a Scoliaste[6] Pindari, ad illum, quem, ubi de linea differerem, locum attuli, traditur; id proverbium de non movenda linea translatum a more Veterum, qui metam ducta linea signabant, in qua præmium victori cessurum proponebatur, ut esset pro scopo, quem posterioribus relictis ad anteriora tendentes persequebantur, ne in vanum vel incertum currerent: id quod ista ex tribus D. Pauli *Epistolis*[7] deprompta verba suadent: Ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω ὡς οὐκ ἀδήλως. Et alibi: Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος (quod profecto cursorum, sed & discobolorum est) κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Et statim: πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, &c. Et rursum alio loco: Καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς, μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον. At equidem si verum & simplex quod est, amamus; neque sacræ aut ἱερᾶς hic quidem ulla mentio. Cum itaque nondum eruditis hac de re liqueat, mihi vero constet suum quempiam usum mediæ lineæ fuisse in pilæ lusu, cui lineæ σκύρου nomen inditum Julius Pollux *Onomastico* lib. IX. ubi de ludis, col. 492. tradit: equidem ad cursuram quod attinet, quando agonum & gymnicorum quidem comparatione ad politicos, ut ipse interpretor apud Plutarchum[8], id dictum transfertur ab athletis, eum locum, ubi essent metæ (quem Græce καμπτῆρα καὶ νύσσαν appellatum dixi, quod ad ipsum currus ab agitatoribus flecteretur) conjectura quadam auguror ἱερὰν γραμμὴν *sacram lineam* fuisse nominatum; propterea quod eam contingere superaturis quidem non liceret, nisi peragendo fortean cursu, & in ipso vincendi articulo; stadiodromis, juxta illud Horatii, de quo sermone proximo videbitur,

Qui studet optatam cursu contingere metam,

non item diaulodromis, aut dolichodromis, nisi ad cursuræ finem, sed neque curruum agitatoribus, qui evitata demum fervidis eorum rotis meta (ut inquit idem ille ode *Carminum* prima Horatius) ad deos laudibus evehebantur: quo etiam illud Theocriticum,

—— περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι,

quod extremo superiore *libro* proposui, non incommode referre possis; ut τὸ ἀσφαλέως ad tertium victoriæ finem pertineat: quamquam verius puto, ut cum de vita & salute periclitaretur agitator, sive auriga, cujus currum impactis ad stadii metas rotarum radiis, aut ipsis axium fistulis, hoc est, concavis modiolis, toto impetu subverti, atque adeo effringi oportuit; propterea tuto flecti currus ad metas, ipsis perite ac ex arte (propius licet accedendo) evitatis, diceretur: quo non observato ab Oreste, propterea peremptum in stadio narrabat pædagogus ille, licet falso; attamen verisimiliter apud Sophoclem *Electra* fol. 114. lib. a Steph. excusi, in hæc verba:

Ἔπειτα λύων ἡνίαν ἀριστερὰν
Κάμπτοντος ἵππου λανθάνει στήλην ἄκραν
Παίσας· ἔθραυσε δ' ἄξονος μέσας χνόας
Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε· σὺν δ' ἑλίσσεται
Τμητοῖς ἱμᾶσι· τοῦ δὲ πίπτοντος πέδῳ
Πῶλοι διεσπάρησαν εἰς μέσον δρόμον, &c.

Et postea:

—— ἔστε νιν διφρηλάται
Μόλις κατασχεθέντες ἱππικὸν δρόμον
Ἔλυσαν αἱματηρὸν, ὥστε μηδένα
Γνῶναι φίλων ἰδόντ' ἂν ἄθλιον δέμας.

---

1 Cap. XXX. ex quo scripsi supra, ubi de linea.

2 In *Cassandræ* sive *Alexandræ* ipso initio, ubi Canterus Scoliastes non inscite *funem* vocatum annotat, quo carceres obducti forent e Pausania lib. II. *Eliac.*

3 *Onomast.* lib. IX. ubi περὶ τῶν ἐκ συμποδίοις παιδίων, col. 490. & 491.

4 *Ad Iliad.* ζ. fol. 633. num. LVIII. ubi videsis & *Odyss.* α. fol. 1896. num. LX. explicans versum, πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων, & fol. 1397.

5 Erasm. in *proverb.* XXV. *Movebo talum a sacra linea*, Chiliade I. cent. I. ex Plat. Theocrito in *Bucoliastis*, Plutar. & Polluce: & *proverb.* XCVII. *Ne moveto lineam*, Chil. I. cent. IX. ex Pindari Scholiaste: & *proverbio* LVI. *Venimus ad summam lineam*, Chil. III. cent. VII. ex Euripide in *Antigone*. Tu addesis Elianum lib. XII. *Variæ Historiæ*, cap. IX.

6 Erasmus citat in *proverbio*, *Ne moveto lineam*, XCVII. cent. IX. Chiliad. I.

7 *Prioris ad Corinth.* cap. IX. vers. 26. & *ad Philip.* cap. III. vers. 14. & 16. sic & *ad Galat* cap. II. vers. 2. sed & cap. ult. vers. 16. Καὶ ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, &c.

8 Initio libri, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, fol. 1402. Steph. Edit. Ἐπειδὴ δὲ πλείστας αἱ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσεις καὶ μαλακίαι προφάσεις ἔχουσαι, τελευταίαν ὥσπερ τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας. καὶ μάλιστα δὴ τούτῳ τὸ φιλότιμον ἀμβλύνειν καὶ δυσωπεῖν δοκοῦσαι πείθουσιν εἶναί τινα πρέπουσαν οὐκ ἀθλητικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ πολιτικῆς περιόδου κατάλυσιν. quæ verba rursus adfero *lib.* III. *cap.* XII. sed in rem aliam.

Stadiodromos vero ſive curſores contactu metæ victoriam conſecutos, ut illo, quod protuli ſuperius, Horatii carmine, ſic iſtis Papinii Statii verſibus e lib. VI. *Theb.* oſtenditur:

> —— *correpto crine reductum*
> *Occupat, & longæ primus ferit oſtia metæ.*
> *Arcades arma fremunt: armis defendere regem,*
> *Ni raptum decus, & meriti reddantur honores.*
> *Contendunt.* ——

& cætera, quæ *lib.* III. de fraude agens, quam ab agonibus abeſſe debere conſtat, expromere ſtatuo. B Quamobrem eſſe puto, cur *Apprehendendi* verbum apud B. Paulum illo quem ſuperius, *capite* hujus *libri* VII. & XX. ſub initium, attuli loco, non magis ad arreptionem coronæ vel bravii) cujus ibi tamen fit mentio) quam ad metæ contactum referri debeat (ſilentio) in re non obſcura ſcilicet obductæ ac prætermiſſæ, ſumpta indidem metaphora Paulus ipſe ita illud καταλαμβάνειν uſurparit *ad Philippenſes* ſcribens, ut æque ad metam ſive ſcopum, atque ad coronam ſeu brabium id verbi ex propria ejus ſignificatione pertinere ſatis aperte ſignificet: his quippe poſitis [1]; Διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω: C Et ſtatim; Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὐ λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος: adjungit illico [2]; Κατὰ σκοπὸν διώκω, ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. De Senecæ itaque verbo iſto, *Hieran fecimus*, amplius pronuncio, ſicuti de palliorum quoque teſſeris apud Olympiam: in quibus intextum aureis literis nomen ſuum Zeuxis pictor ſimul cum opibus ſuſtentaſſe a Plinio traditur libro *Naturalis Hiſtoriæ* XXXV. cap. IX. Sicuti de albis calculis, quos ad manum datos Olympionicis indicio victoriæ, Aretas *in Apocalypſin* [3] adnotat; cujus verba *cap.* IX. D hujuſce *libri* eam in rem protuliſſe me recordor; ſicuti de æreo pentathlo qui vocatur *Encrinomenos*, quem Alcamenas Phidiæ diſcipulus, ut marmorea feciſſe a Plinio dicitur lib. XXXIV. *Natur. Hiſtor.* cap. VIII. Nam quid eſt ἐγκρινόμενος, vel *probatus*? utrum probatus athleta ex ætate, moribus & cæteris id genus, de quo dicemus *libri ſeq. cap.* XVII. an probatus cui victoria decreta & impoſita corona; ut eo Chryſoſtomi loco e *Sermone* de inanis gloriæ cupiditate, quem hujuſce *libri cap.* XXVII. attuli? E An potius ipſum pentathli ſimulachrum probatum ex artificio ſingulari, & præ cæteris commendatum ab omnibus? De his inquam nondum ſatis liquere mihi cum ingenue profitear, ſiſtendum potius habeo; interea dum eruditiores, & quibus plus otii ſuppetit, certius quidpiam conquirunt, ut in medium poſtea proferant. Nam ad lineam quod attinet; ſolitos etiam in ſtadio athletas ea in circulum orbemve circumducta ſe includere, atque antagoniſtas ad eximendum inde ſe, adverſus quos ſi quis F in loco conſtitiſſet, nec de linea extractus foret, viciſſe diceretur, atque etiam coronam auferret: ſicuti de luctatore) Interpres pugilem expoſuit inſcite, potuit athletam generali verbo dicere) Democrate in hæc verba narrat Ælianus in *Varia Hi-*

A *ſtoria* lib. IV. cap. XV. Δημοκράτης ὁ παλαιστὴς καὶ αὐτὸς νοσήσας τοὺς πόδας, παρελθὼν εἰς τοὺς ἀγῶνας, καὶ στὰς ἐν τῷ σταδίῳ, περιγράφων ἑαυτῷ κύκλον, προσέταττε τοῖς ἀντιπαλαισταῖς ἔξω τῆς γραμμῆς αὐτὸν προελκεῖν. οἱ δὲ ἡττῶντο ἀδυνατοῦντες· ὁ δὲ δὴ ἐξαβὰς ἐν τῇ στάσει καὶ ἐγκρατῶς, στεφανούμενος ἀπῄει. In ludo quoque illo palæſtrico, quem διελκυστίνδαν Julius Pollux *Onomaſtici* lib. IX. nuncupat [4], γραμμὴν ſive *lineam* adhibitam, ex Platonis *Theæteto* [5] didicimus. Ad quorum ludorum alterutrum, hos duos ex D. Pauli *ad Philippenſes*, cap. III. verſ. 16. & cap. IV. prin. & verſ. 3. atque I. *ad Timoth.* cap. IV. verſ. penult. *Epiſtolis*, a me ſupe- B rius citatis (in quibus pleraque Agoniſtica vocabula uſurpantur) ſi quis retulerit locos, nihil (mea quidem opinione) abſurdi, aut a vero alieni feciſſe videatur. Nam in illo quidem, poſteaquam περὶ τοῦ κατὰ σκοπὸν διώκειν egerat; quod non minus diſci (ut initio monui) quam curſuræ agoni aptum eſt: ſubjicit ſtatim, πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν: quod ipſum ad lineam ſive regulam pertinere apparet, in qua ſermo iſte noſter magna ex parte conſumptus eſt. Et paulo poſt, initio ſequentis *capitis*, οὕτω στήκετε ἐν Κυρίῳ ἀγαπητοί. Etenim ut ab agonibus deduxiſſe ſi- C militudinem rear, facit coronæ verbum quod præcedit eo loci, quamvis alio relatum; ſed imprimis illa quæ antea protulerat, e quibus hic nonnulla modo aſperſimus: & vero quod athletico prorſus vocabulo ſtatim utitur, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι. At in hoc altero prioris *ad Timotheum* loco, ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν (quæ verba *libri* proxime ſequentis *cap.* XI. ad extremum adfero) præter τὸ ἴσθι, quod ad propoſitum ſermonem facit, τὸ μελέτα inſuper, quod *exercitationem* & *meditationem* ſignificat, e re athletica translatum nemo inficiabitur. Addam & D tertium, ex *Epiſtola* ejuſdem Pauli *ad Galatas* [6], στήκετε, (ait) καὶ μὴ πάλιν ζυγῷ δουλείας ἐνέχεσθε. ubi præter τὸ στήκετε, quod vel a Dielcyntinda ludo (ut ante monui) translatum eſt: ſane τὸ ζυγῷ traductum a Circenſibus equis, qui currus jugo aptari ſolent (unde ζύγιοι ἵπποι Suidæ οἱ ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ) exiſtimare malo, quam ἀπὸ τοῦ ζυγοῦ τοῦ ἐπὶ νηὸς, ἐξ οὗ ζυγῖται καὶ ζύγιοι ἐρέται οἱ μέσοι θρανίτων τῶν πρὸς τὴν πρύμναν, καὶ θαλαμίων τῶν πρὸς τῇ πρώρᾳ quorum & apud Suidam ipſum, & apud Euſtathium *ad Iliad.* ν. fol. 956. mentio: E ac multo magis a re gladiatoria ſive athletica; ex qua eleganter Polybius τὸ κατ᾽ ἄνδρα καὶ ζυγὸν, veluti per adagium aut metaphoram traduxit ad rem bellicam. Etenim *libro* I. fol. 19. Hervagianæ Editionis: Τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος, ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ᾽ ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγὸν οἱονεὶ μονομαχικῆς συνεστώσης περὶ τοὺς ἀγωνιζομένους τῆς φιλοτιμίας. Et *libro* II. fol. 91. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, δεῖ τοὺς μέλλοντας νικᾶν, συνθεωρεῖν πῶς δυνατὸν ἐφικέσθαι τοῦ σκοποῦ· F καὶ τί γυμνὸν, ἢ ποῖον ἔξοπλον μέρος φαίνεται τῶν ἀνταγωνιστῶν. οὕτω χρὴ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων προεστῶτας σκοπεῖν, οὐχ ὅπου τι τοῦ σώματος γυμνὸν, ἀλλὰ ποῦ τῆς ψυχῆς εὐχείρωτόν τι παραφαίνεται τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, &c. Unde poſſit quis non abſque ratione maxi-

---

1 Cap. III. *Epiſt. ad Philippenſ.* verſ. 12. & 13. De quo & aliis locis videnda quæ ſcribo *lib.* III. *cap.* XI. ad extremum.

2 Verſ. 14.

3 Cap. II. verſ. 17. ad hæc verba: Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων.

4 Cap. περὶ τῶν ἐν συμποσίοις παιδιῶν, col. 494 num. 20.

5 Vidit hunc locum Mercurialis cap. V. lib. III. *Artis Gymnaſt.*

6 Cap. V. in principio quod connectendum cum fine præcedentis.

ma, licet contra vulgatam omniam qui hactenus Pythagoræ præcepta ænigmatica explicarunt sententiam, non de statera, sed de scammate lineisque certaminis & stadii symbolicam istam Philosophi parænesim [1] accipere, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν: ut eadem sit hujus vis, quæ illius μὴ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν, de quo secundi hujus *Agonistici* capite primo abunde disceptatum fuit: cujus tamen eadem sit præcepti vis futura, quæ, si de statera exponeres, foret; nempe terminos modumque rei cujuslibet, atque adeo justitiæ transilire non oportere; atque (ut Clemens Alexandrinus in *supradicto loco* interpretatur) μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς ἀμοιβὰς ἴσον τιμῶντας τῆς δικαιοσύνης, & reliqua eo pertinentia. Ergo & in re militari, ζυγὸς ἐν τοῖς τακτικοῖς dicitur (eodem Suida teste) τὸ ἐκ παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος: a quo, non a boum jugo, (quicquid ille sentiat, ἀπὸ τῆς τῶν βοῶν πρὸς ἀλλήλους μάχης) translatum, ut sentio, τὸ ζυγομαχεῖν: quod Plutarchus *Catone* μεταφορικῶς usurpavit, πρὸς οἰκέτην ζυγομαχεῖν, quod ipsum a bobus tamen translatum alii cum Budæo autumant. Et vero hac significatione τοῦ ζυγοῦ apud Ælianum in *libro* περὶ στρατηγικῶν τάξεων Ἑλληνικῶν [2] crebra mentio; tanquam στήκετε illo B. Pauli *loco* scriptum sit, pro στοιχεῖτε: quando in aciebus instruendis, propter varias motionum figuras, aliud esse στοιχεῖν, aliud ζυγεῖν ibidem [3] ostenditur: hoc autem στοιχεῖν κανόνι a cursoribus petitum in *Epistolæ ad Philippenses* quopiam loco B. Paulum usurpasse, hujus *libri* septimo *Sermone* admonui. Veruntamen præstat jugum servitutis ita simpliciter accipere, ut ab hominum servitute ad præcepta Legis vetustæ ac Mosaicæ similitudo ducta esse intelligatur: quod persuadent verba illa Suidæ sic se habentia: Ζυγὸς ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ· καὶ ὁ Χριστὸς, Ἄρατε τὸν ζυγόν μου, ὅτι χρηστός ἐστι καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν· καὶ ζυγὸν τὸν τοῦ νόμου βαρύτατα φησὶν ὁ Δαβίδ.

CAP. XXXIV.

Στάσις in cursura, ut in pugilatu, quæ ἀνάπαυσις. Cursores a carceribus interdum diversis partibus missi ad eosdem athlothetas contendebant. Præludium ut in pugilatu, sic & in cursura. Cursores quando, id quod agerent, implevisse dicti. Ubi cursuram desinerent, ibi luctatores decertabant. Balbis, unitas carceribus, Myrias metis, cæteri numeri cursoribus a Philone comparantur: vetusto Lexicographo notato, Suida castigato, Eustathii beneficio. Valvæ templorum a balbidibus δίαυλος: ad quem Pausaniæ de Aura equa Phidolæ Corinthii locus pertinet. Dolichodromi cursus perfectus: exposito Plutarcho, ejusque Latino Interprete ac Mercuriale itidem notatis. Interius flectere. Agitatores equorum Circensium non nudi, sed galero, petaso sive galea caput opertum habuere, corpus reliquum tunicis e panno colorato. Athenæi præclarum in hanc rem testimonium. Episcopi orthodoxi, velut Agonistæ veri, pro Christiana in Deum pietate insigniti mitra, tanquam galero illo seu galea. Saltatoribus interdum æneæ galeæ attributæ ab auctoribus. Cursores non semper omni ex parte nudos decertasse: verum ita, ut manu clypeum, aut facem, vitisve ramum, pedibus autem endromidas ferrent. De Hoplitodromis in Notis, *sed & in contextu plurima: ut ad eorum similitudinem instructos & munitos Episcopos, sandaliaque ipsorum ab illorum endromidibus translata doceatur: illustratis non paucis ex* Epistola D. *Pauli* ad Ephesios *locis, in quibus e re athletica commode ab Apostolo metaphoram desumptam, præter Interpretum opinionem ostenditur. Facienda omnia fecisse apud Sueton. Ut sandalia in calceamentis, sive soleæ Caligæ, Caligulæ, Gallicula, ita* Campagi tzaggia *Udones.*

CÆTERUM ut quæ circa cursuram habeo selecta jam olim, vel observata nuper cætera depromam: στάσεως verbum, quod pugilibus præcipue convenire hujus initio *Sermonis* ostendi, ad cursores etiam pertinere verum est; eaque usurpata res non a stadiodromis modo, cum contactu metarum speratum ablaturi præmium, ibi fortasse (nam hoc asseverare nolim) consisterent: sed a diaulodromis quoque, cum reversuri ad carceres, unde cursum instituerant, paulisper ad metas morarentur, quo facilius cursum flectere in adversum, ubi aliquantulum respirassent; ac ferri postea rapidius, resumpto per brevem quietem spiritu, viribusque reparatis, quirent. Docet nos istud Isidor. Pelusiota *Palladio subdiacono* scribens *epist.* CXLIV. lib. III. fol. 533. inter cætera sic fere: Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σταδίοις στάσις καὶ ἠρεμήσις τῆς ἐναντίας τίκτει κίνησιν· εἰ μὴ γὰρ σταίη, οὐκ ἂν εἰς τοὐναντίον χωρήσειεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς κακίας εἰ μὴ παύσαιτο, οὐκ ἂν τῇ ἀρετῇ χώραν δοίη. Hæc nimirum fuit ἀνάπαυσις illa, de qua *lib.* I. *cap.* IX. in explicatione cujusdam apud Josephum loci cap. XX. lib. XIII. *Judaic. Antiquit.* agere memini. Præterea cursores ab iisdem carceribus qui progrederentur, non idem tamen, sed contrarium iter tenuisse reperio; ut ad metas obviam alii aliis fierent, dum ad athlothetas reverterentur. Hoc Themistius indicat *Orat.* XII. *Consulari in Jovianum*, fol. 145. libelli Stephan. Ὥσπερ δὲ ὑπὸ τὸν αὐτὸν ἀθλοθέτην ἵενται μὲν ἅπαντες οἱ σταδιεῖς, οὐ μίαν ἅπαντες τὸν αὐτὸν δρόμον, ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἔνθεν, οἱ δὲ ἔνθεν· ἀπαιτεῖ δὲ ἀγέρασος ὁ ἡττώμενος· ὅπως ἕνα μὲν ὑπολαμβάνεις τὸν μέγαν, καὶ ἀληθινὸν ἀγωνοθέτην. ὁδὸν δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν οὐ μίαν φέρειν, &c. συντετάσθαι δὲ ὅμως ἁπάσας πρὸς τὴν μίαν ἐκείνην καταγωγήν, &c. Tum vero ut in pugilatu præludium quoddam fuisse, ventilationem, χειρονομίαν, manuumque extensionem, sive porrectionem *libro* superiore *cap.* XIV. sub initium, docui: sic & antequam cursum legitimum inirent, soliti vario præludii genere athletæ, ut catulis lascivientibus, dum ad venationem deducuntur, in more est, contendere. Quod equidem a Papinio Statio lib. VI. *Thebaid.* significatum de cursoribus agente arbitror, cum ita cecinit:

—— tunc rite citatos
Explorant, acuuntque gradus, variasque per artes
Exstimulant docto languentia membra tumultu.
Poplite nunc flexo sidunt, nunc lubrica forti
Pectora collidunt plausu, nunc ignea tollunt
Crura, brevemque fugam nec opino fine reponunt.
Ut ruit ——

---

1 Cujus apud Theodoretum mentio initio lib. VIII. *de Græcarum affectionum curatione*, qui est *de Martyribus*, fol. 110. Editionis nuper a Fed. Sylburgio procuratæ anno 1592. Et apud Clementem Alexandrinum lib. V. *Stromat.* fol. 232. quos locos omissos ab Erasmo scias *Adagior.* Chil. I. cent. I. fol. 14. ubi Demetrium dum taxat Byzantium apud Athenæum lib. *Deipnosoph.* X. citat.

2 *Cap.* IV. VI. VII. XIII. XIV. XIX. XX. XXVII. XXVIII. XXIX.

3 *Ejusdem libri cap.* XXIV. & XXVI.

[illegible], quæ initio hujus *libri* de scammate ac [illegible] expressi. Quinetiam dum explorare [illegible] stadium ex asse, id est, a carceribus ad metas, & retro ad carceres fortasse, non [illegible] quidem, ut ad coronam prodesset, sed [illegible] proagonis & captandi spectatorum favoris, suæque industriæ ac alacritatis excitandæ causa [illegible] decurrere; veluti quod hodie in pil[illegible] lusu & in [illegible] ad equos agonibus fit, hac appellatione, *[illegible] Dames*, ubique in Gallia usurpatur, [illegible] Juli[illegible] Cæsaris verbum, licet per metaphoram [illegible] subindicat *lib.* [illegible], sive [illegible] αὐτοκράτορος [illegible], fol. 54. quo loco: [illegible] τὸ συνεχὲς [illegible] λόγῳ, [illegible], ὥσπερ οἱ [illegible] ἐν τοῖς [illegible]. Nec prætereundum [illegible] quod memoriæ occurrit ex [illegible] 9. pag. 2. cum cur[illegible] ad [illegible] metam, tum dictos id quod agerent [illegible] enim ille: Πῶς [illegible]. Postremo animadvertendum quod olim notavimus; ubi cursores, aut curruum certe agitatores [illegible] certa[illegible] solitos: id adeo colligere [illegible] Pollucis libro III. *Onomast.* cap. XXX. ubi de [illegible] (ait) τέλος καὶ τέρμα καὶ βατήρ. Et [illegible], ubi de [illegible], & [illegible] [illegible]. Et similiter Eustathius *in Home*[illegible] illud [illegible], fol. 1404. num. LVI. Ὅτι [illegible] [illegible] βατήρ. [illegible] τῆς πεντάθλων σκαμμάτων. ὅθεν [illegible] [illegible] λόγου. [illegible] τὸ πρῶτον [illegible]. Quod autem βαλβῖδα dictum locum utramque, tam illum, quem *carceres* Latini vocarunt, unde cursum inirent, quam illum in quo [illegible] inerent, Pollux memorat; & ab ipso (ut [illegible]) Suidas, cum ita scribit, βαλβίς βαλβῖδος, [illegible]. ἡ ἀφετηρία καὶ ὁ καμπτήρ (etiam [illegible] vocabulo significatur meta) id non ad [illegible]dromos, quibus integer ex asse a carceribus ad metam cursus fuit, sed diaulos, dolichodromos, & curruum agitatores pertinere arbitror: de qu[illegible] verba fecimus *libri* superioris octavo & [illegible] *capite*. Pereleganter Philo (ut omnia sol[illegible]) [illegible] ex quorundam opinione a stadi[illegible] similitudine, monadem [illegible], hoc est, carceribus, [illegible] autem seu [illegible], inter medios [illegible] cursoribus ab uno ad alterum locum properantibus comparavit. Nam ubi dixit in [illegible], fol. 152. [illegible], τέλος δὲ [illegible], hoc addit, παρ᾽ ὃ καὶ τινὲς [illegible] [illegible], βαλβῖδι [illegible] [illegible], τοὺς δὲ [illegible] τοῖς δρόμοις [illegible] ὥσπερ ἀπὸ βαλβῖδος φέρεσθαι μονάδος παρὰ μυριάδα τὸ τέλος ἵστανται. Nam quod in Excerptis ex vetere quodam *Lexico Græco-Latino* [1] ita scriptum legitur, *Carceres* [illegible]ῆρες, vel mendax vel mendosum esse censeo; nisi temperamento illo interpretationis, quod circa τὴν βαλβῖδα Polluci ac Suidæ superius adhibitum fuit, excuses ac lenias. Carceres quippe (si propriam significationem spectaveris) Græco vocab[illegible], & (ut est in vetusto *Latino-Græco Glossario* ex ejusdem Stephan. Edit. col. 30.) ἱππαφέται nuncupantur, locus nimirum unde ad cursuram equi mittuntur. Quamobrem translatione a cursoribus ducta, balbidis nomen de cujuslibet rei principio dicitur, ut Suidas [2] adnotat; cujus hæc verba sunt, etymon & notationem vocabuli ostendentia, sic fere: Ὥσπερ ἐκ βαλβῖδος τινός; οἱ [illegible] τῆς πύλης [illegible] δὲ ἀπὸ τῆς [illegible] ὑπὸ τὴν ὕσπληγγα γινομένη γραμμὴ, [illegible] δρόμον, βαλβὶς [illegible], [illegible]βὶς, καὶ ὑπερ[illegible] βαλβὶς, ἢ ἀπὸ τοῦ [illegible]. Ubi non dubito, quin pro βαίνω (a quo non βαλβὶς profecto, [illegible]) Suidas aut scripserit, aut scribere in animo habuerit, βάλλω: exposcente ita ipso etymo vocabuli: suadente quinetiam Eustathii testimonio in sup. *dicto loco* pagina 1404. num LV. ubi: [illegible] ἀπὸ τοῦ βάλλειν (ait) καὶ βαλβῖδες, οὐ μόνον [illegible] γραμμαὶ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, ἀλλὰ [illegible] καὶ ἄλλοις τοιούτοις [illegible] αὐτὰ. αἷς βαλβῖσιν, & cætera quæ superius adscripsi.

Porro ab his balbidibus (ut verisimile mihi fit) Templorum sive Ecclesiarum, quibus apud Christianos æque ac Circo & stadio veteribus Ethnicis ob agones sacros ibi exhibitos & sacrificia in vicinis lucis peracta religioso navis figuram inesse constat, ostia, valvarum nomen invenere. Atque huc facit quod in *Glossario* illo veteri *Latino Græco* col. 220. Edition. Stephan. *Valuarum* appellatione tam ædis sacræ sive templi, quam Circi seu equestris spatii fores, designari traditur his verbis: *Valuæ per U vocalem si scribantur significant* θύρας ἱερᾶς, καὶ θύρας ἱππικᾶς, καὶ θύρας σιπλώτας. Et sane habet Circo sive stadio prophano, templum seu ædes Christo Domino dicata, istud assimile; quod hic decurratur a properantibus ad Ecclesiastica & sacrosancta munia officiaque peragenda Clericis; non quidem pernicitate ac velocitate corporis, sed studio ac sedulitate indefatigabili; ut cujus Regalis ac Sacerdotalis scilicet coronæ figuram eorum quisque gerit in vertice; ipsius veritatem post laborum in isto seculo consummationem, in altero longe fœliciore sibi a Christo impertitam accipiat, ejusque gloria in æternum perfruatur. De Circi quidem carceribus, proræ figuram referentibus, cujus rostrum adversus stadium protenderetur, e Pausania in *Eliacis* a me scriptum nonnihil hujus *Agonistici* cap. VII. De ipsarum Ecclesiarum oblonga forma in navis modum constructarum, in quarum summo altaria quasi puppis in navi extet, a B. Clemente in *Apostolicis Constitutionibus* [3] agitur.

Diaulon esse geminum cursus ad eandem stadii partem retracti spatium, cum ab ipsis Grammaticis doceatur; tum vero, metaphorice licet, loquutus idem Philo περὶ τῶν μετονομαζομένων, fol. 37. manifeste comprobat his verbis: N[illegible] δ᾽ οὐκ

---

1 Adjuncto *Glossariis* per Steph. editis cap. *de spect.[illegible]* περὶ θεαρίων, fol. 274.

2 *In* βαλβίς, ubi [illegible] ὕσπληγγα nihil aliud esse, [illegible] ἀφετηρίαν, locum scilicet unde cursores homines equive mitterentur, ex eodem Suida intelliges *in* ὕσπληγξ, quo loco inter cætera istud a Josepho: Οἱ δὲ ἑστᾶσιν ὥσπερ ἐφ᾽ ὕσπληγγος ἐξορμᾶν ἕτοιμοι: & vero ex eo Heliodori quem exhibui *cap.* XXX. *libri* superioris: ac ex illo denique Chrysostomi de Circensibus equis agentis loco, quem *cap.* XXVIII. hujusce *libri* protuli.

3 Lib. II. cap DVII. ex quo D. Bernardo Durantus protopræses Tolos. lib. I. *de ritibus Eccles. Cathol.* cap. III. ubi de ædium sacrarum forma,

εἰδ' ὅτι παθοῦσαι συντόμως παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐπανήκηπ' φήσουσιν οὖν, ὅτι οὐκ αὐταὶ γεγόνασιν αἴτιαι τοῦ τὸν δίαυλον ἐπὶ τὰ αἰσθητά, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ ἀπνοῦσι καὶ μετὰ πολλῆς ῥύμης δραμεῖν. Magis autem perſpicue, quando non itidem ut ille alter figurate, Pauſan. lib. I. *Eliac.* fol. 165. Wecheliani libri, his admodum verbis: *Καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν (ἐπιγραμμάτων) ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων, βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. τὸ δὲ ἐστὶ τοιόνδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ.* Itaque de diauli curſu exponendum videtur, quod Auram Phidolæ Corinthii equam narrat Pauſanias *Eliac.* II. fol. 149. excuſſo domino in ipſis pene carceribus, nihilominus curſum, ut oportuit, cum ſe circa metas convertiſſet, continuaſſe; audito tubæ ſono etiam acceleraſſe, atque ad Hellanodicas ita perveniſſe; ut ibi velut victoriam domino ſibique partam agnoſceret, ſtatim reſtiterit: *Ἡ δὲ ἵππος ἡ τοῦ Κορινθίου Φειδώλα,* (inquit) *ὄνομα μὲν (ὡς οἱ Κορίνθιοι μνημονεύουσιν) ἔχει Αὔρα. τὸν δὲ ἀναβάτην ἔτι ἀρχομένου τοῦ δρόμου συνέπεσεν ἀποβαλεῖν αὐτήν, καὶ οὐδέν τι ἧσσον θέουσα ἐν κόσμῳ περί τε τὴν νύσσαν ἐπέστρεφε, καὶ ἐπεὶ τῆς σάλπιγγος ἤκουσεν, ἐπετάχυνεν ἐς πλέον τὸν δρόμον, φθάνει τε δὴ ἐπὶ τοὺς Ἑλλανοδίκας ἀφικομένη καὶ νικῶσα ἔγνω, καὶ παύεται τοῦ δρόμου.* Ac de diauli quoque, non de ſtadii curſore, Papinii locum aliquem intelligendum ſuperius hoc ipſo *libro* admonui. Perfectum fuiſſe dolichodromi curſum, non æquæ dignationis ſtadiodromum; ex eo Phocionis verbo de Leoſthenis victoria cognoſcimus, quod a Plutar. ſic relatum fuit *πολιτικοῖς παραγγέλμασι*, fol. 1437. *Καὶ Φωκίων ἐπὶ τῆς Λεωσθένους νίκης, Καλὸν τὸ στάδιον εἶναι, δεδιέναι δὲ τοῦ πολέμου τὸν δολιχόν.* Ubi ſtadium pro initio, dolichum pro fine atque conſummatione victoriæ poſitum non abs re ſentias: cum tamen Interpres Latinus dolichum pro diaulo perperam accepiſſe videatur; qui ſic vertit, *Phocion vero ſuper victoria Leoſthenis, Pulchrum ſibi,* inquit, *videri ſtadium, verum metuendum eſſe belli recurſum.* Atque ita Epicrates Laidem, quæ ad extremam ſenectam longiſſimo velut annorum curriculo perveniſſet, dolichum annis jam decurrere dixit eleganter apud Athenæum [1]: quo loco admodum feſtive ipſam aquilæ comparavit:

Αὕτη γὰρ ὁππότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα,
Ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη,
Εἶδες δ' ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον θᾶττον ἄν.
Ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν ἤδη τρέχει,
Τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος·
Ἰδεῖν μὲν αὐτήν ῥᾷόν ἐστι καὶ πτύσαι, &c.

Quod autem iſtarum alioqui aliarumque rerum ſcientiſſimus Mercurialis, dolichum, duplex uno curſu ſtadium; diaulum, duplex ſtadium & ipſum, ſed reflexo curſu fuiſſe ſcribit lib. II. *de Arte Gymn.* cap. x. de curſu: velut ſi dolichi curſum non fuiſſe reflexum exiſtimaverit, (alioqui non diſtingueret a dolicho diaulon, quod in animo tamen ſe habuiſſe ſatis ſignificat) aut errat ipſe toto cœlo, verique lineas & ſcamma tranſilit; aut fallor ego vehementer: ſed qui duces itineris tamen haud paulo meliores quam ille ſit, ex Veteribus habeo quos ſequar, Parmenonem imprimis Epigrammatarium citatis ab illo verſibus: cum ait (quod alioquin & fruſtra & falſo protuliſſet) *πολλὰ ἀνακυκλεῖται δολιχοῦ δρόμος.* Alterum, quod nunc quidem meminerim, Suidam: *Δολιχά, μακρὰ πολλά. Δολιχὸς τὸ ἱπποδρόμιον* (inquit) *ἀπὸ τοῦ κάμπτειν· στάδιον δὲ ὁ ὀρθὸς δρόμος.* Utut ſe res habeat, certe ad metas qui propius, ſine ipſarum tamen contactu accederent, interius flectere in agitatione currus dicebantur: unde ducta metaphora, *de Tranquillitate animi* cap. IX. Seneca: *Non in curſu tantum* (inquit) *circique certamine, ſed in his ſpatiis vitæ interius flectendum eſt.* Statius Papinius lib. VI. *Thebaid.* de curuli certamine agens:

Speravit flexæ circum compendia metæ
Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipaſſe viam: necnon & Theſſalus heros
Spe propiore calet, dum non cohibente magiſtro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

Porro quamvis nudos quoque curſores, proinde ac pleroſque alios athletas fuiſſe non dubitem, agitatores equorum agonalium tamen e galero ſive petaſo (cujus lib. *Machabæor.* II. cap. III. mentio fit) ſive potius galea (nam de Hierocle aurigario, ſeu agitatore, cui ſe tanquam viro ſubſternebat Heliogabalus monſtrum Imperatoris, agens Dio [2] *κρανος* nuncupat) & item e panno praſino, veneto, albato, & ruſſato (Romæ quidem) cum ſuis factionibus [3] diſtinguebantur, e quo confectæ tunicæ, *xyſtides* a Græcis dictæ, ſic ut Suidas [4] retulit: quo loco: *Ξυστὶς λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι μέχρι τοῦ νῦν φοροῦσι πομπεύοντες. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς.* In Bacchica igitur ſive Bacchanali pompa illa, quam Ptolemæus Philadelphus Ægypti rex adornaverat, ſicuti Athenæus [5] refert; currus, quos elephantes, hirci, leones, oryges, bubali, ſtruthiocameli, & alia varii generis animalia traherent, conſcenderant adoleſcentuli cum petaſis & aurigarum tunicis; quibus ſe comites addiderant pueruli, exiguis peltis, thyrſorumque haſtis in-

1 Lib. XIII. *Deipnoſoph.* fol. 239. De diaulo & dolichodromo ſcripſi ſup. *lib.* I. *c.* XXVIII. & XXXI. ad fin. ubi vide ſi vacat.

2 Vide Xiphilinum in *Avito Pſeudantonino Heliogab.* fol. 351. de Hierocle: *Ἁρματηλάτης ἐγένετο κἀκ τούτου, καὶ παραδοξότατα αὐτῷ ἠρέσθη. ἐν γάρ τοι ἱπποδρομίᾳ τινὶ ἐκπεσὼν τοῦ ἅρματος,* &c. *τότε κράνος ἐν τῇ πτώσει ἀπέρριψε,* &c. Sic *πέτασον*, ſive *πῖλον*, aut *πιλίδιον Θεσσαλικὸν* a Sophocle in *Oedipo Colonæo* *ἡλιοστερῆ κυνῆν Θεσσαλίδα* nuncupari dudum animadvertit Hadrian. Junius cap. VI. lib. VII. *Animadv.* Cum Plato τὸν *πῖλον* ad pedum integumenta, quæ noſter Ulpian. *impilia* vocat, retuliſſe in *Sympoſio* videatur, ſicuti *τὸ κράνος galeam* pro perſona, tragicis comicisque actoribus Lucianus in *Anacharſi* ſive *περὶ Γυμνασίων* tribuit, ubi de Scenicorum vario habitu atque veſtitu. De petaſo & galero vide cætera, quæ adfero in hanc rem *lib.* ſeq. *cap.* XXVIII.

3 De quibus vide Briſſon. *Lexici appendicem* in *factiones* & *factionarii*. De pannis vide Xiphilinum in *Antonino Caracalla*, fol. 331. & in *Avito*, fol. 350. Zonaram in *Juſtiniano* ſub initium, & in *Michaele Theophili filio*, fol. 128. Et Iſidor. Hiſpal. cap. XLV. lib. XVIII. *Orig.* & Lazium in *Comment. Reip. Rom.*

4 *In ξυστίς.* Quod a Scholiaſte Ariſtophanis deſumptum ad illud ex initio *Nebularum* *ὥσπερ μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων.*

5 Lib. V. *Deipnoſoph.* circa initium fol. 60. & 61. Aldin. lib. quem locum habuit in animo Euſtath. in *Theſauro* Steph. citatus: in quo & hoc ex eodem Athenæi *libro* relatum reperias, quod huc quoque pertinet, *εἶχε δὲ αὐτῶν ὁ μὲν πέτασον καὶ κηρύκειον χρυσοῦν.* Vide alios locos, quos adfero *lib.* ſeq. *cap* XXVIII.

A ftructi : Ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀνεβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα λινουργικοὺς καὶ πετάσους. Et ftatim : Ἐσχημάτιστο δὲ τὰ μὲν [illegible], τὰ δὲ παιδάρια [illegible], τὰ δὲ [illegible]. Quo loco nihil potuit illuftrandæ atque confirmandæ opinioni de Petafo noftræ, ad illum ex *Maccabæorum Hiftoria* locum exponendum commodius atque aptius proferri. Ad horum agoniftarum fimilitudinem non minus, quam ad Judaicorum illorum fub Lege Mofaica Pontificum exemplum, decertaturo pro Chrifti Domini religione, ipfaque adeo Ecclefia facro-fancta (quam veluti currum quendam agerent atque gubernarent) Epifcopos mitra tanquam ga-B lea infignitos, ex Apoftolica traditione jamdudum Orthodoxi & Catholicæ fidei affertores Patres voluere : quali eos ornatu, cum facra faciunt, vel devotionis gratia in publicum procedunt, hodieque fulgentes intuemur. Quamobrem & ipfos agoniftas nominatos in ea oratione myftica fcimus, quæ in imponenda capiti Epifcopi confecrati mitra de more ab Archiepifcopo feu Metropolitano ex Ordine Romano pronunciatur. In *Pontificalis* enim *orationis* libro manufcripto, quem habet Metropolitana D. Stephani apud Tolofam noftram Ecclefia, fic fcriptum [1] : *Imponimus Domine capiti hujus Antiftitis & Agoniftæ tuæ galeam munitionis & falutis; quatenus decorato facie & ar-C mato capite, cornibus utriufque teftamenti terribilis appareat adverfariis veritatis, & te largiente gratiam impugnator eorum robuftus exiftat*, & reliqua. Quo tamen loco (ne quid diffimulem) afpexiffe auctorem illius orationis vetuftum (quifquis is eft) ad Beati Pauli locum iftum ex *Epiftolæ ad Ephefios* capite ultimo, qui τῆς περικεφαλαίας τοῦ σωτηρίου mentionem habet, atque a nobis extremo *capite* fequentis *libri* proferetur, verius arbitror. Sane non agitatoribus equorum, fed faltatoribus viris in proceffione five pompa ludorum, qui diebus feftis Romæ fuo tempore peragerentur, [illegible] χάλκεα D λόφοις ἐπισήμοις κεκοσμημένα καὶ πτεροῖς, *æneas galeas infignibus criftis & pinnis exornatas*, Dionyfius Halicarnaffeus affignat lib. VII. Ῥωμ. ἀ. Ἀρχαιολ. fol. 475. & 476. ubi agitatores illos, five aurigarios, neque nudos non fuiffe, neque pannis coloratis ullis invicem difcretos, athletas vero nudos, ac fubligaculo tantum (de quo hujus *libri capite* II. ac III. loquuti fumus) accinctos fuiffe traditur. Interdum tamen & manibus ipfis nonnihil, puta clypeum, aut facem ferebant, (ficuti Paufania [2] docente intelligitur) aut vitis ramum uvis onuftum, quem ὄσχον vocabant : ut in Sci-E riis prope Athenas ephebi a Bacchi templo ufque ad Sciradis Minervæ delubrum curfu certantes, quemadmodum Athenæus [3] eo loco fcribit, ex quo verba hoc ipfo *libro* me attuliffe, cum de vetuftis ludorum aut agonum præmiis agerem, recordor. Sæpe autem pedibus, (ut puto) quibus allaborandum curfores habuere ; ficut faltatores plumbeum orbem, five manipulum, μολυβδίνας χειροπληθεῖς ἐν ταῖν χεροῖν ἔχοντες, (ut Lucianus auctor *Anacharfi*) cæftum pugiles manibus, auribufque ἀμφωτίδας, (quomodo *libro* fuperiore fub init. ubi de pugilatu & pancratio differuimus extremo *cap.* XI. oftenfum fuit) quoddam calceorum genus fuperinduxiffe, quod ἐνδρομίδας dicerent, de ipfo Polluce didici : qui hoc tradit cap. XXX. lib. III. *Onomaft.* fub. fin. in col. 191. ἀπὸ δ' ἐκαλεῖτο τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα : quibus etiam cnemidum, id eft, ocrearum, nomen inditum fuiffe Paufania docente fuperius hoc ipfo *libro*, *cap.* XXIII. ad finem, oftendi. Unde, mirum nifi fandalia Epifcoporum (quæ Ordo Romanus [4] *pedulia* nominat) velut agoniftarum in ftadio Ecclefiæ Catholicæ ac orthodoxæ ad honorem Chrifti Domini Deique Patris decurrentium (eo potiffimum tempore, quo ad altare, vel in proceffionibus, vel in ftationibus preces ad ipfum folenniter pro peccatis populi fundunt, mitram five galeam geftantes capite; ficuti modo dicebamus) in ufum Ecclefiafticum venerint. Nam tametfi *Epift. ad Ephef.* cap. VI. & ultimo verf. 15. jubet Apoftolus Paulus, effe Chriftianis calceatos pedes in præparatione Euangelii pacis, fic fere : Καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. fcutum quoque fidei & galeam falutis gladiumque fpiritus affumi ftatim verf. 16. & 17. præcipiat, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος : & quod ante verf. 11. 13. 14. dixerat, induere loricam juftitiæ, & armaturam Dei, ad refiftendum infidiis diaboli : Ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς, inquit, στῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου. Atta-D men verum eft armatos omni ex parte athletas nonnunquam Pythicis agonibus in ftadio decurriffe : cujus rei fidem non levem facit Heliod. mentionem τῆς πανοπλίας Theagenis injiciens init. libri IV. *Æthiopicon* : quo ex loco verba, cum de fortitionibus athletarum loquerer, fuperioris *libri cap.* XXIV. ad extremum attuli. De armatis etiam (curforibus utique, ut opinio mea fert) agentis Heliodori alia verba ex eodem loco in ejufdem *libri cap.* XXX. ubi de citationibus athletarum præconiis differitur, conjeci : de quibus ipfis ex profeffo in extremo *cap.* XXIII. hujufce *Agoniftici* fecundi, e Paufania fuper Heliodorum ipfum, & Pindaro. E Ut autem ab athletis potius, curforibus nimirum, quam a militibus (quorum tamen imaginem quandam & imitationem athletas præferre, *libri* proximi *cap.* VI. demonftrabitur) deductam fimilitudinem,

---

1 In Cap. *de examinatione, ordinatione & confecratione Epifcopi*. Videfis & in *Pontificali* excufo Venetiis anno 1582. fol. 35. in cujus Parte III. fol. 231. pag. 2. ubi de Miffa Pontificali, hæc oratio ad fumptionem mitræ dicenda proponitur : *Mitram Domine & falutis galeam impone capiti meo, ut contra antiqui hoftis omniumque inimicorum meorum infidias inoffenfus evadam*.

2 In *Corinth.* fol. 42. Ald. exempl. De ftadiodromis, diaulodromis, & dolichodromis iftud accipe, a quibus alii fuere hoplitodromis curforum armati. De his videndus Paufan. *Eliac.* II. in fol. 147. Ald. lib. & Plato lib. VIII. *de Legib.* fol. 833. ubi ψιλοὺς, hoc eft, *inermes*, curfores refpuit, & fol. 834. Illos non item, utpote ad rei militaris meditationem, atque adeo exercitationem F pertinentes. Quamobrem ipfos Olimpiade fexta & fexagefima primum probatos & receptos fuiffe Paufanias refert I. *Eliacon*, fol. 121. primumque cum clypeo curforem victorem declaratum Heræeum Demaratum, videfis & Paufaniæ locum de Nerone ex lib. I. *Eliac.* quem lib. III. *Agonift.* cap. XV. proponam de clypeis : & quæ fcripfi fup. hoc *Agonift.* II. cap. XXIII. ad fin.

3 Lib. *Deipnofophift.* XI. fol. 369. Latinæ verfionis, Aldinæ vero Edit. Græcæ fol. 201.

4 In *Oratione* : *Quando electus in Epifcopum induitur cambagis & fandaliis, quæ dicitur ab Epifcopis : fratrem fcilicet noftrum tua benedictione calceari fac pedulibus iftis in præparationem Euangelii pacis*.

dinem, ubi D. Paulus de armatis loquitur, sententiam: ea cumprimis ratione moveor, quod *pales*, id est, colluctationis, (athletici scilicet agonis) ibidem vers. 12. ab Apostolo injecta mentio, dum ita scribit: Ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, & reliqua. Ei autem esse in more, ut non modo translationibus a re athletica desumptis utatur, familiaremque cursorum illam & veluti peculiarem habeat; verum etiam ex variis agonibus deductas, ut simul alias aliis permisceat: hoc sane cum alibi, tum etiam præcedenti *Sermone* palam fecisse me arbitror. Huc accedat, quod ex eadem B. Pauli *ad Ephesios Epistola* eodem capite vers. 13. & 14. hæc itidem verba (nisi me fallit animus) omnino ad rem athleticam pertinent: Ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι, *ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare*, Item, Στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate*, hoc est, (ut equidem interpretor) vere ac bona fide: quod Gallica lingua dicimus, *a bon escient, de bonne sorte, entierement*: quem locum ita de militibus explicat B. Chrysostomus [1] ut ad pugiles quoque & luctatores referendum esse manifestissimum faciat; his omnino verbis, quorum nonnulla *cap.* x. *libri* superioris exhibui: Οὐκ ἄρ' ἁπλῶς τινα στάσιν φησὶν, ἀλλ' εὔτακτον· καὶ ὅσοι πολέμων εἰσὶν ἔμπειροι ἴσασιν ὅσον ἐστὶν εἰδέναι ἑστάναι. εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ παλαιόντων τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων παρεγγυᾷ τὸ ἑστάναι, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς πράγμασιν, &c. ὁ ἑστάναι εἰδὼς, ἀπ' αὐτῆς τῆς στάσεως ὥσπερ ἀπό τινος θεμελίου πάντα εὐμαρῆ ἕξει τὰ τῆς πάλης. Atque hoc quidem de lumborum præcinctione, (ut apparet ex iis quæ de cingulo lumbari sive subligaculo athletarum *cap.* II. ac III. hujusce *libri* plena manu exhibui) quamvis ad membrorum mortificationem a nostris referri vulgo soleat: ac insuper a Monachorum institutoribus [2] accipi, quo magis ad cunctos usus & opera monasterii non solum mente promptus aliquis, sed etiam ipso habitu semper expeditus incedat. E re athletica depromptum id quidem; quod περὶ τοῦ στῆναι superiore *Sermone* ad extremum, explicandis D. Pauli aliis locis: & quæ de recta lucta & stando in gradu ad Papinium Statium *cap.* x. atque XI. *libri* superioris, disserui. Porro autem illud πάντα κατεργασάμενοι, non aliunde commodius atque adeo verius explicari potest, quam ex iis, quæ de opere per patientiam perfecto atque consummato, cum per totam & integram diem sacris in agonibus legitime decertatum foret; περὶ τῆς κατασκευῆς καὶ τοῦ τελείου ἔργου, ad rem athleticam omnino pertinentibus (ut ipse compertum habeo, licet a nemine adhuc traditum, quod sciam) & rebus & vocabulis, a D. Jacobo, & Galeno per nos copiose ac dilucide differentur *libro* [3] proximo, si Deus dederit. Ex quibus illud etiam Divi Pauli *de die mala*, vel potius *laboriosa*, περὶ τῆς ἡμέρας τῆς πονηρᾶς, quod superius attuli (perquam continuatis laboribus decertandum ad supremam usque horam is qui consummandus esset, habuit) explicandum censeo: ut non ad totam præsentem vitam, ubi tentationum pugna imminet, quemadmodum Oecumenio & Lyrano visum referatur: sed ad id hujus vitæ tempus extremum, scilicet, in quo quis pro Dei nomine perpeti varia tormenta & capitale ipsum (si opus sit) supplicium, debeat: Et tamen si quis τὸ πάντα κατεργασάμενοι στῆναι, cujus interpretatio vulgata, *& in omnibus perfecti stare*, mihi nondum satisfacere omni ex parte potuit: pro quo debuit verti, ut videtur, *& postquam omnia confeceritis*, aut *expleveritis, stare*. (tametsi dici potest, ex hoc illud consequi; nimirum perfecti ut ipsi sint, qui omnia compleverint atque confecerint, juxta illud B. Jacobi eo cap. I. *Epistolæ Catholicæ*, quod *Agonistici* superioris cap. v. & x. exhibui, & Interpretem de sententia magis, exemplo Septuaginta Virorum, de quibus hoc notat apud *Esaiam* D. Hieronymus *lib.* VI. *ad cap.* XIII. fol. 142. quam de propria verborum significatione laborasse) Verum siquis Græca illa D. Pauli, quæ protuli modo, ad istud dictum solemne hieronicarum coronam ab athlothetis aut Hellanodicis & agonum judicibus venerabunde poscentium retulerit (juxta ea quæ initio *capitis* hujus attigimus) quo se omnia facienda fecisse prædicabant, quantum e Suetonii *Nerone* [4] colligitur, illisque Xenophontis & Horatii testimoniis, quæ ad ipsum illustrandum lib. III. *Semestr.* cap. XXIII. indicavi, ab eo quod verum est aberraturum non esse crediderim. Quod enim Oecumenio τὸ κατεργάσασθαι *conficere* est & *extinguere*, sive *opprimere*, *omnia* vero ad passiones & concupiscentias refert, nequam placet, ac subtilius quam verius arbitror: Ἅπαντα, inquit, οἷον τὰ πάθη τὰς ἐπιθυμίας κατεργασάμενοι, οἷον καταπολεμήσαντες στῆναι νικηφόροι τινὲς καὶ λαμπροὶ τῷ τροπαίῳ. πολλοὶ γὰρ μετὰ τὸ νικῆσαι πάλιν ἔπεσον. Quæ omnia cum ita se habeant; non improbabiliter equidem superius originem sandaliorum, quæ sacra facientibus Episcopis cætero vestitu mystico & sacro spiritualem armaturam illam de qua Paulus præceperat, designante, amictis atque instructis, in usu solemni sint [5]: ab endromidibus cursorum per metaphoram, aut, quam ante memoravi, similitudinem (ut videtur) petii: præsertim cum de sandaliorum hujusmodi significatione mystica locutus Durandus Mimatensis olim Episcopus [6] non aliter senserit: cujus hæc omnino verba sunt, quæ hoc magis referre juvat; quoniam alioqui possit in controversiam a contentiosis hominibus adduci, utrum nudis potius pedibus incedere Apostolorum successores, imitatores, & vicarii quidam Episcopi, quam sandalia ferre debuerint: cum Dominus in *Evangel. Lucæ* cap. x. vers. 4. Discipulos suos ad ejus prædicationem mittens sine marsupio, pera, & calceamentis, & omnibus per viam insalutatis ire præceperit, sic fere: Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν, μηδὲ ὑποδήματα, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε: atque Pauli locus de induendis calceamentis, non ad Episcopos aut Evangelii prædicatores, sed ad fideles omnes Christianos pertinere videatur. Verum-

1 *Serm.* XXIII. fol. 199. Videsis & B. Basilium *Asceticis*, ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος quæst. XXII. περὶ ζώνης.

2 Vide Joannem Cassian. lib. I. *Institut. Monast.* cap. ultimo.

3 *Lib.* III. *cap.* VI. & X. ad finem, & initio *cap.* XV. & sub finem. Attigi nonnihil superioris *libri* *cap.* XXXII. in ipso initio.

4 In *ejus Vita* cap. XXIII. ubi: *Judices autem prinsquam inciperet reverentissime alloquebatur: Omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse fortunæ.*

5 Vide in *Ordine Rom.* ubi de consecr. Episc. fol. 99.

6 In *Rationali divinorum officior.* lib. III. cap. VIII. De sandaliis plurima Durandus (his tamen omissis) lib. II. *de Ritibus Eccles.* cap. IX.

tame: Durandi haec verba sunt, qui superiora viderat: *Q[illegible] atque illuc manibus ducuntur* (inquit) *[illegible] & [illegible]tur: [illegible] quod [illegible] procedere debet, ut nulli onere suo existat, & ne in via [illegible]: nam frustra velociter currit, qui [illegible] ad metam perveniat deficit* 1. *Mystice enim sandalia cursum praedicatoris significant.* Hactenus ille. Ac recte quidem. Non enim Apostolis, neque adeo Episcopis, prohibita fuere a Domino sandalia sive soleae, (sicuti hoc nominis a B. Augustino in *de Consens. Evangelistarum* lib. II. cap. XXX. fol. 186. exponitur) aut caligae, quemadmodum D. Hieronymus lib. V. *Commentar. in Esaiam cap.* XX. Tomo IV. fol. 121. interpretatur, & apud B. Lucam *Actuum* XII. vetustus Interpres reddidit: sive *caligulae*, (quo militari vocabulo tegmen pedum manipularis seu gregarii militis, qui caligatus inde dictus, notabatur 2) sive *gallicula* ut habet *Greco-Latinum Glossarium* Henrici Stephani, unde nostrum *Galoches* deductum: tametsi aliis calceamentis uti vetarentur, totum utique pedem e superiore [illegible] parte obtegentibus, ut B. August. in *de Consensu Evangelist.* lib. II. cap. XXX. fol. 186 atque Tertullian. in lib. *de Pallio* interpretantur: idque ex ipso *Evangelio iuxta B. Marcum* 3 intelligitur; cujus haec ea de re verba sunt: Καὶ παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἵνα μηδὲν αἴρωσιν εἰς ὁδόν, εἰ μὴ ῥάβδον μόνον· μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ εἰς τὴν ζώνην χαλκόν· ἀλλ' ὑποδεδεμένους σανδάλια· καὶ μὴ ἐνδύσασθαι δύο χιτῶνας. Quamobrem in *Act. Apostolorum* cap. XII. vers. 8. exiturus e carcere D. Petrus ab Angelo jubetur accingi & sandalia sumere. Εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν, (inquit B. Lucas) περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου: quod a vetusto Interprete ita redditum habet Vulgata Versio, *Praecingere & calcea te caligas tuas*. Monachos Aegyptios Cassianus refert lib. I. *Instit. Monastic.* cap. X. calceamenta velut interdicta Evangelico praecepto recusasse: cum autem infirmitas corporis, vel matutinus hyemis rigor, seu meridiani aestus fervor exigeret, tantummodo caligis suos pedes munivisse. Quibus tamen caligis quamquam licito uterentur, utpote Domini mandato concessis, nequaquam tamen pedibus eas inhaerere permisisse, cum accederent ad celebranda seu percipienda sacrosancta mysteria. Sed hoc sane Synodo [illegible] annum Christi 742. a S. Bonifacio & Francorum Episcopis sub Carlomanno duce & principe Francorum habitae displicuisse reperias: cujus Synodi cap. CCIV. [illegible] cautum est 4, *ut unusquisque Presbyter Missam Ordine Romano cum sandaliis celebret*. Sandaliis hodie, solius scilicet honoris causa, ut caeteris ornamentis, utuntur Episcopi: quae *compagos*, aut *campagos* potius a Gregorio 5 nominari quidam existimant, cujus verba Gratianus in *Decreti sui Compilatione* retulit; & sane ita est, idque perspicue apparet ex iis quae de consecratione electi in Episcopum habentur in *Ordine Romano* 6 Adeo a simplicitate, abjectione ac humilitate illa Ecclesiae primitivae, atque Christiana sive Apostolica, posteriores recessere (hac quidem in re) Apostolorum successores Episcopi, seu Cardinales etiam Presbyteri, quibus campagorum itidem ferendorum jus est; quod genus fuisse Regii calceamenti forsitan ex eo, quod Imperatores isto aut simili uterentur in campis & militia, (φοινικὰ πέδιλα & κοκκοβαφῆ Zonaras in *Basilio Porphyrog.* nuncupat fol. 172. & 173. a quibus diversa quae τζάγγια Curopalates in *de Officialibus Constant.* pag. 56. vocat in ambulationibus atque adorationibus usurpata) e Capitolino in *Maximinis*, & Trebellio Pollione in *Gallieno* cognoscitur: ut amictu toto non coccineis modo calceis purpuratos ac trabeatos seculi Reges, tuendae scilicet auctoritatis Ecclesiasticae gratia, vel amplificandae Romanae ac Pontificiae dignitatis ergo, exprimendos sibi potius, quam sequendam & imitandam Apostolicam tenuis vitae rationem, aut Christi Domini praeceptis parendum esse duxerint. Clericis quidem Ecclesiae Romanae, proinde ac Senatui suo concessum a Constantino Imperatore, ut calceamentis uterentur, quae udonibus, id est, candido linteamine illustrata essent; ex palaea illa 7 cognoscimus, quae Donationem Romano Pontifici ab Imperatore factam complectitur. Verum, tametsi ornatus quidam & circa calceamenta & amictum caeterum, non modo non in vitio Episcopis, sed & in praecepto est Apostoli: ornatum tamen talem esse denere qui deceat, hoc est, qui a proprio Christiani hominis scopo non abhorreat, sed paratu facilis ad ipsum cujusque necessarium usum exigatur, D. Basilius praeclare inter caeteros docet, in *Asceticorum quaestionibus tractatis* 8: Εἶναι τινὰ καὶ Χριστιανῷ ἰδιότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἔθους ἀπρεπὲς καὶ ἀκόλουθον, σώζουσαν τὴν ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου παραδεδομένην κοσμιότητα. ποτὲ μὲν τὸν Ἐπίσκοπον κόσμιον εἶναι διοριζόμενος, ποτὲ δὲ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ εἶναι διαταττόμενος· τῷ κοσμίῳ δηλονότι, ait, κατὰ τὸν ἴδιον τοῦ Χριστιανοῦ σκοπὸν νοουμένου. ὁ αὐτὸς δέ μοι λόγος καὶ περὶ ὑποδημάτων· ὥστε τὸ ἀπερίεργον καὶ εὐπορώτερον καὶ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς χρείας ἀρκοῦν, τοῦτο αἱρετὸν εἶναι ἐν ἑκάστῳ καιρῷ. Quod enim eo usque mollitiei luxusque dilapsi homines forent B. Chrysostomi temporibus, ut & calceos exornarent, & omni ex parte, aeque ac faciem suam alii componunt, variare solerent: hoc adeo ipse in quadam *Concione* 9 improbat, ut animae impurae ac depravatae signum id esse dixerit, magnumque perditae mentis argumentum atque significationem. Calceis enim sic utendum, ut propter Deum in ipsis usum dumtaxat quaeramus. Sed haec satis superque.

---

1 Cap. *incassum* dist. III. *de Poenit.* apud Gratianum ex Gregor. *lib.* I. *cap.* XL. *ad cap.* I. *in Jobum*.

2 Vide Tacitum lib. I. *Annal.* fol. 12. Edit. Antuerp. & ibi Lipsium e Suet. in *Caio Caligula*, cap. IX. & *Augusto*, cap. XXV. & aliis. Vide Brisson. *Lexico* in *Caligatus*, & quae ad ipsum adnoto.

3 *Cap.* VI. vers. 8. & vide Jansen. in *Concordia in Histor. Evangel. cap.* LV.

4 Vide in *Capitulario Caroli Magni* lib. V. fol. 161. Edition. anni 1588.

5 *Lib.* VII. *cap.* XXVIII. unde sumptus canon *pervenit*, dist. XCIII.

6 Fol. 99. ubi: *Et induant ipsum electum, campagos, sandalia, manicas*, &c.

7 Cap. *Constantinus*, XCVI. dist.

8 Ad fin. quaest. XXI. in iis quae diffuse explicata sunt fol. 458. ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος.

9 In ea quae Calendis habita, cum non venisset Episcopus Antiochiae Flavianus, *Operum* ejus Tomo V. col. 830.

Cap. XXXV.

Libri hujus & superioris quoque accurata coronis: in qua tum Aristotelem de Hieronicis multos libros edidisse ostendimus, tum etiam vindicamus nobis quæ libro secundo Semestrium *duobus sermonibus, cum de gladiatoriis & venatoriis, ludis tradita longe antea fuissent, sibi alius postea tribuit. Postremo ubi de dolichodromis, & stadio in Notis quidpiam traditum: brevis insuper de ordine in his agonisticis libris non observato, & quibusdam aliis apologia profertur.*

HÆC de gymnicis agonibus musicisque omnia undique conquisita exemplo Aristotelis (quem Diogenes Laertius [1] libros *de Olympionicis*, unum *de Pythionicis*, *Musicæ* unum, item *Pythicum*, & *Pythionicarum elenchos*, & *victorias Dionysiacas*, ac *de Tragœdis* singulos edidisse libros retulit) ex promptuarii & syllabi nostri variis locis, in *Sermonem* utrumque istum, & superiorem, tanquam fasciculum, aut farraginem quandam properanter congessimus, præparandis oblectatione variarum observationum ingeniis, tam Jurisprudentiæ studiosorum, quam literis humanioribus hujusmodi tinctorum juvenum, quibus bene consultum cupimus; ad ea cognoscenda, quæ difficultatis aliquid, ob librorum mendositatem aut sermonis vetustique moris nondum indagati obscuritatem, in scriptis Veterum habere visa sunt: ad illa vero potissimum assequenda & perspicienda penitus, quæ veram atque intimam *Principalis*, quod explicandum suscepimus, *Rescripti* sententiam propius contingunt. Nec abnuimus profecto, quin ut alia de gymnicis, eorumque origine [2], aut vetusto more plurima, quæ studiose (quoniam ad rem non facerent, vel ab aliis satis illustrata viderentur) omisimus: ita hæc ipsa forsitan accuratius atque subtilius, ordine ac methodo meliore, majore postremo sermonis Latini puritate ab aliis, (qui eadem etiam, quæ a nobis coluntur, Musarum sacra ipsi feliciore, altiore quidem otio, per-

A tractant) si huc se animus eorum dederit, enarrari possint: quod ab ipsis præstari ac perfici magnopere cupimus, adeo ab omni alienæ gloriæ invidia longe absumus. Tantum rogamus, ut quod uni cuipiam, eximio licet, optimeque (si quisquam alius hoc sæculo fuit) de hisce literis alioqui merito nuper accidit, hoc nihilo magis a se (quod abominamur) admissum illi ac patratum velint: fuit enim qui vindicati olim a Ptolomæo Ægyptiorum Rege scriptorum alienorum seu furti, seu plagii [3], ut coactos ipsa horum cum iis, quæ recitata fuerant, collatione admissum confiteri, omnes (excepto uno, qui minus populo tamen placuerat) cum ignominia dimitteret; ipse non satis memor, ante annos aliquot, ea quæ duobus prope solidis libri *Semestrium* secundi sermonibus [4] a me collecta circa ludos gladiatorios & venatorios fuerant, ita digereret ac in succum sanguinemque (quod dicitur) de nostro suum converteret, ut ex iis aliisque pauxillulis bellum & elegantem *Saturnalium* librum effingere ac pro suo in vulgus edere, nulla ne tenui quidem in eo nostri mentione habita, non sit veritus: exemplo Chrysippi [5] scilicet, quem totam Euripidis *Medeam* inseruisse suis libris ferunt; vel etiam Eugamonis Cyrenæi, qui ex Musæo librum *de Thesprotis* integrum, aut Pisandri Camirei, qui a Pisino Lydio *Heracleam*, aut Panyasidis Halicarnassei, qui a Cleophylo Samio *Oechaliæ captivitatem* surripuisse, ac pro suis omnes protulisse in publicum, traduntur a Clemente in *Stromatum* libris [6]. Quo Græcorum hominum exemplo, cæterorumque Bibliothecæ veteris auctorum, qui se mutuo compilarunt, (ut apud Macrobium cap. I. lib. I. *Saturnal.* legitur) si non existimationem tueri sartam tectamque, quod dicitur, at velare tamen utcumque se hac veluti nebula quadam linea ipse apud nonnullos potuit: nisi se alio loco [7] *Semestria* nostra non compilare professus antea fuisset. Nos hæc modo missa faciamus, quoniam graviores alii (nam hic utique levior) dolores publici privatique animum percellunt atque sollicitant. Cui tantisper si poterit tamen reficiendo, quando ad metas carceresque spatio uno atque altero stadii confecto pervenimus: ut optatas denuo metas illas, si non dolichodromi [8], plus quam diauli certe contingere valeamus; eadem alacri-

B, C, D (margin letters)

---

1 In *Aristotelis Vita*, fol. 174. lib. Græci a Stephano editi. De Philostrato Lemnio, qui librum nomine γυμναστικὸν, de iis quæ peragerentur apud Olympiam scripserit, loquimur infra ad extremum *cap.* XXIII. *libri seq.* e Suida Eratosthenis locus ex lib. I. *Olympion.* citatur ab Athenæo lib. IV. *Deipnosoph.* fol. 115. ostendens Tyrrhenos ad tibiam pugilatu olim contendisse.

2 De qua videto apud Plutarch. *Theseo*, sub init. ubi ex Philochoro Minoa in Androgei memoriam ludos gymnicos fecisse, victoribusque præmio dedisse pueros, qui tunc in Labyrintho asservabantur juxta Cretensium. Videto & Strab. *lib.* VIII. fol. 408. & 413.

3 Vitruvius Pollio sub initium lib. VII. *de Architectura*: *Qui Veterum scripta furantes pro suis prædicant sunt vituperandi; quique non propriis cogitationibus nituntur scriptorum, sed invidis moribus aliena violantes gloriantur, non modo sunt reprehendendi, sed etiam quia impio more vixerunt pœna condemnandi. Nec tamen hæ res non vindicatæ curiosius ab antiquis esse memorantur: quorum exitus judiciorum qui fuerint, non est alienum, quemadmodum sunt nobis traditi, explicare*, &c. quæ hanc de Ptolem. historiam comprehendentia ipse inferius

E propono *lib.* III. *cap.* XXVII.

4 Cap. X. & XI. lib. II. *Semestr.*

5 De hoc præterea narratur ab Atheniensi Apollodoro, *Si de ipsius libris tollantur quæ aliena sunt, chartam vacuam relictum iri.*

6 Lib. VI. non longe ab initio in fol. 264. exemplar. Græci: ubi περὶ Ἑλληνικῆς κλοπῆς inter cætera, ὅτι Ἕλληνες οὗτοι αὐτοτελῶς τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν.

7 In *Commentariis ad Tacitum*.

8 Qui, ut nonnullis visum, sexies curriculo stadium obibant, imo septies aut etiam sæpius, ut scripsi sup. ad finem *lib.* proximi, de stadii diversa F mensura, quod Græci ducentis pedibus metiuntur, quo majus Herculeum fuerit: unde Mathematici ex eo stadio, quod ipse suis pedibus metitus fuerat, herois staturam prodiderint. Italicum pedes continere 125. teste Censorino, Pythicum pedibus mille, Olympiacum quadringentis tantum constitisse, Pier. Valerianus tradit *Hierogl.* lib. XXXVI. in mensuris fol. 265. & 266. quod sumpsit haud dubie (quamvis Italorum quorundam more dissimulet aut oblitus sit tradere) ab A. Gellio lib. I. *Noct. Attic.* cap. I.

tate animi qua decurrere cœpimus, reliqua de gymnicis ita uti constituimus (si placet) persequamur; quæ nec minus jucunda, & aliquanto utiliora fore auguramur: magis profecto ad rem, hoc est, ad argumentum atque sententiam *Imperatoriæ Constitutionis* (uti dictum est) facere, fidem quam licet damus, eamque numero præstabimus; propterea quidem tertio *Tractatus* istius libro reservavimus. Nam si ex arte omnia, quæ tradimus, tractare animus fuisset, priore sane loco poni debuerant quæ proximo *Sermone* prosequimur; ea præsertim quæ ad probationem athletarum pertinent. Verum nec omnia quæ ad rem athleticam spectant pertractanda suscepimus, sed quæ ab aliis neglecta vel potius non satis intellecta reperimus: tum vero his quæ statim narrabuntur præire illa superiora, veluti præmuniendi ad hæc itineris causa (ut assolet) voluimus. Denique ista cujcuimodi nostra sunt, quæ in hosce tres sive *Sermones* sive *Libros* contuli, a *Semestrium* libris nuper, cum otium publica ista Galliæ totius calamitas a jurisdictione illa ordinaria, nimiumque assidua tribuisset, excerpsi: quippe quod cum auctiora sensim & per quandam alluvionem (ut sic dixerim) aut eluvionem potius rerum frequenti meditatione agitatarum & coacervatarum in dies fierent; jamjamque cæteros libri tertii *Semestrium* (quem itidem absolutum, Typis nunc etiam committi velim) sermones mole quadam superabant sua. Dudum autem a libris hujusmodi artem atque artificia omnia facessere, jam inde in ipso eorum exordio jussi, cum illam *de vera Philosophia* [1] juxta veterum Ethicorum Gentilium opinionem ante hos quinque ac vi-

A ginti plus minus annos non ineruditam (certe quidem laboriosam & luculentam) disceptationem in vulgus emitterem. Sed morarum satis, excusationum etiam plus nimio: quibus nihil opus apud ingenuos rectosque alienorum laborum æstimatores, ac nostri denique studiosos, non minus quam pietatis & eruditionis variæ diligentes homines. Horum etenim seu voluptati, seu studio inserviendum, utilitati consulendum, & cavendum habui: de aliis esse me solicitum debere nequaquam censui. Quibus pro meo jure hoc insuper dictum esse volo; quando neminem invitum ad istud ipse invitavi epulum, aut compuli: desinant legere, aut evol-

B vere quod culpant, quodve ipsis molestiam, aut negotium facessit; aut in quo considerando ludere se operam, nullum fructum, nullam delectationem percipere posse judicant. Postremo ut me isto *libro*, eoque ἀπολογίας officio, quod subire volui, simul absolvam; unum hoc etiam addidero, quod suis *de Animalium Historia* commentariis adscribendum in extremo, Ælianus ille Meliglossus e re ac pro bono habuit: Ὅτι πρῶτον μὲν τὸ ἐμὸν ἴδιον οὐκ εἰμὶ τῆς ἄλλης κρίσεώς τε καὶ βουλήσεως δοῦλος, οὐδέ φημι δεῖν ἕπεσθαι ἑτέρῳ ὅποι μ' ἂν ἀπάγῃ, δεύτερον δὲ τῷ ποικίλῳ τῆς ἀναγνώσεως τὸ ἐφολκὸν θηρῶν οἱο-

C νεὶ λειμῶνά τινα ἢ στέφανον ὡραῖον ἐκ τῆς πολυχροίας ᾠήθην δεῖν τὴν δ' ὑφᾶναί τε καὶ διαπλέξαι τὴν συγγραφήν. Atque hæc quidem hactenus; quæ boni æqui consuli ab omnibus, ita uti decet, cupio. Reliqua de athletis spicilegia, proximo (quod Deus opt. maximus dederit) *Sermone*, qua fide ac diligentia cœpi, persequar.

---

1 In *Tractatu* altero *ad Pompon. l. 2. D. de Orig. Jur.* quem adjunxi *Comment. de Reg. Jur.* non longe ab extremo illius *Tractatus*, fol. 770.



PETRI FABRI,

Regii Consiliarii, Libellorum Exmagistri, & in Senatu Tholosano Præsidis,

AGONISTICON,

SIVE

DE RE ATHLETICA,

LUDISQUE VETERUM GYMNICIS, MUSICIS, ATQUE CIRCENSIBUS SPICILEGIORUM TRACTATUS.

LIBER III.

CAP. I.

Legitime decertare apud B. Paulum, & Galenum: apud quem error Interpretis notatur. Heliodorus de citatione athletarum, & corona post certamen. Alter Isidori de collatione Olympicorum certaminum & Christianorum. Item alius Chrysostomi atque alius locus: ubi de athletica ciborum & continentiæ lege. Athletarum dormitatio, & ex ea periculum apud Platonem & Galenum, itemque apud Ælianum, cujus verba secius accepta ab Interprete. De athletarum voracitate in Notis traditur ex auctoribus melioris notæ compluribus. Galeni scomma in athletas ab etymo: de quo, Eustathianus cum illo interea (ut spes) castigato compositus illustratur locus, Æschine adhibito. Monomachi nomen de athleta. Expositus præcipue Clementis locus ex Apostolicis Constitutionibus.



THLETIS privilegia, legumque ac principum beneficia concedi, qui merito non corruptis æmulis coronati fuerint, *Rescripto* isto continetur: atque adeo qui legitime post solemnem explorationem ac probationem in athletarum numerum relati per omnem ætatem decertaverint. Sic enim D. Paulus [1] diserte scribit, quo nullus locupletior testis citari potest, *ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ*: quod explicans D. Basilius in *Asceticis* [2], *ἀθλητικῷ νόμῳ δεῖ σε πολιτεύεσθαι· εἰ δὲ μή, οὐ στεφανοῦσθαι, καθὼς*

A *εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· Καὶ ἐὰν ἀθλῇ τις*, &c. quæ ab Apostolo attuli modo. Galenus id etiam ad Hippocratem [3], varietatem ciborum ab iis qui luctantur & qui legitime certant, maxime devitatam scribit: ubi acutior aliquis viderit, quamobrem præstantissimus Medicus a legitime certantibus luctatores distinguat, ac separet, quasi vero non ipsos quoque luctatores, aut potuisse, aut vero etiam, ut coronam adipiscerentur, debuisse legitime certare censeat: ego sane non video, nisi fortasse Galeni verbis istud supplendum, alio exercitationis genere quolibet. Quidni enim luctatoribus itidem uti cæteris, sive pu-
B gilibus & pancratiastis, sive cursoribus, discobolis, atque jaculatoribus, ad coronam palmamque aspirantibus legitime, hoc est, observatis per omnem ætatem, atque ad unguem, in ipsa victus ratione potissimum, athleticis omnibus legibus, contendendum fuerit? Galeni germana verba sic habent, uti nulla luctatorum fiat mentio, sed *γυμναστῶν* dumtaxat: eorum scilicet, qui athletas exercent: quos & pædotribas superioribus libris, & aleiptas vocari diximus. Tum postea eorum qui legitime certant, quo nomine cum luctatoribus cæteri quoque athletæ ab opti-
C mo Medico comprehensi: *Ὥστε καὶ οἱ περὶ πέψεως γεγράφαντες τὴν ποικιλίαν τῶν ἐδεσμάτων, καὶ μάλισθ' ὅταν ἐξ ἐναντίων ταῖς δυνάμεσι σύγκειται, βλαβερωτάτην εἶναι φασὶ κωλύουσαν τὰ ληφθέντα πέπτεσθαι καλῶς. φυλάττονται δὲ αὐτὸ μάλιστα καὶ οἱ γυμνασταί. καὶ οἵ γε νομίμως ἀθλοῦντες, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀρίστου τὸν ἄρτον μόνον ἐσθίουσιν, ἐπὶ δὲ τοῦ δείπνου τὸ κρέας.* Deceptus Interpres Latinus Joan. Vasseus Meld. homonymia vocabuli *γυμνασταί*, quo athletæ interdum & *παλαισταί* (qui *γυμναστικῶν* vocabulo ab ipso Hippocrate *Aphor.* III. atque ad eum Galeno nuncu-

---

1 *Epist.* II. *ad Timoth.* cap. II. vers. 5. Et ab eo utique B. Hieronymus Comment. *in Psal.* CXIX. *Ad Dominum*, in vers. 1.

2 In *παραινέσει περὶ ἀποταγῆς βίου καὶ τελειώσεως πνευματικῆς*, fol. 376.

3 *Ad aphorismum* XVIII. cujus initium *πτισάνη μὲν οὖν libri περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων* in *Commentario* Galeni primo, fol. 45.

pati) designantur, perperam hunc locum reddiderat, nobisque illum injecerat scrupulum: qui verbis Galeni meris adhibitis, illico exemptus est. Tantum refert, ex fontibus ipsis haurire potius, quam e castellis, aut rivulis, ne dicam puteis, & lacunis vulgarium interpretationum: quas non (ut fit plerumque) versiones, sed eversiones merito vocare possis. Bene est quod Galeni authenticum Græcum ruri præ manibus non habuerim, cum ista primum admonente quopiam rei medicæ studioso, scribendi se obtulit occasio; ut cum illa mihi non satisfacerent, quæ tuendo si sic scripsisset Galeno attuleram, eo postea inspecto meoque deprehenso errore, causam ipsius hoc loco aliis ostenderem: quo nimirum a similibus in posterum sibi, authentico inspiciendo, caveant; Interpretibus etiam doctissimis (qui, cum sint homines, identidem labuntur) temere ne credant: illius Epicharmæi, licet aliorsum prolati, memores, μέμνησο ἀπιστεῖν ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Ad id redeo, quod cœperam de athletis dicere; decertandum legitime ipsis fuisse, atque ita quidem, uti ne ante præfationem præconis Olympici, ad certamen citantis antagonistas, exaudiisse, aut in porticibus meridianum præconium expectasse sufficeret, (qua de re apud Philostratum [1] agitur) nec unctum, aut delibutum oleo, nudumque in scamma prodiisse, depugnandi gratia: nisi cum aliquo congressus decertasset (hoc enim ipsa Pythici quidem certaminis expressum lege) atque cum illo quidem cui sors evenisset, quam libro primo cap. XXIV. XXV. XXVI. *Agonistici* diximus adhibitam, & qui deinde præconis voce citatus foret. Heliodorus lib. IV. *Æthiopicon* fol. 73. hoc asserit; quo loco: Πρὸς δὲ τὴν κλῆσιν τοῦ κήρυκος (inquit) παρήει τὶς εἰς τὰ λῷστα ὡπλισμένος, &c. τοτὲ δὴ τὸν ἀνταγωνιούμενον ἐκέλευε οὐδενὸς οἶμαι θαῤῥήσαντος τὴν ἅμιλλαν. ἀπέπεμπον αὐτὸν οἱ Ἀμφικτύονες. οὐ γὰρ ἐπιτρέπειν τὸν νόμον, οὐκ ἀγωνισαμένῳ στέφανον ἀποκληροῦν. ὁ δὲ καλεῖσθαι τὸν βουλόμενον ὑπὸ τοῦ κήρυκος εἰς τὴν ἀγωνίαν ἠξίου. ἐπέταττον οἱ ἀθλοθέται, καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ ἥκειν τὸν ἐπελευσόμενον: vel (sicuti *capite* XXX. *libri* primi restituimus) τὸν ἐπιθησόμενον. Ideoque D. Basilius [2] neminem athlothetam adeo carere judicio (ait) ut iisdem coronis eum qui non decertaverit honoris ergo donet, ac illum qui victor extiterit: Τίς οὕτως ἄκριτος (ait) ἀθλοθέτης, ὃς τῶν ἴσων ἀξιώσει στεφάνων τὸν νικητὴν καὶ τὸν μηδὲν ἠγωνισμένον. Itemque *ad Isidorum Diaconum* Isidorus Pelusiota [3] eleganter in Olympiis Diabolicis, eos qui vulnera inflixissent, in Christi autem stadio qui vulnera & verbera excepissent, coronari scripsit: Τὸ νικᾷν ἀπὸ τοῦ κακῶς ποιεῖν Σατανικῶν ἐστι θεσμῶν, ἐπεί τοι τοῦτο ἐν τοῖς ἐκείνῳ τελουμένοις Ὀλυμπιακοῖς, ὧσιν οὕτω στεφανοῦνται οἱ ἀγωνιζόμενοι. ἀλλ' ὁ ἐν τῷ σταδίῳ τοῦ Χριστοῦ ἐναντίος ἐστὶ ὁ τῶν στεφάνων νόμος, τὸν πληττόμενον γὰρ οὐ τὸν πλήττοντα στεφανοῦσθαι νενομοθέτηται. Et *ad Ammonium epistola* CXXVI. *lib.* III. Ἀγῶνα προὔθηκεν ἐναντίον τῷ Ὀλυμπικῷ. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὁ τύπτων καὶ περιγενόμενος στεφανοῦται. ἐνταῦθα δὲ ὁ τυπτόμενος καὶ φέρων, ἀναῤῥήσεως ἀξιοῦται. ἐκεῖ ὁ ἀντιπλήττων, ἐνταῦθα δὲ ὁ καὶ τὴν ἄλλην παρέχων σιαγόνα ἐν τῷ τῶν Ἀγγέλων θεάτρῳ ἀνακηρύττεται. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀμύνασθαι, ἀλλ' ἐν τῷ φιλοσοφεῖν ἡ νίκη κρίνεται. καινὸς γὰρ οὗτος τῶν στεφάνων ὁ νόμος, ἐπειδὴ καινὸς τῶν παλαισμάτων ὁ τρόπος. Quod ipsum D. Chrysostomus ejus præceptor in *Sermone* quodam [4] ita extulerat: *Velle namque alios male agendo superare, non divinæ id legis esse, quin dæmoniacæ constat. Siquidem in Olympiacis certaminibus inferis dedicatis, hoc pacto gloria comparatur: quin & vincendi modus nullus est sane in Christi stadio similis, quin longe diversus est ritus: sancitum namque est percussum, non percussorem corona donari oportere. Talis est apud Deum exercitandi consuetudo: cui & statuta sunt omnia cæteris longe diversa: adeo ut non solum ipsa victoria, quin & vincendi modus admirationis habere plurimum videatur: si quidem qui succubuisse videntur, palmam retulisse creduntur. Hæc Dei est potentia, tale cæleste illud est stadium, hoc Angelorum spectaculum.* Atque ad has quidem athleticas leges aspiciens Pachymerius Dionysii Areopagitæ Paraphrastes in *Theoria* cap. II. ex lib. *Eccles. Hierarch.* fol. 163. Ὁ τοίνυν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς μὲν Θεὸς (καὶ σημείωσαι τὸ ῥητὸν κατὰ Νεστοριανῶν) δημιουργεῖ τὴν ἀθλοθεσίαν. ὁ γὰρ ὑπερέχων καὶ δυνάμενος ἀθλοθετεῖ, ὡς δὲ σοφὸς νομοθετεῖ. σοφοῦ γὰρ ἡ νομοθεσία, ὥσπερ ἐστὶν εἰ οὕτω τυχὸν περιγενήσεται ὁ ἀγωνιζόμενος, οὕτω τεύξεται τοῦ στεφάνου, εἰ μὴ οὕτω, τὸ βραβεῖον ἀπολήψεται.

Rursus illum B. Pauli locum, ita uti diximus, idem Chrysostomus his admodum verbis explicavit: Τί ἐστιν ἐὰν μὴ νομίμως, οὐκ ἐὰν εἰς τὸν ἀγῶνα εἰσέλθῃ ἀρκεῖ τοῦτο, οὐδὲ ἐὰν ἀλείφηται, οὐδὲ ἐὰν συμπλακῇ. *Quid est nisi legitime,* (inquit) *non huic sufficit si in agonem descenderit, non si perunctus sit, neque vero si compositus vel commissus fuerit manumve conseruerit.* Quid ego adjicit statim, oportuisse insuper, ut qui coronam consequi vellet, is omnem agonisticæ professionis observasset legem, tam circa ciborum, quibus vescendum vel abstinendum athletis fuit, quam circa continentiæ ac honestatis rationem, omnemque adeo legitimum (sicuti Joannes Cassianus hac de re agens loquitur lib. V. *Monasticæ institutionis*, cap. XVIII.) colluctationis ordinem: Ἀλλὰ ἂν μὴ πάντα (inquit) τὰ τῆς ἀθλήσεως νόμον φυλάττῃ, καὶ τὰ ἐπὶ τῶν σιτίων, καὶ τὰ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ σεμνότητος, καὶ τὸν ἐν παλαίστρᾳ καὶ πάντα ἁπλῶς διέλθοι τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα, οὐδέποτε στεφανοῦται: & quod ait περὶ τοῦ τῶν σιτίων νόμου, quod similiter Fabius lib. *Orator. Institut.* duodecimi capite X. de lege ciborum, in hæc fere verba: *Sicut Athletarum corpora etiamsi validiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie, quæ sit concessa hominibus abhorrere.* Sciendum ad illam quidem βίαιον τροφὴν καὶ ἀναγκοφαγίαν ab Aristotele [5] nuncupatam, bubularum fere ac suillarum carnium, itemque coliphii, quibus athletæ ad saginationem roburque

---

1 Ad fin. *lib.* V. *de Apollonio*, fol. 34. & *lib.* VI. non longe ab init. in fol. 35. pag. 2. lib. Ald. unde attuli nonnihil ad *cap.* XXX. *lib.* I. supra.

2 Apud Stobæum in *Collectan. loc. comm. Ant. serm.* CXXI. unde alium ejusdem Basilii locum in hanc rem adfero infra, *cap.* XXI. eique alios a Seneca, Cypriano, Chrysostomo, atque Cassiano adjungo.

3 *Epist.* CLXIX. *lib.* II. juxta id scilicet quod continetur *Epist. D. Jacobi Cathol.* cap. I. vers. 4. 5. ex quo verba statim proferemus: facit quod B. Paulinus *ad Severum* scribit *epistola* II. fol. 43.

4 *Ut maledicamus benedicent, Christi & sanctorum exemplo*, col. 692.

5 Lib. IX. *Polit.* IV. cap. Adde Galen. *lib.* ὑγιεινῶν III. non longe ab init. in fol. 246. Ὁ δὲ νῦν ἡμῖν ὑποκείμενος ἄνθρωπος οὐκ ἀθλητικὴν εὐεξίαν, ἀλλ' ἁπλῶς ὑγίειαν ἔχει τὸν σκοπόν, οὔτ' οὖν πολλῶν αὐτῷ χρεία γυμνασίων ἐστὶν, οὔτε πρὸς ἀνάγκην ἐδωδῆς, ἀλλ' οὐδὲ πλῆθος κρεῶν χοιρείων, οὐδ' ἄρτων τοιούτων, οἵους ἐσθίουσιν οἱ βαρεῖς ἀθληταί. Et in *Protreptico* πρὸς τὰς τέχνας, fol. 4. lin. 54. οἱ δὲ τὰ γυμνάσια παρὰ τοῦ

A corporis comparandum utebantur [1]: qua de re Budæum [2] atque Mercurialem [3] clarissimos viros consulendos moneo, qui compluribus Veterum testimoniis hoc ipsum comprobant, ut esse non putem quod iis addi debeat, nisi ob illam victus rationem & somnolentos fuisse athletas, ut vitam quasi edormirent, & in magno, si victus præscriptum excederent, vitæ discrimine, quod in periculosos morbos inciderent, fuisse versatos: cujus rei Platonem auctorem habeo, nam ubi de athletis lib. III. *de Republ.* fol. 403. & 404. Ἀρ' ἂν οἱ τῇ δὲ τῇ ἀσκητῶν ἕξις προσήκουσ' ἂν εἴη τούτοις, ἴσως. ἀλλ' (ἦν δ' ἐγὼ) ὑπνώδης αὕτη γέ τις καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν, ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καθεύδουσί τε τὸν βίον, καὶ ἐὰν σμικρὰ ἐκβῶσι τῆς τεταγμένης διαίτης, μεγάλα καὶ σφόδρα νοσοῦσι, οὗτοι οἱ ἀσκηταί. B Galenum [4] etiam ipsum περὶ τῶ ὄγκου τε καὶ βάρους τούτων ἀθλητῶν σώματος, ita scribentem quodam loco; ut illum alterum Platonis velut exponere in animo habuisse videatur: scilicet his verbis: Τὰ μὲν γὰρ τῆ φύσεως ἀγαθὰ προϊόντα τε καὶ ἐπιδιδόντα καὶ αὐξανόμενα γίνεται βελτίω. τὰ δ' ὁ φύσει πάντα (qualem esse athletarum saginam, vastitatemque ac robur ipsorum corporis dixerat) τοσούτῳ χαλεπώτερα ἔσω καὶ μείζω. Sequitur illa Platonica Sententia: Ὅθεν ἄφωνοί τινες αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δ' ἀναίσθητοι, ἢ ἀκίνητοι, καὶ τελέως ἀπόπληκτοι γίνονται, τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, τὸ γὰρ καὶ τοῦ πλήθους ἀποσβεσαντός τε τὸ ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφράξαντός τε τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος, ὅσοι δ' αὖ αὐτῶν τὰ πρόσθεν C πάθωσιν ἀγγεῖον ῥήξαντες ἐμοῦσιν ἢ πτύουσιν αἷμα. Et quod περὶ τῶν ἀναισθήτων, ἀκινήτων, ἀποπλήκτων, ἀθλητῶν sive ἀσκητῶν a Galeno traditur, hoc exemplo illustrari potest athletæ Crotoniatæ: qui cum Olympionica jajam coronandum ad Hellanodicas accederet, arreptitius illico e comitiali morbo interiit, statimque post lapsum e scammate stadiove ad sepulchrum elatus est: sic enim istud Æliani *Var. Hist.* lib. IX. cap XXXI. nomen athletæ illius proprium subticentis interpretor: Ἀθλητὴς Κροτωνιάτης Ὀλυμπιονίκης ἀπιὼν πρὸς τοὺς Ἑλλανοδίκας, ἵνα λάβῃ τὸ στέφανον, ἐπίληπτος γενόμενος ἐπέθανε. κατενεχθεὶς μετὰ πτώματος. Ubi Latinus Interpres, *Comitiali morbo mortuus est* (ait) *cum repentino lapsu*: perperam & inepte, ut censeo. Quod si quis κατενεχθέντα eo loco ἀντὶ τοῦ ἀνενεχθέντος, ut recreatum aliquantisper e casu, interiisse tamen significet, malit exponere, neutiquam repugnavero: qui scio istud quidem verbum ea significatione a Plutarcho [5] usurpatum esse. Ad superiorum autem confirmationem atque illustrationem pertinet quod ipse quoque Hippocrates *Aphorismo* III. Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν (ait) αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. Ubi Galenus [6]: Ὅταν γὰρ ὑπερπληρωθῇ τὰ ἀγγεῖα ποτῶν ἢ σιτίων τοῦ διαρραγῆναι κίνδυνος αὐτοῖς, ἢ καταπνιγῆναι, ἢ καὶ σβεσθῆναι τὸ ἔμφυτον αὐτὸ θερμόν. καθάπερ καὶ ἀπώλλοντό τινες ἐξαιφνίδιον ἤδη τὸ εἰς ἄκραν πλήρωσιν ἀφικομένων ἀθλητῶν. Ad quem Galeni locum haud dubie citatus [7] in Jure Pontificio Hieronymus eo libri II. *adversus Jovinianum* loco col. 95. & 96. Edition. Paris. aspexerat, ubi sic scriptum: *Unde & Galenus vir doctissimus*, inquit, *Hippocratis Interpres athletas, quorum vita & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec vivere posse diu sanos esse: animasque eorum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto involutas nihil tenue, nihil cæleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluvie cogitare*. Postremo quod Plutarchus in *Vita Fabii Maximi* fol. 337.

D προσήκοντος ἑκάστης ἡμέρας διαπονοῦσι, τροφάς τε προσφέρονται σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μέσων νυκτῶν ἐκτείνοντες τὴν ἐδωδήν. De pane quo vescerentur athletæ agit idem ipse *lib.* v. fol. 271. lin. 15. A coacta ista saginatione athletarum deductum a Veteribus istud proverbium arbitror, quo ἀναγκοφαγῆσαι τὰ πράγματα dicebatur ἐπὶ τῶν αἰσχρὰ καὶ ῥυπαρὰ τλημόνως καὶ μεθ' ἡδονῆς οὕνεκα πλεονεξίας καρποφορούντος, ut ex iis colligitur locis, quos Hadria. Junius attulit *Adagior.* centur. VII. proverb. XCVII. *Necessitatem edere*.

1 Juxta illud Senecæ initio cap. III. *de Tranquill. Animi.* Suillis & bubulis carnibus vesci solitos athletas ex Diogenis dicto constat, quod statim E proferetur, & ex *sup. dicto* Galeni *loco*. De Herculis & athletarum aliquot enormitate ac ingluvie, videsis Athen. initio lib. x. *Deipn.* in quibus Theagenem Thasium & Milonem Crotoniatam nominat, & Astydamantem triolympionicem: tum addit athletas plerosque post certamen multo se cibo ingurgitare solitos, πάντες γὰρ οἱ ἀθλοῦντες μετὰ τῶν γυμνασμάτων καὶ ἐσθίειν πολλὰ διδάσκονται: citat & istud ex Achæo quodam in *Athlis* in eandem sententiam, fol. 165. Albini lib. πότερα θεωρεῖς εἰν' ἀγωνισταῖς λέγεις πολλ' ἐσθίουσιν ὡς ἐπασκούντων τρόπος: meminit etiam Timocreontis Rhodii poetæ atque F athletæ voracis paulo post, qui multos Persas singulari certamine coram ipsorum rege post multum superasset cibum. Sane in farragine *Græcorum Epigrammatum* ad finem *Anthologiæ* addita, fol. 519. Dorici extat *Epigramma de Milone athleta*, qui quadrimam vitulam toto stadio humeris circumlatam Jovi mactarit, dissectamque solus absumpserit. Solinus extremo cap. IV. *Polyhist. quod ictu nudæ manus taurum fecerit victimam, eumque solidum qua mactaverat die solus absumpserit non gravatim*. Pugilem Agonem octoginta placentas solum comedisse Theocritus *Idyl.*

—— ἇπερ ὁ πύκτας
Αἴγων ὀγδώκοντα μόνος κατεδαίσατο μάσδας.

Vopiscum in *Aureliano* Phagonis Mimi cujusdam meminit voracissimi. Ab hac athletarum voracitate & sagina legimus apud Plautum *Epidici* Act. I. Sc. I. *pugilice & athletice valere*: & *Bacchidibus* Actu II. Scena III. *pancratice atque athletice*. De qua etiam videndus Plutarchi locus *Arato*, quem attuli superiore *Sermone*, cum de scammate & scaphio loquerer. Ubi & Luciani alterum locum a me adscriptum scias. Addesis & quod Galenus tradit de ista athletarum repletione in *Comment. ad* III. *Aphorism. Hippocrat.* & XV. cujus initium, Αἱ κοιλίαι: Οἵ τε ἀθληταὶ (ait) διότι τοῖς γυμνασίοις αὐξάνουσι τὸ ἔμφυτον θερμασίαν, διὰ τοῦτο καὶ τροφῶν ἀπολαύειν δύνανται πλειόνων: & quod Plato lib. III. *de Republ.* fol. 410. οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πόνους μεταχειρεῖται.

In *Annot. ad Pandect. l. athletas*, *D. de iis qui not. infam.* ex Quinctil. *lib.* XII. Juven. ac Celso *lib.* IV.

3 Cap. ult. lib. I. *Art. Gymnast.* ex variis auctor. & in his Basil. *homil.* LII. & LIV.

4 In lib. πότε ἰατρ. ἢ γυμν. ἐστὶ τὸ ὑγιεινόν, fol. 297. ex quo & aliis Galeni, & item Ovidii scriptis complures περὶ ὄγκου de pondere moleque corporis athletarum locos attuli superius *lib.* II. *cap.* III. ubi videas licet.

5 In *Pompejo*, fol. 1152. ubi de ipsius uxore, θεασαμένη δὲ καθῃμαγμένην τὴν τήβενναν, ἐξέλιπε, καὶ μόλις ἀνήνεγκεν.

6 *Comment.* I. fol. 222. videto, & in *Protreptico* πρὸς τὰς τέχνας, fol. 4. lin. 50.

7 Apud Gratianum in cap. *Nec talis*, ad fin. *de Consecr.* distinct. v.

de athletico corpore agens, ipsum ait post virium consummationem & repletionem, quæ ad summum pervenerit, satiscere, pristinumque vigorem amittere: *Ὥσπερ ἀθλητικοῦ σώματος* (inquit) *τῆς δυνάμεως ὑπερπλήσεως γενομένης καὶ καταπόνου ταχύτατα τὴν ἀκμὴν ἀποβάλλοντα*. Quamobrem eleganter Galenus *Protrept. πρὸς τὰς τέχνας*, fol. 5. *Διὰ τοῦτο δὲ ἔγωγε φαίην*, inquit, *ἄσκησιν, οὐχ ὑγιείας, ἀλλὰ νόσου μᾶλλον εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα*: & ipsorum non *ἕξιν*, sed *διάθεσιν* dictam ab Hippocrate observat: *Ἀφαιρούμενον καὶ τῆς προσηγορίας αὐτοὺς, ᾗ προσαγορεύουσιν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ τοὺς ὄντως ὑγιαίνοντας. ἡ μὲν γὰρ ἕξις*, inquit, *ἔμμονός τις ἐστὶ καὶ δυσαλλοίωτος διάθεσις. ἡ δὲ τῶν ἀθλητῶν ἐπ' ἄκρον εὐεξία σφαλερά τε καὶ εὐμετάπτωτος*. Urbane autem & scommatice, hoc quoque ab etymo & notatione vocabuli deductum aliquanto post: *Ὅτι σωματικῆς ὑγιείας ἕνεκα φανερὸν, ὡς οὐδὲν ἄλλο γένος ἀθλιώτερόν ἐστι τῶν ἀθλητῶν, ὥστ' εἰκότως ἄν τις εἴποι διὰ γενναίως ὀνομάζεσθαι τῶν ἀθλητῶν προσαγορευθέντων, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀθλητοῦ τὴν προσηγορίαν τῶν ἄθλιον ἐσχηκότων, ἢ κοινῶς ἀμφοτέρων καθάπερ ἀπὸ γῆς μιᾶς τῆς ἀθλιότητος ὠνομασμένων*. Scommatice inquam, nec tam urbane tamen quod dixi, aut facete (meo quidem animo) quam etiam vere: ut nihil cum sit aut vero esse homine illo miserius queat, qui *ἀδήλως καὶ εἰς κενὸν*, (ut Pauli verbis utar) adeo ut sine ullo vero nec inani saltem præmio in perpetuo certamine, ne dicam discrimine, vitam agitet: idcirco non possit non *ἀπὸ τοῦ ἄθλου* (*ἀγῶνος δηλαδὴ*) deductum *τὸ ἄθλιος* videri, tanquam *δυστυχῆ καὶ δυσταέθλον* dixeris, *κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδύσσεα, ὃς*

Οὐδ' ἐν τῷ νόσῳ πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων,

(inquit Eustathius in suis *ad Homericam Iliada* parecbolis ad illud ex *Iliad. ι. Πηγοὶ, ἀθλοφόροι, οἳ ἄεθλια ποσσὶν ἄροντο*, fol. 740. lin. 53.) *ἐξ ὧν ὁ ἄθλιος καὶ ἡ ἀθλιότης κεκέραται· ἐξ οὗ παραχθεὶς καὶ ὁ ἄθλιος τὸ κύριν· εἰ καὶ ἐθέλει ὑπὸ τοῦ ἐπαινετοῦ ἄθλου κεκλῆσθαι: ὅμως κωμῳδεῖται ἄλλως ἐν τῷ, οἱ ἄθλιοι ἀθλοφόροι, ... ἄθλιοι*. Ac rectissime hoc quidem Eustathius, a quo illa in speciem discrepant, quæ paulo ante protulerat eo loci, fere sic: *Ἐνταῦθα δὲ θεωρητέον ὡς ὁ μὲν ἐκ τοῦ ἀέθλου κέκραται τὸ ἆθλον, ὅθεν καὶ ὁ ἀθλοφόρος, ἀλλ' οὐκ ἤδη καὶ ἐκ τοῦ παραγωγοῦ ἀεθλίου, ὥσπερ ὡς ἐστὶ τὸ ἄθλιον, αὐτὸ γὰρ ἐπὶ δυστυχίας μόνης κεῖται*. Re ipsa tamen haudquaquam dissident, quæ scilicet alio spectant: nempe illo, ut quamvis *Athlon* (quod per crasin fit ex *Aethlon*) idem cum isto significet, non idem tamen ostendere *Athlion* velit Eustathius, tametsi forte per eandem crasin ab *Aethlio* deductum: sed in malam semper sonare partem, vel potius *Athlion* non tam ab *Aethlion* per crasin, quam per paragogen aut anagogen ab *Athlos* deduci, juxta id quod dixi antea.

In illo insuper Galeni, per quem huc pellecti fuimus, *loco* piaculum fecerim, si, quod satis concoquere ipse non possum, & spurcum fœdumque arbitror, tanquam nostri quoque palati sit tamen, hoc aliis vorandum velut boni quid succi præbeam. Quod igitur? Paucis quod sentio eloquar. Istud *τῶν ἄθλιον ἐσχηκότων*, ad stomachum mihi neutiquam facit, nec sane ut Latino Interpreti [1] potuerit, sic satis scio: cujus videndi nondum facultas fuit; adeo me, cum ista retractarem, a typographo tabellarius urgebat. Equidem avidius pro illo arripuerim quod proponam (si excusus aliquis aut exaratus calamo liber præferat, aut leviter saltem indicet) *τοῦ ἀθλίου ἐσχηκότος*: vel *τοῦ ἄθλιον* (ut loquutum in præcedentibus Eustathium videas) *ἐσχηκότος*, tanquam hoc sentiat præstantissimus, sed athletis & palæstritis aliquanto infensior, (ut aliquoties monui) Medicus; adeo esse *ἀθλίους* (*miseros*) athletas, ut vel ab athliis (*miseris*) athletæ, vel athletis *athlii* dicti esse, vel potius utrique *ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος* (*a miseria*) quasi ex eadem regione orti, nomen etiam invenisse videantur. Hanc profecto athletæ nominis notationem Æschini probatam ex eo intelligimus loco *Orat. κατὰ Κτησιφῶντος* fol. 75. Aldini epemplaris, in quo *τῆς τῶν ἀθλητῶν ταλαιπωρίας* mentionem habet; ubi posteaquam ea de pancratio aliisque gravioribus exercitationibus athleticis enunciavit, quæ *libro* I. sub finem in ipso initio *capitis* XXX. protuli, subdit illico: *Νῦν δ' οἶμαι διὰ τὸ στεφάνιον, καὶ τὸ περιμάχητον, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀείμνηστον ἐκ τῆς νίκης, ἐθέλουσί τινες τὰ σώματα παρακαταθέμενοι καὶ τὰς μεγίστας ταλαιπωρίας ὑπομείναντες διακινδυνεύειν*. Unde *τῶν μονομαχούντων* insuper vocabulum apud Posidippum Comicum *Lenone* citatum ab Athenæo [2], equidem ad athletas potius, quam (quod ab aliis, etsi non inepte [3] hoc quidem, fieri scio) ad gladiatores retulerim: ubi miseriores ipsis illos esse ait, qui navigant, sic fere:

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακὸν
Τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

præsertim cum apud Aristophanem *Phœnissis μονομάχου πάλης ἀγῶνα* dictum legamus illis versibus, quos ibidem Athenæus exhibuerat. Et vero cum itidem ab Herodoto non minus *μουνομαχίην*, quam *πεντάεθλον ἀσκέειν*, atque ab Eusebio Pamphili *τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ* dictum constet, iis locis unde verba primi *Agonistici* cap. VII. proposui, & istius etiam XI. *Sermone* proferam: cum denique monomachiæ agonem Olympiæ olim exhibitum ad necem usque antagonistarum; eosque qui inter se alibi publico certamine contenderent (sive pugiles, sive luctatores, aut pammachi) col-

1 Erasm. Roter. & Ludovic. Belisarius hujus libri Interpretes (quos habui postea) videntur legisse *τῶν ἀθλίων ἐσχηκότων*, quod non improbo. Nam ille quidem ita reddidit Græca: *Itaque quod ad bonam valetudinem attinet, palam est nullum genus esse miserius quam athletarum. Unde non injuria quis dixerit eos generoso cognomine notari dictos athletas, vel quod ab athleta cognomen habeant ἄθλιοι, id est, miseri: vel quod utrique ab athliotate, id est, miseria, velut ab una terra cognomen sortiti sint.* Alter vero sic: *Ex quibus rebus patet, qui in ratione sanitatis magis sit quam athletæ miser, reperiri neminem: ut eos nomine non degenerasse jure dixeris, sive a misero, quem Græci athlium dicunt, athletæ nominati sint, sive athlii ab athleta sive communi origine ambo a miseria, quam athliotetа vocant, tanquam ab uno fonte nomen acceperint.*

2 Lib. IV. *Deipnosophistarum*, fol. 39. Aldini exemplaris, ubi: *Ὁ δὲ κωμῳδοποιὸς Ποσείδιππος ἐν Πορνοβοσκῷ φησιν*, &c.

3 Ideo maxime quod apud Dionem ejusque Epitomatorem Xiphilinum ita semper accipiatur id nominis, & in Excerptis e vetere *Lexico Græco-Latino* impressis ab Henr. Stephano in *Glossar.* col. 275. cap. *de spectaculis περὶ θεωριῶν*, ita sit scriptum, *gladiatores, μονόμαχοι*. Erasmus *Chiliadibus* in *Adagio, Miserior monomachis*, chiliade IV centur. VII. proverb. XXVI. Athenæi duntaxat locum attulit.

(A) collu soribus cædem intulisse pro explorato habeam (id quod inferius *cap.* VII. hujus *libri*, commodiore loco demonstrabitur) adeoque pyctis & pancratiastis ab Arriano in *Epicteto* adjunctos monomachos eo loco videre liceat, quem adferam & castigabo de paradoxis & paradoxonicis verba faciens *cap.* XXI. si Dominus dederit. Verumtamen (ut id quod res est sedulo depromam) quando athletis & Circensibus monomachos adjungit Epictetus *Enchiridii* cap. XXXI. [1] tanquam alios ab illis, ut gladiatores haud dubie designet: tametsi ad utrosque τὸ ζυγομαχεῖν & τὸ κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν referri, & inde ad milites commode transferri extremo *cap.* XXXIII. *libri* superioris demonstratum fuit; (B) magis esse reor, ut monomachorum nomine, iis Posidippi apud Athenæum versibus, gladiatores accipi debeant. Quidni etenim athletis ipsis tanto sint miseriores monomachi qui gladiatores; quanto certior istis quam illis lethalium ictuum & cædis expectatio? cujus etiam imago & species quædam ipsis eorum oculis quotidie obversatur. Itaque D. Chrysostomus *Ethico Sermone* XII. *in D. Pauli ad Romanos Epistolam cap.* VII. fol. 52. pag. 2. Καὶ τοὺς μονομάχους δὲ διὰ τοῦτο ταλανίζομεν, καίτοι γε ἐν καπηλείοις ὁρῶντες μεθύοντας, τρυφῶντας, γαστριζομένους, καὶ πάντων ἀθλιωτέρους φαμέν. (C) ὅτι πολλῷ μείζων τῆς ἡδονῆς ἐκείνης, ἡ τῆς προσδοκωμένης τελευτῆς συμφορά. Sane ad athletas xysticosque non minus quam ad thymelicos, pantomimos, scenicosque omnis generis pertinet, quod de mercatibus nundinisque ac cæteris conventibus vitandis (in quibus ludorum dæmonibus dicata spectacula exhibentur) Apostolica constitutione [2] quapiam earum, quæ a B. Clemente in literas relatæ sunt, comprehensum scimus: ubi & pomparum (quo nomine Circenses præcipue agones, in quibus illas usurpatas fuisse testatur, ut & *odiosas* nominet (D) Seneca, intelligendos reor) & monomachiæ prohibitæ mentio injecta: quo generali vocabulo singularia quoque athletarum certamina, non minus quam gladiatoria & bestiaria contineri censeo. Nam inter cætera sic scriptum: Φεύγετε δὴ καὶ τὰ ἀπρεπῆ τῶν θεαμάτων, τὰ θέατρα φημὶ καὶ τὰς Ἑλληνικὰς πομπάς. Et aliquanto post: Φευκτέαι δὲ αὐτῶν (nempe τῶν Ἑλλήνων ἀσεβῶν, de quibus antea) καὶ αἱ πανηγύρεις καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἐπιτελούμενα παίγνια. πιστὸν γὰρ ἐν πανηγύρει οὐ χρὴ παραβάλλειν πλεῖον τοῦ σωμάτιον πελάσθαι, καὶ ψυχὴν περιποιήσασθαι, καὶ ἕτερα τινὰ σιωνήσασθαι τῶν πρὸς σύστασιν ἁρμοζόντων· ἀπέχεσθε οὖν πάσης τῆς τῶν εἰδώλων πομπῆς, φαντασίας, (E) πανηγύρεως, συμποσίων, μονομαχίας, καὶ πάσης θέας δαιμονικῆς. Ea tamen Apostolica constitutione hodie illos teneri nequaquam existimandum est, qui corporis exercendi gratia ita inter se dimicant, ut nullum mortis aut membrorum mutilationis periculum invicem inferre possint: contra quam in duellis & cataphractorum, hastaque sive lancea, telive alio genere instructorum equitum ludicris, at nimium sævis plerumque ac tristibus inter se concursibus usuvenit; quæ sub *torneamentorum* appellatione idcirco jure Pontificio [3] & conciliaribus decretis [4] indicta infamiæ, proscriptionis, excommunicationis pœna prohibentur. Hi me scrupuli quod aliquandiu male habuerant, propterea visum hicce (ne quem incautum læderent) ut eximerentur, operam dare: quam tametsi leviusculam Zoili si forte quipiam præposteri censeant, atque deprædicent; non esse tamen aut aliis aut mihi certe perditam, quæ in rem bonorum & studiosorum juvenum impensa est (ita me Deus, ita me illi ament) semper duxero.

CAP. II.

Vetus athletarum saginatio & recens. Pythagoras gymnasta. Pausaniæ locus illustratus: alter Philostrati obiter castigatus: item alius apud Plutarch. expositus. Eustathii unus ad Galeni alterum comparatus de sagina & somnolentia athletarum. Moles pondusque corporis athletis in studio, sed non utique omnibus: & qualis in laude posita pancratiastis atque luctatoribus moles.

SED hoc quoque forsitan scire allubescat, Dromeum Stymphalium non minus re quam ipso nomine cursorem præstantissimum, bis periodonicam, primum fuisse ex athletarum tanto numero cui se carnibus saginare in mentem venerit; cum ante ipsum athletæ *talarico* caseo (ut Græcanice loquar, id est, recenter educto e quallo, sive calatho vimineo) pascerentur, eique statuam erectam Olympiæ quam Pythagoras finxerit: qua de re Pausan. lib. II. *Eliacon*, fol. 145. Ἀνὴρ δὲ ἐκ Στυμφήλου Δρομεὺς ὄνομα, καὶ δὴ καὶ ἔργον τοῦτο ἐπὶ (D) δολιχῷ παρεσχημένος, &c. λέγεται δὲ ὡς καὶ κρέας ἐσθίειν ἐπινοήσειε. τέως δὲ τοῖς ἀθληταῖς σιτία τυρὸν ἐκ τῶν ταλάρων εἶναι. τούτου μέντοι Πυθαγόρας τὴν εἰκόνα, &c. ἐστὶν εἰργασμένος. Atque ad statuarium quidem quod attinet eo nomine quendam Rheginum fuisse, alterum Samium auctor in *Pythagora philosopho* Diogenes Laertius *lib.* VIII. fol. 325. Istud etiam adnotandum duco præter Cyprianum *de Spectaculis* [5] de athletarum illa saginatione Diogenem Laertium in *Pythagora* [6], ubi primum omnium athletas saginasse carnibus refert Pythagoram, cum antea caseis, caricisque sive nucibus aridis alerentur: quod e Plinii [7] quidem opinione non ad philosophum, sed ad exercitatorem Pythagoram referri debet. Philasium nempe, quem σωμασκητὴν καὶ ἀλείπτην ex quorundam opinione Laertius alterum ab illo itidem nominat, eo quem dixi (E) *loco*: quamobrem facile adducor, ut Pythagoræ potius sculptori, sive statuario, qui idem gymnasta, & alipta, exercitator & unctor fuerit athletarum, quam athletæ, aut hieronicæ Dromeo, illam saginationis athleticæ immutationem tribuis-

---

1 Ubi μὴ περὶ μονομάχων, μηδὲ ἱπποδρομιῶν, μὴ περὶ ἀθλητῶν.

2 Lib. II. διαταγῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, cap. LXII. fol. 50. Editionis Venetæ anni 1563. Sed & in cap. LXI. fol. 49. pag. 2. pomparum Ethnicarum sive Græcarum meminit sic fere: Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ πομπαῖς Ἑλλήνων συντρέχεις, καὶ ἐπὶ τὰ θέατρα ἐπείγῃ.

3 Cap. I. & II. *de torneamentis* apud Gregor. quod posterius e Clementis illo explicandum *loco*.

4 Concil. Lateranen. *cap.* X. & Concil. Tridentin. *sess.* XXV. *cap.* IX. *decreti de reformat.* fol. 492. (F) Venetæ Editionis, ubi *de monomachia & duellis*.

5 Eo loco quem superiore *Sermone* attuli ex pagina 417. col. 2.

6 Lib. VIII. *de Vita Philosoph.* fol. 313. ubi: Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος κρέασιν ἀσκῆσαι ἀθλητάς· καὶ πρῶτόν γε Εὐρυμένην, &c. τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκούντων αὐτούς.

7 Lib XXIII. *Natur. Hist.* cap. VII. ubi de ficubus siccis: *Vesicæ semper utiles & anhelatoribus ac suspiriosis*, &c. *Corpus & vires adjuvat, ob id ante athletæ hoc cibo pascebantur, Pythagoras exercitator primus ad carnes eos transtulit.*

se Pausaniam existimem; atque illa verba ejus τῦτο μὲν δὴ Πυθαγόρας ἢ εἰκόνα, quæ superius adscripsi, præposuisse istis λέγεται δὲ, & quæ sequuntur: quæ nimirum ipsa per parenthesim legi, ut ad Pithagoram referantur oporteat: atque ita ut superiora illa τῦτο μὲν δὴ &c. commode connecti cum istis, quæ subjicit, queant; ita ut ibi leguntur: Τὴν δὲ ἐφεξῆς ταύτῃ πένταθλον Ἠλεῖον Πυθοκλέα Πολύκλειτός ἐστιν εἰργασμένος.

Addo & hoc, de ista saginatione athletarum agere Philostratum lib. II. *de Sophistarum Vita*; ubi de Sophista Rufo: Ελέγετο δὲ ἢ γυμναστικῇ κρατύνειν τὸ σῶμα ἀναγκοφαγῶν (sic lego pro ἀναγκασιοφαγῶν, ut apud Arrianum *Epicteto*; eo loco unde verba inferius in *capp* VII. ac X. conferam) ἀεὶ ἢ διαπονῶν αὐτὸ παραπλησίως τοῖς ἀγωνιζομένοις. D quoque Basilium *homil.* II. *de Jejunio* sub initium, in hæc fere verba: Τὰς ἐν παλαίστραις διαπονουμένας ἀκόλουθόν ἐστι τῇ δαψιλείᾳ τῆς τροφῆς καταστρατήν ἑαυτὰς. ὡς ἂν εὐτονώτερον ἢ πόνων ἀντιλαμβάνοιντο. Cicer. ipsum in *Tusculanis Quæstionibus* lib. II. cum ait: *Subduc cibum unum diem athletæ, Jovem Olympium tum ipsum, cui se exercebat, ferre se non posse clamabit*. Tertullianum etiam ad fin. lib. *de Jejunio*, ubi sic scribit: *Saginentur pugiles, & pyctæ Olympici. Illis ambitio competit, quibus & vires necessariæ*: qui & ipse propterea in *de Spectaculis* cap. X. athletas *altiles homines* vocat. D. Hieronymum initio lib. II. *Comment. in Esaiam* de robore panis loquentem, ubi: *Et qui fortitudinem perdiderunt & infirmi sunt, propterea olera comedunt: Athletarum autem solidus cibus est*, (ait) *qui & vitam sustentat humanam & viventibus præbet fortitudinem*. Et *in Jovinianum* lib. II. col 92. & 97. *Audi iccirco sues, & apros, & cervos, & reliquas animantes creatas, ut milites & athletæ, sectores* (ita Marianus reposuit pro eo, *Rhetores*, quod Erasmus maluerat non absurde, ob id quod sequitur aliquanto post de vociferatione) *metallorumque fossores & cæteri duro operi mancipati haberent cibos, quibus fortitudo corporum necessaria est: qui portant arma & cibaria, qui pugnis & calcibus sua invicem membra debilitant, qui remos trahunt, quorum latera ad clamandum dicendumque sunt valida, qui subvertunt montes, & sub dio & imbribus dormiunt. Cæterum nostra religio non πύκτην, non athletam, non nautas, non milites, non fossores, sed sapientiæ erudit sectatorem*, & reliqua. Item postea: *Si autem Milonis illius Crotoniatæ* (ait) *vires olera non ministrant, quæ nascuntur & aluntur carnibus, quid necesse est viro sapienti & philosopho Christi tantam habere fortitudinem, quæ athletis & militibus necessaria est; quam cum habuerit, ad vitia provocetur?* Clementem insuper Alexandrinum lib. II. *Pædag.* sub initium: quo loco, ἰσχὺν ἄδικον ἢ σφαλερὰν καὶ ἀθλίαν τὴν τῷ ἀθλητῇ ἐξ ἀναγκοφαγίας περιγίγνεσθαι tradidit: ad ea interim percommode ac festive alludens, quæ de notatione Athletarum nominis, ipsorumque adeo conditione propemodum servili atque infelice dicebamus modo in extremo superioris *capitis*. Plutarchum etiam de athletis in xysto sive palæstra versantibus agentem, quos, dum a libris arcentur, omnemque vitam in cavillis & scurrilibus jocis peragere consuescunt, gymnasiorum columnis similes reddi, (quemadmodum venuste ab Aristone dictum est) nempe pingues & saxeos, refert: sic admodum scribens ἐν ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, fol.

A 231. Ἀπιστοῦσι ἐν τῷ ξύστῳ ταῦτα καὶ ἢ παλαίστραις διαλέγεσθαι τοῖς ἀθληταῖς, ὡς ἢ βιβλίων ἐξελόντες ἀεὶ δινημερεύειν ἐν σκώμμασι καὶ βωμολοχίαις ἐθίζοντες, ὡς ὁ κομψὸς Ἀρίστων ἔλεγε, τοῖς ἐν γυμνασίῳ κίοσιν ὁμοίως λιπαροὺς πεποιήκασι καὶ λιθίνους: non enim dubito quin τὸ λιπαρὸς non tantum ad unctionem extrariam, sed ad pinguedinem atque obesitatem, imo & ad repletionem ex voracitate, unde lauti atque uncti vulgo dicti, pertineat: sicuti τὸ λιθίνους ad stupiditatem atque somnolentiam illam, de qua ex aliis paulo post agetur. Eustathium denique, qui athletas sui temporis, quod obeso essent corpore, minus ingeniosos existimatos, ac proinde ipsorum nomen derisui habitum refert [1], in hæc omnino verba: Ἰστέον δ' ὅτι ἢ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀθλητῶν ἐπισυρομένων καί τι λόγου εἴτις ἐνθυμηθείη ὡς καὶ κρέασιν ἀνοικοδομηθῆναι σκώπτονται· διὸ τὸ καὶ εἰς δ' σαρκίαν τῆς τοιαύτης γυμνάζεσθαι, καὶ οὕτω σκωπτικῶς παχεῖς αὐτὰς λέγεσθαι οἷα μὴ λεπτοὺς ἢ νοῦν καὶ ὀξεῖς μηδὲ οἵους ἀρέσκειν τῷ εἰπόντι, ὅτι ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, ὅμως οἱ Ομηρικοὶ ἀθληταὶ οὐ φαίνονται κατὰ τοὺς ἄλλους εἶναι. Quo nimirum aspiciens Galenus de [2] athletarum sagina itidem agens atque dormitatione: Καὶ τοῦτο πρὸς ἁπάντων (inquit) σχεδὸν ἀνθρώπων ᾄδεται, διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον, ὡς γαστὴρ ἡ παχεῖα ἢ νοῦν οὐ τίκτει ἢ λεπτόν. Et alio loco [3] pluribus verbis idipsum explicans, vix ait scire ipsos utrum animam habeant, tantum abest ut rationalem se habere intelligant, qui carnium & sanguinis copiæ coacervandæ duntaxat studeant, ipsisque sint animalibus rationis ac mentis expertibus similes: Ὅτι μὲν ἢ ψυχικῶν ἀγαθῶν οὐδ' ὄναρ, ποτὲ μεταλήψασιν οἱ ἀθλοῦντες δῆλον παντὶ ἢ ἀρχὴν γὰρ οὐδ' εἰ ψυχὴν ἔχουσιν γιγνώσκουσι, τοσοῦτον ἀποδέουσι ἢ λογικὴν αὐτὴν ἐπίστασθαι· σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῇ ἔχουσιν κατεσβεσμένην, οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένην, ἀλλ' ἄνευ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις. Quibus extremis hoc nimirum significatur, quod ipsum Galenum exponens B. Hieronymus, eo loco qui superiore *Sermone* a nobis allatus est, his nimirum Latinis reddidit: *Animas athletarum ita nimio sanguine & adipibus quasi luto involutas, nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus & ructu & ventris ingluvie cogitare*.

Postremo Philonem Judæum ἐν τῷ περὶ τῶ ὀνείρων, fol. 128. de his qui summum bonum non voluptate, sed honestate metiuntur, ut Stoici, agentem: ubi alimentis ipsos cibisque athleticis ait, ad vires roburque, non ad voluptatem, uti, sic fere: Οἱ δὲ ἕτεροι σκληροδίαιτοι πρὸς μὲν αὐδρῶν χειροτορηθέντες, ἄνδρες δὲ καὶ αὐτοὶ τὰ φρονήματα τὸ συμφέρον πρὸ ἢ ἡδέος ἀσπαζόμενοι, ἢ τροφαῖς ἀθλητικαῖς πρὸς ἰσχὺν καὶ ῥώμην, οὐ πρὸς ἡδονὴν, χρώμενοι. Quamquam non ad vires modo roburque corporis, sed ad molem pondusque comparandum eniti solitos, quo facilius antagonistas dejicere, sibique submittere possint, a Galeno traditur: atque hunc hujusmodi gymnasticæ finem athletis propositum: Βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἢ ὄγκον τε, ἢ τὸ βάρος ἢ σώματος· ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι ἢ ἀνταγωνιστήν. Quo nimirum istud de Agyllei & Tydei sive colluctatione, sive pancratio carmen apud Statium Papinium, lib. VI. *Thebaid.* circa finem, pertinet:

Instat agens Tydeus, ictumque in colla minatus
Crura subit: cœptis non evaluere potiri

---

1 Ad Homericum illud ex *Iliad.* ψ.
Τῷ νεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἄγλα' ἄεθλα
Θῆκε:

2 *Ad Thrasybulum*, πότερον ἰατρ. ἢ γυμνας. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν, fol. 298.

3 Ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 4.

Frustratæ brevitate manus, venit arduus ille
Desuper, oppressumque ingentis mole ruinæ
Condidit ——

Et postea:

Acrior hoc Tydeus, animisque & pectore supra
est.
Nec mora, cum vinclis onerique oppressis iniquo
Circuit errantem. ——

Et statim:

Improbus horrendum visu ac mirabile pondus
Sustulit. ——

B Et robur quidem ab omnibus athletis, molem autem illam corporis a solis luctatoribus & pammachis, sive pancratiastis (quando ea cursoribus quidem certe ac saltatoribus oneri potius atque impedimento, gracilitas autem ad agilitatem, levitatem ac pernicitatem conducibilis adjumento istis & emolumento fuit) expeti solitum arbitror. Meam conjecturam confirmat prorsus elegantissimi Xenophontis auctoritas *Symposio*, col. 512. Edit. Steph. hac de re subtiliter ac diligenter disputantis sub persona Socratis, ut dolichodromis crurum saginatio & crassities, humerorum autem extenuatio, pyctis contra sive pugilibus, humerorum
C crassities, crurum tenuitas curæ fuerit: Γελᾶτε, ἔφη, (ὁ Σωκράτης) ἐπ' ἐμοί, πότερον ἐπὶ τούτῳ εἰ βούλομαι γυμναζόμενος μᾶλλον ὑγιαίνειν, ἢ εἰ ἥδιον ἐσθίειν καὶ καθεύδειν, ἢ εἰ τοιούτων γυμνασίων ἐπιθυμῶ· μὴ ὥσπερ οἱ δολιχόδρομοι τὰ σκέλη μὲν παχύνονται, τοὺς δὲ ὤμους λεπτύνονται, μὴ δὲ ὥσπερ οἱ πύκται τοὺς μὲν ὤμους παχύνονται, τὰ δὲ σκέλη λεπτύνονται, ἀλλὰ παντὶ διαπονῶν τῷ σώματι πᾶν ἰσόρροπον ποιεῖν· ἢ ἐπ' ἐκείνῳ γελᾶτε ὅτι οὐ δεήσει με συγγυμναστὴν ζητεῖν, οὐδ' ἐν ὄχλῳ πρεσβύτην ὄντα ἀποδύεσθαι, &c. Aliam sane ac aliam non luctatorum modo & pugilum, sed cursorum inter se, nempe stadiodromorum, diaulodromorum, ac dolichodromorum
D ut saginam, ita fricationem & exercitationem olim fuisse, ab Arriani *Epicteto* didici; atque ita extremo *Agonistici* cap. XXXI. lib. I. exposui. Verum hoc superioribus adhuc adjiciam circa molem illam athletarum quam dixi, quod nec ab ipsis luctatoribus & pammachis molem omnimodam quæsitam & curatam censeo, sed mediocrem & moderatam, quæ ad pulchritudinem, in athletis (quemadmodum *libro* I. extremo *cap.* XIII. & XIV. demonstravi) commendatam, hoc est, ad optimam habiti & robusti corporis constitutionem faceret. Hoc adeo visus mihi B. Gregorius aperte satis indicare lib. I. *Exposition. Moral. in* I. *cap. Job. cap.* III.
E fol. 19. ubi sic scribit: *Mos vero esse narrantium solet, ut, cum palæstræ certamen insinuant, prius luctantium membra describant; quam latum validumque sit pectus, quam sanum, quam pleni tumeant lacerti, quam subter positus venter nec mole gravet, nec extenuatione debilitet: ut, cum prius aptos certamini artus ostenderint, tunc demum magnæ fortitudinis actus narrent. Quia ergo athleta noster* (de Jobo loquitur) *contra diabolum fuerat certaturus, quasi ante arenæ spectaculum, sacræ Scriptor Historiæ in athleta hoc spiritales virtutes enumerans mentis membra describit, dicens:*
F *Erat ille vir simplex & rectus*, &c. Rursum inter athletici corporis laudes, illa, quæ a magnitudine (justa utique, hoc est, non vasta, sed quadrata) ducebatur, præcipua fuit: eoque Laertii de Menedemo pertinet locus, quem superioris *libri* ex-

A tremo *cap.* VIII. attuli, & iste itidem Arriani *Epicteto* lib. I. cap. XVIII. in fine: Ἐλεύθερος οὐχὶ τῷ μεγέθει πεποιθὼς τοῦ σώματος, ὥσπερ ἀθλητής. οὐ γὰρ ὡς ὄνον ἀήττητον εἶναι.

CAP. III.

Athletarum abstinentia & xerophagia. Commentatoris Horatiani locus emendatus. Coliphium. Ædificare robur & vires corporis apud Tertullianum, Laertium & Plutarchum. Chrysostomi locus ab Interprete aliter acceptus, perperam apposito Vigiliarum *vocabulo. Militum atque athletarum diversa vitæ ratio ex Platone ac Plutarcho. Tentata apud Dionem Chrysostomum castigatio. Vigiliæ Ecclesiasticæ. Quod Monachorum veterum ipsisque anteriorum Ecclesiæ nascentis initio Christianorum ascetica seu exercitatrix professio ab athletica vitæ ratione circa patientiam & continentiam parum discreparit; ex* Ecclesiastica *Eusebii* Historia: *ex qua nimiam vincti pro Christo Alcibiadis, ab Attalo martyre castigatam, quæ minor jam satis afflicti esse debuit, victus abstinentiam. Clementis Alexandrini locus de athletarum precibus, deque operibus piorum ac libero arbitrio indicatur: qui a glossemate suspectus.*

VERUMTAMEN ad illam potius a ciborum tum copia, tum varietate certis utique temporibus abstinentiam id D. Chrysostomi verbum [1] pertinere, cum clarissimo Budæo arbitror: quam athletis indictam ex more constat. Prandio siquidem panem, sive coliphium duntaxat edebant, in cœna vero carnem, ut Galenus [2] refert: magisque interpretationem istam ad mentem atque sententiam D. Pauli accedere, quando ita scripsit *Epist.* I. *ad Corinthios*, cap. IX. vers. 25. πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. De hac vero abstinentia Tertullianus eo quem ante indicavi loco cap. X. *de munere*, ubi de athletis: *Et tamen alii quoque xerophagiis* (ait) *invalescunt*. Et quod ait de xerophagiis, ita ex Horatii vetusto Commentatore [3] intelligendum: *Athletas qui ad curule certamen* (*ad cursus* scriptum malim, quamvis in cæteris quoque gymnicis idem obtinuisse arbitrer: nam curulis nomen ad currum potius pertinet) *instruebantur, non edebant carnes elixas, sed assas igni tantum.* Ante Pythagoram ficis utebantur athletæ: sed ille panes ἀζύμους & assas carnes eos comedere docuit, quæ κωλίφια vocabantur: (atque hoc quidem cum eo, quod e Laertio de Pythagora scripsi supra, connectendum moneo) abstinebant a Venere: &, ne forte per somnium noctu ludificarentur, laminas plumbeas renibus appendebant. Xerophagias istas τῆς στερρᾶς τροφῆς τῆς ἀθλητικῆς *firmi ac solidi cibi* nomine, quo cibo athletæ vesci consuessent, haud dubie Lucianus intellexit *Lexiphane* ad extremum: quo loco: Μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον ἡ στερρά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω· quod
F verbum ea significatione ab ipso Basilio usurpatur de athletis agente illo quem statim indicabimus loco.

Præterea ut alios ejusdem Tertulliani, Clementis Alexandrini, & ad Epictetum Simplicii mittam, ac reliquos (si qui sunt) a Mercuriale do-

1 Ex *Comment. ad cap.* II. *Epist.* II. B. Pauli *ad Timotheum*, unde verba superius prolata *cap.* I. hujus *libri*.

2 In *Comment.* I. *ad Hippocr.* περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων, *Aphor.* XVIII. *G. Tom. VIII.*

3 Ad illud ex lib. *de Arte Poetica*:
Abstinuit Venere & vino.

ctissimo indicatos ad fin. lib. *de Arte Gymn.* de athletis ad strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent, (sicuti Eustathius illo quem ante attuli loco, cum Tertulliano ad Martyres post Diogenem Sinopensem [1] adhibitis Plutarchi verbis, ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασιν [2], exponendum loquitur) segregatis, quos contineri a luxuria, a cibis lætioribus, a potu jucundiore, cogi, cruciari, fatigari tradunt, non alio quam coronæ studio. Plato lib. III. *de Repub.* fol. 404. simplicem & commodam gymnasticen, & eam maxime quæ in rebus bellicis versatur collaudans, Homerum ait convivia heroum neque carnibus elixis, neque exquisitis aliis cibis instruere, sed assas carnes tantum illis exhibere, quæ militibus paratu essent facillimæ: neque vero dulcium aut condimentorum ullam mentionem facere; tum subjicit de ascetis, sive athletis, hoc ipsum eos nosse abstinendum ab istis omnibus, siquidem futurum est ut corpus validius ac robustius reddatur; recteque hoc nosse & consulto abstinere: Οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἐγῷμαι, Ὅμηρος πώποτε ἐμνήσθη. ἢ τοῦτο μὲν καὶ οἱ ἄλλοι ἀσκηταὶ ἴσασιν, ὅτι τῷ μέλλοντι σώματι εὖ ἕξειν, ἀφεκτέον τῶν τοιούτων ἁπάντων· καὶ ὀρθῶς γε ἐφη ἴσασί τε καὶ ἀπέχονται. D. ipse Joan. Chrysostomus *ad populum Antiochenum homil.* LXVI. sub initium in col. 366. *Vides ubique tribulationem laudari* (ait) *passim assumi, tanquam nobis necessariam. Si enim in externis certaminibus* (ubi mallem τὸ ἐν τοῖς ἔξω quod scripserat, ut opinor, Chrysostom. ab Interprete redditum, *Ethnicorum* vel *Ethnicis* pro *Externis*) *absque hac* (pro scribendum, nisi fallor, fuit, ob ea quæ sequuntur, ad quæ istud pronomen videtur potius quam ad tribulationis præcedens pertinere vocabulum, *absque hoc*) *nemo coronam capere potest, nisi* [illegible] *horum observatione, victus norma,* [illegible], *& innumeris aliis semetipsum corroboraverit: multo magis hic,* &c. Ubi quod de vigiliis ait concoquere non possum: qui scio, non modo vigilias non indictas fuisse athletis a gymnasta vel gymnasiarcho, aut epistata; verum etiam dormitationem in ipsis nimium somnolentis (ut auctore Platone superius docui) notatam: quam legumina, casei, cæteraque id genus excitarent, quibus in victus ratione utendi mos ipsis fuit: Τὸ παρὰ φύσιν ἐμπίπλασθαί τε καὶ κοιμᾶσθαι. sicuti Galenus [3] alicubi scribit; hoc addens insuper carpendæ illorum dormitationi, καὶ μὴν ἐγρήγορσις μᾶλλον καὶ φροντὶς οὐκ ἀμαθὴς, ἢ ὕπνος ὀξὺς ἢ νῦν ἀπεργάζονται. Et postea ubi quotidianam athleticæ vitæ rationem sigillatim explicat, non vigiliarum, sed dormitationis & post labores exercitatorios, aut exercitationes laboriosas, oscitationis, & quietis, ac somni mentionem facit: Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἀποπάτοις εἰκὸς, ἐν οἷς διημέρευον ἀγχίνοιαν φύεσθαι καὶ μὴν παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἄλλο πρότερον πράττον, ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συστρεφόμενον, ἢ ἐσθιόντων, ἢ πινόντων, ἢ κοιμωμένων, ἢ ἀποπατούντων, ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ. Qua re imprimis militarem vivendi rationem ab athletica distare Plutarchus *Philopœmene* sub initium, in fol. 654. tradit: quando athletæ, multo somno, perpetua saturitate, statis motionibus, & quiete augerent ac tuerentur habitum suum; qui ex quolibet momento & excessu consuetudinis esset ad controversionem lubricus; quapropter ipsis διάθεσιν potius quam ἕξιν convenire Hippocrates existimabat, ut supra hoc ipso *lib.* ad finem *cap.* I. a Galeno monui: Milites autem omnem debeant variationem callere & inæqualitatem; maxime vero assuefacti esse, ut facile inediam tolerent, facile etiam vigilias. Sic enim Græca se habent: Τῶν δὲ φαμένων ἄπειρον εἶναι ἀθλητικὸν στρατιωτικῷ σῶμα καὶ βίον διαφέρειν τοῖς πᾶσιν, μάλιστα δὲ δίαιταν ἑτέραν καὶ ἄσκησιν εἶναι. τῶν μὲν ὕπνῳ τε πολλῷ καὶ πλησμοναῖς ἐνδελεχέσι, καὶ κινήσεσι τεταγμέναις, καὶ ἡσυχίαις αὐξόντων τε καὶ διαφυλαττόντων τὴν ἕξιν ὑπὸ πάσης ῥοπῆς καὶ παρεκβάσεως τῆς συνήθους ἀκροσφαλῆ πρὸς μεταβολὴν οὖσαν, τὰ δὲ πάσης μὲν πλάνης ἔμπειρα, καὶ πάσης ἀνωμαλίας προσῆκον εἶναι, μάλιστα δὲ φέρειν ῥᾳδίως μὲν ἔνδειαν εἰθισμένα, ῥᾳδίως δὲ ἀγρυπνίαν.

Quæ omnia e Platonis quem antea citavi tertio *de Repub.* libro desumpta moneo: nam ubi de athletis eo protulit quæ superius proposui, vitam edormientibus suam, subjicit statim de militibus, quos ipse militares athletas vocat: Κομψοτέρας δέ τινος (ἦν δ' ἐγώ) ἀσκήσεως δεῖ τοῖς πολεμικοῖς ἀθληταῖς, οὓς γε ὥσπερ κύνας ἀγρύπνους τε ἀνάγκη εἶναι, καὶ ὅτι μάλιστα ὀξὺ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ πολλὰς μεταβολὰς ἐν ταῖς στρατείαις μεταβάλλοντας ὑδάτων τε, καὶ τῶν ἄλλων σίτων, καὶ εἱλήσεων, καὶ χειμώνων μὴ ἀκροσφαλεῖς εἶναι πρὸς ὑγίειαν. Eoque spectasse Thebanum illum Epaminondam sentio; cum ad suos cives adversus Meneclidis obtrectationes (Æmilio Probo ita narrante) diceret; qui pace (quæ bello pareretur) diutina frui vellent, bello exercitatos esse debere: quare si principes Græciæ esse vellent, castris esse utendum ipsis, non palæstra. Quin & ipsum Herculem hac re imprimis dissimilem athletis fuisse: quod orbem totum vigilicius [4], atque gracilis macerve (sic enim cum vetusto *Græco-Latino Lexico* col. 527. hic quidem malo τὸ λεπτὸς, quam ut exilis tenuisve diceretur Hercules, interpretari) leonum more lustraverit, cum e contrario athletæ obesi carnibus saturarentur, & longo post crapulam somno uterentur, ab altero Chrysostomo Dione in *Diogene* ἢ περὶ ἀρετῆς, fol. 94. pagin. 2. in hæc verba traditum recordor: Πλὴν ὅγε Ἡρακλῆς περιῄει τὴν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν ἅπασαν οὐδὲν ὢν τούτοις ὅμοιος τοῖς ἀθληταῖς· που γὰρ ἂν ἠδυνήθη προσελθεῖν σάρκας τοσαύτας ἔχων, ἢ τοσούτων κρεῶν δεόμενος (forsitan, γεμόμενος, aut δαπανώμενος, nisi quod suppleri potest πρὸς τὸ γέμειν, quo verbo de athletis agens idem auctor alibi [5] utitur) ἢ βαθὺν οὕτως ὕπνον κα-

---

1 De quo Laertius lib. VI. *de Vitis Philosophorum*, fol. 216. Ερωτηθεὶς διὰ τί οἱ ἀθληταὶ, ἀναίσθητοί εἰσιν; ἔφη, ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδόμηνται. Sic in usu sermonis Hebraici, *ædificare* de suscipiendis & educandis liberis domoque, id est, familia, dici notatum ab elegantiss. Drusio *Miscellan.* centur. I. cap. LXXXIV. eadem metaphora usus non ad corpus, sed ad animum id verbi D. Paulus transtulerat *Epist.* I. *ad Thessalon.* cap. V. vers. II. ubi; Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους (inquit) καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν ἕνα καθὼς καὶ ποιεῖτε.

2 Fol. 225. ubi de vocis exercitatione sanitati conferente ac robori: Οὐ μόνον πρὸς ὑγίειαν, (inquit) ἀλλὰ καὶ πρὸς ἰσχὺν οὐ παλαιστικὴν, οὐδὲ σάρκωσιν καὶ πύκνωσιν τῶν ἐκτὸς ὥσπερ οἰκοδομήματος, ἀλλὰ τοῖς ζωτικωτάτοις καὶ κυριωτάτοις μέρεσι ῥώμην ἐνδιδοῦσαν, καὶ τόνον ἀληθινὸν ἐμποιοῦσαν.

3 *ad Thrasybulum*, πότερον ἰατρ. ἢ γυμνασ. ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν, fol. 279. lin. 58. & fol. 998. lin. 8.

4 Vetus & probum (ut puto) voocabulum, quo redditum τὸ ἄγρυπνος, reperi aliud cogitans in *Græco-Latino* veteri *Lexico*, quod Henric. Stephanus edidit fol. 365.

5 *Diogene* sive *Isthmico* fol. 95. pag. 2. τοῦ πλείστων κρεῶν γέμοντι.

θεύδων, ἀλλὰ ἄγρυπνος καὶ λεπτὸς ὥσπερ οἱ λέοντες ὀξὺ βλέπων, ὀξὺ ἀκούων, & reliqui: & Galenus [1] ipse ubi dixit athletas cœnæ vorationem suæ, ad mediam usque noctem extendere solitos, adjicit de somno intempestivo; (qualem a Seneca in *Epistolis* notatum in iis quos *lucifugas* vocat memini) ut athleticam vitam hujusmodi saginæ suillæ quadantenus comparet, ista quæ sequuntur: Ἀνάλογον τοίνυν τούτοις, καὶ ἡ τῶν ὕπνων αὐτοῖς ἔχει συμμετρία, ἡνίκα γὰρ οἱ κατὰ φύσιν βιοῦντες ἀπὸ τῶν ἔργων ἔχουσι ἐδεσμάτων δεόμενοι τηνικαῦθ' οὗτοι διανίσανται τῶν ὕπνων, ὥστε ἐοικέναι τὸν βίον αὐτῶν ὑῶν διαγωγῇ, & cætera, quæ inferius adferam suo loco, ubi de servis ad agones non admissis. Ac ausim equidem affirmare, tametsi athletam dormientem perdere victoriam B. Hieronymus [2] alicubi pronunciaverit, (quod nimirum eo pertinet, ut exercitationem athletæ bono, qui præmium victoriæ sit ablaturus, necessariam esse doceat) nihilominus in eo quem ad hujus *capitis* initium protulimus loco [3] scripsisse D. illum alterum Chrysostomum νηστείαις, non ἀγρυπνίαις, quæ duo tamen simul conjuncta quodam B. Pauli *Epistola secunda ad Corinthios* loco [4] videas licet, non vigiliis inquam, sed jejuniis, quæ sub appellatione ciborum observationis minime possit comprehensa dicere; vigiliarum autem nomine Interpres (ut reor [5]) ideo significari & exprimi non inepte a se posse duxit, ob receptum scilicet in Ecclesia Romana morem, vigiliarum, aut pervigiliorum nocturnorum loco (quæ nascentis Ecclesiæ temporibus crebro usurpabantur ad memorias Martyrum) substituendi jejunia: quæ ipsa nihilominus hodie vulgo vigiliæ, spectata scilicet origine, dicuntur; sicut ex aqua horaria, solaria Censorinus [6] ait a consuetudine noscendi a sole horas & ipsa esse nominata. Virgiliis quidem, hoc est insomniis, adeo non roboratur corpus, ut si ulla re alia, imprimis hac debilitari constet, ac minui.

Alioqui non negarim, quoniam a B. Hieronymo in supra *dicto loco* egregie admonemur; quando laboramus, tunc adjuvare nos Deum, adeo ut si non voluerimus & cucurrerimus, Deus nobis nihil sit profuturus; nostrum enim esse, velle & currere, & postea Deus miseretur: Athletam itaque dormientem perdere victoriam, si qua ulla exercitatione Monachos in perfectæ vitæ stadio decurrentes B. Joan. Baptistæ imitatores (de quorum patientia plus quam athletica cæterisque virtutibus *cap.* VI. ad finem agere certum est) vigiliis potissimum, cum omni sobrietate sive tenuitate victus ac vestitus vilitate conjunctis, accendi atque permoveri. Ea propter Isidorus Pelusiota qui *ad Nilum* scripserat *epist.* V. *lib.* I. sic fere: Εἰ τοίνυν καὶ βρώματα καὶ ἐσθήματα τῆς κατὰ Θεὸν τελείας ἀσκήσεως ἐν Ἰωάννῃ τῷ Βαπτιστῇ ἐπαιδεύθημεν, θέλξει μὲν οἷόν τε πρὸς σκέπην ἀρκεσθησόμεθα, ἀκρέμοσι δὲ βοτανῶν καὶ φύλλων πρὸς ὀλίγην τροφὴν, καὶ δύναμιν, καὶ ἀπέραντον. Abrahamum, ut vigilet, exhortatur ejusdem

A *libri epistola* CCCVIII. fol. 109. in hæc omnino verba quæ subjiciam: Χαῖρε παρ' ἡμῶν Ἀβραάμε, καὶ νῆφε γρηγορῶν εἰς τὸν πόλεμον· πόλεμον γὰρ καὶ νόμιζε καὶ πίστευε, καὶ στάδιον τῆς ἀσκήσεως χαλεπωτέροις τῶν αἰσθητῶν ξιφῶν τοῖς νοητοῖς κυκλούμενον βέλεσιν. Quibus haud dubie verbis ad istud B. Pauli *ad Ephesios* scribentis cap. VI. & ult. vers. 17. & 18. aspexit; ubi eos ad pugnam fortiter adversus principatus, potestates tenebrarum harum, & spiritualia nequitiæ suscipiendam exhortatus est Apostolus: Καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ
B ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει, καὶ δεήσει, περὶ πάντων τῶν ἁγίων. Juxta cujus præceptum Christianos primicerios (quorum imitatores vetusti fuere Monachi) se ita ad patientiam laborum, jejuniorum, vigiliarum, pernoctationum in Ecclesia, insomniæ inediæque per dies plurimos, a vino certe carnibusque ac plerumque ab oleo abstinentiam comparasse; atque ita exercuisse se viros fœminasque, ut in orationibus ad Deum fusis sacrarum etiam literarum interpretationibus divinisque inter hymnos laudibus, simul quo convenerant ubi perdurarent; modici
C panis salibus & hyssopo misti esu, & aquæ potu atque chameuniis quod substinendo corporis sufficeret, interim uterentur, (id quod suis etiam temporibus sub festum Dominicæ passionis a plerisque usurpatum Christianis refert) ipse in hæc verba Eusebius Pamphili, Cæsariensi Episcopus, advocatis aliquot Philonis Judæi testimoniis (quæ tamen ad Essenos Judæos potius Philo utique Judæus, quem ad Christianos primores, ὡς εἰκὸς, retulerat) plenius in *Ecclesiastica Historia* [7] enarravit; unde pauca hæc, ad rem quæ facere videbantur, expressimus: Τί δεῖ τούτοις ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταυτὸν συνόδους καὶ τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν
D ἐν ταυτῷ διατριβὰς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις; ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν, &c. καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας, καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τούς τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνους, &c. ὅπως τε κατὰ τὰς δεδηλωμένας ἡμέρας ἐπὶ στιβάδων χαμευνοῦντες, οἴνου μὲν τοπαράπαν, &c. οὐκ ἀπογεύονται. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινός· ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἐστι τὸ ποτὸν, καὶ προσόψημα μετ' ἄρτου ἅλες, καὶ ὕσσωπον. Suidas ipse in *Paulo* ab Evagrio Monachorum eremitarum vitam integram celebrat, de jejuniis continuis atque abstinentia a vi-
E no, ab oleo, ab animatis, deque colloquiorum raritate ac brevitate, egregio denique in mendicos mancipatosve carceribus studio atque charitate (quas omnes virtutes imitatione Paulus Eremita consectatur) sic admodum scribens: Τοιοῦτος γέγονεν, οἵους ὁ Εὐάγριός φησι τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ διατρίβειν μοναχούς. πάντα γὰρ ἐκείνους μιμούμενος διετέλει τὴν συνεχῆ νηστείαν τὸ ὀλίγα φθέγγεσθαι τὴν ἀποχὴν, τῶν

1 Προτρεπτ. πρὸς τὰς τέχνας, fol. 4. lin. 154. ex qua verba superius posui.

2 In *Comment. in Psal.* CVII. *Paratum cor meum*, ad illud: *Et non exibis Deus in virtutibus nostris*.

3 Ex *homil.* LXVI. *ad pop. Anthioch.*

4 Cap. VI. vers. 6. ubi de iis, quæ pertulit propter Christum, disserit.

5 Diem quo jejunamus a vetusta pervigilatione hodie sublata *Vigilium* dici a Speculatore lib. VI. *Rational. dvin. offic. rub.* de aliis jejunariis adnotatum a Covarruvia lib. IV. *Variar. Resp.* cap. XXI. num. VIII. in quem locum incidi posteaquam isto,
F ea quæ vides mandaram literis. De Vigiliis ad festa quæ hodiæ sublatæ sint, maxime post *Elibertinum Concil.* can. XXXV. Videsis apud eundem Covarruviam e variis auctoribus ejusdem *lib. cap.* XIX. num. X.

6 Ex quo ad impressi vetusti fidem castigato, id pridem docui cap. XXV. & ult. lib. II. *Semestr.*

7 Lib. II. cap. XVII. quo nixus potissimum loco B. Hieronymus Philonem inter Ecclesiasticos scriptores retulit.

ἐμψύχων, τὰ πολλὰ δὲ καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου ἀπείχετο. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ τῆς πτωχικῆς παιδείας, οἱ καὶ τοὺς ἄλλους, ἔγωγε, τοὺς ἐν φυλακαῖς ἀσκίως ἐπεσκέπτετο. Ex quibus addiſcitur; qui beatæ illius vitæ ac æternæ quietis metam contingere ſtuderent Chriſtiani, eos multa ferre, facere in hoc iſtius ſecularis vitæ ſtudio, ſudare, Venere ac vino abſtinere ſolitos: quemadmodum *Sermonibus* proximis admodum tribus, adhibito Flacci Horatii carmine, curſores olim alioſque athletas Ethnicos facere oportuiſſe, ut agonibus gymnicis vincerent, manifeſte comprobabitur. Nec tamen abſtinentiam in victu nimiam, quæ a vinctis Chriſti athletis uſurparetur, a Domino probatam; ex revelatione Attalo martyri facta de Alcibiade (qui adſtricta illa diæta uteretur, ut in carcere panem duntaxat & aquam ſumeret, cætera repudiaret) intelligimus: quam Euſebii ejuſdem hiſtoria [1] his omnino verbis alio loco ſufficit: Ἀλκιβιάδης γάρ τις ἐξ αὐτῶν πάνυ αὐχμηρῶς βιοὺς καὶ μηδὲν ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνων, ἀλλ' ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρώμενος, πειρώμενός τε οὕτω καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου πολιτευόμενος. πεισθεὶς δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς. Optimus namque in hac, ut cæteris,

Eſt modus in rebus: ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum;

quemadmodum Venuſinus poeta cecinit: & qui ſatis ipſo ſitu & ſqualore carceris affligebatur, non debuit tanta ſe non jejunii dicam caſtigatione, ſed aliqua ſaltem neceſſarii prorſus ad vitam cibi abſtinentia macerare; atque ita martyrio pro Chriſtiani nominis confeſſione ſubeundo minus fortaſſe idoneum reddere; aliiſque ſcandali atque offenſionis occaſionem, velut ſi Dei creaturas uſui hominum paratas averſaretur, interea offerre: ſiſtere namque ac exhibere corpora noſtra Domino debemus, hoſtiam viventem & rationale ſive rationabile obſequium noſtrum, juxta præceptum Apoſtoli *ad Romanos* cap. XII. in princ. quo loco: Παρακαλῶ (ait, &c.) παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Quod poſtremum tametſi Chryſoſtomus ita explicavit, ut cultus iſte noſter nihil corporale, craſſum, ſenſile haberet, ſed potius omni virtutum bonorumque operum genere ſpiritualiter cumulatus eſſe debeat: Photius autem ita, ut ſit ex pietatis & veræ in Chriſtum fidei ratione, puræque adeo & ſanctæ vitæ, rationem religionis ac fidem adjungi, eaſque invicem congruere oporteat: attamen minime improbabilis hæc quoque interpretatio futura eſt, ſi de externo, ſive jejuniorum, ſive alio quolibet erga Deum obſequio, utique moderato, & quod imbecillitatis humanæ conditio ipſaque ratio admittat, accipias: ut nemo ſit qui ſupra humanas vires, aut cum certo præſentis vitæ periculo id præſtare, ne voti quidem exſolvendi gratia, teneatur: niſi qua ipſo Domini verbo diſerte comprehenſum atque præſcriptum fuerit. Veriſſime profecto & ſanctiſſime dictum alicubi a B. Athanaſio & in *Antonii Collectaneis* [2] relatum: Ὅτι καλὸν ἡ ἄσκησις μετὰ συμμετρίας καὶ γνώσεως ἀληθοῦς, *honeſtam eſſe rem exercitationem cum moderatione & cognitione vera.* Et nihilominus conſtat hoc quidem, (quod ad Eccleſiaſtici dogmatis de libero arbitrio atque operum commendatione confirmationem omnino pertinet, adverſus neotericos Gnoſticos) cum ideo mentem a Deo acceperimus, ut ſciamus quæ facimus, & quamobrem procreati ſumus; ut ipſius nimirum præceptis pareamus, ſi hoc elegerimus ut ſalvi eſſe velimus: allaborandum nobis eſſe, ut neque dormiendum, ſed vigilandum, ſed jejunandum, & alia multa facienda, patienda, quæ jubet Dominus, ut de ſalute noſtra ſatagentes atque ſolliciti, ab optimo & præſtantiſſimo Medico ſanitatem mentis, ab agonotheta & munerario æquiſſimo, nempe a Deo Opt. Max. & ab ipſius unigenito Filio Domino noſtro, veluti brabeuta & aleipta quopiam, æternæ vitæ præmium conſequi poſſimus; juxta ea quæ a B. Hieronymo ſuperius retuli: quibus hoc poſſis etiam addere, quod apud Clementem Alexandrinum [3] in eam ſententiam ſic fere ſcriptum memoria repeto: Οὗτος ἐστὶν ὄντως ὁ ἀθλητὴς ἀληθῶς, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ σταδίῳ τῷ καλῷ κόσμῳ τὴν ἀληθινὴν νίκην κατὰ πάντων στεφανούμενος τῶν παθῶν. ὅ τε γὰρ ἀγωνοθέτης ὁ παντοκράτωρ Θεός. ὅ τε βραβευτὴς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, θεαταὶ δὲ ἄγγελοι καὶ θεοί. καὶ τὸ παγκράτιον τὸ πάμμαχον (ubi horum nominum, quibus idem artificium ſignificari *lib.* I. ad extremum XXX. *cap.* oſtendimus; alterutrum atque illud potius quam iſtud, quod minus tritum cum foret, ideo explicatione opus habuerit, ab ipſo autem Clemente in ſecundo *Pædagogi* [4] uſurpatum, gloſſemate Scoliaſtis irrepſiſſe in contextum cenſeo) οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, &c. ἀπαραλόγιστος γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ ψῆφος εἰς τὸ δικαιότατον κρίμα. κέκληνται μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἀγώνισμα τὸ θέατρον. παγκρατιάζουσι δὲ εἰς τὸ στάδιον οἱ ἀθληταί. καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ὁ πειθήνιος τῷ ἀλείπτῃ γενόμενος· πᾶσι γὰρ πάντα ἴσα κεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔστιν αὐτὸς ἀμεμφής. ἐλεεῖται γὰρ ὁ δυνάμενος, καὶ ὁ βουληθεὶς ἴσχυσε. ταύτῃ καὶ τὸν νοῦν εἰλήφαμεν, ἵνα εἰδῶμεν ὃ ποιοῦμεν, καὶ τὸ γνῶθι σαυτὸν ἐνταῦθα εἰδέναι ἐφ' ᾧ γεγόναμεν· γεγόναμεν δὲ εἶναι πειθήνιοι ταῖς ἐντολαῖς, εἰ τὸ βούλεσθαι σώζεσθαι ἑλοίμεθα, & quæ ſequuntur; itemque aliquanto poſt: Ὡς δὲ ὁ ἰατρὸς ὑγείαν παρέχεται τοῖς συνεργοῦσι πρὸς ὑγείαν, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὴν ἀΐδιον σωτηρίαν τοῖς συνεργοῦσι πρὸς γνῶσίν τε καὶ εὐπραγίαν, σὺν δὲ τῷ ποιεῖν αὐτῶν ἐφ' ἡμῖν ἃ προστάττουσιν αἱ ἐντολαί, καὶ ἡ ἐπαγγελία τελειοῦται. Et adjicit ſtatim ſimilitudinem ab athleta quopiam e Veteribus non ignobili deductam, qui poſtquam diu multumque corpus ad robur atque fortitudinem exercuiſſet, ac decertaturus deceſſiſſet, Olympiam ad ſignum Jovis Olympici obverſis oculis ita preces concepiſſe fertur: *Si omnia ita uti oportuit, o Jupiter, comparavi ad agonem iſtum ſubeundum com-*

1 Lib. V. *Eccleſ. Hiſt.* cap. III. fol. 48. Græci exemplaris, ubi nulla ſalis mentio, quæ in Ruffini Latina interpretatione tamen extat, fol. 109. & apud D. Joann. Chryſoſt. Tomo V. ejus *Operum* in *Sermone*, *Quod diſpenſatio rer. tuar. per teipſum exequ. eſt* & *de laudibus inſtitutiſque monach.* colum. 819. *Diſcumbunt pane dumtaxat plerique contenti & ſale, alii oleo his adjecto, & qui infirmiores fuerint oleribus & leguminibus veſcuntur. Divinis interea laudibus haud intermiſſis cum paululum conſederint, ſinguli ſtoreis & humi cubant ad quietem ſolum, non ad delicias paratis.*

2 Apud Joannem Stobæum *Serm.* XIV. περὶ μοναχῶν χρηστῶν καὶ ἡγεμονῶν ἀγαθῶν, fol. 54.

3 Lib. VII. *Stromat.* fol. 301. & 309. libri a Commelino editi anno 1592.

4 Cap. VIII. fol. 77. unde verba protuli ſuperiore *lib. cap.* XXII.

moda, tribue mihi pro tua æquitate victoriam: ex qua id concludit, ei, qui pro sua virili parte ex animi sententia innocenter vixerit, omniaque impleverit ad disciplinam & exercitationem, ut per bona opera Deo placeret, fieri aliter non posse quin omnia ipsi prorsus & absolute ad salutem conferant: Καί μοι δοκεῖ κἀκεῖνο καλῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησι λέγεσθαι. ἀθλητής τις ὐκ ἀγεννὴς ἐν τοῖς πάλαι πολλῷ τῷ χρόνῳ τὸ σωμάτιον εὖ μάλα πρὸς ἀνδρείαν ἀσκήσας, εἰς Ὀλύμπι' ἀναβὰς, εἰς τ̃ Πισαίυ Διὸς τὸ ἄγαλμα ἀποβλέψας· Εἰ πάντα, εἶπεν, ὦ Ζεῦ, δεόντως μοι τὰ πρὸς τ̃ ἀγῶνα παρεσκεύασαι, ἀπόδος, φέρων δικαίως τ̃ νίκην ἐμοί. ὧδε γὰρ τῷ γνωστικῷ ἀνεπιλήπτως καὶ εὐσυνειδήτως τὰ παρ' ἑαυτὸν πάντα ἐκπεπληρωκότι εἰς τε τ̃ μάθησιν, εἰς τε τ̃ συνάσκησιν, εἰς τε τ̃ εὐποιΐαν, καὶ εἰς τ̃ εὐαρέστησιν τῷ Θεῷ τὸ πᾶν συναιρεῖται πρὸς τ̃ τελειότητα τ̃ σωτηρίαν.

CAP. IV.

D. Basilii locus de Jejunio *a re athletica. Ejusdem locus alter de palæstricis circa castitatem athletarum legibus: & item Paulini unus de castitate athletica: qui leviter emendatus. Sponsorum coronæ, itemque amantium, in* Notis. *Alii nonnulli de athletica continentia loci: a qua Icchus & Eubata commendati ab Æliano, cujus verba in transitu notantur. Mavia sui copiam duobus Olympionicis una nocte quod fecisset, qui excusaverit. Aleiptæ athletas ut curarent. De Amœbei citharœdi, Diogenis tragœdiarum actoris, & Clitomachi pancratiastæ averso ab omni Veneris usu animo. Astyli & Crisonis athletarum continentia. De Aristotele athleta, eadem omnia circa spretam ab ipso Laidis consuetudinem narrari a Clemente Alexand. quæ de Eubata Ælianus memoraverit.*

SANE Divus etiam Basilius ab athletarum consuetudine jejunium commendat, velut ab ipsis utiliter usurpatum, 1. *homil. de Jejunio*: ubi: Νηστεία προφήτας γεννᾷ, ἀδυνάτυς ῥώννυσι, νηστεία νομοθέτας σοφίζει, ψυχῆς ἀγαθὸν φυλακτήριον, σώματι σύνοικος ἀσφαλὴς, ὅπλον ἀριστεῦσιν ἀθληταῖς γυμνάσιον. τῦτο πειρασμὺς ἀποκρύεται, τῦτο ἀλείφει πρὸς εὐσέβειαν, &c. Jejunium esse athletis exercitationem significans: & eleganter postea de Christi Domini jejunio sic loquitur, ut omnia gymnastica vocabula usurpet: Ὁ Κύριος ἡμῶν νηστείᾳ τ̃ σάρκα, ἣν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβεν, ὀχυρώσας, οὕτως ἐν αὐτῇ τ̃ διαβόλυ τὰς προσβολὰς ὑπεδέξατο, ἡμᾶς τε παιδεύων νηστείαις ἀλείφειν καὶ παιδοτριβεῖν ἑαυτὺς πρὸς τὺς ἐν πειρασμοῖς ἀγῶνας, καὶ τῷ ἀντιπάλῳ διὰ τ̃ ἐνδείας οἷον λαβὴν ἐνδιδὺς. Et sub finem ejusdem *Sermonis*: Ὁ δὲ ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τ̃ περίοδον τ̃ χρόνυ Κύριος παράσχοι ἡμῖν οἷον ἀγωνισαῖς εἰς τὺς προαγῶνας (nota hoc nominis, de quo inferius *cap.* VII. XI. & XIII. hujus *libri* dicturi sumus) ταύτης τὸ σεῤῥὸν καὶ εὔτονον τῆς καρτερίας ἐπιδειξαμένοις φθάσαι καὶ ἐπὶ τὴν κυρίαν τ̃ στεφάνων ἡμέραν, &c. De palæstricis castitatis atque continentiæ ab athletis observandæ legibus, adeo severis illis atque asperis, ut eorum qui post certamen ad coronam cæteraque præmia aspirarent, oculos etiam ipsos longe a spectandis puellarum formis, nedum a fœminarum consuetudine corpus animumque athletarum abesse præciperent: idem

A ipse D. Basilius sub initium *Orationis* περὶ τοῦ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς, fol. 221. in hæc omnino verba scribit; quæ non tam ex more meo, quam pro suo merito & sermonis nostri hujus illustratione locum in istum conferam. Etenim ubi de incontinentia & voluptate Venerea, quæ corpus effœtum tradit senectuti: (ut inquit Cicero in *de Senectute*:) Ἀδρανεστέρυ γὰρ αἰσθάνεται γεγενημένου τῦ σώματος (ait) καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων ἐργασίαν νωθρῦ καὶ παντάπασιν ἀσθενῦς· τῦτο δὴ ἄρα τοῖς παιδοτρίβαις κατανοήσασιν σωφροσύνης ἐν τ̃ παλαίστραις γέγραπται νόμος, ἄσυλα παρὰ τ̃ ἡδονῶν τοῖς νεανίσκοις φυλάττειν τὰ σώματα, καὶ ὐκ ἐπιτρέπων
B ἀγωνιζομένοις αὐτοῖς ὐδὲ ὅσον προσβλέψαι τ̃ λαμπρύσαις μορφαῖς, εἴγε ἐθέλοιεν στεφανωθῆναι τ̃ κεφαλὴν. ὡς τ̃ ἀκρασίας γέλωτα ἀγύσης ἐν τῷ παλαίειν οὐ στέφανον. Tum vero Sanctus Paulinus *epist.* 11. *ad Severum*: *Confirmemus animam castitate, quam Apostolus docet: quam etiam carnales athletæ diligenter tuentur, quo* (sic malo pro *quod*) *nobis impensiore studio servanda est, pro immarcessibili corona illa luctantibus, cum etiam pro temporali & fragili corona decernentibus excolatur*. Optime Paulinus de castitate ab athletis observata: propter quam novos sponsos tanquam fortissimos atque in-
C victissimos utpote continentes, ac peritos artis gymnasticæ athletas, die nuptiarum olim etiam coronatos; qui scilicet castitatis, roborisque animi specimen, atque documentum in palæstra, sive gymnasio paternæ domus de se dedissent; ab illo ipso Chrysostomo [1] scite scriptum legimus in hæc verba: Διὰ τοῦτο στέφανοι (ait ille) τ̃ κεφαλαῖς ἐπιτίθενται, σύμβολον τ̃ νίκης· ὅτι ἀήττητοι γενόμενοι οὕτω προέρχονται τῇ εὐνῇ, ὅτι μὴ κατηγωνίσθησαν ὑπὸ τ̃ ἡδονῆς. εἰ δὲ ἀλοὺς ὑπὸ τ̃ ἡδονῆς πόρναις ἑαυτὸν ἐκδῷ, τίνος ἕνεκεν λοιπὸν στέφανον ἔχει ἐπὶ τ̃ κεφαλῆς, ἡττημένος. Et postea: Οὕτω γὰρ δεῖ ἐκ τ̃ πατρικῆς οἰκίας ἐξιέναι πρὸς γάμον, καθάπερ ἀθλητὴν ἐκ παλαίστρας πά-
D σαν δι' ἀκριβείας ἔχυσαν ἐπιστήμην. Petrus denique Chrysologus *Serm.* CXIX. eundem D. Pauli locum explicans: *In agone isto terreno* (ait) *qui vincere volunt abstinent se a cibis quibusdam, a potu nimio, abstinent ab omni immunditia, sub tanta castitate, ut etiam propria conjugia non requirant: nec aliter se vincere posse sperent, nisi corpus suum castum pudicumque servaverint: & post tantum laborem, quid aliud quam parvam, & corruptibilem, & vilem quidem coronam accipiunt?* Ideo D. Ephrem Edissenus diaconus in *Serm. de Virginit.* fol. 188. pag. 2. virginitatem, aut castitatem cor-
E poris mentisque ut suadeat, ab athletis similitudinem ducit, sic fere: *Fac sis continens animo, vigil spiritu, abstinens corpore, continens habitu, continens spiritu, abstinens cibo, abstinens risu, cogitationum quoque continentiam servans, ut per omnia veluti perfectus athleta innotescas*: at de luctamine spirituali *cap.* 11. *Continentiam habeto* (inquit) *in habitu, continentiam habeto in cibo, continentiam habeto in lingua, abstinentiam in aspectu, in cogitatu, in risu, ut athleta pietatis perfectissimus*
F *in omnibus demonstreris*. Diogenes apud Stobæum *Serm.* LXXXIV. *locor. commun.* Δεινὸν ἔλεγεν εἶναι εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ, καὶ οἱ καθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν. οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος. σωφροσύνης δὲ ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει. Eustath. apud Homerum ad illud ex *Iliad.* ω.

— μεμνημένος οὔτε τι σίτυ, οὔτ' εὐνῆς.

---

1 In *Commentar. in Epist.* 1. *B. Pauli ad Timoth. cap.* 11. *serm.* VIII. fol. 19. pag. 2. qui non ignorabat ex paganico ritu coronatos incessisse olim amatores quoslibet tanquam vinculis quibusdam impeditos, & illorum quos amarent valvas itidem coronare solitos. Qua de re apud Athenæum lib. XV. *Deipnosophistarum*. sub initium plurima videas licet.

Τοῖς γὰρ πολεμοῦσιν οὐ πίνειν (τῶν ἀφροδισίων δῆλον) ἀλλ' εὐπνοίας χρεία φασὶ καὶ πνεύματος, ὡς καὶ τοῖς γυμναζομένοις. Et adjicit, quod huc proprie pertinet, διὸ καὶ οἱ ἀθληταὶ τὸν τοῦ ἀθλεῖν παντὶ καιρὸν οὐκ ἀξιοῦσι πλησιάζειν γυναιξί· significans toto certaminis gymnici tempore conjugalem congressum athletis fuisse prohibitum. Ab omni ingluvie, vinique ac Veneris intemperantia multo magis, per totum certaminis tempus abstinuisse athletas, ut solis exercitationibus agonisticis occuparentur; omnium optime ac disertissime D. Jo. Chrysost. [1] ad verba illa B. Pauli, πάντα ἐγκρατεύεται, ostendit; sic fere. Τί ἐστι πάντα; (inquit) οὐχὶ τὸ μὲν ἀπέχεται, ἐν ἑτέρῳ δὲ διαμαρτάνει, ἀλλὰ καὶ γαστριμαργίας, καὶ λαγνείας, καὶ μέθης, καὶ πάντων ἁπλῶς κρατεῖ τῶν παθῶν. τοῦτο γὰρ ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν ἔξωθεν ἀγώνων γίνεται. Et adjicit de tempore illius abstinentiæ ab omni voluptate, per quod scilicet agonibus athletæ occupabantur: Οὐδὲ γὰρ μεθύειν ἔξεστι τοῖς ἀγωνιζομένοις κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀγωνίας, οὐδὲ πορνεύειν, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν ἐκλύσωσιν, ἀλλ' οὐδὲ περὶ ἄλλο τι οὐδὲν ἠσχολῆσθαι, ἀλλὰ πάντων ἑαυτοὺς ἅπαξ ἀποστήσαντες τοῖς γυμνασίοις μόνον προσέχουσιν. Quamobrem alio quodam loco [2] idem Chrysostomus athleticæ hujus consuetudinis atque instituti memor, cum de Josephi a domina Ægyptia Pharaonis * uxore ad Venerem provocati continentia dissereret, illud omnino protulisse videtur, quod Interpretis Latini fide (cum exemplari Græco perinvitus caream) mox subjecturus sum: *Tantum enim abundabat modestiæ & castitatis, ut & illius insaniam solvere festinaret, sed tamen quia ipse exivit in actus* &c. *& castimoniæ magnus athleta probatus est, adamantis robur imitatus: videamus qualibus postea rebus frui meruit, & quid post coronandum virum illum succedit.* Placet autem in illo superiore Chrysostomi loco, quod sub certaminis tempus athletis vetitum fuisse ait, ne Veneri aut Baccho indulgerent, sed solis exercitationibus vacarent;

Uno namque modo vina Venusque nocent,

sicuti Poeta cecinit: & placet addita ratio, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν ἐκλύωσιν, ne robur ac vires, in Venerem soluti aut obruti vino, amitterent: etenim circa ipsos athletas proditum, eos qui natura robustiores alioqui forent, imbecillioribus tamen qui sese a Venere continuerint, cedere atque succumbere: ac proditum ab Aretæo Cappadoce Medico [3] in hæc verba, Interpretis Latini fide: *Si quis autem vir & seminis profundendi abstinens fuerit, robustus est, audax, neque vel feras expavescens: testimonio sunt ex athletis temperantes:* (inquit) *Nam & illi qui natura quibusdam præstant ob intemperantiam deterioribus multo pejores fiunt,* (*imbecilliores* aut *debiliores* debuit vertere) *contra natura deteriores ex temperantia præstantioribus longe meliores evadunt. Neque sane ab alio quopiam, quam a genitura robustum animal generatur,* &c. De Iccho quidem Tarentino luctatore narrat Ælianus [4] per totum exercitationis palæstricæ aut luctaminis tempus continentissime vixisse; ut & cibis moderate uteretur & prorsus Veneris inexpertus foret: Ὅτι Ἴκχος ὁ Ταραντῖνος πάλης ὑπῆρξατο (ait, ubi forsitan addendum aliquis censuerit τὸ νικητὴς, aut certe ἀσκητὴς, vel ἀθλητὴς, sed illud potius aut simile quidpiam) σωφρονέστερον τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον διαζῆσαι, καὶ κεκολασμένῃ τροφῇ διαβιώσας καὶ ἀφροδίτης ἀμαθὴς διατελέσαι. Idem ipse [5] de Eubata Cyrenensi, cum Lais famosissima illa meretrix Ephyræa, sive Corinthia, ubi primum juvenem aspexit deperire cœpisset, ac de congressu verba facere, fidem fœminæ datam ab Eubata scribit: sed ita ut promissi executio post certamen (Isthmiacum ut reor) propinquum differretur: intra cujus tempus cum vixisset ille continenter (more isto athletico scilicet de quo agimus) & victoriam ex eo certamine deportasset; ne videretur non implevisse quod promiserat, pictam Laidis imaginem, secum Cyrenem abstulisse, cum se Laidem domum ducere, neque a pactis discedere profiteretur: quamobrem justa & legitima uxor Eubatæ, ipsum ob talem castitatem remunerata, grandem ei statuam apud Cyrenem erexerit: Εὐβάταν τὸν Κυρηναῖον ἰδοῦσα Λαῒς (inquit) ἠράσθη αὐτοῦ θερμότατα, καὶ περὶ γάμου λόγους προσήνεγκεν· ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ἐξ αὐτῆς ἐπιβουλὴν ὑπέσχετο ταῦτα δράσειν, οὐ μὴν ὡμίλησεν αὐτῇ ὁ Εὐβάτας σωφρόνως διαβιώσας· ἡ δὲ ὑπόσχεσις αὐτοῦ μετὰ τὴν ἀγωνίαν ἦν. νικήσας οὖν ἵνα μὴ δόξῃ διαφθείρας τὰς ὁμολογίας τὰς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, εἰκόνα γραψάμενος τῆς Λαΐδος εἰς τὴν Κυρήνην ἐκόμισε, λέγων ἄγειν Λαΐδα, καὶ μὴ παραβῆναι τὰς συνθήκας. ἀνθ' ὧν ἡ γυνὴ ἡ νόμῳ γημαμένη αὐτῷ παμμέγιστον ἀνδριάντα ἐν Κυρήνῃ ἀνέστησεν, αὐτὸν ἀμειβομένη τῆς σωφροσύνης. Quo ex loco apud Platonem, ἡ ἀσκήσεως ἀκμὴ, apud Ælianum, ὁ τῆς ἀθλήσεως χρόνος, ὁ πᾶς τοῦ ἀθλεῖν χρόνος, apud Eustathium, ὁ τῆς ἀγωνίας καιρὸς denique apud D. Chrysostomum, non de certaminis modo tempore, sed de longiore forsitan illo τοῦ προαγῶνος (quod decem minimum mensium fuisse, ut per id tempus omne, agonisticas leges observatas, eaque de re jusjurandum præstari oportuerit, *cap.* XXIII. hujus *lib.* in ipso initio, docebimus) exponi debet: quando conjugibus viris non denegatum ad agones accessum, sed in ipsis decertandi facultatem olim concessam inde cognoscimus: & vero extra tempus agonisticum consuetudinem stupri cum fœminis habuisse in Græcia præsertim, quis dubitaverit. Sane meretricem Maniam una nocte cum Leontisco pancratiasta (qui concubinam istam justæ propemodum uxoris loco habuit) & simul cum Antenore Olympionica fuisse, factumque hoc Leontisco illi perfacete Machon apud Athenæum [6] excusasse refert senariis hisce Jambicis:

Τῆς μανίας ἤρα Λεοντίσκος ποτὲ,
Ὁ παγκρατιαστὴς καὶ συνεῖχ' αὐτὴν μόνος

Γα-

1 *Serm.* XXIII. *in cap.* IX. *Epist.* I. *B. Pauli ad Corinth.* fol. 170.

2 *Epist.* VII. *ad Olympiam* Tom v. col. 927.

* Voluit Potipharis.

3 Lib. II. *de caus. & sign. acutor. morb.* ad extremum cap. V. ex Junii Pauli Crassi Patavini interpretatione: cujus me loci Orontius eruditiss. & paternæ virtutis æmulus commodum admonuit.

4 Lib. XI *Variæ Hist.* cap. III. de isto Iccho & aliis Galen. lib. VI. *de locis affectis* haud multo ante finem, Ælian. lib. VI. cap I. *de Nat. Animal.* & *de Var. Histor.* lib. III. *cap.* III. Simplicium *Commentar. in Enchir. Epict. cap.* XLIII. Clement. Alexand. lib. II. *Pædag.* cap. X. & *Strom.* lib. III. citat Andr. Tiraq. in XV. *leg. Connubial. gl.* I. *part.* 15. fol. 312. num. 26. ubi & Platonis locum adfert ex VIII. lib. *de Leg*

5 Lib. X *Var. Hist.* cap. II.

6 Lib. XIII. *Deipnos.* fol. 243. Aldini Græci, & Latinæ versionis, quam Dalechampius doctiss. edi jussit, fol. 430. ubi: Ὅτι δ' ἦν καὶ ἀστεία τίς ἀποκρίνασθαι, τάδε περὶ αὐτῆς Μάχων ἀναγράφει ait Athenæus, &c. quæ in contextum retuli.

Γαμετῆς τρόπον γυναικός. ὑπὸ δ᾽ Ἀντήνορος
Μοιχευομένην αἰσθανόμενος, αὐτὴν ὕστερον
Σφόδρ᾽ ἠγανάκτησεν, ἡ δὲ μηθὲν φησί σοι
Ψυχὴ μελέτω. μαθεῖν γὰρ, αἰσθέσθ᾽ ἅμα
Ὀλυμπιονικῶν νυκτὸς ἀθλητῶν δυοῖν
Πληγὴν τί δύναται πότ᾽ ἤθελον.

Discere se ac persentiscere voluisse, quis effectus, quæ vis ictuum foret, quos Olympionicæ duo per eandem noctem impegissent; uter esset in ista clinopale valentior atque exercitatior. Voluntatis igitur, non necessitatis fuit illa (ut arbitror) a Venere alio quam ludorum, aut eorum præparationis, & (ut ita loquar) præludii tempore continentia: præsertim hieronicarum, qui jam victores non amplius athleticis legibus, ad victus rationem pertinentibus, sese subjicerent. Quapropter athletas, remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, otio & jucundioribus epulis refectos, a Quintiliano [1] proditum: cum alioquin aleiptis (ad quos non inungendorum modo, sed & exercendorum, & vero in cætera omni vitæ ratione curandorum athletarum provinciam pertinuisse, superioris *libri cap.* v. planum fecimus) hoc quoque onus incumberet ipsos ab ebrietate ac intemperantia prohibendi atque castigandi: quod qui facere omitterent, ob levia quæpiam delicta nihilominus objurgantes, ideo non leviter notatos & reprehensos: ipsisque comparatos adulatores improbos (qui quorum se amicos simulant, eorum, ut amice ac libere se gerere videantur, ad graviora crimina conniventes, pusilla quæpiam peccata reprehendunt) a Plutarcho [2] memini: cujus in cæteris & ista sunt: *Ὥσπερ ἀθλητὴν ἀλείπτης ἐῶν μεθύειν καὶ ἀκολασταίνειν, εἶτα περὶ ληκύθου χαλεπὸς ὢν καὶ στλεγγίδος*, & quæ sequuntur. Amœbeum sane citharœdum, qui tamen uxorem habebat formosissimam, toto tempore, quo in theatris cantu decertaturus versabatur, ab ea se abstinuisse: Diogenem vero tragœdiarum actorem abjecisse prorsus intemperantem omnem Veneris usum Ælianus, lib. VI. *de Varia Historia* * cap. I. ad finem, memorat. Clitomachum insuper pancratiastem, si quando in canes Venereo complexu junctos incideret, oculos avertisse, nec inter epulas verbum aliquod lascivum ab ullo prolatum exaudisse, quin statim exsurgens abscederet: *Καὶ μὲν τοι καὶ τὸν κιθαρῳδὸν Ἀμοιβέα* (inquit) *ἀκούω γῆμαι μὲν ὡραιοτάτην γυναῖκα, ἀποσχέσθαι δὲ αὐτῆς παρὰ πάντα τὸν χρόνον, παρ᾽ ὃν ἀγωνιζόμενος ἐς τὰ θέατρα ᾔει. Διογένης δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς τὴν ἀκόλαστον κοίτην ἀπείπατο παντελῶς πᾶσαν. Κλειτόμαχος δὲ ὁ παγκρατιαστὴς καὶ κύνας εἴποτε εἶδε μιγνυμένους ἀπεστρέφετο, καὶ ἐν συμποσίῳ εἰ λόγον ἀκόλαστον ἤκουσε καὶ ἀφροδίσιον, ἐξαναστὰς ἀπηλλάττετο*. Sed hæc quoque voluntatis fuere, non necessitatis aut moris, ut ante diximus in athletis, ita in cæteris qui spectaculum de se populo præberent artificibus. Ex eo interim Æliani loco explicandum quod de Amœbei citharœdi continentia narrat Alexandrinus Clemens in *Stromatis*; [3] Astylo Crotoniatæ Crisonique Himeræo athletis adjungens, qui ob exercitationem corporis vel potius (utramque enim habet significationem articulus, διὰ, apud Græcos) quamdiu corpus exercerent ad certamen sacrum sese præparantes, a Veneris omni usu abstinuerint; itemque Cyrenæo Eubatæ illi a Laide adamato, de quo superius injecta mentio ab Æliano, & quem iste noster Aristotelem Cyrenæum nuncupat in hæc admodum verba: *Φασὶ δὲ καὶ ἀθλητὰς οὐκ ὀλίγους ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι δι᾽ ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους, καθάπερ τὸν Κροτωνιάτην Ἄστυλον καὶ Κρίσωνα τὸν Ἱμέραιον. καὶ Ἀμοιβεὺς δὲ ὁ κιθαρῳδὸς νεόγαμος ὢν ἀπείχετο τῆς νύμφης. ὅ τε Κυρηναῖος Ἀριστοτέλης Λαΐδα ἐρῶσαν ὑπεώρα μόνος. ὀμωμοκὼς οὖν τῇ ἑταίρᾳ, ἦ μὴν ἀπάξειν αὐτὴν εἰς τὴν πατρίδα, εἰ συμπράξειεν αὐτῷ τινὰ πρὸς τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἐπειδὴ διεπράξατο, χαριέντως ἐκτελῶν τὸν ὅρκον, γραψάμενος αὐτῆς ὡς ὅτι μάλιστα ὁμοιοτάτην εἰκόνα ἀνέστησεν εἰς Κυρήνην, ὡς ἱστορεῖ Ἴστρος ἐν τῷ περὶ ἰδιότητος ἄθλων*.

CAP. V.

Horatii locus de patientia laborum athletica. Itemque aliorum tam Latinorum, quam Græcorum; præsertim Senecæ, Æliani, ac utriusque Chrysostomi. Ἀήττητος *pro* ἄνιππος *legendum apud eorum alterum, Dionem scilicet: & item* λειφθήσεσθαι *pro* ληφθήσεσθαι.

EX quibus omnibus istud Horatii in *Arte* explicandum περὶ τῆς ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης censeo: quod sic habet:

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudavit, & alsit,
Abstinuit Venere & vino ——

Nam illa quidem verba (*Multa tulit, fecitque puer*) equidem [4] sic accipio, ut in puerili ac juvenili ætate perferre & pati eum plurima oportuerit, qui ubi ad virilem aut senilem ætatem fuerit progressus virtutis lauream promereri velit: athletico illo more ac exemplo scilicet, de quo sic fere apud Lucianum *Anacharsi* Socrates *, ubi de hieronicis qui ex laboribus gloriæ præmium consectantur potius, quam tenuem e ramis & foliis coronam: *Ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσιν. ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις εὔκλειαν ἐκ τῶν πόνων. οὐ γὰρ* (inquit) *ἀπονητὶ προσγένοιτο ἂν αὕτη, ἀλλὰ χρὴ τὸν ὀρεγόμενον αὐτῆς πολλὰ τὰ δυσχερῆ ἀνασχόμενον ἐν τῇ ἀρχῇ, τότ᾽ ἤδη τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ τέλος ἐκ τῶν καμάτων περιμένειν*. Nam fuisse illa ex athletarum natione plurimos, qui sine ulla solitorum laborum perpessione aut athleticarum legum observatione ab Olympiacam coronam, sed frustra hoc quidem, aspirarent; Galenus [5] ipse his verbis initium libri cujuspiam ducens ostendit: *Οἷόν τι πεπόνθασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀθλητῶν ἐπιθυμοῦντες μὲν Ὀλυμπιονῖκαι γενέσθαι, μηδὲν δὲ πράττειν ὡς τούτου τυχεῖν ἐπιτηδεύοντες τοιοῦτόν τι καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν συμβέβηκεν*.

Sed verum Horatianum illud, multa tulisse, fecisseque illum oportuisse, qui victoriam in agonibus hujusmodi, præsertim Olympiacis, adepturus esset: quo illa etiam verba ex Hellanodicarum admonitione ad athletas Olympiacum agonem inituros pertinebant; *εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τοῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν*, & cætera, quæ inferius exhibere certum est: & ista Galeni *Protreptico ad artes* sub fin. in fol. 6. quibus indicat multis laboribus & ærumnis per totum certaminis tempus afflictos,

---

1 Bud. adnotat *ad d. l. Athletas*, ex eo loco ubi de scribendi exercitatione loquitur.

2 In lib. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, fol. 103. Edit. Stephan.

* Repone *Hist. Anim.* ibi enim leguntur quæ hic habet Autor: invenies etiam, paucis immutatis, in *de Var. Hist.* lib. III. cap. XXX.

3 Lib. III. fol. 192. lin. 15. editi libri a Commelino nuper ad annum 1592.

4 Cum prisco illo Commentatore, quem a Cruquio Antuerpiæ nuper Plantin. edidit: *debent exemplo athletarum* (ait) *a puero exerceri in scholis*.

* Potius Solon.

5 Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος, fol. 8.

qui & astricta victus ratione uterentur, athletas; ut non esset unde ulla voluptate perfunderentur: & absolutos, id est, perfunctos atque liberatos illa professione agonistica, plerisque corporis partibus mutilos, vel debiles fuisse: Εἰ δὲ καὶ τῆς ἡδονῆς σώματός τις ἀγαθὸς (inquit) εἶναι φαίη, οὐδὲ ταύτης αὐτοῖς μέτεστιν, οὔτε οἱ ἀθλοῦσιν, οὔτε καταλύσασι.. εἰς παρὰ μὲν τῆς ἀσκήσεως χρείαν ἐν πόνοις τε καὶ ταλαιπωρίαις εἰσὶν ... ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀνάγκην ἐσθίοντες ... οἱ καταλύσαντες τυχεῖν ἀνάπηροι τὰ πλεῖστα ... γίνονται. Eorum laborum partem facit hæc a potu, cibo, Venere abstinentia, unde laudes athletarum victorum ducendas componendo ipsorum protreptico docet in arte Dionysius Halicarnasseus in fin. προτρεπτ. ἀθληταῖς, fol 43. καὶ ὅτι ἀπὸ σωφροσύνης, (ait in cæteris) ἀπὸ ἐγκρατείας, ἀπὸ ἀσκήσεως πιστοὶ ἐγένοντο: & quæ sequuntur, a nobis allata superiore *libro*, ubi de honoribus hieronicarum egimus: quod ipsum a Dione Chrysostomo factum *Melancoma* I. fol. 197. ubi encomium Melancomæ pugilis perscripsit, possum ostendere verbis iis quæ paulo post commodius me prolaturum existimo. Qua etiam abstinentia post victorias coronasque (adeo valet consuetudo) interdum ad extremam usque senectam hieronicæ utebantur, ut in eodem exercitationis tenore perdurarent. Unde Plutarchus de Marco Catone Censorio in *ejus vita* fol. 619. & 647. Stephan. libri: Ἐθαύμαζον τὸν Κάτωνα (inquit) &c. ὑπὸ τῶν πόνων καὶ ἡδονῶν ἐρῶντες ἀήττητον, &c. γέροντα καὶ πολιὸν ... μεθ' ... ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον ... τῇ τάξει τῆς ἀσκήσεως, καὶ διαπαλαίζοντα μέχρι τῆς τελευτῆς. Et postea: Πᾶσιν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἀντιπάλοις χρώμενος καὶ ... ὥσπερ ἀθλητὴς ... ἀγωνιζόμενος ἀπτῶτα διετήρησεν ἑαυτόν. Sed maximam atque præcipuam laboriosa illa exercitatio, ... inquam illa, unde petendas hieronicarum laudes, eo quem ante attuli loco Dionysius monebat: & quam ipsam esse tormentum Seneca scribit *epist.* LXXIX. al. est LXXVIII. cujus initium, *Vexari te*: quo loco: *Athletæ quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ... omne tormentum gloriæ cupiditate: ... tantum quia pugnant ista patiuntur: sed ut pugnent, exercitatio ipsa tormentum est*. Recte vero, & illa passos athletas ait, quia pugnabant, victoriæ scilicet gratia, cujus gloria præmium ipsiusque gloriæ indicium corona fuerit. Unde ipse alio loco Seneca [1], in certaminibus sacris plerosque vicisse ait, cædentium manus obstinata patientia fatigando: quod fecisse cum cæteros pugiles ad stridorem usque dentium, ex his D. Joan. Chrysost. [2] voluptatem in re Venerea nullam aut quam minimam esse ostendere satagentis, addiscimus: Καὶ γὰρ οἱ πυκτεύοντες καὶ πληττόμενοι τοὺς ὀδόντας τρίζουσι, καὶ αἱ ὠδίνουσαι γυναῖκες, ἐξαπατώμεναι πρὸς πόνοις τοιαύτη ... ποιοῦσι. Tum vero ac multo etiam magis pugilem Cyrenæum Eurydamam Ælianus narrat cap. XIX. lib. X. *Var. Histor.* cui cum in certamine adversarius dentes excussisset, ne hoc ab ipso animadverteretur, eos deglutivit absorpsitque, atque ita victoriam pugilatu adeptus est: Εὐρυδάμας ὁ Κυρηναῖος (inquit) πυγμῇ ἐνίκησεν, ἐκκρουσθεὶς μὲν

A ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου ... τοὺς ὀδόντας. καταπιὼν δὲ αὐτοὺς, ἵνα μὴ αἴσθηται ὁ ἀντίπαλος.

Sed & hoc amplius ut etiam pugnarent, hoc passos athletas ait illo loco Seneca: & passos quidem in gymnasio & palæstra, quo deinde inter legitimos athletas in stadio pro corona decertare possent; sed non minus in ipso etiam stadio. Rectissime utrumque horum ex isto S. Basilii loco (quem Antonii *Collectanea* apud Stobæum *Serm.* XIV. fol. 52. commodum exhibent) intelligitur, & mirifice illustratur; in quo: Καὶ γὰρ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν (ait) οἱ καὶ τὰς παλαίστρας τοῖς πόνοις προσεθισθέντες, οὐ πρὸς τὸ ἀλγεινὸν συστέλλονται τῆς πληγῆς,
B ἀλλ' ὅμως χωροῦσι τοῖς ἀντιπάλοις· δι' ἐπιθυμίαν τῆς ἀναῤῥήσεως, τῶν παρκυτικα πάντων ὑπερορῶντες. Cui congruit quod Aristides Rhetor in ipso in *Jovem Hymni* principio fol. 97. Florentini libri pag. 2. Canterianæ versionis, fol. I. Δεῖ δὲ ὥσπερ τῷ ἀθλητῇ (inquit) τὰς ἀπογράψαντας ἑαυτοὺς μὴ ἀναχωρεῖν, ἀλλ' ὅμως ἰέναι καὶ πειρᾶσθαι τοῦ ἀγωνίσματος. Itaque Jobum ipsum ab athletico vitæ instituto translatione sumpta, B. Joannes Chrysostomus [3] alicubi maximum patientiæ certatorem nominat: & vero Melancomam egregium illum pugilem a Chrysostomo Dione [4] propter laborum athletico-
C rum patientiam laudatum reperias, sic fere: *Ut cum in bello ignavissimi quique armis abjectis eorum gerendorum labori potius quam vulnerum* (quæ inermibus utique facilius & promptius ingeruntur) *dolori cedant; plurimas ipse maximasque, ita, ... laboribus athleticis nunquam cederet, omnium primus ab eo tempore, quo Pythiis agonibus decertare cœpit, sed invictus in laboribus illis perduraret, de antagonistis non paucis, neque imbecillibus coronas reportarit, atque ad summam laborum, quos athletam subire oportebat, ita pervenerit, ut nullis voluptatibus atque deliciis, quæ in hominum vitam incurrunt, non modo frangi, sed neque ten-*
D *tari potuerit*. Verba optimi auctoris, ut eadem opera castigentur, proferam sicuti soleo; præsertim vero quod non passim auctor ille, alioqui castissimus & elegantissimus, manibus eruditorum hominum teritur: Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο, καὶ οὕτω μᾶλλον ἡττῶνται τοῦ κόπου, ἢ τῶν τραυμάτων, τοιγὰρ τοι εἶπεν ἀφ' ὅπερ ἤρξατο ἀγωνίζεσθαι. Πυθοῖ πρῶτος μὲν ὧν ἴσμεν ἀνίκητος διεγένετο, πλείστους δὲ μεγίστους στεφάνους ἀνελόμενος, καὶ ἀνταγωνισταῖς, οὔτε φαύλοις, οὔτε ὀλίγοις, χρησάμενος, &c. Ubi non dubito equidem, quin quum alibi [5] quoque de ipso Melancoma ita scri-
E pserit, ut significaret, ὅτι τοσούτοις ἀνταγωνισταῖς χρησάμενος, καὶ οὕτως ἀγαθοῖς, ὑπ' οὐδενὸς ἡττήθη, αὐτὸς δὲ ἀεὶ πάντας ἐνίκα: itemque, ὅτι αὐτῷ ὑπῆρξε μὲν κάλλος σώματος, ὑπῆρξε δὲ ἀνδρεία καὶ εὐψυχία· ἔτι δὲ σωφροσύνη, καὶ τὸ ἀήττητον γίνεσθαι: pro illo ἄνιππος, quod nihili est, cum nihil rei pugilibus cum equis fuerit, ἀήττητος Dio scripserit: sicuti ἀήττητον γίνεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀστεφάνου apud Plutarchum quoque reperire est, quod ipsis Lexicographis non ignotum. Sequitur aliquanto post apud Dionem, de athleticis hujusmodi laboribus: Τοιοῦτος

---

[1] Lib. II. *de Tranquill. animi*, cap. IX. vide & lib. II. *de Ira*, cap. XIV. ex quo scripsimus *Sermone* præcedenti.

[2] *Serm.* XXXVII. *in cap.* XV. *Epist.* I. *D. Pauli ad Corinth.* ad fin. in fol. 229. pag. 2. ubi: τὸ γὰρ τοὺς ὀδόντας τρίζειν καὶ ἐξίστασθαι οὐχ ἡδονῆς, εἰ δὲ ἡδονῆς ... ἂν αὐτὰ σε εἰργάσατο ἃ οἱ ἀλογοῦντες ὑπομένουσι· καὶ γὰρ οἱ πυκτεύοντες, &c. ὥστε οὐχ ἡδονὴ τοῦτο, ἀλλ'

F ἔκστασις μᾶλλον, καὶ θόρυβος, καὶ ταραχή.

[3] *Ad Olymp. epist.* VII. Tomo V. col. 920. *Et si placet maximum inducamus patientiæ certatorem*.

[4] In *Melancoma* I. fol. 197. Aldini libri.

[5] In *Melancoma* II. fol. 199. pag. 2. & fol. 200.

μέν τοι ὢν ἀθλίως ἐτελεύτησεν, τῶν μὲν πόνων τῆς ἀθλήσεως ἐπὶ πλεῖστον ἐλθών, τῶν δ' ἐν τῷ βίῳ τερπνῶν ἐδενὸς πειραθείς. Et postea, quod nostram illam castigationem asserit, & simul illustrat, reliqua quæ ante proposui, ad laudes Melancomæ fortis adeo pugilis, ut non modo non antagonistis, sed neque laboribus & voluptatibus ullatenus cederet, formosi alioqui non minus quam robusti, ac nobili genere orti, omnia pertinentia: Ω καὶ γένες ὑπῆρξε λαμπρῦ τυχεῖν, καὶ κάλλες, ἔτι δὲ ἀνδρείας, καὶ ἰσχύος, καὶ σωφροσύνης, ἃ δὴ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν. τόγε μὴν θαυμαστότατον ἐν ἀνθρώποις ἀήττητον γενέσθαι ἐ μόνον τῶν ἀνταγωνιστῶν, ἀλλὰ καὶ πόνε, καὶ καύματος, καὶ γαστρὸς, καὶ ἀφροδισίων· δεῖ γὰρ πρῶτον τέτοις ἀήττητον εἶναι τὸν μέλλοντα ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἀνταγωνιστῶν λειφθήσεσθαι: sic enim, non ληφθήσεσθαι, ut in impresso apud Aldum codice, legendum esse censeo: cur autem id faciam, inferius [1] commodiore loco, Veterum adhibitis testimoniis, demonstrabitur.

CAP. VI.

Adhuc de athletica patientia æstus potissimum, e variis auctoribus: sed & frigoris ex Arriano. Dio Chrysostomus interea explicatus & correctus. Athleticus sudor. D. Jacobi unus & D. Pauli alter illustratus locus. Similitudo athleticæ rei cum bellica, quam & illa imitatur. Athletarum appellatio ad milites producta a Platone, Polybio, atque Diodoro. Militiæ etymon. Male, laboriose, e Seneca. Monachorum veterum in toto vitæ asceticæ genere humilitas, patientia, constantia, similis athleticæ, ex Epiphanio & Cassiano. De athletico æstu cæteraque patientia Christianorum, quibus per martyrii consummationem liberentur; B. Joannis in Apocal. locus nunc primum ostenditur. Quod Martyribus quibusdam, tametsi sanctis, illi Monachi ob laborum merita prælati a D. Basilio & Eusebio Emiseno.

AD istos labores athleticos pertinet hoc quoque quod B. alter Chrysostomus *Homilia* LXVII. *ad populum Antiochenum* sub initium col. 371. *Nullus athleta generosus* (ait) *in stadio balnea quærit, aut mensam cibis aut vino redundantem, hoc non est athletæ, sed delicati: athleta namque pugnat pulvere, oleo, solis ardore, sudore largo, tribulatione, & angustia. Hoc est certaminis tempus & pugnæ, igitur & vulnerum, & cruoris, & doloris:* Et in Sermone περὶ πραότητος ad extremum: Διόπερ χρὴ καρτερεῖν, (ait &c.) ἄτοπον γὰρ τὲς μὲν γυμνικῶν ἀγώνων ἀθλητὰς καὶ κονιορτῦ, καὶ πληγῶν, καὶ τραυμάτων ἀνέχεσθαι πρὸς δόξαν κενὴν καὶ στέφανον ἐδενὸς ἄξιον βλέποντας. ἡμᾶς δὲ τὲς ὑπὸ Χριστῦ στεφανῦσθαι μέλλοντας μὴ καρτερεῖν ὀργῆς, μηδὲ πάντα φέρειν γενναίως. Rursus Seneca *epist.* LXXX. *Hodierno die*, ubi de iis qui corpora in stadio exercebant, quorumque lacertos & humeros spectatores mirabantur: *Illud maxime revolvo mecum,* (inquit) *si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest, qua & pugnos pariter & calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis, & sanguine suo madens diem ducat: quanto facilius animus corroborari possit, ut fortunæ ictus invictus excipiat, ut projectus & conculcatus exsurgat.* D. August. in *de Patient.* cap. IV *Aut in agone certando,* (ait) *seu venando, seu theatricum aliquid plausibiliter exhibendo, magnos labores doloresque pertulerit; parum est quod populari vanitate nullis reprehensionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus.* Ubi quod a Chrysostomo & a Seneca καρτέρησιν sive patientiam athletarum commendantibus de solis ardore dicitur, hoc ipse Cicero expressit in lib. *de claris Orat.* ei perferendo impares fuisse inexercitatos athletas ostendens, his omnino verbis: *Pugiles inexercitati, etiamsi pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt.* Hoc autem in more positum, ut Panathenæis quoque inuncti athletæ ad solem decurrerent, ex eo Scoliastis Aristophanici loco intelligitur, unde verba desumpta proximo superiore *Agonistico* cap. III. ad fin. & cap. XXII. semel atque iterum exhibui. Istud ipsum quod de æstu dixi, & simul de frigoris patientia, Epictetus ad eum qui Olympicis agonibus vellet vincere verba faciens apud Arrianum ita expressit, eo loco, unde verba ex asse proferam hujus *libri cap.* XVII. Δεῖ σε εὐτακτεῖν (ait & reliqua) γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην ὥρᾳ τεταγμένῃ ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν, &c. Unde illud Poetæ illustratur, quod superioris initio *Sermonis* a me allatum est de cursore,

— *sudavit & alsit.*

Præterea huc aspexit Diogenes Laertius lib. II. *de Vitis Philosoph.* fol. 97. Edit. Steph. ubi Menedemum Philosophum jam senem eodem quo juvenem statu quodam corporis & habitu fuisse; firmum utique ac robustum & adusta facie (ut quidem Interpres vertit; vel, quod ego malim, cute ac totius corporis specie) sed & obesum atque attritum non minus quam athletæ solent: Τὰ δ' ἄλλα μεγαλόψυχος ἀνὴρ ἦν καὶ ἐλευθέριος (inquit) κατά τε τὴν ἕξιν τὴν σωματικὴν ἤδη καὶ πρεσβύτης ὑπάρχων ἐδὲν ἧττον ἀθλητῦ στερεός τε καὶ ἐπικεκαυμένος τὸ εἶδος, πιών τε καὶ τετριμμένος. Denique auctor ille quisquis est, sive Chrysostomus, sive alius quispiam Christiana philosophia instructus, cujus alia quæpiam verba eodem ex loco, cum de scammate agerem initio superioris *libri* II. *cap.* VII. in princip. a Stobæi *Collectaneis* Serm. CCCIV. ex Antonio, protulisse me recordor, ubi sic scribit: Ο γὰρ ἀθλητὴς μάχεται ἐν κόνει, ἐλαίῳ, ἀκτῖνος θερμότητι, ἱδρῶτι πολλῷ, θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ· ἀγῶνος οὗτός ἐστιν, καὶ τῦ πυκτεύειν, ὁ καιρός. ἐκεῖν καὶ τὸ τραύματα λαμβάνειν, καὶ αἱμάττεσθαι, καὶ ἀλγεῖν, &c. Postremo idipsum longe antea de ludicris ludorum apud Lacedæmonios exercitationibus, quas γυμνοπαιδείας vocant, Megillus Lacedæmonius apud Platonem [2] disceptans pronunciarat, sic fere: Ετι δὲ κἂν ταῖς γυμνοπαιδείαις δειναὶ καρτερήσεις παρ' ὑμῖν γίγνονται τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων καὶ πάμπολλα ἕτερα σχεδὸν ὅσα οὐκ ἂν παύσαιτό τις ἑκάστοτε διεξιών. Ad æstum illum ardoremque solis in Olympico circa æstivum scilicet solstitium celebrari (quemadmodum Benedictus Pererius [3] nuper ostendit) solito agone tolerandum maxima opus athletis fuisse patientia olim ille profecto

---

1 *Cap.* XIX. simile est quod apud Aristidem Rhetorem in ipso *Hymni in Jovem* principio Canterus pro ἐ γὰρ ἐκλειπτέον, οὐδὲν εὐκταῖον, proponit ἐκλειπτέον.

2 Sub initium *lib.* I. περὶ Νόμων, fol. 633. Stephanici exempl. De gymnopædia vero egit & Plutarch. *Apophthegm. Lacon.* fol. 368. ubi de Agesilao.

3 In *de communibus omnium rerum nat. princip. & affectio.* lib. IV. qui est *de antiquis philosoph.* cap. III. ex Herodoto imprimis in *lib.* VIII. ubi de Xerxe, qui ineunte æstate maria transmisit ad debellandam Græciam, quo tempore Græcos in celebrandis Olympicis ludis occupatos reperit. Re-

credidit homo Chius, qui servo infensus suo non in pristinum se minabatur ipsum dediturum, sed Olympiam deducturum esse, multo asperius supplicium ratus (ut videtur) ejus qui apud Olympiam spectandi certaminis gratia solaribus radiis ureretur, quam qui ad molendum pistrino addictus foret: id quod ab Æliano lib. XIV. *Variar Hist.* cap. XVIII. his verbis relatum invenio: Ἀνὴρ Χῖος ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε (ἔφη) οὐκ εἰς μύλωνα ἐμβαλῶ, ἀλλ' εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω· πολλῷ γὰρ ᾤετο πικροτέραν, ὥς τὸ εἰκὸς, εἶναι τιμωρίαν ἐκεῖνος, ἐν Ὀλυμπίᾳ θεώμενον ὑπὸ τῆς ἀκτῖνος ὀπτᾶσθαι, ἢ ἀλεῖν μύλῃ παραδοθέντα. Quod si erat in spectatoribus verum, ut verissimum fuisse, vel ista B. Chrysostomi [1] verba fidem indubitatam faciunt: *Absurdum enim fuerit alios in certaminibus Olympiacis quotidie a medio noctis usque ad meridiem perdurare exspectantes, ut videant cui cessura sit corona, nudoque capite excipere solis radios, nec prius abscedere quam de certamine fuerit pronunciatum; nos vero nunc, cum certamen sit non de tali corona, sed de corona immortali, defatigari ac tædio affici.* Sed & hoc Epicteti de illis ipsis Olympicis agonibus apud Arrianum *lib.* I. *cap.* VI. περὶ προνοίας: Ἀλλὰ γίνεταί τινα ἀηδῆ καὶ χαλεπὰ ἐν τῷ βίῳ· ἐν Ὀλυμπίᾳ δ' οὐ γίνεται; οὐ καυματίζεσθε; οὐ στενοχωρεῖσθε; οὐ κακῶς λούεσθε; οὐ καταβρέχεσθε ὅταν βρέχῃ; &c. quæ cap. XXX. *Agonistici* superioris attulimus: ἀλλ' οἶμαι ὅτι ταῦτα πάντα ἀντιτιθέντες πρὸς τὸ ἀξιόλογον τῆς θέας, φέρετε καὶ ἀνέχεσθε: quanto magis laborare ab hoc æstus ardorisque incommodo pugiles aliique athletæ debuerint, nemo non videt, cum ipsos in mediam arenam descendere oportuerit: tametsi cæteris paribus non nego, quin vehementius æstu solis atque ardore sedentes quam qui exercentur affici atque uri soleant; cum hoc diserte Aristoteles *Problem.* sect. XXXVIII. quæst. VI. his verbis tradat: Διὰ τί μᾶλλον καίονται ὑπὸ τοῦ ἡλίου οἱ καθεζόμενοι τῶν γυμναζομένων, ἢ ὅτι οἱ ἐν κινήσει ὄντες ὥσπερ ῥιπίζονται ὑπὸ τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ κινεῖν τὸν ἀέρα, οἱ δὲ καθήμενοι οὐ πάσχουσι τοῦτο. Plato igitur lib. IV. *de Rep.* fol. 422. ubi dixit pugilem unum, ab arte athletica optime instructum & exercitatum, facillime contra duos divites homines & obesos, sed ejus industriæ rudes & imperitos, depugnaturum; sic fere: Εἷς πύκτης ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἐπὶ τούτῳ παρασκευασμένος δυοῖν μὴ πύκταιν πλουσίοιν δὲ καὶ πιόνοιν οὐκ ἂν δοκῇ σοι ῥᾳδίως μάχεσθαι: hoc quoque de illa æstus & solis perpessione subdit: Οὐδ' εἰ ἐξείη ὑποφεύγοντι τὸν πρότερον ἀεὶ προσφερόμενον ἀναστρέφοντα κρούειν, καὶ τοῦτο ποιοῖ πολλάκις ἐν ἡλίῳ τε, καὶ πνίγει ἄρα γε οὐ καὶ πλείους χειρώσαιτ' ἂν τοιούτους ὁ τοιοῦτος. Quo etiam pertinet, quod Melancomam ipsum ita fuisse ab animo comparatum *libro* I. *cap.* XIV. sub initium e Dione Chrysostomo dixi, (ut ea ne repetam, quæ superius ad extremum *cap.* V. hujus *libri* ad rem eandem pertinentia, vel quæ II. *libri* VIII. & XX. *capp.* de pugilum istorum patientia & constantia protuli) non ut ferire, aut ictus perferre generosi esse athletæ duceret, sed durare aliquandiu, non frangi manuum ponderibus, nec defici spiritu, aut æstui & ardori solis cedere, sicuti Chrysostomus Dio memorat *Melancoma* I. fol. 196. pag. 2. Aldini libri: Τὸ δὲ ἀνέχεσθαι τοῦ χρόνου καὶ μήτε τοῦ βάρους τῶν χειρῶν, (de cæstibus & meilichis forsitan intelligit, quæ manibus aptabantur) μήτε τοῦ πνεύματος ἐνδεῆ γίγνεσθαι, μήτε τῷ καύματι ἄχθεσθαι, τὸ δὲ εἶναι γενναῖον ὀρθῶς μέντοι ἔφη ὑπολαμβάνων. (sic enim malo quam ἀπολαμβάνων legere) Et *Melancoma* II. fol. 200. Τὸν δὲ ἐπειγόμενον ὡς οἷόν τε τάχιστα νικῆσαι καὶ παίοντα καὶ συμπλεκόμενον αὐτὸν ἡττῆσθαι τοῦ καύματος καὶ τοῦ χρόνου.

Eo insuper esse referendum censeo, quod vehementissima tempestate anni per totam diem a Melancoma sæpenumero depugnatum, paulo ante dixerat: Πολλάκις γὰρ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἠγωνίσατο ἐν τῇ σφοδροτάτῃ ὥρᾳ τοῦ ἔτους. Degeneres quidem animi athletas in gymnasiis & palæstris versari ibique luctari ac ventilare & umbratili pugna decertare solitos, in stadium autem ideo prodire plerosque noluisse, quod solis æstum ictusque ac vulnera refugerent, ab ipso Dione in *Sermone* XXXII. πρὸς Ἀλεξανδρεῖς traditur his admodum verbis: Καὶ ὁμοίων τοῖς ἀγεννέσι τῶν ἀθλητῶν οἳ τὰς παλαίστρας ἐνοχλοῦσι, καὶ τὰ γυμνάσια χειρονομοῦντες, καὶ παλαίοντες, εἰς δὲ τὸν στάδιον οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι τὸν ἥλιον καὶ τὰς πληγὰς ὑφορώμενοι. Quod enim de sole ait, ad æstum illum ardoremque refero, quem idem auctor alibi τοῦ καύματος appellatione designaverat, sicuti antea ostendi: tantum haud dubie, ut eo non minus quam ipsa corporis membrorum inter feriendum aut decurrendum agitatione, sudorem largum excitatum ex illo Chrysostomi loco intelligatur, quem istius *capitis* initio protuli: & ex illo altero Flacci, qui in ipso superioris limine fuit exhibitus; ubi sudare illum oportuisse ait, qui cursu metam contacturus esset. Hoc vero proprium athletarum fuisse, qui præmii, non item eorum qui valetudinis ergo in ludo & palæstra exercerentur ad ruborem usque, (sicut Diogenes Xeniadæ liberos voluit a pædotriba conciliandi cum rubore roboris bonique habitus & valetudinis gratia) non ad sudorem, ex isto Diogenis Laertii loco perspicue cognoscimus, qui lib. VI. *de Vitis Philosophorum* [2] sic fere proponitur: Εὔβουλος δέ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Διογένους πρᾶσις, οὕτως ἄγειν τοὺς παῖδας τοῦ Ξενιάδου μετὰ τὰ λοιπὰ μαθήματα ἱππεύειν, τοξεύειν, σφενδονᾶν, ἀκοντίζειν. ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλ' αὐτὸ ἐρυθήματος χάριν καὶ εὐεξίας. Itaque sudoris & *asceseos* sive exercitationis nomen laboribus monasticis, ad exemplum athleticorum, tribuitur a Zonara lib. III. *Annal.* in *Michaele Theophili filio* fol. 130. ubi de Ignatio Michaelis Rangabe filio: Καὶ μετὰ τὴν τῆς βασιλείας ἔκπτωσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ παρὰ τοῦ Λέοντος ἐκτομίας γενόμενος ἐκείρατό τε τὴν τρίχα καὶ ἐπὶ μακρὸν ἀσκητικοῖς ἱδρῶσι τὸ σαρκίον ἐδάμασεν. Itemque S. Maximo Episcopo & Abbati ab Eusebio Emiseno *hom. de S. Maximo* sub initium in fol. 296. pag. 2. Edit. Paris. anni 75. & fol. 298. pag. 2. *Vobis enim iste athleta Christi* (ait) *in illo agone sudavit, vobis dum se extollit fructificavit, sibi illic serens vobis colligebat*, &c. Et aliquanto post: *Et quia superius memoravimus quam magnifice insulano illo stadio perfectionis vias cucurrit; plus est quod hic insulam ipsam institutis ac studiis suis transtulit: & qui jamdudum in Abbate Pontificem gesserat, postmodum Abbatem in Pontifice custodivit.*

Atque ad hanc athletarum in omni genere certaminis, præsertim pugilatus & pancratii, sed & cursus, patientiam, per quam ad victoriæ præmium, cum gloria coronam, pervenirent. Equidem

---

prehensa Joannis Lucidi opinione, qui ludorum & C[illegible]adum quoque initium ad equinoctium autum[illegible] rejic[illegible].

1 In *Orat.* II. *adversus Judæos*, col. 1002. unde verba in rem aliam protuli libro hujus *Agonistici* I. cap. XXX.

2 In *Diogene*, fol. 110. de athletico sudore, cætera infra, *cap.* XXII. ubi & περὶ ἁφῆς.

valde fallor nisi D. Jacobus aspexerit *Epist. Cathol.* cap. I. vers. 1. 4. & 12. quo loco, posteaquam de patientia in tentationibus disseruit, postea sic infit, *μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς*, &c. quod etiam suadet illud *δοκίμου* vocabulum, de quo *cap.* XIII. hujus *libri* plenius dicturi sumus, cum de athletarum probatione verba faciemus. De D. Paulo neutiquam dubitare ista ipsius verba sinunt, ex *Epistola ad Hebræos* sub init. cap. XII. *δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα*. Et vers. 11. ejusdem capitis: *πᾶσα δὲ παιδεία πρὸς μὲν τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης, ὕστερον δὲ καρπὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις ἀποδίδωσι δικαιοσύνης*. Ubi recte *εἰρηνικὸν* pacificum fructum, seu præmium, tanquam exercitatio ipsa & patientia (ad quam illa *δι' ὑπομονῆς λύπης* & item *γεγυμνασμένοις* vocabula pertinent athletica) pugnæ cujuspiam bellicæ, sive militaris (quando a malo militiam, veluti malitia *κακία* sive *κάκωσις* afflictio dolorisque ac laborum perpessio quædam sit, appellatam scio: qua de re nostram ante aliquot annos [1] opinionem togatis auditoribus explicando Ulpiano juxta id quod Annæus Seneca [2], *Male a populo solere dici, dure, aspere, laboriose*, auctor est, manifestam feci) speciem atque imaginem præferat. Et sane præfert; quamvis enim plerisque rebus inter se militaris vitæ ratio ab athletarum instituto distet, sicuti dictum a nobis affatim fuit hujus *libri cap.* III. attamen vel ob ictum, & laborum assiduam atque ab exercitatione invictam (ut ita loquar) patientiam, inter utrosque non parvam similitudinem intercedere nemo non videt: quamobrem & agones coronarios sacrosque illos non musicos sed gymnicos, quibus plerumque armati etiam athletæ inducuntur, imitationes quasdam & exercitationes militarium certaminum velut præparatorias esse, dixit ille, quem isto *tractatu* laudavi sæpe, Plutarchus in *Symposiacis* lib. II. quæst. v. pag. 1136. Ὅτι ταῦτά μοι πάντα μιμήματα δοκεῖ καὶ γυμνάσματα τῶν πολεμικῶν εἶναι. καὶ γὰρ ὁπλίτης ἐπὶ πᾶσιν εἰσάγεται, μαρτυρούμενος ὅτι τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῆς σωμασκίας καὶ τῆς ἁμίλλης, &c. Et aliquanto post: Ὡ δὴ μάλιστά φασιν ἐν Λεύκτροις τοὺς Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων παλαιστρικῶν ὄντων καταβιβασθῆναι. διὸ καὶ παρ' Αἰσχύλῳ τις τῶν πολεμικῶν ὀνομάζεται βριθὺς, ὁπλιτοπάλας, &c. ac tandem: Ὅτι πυγμὴ μέν ἐστι μίμημα πληγῆς καὶ φυλακῆς, πάλη δὲ συμπλοκῆς καὶ ὠθισμοῦ, δρόμῳ δὲ μελετῶσι φεύγειν καὶ διώκειν. Igitur hoc insuper & a Platone milites, athletas bellicos, sive militares nuncupatos ibidem docui: quem imitatus Polybius *lib.* I. fol. 3. Romanis militibus propterea nomen athletarum & quidem verorum tribuit: quo loco: Ῥωμαῖοι Τυῤῥηνοὺς μὲν καὶ Σαυνίτας ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πολλαῖς μάχαις ἤδη νενικηκότες, τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὥρμησαν, οὐχ ὡς ὑπὲρ ὀθνείων, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἤδη καὶ καθηκόντων σφίσι πολεμήσοντες ἀθληταὶ γεγονότες ἀληθινοὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαυνίτας καὶ Κελτοὺς ἀγώνων. Et fol. 25. *eod. lib.* exercitatione perductos Romanos ad rei nauticæ peritiam laborumque ipsius patientiam, nautas athletas effectos a Lutatio, qui cum classe in Siciliam appulerat, scribit: Ἀλλ' ἀν' ἑκάστην ἡμέραν ἀναπείρας καὶ μελέτας ποιῶν τοῖς πληρώμασιν οἰκείως τῆς ἐπιβολῆς, τῇ δὲ λοιπῇ τῇ κατὰ τὴν δίαιταν ἐπιμελείᾳ προσκαρτερῶν. ἀθλητὰς ἀπετέλεσε πρὸς τὸ προκείμενον ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ τοὺς ναύτας. Et *lib.* II. fol. 43. Romanos continuis adversus Gallos præliis ac pugnis assuefactos, deinde adversus Pyrrhum atque Carthaginienses fortius dimicasse significans perfectos bellicorum operum athletas evasisse tradit; his omnino verbis: Τοῦ γὰρ κατακόπτεσθαι συνήθειαν ἐσχηκότες ὑπὸ Γαλατῶν οὐδὲν ἠδύναντο δεινότερον ἰδεῖν οὐδὲ προσδοκῆσαι τῶν αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένων. ἐξ ὧν πρός τε Πύῤῥον ἀθληταὶ τέλειοι γεγονότες τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων συγκατέστησαν, &c. Nec multo aliter Diodorus Siculus lib. XVIII. *Bibliothecæ* fol. 632. nisi quod prætermisso τῶν ἀληθινῶν vel τελείων vocabulo Leosthenem Atheniensium jussu conscripsisse exercitum, milites autem, qui ex eorum numeris, qui sub Dario & Satrapis stipendia cum meruerent multis magnisque præliis committendis intersuerant, lectos, bellicorum operum athletas extitisse, præclaraque in re militari facinora perfecisse memorat: Ἐστρατευμένοι γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πολὺν χρόνον καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων μετεσχηκότες ἀθληταὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων ἐγεγόνεισαν. Postremo illorum exemplo apud Heliodorum lib. X. *Æthiopicon* fol. 230. Merœbus Æthiopem datum Hydaspidi Regi & patruo (cui ob victoriam gratulabatur) bellorum & sanguinum, hoc est, cædium vulnerumque, athletam invictum nuncupat; quem propterea bellica virtute præstanti & generoso Principi donandum censuerit: Ἐγὼ δέ σε τὸν ἐν πολέμοις γεννάδα τε καὶ ἀριστέα ἐκφανέντα, (inquit) προσφόρῳ τε καὶ ἀπὸ τῶν ὁμοίων δωρήσασθαι δικαιώσας, ἄνδρα σοι προσκομίζω, πολέμων μὲν καὶ αἱμάτων ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον, πάλην δὲ καὶ πυγμὴν τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον.

Ut athletæ gentiles, ut milites isti sæculares, ita Christiani ascetæ veri ac justi milites (quos a Theodoreto Cyrensi Sermone *de curatione Græcarum affectionum* duodecimo de virtute activa, fol. 170. virtutis athletas nominatos *libri* superioris *capite* tertio & decimo indicavi) diutina in cœnobiis velut palæstris quibusdam *ascesi* seu exercitatione (de qua superiore *libro* [3] verba fecimus) jam inde ab ipso Ecclesiæ nascentis initio [4], inediæ, sitis, nuditatis, laborumque cum injuria sævientis ipsius anni tempestatis omnium tolerantiam, atque in humilitate perfecta imperturbatæ mentis constantiam (ut cum Cassiano loquar) immobilemque patientiæ firmitatem sibi comparare; ut in eremo denique degere atque ad cœlestem ex Anachoretarum disciplina & angelicam vitam pervenire possent, omni ratione nitebantur: qua de re superius, & isto & quarto hujus *libri capite* actum est. Ideo Epiphanius in *Physiologo* cap. XXII.

---

1 Anno Christi 1588. *Arrestis generalibus* in Curia suprema Tolosana sub festum Natalitiorum Christi pronunciatis in solenni purpura.

2 *Epist.* LXXXII. cujus initium, *Desii jam te:* ubi: *Male mihi esse malo* (inquit) *quam molliter. Male nunc sic excipe, quemadmodum a populo solet dici, dure, aspere, laboriose.*

3 *Cap.* XXVIII. de duritia & patientia vitæ monasticæ, præter quæ attigi sup. *cap.* III. ad extremum, etiam vide B. Joan. Chrysost. *Homil.* XIII. *in cap.* v. *Epist.* I. *B. Pauli ad Timoth.* in *Ethico* fol. 31. & 32. Græci lib. & *Homil.* LIX. *ad pop. Antioch.* col. 339. Lat. versionis: item de monastica tonsura & veste vitaque Monachorum angelica multum egimus libro III. *Semest.* cap. XXI.

4 Videsis quæ ad Telesphori pontificatum de Marco Evangelista ex Hieronymo, de Christianis primitivis apud Alexandriam ex Philone Judæo Genebrard. doctiss. sub anno Christi 139. scrib. in *Chronicis* fol. 381. & sub ann. Christi 426. fol. 442.

A περὶ τοῦ ξηροβατράχου, aquaticæ ranæ pſeudomonachum, qui ſe in iſta cœnobitarum palæſtra non exerceret; verum autem hoc eſt, aſcetam Monachum, qui conſtanter omnia perferendo duraret, ranæ terreſtri comparans; poſteaquam dixit, ὅτι ὁ ξηροβάτραχος δέχεται τὸ θερμὸν τοῦ ἡλίου (hanc rationem ſecutos generoſos athletas iſto *Sermone* comprobavimus) τούς τε πάγους, ὄμβρους, ἀνέμους, καὶ χειμῶνας, καὶ πάντα ὑπομένει οὐδαμῶς τε ἀπειρηκώς ἐστιν: ſubdit illico quæ ſequuntur, οὕτω καὶ οἱ μοναχοὶ οἱ μὴ ἀσκούμενοι οὐχ οἷοί τε ἔσονται ὑπομένειν πεῖναν, δίψαν, γύμνωσιν, ἐγκράτειαν καὶ χαμαικοιτίαν· οἱ δὲ ἐνασχολούμενοι ἥδιστα νηστεύουσι καὶ πάντα φέρουσι. B Sane non otii velamentum aut laboris refugium, eſſe ſcopum pietatis exiſtimandum ajebat in *Antonii Collectaneis* apud Stobæum *Serm.* IV. fol. 52. Baſilius, agens præcipue de Monachis, (ut opinor) ſed argumentum & occaſionem *athleſeos* ſive exercitationis, & laborum ampliorum ac vehementiorum, ipſiuſque adeo in anguſtiis & perſecutionibus patientiæ: in hæc omnino verba: Οὐ πρόφασιν ἀργίας οὐδὲ ἀποφυγὴν πόνου τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν ἡγεῖσθαι χρή, ἀλλ' ὑπόθεσιν ἀθλήσεως καὶ πόνων πλειοτέρων καὶ ὑπομονῆς τῆς ἐν θλίψεσιν. Ideo Piamon Abbas apud Joan. Caſſianum in *Collationibus* collat. C XVIII. cap. XI. fol. 487. & collat. XIX. cap. XI. *Quoniam de optimo genere Monachorum* (inquit) *video vos profeſſionis hujus arripuiſſe principia, id eſt, de laudabili cœnobiorum palæſtra ad excelſa faſtigia anachoreticæ tendere diſciplinæ, humilitatis patientiæque virtutem, quam vos illic didiciſſe non dubito, vero ſectamini cordis affectu.* Et alio poſtea loco idem Caſſianus: *Quo pacto* (ait) *imperturbatæ mentis conſtantiam & immobilem patientiæ poterimus apprehendere firmitatem, qui ipſas quodammodo ſtadii & exercitationis hujus palæſtram, in qua ad plenum erudiri ac perfici principia noſtra debuerant, intempeſtive intermiſſa cœnobii conſervatione dereliquimus?* D Eapropter Chriſtiani nominis confeſſores martyrio poſt magnam perſecutionem atque tribulationem (ſicuti *cap.* X. diſcutietur) conſummatos, & idcirco ſtolis candidis in Agni ſanguine tinctis & lavatis amictos, palmarumque ramos victricium (quibus itidem ut illis hieronicas donatos antiquitus, *libri* ſuperioris *cap.* XII. ad finem & *capite* XXV. diximus) manu tenentes, non amplius famem, ſitim, ſolem aut æſtum, ut antea fecerant, (more athletarum Græcorum ſcilicet, de quo ſuperius egimus) experturos, B. Joannes in *Apocalypſi* cap. VII. verſ. 9. 14. & 16. tradidit, ad illum utique morem (ut videtur) aſpiciens, quo loco: Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολύς, ὃν ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἐδύνατο, &c. περιβεβλημένοι στολὰς E λευκάς, καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. Et poſtea: Καὶ εἶπέ μοι. οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου: quæ verba extremo capite XII. *Agoniſtici* II. expoſuimus. Et ſtatim: Οὐ πεινάσουσι ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος: οὐδὲ πᾶν καῦμα. quæ poſtrema, quam apte cum iis connectantur, quæ iſto toto *capite* περὶ τοῦ ἡλίου καὶ καύματος ἐν ἀγῶσιν dicta ſunt, vel cæcus viderit: ut qui hæc abeſſe, idem τὸν εἰρηνικὸν καρπὸν, pacificum oleæ fructum, quietis & victoriæ inſigne ac præmium, (de quo tum hic, tum *lib.* ſuperioF ris *cap.* XXII. explicando Divo Paulo habita mentio) adeſſe intelligat; καὶ τὸ ἀναπαύσασθαι τῶν πόνων καὶ τῶν ἀγώνων (ſicuti Beati Chryſoſtomi verbis continetur, quæ *cap.* X. exhibebimus) a laboribus & agonibus ceſſationem, ſive liberationem & quietem: quos longe majores, longiores quidem a Monachis plerumque (qui diutius in monaſterii palæſtra exercentur) quam ab ipſis qui uno ſæpius horæ momento conſummantur Martyribus exhauriri, D. Baſilius in Antonii *Collectaneis* apud Stobæum *Locor. Commun.* Serm. XIV. fol. 54. athletica omnia verba uſurpans, audacter tradit, ſic fere: Οἱ μὲν μάρτυρες πολλάκις καὶ ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ἀγωνισάμενοι ἐτελειώθησαν, ἡ δὲ τῶν μοναχῶν πολιτεία καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀθλοῦσα διὰ τὸν Χριστὸν μαρτυρεῖ, &c. ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς τὴν πάλην ἔχουσα καὶ ἀθλεῖ, καὶ στεφανοῦται τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἔχουσα. Quæ ſane Monachorum cum Martyribus comparatio ad veros illos germanoſque Monachos primores ac eremitas, omni ſanctitatis & auſteritatis genere ac meritis pollentes, non ad pſeudomonachos γαστριμάργους quoſpiam, ſui propudium Ordinis, ſanctique inſtituti perniciem certiſſimam, pertinet. Latinis verbis in eandem ſententiam ab Euſebio Emiſeno [1] reddita, ubi de S. Romano Martyre loquitur: *Magnum quidem, chariſſimi,* (ait) *atque laudabile eſt, ſi quando ſæva tempeſtas perſecutionis ingruerit, ſubito quemcumque de populo pro Chriſto mori, & in ſacrificium pietatis aſſumi. Et ideo inſpirata devotione de communis vitæ ſtatu & converſatione ſeculi, ad compendioſi martyrii gladio pervenire victoriam, ſine bello conſummatione junctâ principio, compendioſa beatitudo eſt. At vero per diutinam ſervitutem veteremque militiam & emeritam devotionem, gratiam laboribus comitari, & cooperante retributore munificentiam virtutibus prævenire, ac meritis invitare quam arduæ difficultas, tam glorioſæ fœlicitas eſt. Beatus ergo Romanus non novus ſectator religionis, neque in Chriſti militia rudis, palmam tantæ gloriæ conſecutus eſt; quandoquidem elevata in ſe Chriſti cruce, ita vias ejus cucurrit, ut carnis pericula perſequens, & in ſe occidens, mortificatis illecebris, mori quotidie meditaretur, longumque perageret ſuſcepta contra diabolum congreſſione martyrium.*

CAP. VII.

Arida ſaginatio athletarum apud Tertullianum, qui forte an caſtigatur. Exercitatio eorum in proagonibus & in ipſis ſtadiis. Perpeſſio ictuum periculoſorum athletica. Ulpiani animadverſus locus & illuſtratus, Plutarcho, Euſtathio, Philoſtrato adhibitis. Monomachiæ agon olim apud Olympiam. Athleta poſt obitum coronatus. Chriſti Domini cum Arrichione comparatio, a Chryſoſtomo.

FUISSE igitur quandam athletarum ſaginationem verum eſt, ut ſuperius dixi; ſed eam talem, ut *aridam* vocare Tertullianus in *de Pallio* non dubitaverit: quo loco: *Unde gentium in provinciis melius exercitiis, quas natura agro potius eluctando commodavit, ſtudia palæſtræ* (vereor ut *ſtadia* potius hic auctor ſcripſerit, qui & in *Scorpiaco* ſtadii ſenectutem dixit, ac τὸ *palæſtræ* ſit a gloſſemate: quamquam vulgatam ſtare lectionem video) *male ſeneſcentia & caſſum laborantia & lutea unctio & pulverea volutatio & arida ſaginatio.* Ea talis fuit, ut a frigida & a qualicumque potione (niſi prout epiſtatæ ipſi viſum foret) atque a placentulis dulcibuſque abſtinerent, qui Olympicis agonibus decertare vellent ac vincere: ut ab Arriano in *Epicteto* traditur, eo loco, quem poſtea hujus *lib.* III. *cap.* XVII. exhibebo: ex quo

1 *Sermone de S. Romano Martyre* ſub initium in fol. 324. pag. 2. Edit. Pariſ. anni 1575.

ista sunt huc pertinentia: Δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, &c. μὴ ψυχρὸν πίνειν, μὴ οἶνον ὅτ' ἔτυχεν ἁπλῶς· ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν τῷ ἐπιςάτῃ, &c. Fuisse autem exercitationem valde laboriosam, qua propter gloriam, athletarum ipsorum corpora torquerentur: non tantum ἐν τοῖς προαγῶσιν illis, quorum eo quem ante citavimus *loco* D. Basilius mentionem facit: aspiciens (ut arbitror) ad exercitationes illas, quibus per dies admodum triginta in ipsa Elide, cum instarent Olympia, soliti athletæ operam dare, (qua de re apud Philostratum extremo lib. v. *de Apollonio*, ita fere scriptum: Ἠλεῖοι τοὺς ἀθλητὰς ἐπειδὰν ἥκῃ Ὀλύμπια γυμνάζουσιν ἡμερῶν τριάκοντα ἐν αὐτῇ τῇ Ἤλιδι, καὶ ξυναγαγόντες αὐτοὺς, ὁ μὲν Δελφὸς, ὅτε Πύθια, ὁ δὲ Κορίνθιος, ὅτε Ἴσθμια, ἴτε φασὶν, &c. quæ ante retuli) verum etiam in ipso certaminis publici loco, ubi corporis tum aliis laboribus, tum vero etiam aliquo onere ferundo exercendi gratia, occupatos antiquitus athletas, Mercurialem doctissimum [1] auctores alii, me insuper B. Joannes Chrysostomus docuit, quem sæpe in hoc opere *Agonistico* laudandum habui. Verba ejus hæc fere sunt [2]: *Nam si adversitatem sustuleris, & præmiorum causam tollas necesse est. Nonne & certatores spectasti, qui exercendi se gratia vel utres arena complent & gestant? quod tamen ut agas, haud sane necessarium fuerit*. Quo itidem referendum istud Epicteti verbum videtur, quod apud Arrianum [3] legimus: Καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν λέγει, ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας· καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσούτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ. Et alibi, οἱ πόνοι ἄρα, οἱ τῶν πειρατηρίων, ἑκόντων ἢ ἀκόντων ἡμῶν, ὠφέλιμοι. quamquam hic quidem, sicut & superior Arriani (ne aliquid dissimulem) locus, ad προαγῶνας, de quibus ante a D. Basilio sumus locuti, proprius validiusque, quam ad agonas ipsos, pertinere videatur.

In ipso quinetiam agonis articulo non pati modo illatos ictibus atque vulneribus dolores, sed & obstinatione quadam animi, seu virtutis, seu gloriæ causa, (sicuti post Senecam noster Ulpianus [4] loquitur) tum cicatricum deformitatem, dentium oculorumque excussionem, luxationem effracturamque ossium perferre: immo vitæ plerumque ipsius discrimen athletas olim subire solitos, præsertim pugiles, atque pancratiastas Epei Homerici verba illa quæ superiore *tractatu* proposui manifestum faciunt: & insuper ista Eustathii *ad Iliad.* ψ. fol. 1323. ad Homerum eo ipso loco adnotatio comprobat: Τηρητέον δὲ καὶ τὸ ἐπικίνδυνον τῆς πυγμαχίης, ἀεὶ τοιαύτης οὔσης· πολλοὺς γὰρ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς ἁρμονίας παρέλυεν. Præterea isti de crepantibus sub pugno (ut verbo Senecæ [5] utar) Amyci & Pollucis pugilatu decertantium dentibus apud Apollonium Rhodium versus commonstrant:

> —— ὡς τοῖσι παρήϊα ἀμφοτέρωθεν
> Καὶ γένυες κτύπεον. βρυχὴ δ' ὑπετέλλετ' ὀδόντων
> Ἄσπετος, οὐδ' ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες
> Ἐςέπερ οὐλοὸν ἆσθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.

Et postea:

> Κόψε μεταΐγδην ὑπὲρ οὔατος ὀστέα δ' εἴσω
> Ῥῆξεν ὁ δ' ἀμ' ὀδύνῃ γνὺξ ἤριπεν. ——

Ac denique illo quod e *Rhodiaco* Dionis Chrysostomi, *lib.* II. attulisse me de præmiis hieronicarum agentem memini: Ὅτι τὸν Ὀλυμπιάσι στέφανον ἐλαΐνον ὄντα πολλοὶ προτετιμήκασι τοῦ ζῆν, &c. ὅτι μὴ ῥᾳδίως μηδ' ἐπὶ μικρῷ δίδοται. Quamobrem si in colluctatione vel pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit in publico certamine, Ulpianus cessare Aquiliam respondit, hoc addito: *Quia gloriæ causa & virtutis, non injuria causa damnum datum videtur*. Alioqui cum jura de iis quæ ἐκ παραλόγου accidunt constitui non soleant, sed de iis quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον (τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται, quemadmodum Theophrasto in testem adhibito *l.* 4. 5 6. *D. de leg.* nostri docuerunt) si perraro, nec frequenter, ac facile cædes in istiusmodi certaminibus admittebatur, nihil fuit cur ea de re Jurisconsultum scribere ad edictum & responsa dare oportuerit. Ac notum quidem esse Plutarchus alicubi significat, olim singulare certamen apud Pisam fuisse celebratum: in quo etiam victus, aut se dedens, cedensque necaretur: cujus historiæ licet auctorem prodere se non posse dicat, veram tamen illam esse fas est ex eo conjicere, quod istam consuetudinem ea quam ante memoravi lege tolli fuerit necesse: sic etenim Plutarchus in fin. quæst. II. lib. v. *Sympos. Problem.* Ὅτι πάλαι καὶ μονομαχίας ἀγὼν περὶ Πίσαν ἤγετο μέχρι φόνου καὶ σφαγῆς τῶν ἡττωμένων καὶ ὑποπιπτόντων, μή με πάλιν ἀπαιτεῖτε τῆς ἱστορίας βεβαιωτὴν, κἂν διαφύγῃ τὸ μνήμην ἐν οἴνῳ τοὔνομα καταγέλαστος γένωμαι. Imo etiam Epicteti temporibus (qui sub Adriano Principe Rom. floruit) ex ipso certamine magnam plerumque illatam athletis perniciem, hæc ipsius apud Arrianum lib. III. *Epicteti* cap. XXI. περὶ Κυνισμοῦ, verba perspicuum faciunt: Κακαὶ ἔφη κεφαλαὶ οὐ μενεῖτε; ἀλλ' ἀθλητῶν μὲν ὄλεθρον ἢ μάχην ὀψόμενοι ἄπιτε ὁδὸν τοσαύτην εἰς Ὀλυμπίαν, πυρετοῦ δὲ καὶ ἀνθρώπου μάχην ἰδεῖν οὐ βούλεσθε;

De Arrichione igitur pancratiasta, qui post mortem, quam in ipsa victoria Olympiæ oppetierat, coronatus fuerit, Philostratus [6]: Ἐς αὐτὰ ἥκεις Ὀλύμπια (inquit) καὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ κάλλιστον. τουτὶ γὰρ δὴ ἀνδρῶν τὸ παγκράτιον, στεφανοῦται δὲ αὐτῷ Ἀρριχίων ἐπαποθανὼν τῇ νίκῃ· καὶ στεφανοῖ αὐτὸν οὑτοσὶ Ἑλλανοδίκης. Et postea: Μεγάλου γὰρ δὴ αὐτῷ ὑπάρχοντος τοῦ δὶς ἤδη νικῆσαι τὰ Ὀλύμπια μεῖζον τοῦτο νικᾷ, ὅτι καὶ τῆς ψυχῆς αὐτὰ κτησάμενος ἐς τὸν τῶν ὀλβίων πέμπεται χορὸν αὐτῇ κόνει. Et ad finem: Ὁ δὲ Ἀρριχίων ὅσα οἱ νικῶντες γέγραπται, καὶ γὰρ τὸ αἷμα ἐν τῷ ἄνθει καὶ ὁ ἱδρὼς ἀκραιφνὴς ἔτι καὶ μειδιᾷ καθάπερ οἱ ζῶντες ἐπειδὰν νίκης αἰσθάνωνται. Verus Arrichion atque perfectissimus athleta Christus (liceat enim mihi Deum verum, cum bona ipsius quam humiliter imploro venia, qua homo est, cum homine licet pagano comparare; qui se sub serpentis & hirci brutorum animalium figuris a digito Dei San-

1 Lib. II. *de Re Gymnast.* ubi de alteribus.

2 In *Sermone de charitate quæ cuncta dirigit & perficit*, Tomo v. col. 684. Edition. Nivellia. ann. 81.

3 *Lib.* III. *cap.* XIX. ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ἔστιν ὠφελεῖσθαι. & in fin. *cap.* XXIV. πρὸς τοὺς ἀποπίπτοντας ὧν προέθεντο.

4 *L. qua actione*, §. *si quis in colluctat. D. ad l. Aquil.* unde alia quæpiam explicamus inf. *cap.* XVII.

5 *Epist.* XIII. unde verba proponam inf. *cap.* XIV. hujus *libri*. Videsis & quæ de excussis Cyrenæo Eurydamæ dentibus in pugilatu scripsi ab Æliano superius ad fin. *cap.* v. hoc *Agonistico* III.

6 *Lib.* 2. Εἰκόνων in *Arrichione*: de quo cætera protulimus *libro* I. sub. init. ubi de pancratio in *cap.* VIII. & vide quæ in hanc rem ipsam e Pausania scribo inferius *cap.* XXII. ad finem.

cto Spiritu significari atque ostendi in sacrosanctis *Vetusti Testamenti* libris voluit) morte sua lethiferum vulnus diabolo forti armato illi adversario inflixit, dejectumque turpiter atque afflictum solo pancratiastes optimus superavit: quemadmodum similitudine ab athletis deducta B. Joan. Chrysostomus [1] his omnino verbis explicat: Ἔλαβεν ὁ θάνατος ὑπὸ σώματος νεκρῦ τὴν καιρίαν λαβών. καὶ καθάπερ ἀθλητὴς νομίζων τὸν ἀντίπαλον βεβληκέναι καιρίαν λαμβάνει πληγὴν, οὕτω δὴ καὶ οὗτος δείκνυσιν, ὅτι τὸ μετὰ παῤῥησίας ἀποθανεῖν ἀσχημοσύνη ἐστὶ τῦ διαβόλυ: quibus utique verbis illa D. Pauli exponuntur, καὶ αὐτὸ (τὸ χειρόγραφον) ἦρκεν ἐκ τῦ μέσυ προσηλώσας αὐτὸ τῷ σαυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξυσίας ἐδειγμάτισε παῤῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτὺς ἐν αὐτῷ.

CAP. VIII.

Nudos athletas decertasse. Leges athleticæ. Æliani ac Oricadmo locus, cujus interpretatio notatur in Notis. *Lex de non occidendo adversario. Platonis de ipsa expensus locus & forte castigatus. Qui morderent in decertando, eos* κακομαχεῖν *dicto. Plutarchus de pugilatu expositus, Interpretibus notatis. Agonibus musicis suæ leges. Athletæ liberi nec famosi aut notati, sed & exploratæ virtutis. Quamobrem athletis tributa immunitas.* Πάλη *apud Platonem, notato ipsius Interprete. Joannis Cassiani de athletis locus, unde* legis unicæ C. de athletis *petita explicatio. Puerorum certamen etiam in stadio. Plutarchi locus illo Cassiani adhibito expositus: ejusque Interpres Xylander notatus. Equorum agitatores pueri cum viris commissi curulibus ludis, sicuti gymnicis Pythiis athletæ.*

PRÆTER istas continentiæ tam a cibis potuque quam a Venere laudes, sine quibus coronari athleta non potuit, decertare ipsum nudum quidem ex lege, aut more sacri agonis oportuit: unde illa ἀποδύναι καὶ ἀπογυμνάσασθαι apud Thucydidem, sicuti Pollux *Onomastico* d. cap. XXX. col. 19c. *lib.* III. notat: sed ita ut pudor & honos oculis servaretur: non sine subligaculo igitur, quod ante admonui *libri* proximi super. *capp.* II. & IV. Nec dubito quin aliæ præterea quæpiam gymnici [2] certaminis leges fuerint, secundum quas agonem ipsum obiri oportuerit. Quamobrem apud Cornelium Celsum ita scriptum *lib.* I. *cap.* II. fol. 19. *Ac ne his quidem athletarum exemplo, vel certa esse lex, vel immodicus esse labor debet.* Atque ab iis legibus celebratum in Veterum libris Oricadmum quendam reperio, cui Siculi qui dicitur luctæ modi ac rationis inventio tribuitur: de quo ita Ælianus [3] alicubi: Ὅτι Ὀρίκαδμος πάλης ἐγένετο νομοθέτης, καὶ ἑαυτὸν ἐπινοήσας τὸν Σικελὸν τρόπον καλύμενον τῦ παλαίειν. In lucta quoddam fuisse motuum aut ligaturarum, hoc est, nexuum, genus legitimum, quod juxta leges athleticas ad victoriæ adeptionem usurpari posset, juxta illud B. Ambrosii testimonium *libri* primi *capite* vicesimo a me allatum; ubi ait in hoc seculari agone quospiam esse qui simplici quodam & legitimo genere luctantur, & ligaturis tantum corporis certant, qui palæstæ vocantur: aliud vero quod imperitorum oculos falleret; & favorem interea laudemque spectatorum cum vulgi admiratione atque applausu commoveret; a B. Gregorio Nazianzeno pereleganter in quopiam *adversus Eunomianos Sermone*, seu ἐν τῇ κατὰ Εὐνομιανῶν προσδιαλέξει, sub init. in fol. 195. traditum recordor: quo loco hæc legas: Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν εὐσεβείας ὁδὸν καταλύσαντες, πρὸς ἓν τῦτο βλέπυσι μόνον, ὅτι δήσυσιν ἢ λύσυσι τῶν προβαλλομένων· καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τὰ παλαίσματα δημοσιεύοντες, καὶ τῶν παλαισμάτων ὐχ ὅσα πρὸς νίκην φέρει κατὰ νόμυς ἀθλήσεως, ἀλλ' ὅσα τὴν ὄψιν κλέπτει τῶν ἀμαθῶν τὰ τοιαῦτα καὶ συναρπάζει τὸν ἔπαινον· καὶ δεῖ πᾶσαν μὲν ἀγορὰν περιβομβεῖσθαι τοῖς τύτων λόγοις· πᾶν δὲ συμπόσιον ἀποκναίεσθαι φλυαρίᾳ καὶ ἀηδίᾳ, &c. Cum autem luctæ, cæteræque itidem palæstræ (quam πάλης appellatione designatam alibi, ut pugilatum & alias etiam exercitationes comprehendat, *lib.* I. admonui) legibus quid non facere, aut pati victorem oporteret, ejus præfecti aut etiam agonothetæ constituerent, quodque legitimum palæstritæ, athletæ, sive agonistæ opus esset, aut contra: sicuti Plato me docuit, his verbis lib. VIII. *de Legib.* fol. 833. libri a Stephano excusi, & fol. 834. A δὲ τὸν μὴ παθόντα ἢ ποιήσαντα (sic malo cum Scoliaste absque abnutivo legere) δεῖ νικᾶν, καὶ εἰς ὅσα καθάπερ νῦν ἐν τῇ πάλῃ διενομοθετήσαντο οἱ περὶ τὴν πάλην αὐτὴν, τί τὸ καλῶς παλαίοντος ἔργον καὶ μὴ καλῶς, τυτὸν δὴ καὶ τὸς περὶ ὁπλομαχίαν ἄκρυς παρακαλῦντας χρὴ τύτυς συνομοθετεῖν κελεύειν, τίς νικᾶν ἄρα δίκαιος περὶ ταύτας αὐτὰς μάχας ὅτι μὴ παθὼν, ἢ δράσας. Et statim: Διαθεμένοι δ' αὖ περὶ τύτων νόμυς, τῷ κάλλιστα ἀποδιδόντι τὰ περὶ ταῦτα νόμιμα τὰ γέρα καὶ τὰς νίκας διανέμειν. In iis, præter illam continentiæ, qua de actum est hujus *libri Sermone* quarto, hæc fortasse fuit, ut ne quis in colluctatione vel pugilatu antagonistam studio deditaque opera conficeret, ac peremptum vellet; alioqui ne victor coronaretur: etiamsi cædis illatæ argui aut damnum datum sarcire cogi (tradente hoc ipsum, uti dixi lib. I. *Agonist.* cap. VI. Ulpiano) minime potuerit. Juxta quam legem, Hicco Epidaurio superato & interempto in pugilatu, damnatum ab Hellanodicis Astypalæum Cleomedem, atque victoriæ præmio mulctatum præ dolore desipuisse, hoc est, e potestate mentis exiisse, circa Olympiadem LXXI. a Pausania lib. II. *Eliacon*, fol. 146. Ald. lib. relatum est. Atque hanc quidem Platoni legem placuisse video lib. IX. *de Legib.* fol. 865. ut qui in publico certamine, vel alioqui in bello exercitationeve bellica, quæ jussu magistratus fieret, amicum antagonistam nolens interfecisset, *is* ab illatæ cædis culpa & crimine immunis esset: ubi cum de pœna fuerit dubitatum, & lege ad dubitationem tollendam opus fuisse legislator viderit, qui de præmio victoriæ nihil cavit, ipsum omnino interfectori denegasse, ac velut abjudicasse censendus est. Cujus hæc in eam rem verba esse memini, quæ considerari, ut oportet, cupio: Εἴ τις ἐν ἀγῶνι καὶ ἄθλοις δημοσίοις ἄκων, εἴτε παραχρῆμα, εἴτε καὶ ἐν ὑστέροις χρόνοις ἐκ τῶν πληγῶν ἀπέκτεινέ τινα φίλον, (hic *Amici* verbum nequaquam ociosum existimes, cum ejus conjectura fraudis, insidiarum, malevolentiæ, omnisque inferendæ cædis voluntatis excludatur suspicio) ἢ κατὰ πόλεμον, ὡσαύτως ἢ κατὰ

---

1 *Homil.* VI. *cap.* II. *Epist. D. Pauli ad Coloss.* Idem Chrysost. *homil.* I. *in Symbolum Apost.* col. 629. *Moriendo mortem occidit, leo de tribu Juda rugientem leonem superavit.*

2 De gladiatorii & item musici sive citharœdici certaminis legibus, vide apud Suetonium *Nerone* cap. XXIV. & Tacitum initio *lib.* XVI. Præterea Lævin. Torrentium *ad illum Suetonii locum*.

3 Lib. XI. *Var. Hist.* cap. I. ubi pro *lucta* Interpres *pugilatum* nescio quamobrem reddidit.

καὶ μελέτην τὴν πρὸ πόλεμον ποιουμένων ἄσκησιν, τῶν ἀρχόντων ψιλοῖς σώμασιν, ἢ μετὰ τινῶν ὅπλων ἀπομιμούμενοι τὴν πολεμικὴν πρᾶξιν, καθαρῶς (ubi hunc equidem articulum ſupervacaneum, & e ſequentibus deſumptum crediderim) καὶ τὸν ἐκ Δελφῶν κομισθέντα περὶ τούτων νόμον ἔξω καθαρός.

Nec tantum interficere, ſed vel mordere adverſarium (quod leoninum, atque adeo belluinum, aut ferinum fuit) prohibebant athleticæ ſive gymnici certaminis leges; ſive quis pugilatu, ſive lucta, ſive ipſo pancratio decerneretur: & qui hoc faceret is adeo κεκομμαχεῖν dicebatur. Lucianus *Demonacte* [1] Ἐπὶ μέντοι πολλοὺς τῶν ἀθλητῶν ἑώρα κακομαχοῦντας, καὶ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας, οὐκ ἀπεικότως, ἔφη, τοὺς νῦν ἀθλητὰς οἱ παρομαρτοῦντες, λέοντας καλοῦσιν. Quod autem ita cæſtibus armatas pugilum & revinctas manus, ut non modo lethale vulnus inferre non poſſent, adverſariumque perimere: verum etiam quo mollior leviorve ictus minus læderet atque offenderet, quiſpiam ex eo colligere ſe merito poſſe duxerit, quod Plutarchus in hæc verba ſcribit ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι ad extremum, fol. 1476. lib. Stephan. Tom. III. Opuſc. Τῶν μὲν γὰρ ἐν ταῖς παλαίστραις διαμαχομένων ἐπισφαίροις περιδέουσι τὰς χεῖρας, ὅπως εἰς ἀνήκεστον ἡ ἅμιλλα μηδὲν ἐκπίπτῃ, μαλακὴν ἔχουσα τὴν πληγὴν καὶ ἄλυπον, non ita eſt. Equidem ipſum de pugilatu in palæſtricis exercitationibus, non in ſtadiis, ubi coronæ cauſa decertabatur, exhibito loquutum, verius arbitror, quod in Phorbante Philoſtrati citans ipſum Viginarius doctiſſimus, minime viſus advertere: ſicuti Latinus etiam Interpres, qui verba Plutarchi Græca his Latinis olim reddidit; *Jam lucta cæſtibuſque certantium manus loris vinciri leniter, & pauxillum prohiberi conſuevit*, &c. ubi cum iſta *leniter & pauxillum prohiberi*, de ſuo addiderit, tum illud *jam lucta* peſſime ſcripſit, pro *in palæſtris quippe*, aut quid ejuſmodi: non enim cæſtuum aut meilicharum uſus in lucta etiam publica, quemadmodum libro primo cap. IX. *Agoniſt* docui.

In curſura etiam proditorium exiſtimatum, atque adeo prohibitum conjicio, ſi quis adverſarium præcurrere ſineret, ita ut ipſum a tergo perſecutus quapiam ratione læderet. Pollux etenim *d. cap.* XXX. col. 188. ubi περὶ δρόμου: Τὸ μέν τοι προδραμεῖν ἐάσαντα ἐπιδιώκειν ὄπισθεν τῆς σφοδρομαχίας γίγνεσθαι προδοσία ἐγένετο: qua de re inferius *cap.* XIX. ubi de athletarum probatione diſſeretur e Cicerone, Luciano atque Homero etiam, & ad ipſum Euſtathio, Ambroſio, aliis dicturi ſumus, ſi Deus dederit. Nam & in agone muſico certas fuiſſe itidem leges Tacitus ſub initium lib. XVI. *Annal.* fol. 177. indicat, ubi de Nerone; *Ingreditur theatrum* (ait) *cunctis citharæ legibus obtemperans ne feſſus reſideret, ne ſudorem niſi ea quam indutui gerebat veſte detergeret, ut nulla oris aut narium excrementa viderentur: poſtremo flexus genu, & cætum illum manu veneratus ſententias judicum operiebatur ficto pavore.* Suetonius [2] quoque de illo ipſo: *In certando vero ita legi obedierat,* (inquit) *ut nunquam excreare auſus, ſudorem quoque frontis brachio detergeret.*

Tum vero eſſe liberum athletam, bonæque exiſtimationis, non famoſum, aut notatum oportuit: ſed antequam coronaretur multas victorias in gymnaſii Ephebeo ita de juvenibus æmulis reportaſſe, ut exploratæ virtutis haberetur. Quo aſpexiſſe iſtius *Reſcripti l. unica. C. de athlet. lib.* X. auctores principes videntur; cum hoc exigunt, ut immunitatem conſequuturus, ita per omnem ætatem cum coævis decertaverit, ſuæque virtutis ac roboris præ illis a puero ſpecimen apud athlothetas ediderit, ſeſeque approbaverit: ut ſi non periodo victorem ſe poſſit dicere, attamen tribus agonibus ſuperior extiterit; & poſt multas in gymnaſio victorias, deinde in amphitheatro, circo vel ſtadio, in totius populi, ludorumque curatoris, & ſacerdotum provincialium, atque athlothetarum conſpectu, non ambitioſe, aut corruptis antagoniſtis, ſed ſuo merito tertium coronatus fuerit. Nempe qui exercitationem iſtam athleticam tandiu ſuſtinuerit, viriliterque ac ſtrenue ipſa ſit perfunctus; hujus non modo corpus ſed animum quoque ad patientiam, virtutemque omnem bellicam, egregiis militibus pro Repub. depugnaturis maxime neceſſariam, erigi atque incrementum accipere, ipſo Plutarcho ita prædicante, ac teſtimonium præbente, creditur: e cujus *Sympoſiacis Problem.* lib. VIII. quæſt. IV. iſta ſuperiore *tractatu* protuliſſe me recordor: Ὅτι οἱ ἐῤῥωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασι ἐπαίρονται καὶ αὔξονται: quam eſſe hujus *Reſcripti* rationem (ut vulgo noſtri legum magiſtri vocant) decidendi aptiſſimam atque veriſſimam; quatenus certe athletis immunitatis privilegium conceditur, equidem cenſeo. Nam luctæ quidem genus, cum ex omnibus motibus, maxime bellicæ pugnæ cognatum atque affine ſit: ideo non pugnandi quidem rationi propter luctam dare operam; ſed e contrario luctæ, propter pugnam oportere ab Athenienſi hoſpite illo apud Platonem [3] traditur: ſic fere: Ὅτι τῇ πολεμικῇ μάχῃ πασῶν κινήσεων ὄντως ἐστὶ ξυγγενὴς πολὺ μάλιστ᾽ ἡμῖν ἡ τοιαύτη πάλη, καὶ δὴ καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἐκείνης χάριν ἐπιτηδεύειν. ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνην ταύτης ἕνεκα μανθάνειν. Ubi equidem πάλης vocabulo & pugilatum & pancratium, latiſſima ſignificatione, immo multo etiam potius quam luctam, deſignari cenſeo, idque mihi denegaverit nemo, qui potiſſimum eos expenderit locos, quos in eam rem primo hujus *tractatus* libro capp. X. & XI. attuli: & vero qui adverterit apud Platonem eo loco poſtea παλαίστραν dici, quam ante vocaverit πάλην: ubi; Νῦν δὴ τὸ μὲν περὶ παλαίστραν δυνάμεως τὸ μέχρι δεῦρ᾽ ἡμῖν εἰρήσθω. Cum tamen utrobique *luctam* Interpres alioqui eruditiſſimus reddiderit: quamobrem factum, ut hoc quoque obiter adnotatum voluerim.

Ad cætera eo *Reſcripto* comprehenſa & a nobis modo explicata quod ſpectat; nihil magis aptum atque perſpicuum, quam quod de more gymnicorum certaminum Joannes Caſſianus [4] omnium optime in hæc verba ſcribit, adferri poſſe a quoquam arbitror: *In illis enim certaminibus* (inquit)

---

1 In *ejus Vita*: vide quæ ſcribo inf. *cap.* XXI. & *lib.* I. *cap.* XII.

2 *Nerone* cap. XXIV. ubi Torrentius Lævinus de gladiatoriis etiam legibus.

3 Lib. VII. *de Legibus* fol. 814. ſic & fol. 795. ejuſdem lib. generaliter πάλης nomen accepit.

4 Cap. XII. lib. V. *Monaſt. Inſtit.* videſis & cap. XVI. XVII. XVIII. Ac in XVI. quidem: *Itaque ventris & gulæ concupiſcentia hoc intuitu ſuperata, nec ſervi carnis, nec infamis vitiorum nota pronunciati, velut in Olympiacis diſciplinis judicabimur ſuperiorum quoque certaminum digni eſſe conflictu.*

quæ ſecundum eundem Apoſtolum corruptibilem coronam vincentibus parant, mos iſte ſervatur, ut is qui ſe ad glorioſam coronam, & Immunitatis privilegio decoratam (vide ut hic locus ad *Reſcripti* quod interpretamur ſententiam, quæ de Immunitate eſt, faciat) *præparare contendit, & perfecta cupit agonis ſubire certamina: prius in Olympiacis ac Pythiis certaminibus indolem ſuæ juventutis, ac rudimentorum robur oſtentet:* (hinc rurſum illa *Reſcripti* ejuſdem verba, per omnem ætatem certaſſe, omnino explicanda ſunt) *in his ſiquidem juniores qui has diſciplinas cupiunt profiteri, utrum mereantur vel debeam ad eas admitti, tam ejus qui iſtis certaminibus præſidet, quam totius populi judicio comprobantur: cumque diligenter examinatus qui primum repertus fuerit nulla vitæ aſperſus infamia: deinde non ſervitutis jugo ignobilis, & ob hoc indignus diſciplina hac vel congreſſi eorum qui hanc profitentur fuerit judicatus,* (hoc quoque, de quo plenius poſtea dicetur, quando in controverſiam ab eruditis viris adduci video, ad illud Ulpiani noſtri pertinet *l. qua act.* 7. *§.* 1. *D ad l. Aquil.* quo ingenuos demum in publico certamine ſolitos depugnare oſtenditur: cui congruit quod de Alexandro Sever. Imper. Lampridius narrat, curſorem nunquam niſi ſervum ſuum habuiſſe, cum diceret: *Ingenuum currere niſi in ſacro certamine non debere*) *tertio ſi artis, ſi fortitudinis digna præferat documenta & junioribus coævisque decertans peritiam pariter, ac virtutem ſuæ demonſtraverit juventutis: ac proficiens de epheborum luctamine. perfectis jam viris & experientia longa probatis conjungi, permiſſus fuerit præſidentis examine: ſeque non ſolum parem virtuti, eorum aſſidua colluctatione probaverit; verum etiam frequenter inter hos quoque victoriæ palmam fuerit conſecutus: tum demum ad agonis præclara certamina merebitur pervenire, in quibus non niſi victoribus tantum, & his qui multarum coronarum ſtipendiis decorati ſunt, facultas concedetur decertandi. Si intellexerimus carnalis agonis exemplum, ſpiritalis quoque certaminis, quæ diſciplina vel ordo ſit, comparatione hujus debemus agnoſcere.* Hactenus ille. Qui quod ait de victoribus pueris ac juvenibus antequam ad juſtum & legitimum inter viros agonem, immunitatis adipiſcendæ gratia recipiantur, multarum coronarum ſtipendia conſecutis (qua de re nihil equidem ante quam Caſſianum legerem ipſe inaudieram, nec vulgare profecto eſt) ſic accipito: ſi me audis, non in gymnaſio tantum inter pueros ephebos & ipſos etiam viros, quod ante dixit, ſed in ipſo etiam ſtadio & circo. Etenim Plutarchus ipſe lib. II. *Sympoſ. Problem.* quæſt. v. hunc ſacrorum agonum fuiſſe, ordinem narrat: Pythicorum quidem, ut cum pueris luctatoribus primum, deinde vero cum pueris pugilibus pugiles viros, & ſimiliter cum pancratiaſtis pueris, viros committerent; juxta illud Caſſiani ſcilicet, *Ac proficiens de ephebborum luctamine, perfectis jam viris,* &c. Olympicorum etiam non alium, niſi quod non pueri cum viris dimicarent, ſed utique poſt pueros inducerentur viri, qui ſeparatim (ut illi quoque) inter ſe, non permixtim cum pueris viri contenderent: quamquam in gymnaſio illo ad Elidem, ejuſque illa regione quæ πλέθριον dicta, exercendorum puerorum gratia, priuſquam ad publicum Olympiæ ſpectaculum, hoc eſt, totius Græciæ theatrum deducerentur, ad luctam utique componi ſolitos ab Hellanodicis ætate impares, itemque diverſis non iiſdem agonibus omnes exercitatos, nihilominus tamen ſimul commiſſos ex Pauſania intelligitur *Eliacon* II. non longe ab extremo in fol. 158. & 159. Ald. exempl. quo loco, poſteaquam de iis verba fecit, qui in ejus gymnaſii Eleenſis xyſto, id nomen ob Herculis factum quod ibi exprimitur conſecuto, itemque de iis, qui in altero ejuſdem gymnaſii loco, qui a ſacro curſu nomen ἱερὸς δρόμος habuit, ſeparatim curſores ſcilicet pentathlique exercerentur, eaque omnia præſtarent athletæ quæ in ipſo conventu Olympico aſſolent: iſtud illico ſubjicit, quod dixi modo: Ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ καλούμενον πλέθριον. ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τοὺς καθ' ἡλικίαν ἢ καὶ αὐτῷ διαφέροντας ἐπιτηδεύματι, συμβάλλουσι δ' ἐπὶ πάλῃ: quo etiam genere circa literarios (ut ita dixerim) agonas quoſdam uſurpato apud Plutarchum *Sympoſiacis* lib. IX. quæſt. III. in princ. neglecta ſortitione, geometram cum grammatico, cum rhetore muſicum comparatos atque compoſitos fuiſſe, *libro* X. initio *cap.* XXV. enarravi.

Verum interea ipſius Plutarchi eam, quæ a me ſuperius propoſita fuit, altero quodam *Sympoſiacorum* loco ſententiam eſſe pronuntio; quam ut aſſequerer, Caſſianus fecit: Xylander qui Caſſianum (opinor) haudquaquam legerat, Plutarchum Latinum faciens, minime gentium intellexit. Nam cum hæc optimi auctoris verba ſint: Αὖθις ὁ Λυσίμαχος ἔφη ποῖον ἂν φαίη τις αὖ τῶν ἀγωνισμάτων γεγονέναι πρῶτον; ἢ τὸ στάδιον, ὥσπερ Ὀλυμπίασιν, ἐνταῦθα δὲ παρ' ἡμῖν (nempe in Pythicis apud Delphos ludis, de quibus egerat præcedenti quæſtione) καθ' ἕκαστον ἄθλημα τοὺς ἀγωνιζομένους εἰσάγουσιν ἐπὶ παισὶ παλαισταῖς ἄνδρας παλαιστάς, καὶ πύκτας ἐπὶ πύκταις, ὁμοίως καὶ παγκρατιαστὰς. ἐκεῖ δὲ ὅταν οἱ παῖδες διαγωνίζωνται, τότε τοὺς ἄνδρας καλοῦσιν. Interpres alioqui non ineruditus ita vertit: *Huc enim apud nos in ſingulis concertationibus introducunt poſt pueros luctatores viros luctaturos: & pugilibus ſufficiunt pugiles, itidemque pancratiaſtis pancratiaſtas: ibi autem ubi decertaverunt pueri viros vocant.* Quo equidem modo, verbum verbo (quod fidi eſſe Interpretis [1] non nego, ſed ita ſi ſententiæ nihil officitur) fortaſſe reddidit; quamquam ſingula expendere volenti contrarium videri non immerito queat: ambiguæ quidem ſignificationis articulum ἐπὶ, cum hic valeret, τὸ σὺν, ſecius accepit pro temporis aut ordinis articulo; nedum ut ſententiam auctoris negantis Olympico agone (Olympico inquam, non Elei gymnaſii certamine) commiſſos viris pueros, ſicuti Pythico uſurpatum erat, ullatenus (animo quidem meo) expreſſerit: cum tamen in Græcorum interpretatione, ita rem ipſam, qua de agitur, Latinis verbis ſignandam eſſe conſtet, ſecundum Senecæ opinionem lib. I. *de Tranquilitate animi* cap. II. ut appellationis Græcæ vim habeant, non faciem. Addam & iſtud hujus *Sermonis* concludendi gratia, quod ad ea pertinet, quæ de commiſſione puerorum gymnico Pythiorum certamine cum viris, modo diximus. In curulibus quoque ſive Circenſibus Pythiorum, immo etiam Olympiæ, aliiſque ſacris aut recentioribus forſitan apud Conſtantinopolim agonibus, permiſtim viros, & pueros in curruum agitatione comparatos, qui præmii obtinendi cauſa decurrerent. Cujus obſervationis meæ teſtem aſſiduum atque adeo auctorem Leontinum Scholaſticum Epigrammatarium poetam habeo. Hujus

1 Juxta iſtud Horatii de imitatore in *Arte Poetica ad Piſones*:

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

hoc eſt, tanquam ſis fidus Interpres.

enim hexastichon istud est, quod ex *Epigrammatum Græcorum Anthologia* lib. v. fol. 403. Edit. Stephan. decerpsimus *in Calliopen*, ideo laudatum, quod senes puer, pueros senex & quidem sexagenarius superarit:

Πρεσβυτέρυς κῦρος μὲν ἐὼν, πρέσβυς δέ τε κύρυς
Νικᾶς, τεθρίππων κέντορας ἀθλοφόρων.
Ἑξ δ' ἐτέων ανύσας δεκάδας, ςήλιω ἐπὶ νίκαις
Εἷλες Καλλιόπα νεύματι κοιρανίης,
Οφρα μένοι καὶ ἔπειτα τεὸν κλέος. αἴθε τοι εἴη
Ως κλέος ἀθανατον, καὶ δέμας ἀθανατον.

Itemque distichon istud ex altero in eundem Epigrammate eodem *Anthol.* lib. fol. 403. epigr. seq. quod *libro* I. *cap.* xv. attuli:

Πρέσβυς ὅτι σφειγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾶ
Νικήσας, γεραρὺς δ' ὢν νέος. ἐν σοφίῃ,

Et similiter illud *in Faustinum* indidem desumptum tetrastichon:

Πρίν σε νέον Φαυςῖνε νόος πεφόβητο γερόντων,
Νῦν δέ σε πρεσβυγενῆ κάρτο: ἔφριξε νέων,
Δεύτερα δ' εὕρετο παντα τεὸς πόνος· ὅς σε γεραίρει
Πρέσβυν ἐν ἠϊθέοις, ἐν δὲ γέρυσι νέον.

Denique istud insuper ex epigrammate *in Constantinum* agitatorem in eodem *Anthol.* lib. v. fol. 406. epigramm. cujus initium σοὶ τόδε.

Ἀλλ' ἔτι κυρίζων τε καὶ ἄχνοος ἄνδρας ἐνίκας,
Ηλικας, ἡβήσας, γηραλέος δὲ, νέυς.

CAP. IX.

Adhuc de puerorum agonibus. Castigatus Solinus. Laertius expositus. Plutarchus illustratus, atque a glossemate purgatus. Dionysius Halicarnasseus aliter atque ab Interprete intellectus. Item Agellius: apud quem, Ætas ambigua *quid sit, exponitur. Expensus Aristotelis locus de puerorum agonibus, unde Plutarcho & Pausaniæ allata lux.*

CÆTERUM ad pueros athletas ut revertar, & mittam quod de pueris in ceromate rixantibus, eorumque spectatoribus citato Seneca in libro *de brevitate vitæ*, *tractatu* superiore ostendi: & vero quod Plato leges in sua Repub. civibus præscribens trifariam certamina cursus distribuenda censuit, unum puerorum, alterum imberbium, tertium virorum, lib. VIII. *de Legib.* fol. 833. quo loco: Τειττὰ δὴ ταῦτα ἀθλήματα διανοηθῶμεν, ἓν μὲν παιδικῶν, ἓν δὲ ἀγενείων, ἓν δὲ ανδρῶν. Quod denique Teletiam puerum Pythiis ludis coronatum, cum esset Cleonensis, velut suum Sicyonii secum abduxere; ut Apollo Pythius mastigonomorum sive designatorum castigationem ipsis opus esse ob commeritam hanc malam noxiam pronunciaverit: quemadmodum a Plutarcho περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, fol. 981. Edit. Steph. in hæc verba scriptum: Σικυωνίοις δὲ καὶ διαῤῥήδην ὁ Θεὸς προεῖπε μαςιγονόμων δεῖσθαι τὴν πόλιν, ὅτι Τελητίαν παῖδα ςεφανούμενον ἐν Πυθίοις ἀφαιρούμενοι Κλεωναίων ὡς ἴδιον πολίτην διέσπασαν. Olympiæ quidem antiquitus pueris qui cursu luctave coævos superassent, sub XXXVII. Olymp. & pugilibus pueris ad primam & quadragesimam constituta præmia, ex Pausania [1] quoque intelligimus; ubi, δρόμου μὲν δὴ καὶ πάλης ἐτέθη παισὶν ἆθλα, &c. Et statim πύκτας ἐπεκάλεσαν παῖδας: qui etiam Damareto Messenio puerorum pugilum victori, sicut & Xenodico, Eualcidi Eleo, Pyttalo Lampidis, Butæ Milesio Polynicis, & Antipatro itidem Milesio Clinopatræ filio, statuas Olympiæ in luco Jovi sacro positas, & stadiodromo puero Zenoni Callitelis filio, Emantioni Arcadi, & Eleo Timostheni, Cratino etiam Ægiensi inter suos præstantissimo: cui concessum insuper speciali beneficio ab Eleis, ut ipsi lucta cum pueris decertanti pædotriba posset assurgere: hoc est (ut arbitror) ipsi e victoria post adversarium dejectum & humo afflictum excitanti sese, manum adjuvandi causa (cum alioqui aleiptæ pædotribæ ac magistri palæstrici, spectatores duntaxat, in sacris ludis, non adjutores esse potuerint, sicut a Chrysostomo *libri* superioris *cap.* XXXI. docui) porrigere: Καταπαλαίσαντι δὲ αὐτῷ (inquit ille sub init. lib. II. *Eliacon*, fol. 140. Ald. lib.) τοὺς παῖδας προσανας ῆναι καὶ τὸν παιδοτρίβην ὑπὸ Ηλείων ἐδόθη. Ananchidam autem Philii & Ferenicum Eleos coronam inter luctatores pueros abstulisse ab eodem ipso Pausan. *d. lib.* II. fol. 140. 141. 142. 145. 146. 147. 150. & duobus seq. traditur, itemque Damiscum, (quod valde mirandum est tamen) anno ætatis duodecimo fuisse Olympionicam stadio, Chæream Sicyonium, Agametora Mantinæum, atque Athenæum Ephesium inter pueros pugilatu. De Polymnestore Milesio puero Solinus *Polyhist.* cap. v. sub initium, narrat: *Cum a matre ad pastus caprarios locatus esset, ludicro consecutum esse leporem, & ob id statim productum a gregis domino, Olympiade sexta & quadragesima* (ut Bocchus auctor est) *victorem in stadio coronam meruisse*: ubi vocabulum (τὸ *ludicro*) sede mutandum, ut cum illo *productus*, connectatur, crediderim. Ut ut sit Pythagoram Samium, primum ex arte ac perite pugilatu dimicasse ad Olympiadem XLVIII. & vicisse viros, illico postea quam comatus & purpuratus, hoc est, admodum impubes, & (quod Romani ajunt) prætextatus & bullatus, puerorum ludo ejectus ac irrisus fuisset, ex Eratosthenis & Favorini scriptis Diogenes Laertius in *Pythagora* [2] narravit. Nec enim ita ipse intelligendus, quasi ob ætatem, quæ nimis immatura plerisque videretur, sed quod vestem ponere, nudusque dimicare nollet, pulsus agone Pythagoras fuerit. Tantum quippe abest, ut ob immaturam ætatem, ab agone repellerentur, pueri, ut in ipsorum probatione puerorum athletarum, ea rejiciendi causa justa existimaretur, quod ætate grandior, aut corpore aliquis, rudiorve, ac illiberalior foret: quamobrem Pharnabasii filius pro puero Atheniensi a se adamato Agesilaum rogasse fertur, veritus, ne ab Olympiacis judicibus ad certamen minime admitteretur. Persæ gratificari volens Agesilaus, vix tandem istud ipsi confecit, nec sine maximo negotio ac difficultate ab Hellanodicis impetravit: sicuti Plutarchus *Agesilao*, fol. 1101. in hæc verba scribit: Καί τι καὶ τῶν ἐρω-

1 Lib. I. *Eliac.* fol. 121. Aldi. exempl. Hac de re Natalem Comitem posteaquam ista exscripseram, & ipsum locutum nonnihil animadverti, lib. v. *Mythol.* cap. I. de certamin. Olymp. sed ita ut nullum tamen auctorem citet, nobis diversus usque adhuc mos fuit: cujus nondum nos pœnitet, multo minus lectorem cui consulimus pigebit, ut speramus.

2 Lib. VIII. fol. 325. lib. Stepha. Τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τετταρακοςῆς Ολυμπιάδος, κομήτην καὶ ἁλουργίδα φοροῦντα ἐκκλεισθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθέντα αὐτίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας, καὶ νικῆσαι.

τικῶν αὐτῷ συνέπραξεν, ἠράσθη γὰρ ἀθλητοῦ παιδὸς ἐξ Ἀθηνῶν, ἐπεὶ δὲ μέγας ὢν καὶ σκληρὸς Ὀλυμπίασιν ἐκινδύνευσεν ἐκκριθῆναι, καταφεύγει πρὸς τὸν Ἀγησίλαον ὁ Πέρσης, δεόμενος ὑπὲρ τοῦ παιδός. ὁ δὲ καὶ τοῦτο βουλόμενος αὐτῷ χαρίζεσθαι, μάλα μόλις διεπράξατο σὺν πολλῇ πραγματείᾳ. In quibus verbis, τὸ ἐκκριθῆναι ad probationem athleticam, qua de agere cœpimus, proprie pertinet: ultima vero illa σὺν πολλῇ πραγματείᾳ, Interpretis & Scoliastis videntur esse; qui margini ea vel glossæ interlinearis vicem ad τὸ μάλα μόλις adscripserit. Eo quod impubes inter pueros Olympiæ pugil ipse de quo dixi Pythagoras decertarit, Epigramma istud evidenter docet, quod ibi Laertius protulit,

Οὗτος πυκτεύσων ἐς Ὀλύμπια παισὶν ἄνηβος
Ἤλυθε Πυθαγόρας ὁ Κρατέω Σάμιος.

Quemadmodum celebratus olim a poetis pugil inter pueros Pythagoras, sic inter eosdem pueros non pauci luctatores: in his Theocritus, de quo istud extat Simonidis Epigrammatarii perelegans distichon lib. I. *Anthol.* cap. I. epigram. VII.

Γνῶθι Θεόκριτον προσιδὼν τὸν Ὀλυμπιονίκαν,
Παῖδα, παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον.

& item Epharmostus. Pindarus denique *Olymp.* ode IX. strophe IV. victorias Epharmosti Opuntii luctatoris enumerans, eam non prætermittit, quam παῖς ὢν Ἀθάναις *puer Athenis* celebritate illa Panathenaica, non modo non virilem, (quod quidam tamen Scoliastes, aut Commentator nuperus interpretatur) sed ne juvenilem quidem ætatem ingressus, & adhuc puer consecutus fuerit: sicuti pancratio victorem fuisse Panathenæis magnis Autolycum puerum a Callia Hipponici filio adamatum narrat Xenophon [1] in hæc verba: Ἦν μὲν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. Καλλίας δὲ ὁ Ἱππονίκου ἐρῶν ἐτύγχανεν Αὐτολύκου παιδὸς ὄντος, καὶ νενικηκότα αὐτὸν παγκράτιον ἧκεν ἄγων ἐπὶ τὴν θέαν. Et postea: Σοί γε μὴν ὦ Καλλία δοκεῖ μοι ἄξιον εἶναι χάριν εἰδέναι, ὅτι σοὶ Αὐτολύκου ἔρωτα ἐνέβαλον, ὡς μὲν γὰρ φιλότιμός ἐστιν οὐ δῆλον, ὅτε κηρυχθῆναι ἕνεκα νικῶν παγκράτιον. πολλοὺς μὲν πόνους, πολλὰ δ' ἄλγη ἀνέχεται, De Melisso etiam Thebano ita loquitur in *Isthmiis* ode IV. in fin. Pindarus, tanqua inter pueros victor, Herculaneis fortasse ludis, extiterit: quo loco sic est:

Ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
Μύρτοις ὅδ' ἀνὴρ, διπλόαν
Νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
Τὰν τρίταν πρόσθεν, &c.

ubi perperam a Melanchthone, τὸ παίδων, reddi Latino isto, *adolescentum*, ea quæ ante dixi satis ostendunt; ut satis mirari non possim, quid eum moverit: præsertim cum, etsi non nego quin παίδων nomine grandiores etiam pueri, quos imberbes vocabant, designarentur, * hoc quoque diserte Pausanias [2] docuerit. Qua etiam significatione pueri nomen alicubi [3] de Olympicis agonibus agens, accepit Statius Papinius: Dionysius tamen Halicarnasseus lib. VII. Ῥωμαϊκ. Ἀρχαιολ. [4] in pompæ ludorum, qui Romæ dicti *Maximi*, descriptione, imberbes, ut a viris, sic a pueris (ut hoc nomine impuberes designentur) diserte secreverit: etsi hoc non satis ab Interprete (ut de saltatoribus agens II *libro* monui) animadversum fuit, quo loco ille, πρῶτοι μὲν ἀνδρῶν, (ait) δεύτεροι δὲ ἀγενείων, τελευταῖοι δὲ παίδων: quemadmodum Sudas de Panathenæis agens, in ipsis decertasse puerum, ut in Isthmiis imberbem & virum, eo loco refert, quem *libro* sup. proximo exhibui. Et vero idem ipse Pindari Scholiastes eruditus præ cæteris in odes *Olympiorum* decimæ inscriptione (quæ talis est, Ἀγησιδάμῳ Λοκρῷ Ἐπιζεφυρίῳ παιδὶ πύκτῃ) sicuti oportebat verterit, *puero pugili*. Denique non simpliciter dicebatur quispiam sacris agonibus vicisse, verum hoc plerumque addito, viros, vel pueros; sub puerorum quippe nomine intelligebantur impuberes, sub virorum etiam juvenes: sed qui plenam fortasse pubertatem attigissent, atque adeo militarem ætatem, quæ a septimo & decimo anno inchoatur. Puberes ambiguæ ætatis existimati, quia non amplius pueri, nequedum viri: solis autem viris aut pueris ad certamen (ut puto) gymnicum aditus, in antiqua Græcia. Atque hoc quidem tum iis colligitur, quæ isto ipso *Sermone* hactenus de Pythagora præsertim pugile ad Laertium diximus: tum vero ex eo quod Agellius de Euripide retulit lib. XV. *Noctium Attic.* cap. XX. cum ipso nato responsum esset patri ejus a Chaldæis, eum puerum ubi adolevisset victorem in certaminibus fore, id ei puero fatum esse: paterque interpretatus athletam debere esse, roborato exercitatoque filii sui corpore Olympiam certaturum cum deduxisset, in certamen per ambiguam ætatem receptum non esse: adjicit deinde istud, quod posterius explicabitur suo loco, cap. XXIX. hujus *libri*, *post Eleusino & Thesæo certamine pugnavit & coronatus est*.

Ex illo autem quo pueros aut viros vicisse pronunciarent (ut ante monuimus) loquendi more, nata Cynico Diogeni Sinopensi occasio, ejus deludendi, qui viros vicisse Pythiis gloriabatur: *Immo ego viros, (inquit ille) tu vero mancipia*, sic enim Diogenes Laertius lib. VI. *de Vita Philosophor.* Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πύθια νικῶ ἄνδρας· ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα. Atque ita intelligendum admoneo, quod stadiodromus Isthmiis victor Diogeni Cynico apud Dionem Chrysost. [5] eo, quem ad extremum *libri* superioris attuli, loco respondit, νικῶμεν Διόγενες τῶν ἀνδρῶν τὸ στάδιον, tanquam si scriptum foret τοὺς ἄνδρας τῷ σταδίῳ: & viros quidem ad puerorum differentiam scilicet, præsertim cum ille ipse Dion Sermone Olympiaco [6] manifeste puerorum victoriam a vi-

1 Initio *Symposii* fol. 509. Stephan. Edit. quem dialogum in Autolycum athletam a Xenophonte conditum Plutarch. *Lysandro*, fol. 808. retulit. Vide & eundem Xenophon. in fine *Symp.* fol. 524.

* In prioribus Edit. vitiose legebatur *quoniam hoc*, quod sensum corrumpebat.

2 *Eliac.* II. fol. 150. de Artemidoro Tralliano, qui cum esset inter pancratiastas pueros Olympicos superatus διὰ τὸ ἄγαν νέον, apud Smyrnam postea factus robustior eodem die suos illos æmulos Olympicos & pueros, qui imberbes dicti, pancratio superaverit: ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε ἐξ Ὀλυμπίας ἀνταγωνιστὰς, καὶ ἐπὶ τοῖς παισὶν, οὓς ἀγενείους καλοῦσι.

3 Lib. II. *Sylvarum* in *Epicedio Pileti Ursi*:

—— *& obsessæ nondum primoque micantes*
Flore genæ: talem Ledæo gurgite pubem
Educat Eurotas: teneri sic integer ævi
Elin adit, primosque Jovi puer adprobat annos.

4 Sub finem in fol. 476. Wech. Edit. Sic. νεανίσκους, id est, *juvenes*, sive *adolescentes*, ἀπὸ τῶν παιδίων *a pueris* sive *puerulis*, sive *filiolis* separat D. Joan. *Epist.* I. *Canonica* cap. II. vers. 13. & 14. ubi: Γράφω ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι νενικήκατε τὸν πονηρόν· γράφω ὑμῖν, παιδία, ὅτι ἐγνώκατε τὸν πατέρα· ἔγραψα ὑμῖν, νεανίσκοι, ὅτι ἰσχυροί ἐστε, & quæ sequuntur.

5 In *Diogene* sive *Isthmico*, fol. 96. Aldinæ Edit.

6 XII. περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας, fol. 134. pag. 2. Aldini libri.

A rili, quarum utramque præco renunciaret, ſeparaverit, his verbis: *Ἄλλο δὲ οὐδὲν χρὴ πολυπραγμονεῖν, οὐδ' ἀκούειν οὐδενὸς, ἀλλ' ἢ μόνον σάλπιγγος ἱερᾶς καὶ τῶν μακαρίων κηρυγμάτων, ὡς ὅδε μὲν νικᾷ πάλην παίδων, ὁ δὲ ἀνδρῶν, ὁ δὲ πυγμῶν, ὁ δὲ παγκράτιον, ὁ δὲ πένταθλον, ὁ δὲ στάδιον, ἐν ἑνὶ βήματι σχεδὸν εὐδαίμων γενόμενος, αὐτόν τε καὶ τὴν πατρίδα καὶ τὸ σύμπαν ἀποφῆναι γένος ἀοίδιμον*, &c. Milonis profecto illius Crotoniatæ (de quo plurimum egimus *lib.* I. *cap.* XXVII.) ſex luctatu victoriæ fuere apud Olympiam, itemque Pythiis ludis, quarum ſingulas utrobique puerorum, ſenas virorum, fuiſſe narrat Pauſanias [1]: *Ἐγένοντο δὲ τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ*
B *πάλης νῖκαι, μία ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν. Πυθοῖ δὲ ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἕξ, καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν*. Verum interea non negligendum illud Ariſtotelis pronuntiatum, quo a gravioribus exercitationibus arcebat impuberes; quorum videlicet corporis incrementum atque adoleſcentiam illa impedirent. Itaque inter Olympionicas reperiri duos, treſve admodum, qui & pueros primum, & poſtea viros etiam gymnicis ludis ſuperare potuiſſent: adeo violenta & coacta puerorum exercitatio vires in poſterum, quibus uti ac valere jam viros oporteret, infringit prorſus ac eripit. Quo illuſtrari ſummopere,
C non modo firmari arbitror, illam noſtram de puerorum in ſacris & luſtralibus ludis aſſertionem, ſive is ex leviorum numero, ſeu contra graviorum foret: quamquam illos potius in pueris Ariſtoteles laudaverit, cujus hæc omnino verba eſſe memini *Politic.* IX. lib. IV. *Μέχρι μὲν γὰρ ἥβης κουφότερα γυμνάσια προσοιστέον, τὴν βίαιον τροφὴν καὶ τοὺς πρὸς ἀνάγκην πόνους ἀπείργοντας, ἵνα μηδὲν ἐμπόδιον ᾖ πρὸς τὴν αὔξησιν· σημεῖον γὰρ οὐ μικρὸν ὅτι δύναται τοῦτο παρασκευάζειν. ἐν γὰρ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις δύο τις ἂν ἢ τρεῖς εὕροι τοὺς αὐτοὺς νενικηκότας ἄνδρας τε καὶ παῖδας. διὸ τοὺς νέους ἀσκοῦντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων*. Quapropter idem ipſe Ari-
D ſtoteles paulo ante in ipſo illius capitis initio: *Τὰς μάλιστα δοκούσας τῶν πόλεων ἐπιμελεῖσθαι τῶν παίδων, ἀθλητικὴν ἕξιν ἐμποιῆσαι λωβωμένας τά τε εἴδη καὶ τὴν αὔξησιν τῶν σωμάτων*. Sane Olympicis agonibus cum alia multa ſenſim fuiſſe commutata Plutarchus in *Sympoſiacis Problem.* lib. V. quæſt. II. ad fin. prodit: tum vero ſublatam denique coronam, quæ pueris quinquertio certantibus fuerat propoſita, *ἀνῃρέθη δὲ καὶ παισὶ πεντάθλοις* (ait) *στέφανος τεθείς, καὶ ὅλως πολλὰ περὶ τὴν πανήγυριν νενεωτέρισται*: idque ob eam fortaſſe, quam ex Ariſtotele protulimus, rationem. Quod ipſum ita enarratum a Pauſania *Eliac.* lib. I. fol. 121. Aldini lib. reperio, ut cum
E ſub octavam ac triceſimam Olympiadem inductum fuiſſet circa pueros pentathlum, eo victor Eutelidas Lacedæmonius oleaſtrum meruerit; tum denique placuerit Eleis, ne in poſtremum pueri pentathli Olympiam inducerentur decertandi gratia: *Κατελύθη δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ἀγωνίσματα μετὰ δόξαν μηκέτι ἄγειν αὐτὰ Ἠλείοις· πένταθλόν τε γὰρ παίδων ἐπὶ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος καὶ τριακοστῆς ἐτέθη· καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸν κότινον Εὐτελίδα Λακεδαιμονίου λαβόντος, οὐκέτι ἀρεστὰ Ἠλείοις ἦν πεντάθλους εἰσέρχεσθαι παῖδας*.

CAP. X.

Perfecti athletæ. Caſſiano, Ephremo & Platone adhibitis, D. Paulus illuſtratus aliquot locis, & item D. Jacobus. Καταρτίζειν. Locus D. Pauli ad Hebræos *expenſus, atque aliter, quam a recentiore quopiam ſit factum, expoſitus, defenſa Vulgata Verſione. Alius D. Pauli* ad Epheſios, *& item Iſidori Peluſiotæ locus περὶ τῆς τελείας aliter explicatus: Billio Interprete notato. Inæqualia puerorum & virorum in agonibus præmia. Perfecta quæ perfectis darentur dicta, & quibus tributis conſummati athletæ oſtenderentur. B. Paulo illuſtrato aliquot* Epiſtolar. ad Hebræos, *&* ad Philippenſes *locis: Oecumenii atque Gregorii tum Nyſſeni tum Nazianzeni citatis teſtimoniis. Conſummatio Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum poſt deſcenſum Chriſti ad inferna, ſed & in ultima carnis reſurrectione. Euſebii Pamphili atque B. Joan. Chryſoſtomi de Martyrum & Monachorum obitu velut athletarum* teleioſi, *hoc eſt, conſummatione, ſingulares loci. Alius Emiſeni Euſebii correctus. Coronæ & præmii nomina de iis quæ viris concederentur ſpecialiter ac proprie accepta. Καταστάδην perfectum integræ diei certamen: Linacro Galeni Interprete notato, allatis Chryſoſtomi Dionis teſtimoniis. Petri Chryſologi caſtigatus locus. Καλῶς ἀγωνίσασθαι, τελέως ἀριστεῦσαι apud Ælianum. Apud Plutarchum ἐπιτελείωσις, cujus Interpres notatur.*

RURSUM quod ait Caſſianus, *Proficiens de epheborum luctamine, perfectis jam viris experientia longa probatis congredi permiſſus fuerit præſidentis examine*, ex eo iſtud D. Ephremi [2] Ediſſeni Diaconi exponendum ſic habet: *Feſtinemus autem magis, ut cum perfectis ac fidelibus coronemur: ſin vero vel cum multis placentium laudem præconii mereamur. Beatus qui in agone certaverit, ut cum perfectis victoriæ coronam accipiat. Miſerabilis vero qui hoc tempus vitæ ſuæ negligenter conſumpſerit, ut indignus ſit etiam cum minimis collaudari.* Item quod duobus aliis locis, quos paulo ante attuli, perfectiſſimorum nomen athletis tribuit: ſicut & illud quod alibi [3] ad ſanctos Martyres, *Hæc ſunt, o formoſi milites Chriſti,* (ait) *inſignia veſtræ victoriæ, iſta, o athletæ probatiſſimi, perfectique divini prælii bellatores, veſtræ fidei ac fortitudinis præmia.* Perfecti athletæ erant qui perfecte omnes exercitationes, aut unam aliquam adhibita laborum perpeſſione, continentia, & legitima victus ratione, percolendo, ut non incompoſite aliorſum pertraherentur, ſed ad omnem partem, qua traduxiſſet adverſarius, ipſi præſto eſſent, & eo quoque ipſi manus operamque transferre ſcirent, addidicerant: *τέλειοι οἱ τελέως ἠσκηκότες*. Hoc adeo etymon aſpectans, aut ad hoc alludens Plato lib. VII. *de Legibus* fol. 195. *Διαφέρει δὲ πάμπολυ μαθὼν* (ait) *μὴ μαθόντος, καὶ ὁ γυμνασάμενος τοῦ μὴ γεγυμνασμένου. καθάπερ γὰρ ὁ τελέως παγκράτιον ἠσκηκώς, ἢ πυγμὴν, ἢ πάλην, οὐκ ἀπὸ μὲν τῶν ἀριστερῶν ἀδύνατός ἐστι μάχεσθαι· χωλαίνει δὲ καὶ ἐφέλκεται πλημμελῶν ὁπόταν αὐτὸν τις μεταβιβάζων ἐπὶ θάτερα ἀναγκάζῃ διαπονεῖν*. Unde quod D. Paulus *ad Corinthios* [4] (apud

[1] Lib. II. *Eliacon*, fol. 150. ex quo citavi ſuperiore *libro*, ubi de Milone.
[2] *De compunctione cordis lib.* II. *cap.* III. ad extremum, & *cap.* IV. in prin.
[3] In *Serm. de laudibus ſanctorum Martyrum*, fol. 194.
[4] *Epiſtolæ* II. cap. ult. verſ. 9. & II. ſic & cap.
F IV. *Epiſt. ad Epheſ.* verſ. 12. *πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων*, ac forſitan & *ad Galat.* cap. VI. verſ. I. ita lubentius exponerem (quamvis & aliter poſſe reddi non negarim) quo loco: *ὑμεῖς οἱ πνευματικοὶ καταρτίζετε τὸν τοιοῦτον*, ubi Latina Verſio habet *inſtruite*, ut ſit, *inſtruendo perfectum reddite*: ſic & *Luc.* VI. cap. verſ. 40.

quos Isthmii agones tum etiam, sicut antiquitus celebrati: quamobrem athleticis & gymnasticis verbis lubenter ipsos compellare solet, ut ex iis etiam apparebit, quæ inferius proferam) sic scripsit: τῶτο δὲ [illegible] εὐχόμεθα τ̃ ὑμῶν κατάρτισιν. Et postea, λοιπὸν ἀδελφοὶ χαίρετε, καταρτίζεσθε, παρακαλεῖσθε, cum τὸ καταρτίζειν etiam athleticum esse verbum, vel ex eo *Dissertationum Epicteti* apud Arrianum loco, intelligatur: quem ex ejus lib. III. cap. XIX. postea paulo, *cap.* sequenti *scil.* ubi de proagonibus disceptabitur, ob oculos proponemus. Hoc a B. Jacobo in *Epistola Catholica* vers. 4. cap. I. ita prolatum, ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι καὶ ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι. Nec utrobique ad perfectionem & consummationem quandam athleticam, per laborum patientiam, in qua consolatio capiatur, viri sancti suos velut aleiptæ quidam aut pædotribæ ἀπήλειφον discipulos, & Christi fideles exhortabantur atque incitabant, τὴ κατηρτισμένες [illegible] jam institutos & compositos, hoc est, ad rem athleticam factos atque formatos: qui quo sæpius adierant certamen, fortiores erant, solidissimaque pars eorum corporis, quam frequens usus agitaverat, quemadmodum Seneca loquitur in lib. *Quare bonis viris mala accidant cum sit providentia*, paulo ante finem. Quamobrem cum ut [illegible] membra cursoribus, ita id quoque solidissimum esset quod exercuerat, per exercitationes multas atque certamina, & in ipsis patientiam, perficiebantur sive consummabantur probati athletæ, ut [illegible] qui non processerint in decertando, [illegible] & qui non defecissent, [illegible] cæteraque hieronicarum præmia indipisci possent. Unde B. Chrysostomus, aut alius e veteribus illis eruditis sanctisque Patribus quispiam, in [illegible] Collectaneis apud Stobæum *Serm.* CCCIV qui est περὶ [illegible], fol. 952 [illegible] ... χαί[illegible] τελειωθῆναι δεῖ [illegible] διωγμός ἐστι, μηδὲ θλίψεις αἱ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν [illegible] μῖν συμπίπτουσαι. Quapropter indidem ducta similitudine (ut equidem opinor) D. Paulus *ad Hebræos* cap. II. vers. 10. Deum scribit, *qui multos jam filios in gloriam adduxerat, auctorem, sive principem ducemve salutis eorum per afflictiones consummasse*, sic enim malo ut in Vulgata Translatione, quam quod recentiori (erudito licet) Interpreti aliunde translatum verbum existimanti placuit, *consecraret* [1]; ut consummare idem sit quod perficere: sicuti justum fides a B. Hilario lib. X. *de Trinit.* fol. 215. consummare dicitur, secundum illud: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam.* Unde consummatos gladiatores alicubi legisse me recordor (etsi locum memoria non satis fideliter nunc quidem suggerit) & consummatissimum juvenem in *Epistola* Plinii Secundi VII. lib. II. *ad Macrinum*: apud Quintilianum lib. X. *Instit. Orator.* cap. V. circa medium, ei cujus adolescit profectus (hunc προκόπτοντα Græci dicunt) illum opponi video, qui consummatus est & jam in foro clarus. Consummasse dignitatem alicujus, sed patrimonii nihil contulisse apud Senecam lib. III. *de Ira*, cap. XXXI. qui & alibi, consummatæ sapientiæ viros nominat: sicuti Moderatus etiam Columella lib. II. *de Re Rustica* cap. I. fol. 359. quo loco: *Nam nec oratoria disciplina deseritur*, (inquit) *quia perfectus orator nusquam repertus est; nec philosophia, quia nullus consummatæ sapientiæ*. Eusebius etiam Emissenus [2] S. Maximum Episcopum & Abbatem, cum a prima ætate novis virtutibus usque ad finem quasi semper incepisset, inter ipsa primordia consummatum apparuisse. Præterea Beatum Martyrem Romanum, virum per omnia consummatum, quem quia jam in hac vita quo ascenderet non habebat, per mortem, quæ inter hanc & illam vitam media erat, ad summum cœli culmen evasisse scribit. Ibi vero Græca sic habent, τ̃ ἀρχηγὸν τ̃ σωτηρίας αὐτῶν διὰ παθημάτων τελειῶσαι: quibus adjuncta ista Divi Jacobi ex *cap.* I. vers. 4. translata indidem ab athletis (ut reor) dabunt mutuam lucem atque accipient, quæ antea exhibui: ubi patientiam opus perfectum habere jubet, ut simul perfecti & integri, nec ulla in re defecisse comprobemur.

Nec a superioribus abhorret, immo ad sententiæ in iis nostræ confirmationem, majorem in modum facit, (ut opinio mea fert) quod D. Paulus *ad Ephesios* cap. IV. vers. 13. 14. & 15. varia nobis ministrorum Christi officia data esse scribit in Ecclesia, donec occurramus in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τῦ πληρώματος τῦ Χριστῦ, ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι: *in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut jam non simus parvuli*, &c. *Sed veritatem facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus*, &c. quamquam hic quidem injecta τ̃ ἡλίας καὶ νηπίων vocabula, istud τὸ τελείε nomen, ad perfectam potius ætatem (virilem scilicet, ut passim apud auctores classicos [3]) quam ad consummationem ullam athleticam, esse referendum facile mihi persuadent: sicut apud ipsum Isidorum Pelusiotam *epist.* CCCCVII. *lib.* I. fol. 141. B. Pauli *ad Timotheum* de Legis observatione verba interpretantem, oportet accipere; quo loco, ἀλλ᾽ ὃν ἀφῆκεν (νόμον) ὡς τέλειος νηπίοις μᾶλλον ἁρμόζοντα οἰκονομικῶς δι᾽ ἐκείνης ἐδέχετο, ἵνα γένωνται τέλειοι: sicut & illo altero ejusdem *lib. epist.* CCCCXLII. fol. 151. alia ejusdem Pauli verba exponentem, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσὶν, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζειν, ταῖς δὲ φρεσὶ τελειοῦσθαι. Et statim, οὐκ ἔστι μὴ νηπιάσαντας πρὸς ἀγνείαν, ἢ φρεσὶ τελειωθῆναι, ἢ εἰς ἄνδρα τέλειον ἐργάτlω ἀνεπαίσχυντον ἀναβῆναι: quæ postrema pessime ab Interprete, alioqui doctissimo, Billio Prunæo accepta video, tanquam ἀνεπαίσχυντον passivam non item activam signi-

1 Hoc tamen utique non nego, τὸ τελειῦσθαι τlὼ τελ[illegible] ad *consecrationem*, sive *inaugurationem* plerisque locis referri debere, ut apud Dionys. Areopag. *Ecclesiast. Hierar.* cap V. περὶ τ̃ ἱερατικῶν τελειώσεων, fol. 179 & 180 & 184. & in §. cujus inscriptio [illegible] ἱερατικῶν τελειώσεων, fol. 192. & 193. ubi: [illegible] ἔχει τ̃ τῦ τελῦντος αὐτὸν ἱερ[illegible] δεξιὰν τελειύμενος ὑπ᾽ αὐτῦ: & postea, τελειωτικὸς ἀσπασμός.

2 *Sermone de S. Romano Martyre* in ipso initio in fol. 324 pag. 2. libri Parisiis editi an. 1575. nisi potius hic *Sermo* & alii Latini omnes Fausto Rhegiensi tribuendi sunt, cum Eusebius Græce scripserit

3 Vide locos a Stephano citatos in *Thesauro Græco* ex Plutarcho in *Lycurgo*, Laertio in *Heraclito*, Platone lib. V. *de Repub.* Strab. *lib.* XIV. quibus duobus ultimis, τὸ τελεῖσθαι, dici ait ex Budeo περὶ τῶν ἀνδρωμένων καὶ δοκιμαζομένων τῶν εἰς ταξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφομένων, quod admodum placet. Addesis Eusebium Pamphil. in appendic. lib. VIII. *Eccles. Hist.* fol. 95. ἄλλους δ᾽ αὖ πάλιν (ait) τελείων ἀνδρῶν φέροντας ἡλικίαν εἰς δύνχους ἐκτεμῶν, &c.

ficationem habeat: & inter τέλειον & ἐργάτην inſerit, conjunctivum articulum, qui a Græco autographo abeſt, ac recte quidem. Nam cum ille Græca illa ſic reddiderit: *Neque enim fieri poteſt, niſi improbitatem abſtergamus, atque ad puritatem & caſtitatem repuerafcamus, ut aut meritis perfectionem aſſequamur, aut ad virum perfectum atque operarium inconfuſibilem ſubvehamur*. Iſto nihil a mente Iſidori alienius reperire quicquam (opinor) queas; cum hoc potius ſenſerit Iſidorus, fieri non poſſe, ut aut mente ſit perfectus, qui malitiam non abſterſerit, & quantum ad caſtitatem attinet, ad infantiam redierit; aut ut inverecundus operarius, hoc eſt, qui impudenter ſe gerit, nihil non audens perpetrare, is in virum perfectum ullo evadat modo.

Porro diverſa pueris, atque juvenibus, viriſque athletis, qui τέλειοι dicti, hoc eſt, ætatis perfectæ, præmia, utpote in agonibus ſimilibus potius, quam iiſdem propoſita; adeo quidem, ut ea quæ virorum forent, pueri ſperare, aut conſequi nondum quirent: quo nimirum aſpiciens Philo noſter (nam hic nobis dudum præ manibus, perliberalem operam præbet) ita περὶ φυγάδων, fol. 310. ſcribit, ubi περὶ τοῦ ἀσκητικοῦ τρόπου καὶ νέου, ut φιλίας ἄξιον εἶναι dicat, παρὰ τὸν τέλειον, ſubdit ſtatim, ὁ δὲ τοιοῦτος ἱκανὸς μὲν ἐστι τὰ προτιθέμενα παισὶν ἆθλα ἄρασθαι, τὰ δὲ ἀνδράσιν οὐδέπω δυνατός· ἀνδρῶν δὲ ἄριστον ἆθλον ἡ Θεοῦ μόνου θεραπεία. Quæ perfectis hoc eſt viris darentur præmia, perfecta nominata, τέλεια τὰ τελείοις διδόμενα, reperio, apud Philonem ipſum in *lib.* περὶ ἀποικίας, fol. 286. ubi de Jacobo, quem paſſim athletam, ſive aſcetam, ex vi nominis, quo ſupplantator oſtenditur, & ex re ipſa quod cum Angelo luctatus ſit, nuncupat; ad ſacros, de quibus a nobis ſermo habetur, agones aſpiciens: Αἰσθητὸς δὲ καὶ νεώτερος (λόγος) ὁ τῷ πέντε ἰσάριθμος ὢν αἰσθήσεσι, τούτῳ καὶ ὁ ἔτι γυμναζόμενος ἀσκητὴς ἐξετάζεται μηδέπω δεδυνημένος ἐνέγκασθαι τέλεια τὰ νικητήρια, λέγεται γὰρ ὅτι ἦσαν αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἐξ Ἰακὼβ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. τούτου γὰρ ἀθλοῦντος, καὶ τὸν ὑπὲρ κτήσεως ἀρετῆς ἱερὸν ὄντως ἀγῶνα μὴ διαφθείροντος, ψυχαὶ μὲν πρὸς σωμάτων γεννήματα, οὔπω δὲ κεκτημέναι τὸν λόγον· ἀλλ' ἔτι τὸν αἰσθήσεως ὄχλον ἐφελκόμεναι. παλαίοντος γὰρ, καὶ κονιωμένου, καὶ πτερνίζοντος Ἰακώβ ἐστιν ὄνομα, οὐ νενικηκότος. Quin & præmia illa τέλεια viris debita conſequentes, tanquam tunc demum conſummarentur, cum iis perfectorum afficerentur præmiis, & conſummati oſtenderentur, τελειοῦσθαι ac *perfici* dicebantur: & ita quidem accipiendum hoc verbi apud D. Paulum *ad Hebræos* cap. XI. in fin. auſim aſſeverare; ſi doctioribus Theologis & Catholicis orthodoxis viſum intellexero: ubi ſic fere ſcriptum, de iis quos varias tentationes, atque afflictiones conſtanter pro fide in Deum pertuliſſe, ut iis mundus dignus non eſſet, antea ſcripſerat, τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι: ſicuti paulo ante alio ejuſdem *ad Hebræos Epiſtolæ* cap. IX. verſ. 8. ubi ante adventum Chriſti Domini, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδὸν ſcribit, ἐπὶ τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν: & quod hoſtiæ, quæ

A juxta Legem olim offerebantur, non poterant ſecundum conſcientiam perfectum facere vel oſtendere oblatorem; *ibidem*, adjicit paulo poſt [1], ubi τὸ τελειοῦσθαι ſimiliter uſurpavit: Καὶ θυσίαι προσφέρονται μὴ δυνάμεναι κατὰ συνείδησιν τελειῶσαι τὸν λατρεύοντα. Et poſtea *cap*. x. verſ. 1. de legalibus illis hoſtiis, ſive ſacrificiis, ὅτι ὁ νόμος κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προσφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς οὐδέποτε δύναται τοὺς προσερχομένους τελειῶσαι. Conſummatio namque illa ſive perfectio, ad ſanctificationem pertinet, quæ per Chriſti veram illam oblationem, cujus figuram aut umbram potius vetuſtæ Judaicæ oſtentarant; credentibus in eum adquiſita fuit, ut cum ipſo ad dexteram Patris ſeſſuro, ſanctificati etiam Hebræi tunc demum introirent in ſancta. Sequitur enim [2], ἐν ᾧ θελήματι ἡγιασμένοι ἐσμὲν, οἱ

B διὰ τῆς προσφορᾶς τοῦ σώματος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφάπαξ. Et poſtea verſ. 14. μιᾷ γὰρ προσφορᾷ τετελείωκεν εἰς τὸ διηνεκὲς τοὺς ἁγιαζομένους: ubi etſi non negarim, quin aliquoties prolatum τελειοῦσθαι ad ſacra referri poſſit non incommode, quibus initiati vel ſymmyſtæ ſacris operantes τελειοῦσθαι dicebantur; quando ibi præcipue de oblationibus diſſeritur: attamen mihi magis placet, ut ubi certe de patientia in afflictionibus (ex qua probatio) diſſeritur, ab agonibus athleticis ducta eſſe translatio cenſeatur: de quibus nimirum agens aliquanto poſt *cap*. x. verſ. 32. & 33. πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων· τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς τε καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι·

C τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες. Unde paulo poſt, certam eſſe afflictionis & patientiæ, quæ cum fide ſit, remunerationem fidelibus athletis promiſſam in altero, nimirum ſeculo immarceſſibilis illius coronæ [3], vitæ ſcilicet beatæ ac æternæ, ſcribit: Μὴ ἀποβάλητε οὖν τὴν παῤῥησίαν ὑμῶν, (inquit verſ. 35. & 36.) ἥτις ἔχει μισθαποδοσίαν μεγάλην, ὑπομονῆς γὰρ ἔχετε χρείαν, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες κομίσασθε τὴν ἐπαγγελίαν. Quamobrem & in illo etiam ejuſdem ad *Hebræos Epiſtolæ* loco cap. v. verſ. 8. & 9. ubi Filium Dei cum didiciſſet ex iis quæ paſſus fuerat obedientiam,

D deinde conſummatum omnibus obtemperantibus, ſibi cauſam ſalutis æternæ factum eſſe Apoſtolus tradit, ſic fere, καίπερ ὢν Υἱὸς ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν. καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. Conſummati nomen a re athletica translatum dicerem, niſi de Pontifice juxta ordinem Melchiſedech illico eod. *cap*. verſ. 10. ſubjiceret, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ: quæ faciunt ut illud τελειωθεὶς ad myſticam ſacramque oblationem atque conſecrationem referri commodius poſſe (ut nunc quidem eſt) cenſeam.

E Plane in ſuperioribus locis noſtram a re athletica deductam interpretationem veram, æque ac novam, illis ipſius Pauli verbis ex ejuſdem *Epiſtolæ* cap. XII. a me ſuperius prolatis, valde ſtabilitam exiſtimo; in quibus περὶ ἀγῶνος, καὶ ὑπομονῆς, καὶ τελειωτοῦ Ἰησοῦ agitur. Itemque iſtis quæ in eodem illius *Epiſtolæ* capite paulo poſt leguntur, & ad aſſerendum dogma illud Eccleſiaſticum, de quo ſtatim agetur, adferri ſolent [4]: Καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτο-

---

1 Verſ. 9. ubi pro *perficere*, quod eſt in *Vulgata Verſione*, Calvinus in ſua illius loci explicatione mavult *ſanctificare*: ſed fallitur, ut e ſuperioribus apparet, quique ipſum ſequitur magiſtrum Theod. Beza.

2 *Verſ*. 10. Adde Pſalmiſtam, verſu 8. *Pſalm*. XXIII. *Domini eſt terra*, ubi Genebrardus.

3 Vide in *Epiſt. Jacobi* cap. x. verſ. 13.

4 Vide Bellarminum *Diſputat. controver*. VII.

F lib. I. cap. III. col. 1479. ex cap. XII. *Epiſt. ad Hebr*. verſ. 23. Idem *controver*. II. *generali* lib. IV. cap. XI. animas piorum non fuiſſe in cælo ante Chriſti aſcenſionem plurimis *Scripturæ* locis allatis docet, & in iis illo e *Zacchariæ* cap. IX. *Tu autem in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua*: juxta Hieronymi & Rupperti expoſitionem.

τόκων ἐν οὐρανοῖς ἀπογεγραμμένων, καὶ κριτῇ Θεῷ πάντων, καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων: ubi (quod cum bona cæterorum Interpretum ejus loci venia dictum volumus) utroque verbo ἀπογεγραμμένων πρωτοτόκων καὶ τετελειωμένων Prophetarum & Patriarcharum animas ab Apostolo *ad Hebræos* scribente intellectas (si quid mei tamen de tam gravibus sanctisque mysteriis videbitur esse judicii) sentio: quas τετελειῶσθαι post Christi demum ad inferos descensum, supernis sedibus donatas, atque ita quasi nunc perfectas cum præmiis coronisque perfectorum & consummatorum athletarum honorantur, Apostolus ostenderit. Quam in rem (ut equidem reor) summopere facit, quod sanctos Innocentes, Martyres & ipsos, sed postquam Christus Dominus ad inferna descendisset demum coronatos, quamvis ante annum trigesimum peremptos, Ecclesia ipsa Romana satis significat: juxta cujus ritum & observationem, de festo & celebritate sanctorum illorum scribens, Auctor *Micrologi de ecclesiasticis observationibus* (qui ante annos quingentos & quod excurrit, sub Gregorio VII. Romano Pont. florebat) hoc memoriæ mandavit, quod fide Pameliani libri Coloniæ impressi [1] exhibebo: *Merito autem passio* (inquit) *[illegible] Innocentium minus festive quam aliorum [illegible] celebratur; quia licet martyrio coronati, nondum tamen ad gloriam, sed ad infernalem pœnam* (de pœna damni temporalis accipe) *discesserunt. [illegible] ante descensum Christi ad inferos, nullus [illegible]* igitur Prophetæ, aut Patriarchæ, ut dixi) *[illegible] gloriam pervenit, ad quam Christus [illegible] sanctos [illegible], & deinceps suos [illegible] sed quia ipsi in resurrectione Dominica cum reliquis sanctis liberari & conglorificari meruerunt, convenientissime & ipsi juxta ordinem, solitam gloriam in officiis cum reliquis sanctis obtinebunt, si natalis eorum usque ad diem resurrectionis, id est, Dominicam, pervenerit. Octavam quoque eorum eodem modo ut aliorum sanctorum celebramus: quia jam transacta die resurrectionis, non dubitamus eos gloriari cum aliis sanctis.* Hactenus Micrologus. Cujus verbis illa consentanea, quæ a B. Bernardo proferam, qui aliquot annis post eum in Gallia sub Eugenio III. Pont. & Ludovico IX. Francorum Rege XXXVII. miraculis claruit. Nam in *epist.* XCVIII. fol. 1283. & 1284. de Macchabæis, quibus annuam celebritatem pari cum nostris Martyribus veneratione in Ecclesia exhibendam solis ex omnibus antiquis justis, singulari quodam privilegio Patres decreverunt; cum alios tamen nonnullos ex Veteribus pari zelo pietatis occubuisse constet, qui non pari & tripudio recoli meruerint, eorum utrosque, post Christi demum ad inferos descensum, ad supremas beatorum sedes evolasse manifeste profitetur: quo loco: *Quod si illis* (ait) *non immerito hujuscemodi negatur solennis celebritas, quia nimirum quod præbuit virtus, præripuit tempus; cur non & eadem fuit in Macchabæis consideratio? Siquidem & ipsi pro tempore, non ad cœli mox & gaudia, sed ad inferni tenebras descenderunt: ne tunc quippe apparente primogenito ex mortuis, qui aperiret credentibus regna cœlorum, agno videlicet de Tribu Juda, qui aperit & nemo claudit*, &c. Tum aliquanto post: *Itaque plus contulit Macchabæis in hac parte martyrii genus, quam virtus: quando, ne hos quidem ex Patribus, quos pari constat virtute illo in tempore pro Justitia decertasse, pari etiam honore concelebrat præsens dumtaxat Ecclesia. Puto quod arbitretur indignum, quantumlibet laudabili morti, quæ Christi mortem præcederet, diem festum impendere: præsertim cum ante illam salutiferam passionem non festiva gaudia, sed claustra tenebrosa quosque morientes exciperent. Sane Macchabæos ideo, uti dictum est, excipiendos judicavit Ecclesia*, &c. *nec solum ipsos, sed & qui forte vitæ jam in carne manifestatæ mortem sua morte prævenerunt*, &c. *quos* (de Simeone, Joanne Baptista & Innocentibus loquitur) *alia ratione licet ad inferos & ipsi descenderint, ritu nihilominus solemni veneramur*. Nostram insuper interpretationem ad illud B. Pauli, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσιν, adjuvare ac illustrare videntur ista Oecumenii ad eum locum; in quibus *perfici* sive *consummari*, esse *coronari* ostendit, cum τὸ τελειοῦσθαι per τὸ στεφανοῦσθαι explicat: Ἵνα γάρ φησι μὴ πλέον ἡμῶν σχῶσιν ἐκεῖνοι ἐν τῷ πρῶτοι στεφανωθῆναι, ἕνα καιρὸν ὥρισεν ἀνταποδώσεως. ἵνα καὶ ἡμεῖν σὺν αὐτοῖς στεφανωθῶμεν. Et addit postea: Οὐκ εἶπε στεφανωθῶσιν, ἀλλ' ὃ μείζονα ἔμφασιν ἔχει, τελειωθῶσι φησί, τουτέστι τὸ πέρας τῶν ἀγαθῶν, καὶ ὑπὲρ οὗ πᾶσα σπουδαία κίνησις ἀπολάβωσι. Quibus nimirum verbis Oecumenius, per consummationem, sive perfectionem, ipsam coronam omnemque retributionem, quæ consummatos expectat, significari docuit; exemplum aut similitudinem ab athletis duxisse D. Paulum indicans: qui cum præmia victoriæ præstituta consequerentur, & in his palmam & coronam; quasi tunc demum consummari videbantur, cum per adeptionem coronæ, ac renunciationem illam præconiam, victores atque consummati apparebant. Quo scilicet loquendi genere, virtutem Christi, seu divinam in infirmitate perfici, hoc est, perfectam ostendi, & palmam elucere tunc demum, ut suam laudem habeat, clariusque agnosci; facta, id quod ante nos alii notarunt, ad humanum sensum relatione (quamvis in se alioqui non minus olim perfecta fuerit) ab ipso D. Paulo [2] scriptum alibi recordor, his admodum verbis: Καὶ εἴρηκέ μοι, ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται: sicuti etiam exaltari super cœlos a Psalmista Regio [3] Deus dicitur, cum excelsior apparet, aut in *Oratione Dominica* nomen ipsius sanctificari, quando sanctum esse in nobis ostenditur.

Denique non dubito, quin Gregorius Nyssenus, τελείωσιν τοῦ ἀθλητοῦ dixerit, de peracto martyrio agens, & victoria de tentationibus atque suppliciis reportata: quo loco Interpres flammeam fornacem depictam in templo, & beatissimam consummationem athletæ, ac certaminum præsidis Christi effigiem expressam a pictore scripsit. Præsertim cum Nazianzenus *Sermone de Macchabæis* [4] id verbum ea significatione usurparit, sic admodum

---

1 Ann. 1568. simul cum vetustis aliis auctoribus, qui de divinis Ecclesiæ Catholicæ officiis scripserunt, fol. 454. cap. XXXVI. *de Innocentibus*.

2 *Epist.* II. *ad Corinth.* cap. XII. vers. 9. ubi Arias Montan. *& cognoscetur aperte non ex tua fortitudine, sed ex virtute mea effici ut perferre tolerareque possis tantam afflictionum vim.*

3 Davide in *Psal.* L. vers. 8. *exaltare super cœlos Deus*: ubi Theodor. fol. 158. prioris Tomi: *Cæterum hoc verbum exaltare videlicet ostende omnibus hominibus altitudinem tuam*: & ad versum ultimum *Psalmi* eadem verba continentem: *Veritate* inquit) *exorta universorum Dominus altissimus declaratus est, cœli & terræ creator, & in omni terra & mari ab hominibus celebratur*.

4 Sub initium in fol. 143. & circa medium in fol. 147. citatum Nazianzenum in hanc rem scias

dum scribens: Μηδένα τῶν πρὸ τῆς Χριστοῦ παρουσίας τελειωθέντων δίχα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τούτου τυχεῖν. Et aliquanto post de matre Macchab. in supplicio consumptorum: Ἐπεὶ δὲ τελειωθέντας εἶδε, καὶ τὸ ἀσφαλὲς εἶχεν ἐκ τῆς συμπληρώσεως διάρασα τὴν κεφαλὴν μάλα φαιδρῶς ὥσπερ τις Ὀλυμπιονίκης (valde me istud vocabulum in illa mea τοῦ τελειοῦσθαι interpretatione confirmat, & simul ea quæ sequuntur) ἐν ὑψηλῷ τῷ φρονήματι, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνασα, μεγάλῃ καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, εὐχαριστῶ σοί φησι, Πάτερ ἅγιε, καὶ σοὶ παιδοῦντα νόμε, καὶ σοὶ πάτερ ἡμῶν, καὶ προαγωνιστὰ τῶν τέκνων σῶν Ἐλεάζαρ, ὅτι τὸν τῶν ἐμῶν ὠδίνων καρπὸν παραδέξασθαι, &c. ἀπέχω τὰ τροφεῖα, ὦ παῖδες, εἶδον ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγωνιζομένους ὑμᾶς, πάντας στεφανίτας ἐθεασάμην, &c. καὶ καθέκαστον τῶν παίδων ἀθλήσασα οὕτως ἐπανέλθω σὺν ἀσφαλείᾳ τελείᾳ τελείοις θύμασι. Et de confessoribus in martyrio, qui tamen se dici Martyres nolebant, antequam essent consummati, vita scilicet pro Christi nomine profusa, Eusebius agens in *Ecclesiastica Historia* [1], hoc verbi ea quam diximus significatione usurpavit: Καὶ ἔλεγον, ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες, (inquit) οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι, καὶ ταπεινοί, καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς δεόμενοι, ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ τελειωθῆναι αὐτούς. Quin & ipse D. Paulus manifestissime *Epist. ad Philipp.* cap. III. vers. 12. 14 15 ducta similitudine ab athletica cursorum in stadio consummatione: οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω· ἐφ᾽ ᾧ καὶ κατελήφθην ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ: Nam subjicit statim (quod ad cursores pertinet) cum ipsa prosecutione antagonistæ, scopi mentionem & brabii sive præmii, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Item postea: ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν, &c. Et statim: πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Et vero quod hæc τοῦ φθάσαι καὶ τοῦ κανόνος vocabula usurpanda duxit, in translatione a cursoribus ducta ipsum perstitisse, apparet ex iis quæ de canone sive regula & lineis in stadio, superioris *lib. cap.* VII. attulimus: & similiter tanto magistro & Gentium Apostolo dignus discipulus & Galliarum doctor Dionys. Areopagita [2], ubi de precibus & extrema unctione morientibus in Christo tanquam athletis consummatis adhiberi non sine laudatione ac præconio tam ipsorum quam aliorum in Christo mortuorum solitis ita differit; ut, quemadmodum e superioribus apparet, omnia rei athleticæ vocabula studiose usurparit, de quibus affatim superioribus libris a me disceptatum & explicatum est: eo τῆς τελειώσεως vocabulo ita utitur, ut quamvis alibi ad consecrationem potius retulisse videatur, hic tamen a re athletica mutuandam nobis ejus explicationem haud dubie reliquerit: quo loco sic scriptum: Εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους. μεθ᾽ ὧν ἀξιοῖ τὸν ἄρτι τελειωθέντα τῆς ὁμοταγοῦς ἀναρρήσεως, καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν. Et paulo post [3]: Ἔσται γὰρ αὐταῖς ἴσως ὄφελος ὁρώσαις τὸν ἱερῶς τελειωμένον ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς ἀναρρήσεως ὡς κοινωνὸν ὄντως ὄντα τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος ἁγίων, ἱερῶς ἀνακηρυττόμενον. Et statim, ἐκδιδαχθήσονται μακαρίαν ἀληθῶς εἶναι τὴν ἐν Χριστῷ τελείωσιν. Recte vero ipsius eruditissimus Paraphrastes Pachymerius *in cap.* III. *Theoria*, fol. 146. cum ait de pretiosa in conspectu Domini morte sanctorum ejus juxta Psalmistam: Τίμιος δὲ ἐναντίον Κυρίου ὁ τῶν ὁσίων θάνατος, οὐ καθ᾽ ἁπλῶς θάνατος καὶ διάζευξις ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἀλλὰ καθ᾽ ὅτι οἱ θεῖοι ἄνδρες τελειοῦνται ἐν ὁσιότητι: ideo illam esse pretiosam quod divini viri in pietate perficiantur, moriendo scilicet, atque consummentur: qui eo itidem sensu τῆς τελειώσεως vocabulum in *Paraphrasi ad caput septimum* evidenter exposuit. Ac merito quidem, quando vel ipsius Chrysostomi temporibus, quemcumque Christianum, Monachum certe qui diem suum obiisset, non mortuum sed consummatum dicebant. Sic enim ipse Chrysostomus [4] *ad populum Antiochenum* de vita Monachorum agens: *Et si nunciatum fuerit, quod ille mortuus est*, [inquit] *multum ubique*

---

ab Henrico Stephano in *Thesauro linguæ Græcæ*, ubi hæc etiam verba profert ab Eusebio *Histor. Eccles.* lib. V. τῶν δὲ καὶ τελειωθέντων ἐν ταῖς ἐξορίαις ἐπανακομίσθη τὰ λείψανα. Itemque istis dativum præferentibus, quo cædes inflicta Martyribus fuerat, λίθοις παρ᾽ αὐτῶν τελειωθέντες κατὰ τὸν μακάριον Στέφανον. Et similiter istis Demetrii Chomatiani [quem penes me habeo manu exaratum] in *quæstione Juris Canonici Græci* octava, ubi de Patriarcharum creatione, εἰδότι καὶ αὐτὸς ὁ χειροτονήσας μετὰ ταῦτα ξίφει ἐτελειώθη μισηθεὶς παρὰ τῶν Βουλγάρων διὰ τὸ ἐλίσθαι τὴν πρὸς τὴν Ῥωμανίαν ἐπάνοδον. Georgius Pachymerius in *Paraphr.* cap. VI. *de Eccles. Hierar.* differentiam inter τοὺς τελουμένους & τελειουμένους constituit, ubi videsis præsertim fol. 174.

1 Cap. II. lib. V. fol. 48. & cap. V. fol. 49. sic & lib. VIII. cap. XV. in extremo de Marino milite Martyre, ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ τελειοῦται: & cap. XVI. de Asturio Senatore Romano, ὃς παρὼν τηνικάδε τελειουμένῳ τῷ μάρτυρι: & lib. VI. cap. V. fol. 48. pag. 2. de Potamiæna & Marcella ipsius matre per ignem martyrio consummatis, καὶ τέλος μετὰ δεινὰς [inquit] καὶ φρικτὰς εἰπεῖν βασάνους, ἅμα τῇ μητρὶ Μαρκέλλῃ διὰ πυρὸς τελειωθείσης: & lib. VIII. fol. 88. pag. 2. τῶν δ᾽ ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας καθ᾽ ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος διαπρεπῶς τελειωθέντων: & statim, τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες: & *appendic.* libr. VIII. fol. 94. pag. 2. ὧν οὐκ εἰς μακρὸν ὕστερον ἐπισκοπῇ τιμηθῆναί τε καὶ μαρτυρίῳ συνέβη τελειωθῆναι, & reliq. Videsis & fol. 97. semel atque iterum, & 98. itemque lib. V. cap. IV. fol. 48. pag. 2. & alibi sæpe.

2 In *de Ecclesiast. Hierar.* cap. VII. ubi περὶ μυστηρίου ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων, fol. 218. Paris. Edit. anni 1562. & item paulo post, ἐν τῇ Θεωρίᾳ, fol. 220. τῶν μακαριωτάτων λήξεων, εἰς ἃς οἱ θείαν ἐσχηκότες τελείωσιν αἰωνίως καταχθήσονται, &c. τῶν ἔτι δὲ ζώντων προτρεπτικαὶ πρὸς τὴν ὁμοίαν τελείωσιν.

3 Ἐν τῇ Θεωρίᾳ, fol. 222. & 228. ubi: Ὅτι τὰ παρ᾽ αὐτοῦ κατὰ θεσμὸν ἱερὸν ἐξαιτούμενα πάντως ἔσται τοῖς κατὰ θείαν ζωὴν τετελειωμένοις: & fol. 131. ἡδὺς γάρ ἐστι καὶ τίμιος ἅπασι τοῖς θεοειδέσιν ὁ κατὰ θείαν ζωὴν τετελειωμένος. Similiter Zonaras Tomo II. *Annal.* in *Nerone*, fol. 189. de Petro & Paulo principibus Apostolorum, ἕτεροι δὲ κατὰ τὴν αὐτὴν μὲν ἡμέραν φασὶ τελειωθῆναι καὶ ἄμφω τοὺς Ἀποστόλους, & cæt.

4 *Homil.* LIX. col. 339 Ergo Euseb. Emisenus in extremo *ad Monachos Homil.* fol. 309. *Id oque in quantum possumus* [inquit] *stabiles simus: in hoc tranquillissimo sinu quamlibet negligens, quamlibet tepidus non in vacuum currit qui ad palmam consummationis perseverando pervenerit*. Et paulo ante in fol. 308. *Nemo ergo securum debere esse se judicet, antequam ad finem felici consummatione perveniat*. Et statim: *Quia spes nostræ omnes in consummatione atque in fine consistunt*.

lætitiæ, voluptatis multum: quin vero nec ullus audet dicere, Ille mortuus est, sed ille consummatus est. Adjicit deinde quod nominis rationem ab athletica (cui monasticam esse maxima ex parte assimilem ante *cap.* VI. hujusce *libri* & superioris *lib. cap.* XXVIII. docuimus) deductam plane demonstrat: tum gratiarum actio, lætitia, gloria multa, uno quoque talem habere finem orante: ita certamen hoc exire a laboribus & certaminibus quiescere, videre Christum. Quæ omnia his totidem Græcis ab eodem Chrysostomo, ut illud quo de agimus τὸ τελειοῦσθαι non omittatur, alibi [1] tradita recordor: Μεθ' ὕμνων προπέμπουσι τοὺς ἀπελθόντας, προπομπὴν τὸ πιστὸν καλοῦσιν, οὐκ ἐκφοράν, κἂν ἀπέλθῃ ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκε, πολλὴ εὐφροσύνη, πολλὴ ἡδονή. μᾶλλον δὲ οὐδὲ τολμᾷ τίς εἰπεῖν, ὅτι ὁ δεῖνα τετελεύτηκεν, ἀλλ' ὁ δεῖνα τετελείωται· εἶτα εὐχαριστία, δόξα πολλή, εὐφροσύνη· ἑκάστου εὐχομένου τέλος τοιοῦτον λαβεῖν, οὕτω τὸν ἀγῶνα τοῦτον ἐξελθεῖν, ἀναπαύσασθαι τῶν πόνων καὶ τῶν ἀγώνων, ἰδεῖν τὸν Χριστόν.

Nec aliter eos qui pro fide in Christum mortem oppeterent, & ἀγωνισμένους τελειωθῆναι a Sancto Basilio, eo loco, quem ad extremum sexti *capitis* hocce *libro* indicavi, dictos esse; & Latino vocabulo, *Consummatos martyrio ad palmam* apud probatissimos quosque Orthodoxæ Ecclesiæ scriptores legimus. Cyprianus Martyr *ad Fortunatum*, [2] *Insistendum potius esse & perseverandum in fide, & virtute, & cœlestis ac spiritalis gratiæ consummatione, ut ad palmam & coronam possit perveniri*, scribit: B. Augustinus de Innocentibus agens [3]: *Aliorum quidem preciosa mors Martyrum laudem in confessione promeruit, horum in consummatione complacuit*. Petrus denique Chrysologus *Sermone* CXXXIII. [4] *Petrus namque crucem, arborem conscendit Andreas, ut qui Christo compati gestiebant, in semetipsis figuram formamque ipsius exprimerent passionis, & redempti ligno consummarentur ad palmam*: sed & B. Martyrem Romanum Eusebius Emisenus [5] *dudum famulum nunc etiam amicum Dei fide eruditum, conversatione perfectum, consummatione gloriosum: sub hac die manum summam* (sic enim, pro *suam*, legendum reor) *pretiosis laboribus imposuisse*, similiter scribit, *& enavigatis hujus mundi periculis felici periculo*, (malim *martyrio*, vel *damno*, scriptum, vel *supplicio*) *salutarem æternæ quietis portum per jacturam salutis intrasse*.

Qua significatione acceptum hoc verbi τελειοῦσθαι, primo illo Pauli loco, unde ad ista processimus, mirum quantum ad confirmandam veram illam Ecclesiæ Orthodoxæ Apostolicæ ac Romanæ fidem [6], faciat, de sinu Abrahæ [7], veroque animæ Christi descensu ad inferos, si huic Pauli [8] verbo *ad Ephesios*, per quod *ascendens in altum* Christus, *captivam duxisse captivitatem* dicitur; & alteri ejusdem *Epistolæ* [9] loco περὶ τοῦ τοῦ Χριστοῦ Κυρίου καταβά-

---

1 In *Ethico Sermone* XIII. *in cap.* V. *Epist.* I. *B. Pauli ad Timoth.* fol. 32. pag. 2.

2 In *de exhortatione Martyrum*, fol. 331. Idem in *de laude martyrii*, fol. 425. *Unde omnis consummatio & status vitæ in martyrio est collocatus*. Sic in *Martyrologio Romano ad* 26. *Januar.* de Polycarpo agitur, *cum quo etiam alii duodecim ex Philadelphia venientes in præfata urbe* (Smyrnam antea nominarat) *martyrio consummati sunt*. Et *ad diem* V. *Februar.* de sancta Agatha virgine, *quæ post alapas, carcerem, equuleum, torsiones, mammillarum abscissionem, post volutationem in testulis & carbonibus, tandem in carcere Deum precando consummata est*. Et *ad diem* XV. *Febr.* de Cratone Martyre, *qui a B. Valentino Episcopo baptizatus non multo post martyrio consummatus est*. Nec aliter de B. Symeone *ad* XVIII. *Febr. Martyrium vero consummare ibidem ad* XXV. & XXVIII. *Janua.* & IV. *Febr.* & alibi tam sæpe, ut locos notare sit laboris minime necessarii: sed & *consummare agonem ibid. ad* I. *diem Julii*.

3 In *Serm.* III. *de Sanctis*, unde sumpta lectio VI. in *Breviario Rom. ad festum Innocentium*.

4 In *D. Andream Apost.* fol. 345. Sic *palmam consummationis* dixit Euseb. Emisenus eo, quem in *Notis* ante attuli loco.

5 *Serm. de B. Romano Martyre* in princ. Et similiter in *Homil. de S. Maximo* sub initium in fol. 296. *de qua quidem ara* [*Lyrinensi*] *multæ piorum animæ in holocaustum & in odorem suavitatis assumi invidenda consummatione meruerunt*.

6 De quo dogmate videsis *Disputationes* Bellarmini *controvers.* II. cap. IX. XI. & XIV. & B. Thomam in *Summa Theolog.* Part. III. tota q. LII.

7 In quo apud inferos Eleazarum fuisse consecutum refrigerium, Tertull. in *de Idololatria* scribit, & in III. ad libr. *de Anima*, cap. XXXII. ut inferius adnoto, & in lib. III. *advers. Marcion.* quamvis in lib. IV. *advers. Marcion.* localem determinationem fuisse memoret ad recipiendas animas filiorum Abrahæ, &c. Si non cœlestem, sublimiorem tamen inferis, temporale (inquam) aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo jam delinietur futuri imago ac candida quædam utriusque judicii prospiciatur. Sinum Abrahæ in inferno fuisse fatetur ipse Augustinus *tractatu in Psalm.* LXXXV. citatus in hanc rem a Corn. Jansenio, & lib. XX. *de Civit. Dei*, cap. XV. quam omnium Patrum & totius Ecclesiæ sententiam esse Bellarminus tradit in *Disput. controves.* II. *generali*, lib. IV. cap. XIII. col. 419. post Corn. Jansen. *Comment. in concord. Evangel.* cap. XCVII. fol. 697. De limbo Patrum vide *Supplem. Summæ* B. Thomæ quæst. LXIX. art. IV. ubi & de sinu Abrahæ. Addesis & quæ tertia in *adnotatione* pag. seq. scribimus e Petro Chrysologo. Eusebius quidem Emisenus, fol. 67. Editionis Parisinæ anni 75. Evangelium quod feria V. post secundam quadragesimæ Dominicam legitur, explicans: *Nam & Abraham*, (ait) *sicut & cæteri Patriarchæ & Prophetæ, in inferno erat, inferni tamen pœnas non patiebatur*. Sinus Abrahæ igitur ille locus intelligitur, in quo simul collecti Sancti quiescebant. De doloribus sanctorum Patrum in limbo sive sinu Abrahæ intra inferiores terræ partes existentium per Christi descensum ad inferna solutis ipsoque Adamo ex limbo Patrum tunc temporis educto, multa e vetustis Patribus diligenter attulit Bened. Pererius *Commentar. in Genes.* lib. IX. in III. disputat. num. 85. usque ad 88.

8 *Epist. ad Ephes.* cap. IV. vers. 8. ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν.

9 *Ad Ephes.* cap. IV. vers. 8. ubi videndus B. Hieron. & in *cap.* XIII. *Oseæ*. Cui loco recte adjunxeris alterum ex *Eccles.* cap. XXIV. ubi, *penetrabo omnes inferiores partes terræ*, &c. & alium ex *Act.* II. *Non relinques animam meam in inferno*, sic enim habet Authenticum Græcum, vers. 27. ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου: & Davidis vers. 13. e *Psal. Inclina Domine*, LXXXV. *& eruisti animam meam ex inferno inferiori*, ubi Genebrardus, & quod B. Cyril. Hierosol. *Catechesi* IV. fol. 10. & 11. Κατῆλθεν εἰς τὰ καταχθόνια ἵνα κἀκεῖθεν λυτρώσηται τοὺς δικαίους· ἐβούλου γὰρ εἰπέ μοι τοὺς μὲν ζῶντας ἀπολαῦσαι τῆς χάριτος, καὶ ταῦτα τῶν πλείστων οὐχ ὁσίων ὄντων, τοὺς δὲ ἀπὸ Ἀδὰμ πολυχρονίως ἀποκεκλεισμένους μὴ τυχεῖν τῆς ἐλευθερίας.

σεως εἰς τὰ τ̃ γῆς κατώτερα μέρη adjunxeris, quem locum ut a recepta & probata non Origenis [1] tantum, aut Oecumenii [2], sed vetustorum cæterorum Patrum [3], ipsiusque adeo Catholicæ Ecclesiæ sententia in suam opinionem detorqueant recentiores Gnostici, non ignoramus, ut non majorem verbis illis tanquam supervacuis, quam si *κατέβασιν εἰς τ̃ γῆν* D. Paulus dixisset, ipsi tribuant: quamobrem licet non abs re tentari queat, *κατ' ἐξοχὴν* id nominis hoc loco positum videri, sicuti *μεταφορικῶς* a Davide substantiam suam in inferioribus terræ scriptum alicubi juxta Septuaginta Virorum explicationem legimus; quo loco [4], *οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀστοῦν μου ἀπὸ σοῦ ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ἐν τοῖς κατωτάτοις τ̃ γῆς*: nihilominus tamen optimo jure notatos ipsos ac reprehensos, ut jamdudum ab aliis, ita nunc nuper a Bellarmino reperias *Disputationum controversia* II. lib. IV. cap. XII col. 416. videto & in cap. VII. col. 401. tametsi quod scribit *ad Hebræos* Apostolus de Prophetis & & Patriarchis, qui per fidem probati, aut accepto fidei testimonio nondum repromissionem reportarunt, ne sine nobis consummentur ac perficiantur, sic potius exponendum aliquis merito dixerit, ut de illa consummatione quam Sancti expectant, quorum animæ jam cœlestibus illis bonis fruuntur, corpus vero sibi suum in generali carnis resurrectione atque in ipsius mundi consummatione, *ἐν τῇ συντελείᾳ* (*ἐν ᾗ λυθήσεται ἡ γῆ τ̃ ἐκ κατάρας φθορᾶς καταργουμένου θανάτου*, in qua terram, id est, corpus hominis extinctis mortis viribus ea corruptione, quam divina in Adam...

---

1 *In* VI. *cap. Epist. ad Rom.*

2 *In cap.* IX. *Epist. Pauli ad Hebræos.*

3 Etiam ipsius Tertull. quamvis alioquin circa corporalitatem animæ (quam vocat) lapsi, in lib. *de Anima*, quo loco: *Quid est autem illud* (ait in cap. II.) *quod ad inferna transfertur post divortium corporis: quod detinetur illic, quod in diem judicii reservatur, ad quod & Christus moriendo descendit, puto ad animas Patriarcharum, sed quamobrem si nihil anima detinet sub terris?* Videsis & postea c. XXXII. de Christo, *quod formæ humanæ mortis apud inferos functus, nec ante ascendit in sublimiora cælorum, quam descendit in inferiora terrarum, ut illic Prophetas & Patriarchas compotes sui faceret. Habes & regionem inferum subterraneam credere*, &c. Et lib. II. *advers. Marcion.* cap. IV. *post ubi secretas inferni venit ad undas*. Addesis Irenæum lib. V. *adv. Hæres.* cap. XXXI. quem & alios super isto fidei articulo citatos, videas apud Pet. Canisium *Operis Catech. de fide & symbolo*, quæst. XIII. August. imprimis *epist.* XCIX. *ad Euodium*, *epist.* LVII. *ad Dardanum*, fol. 104. Antuerp. Edit. lib. XX. *de Civit. Dei* cap. XV. & *Serm.* CXXVII. *de tempore*. Quibus tum ille ipse Augustin. *in Psalm.* LXXXV. ad illud, *Eruisti animam meam ex inferno inferiori*, citatus in hanc rem a Corn. Jansen. in *sup. d. loco*, Pet. etiam Chrysologus *Serm.* LX. fol. 158. ad illud, *Et sepultus*, & *Serm.* CXXIII. fol. 321. & 322. ad illud, *de Lazaro & divite, Nunc autem hic consolatur*, & Eusebius Emisenus *Homil.* I. *de Pascha* fol. 260. Edit. Paris. an. 1575. & *Homil.* X. *de Pascha*, fol. 274. adjungendi sunt: tum vero B. Greg. *epist.* V. *lib.* V. col. 874. & lib. XIII. *Moral.* cap. XX. circa finem, Joan. denique Damascen. *de fide Orthodoxa* lib. III. cap. XXIX. & ult. Sed & ii quos Bellarmin. citat. II. *controvers.* lib. IV. cap. VIII. col. 404. nimirum Cyrill. in XIV. *catechesi*, Ambros. *de myster. Paschæ*, cap. IV. Hilar. ipse lib. X. *de Trinit.* fol. 200. & 201. *Naturæ hujus potestatem jam non dico metus, sed nec infernæ sedis regio est concludens quæ descendens ad inferos a paradiso non deest*, &c. *Non habet hunc metus corporalis penetrantem quidem inferos, sed ubique naturæ suæ virtute distentum*, &c. *Futurus enim in inferis dominus, & in paradiso est futurus*. Et fol. 214. *Nunquid descendisse ad inferos corpus quod in sepulchro jacuit, dicetur? Si itaque qui descendit ipse & ascendit, ut neque corpus descendisse ad inferos credatur, & resurgens ex mortuis corpus ascendisse in cælos non ambigatur*, &c. Quod animæ piorum in cœlo ante Christi ascentionem non fuerint, indicat D. Joan. Chrysostom. in *Serm. Ne scrutemur pauperes curiose*, Tomo V. ipsius Operum col. 822. ubi de latronibus cum Christo crucifixis, *horum tamen alteri* (ait) *paradisum nondum cuiquam patefactum pervium fecit*: præterea tractat Bellarmin. ille in *Disputat. controvers.* II. *generali* lib. IV. cap. XI. colum. 412. & 413. ubi Patrum veterum authoritates non prætermittit: sicuti cap. XII. ubi de vero Christi ad inferos descensu: & cap. XIII. XIV. XV. XVI. quem ipsum D. Ambros. in illo *Hymno* celebrat, qui in festo Ascensionis Domini ab Ecclesia Catholica ad Vesperas canitur, ubi sic est:

Inferni claustra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili,
Ad dextram Patris residens.

Idem D. Ambros. *in cap.* IV. *Epist. Pauli ad Ephesios*, fol. 347. Edit. Germ. multa similiter de descensu Christi ad inferos, & liberatis inde tum Patribus haud sane pœnitenda, quæ longum hic esset adscribere. Et is quem ante citavi Chrysologus Episcopus Ravennas alio in loco, nimirum *Sermone* LVII. qui est *de Symbolo Apostolorum*. Et in *Serm.* CXXIII. qui est *de divite & Lazaro*, in fol. 323. ad illud: *Nunc autem hic consolatur*, (ait) *tu vero cruciaris. Videtis, fratres, intelligitis, fratres, quia justos ex his quæ dicta sunt etsi discretio locorum, una tamen & inferni adhuc regio continebat: atque eos etsi chaos jam magnum, nondum tamen cælestis habitatio separabat: etsi dividebat illos hiatus tristis, nondum tamen deputata supernis* (sic lego pro *superius*) *angelis altitudo*. Et postea: *ad inferos tota potestate descendit, ut accensa extingueret, clausa protinus aperiret, protoplasti facinus abderet. Hinc est quod arietem suæ crucis portat, aggressurus infernum, ut conterat & confringat ipsas tartari januas ære munitas & ferro*, &c. Et postea: *Post triumphum Christi, sanctorum custodiam dissolutam & in sanctos ultra inferno* (sic lege, pro *inferni*) *nil deberi: quando Christus ut justos non injustos absolveret ad inferos usque penetravit. Intelligamus, fratres, quantum Christus profuerit, immo quod sine Christo in nullo fuerit salus, cum præter istam corporum solutionem, sanctorum quoque animæ apud inferos tenebantur astrictæ*. Per Christi ad inferos descensum ereptos fideles duntaxat, non etiam tartareis pœnis damnatum quempiam: citatis veterum SS. Patrum testimoniis comprobat Bened. Pererius *Comment. in Genes.* lib. IX. disputae. IIII num. 66. & seq. usque ad 78. Christum non amplius quam biduo apud inferos fuisse, testatur Lactant. Firm. lib. IV. *Instit.* cap. XXVII. ad finem. Irenæus autem in *sup. dicto loco* commoratum usque ad tertiam diem in inferioribus terræ, & conversatum tribus diebus ubi erant mortui.

4 *Psal.* CXXXVIII. vers. 15 ubi *matris uterum* per inferiora terræ significatum Genebrardus admonet.

mum intulerat maledictio, liberatum iri Procopius *ad Esaiam* [1] erudite tradit) conjungi cupiunt; ut nimirum ita perfectam corporis simul cum anima conjuncti beatitudinem adipisci queant, *οἷς ἐδόθη ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, ἕως ὗ πληρωθῶσι καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί*: sicuti *Apocalypseos* B. Joannis cap. VI. vers. 10. & 11. scriptum est. Nam sane (ad animam quod attinet) consummati jam erant Prophetæ ac Patriarchæ, utpote post mortem, descensum ad inferos, resurrectionem, atque in cælum ascensionem τοῦ *πρωτοτόκου ἐκ τῶν νεκρῶν* [2], *primogeniti ex mortuis* Christi Domini, B cum *ad Hebræos* Apostolus scriberet: qui prioris etiam *ad Cor. Epist.* quodam loco [3] *ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων*, *primitias dormientium*, ipsum nominat; quod, tam animæ illius beatissimæ quam purissimi atque sanctissimi corporis habita ratione [4], primus adyta illa cœlestia, post consummatam sua morte humani generis redemptionem, admirabiliter penetrarit. Quamobrem in paradisum Patriarchas & Prophetas appendices Dominicæ

A resurrectionis jam tum ab inferis migrasse Tertullianus alicubi [5] scribit. Quod vero nonnulli de articulo isto fidei, *Descendit ad inferna* vel *ad inferos*, (de quo peræque ut de morte ac sepultura Christi, crucifixioni resurrectionem illico adjungens, Tertullianus in *Regula fidei* [6] omnino tacuit; hac nimirum fini ut brevitati consuleret, dum mortem ipso crucis extremo supplicio comprehensam, atque sepulturam, subsecutæ resurrectionis verbo satis expressam aut designatam judicat) ita loquuntur post Ruffinum Aquileiensem, aut sentiunt, tanquam nihil aliud his verbis, nisi quod sepultus fuerit, ostendatur, aut quod cruciatum B & animi ærumnas in cruce sustinuerit; utrumque falsum æque est [7], utpote allegoricum, atque a *Symbolo*, eoque perbrevi alienum: quando sic fit, ut quod simpliciter & aperte semel dictum sit, hoc veluti perobscurius contra philosophorum [8] præcepta exponatur. Etenim de passione in cruce satis, & de sepultura manifeste comprehensum antea fuerat. Non minus vanum, quod ajunt articulum illum a Romano & Orientalium Ec-

---

C 1 Cap. XXVI. ad illud, *Delitesce parumper dum pertranseat ira Domini*, fol. 336. lib. Somniani, excusi Lutet. anno 1580.

2 Sic loquitur B. Joann. *Apocalyps.* cap. I. vers. 5. quo aspiciens D. Ambr. *in cap.* VII. *Epist. B. Pauli ad Roman.* ad illud: *ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Est & primogenitus ex mortuis*, (inquit) *cujus natura ignoratur. Est & primogenitus post victoriam ascendens in cœlos.* Ascensionem Christi esse directe causam ascensionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membra conjungi, traditur a D. Tho. in *Summa Theolog.* tertia Parte, quæst. LII. art. VI. ad secundum argumentum. D

3 Cap. XV. vers. 20. ubi, *νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο.* Ubi D. Ambrosius explicat, *initium dormientium.*

4 Licet Christi Domini mortui corpus per triduum ab anima separatum fuerit, inseparabilem tamen ab utroque permansisse divinitatem a Jo. Damasceno (quem B. Tho. sequitur in *Summa*, Parte III. quæst. I. art. III. ubi vide si vacat) erudite ac perspicue definitur lib. III. *de fide Orthodoxa* cap. XXVII. his verbis: Εἰ καὶ τέθνηκε (de Christo loquitur) *τοιγαροῦν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἡ ἁγία αὐτοῦ ψυχὴ τοῦ ἀχράντου διῃρέθη σώματος, ἀλλ' ἡ θεότης* E *ἀχωρίστως ἀμφοτέρων διέμεινε, τῆς τε ψυχῆς φημὶ καὶ τοῦ σώματος*, &c. *καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἀλλήλων διαιρεθέντα ἕκαστον αὐτῶν ἔμεινε, τὴν μίαν τοῦ λόγου ὑπόστασιν ἔχοντα*, &c. *εἰ γὰρ καὶ τοπικῶς τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ κεχώριστο, ἀλλ' ὑποστατικῶς διὰ τοῦ λόγου ἥνωτο.* Cæterum excitatæ ab inferis per descensum Christi ad ipsos sanctorum animæ, post ipsius resurrectionem ad cœlum evolarunt, post quam (ut est *Actor.* cap. I.) per quadraginta admodum dies, cum hic inter homines Dominus moratus sit: licet quibus locis intermedio tempore fuerit (qui non continue cum Discipulis, ut scriptum *Evang. B. Joan.* cap. F XX. conversabatur) incognitum esse: quoniam hoc Scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio ejus D. Tho. docuerit in *Summa*, Parte III. quæst. LV. artic. III. in solutione II. argum. Ipsum tamen comitatas sanctorum animas, si non pro explorato, pro verisimili tamen & probabili habemus, quando animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in cœlum traduxisse, eosque qui fuerant a diabolo captivati secum duxisse in cœlum, quasi in locum peregrinum humanæ

C naturæ, bona captione captivos, utpote per victoriam acquisitos: ascensionem denique Christi directe causam esse ascensionis nostræ, ab illo angelico Doctore ostenditur quæst. LVII. ejusd. III. Part. art. VI. *In corpore*, & ad II. arg. Non immerito igitur, ante ascensionem cum beatorum animabus in paradiso terrestri plerumque, ut & visibiliter in Judæa cum Discipulis identidem versatum, a plerisque Scolasticis creditur. Ideoque potest beata ipsius humanitas per mirificam illam ascensionem eas in cœlum videri præcurrisse. Verum hæc *μυστικώτερα*. Itaque abstineo.

D 5 In *de Anima*, cap. XXXII. August. quidem in *de Symbolo* lib. III. cap. VII. circa princ. Tomi IX. *Totum Filium apud Patrem, totum in cœlo, totum in terra*, &c. *totum in inferno, totum in paradiso, quo latronem introduxit, fuisse* scribit. Unde B. Tho. in *Summa*, Part. III. quæst. LII. art. III. *cum nunquam fuerit caro vel anima Christi a persona Filii Dei separata, fuisse totum Christum in sepulchro, in inferno, & ubique. Cæterum animam Christi tamdiu fuisse in inferno credendum, quandiu corpus in sepulchro fuerit*, ab ipso traditur ead. quæst. art. IV. Quod vero ascendisse Christum pandentem iter ante sanctos, *Micheæ* cap. II. traditur, E hoc sic explicat B. Thom. quæst. XLIX. art. V. solut. IV. argum. *ut qui sua passione nobis introitum regni cęlestis meruerat, in ejus possessionem per suum ascensionem nos introduxerit.* Videsis & in quæst. LVII. art. VI. *in Corp.*

6 Quam tradit in lib. *de præscript. advers. Hæret.* fol. 73. Edit. Paris. ann. 1580.

7 Videsis quæ Bellarmin. diligentiss. doctor ad hanc rem pertinentia profert in *Disput.* II. *Controvers. generali* lib. IV. cap. LXVII. & VIII. col. 400. 401. & 402. Et quidem in *d. cap.* VI. auctorum veterum affert nomina, qui hunc fidei articulum vel exponunt vel prætermittunt. Vide illum ipsum in F *cap.* X. ejusdem *lib.* col. 411. & 412. de inferni nomine in sacra Scriptura, quod sit subterraneus locus, ex Veterum authoritate. Vide & in *cap.* XII. col. 416. ubi de descensu Christi ad inferiores partes terræ ex IV. cap. *Epist. Pauli ad Ephes.* adversus Bezam & Marloratum: videsis & in *cap.* XIV. col. 421. & 422. de ista Patrum traditione.

8 Sed & rhetorum. Nam Quinctilianus cap. III. lib. VIII. *Instit. Orator. Debet enim quod illustrandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat.*

clesiarum Symbolo abesse: non minus futile argumentum, quo moveri alios [1] non indoctos scio, articulum de Christi descensu ad inferos causa Patrum facto, qui apud illos inferos tum essent juxta opinionem Catholicam Orthodoxam & vetustam, convelli tamen ut putent verbis illis, *Hodie mecum eris in paradiso:* cum aliud sit hodie, aliud statim dicere; denique cum latronis anima Servatorem in inferna comitari, perque ipsius misericordiam deinde in cœlumne an potius paradisum (terrestrem scilicet, quod illo probabilius arbitror) evehi, cum aliis præcurrentem Christi viæ ducis animam (quæ ab inferis eadem die vel hora & momento potius, quomodo post Chrysostomum Nicephoro [2] visum, evolarit) secutis beatorum animabus, vel ante illas eodem ipso die potuerit. Postremo cum tametsi B. Augustinus alicubi [3] non secundum id quod homo erat, sed secundum quod Deus, id verbi prolatum accipi debere existimaverit (quod ne non satis verum sit vereor) summa tamen cum ratione non in cœlo dumtaxat, sed ubicumque Deus fuerit, ibi paradisum esse, ipsius B. Augustini [4] *ad Dardanum* auctoritate defendi possit. Quod autem iidem ipsi alio loco [5] verbis istis, *Descendit ad inferos*, mortuorum statum significari, adnotant; & ideo distingui ab illis, *Sepultus est*, quæ ad eum quoque referri possint qui vivus e sepulchro extractus fuerit; cauteque in sepulchrum intelligi debere, quod apud Mosem *Genes.* cap. cap. XXXVII. vers. 25. Jacobus audito de Josephi filii morte fratrum ejus testimonio, pronunciavit, *Descendam ad filium meum lugens in infernum:* in eundem scopulum, in quem illos alteros antea diximus, hos quoque impingere, ut simplicem locutionem, adhibita inutiliter figurata, cum antea dictum fuisset, *Mortuus*, & quidem illico interpretentur, nimis perfecto manifestum est. Idque similiter adversus alios quospiam de isto fidei articulo in explicatione aliorum apud Mosen verborum disputantem Hieronymum ab Oleastro accutissimum & eruditissimum Mosaici *Pentateuchi*

A enarratorem nuper tradidisse comperio. Rursum somniare illos alteros quos ante dixi, cum Scoto suo quamlibet summo (ut quidem ipsi autumant) Theologo, totoque (ut dicitur) cælo aberrare non dubito: cum istius argumenti tanquam scopuli alicujus evitandi gratia, novam & a nemine hactenus ex eruditissima & sanctissima vetustorum Theologorum classe isti quidem loco aptatam interpretationem adferunt [6]; ut sepulti nomen non ad sepulturam, quæ ταφὴ, sed ad pollinctorum propriam curationem, hoc est, lavationem unctionemque ac aromaticam cadaveris condituram (quæ Græcanico vocabulo ἐνταφιασμὸς vocatur) debeat
B referri, & τὸν ταριχευθέντα significet: nam quid (quæso) attinuit, hoc in Symbolo exprimi, quod neutiquam ad fidem Christianam (de qua ibi quæ ad salutem hominum cognitu necessaria fuere dumtaxat, cum ipsum per se nomen ejus brevitatem indicet, proferri oportuit) ullius esse ponderis aut momenti appareat? Certe non usque adeo, ut illud de Christi Domini latere, unde aqua & sanguis exierit, lacto & aperto: nec peræque ut illud alterum de tradito spiritu, quod ipsa sacrosancti *Evangelii* enarratione plenius atque accuratius ostenditur, cum aliis ex eodem genere
C plurimis? Sed hac de re aliquando fortasse plenius (si otium Dominus dabit, quod speramus atque omnibus votis exposcimus) differetur, in illis quos paramus *Observationum* sive *Σημειωσέων sacrarum* libris: quamquam piget iis respondere, qui in re fidei (qua nihil serium magis in plana & dudum recepta Patrum traditione velut in scirpo nodos quærunt, ut ingenium scilicet ostentent suum, ambitione nimium stulta & væsana.

Interea considerandum illud (quod satisne verum sit addubito, ex superioribus tamen Ephremi & Philonis etiam nonnihil ipsius verbis colligi
D videbatur) *perfectos*, τελείυς, hoc est, integræ, justæ, perfectæ ætatis (ut arbitror, quando istud ipsis equis epitheton ad differentiam τῶν πώλων, id

---

1 Joann. Drusium cap. XXIII. lib. IV. *Observat.*

2 Niceph. Callist. lib. I. *Eccles. Hist.* cap. XXXI. ubi: *Ipse enim Justitiæ sol Christus anima sola* (inquit) *per mortem a corpore segregata apud inferos justorum animis præsto fuit & dux itineris ad paradisum ferentis præiit, lucis princeps viæque ductor eis perinde ac latroni factus: eadem namque die ac potius eadem hora ab inferis rediit, ut quidem cum alii nonnulli, tum is cui aurea lingua nomen indidit, in primis hæc accuratius certiusque exposuere. Nec enim rationi consonum erat, animam ejus apud inferos retineri, qui nihil prorsus a primi parentis maledictione & exitio secum attulisset. Subito vero & ut dicam fulgetri celeritate dignos atque idoneos, luce summe coruscantis Deitatis illustrans*, &c. ἀχρόνως καὶ ἀκόπως, *atque ut semel dicam eo qui solum Deum docet modo in momento uno ad sacra immensaque luce relucentia paradisi tabernacula traduxit*. Verba vero Chrysost. a Niceph. citati hæc fere sunt ex Tomo III. *Hom.* I. *de Cruce & latrone*: *Hac enim die, hac hora latronem Christus in paradisum introduxit, & ejus amœnitates ostendit*. Et in fine: *de cruce subito evolavit ad cœlum:* quæ forsitan secius a Nicephoro accepta ex communi tum B. August. tum Theologorum Scholasticorum ac B. præsertim Thomæ sententia exponi debuerant.

3 *Tractatu* III. *in Joan.* fol. 216. ubi: *Secundum autem id quod Deus erat ubique & in paradiso erat*, (inquit) *& ideo latronis anima a pristinis fa-*
E *cinoribus absoluta, & illius munere jam beata, quamvis ubique sicut ille esse non poterat, tamen etiam ipso die cum illo in paradiso esse poterat, unde ille qui ubique semper est non recesserat.* Item *epist.* LVII. *ad Dardanum ad qu.* I. hunc sensum multo expeditiorem putat & ab omnibus ambiguitatibus liberum: *Homo quippe Christus illo die* (inquit) *secundum carnem in sepulchro, secundum animam in inferno futurus erat*, ***Deus vero idem ipse Christus*** *ubique semper est*.

4 *Epist.* LVII. *ad quæst.* I. videto & B. Tho. in *Summa*, III. Part. quæst. LII. art. IV. in solut. III. arg. ubi ait, *latronem loco quidem cum Christo descendisse ad inferos, sed præmio fuisse in paradiso: quia ibi divinitate Christi fruebatur, sicut & alii sancti*. Idem ipse ait, *quod sicut corpus Christi mansit in sepulchro per diem integrum & duas noctes ad comprobandum veritatem mortis suæ, tan-*
F *tundem credendum est, animam ejus in inferno fuisse, ut simul anima ejus educeretur de inferno, & corpus de sepulchro*. Quo nihil magis contrarium opinioni Nicephori, & qui ab hoc citatur Chrysostomi, sive de Christi anima in cœlum, seu potius in paradisum terrestrem, evolante. Ipsaque latronis anima in paradisum eo die subsecuta, intelligatur: cum ait nullo pene momento illam apud inferos perstitisse, ut superius monui. Videsis & B. Thom. in *Catena aurea*.

5 Drusius *Miscellan.* centur. II. cap. LXXVI.

6 Idem *ibid.* cent. II. cap. VIII.

est, *equuleorum*, Julius Pollux [1] post Platonem utique lib. *de Legibus* VIII. [2] de agonibus equestribus & præmiis ipsorum loquentem tribuit) sive post certamina per omnem ætatem obita probatos [3] coronari, ac præmia τέλεια, hoc est, *perfecta* & *eximia*, indipisci, cæteros, qui decertassent, laudari tantum solitos: cum ex iis quæ ante protuli, pueros quoque victores agonibus sacris, coronam, non modo laudem, meruisse intelligatur. Sed coronam utique minoris præmii meruisse verum est: non legitimam illam quæ perfectis viris & inter ipsos, suis quoque sed minoribus donis honestatos (quemadmodum postea *cap.* XX. infra dicturi sumus) præstantissimo cuipiam conceditur, veræque virtutis indicium præbet, ac justi plenique præmii loco esse creditur. Hæc autem idcirco, ut certaminis, itemque (quod superiore libro cap. XXVII. sub initium *Agonist.* admonui) virtutis a D. Chrysostomo [4], ita nullo alio addito, sed κατ' ἐξοχὴν corona proprie ac specialiter appellatur: sicuti ἄεθλον ab Homero quod summum est, ac præcipuum, quamvis alia secunda sint ac tertia, *Iliad.* ψ. quo loco.

—— ἵνα μή σε παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα:

sed & δώρημα τέλειον a B. Jacobo *Epist. Cathol.* cap. I. vers. 17. nominatur, ab athletarum præmiis translationem ducente, nisi me animus fallit, conjicientem e superioribus, quibus de patientia, probatione atque corona loquutus fuerat: & vero ex eo quod [...] sive *cum dote* (de quibus verbis ad athletas & ipsis pertinentibus ex Alexand. Clemente ac Tertulliano sup. *cap.* IX. *lib.* II. disceptavi) non quidem ut rem eadem prorsus, sed uti magna ex parte dissimilem, tanquam δόσις minus quidpiam ac levius significet, conjunxerit: quo loco: Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων. Hoc adeo ita interpretari non incommode videor, ut athletas suos Dominus, quos variis tribulationibus & afflictionibus exercet, nonnullos tanquam juvenes inchoatos proficientes (quos προκόπτοντας in philosophia nominabant Stoici [5]) sed imperfectos illos, licet ad summa procedentes minoribus præmiis: perfectos autem & virtutis exactæ atque consummatæ viros, τελείους denique, τελείοις δωρήμασι, *perfectis donis*, hoc est, coronis (illustrioribus utique ad gloriam in altero præsertim beatæ illius vitæ seculo largitionibus) secundum uniuscujusque patientiam, opus perfectum habentem (per quam perfecti & integri fuerint, ut in nullo deficerent, sicut idem ipse Jacobus versic. 4. dixerat) justisque adeo præmiis prosequatur. Huc aspiciens (opinor) Eusebius Pamphilus, ubi de Timothei apud Gazam Palæstinæ lento igne post varia tormenta consumpti martyrio, suæ in Deum pietatis probationem verissimam per illorum adversorum omnium tolerantiam ipsum præbuisse, ac hieronicarum circa Dei cultum athletarum coronam abstulisse, his totidem Græcis in *Historia Ecclesiastica* [6] memorat: Τιμόθεος ἐν Γάζῃ πόλει τῆς Παλαιστίνης μυρίας ἀνατλὰς βασάνους, ἐπὶ πάσαις λεπτῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραδοθεὶς, δοκιμὴν γνησιωτάτην τῆς περὶ τὸ θεῖον γνησιωτάτης εὐσεβείας διὰ τῆς πρὸς πάντα ὑπομονῆς παρασχὼν, τὸν τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν στέφανον ἀπηνέγκατο. Nempe Martyres sive confessores in catasta, eculeo, vel siquo alio supplicii loco, tanquam cum carnificibus ipsoque Diabolo colluctantur, velut athletæ in palæstra: quo deinde consummati & per patientiam illam perfecti coronam accipiant. Itaque Aurelius etiam Prudentius in *Hymno Vincentii Cæsaraugustani* περὶ στεφάνων v. fol. 136. hæc profert in cæteris:

Ventum ad palæstram gloriæ,
Spes certat & crudelitas,
Luctamen anceps conserunt,
Hinc martyr, illinc carnifex, &c.

Et statim:

Hunc sponte conscendit rogum
Vir sanctus ore interrito:
Ceu jam coronæ conscius
Celsum tribunal scanderet.

Enimvero quod de opere per patientiam perfecto vel (quod idem est) de patientia perfectum opus habente seu exhibente (nam apud Græcos quoque τὸ ἔχειν vim habere τοῦ παρέχειν certum est) verba fecimus, negare nemo possit, quin a re athletica petierit D. ille Jacobus Apost. d. cap. I. vers. 4. *Epist. Cathol.* a quo ipsa desumpsimus: quando post multos labores, si non per omnem ætatem annosve complures, certe per decem menses in proagonibus (de quibus differetur *capite sequenti*) exantlatos, interdum eo quod perfectum & perfectissimum ab ipsis athletis vocabatur, exercitationis athleticæ genere ad coronam

---

1 *Onomastici* lib. I. cap. II. in princip. colum. 54.

2 Fol. 834. Editionis Stephanicæ, ubi τελείους τελείων τε [...] τοὺς μέσους distinguit ἀπὸ τῶν πώλων τε καὶ ἀβόλων.

3 Utraque illius τελείων vocabuli expositio a nobis allata, uno B. Pauli loco mirifice comprobatur ex cap. v. *ad Hebr.* vers. 13. & 14. ubi tum τοῖς νηπίοις τοὺς τελείους opponit, *parvulis* sive *infantibus perfectos*, sicuti *Epist.* I. *ad Corinth.* cap. II. vers. 6 & cap. III. vers. I. *ipsosque adeo spirituales carnalibus*, τοὺς πνευματικοὺς ὡς τελείους τοῖς σαρκικοῖς ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ: tum vero *sensus exercitatos habentium*, αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων mentionem habet. In ipso autem initio cap. VI. perstans in eadem metaphora, monet ut intermissa Christi sermonis inchoatione ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, *feramur*, hoc est, *tendamus* & *curramus ad perfectionem*.

4 *Homil. ad Neophytos* Tomo v. col. 633. & *Homil. ad baptizandos*, col. 641.

5 Vide quæ scripsi cap. XIX. lib. III. *Semest.* e Seneca, ubi de afflictionibus piorum. Vide ipsum Sen. *epist.* LXXI. LXXII. & XCIV. in quibus virum inchoatum προκόπτοντα, *proficientem*, procedentis sapientiæ, studiosum sapientiæ, imperfectum opponit perfecto, sapienti exactæ virtutis & consummatæ sapientiæ. Atque ita ipsorum Christianæ disciplinæ sectatorum tres gradus, unum *Incipientium*, alterum *Proficientium*, tertium *Perfectorum*, Benedict. Pererius facit ad superiora percommode, quamvis ab ipso prætermissa lib. IX. *in Genes.* ubi explicat versic. 9. & 10. cap. VI. *Genes.* in II. *disputatione*. Vera namque primorum Christianorum & a Veteribus merito nuncupata (ut alibi demonstro) philosophia.

6 In *appendicibus* ad lib. VIII. fol. 92. pag. 2. libri Parisiensis a Stephano editi sub ann. 1544. sic & postea fol. 93. Apsianum ex Pagis urbe Lyciæ, γενναῖον τῆς θεοσεβείας ἀθλητὴν vocat, & similiter Agapium Martyrem in fol. 94. pag. 2. & fol. 96. οἱ θαυμάσιοι (ait) τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἀθληταί. Et postea, ἡ θεία τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμις τοῖς αὐτῆς ἀθληταῖς θάρσος τοσοῦτον ἐνέπνει, &c.

perveniebant, cum per integrum diem in illo pulvere ac luto decertassent: Καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τέλειον, ἢ τὸ τελειώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον, ὃ δὴ καὶ κατασκευὴν ὀνομάζουσι δι' ὅλης ἡμέρας μετὰ τῶν ἐν τοῖς ἄθλοις πόνων ἀμέτρων γυμναζόμενοι, sicuti Galenus illo (quem singularem ducimus) loco significat: ex quo verba inferius ad extremum *cap.* XV. ubi de gymnasiis, & ad ipsa oleo agetur, exhibere certum est: qui vel unus nostram περὶ τοῦ τελειοῦσθαι interpretationem non ita vulgarem, in superioribus illis Divorum Apostolorum *locis*, minime ab ullo adhuc assertam, etsi a nonnullis dubitanter allatam comprobat, & admirabiliter illustrat. Ex quo etiam exponendum, quod περὶ τῶν κατασκευαστικῶν γυμνασίων idem Galenus aliquanto post eodem *libro* III. [1] tradit, solis athletis ea in usu esse: quæ perperam Interpres Linacer *præparatoria* exposuit, cum *absolutoria* potius, *consummatoria*, vel *perfectoria* (quæ ipsa perfecta sunt, atque athletas perfectos, postquam ea subierint, scilicet demonstrantia) dicere debuerit: quo loco de Theone loquutus, sic fere: Ἀθλητὰς ἐγύμναζε τοὺς μετὰ τὸ τέλειον γυμνάσιον εἰς τὴν τετάρτην διάθεσιν ἑτοίμως ἐμπίπτοντας: subjicit statim: Η τοῦτο μὲν καὶ λέγειν ἴσως περιττόν. αὐτὸς γὰρ ὁμολογεῖ μετὰ τὰ κατασκευαστικὰ γυμνάσια χρῆσθαι τῇ ζεστολουσίᾳ· τὰ δὲ τοιαῦτα γυμνάσια μόνοις ἀθληταῖς ἐπιτηδεύεται, καί τοι φησί τις ὡς ἐκείνοις μὲν ἑκοῦσι καὶ κατὰ περίοδον. ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἢ δι' ἀνάγκην, ἢ φιλονεικίαν, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. ἀλλ' ἐπεί γε τῶν τοιούτων ἐπὶ τοῖς ἀμέτροις γυμνασίοις ἀνάγκη πρότερον ἢ καὶ μίαν, ἢ καὶ πλείους συστῆναι κόπων διαθέσεις. Ad perfectam autem illam athletarum exercitationem hic quoque locus ejusdem Galeni *ad Thras.* ad finem lib. πότερ. ἰατρ. ἢ γυμνασ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 301. pertinet, de Theonis & Tryphonis gymnastarum libris agentis, in quibus disceptabatur de athleticis gymnasiis: Παρασκευήν τέ τινα γυμνάσιον ὀνομαζόντων καὶ αὖθις ἕτερόν τε μερισμὸν, ἔπειτα ἄλλο τι τέλειον ἀποθεραπείαν δ' ἄλλο. καὶ ζητούντων εἴ τε κατὰ τὴν τοιαύτην περίοδον ἀσκητέον ἐστὶ καὶ γυμναστέον τὸν ἀθλητὴν, εἴτε ἀμφισβητούντων ἀχήσω μέρος εἶναι τῆς ἑαυτῶν τέχνης τὸ ὑγιεινὸν, &c. Huc spectans forsitan D. Augustin. lib. XIV. *de Civitate*, ex quo verba superiore *libro* retuli, B. Paulum athletam Christi de ipso unctum, legitime magno agone decertasse scripsit. Atque ad id quod e Galeno antea dixi de certamine quod per integrum diem obiretur, περὶ τῆς γυμναζομένης κατασκευῆς δι' ὅλης ἡμέρας (quod iccirco τέλειον *perfectum* existimatum atque nuncupatum) non incommode ὅτε ἀπὸ σκοποῦ referendum aliquis existimaverit, quod de pugilis Melancomæ antagonista Iatrocle, cum per integrum diem depugnasset, superato a Melancoma, Dio Chrysostomus recitat sic fere *Melancoma* I. sub initium in fol. 196. ἠττᾶτο γὰρ ἀεὶ ἐνίοτε δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνισάμενος ἤδη μέντοι ἀπειρήκει: & quod de ipso Melancoma idem auctor *Melancoma* II. fol. 200. (ex quo verba superius, cum de patientia laborum athletica loquerer, sub initium hujus *libri* protulisse me recordor) ipsum scribit gravissima tempestate anni sæpenumero δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἀγωνίσασθαι, *per diem integrum depugnasse in agonibus*; non tantum ut vinceret id agens, sed ut in pugna ipsa diu laborem tolerando perduraret: quemadmodum Petrus Chrysologus noster *Serm.* CXXVIII. *in D. Apollinarem* fol. 336. pereleganter, (ut solet) *sicut virtutis esse in acie, in conflictu pro Regis* (sic lego, ubi mendose scriptum in excusis *pro re*) *amore succumbere, ita perfectæ virtutis esse diu agere & consummare certamina, nec tam morte quam fide & devotione martyrem fieri* tradidit. Denique quod Galen. ipse προτρεπτ. λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5. lin. 43. de athletis robur suum illud jactantibus ac deprædicantibus: Ἐν τίνι τοίνυν ἔτι τὴν ἰσχὺν ἐπιδείξωνται, ἢ ἐπὶ τίνα μέγα φρονήσουσιν; οὐ γὰρ δήπου ὅτι ἐπὶ τῷ τοὺς σκυτοτόμους, ἢ τοὺς οἰκοδόμους οἷοί τ' εἰσὶ καταβάλλειν ἐν παλαίστρᾳ τε καὶ σταδίῳ τάχ' οὖν ἐπὶ τῷ δι' ὅλης ἡμέρας κονίεσθαι δικαιοῦσιν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς ὄρτυξι καὶ τοῖς πέρδιξιν ὑπάρχει. καὶ εἴπερ ἐπὶ τούτῳ μέγα χρὴ φρονεῖν ἐπὶ τῷ ὅλης ἡμέρας βορβόρῳ λούεσθαι.

Athletarum exemplo, καλῶς ἀγωνίσασθαι dicebantur a Lacedæmoniis, qui in ipsa pugna occubuerant; quamobrem oliva & aliis ramis redimiti laudibus evehebantur ad superos. Alii vero insuper quippiam, τελέως ἀριστεῦσαι, perfectum virtutis exemplum præbuisse, qui egregium aliquid, hoste puta cæso, peregissent, ac demum essent peremti: quos injecta purpura honestissime tumulatos Ælianus lib. VI. *Var. Hist.* cap. VI. sic fere narrat: Οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ ἀποθανόντες, θαλλοῖς ἀνεδοῦντο, καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ δι' ἐπαίνων ἦγοντο. οἱ δὲ τελέως ἀριστεύσαντες, καὶ φοινικίδος αὐτοῖς ἐπιβληθείσης ἐνδόξως ἐθάπτοντο. Nec alia ratione Lycurgus mortem inedia sibi conscivisse dicitur, vitæ quoque exitum virtutis & actionis esse debere participem ratus: quam quod rebus pulcherrimis perpetratis interitum suum revera consummationem fore felicitatis censuit, sicuti Plutarchus in *ejus Vita* scribit, usus ἐπιτελειώσεως vocabulo: quod admodum placet, vel ideo quod superiora, quæ περὶ τοῦ τελειοῦσθαι καὶ περὶ τελειώσεως antea diximus, mirifice illustrat atque confirmat. Quamobrem verba ipsa ejus loci omnia proferam, & vero quod præclaram sententiam & philosopho excellente dignam continent: Ἐτελεύτησεν οὖν (ait *Lycurgo*, fol. 105. Edit. Steph.) ἀποκαρτερήσας, ἡγούμενος χρῆναι τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν μηδὲ τὸν θάνατον ἀπολίτευτον εἶναι. μηδὲ ἀργὸν τὸ τοῦ βίου τέλος, ἀλλ' ἐν ἀρετῆς μερίδι καὶ πράξεως γενόμενον. αὐτῷ τε γὰρ ἐξειργασμένῳ τὰ κάλλιστα τὴν τελευτὴν ὡς ἀληθῶς ἐπιτελείωσιν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας· καὶ τοῖς πολίταις ὧν διὰ τοῦ βίου παρεσκεύασε καλῶν καὶ ἀγαθῶν, φύλακα τὸν θάνατον ἀπολείψειν, & quæ sequuntur. Ubi perperam in Latina interpretatione Cruserii habet Editio Stephanica, *Sibi enim perpetratis pulcherrimis rebus consummationem interitum fore fœlicitatis*: corrupta prorsus, per vitiosam vocabuli unius trajectionem, eximia sententia; quæ, *interitum consummationem fore fœlicitatis*, ut reponatur, omnino exigit: ideo mihi faciendum non putavi, ut hujus rei lectorem admonere omitterem.

CAP. XI.

Æmuli nomen. Athletarum probatio. Progymnasiæ ac proagones seu μελέται, ut athletarum, ita eorum qui pœnæ causa pugilatus agoni addicebantur sub Romanis Impp. & item eorum qui intra domum valetudinem curabant: sed & eorum qui baptismo sacro initiabantur, & Sophistarum, Eusebio, Seneca, Eunapio, partim castigatis, partim explicatis, piorum denique Christianorum omnium: illustratis ex re athletica D. Pauli aliquot locis.

SEQUITUR apud Cassianum aliquanto post, de athleta Christi: *Et quia hæc certaminum genera superarat, & ditatus multarum coronarum stipendiis incedebat, non immerito robustiorum incipit hostium*

1 Fol. 121. lin. 53. & seq. De catasceve ista inferius etiam loquemur, & *cap.* XV.

subire luctamina, ac prioribus æmulis triumphatis, cum fiducia proclamant, &c. In quibus Caſſiani verbis, placet illud *Æmuli* vocabulum, in extremo adpoſitum, quod cum antagoniſtas ſignificet, eo ipſo ſenſu a principibus *Reſcripti* noſtri auctoribus uſurpatum fuit: ſicuti a Nerone apud Tacitum ſub initium lib. XVI. *Annal.* ubi de muſico tamen luſtrali certamine, non de gymnico ſic fere ſcriptum: *Interea Senatus propinquo jam luſtrali certamine, ut dedecus averteret, offert Imperatori victoriam cantus, adjicit facundiæ coronam, qua ludicra deformitas velaretur: ſed Nero nihil ambitu nec poteſtate Senatus opus eſſe dictitans, ſe æquum adverſus æmulos, & religione judicum meritam laudem aſſequuturum*: ſicuti denique nomen æmuli, ad equos diverſæ factionis junctos quadrigis & curulibus ludis in circo ſive ſtadio decertantes, Plin. cap. XLVIII. lib. VIII. *Natur. Hiſtor.* atque Solinus *Polybiſt.* cap. XLVII. retulere; unde ſumpta verba *libro* ſuperiore, de ſepultura equorum agonalium agens exhibui. Illud præterea in iis Caſſiani verbis admodum arridet, quod circa probationem athletarum memorat, antequam ad decertandum pro corona ſacri agonis admitterentur, non ſolum τοὺς ἀθλητὰς προγυμνάζεσθαι, (ſicuti D. Baſilius ait in *Serm.* ſive *Homil.* I. *de Jejunio*) verum etiam juniores indolem virtutemque ac peritiam ſuam cum coævis exercendo ſeſe, in ephebeo nempe gymnaſii, ſed & in ſtadio, tam ipſi populo quam Gymnaſiarcho atque athlothetis Hellanodicis, ſive Amphictionibus olim (poſtea vero provincialibus ſacerdotibus, ludorumque curatoribus ſeu præfectis) approbare oportuiſſe. Itaque de gymnaſio & ephebia, ſecundum leges nationum, immo κατὰ νόμιμα τῶν Ἐθνῶν, id eſt, *Græcorum gentilium more*, Hieroſolymis conſtituenda, Judæos olim ab Antiocho Rege licentiam poſtulaſſe, in Sacris Libris [1] oſtenditur. Rurſum quod *ibidem* Caſſianus ait, antequam ad præclara ſacri agonis certamina pervenire quiſpiam mereretur, in quibus decertare victoribus modo licuerit, multarum coronarum ſtipendiis decoratum eſſe debuiſſe; hoc ipſum ille quem ſuum ipſe magiſtrum vocat, D. Joannes Chryſoſtomus antea docuerat *Homil.* XXX. ſub initium *in cap.* X. *Geneſ.* ubi: *Athletæ quoque poſt plurima* (inquit) *certamina & victorias, cum pro corona certandum eſt* (quæ nimirum viris in luſtralibus agonibus decernitur, & poſt quam hieronicæ immunitas denique cum annonis præſtari ſolet, ut cap. XVII. & XVIII. *Agoniſt.* II. oſtendimus) *majore niſu omnia faciunt, ut coronati abeant*. Item alibi [2]: *Nam in palæſtra* (inquit) *athletis ſemper ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus facile veniam promerentur. Nam ſuis certatur, & magiſtrorum corporibus meditantur. Sed quando agonis dies, quando certaminis tempus advenerit, quando ſtadium patet, quando omnes ad ſpectaculum fuerint congregati, quando agonotheta præſidet, quando monſtratur corona virtutis: tunc neceſſe eſt aut lapſum pudore infamatum pœnas dedecoris ſuæ negligentiæ ſuſtinere, aut ſolertiæ palmam ſuſtinere* (puto iſtud a librario perperam e ſuperioribus repetitum, cum Chryſoſtomus ſcripſerit *auferre*, aut quid ſimile) *vincentem. Ita & vobis horum dierum triginta ſpatium exercitatio & meditatio eſt*: (baptiſandos alloquitur, de quorum cætera probatione inferius ad extremum XVIII. *capitis* dicetur, de inunctione in athletas Chriſti, *cap.* V. *lib.* ſuperioris abunde actum eſt: ſequitur de ipſorum athletico agone apud Chryſoſtomum) *ſed exhinc diſcamus evincere, & adverſarium dæmonem ſuperare properemus. Nam contra illum magnum nobis eſt certamen. Poſt lavacrum igitur, eum jam ſupplantare diſcamus: & unde nobis inſidiatur, invenire curemus, & unde facile poterit ſuperari: ut in agonis ipſo certamine nulla novitate terreamur, ſed ejus inſidiis agnitis, arte fraudeque comperta, ſecuri cum omni fiducia dimicare poſſimus*. Quibus ex locis, & illo etiam Baſilii colligitur, fuiſſe προγυμνασίας & προαγῶνας τινὰς τελειοτέρου ἀγῶνος præparatorias quaſdam ad perfectius digniuſque certamen exercitationes & agones illud præcedentes: quos Philo [3] ipſe huc quoque aſpiciens προαγῶνας nominat, quo loco per vitam actuoſam velut proagonem quendam, exercendos eſſe nos & præparandos ad perfectius contemplativæ certamen admonet: Τὸν γὰρ πρακτικὸν τοῦ θεωρητικοῦ βίον προαγῶνά τινα ἀγῶνος τελειοτέρου καλὸν πρότερον διαθλῆσαι.

Ad hos proagonas referre poſſis, primum quod Epictetus apud Arrianum ſic diſſerit *lib.* III. *cap.* XIX. ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτός ἐστιν ὠφελεῖσθαι: Τί δ' ὠφελεῖ τὸν ἀθλητὴν ὁ προγυμναζόμενος; τὰ μέγιστα· καὶ οὕτως ἐμοῦ προγυμναστὴς γίνεται. τὸ ἀνεκτικόν μου γυμνάζει, τὸ ἀόργητον, τὸ πρᾶον. οὔ. ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ τραχήλου καθάπτων, καὶ τὴν ὀσφύν μου, καὶ τοὺς ὤμους καταρτίζων, ὠφελεῖ με. καὶ ὁ ἀλείπτης καλῶς ποιῶν, λέγει ἆρον ὑπὲρ ἀμφοτέρας. καὶ ὅσῳ βαρύτερός ἐστιν ἐκεῖνος, τοσοῦτῳ μᾶλλον ὠφελοῦμαι ἐγώ. εἰ δέ τις πρὸς ἀοργησίαν με γυμνάζει, οὐκ ὠφελοῦμαι, &c. Denique quod B. Martyr Cyprianus *ad Fortunatum de exhortat. martyrii*, fol. 330. *Neque enim idoneus poteſt eſſe miles ad bellum qui non exercitatus prius in campo fuerit, aut qui agoniſticam coronam quærit adipiſci in ſtadio coronabitur, niſi uſum & peritiam virium ante meditetur. Adverſarius vetus eſt & hoſtis antiquus, cum quo prælium gerimus*, &c. *omnia genera tentandi & artes atque inſidias dejiciendi uſu ipſo vetuſtatis edidicit*. Præterea id quoque quod Euſebius Pamph. in *Eccleſiaſtica Hiſtoria* in *appendicib.* lib. VIII. fol. 93. pag. 2. de martyrio Apſiani apud Cæſaream conſummato agens his verbis, ducta ex eo (ut videtur) tranſlatione ſic protulit: Γενόμενος δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα, καὶ ὡς ἐν μάλιστα τοῖς θείοις λόγοις ἐπὶ ὀλίγον συλλεξάμενος, ἀσκήσεσί τε προσηκούσαις ἐκθυμότατα παρασκευασάμενος τέλος, οἷον ἐπιδέδεικται, τίς μὲν πάλιν ἰδὼν οὐ κατεπλάγη, &c. Poſtremo quod Plato *de Legibus* lib. III. fol. 830. ita ſcriptum reliquit: Ἢ πύκται γε ὄντες παμπόλλας ἂν ἡμέρας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγῶνος ἐμανθάνομέν τε ἂν μάχεσθαι, καὶ διεπονούμεθα μιμούμενοι πάντα ἐκεῖνα ὁπόσοις ἐμέλλομεν εἰς τότε χρήσεσθαι περὶ

---

1 Lib. I. *Macchab.* cap. I. καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν ποιῆσαι τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν, καὶ ᾠκοδόμησαν γυμνάσιον ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν, *lib.* II. *cap.* IV. ex quo agam & verba proferam inferius, ubi de variis locis, in quibus olim gymnaſia fuere, diſſeretur *capp.* XXVII. & XXVIII. Videſis & quæ ſcripſi *lib.* I. *cap.* XXII.

2 In *Homil. ad baptiſandos* colum. 641. Tom. V. *Operum* editorum a Nivellio Pariſ. ann. 1581. ſic & in *Homil. ad Neophytos*, fol. 633. *Etenim tranſactum tempus palæſtra fuit atque concio, & lapſus facile veniam merebatur: ab hodierna vero die campus patet virtutum exercitationibus dedicatus. Agon inſtat, theatrum præparatur*, &c. *Angeli ſpectant, Angelorum Dominus præſidet coronæ certaminis: hoc non tantum honor, ſed & magna cautela, quando is qui pro nobis animam ſuam poſuit, ipſe ſit probamentum judiciumque certaminis.*

3 Περὶ φυγάδων, fol. 309. Sic προαγῶνος nomen pro *præfatione* ac *procœmio actionis* ſive *orationis* uſurpavit Eunapius in *Proæreſio*, fol. 136.

περὶ τ̃ νίκης διαμαχόμενοι, καὶ ὡς ἐγγύτατα τῷ ὁμοίῳ ἰόντες ἀντὶ ἱμάντων σφαίρας αὖ περιεδέοντο, ὅπως αἱ πληγαὶ τε καὶ αἱ τ̃ πληγῶν ἀλλάξεις διεμελετῶντο εἰς τὸ δυνατὸν ἀκριβῶς. Atque hos quidem proagonas, hæc progymnaſmata, per decem (minimum) menſes, ante juſtum de corona certamen, continuos fieri, cæteraſque aſceticas leges omnes obſervari debuiſſe; ut, priuſquam ad illud admitterentur, ea de re præſtari jusjurandum oportuerit, inferius *cap.* XXIII. hujus *libri* demonſtrabitur: μελέτας συνεχεῖς vocavit Philo περὶ τ̃ εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδ. fol. 290. ubi ſcriptum: Εἰ δέ τις τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἄθλους ἐγνωκὼς διαπονεῖν, μελέταις χρῆται συνεχέσιν, ἀνενδότως ἔχων πρὸς ἄσκησιν.

Iſtarum meletarum ſive proagonum tempore fuiſſe velut in caſto quodam athletas, ut multa facerent ferrentque, abſtinentiæ, patientiæ, atque caſtitatis legibus addicti, Horatianum carmen explicans ſuperius *capp.* IV. & V. hujus *libri* docui. Ergo cum Chriſtiani nominis confeſſores Palæſtini agoni pugilatus apud Cæſaream ſubeundo pœnæ cauſa ſub Galerio & Maximino Impp. ab Urbano Palæſtinæ præſide mancipati, (de quibus *Agoniſtici* primi cap. VII. actum eſt) neque famem aut inediam, (quos principalibus annonis ſuſtinere oportuit) neque verbera, quibus per injuriam cruciabantur, aut ipſas pugilatus meletas, id eſt, exercitationes pene contumelioſas tolerare amplius quirent, non modo agonum curatoribus, ſed ipſi Maximino ſupplicarunt: cujus juſſu deinde orbati oculis ob ſuam in confeſſione Chriſtianæ fidei cum aliis pleriſque Martyribus conſtantiam. Hanc ſane rem ita Euſebius Cæſarienſis in *Hiſtoria Eccleſiaſtica* in *appendicibus* ad lib. VIII. fol. 95. pag. 2. enarrat: Οὐ τοῖς δ' ἄρα μόνον τὰ τηλικαῦτα παθόντας ἤρκει παραλαβεῖν (ſic lego pro παραλαβεῖν) ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ παλαιστικῶν τοὺς ἐπὶ πυγμῇ εἰς μονομαχίας κατακεκρίσθαι μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένους, ἐπεὶ μήτε τὰς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου τροφάς, μήτε μὴν τὰς ἐπιτηδείους τῇ πυγμῇ μελέτας ὑπέμενον· ἤδη δὲ οὐκ ἐπιτρόποις αὐτὸ μόνον οἱ δηλούμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ· τούτου γε ἕνεκα παραστάντες γενναιοτάτην ἔνστασιν ὁμολογίας διὰ λιμοῦ καρτερίας καὶ μαστίγων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι, τὰ ὅμοια τοῖς δηλωθεῖσι πεπόνθασι μεθ' ἑτέρων προστεθέντων αὐτοῖς ὁμολογητῶν ἐν αὐτῆς τῆς Καισαρείας. Unde nunc primum intelligimus, quemadmodum gladiatores & venatores olim vel inſtitutos (ſicuti purricharios atque geſticulatores) vel pœnæ cauſa factos, (qui ſcilicet in alterutrum ludum gladiatorium, aut beſtiarium, ſeu venatorium damnati forent) quo e numero poſteriores ſoli capitis diminutionem maximam, in ſervitutem pœnæ redacti, patiebantur; quam utique ob rem ab inſtitutis fuiſſe diſtinctos Ulpianus noſter, *lib.* X. *de officio proconſul. l. aut damnum* 8. *§. quicumque. D. de pœnis*, docet: ſic etiam e pugilibus inſtitutos quoſpiam, qui ſponte ſcilicet, virtutis & honoris ergo, huic ſe artificio dederent, (de quibus iſto trino *tractatu* ſæpius actum eſt) alios ei labori ad populi voluptatem ſuamque pœnam damnatione judicum fuiſſe mancipatos. Quæ dixi, de progymnaſmatibus & proagonibus in palæſtra & gymnaſio publice habitis, antequam in juſtum ac legitimum pro corona ſacra certamen deſcenderetur, accipienda ſunt. Sed & intra privatos parietes exercitationes variæ, pila potiſſimum, diſco, lucta, & hujuſcemodi a ſanis hominibus cum domeſticis aut amicis olim valetudinis ergo, non minus quam unctiones & lavationes in laconicis balineorum labris & Euripis, uſurpari apud veteres Romanos Græcoſque ſolitæ, quemadmodum a clariſſimo Mercuriale in libris *de Arte Gymnaſtica* lib. I. cap. XII. & toto lib. II. demonſtratum fuit, & ex iis etiam cognoſcetur quæ inferius *cap.* XV. dicturi ſumus) quas progymnaſias, quod per eas ad ſacros agones & quævis publica certamina ſine dubio aptiores, paratiores, adeoque firmiores ac habitiores ipſi fierent: & vero illarum (nempe publicarum) præfectos pueros non pædotribas & gymnaſtas modo, ſed & ſyngymnaſtas, & a Platone atque Xenophonte progymnaſtas nuncupatos, Jul. Pollux *Onom.* lib. III. capite XXX. & ult. col. 190. §. ult. tradit: quo loco: Τὰ δὲ χωρία τῆς ἀσκήσεως (ait) ἀποδυτήριον, γυμνάσιον, παλαίστρα, κονίστρα. καὶ ὁ ἐφεστηκὼς παιδοτρίβης τε καὶ γυμναστής. παρὰ δὲ Πλάτωνι καὶ Ξενοφῶντι, προγυμναστής, συγγυμναστής. ita privatarum exercitationum vel ſocios vel moderatores progymnaſtas nominatos, ex eo, quem eruditiſſ. Muretus probe reſtituit, Senecæ loco *epiſt.* LXXXIII. *Singulos dies*, intelligitur: cujus omnino hæc verba ſunt: *Hodiernus dies ſolidus eſt*, &c. *Minimum exercitationi corporis datum, & hoc nomine ago gratias ſenectuti, non magno mihi conſtat, cum me movi, laſſus ſum: hic autem exercitationis etiam fortiſſimis finis eſt. Progymnaſtas* (ſic lego cum Mureto, ubi vulgo *Progymnaſios* excuſum) *meos quæris, unus mihi ſufficit Earinus, puer (ut ſcis) amabilis, ſed mutabitur.* Nomen autem iſtud meletarum atque proagonum, ab agoniſtis corporum ad ingeniorum agoniſtas, ab athletis inquam ad ſophiſtas, & ipſos τῆς δοκιμασίας neceſſitati ſubditos, translatum eleganter, atque uſurpatum ab Eunapio recordor in *Proæreſio*, fol 136. ſed ita, ut procœmium aut exordium ſignificari poſſe non diffitear: quo loco, cum Proconſul dicere Proæreſium juſſiſſet: Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς καθέδρας (inquit) εἰς προαγῶνά τινα διαλεχθεὶς οὐκ ἀχαρίστως, καὶ τ̃ σχέδιον ἴσος ἐστὶν ἐξάρας λόγον ἀνίστη θαρραλέως ἐπὶ τ̃ ἀγῶνα. Et alibi de Nymphidiano magiſtro Græcarum epiſtolarum Juliani principis: Γεγονὼς δὲ εἰς ῥητορικὴν ... τ̃ σοφιστῶν ὀνόματος ἄξιος, &c. κρείττων δὲ κατὰ τὰς καλουμένας μελέτας, καὶ τὰ ζητήματα. τὰ δὲ ἐν προαγῶσι καὶ τῷ διαλεχθῆναι, οὐκ ἔθ' ὅμοιος. De Aphthonii Sophiſtæ *Progymnaſmatis*: de Philoſtratorum [1] aliorumque Græcorum rhetorum meletis [2], eſtne quiſquam e tanto Philologorum numero, tam jacenti aure, ut vel in ſcholis non multa inaudierit? Hæ nimirum illæ ſunt exercitationes Græcæ: quibus ingenia melius ali, Tullius quodam loco pronunciavit.

Talibus ad pietatem Chriſtianam & prædicationem verbi potius, quam corporalibus atque athleticis quibuſdam etſi ad carnis domationem ac ſuggillationem ſive contuſionem corporis, pertinentibus (de quibus *capp.* XIII. & XIV. plenius agetur) exercitationibus; utpote ad omnia utilioribus illis, & non modo præſentis, ſed etiam futuræ cum infinita felicitate ac æterna gloria, vitæ promiſſionem ſibi conjunctam habentibus, excoli & ædificari D. Paulus animi robur in Timotheo volebat *Epiſt.* I. *ad Timoth.* cap. IV. verſ. 7. 8. 15.

---

1 Tres Philoſtratos conſcripſiſſe μελέτας narrat in *ipſorum Vitis* Suidas, quem vide, itemque de Paulo Tyrio Rhetore, quem legatione functum apud Adrianum Imper. Tyro metropoleos dignitatem impetraſſe tradit: ſcripſiſſeque *Artem Rhetoricam, Progymnaſmata, Meletas.*

2 In vetuſto igitur *Gloſſario Latino-Græco*, col. 61. & 62. *Declamatio*, μελέτη ῥήτορος. *Declamat.* μελετᾷ ῥήτωρ, & in *Lexico Græco-Latino* veteri, col. 535. Μελέτη ῥήτορος, *Declamatio.*

& 16. his verbis ipsum aleiptæ aut pædotribæ veteris more, ad exercendum sese, per literas adhortatus & excitans: Γυμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν, ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος, ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης. Quibus videri potest spirituales animi exercitationes, æternæ cum gloria vitæ ratam firmamque spem facientes, cum iis quæ ad corpus hoc roborandum vitamque sæcularem istam ad tempus aliquod prorogandam adjuvant, (quibus crebro ac tantum non quotidie utebantur Ethnici) eodem modo, quo *ad Corinthios* extremo capitis IX. *Epistolæ* prioris, pro corona corruptibili decertantes cum iis qui captarent incorruptam contulerat, hic itidem comparasse: præsertim quod a meletis & veluti proagonibus athleticis vel etiam rhetoricis (de quibus disceptatum supra) similitudinem ducens aliquanto post adjiciat: Ταῦτα μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι· ἵνα σου ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν. ἔπεχε σεαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, Meletis hujusmodi, quas & ipse τὰς ἐν τοῖς γυμνασίοις διατριβὰς Galenus alicubi [1] nuncupat, ipsisque adeo proagonibus adversæ illæ sunt, quas διαπαρατριβὰς (αὐτὶ τοῦ παραδιατριβῶν, ut reor) Beatus ipse Paulus [2] in sequentibus nominat. quas ceu fugiendas, illas vero persequendas & continuandas monuit, propterea quod ipsis ad veros & perfectos agonas præmuniamur; Timotheum spiritualis aleipta Paulus ad legitime perfecto agone fidei decertandum excitat; ut quasi per *catasceven* καλῶς ἀθλήσας ex confessione fidei consummetur, juxta ea quæ *cap.* X. plenius exposui: atque ita coronam æternæ vitæ propositam & paratam piis tanquam veris hieronicis apprehendat, vel potius (quando regnum cœlorum vim patitur) arripiat. Hoc enim D. Paulus ad extremum ejusdem *Epistolæ* cap. VI. vers. 12. in metaphora de agonibus persistens: Ἀγωνίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, (inquit) ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθης, καὶ ὡμολόγησας τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων. Nec enim dubito, quin istud de apprehendenda post certamen æterna vita, quod in extremo admonet, referendum, ex ipsa Pauli (similitudinem inde ducentis scilicet) cogitatione, ad illa sit, quæ de hieronicis coronam virtutis apprehendentibus, *libri* superioris *cap.* XXVII. diligenter (si non etiam luculenter atque perspicue) a nobis enarrata sunt: præsertim cum ipse quoque se præstare, *Epistolæ ad Philipp.* cap. III. vers. 12. 13. 14. dicat, quod hic Timotheum jubet facere; nimirum *se persequi si quo modo possit comprehendere, itemque ad scopum*, vel (sicuti vetus *Novi Fœderis* Interpres reddidit) *ad destinatum persequi, ad bravium supernæ vocationis in Christo Jesu*: tametsi ad metæ potius contactum hoc referre, quam ad coronæ ipsius apprehensionem, ejusdem *libri cap.* XXXIII. placuerit.

CAP. XII.

Anno XXXV. *athletas artem desiisse, ex Macrobio, & Plutarcho; sed ut interim ante hoc ætatis ex causa dimitterentur ac revocarentur, prolata in eam rem vetus Inscriptio. Hieronicas non desiisse Athletarum in probatione circumductio & accusatio e Chrysostomo, qui fortasse castigatur, Cassiano, & Dionysio. De probatione ordinandorum in Diaconos, Presbyteros, & Episcopos Clericorum, adhibito scilicet ipsius etiam plebis testimonio atque assensu in Notis. Hellanodicarum ad athletas cum probarentur admonitio. Viles etiam homines (si modo ingenui nec infames forent) ad certamen admissos. Isocratis Interpres obiter notatus. Ad Olympicum agonem non alios decertandi gratia quam Græcos admissos videri, exposito Herodoti loco.*

SANE qui ab annis puerilibus ad annum usque quintum atque trigesimum sine ullius victoriæ præmio in palæstra & stadio decertassent, ii veluti desperata corona, cum jam ad justum corporis robur illaudati pervenissent, artem desinere solebant annorum hebdomade quinta; ut Macrobius auctor est in *Somn. Scipion.* lib. I. cap. VI. ubi de ann. hebdom. sic fere scribens: *Quinta omne virium* (quantum inesse unicuique possunt) *complet augmentum, nulloque modo jam potest quisquam se fortior fieri*. Inter pugiles denique hæc consuetudo servatur, ut quos jam coronavere victoriæ, nihil jam amplius in incremento virium sperent: qui vero expertes hujus gloriæ usque illo manserunt, a professione discedant. Honestam itaque ab athletica professione missionis occasionem, ipsam senectutem olim existimatam. Sed & hoc exemplo postremum tanquam a sacra linea [3] hoc est præcipuum vacationis & excusationis a cursu administrationis Reipub. colorem ignaviæ a plerisque suæ, atque ad retundendam aliorum ambitionem prætendi, Plutarchus init. lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, fol 1402. in hæc verba refert. Ἔστι δὲ ὁ μὲν πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἐπισκήπτων ἡ αὐτὰ ... ὥσπερ τὰς ἱερᾶς ... μάλιστα δὴ τοῦτο τὸ φιλοτιμίας ... δεῖσθαι, πείθουσιν εἶναί τινα ... ἐκ ἀθλητικῆς μόνον. ἀλλὰ καὶ πολιτικῆς περιόδου καταλύσιν. Hieronicas autem etsi nihil amplius de virium incremento post id ætatis sperarent, non tamen ab athletica professione ac exercitatoriæ vitæ præscripto recedere solitos, istud ejusdem Plutarchi verbum (quod paulo ante protuli) de Marco Catone Censorio agentis in *ejus Vita*, fol. 619. aperte comprobat, quantum judico: invictum enim fuisse a voluptatibus & laboribus, etiam tum senem & canum, post consulatum ac triumphum, ὥσπερ ἀθλητὴν (ait) νικηφόρον ἐγκαρτεροῦντα τῇ τάξει τῆς ἀσκήσεως, καὶ διομαλίζοντα μέχρι τῆς τελευτῆς: velut aliquem athletam, qui post victoriam quoque in eodem exercitationis genere ac ordine ad obitum usque perduret, solitosque labores nihilominus quam antea ferat. Ut vero militi apud Romanos causariæ missionis rationem non ætas modo, verum etiam morbus legitimam nec inhonestam præbuit: sic & apud Græcos etiam athletæ tanquam imaginario, ne dicam, ludicro militi cuipiam, vitium corporis aut vitæ discrimen a xysto abscedendi & athleticæ renunciandi facultatem. Unde M. Aurelius Asclepiades (qui & Hermodorus) in vetusta Inscriptione quapiam [4] *libro* superiore

---

1 *Ad tertium aphor. Hippocrat.* eo loco unde verba proferam infra sub initium *cap.* XV. περὶ τῆς ἀλόγου τριβῆς. Quinctilian. cap. VII. lib. X. *Instit. Orator.* quod alio pertinet.

2 Cap. VI. ejusdem *Epist.* vers. 5. ubi Complut. & Antuerp. Editio habet διαπαρατριβαὶ, Stephanica vero an. 80. παραδιατριβαὶ, quod magis placet.

3 Vide quæ de linea sacra *cap.* XXXIII. super. *libri* adfero, ad illud Senecæ *hieran facere*.

4 Quæ extat Romæ in palatio Cardin. Farnesii, relata in *Auctarium Inscriptionum veterum* a Lipsio post Smetianas a Raphelengio in Offic. Plantin. impressas in pag. 57.

cap. VII. a nobis aliam in rem citata, & *cap.* seq. etiam citanda, intermisisse istam artem athleticam, cum jam XXV. attigisset, per totos sex annos profitetur, propter pericula in quæ incurrerat, & invidiæ metu: quibus occasionibus sublatis post plusculum temporis in ludum hunc athleticum ita fuisse revocatum, ex necessitate aliqua in patria Alexandria, ut & Olympiæ pancratio victor Olympiade sexta renunciatus fuerit. In ea Inscriptione ita est in cæteris: Αθλήσας τὰ πάντα ἔτι ἓξ παυσάμενος τ' ἀθλήσεως ἐτῶν ὢν κε. διὰ τὲς συμβάντας μοὶ κινδύνες καὶ φθόνες· καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι μετὰ πλείονα χρόνον ἀναγκασθεὶς ἐν τῇ πατρίδι (sic lego cum clariss. Lipsio, pro παῖρδι) Αλεξανδρείᾳ, καὶ νικήσας Ολύμπια παγκράτιον Ολυμπιάδι ἕκτη. Denique quod diligenter examinatum olim ac provisum Cassianus ait, ne forte qui ad dimicandum in stadium prodiret, ulla esset vitæ infamia respersus, hoc ita fieri solitum ex eodem Chrysostomo *Homil.* XXI. *ad pop. Antioch.* col. 161. intelligimus, uti decertaturus per totum stadium a præcone circumduceretur ac publice inquireretur, utrum esset quispiam, qui vellet in eum dicere. Cujus moris similitudinem quandam & μίμησιν præfert illa, in *Ordine Romano* [1], Episcoporum inaugurandorum circumductio, ac ipsa de promovendis initiatis Presbyteris solemnis apud nos inquisitio: quam & in Africa B. Cypriani temporibus observatam, ipsius *Epist.* [2] certissimum testimonium præbent: juxta præceptum D. Pauli scilicet Timotheo datum, atque his verbis inter cætera comprehensum *Epist. ad Timoth.* I. cap. III. vers. 7. & 10. Δεῖ δὲ αὐτὸν (de Episcopo agit) καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ τ' ἔξωθεν. Et statim de Diaconis, Καὶ ἔτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, (ubi *probandi* verbum perplacet mihi, cum de athletarum examine ac probatione orationem instituí, & majorem in modum probatur) εἶτα διακονείτωσαν, ἀνέγκλητοι ὄντες. Sic enim D. Chrysostomus: *In illud theatrum tradi debentes* (inquit) *non prius descendunt in certamina, donec ipsos assumens præco, sub omnium oculis circumducat clamans & dicens, Num quis hunc accusat? & quidem illic non animæ, sed corporis pugnæ sunt. Quare igitur generositatis rationes requiris?* (atque hoc quoque ad id, quod de servo in certamen publicum non admittendo dictum est, ut puto, spectat) *Hic vero nihil tale, sed totum contrarium, cum non in manuum collationibus sint nobis certamina, sed in animi disciplina & in mentis virtute: contrarium agonotheta noster facit, non ipsum assumens circumducit & dicit, Num quis hunc accusat? sed clamat, licet omnes homines, licet dæmones, cum Diabolo constituti ipsum accusent de turpissimis & occultis criminibus, non rejicio, nec abominor: sed ab accusatoribus ipsum liberans, & ab iniquitate absolvens, sic ad certamina duco. Nec immerito. Illic enim agonotheta nihil certantibus confert ad victoriam, sed medius* [3] *constitutus est: hic autem agonotheta pietatis propugnatoribus commilito fit, & auxiliator, cum ipsis contra Diabolum pugnam attingens.* Hactenus Chrysostomus.

Atque hujus quidem accusationis in athletis probandis fieri solitæ mentionem habitam a Dionysio Halicarnasseo reperi ἐν τέχνῃ προτρεπτικῷ ἀθληταῖς ad finem in fol. 43 sic admodum scribente, καὶ αὖ μὲν ἄλλων αἰσθάνονται τινα τῶν ἀγω-

---

1 In cujus libro Coloniæ impresso cum aliis vetustis auctoribus *de officiis divinis*, fol. 88. cap. *Qualiter in Romana Ecclesia Sacri Ordines fiant: Post collectam ascendit lector in ambonem, & elevata voce legit brevem in auribus populi sic continentem: Cognoscat caritas vestra, quia ille & ille advocatur in tali officio vel in tali: Si quis habet contra hos viros aliquam querelam, exeat confidenter propter Deum, & secundum Deum, & dicat: Quod si nullus contradictor extiterit, sequitur lectio & responsorium. Post hæc advocantur sursum & statuuntur in sinistra parte altaris*, &c. Et cap. *Qualiter in Rom. Eccles. presbyt. diac. vel subdiac. fiant*, fol. 91. *Data oratione annunciat Pontifex in populo dicens: Auxiliante Domino Deo & Salvatore nostro Jesu Christo eligimus in ordinem subdiaconii, diaconii, seu presbyterii, acolythum, subdiaconum, diaconum de titulo illo ad titulum S. Martini ad ecclesiam quæ est in pago illo, vel ad monasterium N. Si quis autem habet aliquid contra hos viros pro Deo, & propter Deum, cum fiducia exeat & dicat. Verumtamen memor sit conditionis suæ*, &c. Et fol. 93. ubi alloquitur populum pro Presbytero ordinando, hæc inter cætera profert: *Nec frustra a Patribus reminiscimur institutum, ut de electione eorum, qui ad regimen altaris adhibendi sunt, consulatur populus, qui de actu* (pro quibus in *manuscripto* istius Ecclesiæ Metropolitanæ *libro*, qui Ordinem Pontificalem complectitur, quod magis placet, sic scriptum, *quia de vita*) *& conversatione præsentandi, quod nonnunquam ignoratur a pluribus, scitur a paucis*, &c. *Itaque quid de eorum actibus aut moribus noveriti, quid de meritis sentiatis, Deo teste consulimus*, &c. *vel* (sicut ille quem laudavi modo *manuscriptus codex* Ecclesiæ D. Stephani habet) *quid de merito sentiatis, libera voce pandatis, & his testimonium sacerdotii magis pro merito quam affectione aliqua tribuatis. Sed & si quis habet aliquid contra illos*, &c. (ut sup. sequitur in *impresso*, quod non habet *manuscriptus*) *& ideo electionem vestram debetis publica voce profiteri.*

2 *Epist.* LXI. *ad presbyteros & diaconos & univers. pleb.* ubi in ordinandis Clericis, *Fratres chariss. solenus vos ante consulere & mores ac merita singulorum communi consilio ponderare*, &c. Item *ep.* LXVIII. *ad Fœlicem presbyter*, & alios, f. 163. de plebe: *Quando ipsa* (inquit) *maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur & dignus atque idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur*. Et postea: *Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacrdotem*, &c. *Et plebe præsente, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur: & sit ordinatio justa & legitima quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata.* Has promovendorum ad Ordines, sacerdotia, ipsosque adeo Episcopatus, Clericorum accusationes sive delationes, quæ a populo fierent, *Laodicenæ Synodi* quinto *can.* improbatas existimat Zonaras, qui sancitum, *non oportere chirotonias in audientium præsentia fieri*: sic enim ille in *interpretatione Canonum Apostolicorum, ad primum canonem* περὶ τ' χειροτονίας differens scribit: Η γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησί. Μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν· ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τ' ἀρχιερέως, μᾶλλον ἑκάστος πολλὺς συνέρχεσθαι. ἐν δὲ ταῖς ψήφοις διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα τ' ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναι τινάς, ἢ ἀκροᾶσθαι τέτων. De inquisitione ac probatione promovendorum ad Ordines Clericorum idem Zonaras istud ἤτοι ἀδεκτος ex *canone* XII. *Apostolorum* explicans agit sat multis verbis, ubi videre est, & *canone* XXXIII.

3 Videsis quæ scripsi *cap.* XXVII. *lib.* superioris, de loco agonothetarum.

νιζομένων εἶναι κατηγορίαν αὐτῦ, καὶ ὡς ἀναξίυ τῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. De quo loco quid ſentiam, poſtea dixero, ubi de ſervis in athletarum numerum non admiſſis diſſeram. Interea ſciendum ante circumductionem illam & præconis denunciationem, atque adeo ante probationem & examen illud athletarum, de quo cœpi dicere, ipſos Eleos judices Hellanodicas, hac de re athletas admonuiſſe, cum in Olympiam procederent; ut ſi quis eorum ſibi conſcius foret præclare actæ, ſine ulla infamia & deſidia, vitæ, impenſique in rem athleticam laboris, hic ad certandum audenter accederet: ſin contra quiſpiam indignum aliquid ſeque atque Olympiorum acceſſu forſitan egiſſet, is abiret alio quo vellet: quod quidem ex iſtis Philoſtrati verbis, extremo *lib.* v. *de Apollonio*, cognoſcitur: *Ἠλεῖοι δ' ἐπειδὰν ἴωσιν ἐς Ὀλυμπίαν διαλέγονται πρὸς ἀθλητὰς ὧδε. εἰ πεπόνηται ὑμῖν ἐπαξίως τῦ ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθεῖν, καὶ μηδὲν ῥᾴθυμον, μηδὲ ἀγεννὲς εἴργασθε, ἴτε θαῤῥῦντες. οἷς δὲ μὴ ὧδε ἤσκηται, χωρεῖτε οἷ βύλεσθε.* Poſtea vero manum in altum ſublatam (ſilentii nempe faciendi gratia, ut opinor) imponens præco athletæ depugnaturi capiti, eumque circumducens, quærebat publice, non utrum ſibi ipſe ullius eſſet malæ noxiæ conſcius, ſed amplo boatu proclamabat, eſſetne quiſquam qui vellet in eum dicere: quo magis, tanquam ſceleratus aut ſervilis conditionis, a certamine arceretur. Idque cum ex illis Chryſoſtomi locis, quos indicavi modo, tum ex iſto potiſſimum intelligitur, cujus verba, boni & ſtudioſi lectoris gratia, in medium proferam: *Dic mihi quæſo* (inquit eccleſiaſtes optimus [1]) *in Olympiacis certaminibus nonne adſtat præco magnum clamans & altum, Num aliquis hunc accuſat, dicens? Num fur eſt & ſervus? Num pravorum eſt morum? cum tamen illa certamina non animæ ſint, neque bonorum morum, ſed roboris & corporis: ſi igitur ubi corporum eſt exercitatio, multa fit voluntatis inquiſitio, multo magis ubi totum anima decertat. Stat igitur apud nos & præco, non capite quemque tenens & producens, ſed omnes pariter interiori detinens capite: non apponit illis alios accuſatores, ſed ipſis ſemetipſos, non enim dicit, Numquid aliquis hunc accuſat? Sed quid? Si quis ſe ipſum accuſat: Cum enim dixerit ſancta ſanctorum* (mallem ſcriptum [2], ut in pleriſque Veterum Liturgiis, *ſancta ſanctis, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις*) *hoc dicit, Si quis non ſanctus, non accedat.* Hæc ille pius & ſanctus Epiſcopus, a probationis athletarum more in gymnicis agonibus obſervato deſumpta ſcilicet ſimilitudine.

Ex quo id fuit, ut quilibet (qui modo liber eſſet, famæque integræ) inter athletas decertandi cauſa reciperetur, neque ob generis vilitatem ſolam ab eo repelli poſſet. Quo exemplo in Academiis pleriſque, certe in hujus Occitanæ (ut vocant) provinciæ duabus præcipuis Toloſana & Monſpeſſulana a literario certamine, quod graduum per quos ad civiles honores aſcenditur conſequendorum gratia iniri ſolet: ut ſcilicet, aliquot annos (hoc enim athletarum vocabulo eum qui in Juris civilis ſtadio decurrerit, atque ad quinti anni metas pervenerit; ſicut Imperator Juſtinian. *Conſtitutione* illa *Pandectis* præfixa [3] deſignavit) inter lytas & prolytas quiſpiam hoc eſt in Licentiatorum & Doctorum numerum referatur, ſpurios & hæreticos omneſque famulos arceri conſtat; idque ita ſtatutis Academiarum ipſis eſſe cautum didici: quamvis ad illud aditus aliis omnibus non inhoneſtis eruditionis ſuæ periculum facere volentibus pateat; ſicut vilibus quibuſque, non tamen infamibus (quemadmodum octavo hujus *libri capite* admonui) aut ſervis ad ſacros agones antiquitus patuit, id quod XVII. *capite* demonſtrabitur. Atque hoc ſimiliter in Clericorum ad Ordines promotione obſervari certum eſt; ut ab ipſa ſervi adſcriptitiive, non accedente dominorum conſenſu, infames & ignominioſi & qui de legitimo matrimonio non fuerint procreati, non minus quam interdicti, ſuſpenſi, excommunicati, epileptici & graviorum criminum rei arceantur. Sic enim ſcriptum extat in ipſa monitionis ante promotionem Clericorum ad Ordines faciendæ formula, quam in pervetuſto *Manuſcripto* Metropolitanæ hujus Eccleſiæ *libro* Pontificalium officiorum rationem continente [4] legimus: *De his quorum ordinatio prohibetur: quod nullus ipſorum excommunicationis vel ſuſpenſionis aut interdicti ab homine vel a canone ſententia innodatus aut irregularis, vel qui non ſit de legitimo matrimonio procreatus, niſi ſecum ſuper defectu natalium fuerit diſpenſatum per eum qui poteſtatem habuerit diſpenſandi: non profeſſus obſervantiam regularem, vel habens uxorem ſeu alteri matrimonialiter obligatus vel bigamus, ſeu qui maritus viduæ extiterit; vel qui ſervus exiſtat vel adſcriptitius ſine ſui domini licentia ſpeciali, vel qui homicidium perpetraverit per ſeipſum, aut mandaverit vel conſenſerit ſeu conſuluerit perpetrari; vel qui ſit Simoniæ ſeu perjurii, adulterii ſeu inceſtus, vel nota infamiæ publicæ crimine irretitus, aut morbo caduco laborans, vel etiam ebrioſus, ſeu alias a jure probibitus, cum quo ſuper illo defectu diſpenſatum non fuerit, ſe aliquatenus ingerat vel accedat ad aliquem Ordinem Eccleſiaſticum aſſumendum.* Primum quidem eorum qui ludis Olympicis decertarunt, non artificio aliquo magno præſtitiſſe, ſed coquum fuiſſe Corœbum Eleum ex Athenæi libris Euſtathius *ad Homerum* [5] literis prodidit, ſic fere: *Ὅτι δὲ τὰ καὶ ἐν τῷ καταλόγῳ μνημονευθέντα Ὀλύμπια ἐκ ἀεὶ μεγάλυς τινὰς εἶχον ἀγωνιζομένυς; δηλοῖ ὁ πρῶτος τῆς Ὀλυμπιάδος ἀναδησάμενος ἀγῶνα* (ubi *στέφανον* equidem, vel pro *ἀναδησάμενος*, Euſtathium ſcribere *νικήσας*, ſed illud potius voluiſſe crediderim) *Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, ὐ μεγάλης τέχνης ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ μάγειρος, ὡς ἐν τοῖς τῦ Ἀθηναίυ κεῖται.* Igitur Iſocrates [6] patris ſui proavum Alcibiadem, quamvis nec ingenio nec robore corporis ulli cederet, gymnica tamen certamina deſpexiſſe ſcribit; cum ſciret *athletarum* (ſic malo quam quod Wolfius *pugilum*, ſpeciem pro genere ponens, vertendum duxit) nonnullos & ſordido genere ortos, & minime liberaliter inſtitutos eſſe, & in obſcuris oppidulis habitare:

---

1 Chryſoſt. *Hom.* LXI. *ad populum Antiochenum*, videto & *Homil.* VII. *Epiſt. ad Hebr.*

2 Sicut etiam legit Claud. de Sainctes in *Collectaneis de Euchariſtia ad Liturgias* e Chryſoſtomo cap. XXIV. fol. 288. & ita apud ipſum Chryſoſt. legitur in *d. Homil.* XVII. *ad Hebr.* col. 1618.

3 *Ad anteceſſores: Omnem Reip. in §. ſed quia. in fin. §. ſcripta*, cujus initium, *Diſcipuli:* ubi ſic ſcriptum: *Judiciorum optimus tam athleta, quam gubernator in omni loco æquo fœlix futurus: quæ verba de togatis ſive advocatis atque judicibus ſive magiſtratibus accipienda ſunt.*

4 Sub initium ſub titulo, *Forma ſive modus examinandi Clericos ordinandos ante librum Ordinis Pontificalis.*

5 Ad illud Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι ex *Iliad.* λ. fol. 879. num. 38.

6 In *Orat.* περὶ Ζεύγυς colum. 522. Edit. Ororin. an. 1570.

Ταῦτα δὲ ἐννοηθεὶς (inquit) οὐδενὸς ἀφυέστερος οὐδ' ἀῤῥωστότερος τῷ σώματι γενόμενος, τοὺς μὲν γυμνικοὺς ἀγῶνας ὑπερεῖδεν. εἰδὼς ἐνίους τῶν ἀθλητῶν καὶ κακῶς γεγονότας, καὶ μικρὰς πόλεις οἰκοῦντας, καὶ ταπεινῶς πεπαιδευμένους. Itaque tametsi Philostratus inde Isocratem αὐλοποιὸν *tibiarum fabrum* non fuisse colligat in *ejus Vita*, quod statuam Olympiæ meruerit, quam consequutus non foret, si ullas viles operas fecisset, αὐτὸς γὰρ οὔτε αὐλοὺς ἐγίνωσκεν, (ait) οὔτε ἄλλο τι τῶν ἐν βαναύσοις, οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῆς Ὀλυμπίᾳ εἰκόνος ἔτυχεν, εἴ τι τῶν εὐτελῶν εἰργάζετο: nihilominus tamen agricolas ipsos & pastores in athletarum albo apud Olympiam ascriptos ibique decertasse, subindicat Theocritus εἰδυλλίῳ IV. ἐν τοῖς Νομεῦσιν, ubi Corydon inducitur vaccas pascens bubulci Ægonis, quem dicit, quod robustus foret, a luctatore Milone Olympiam adductum certandi causa; ὅν φησιν (ut est in argumento ipso) εἰς Ὀλυμπίαν ὑπὸ Μίλωνος παλαιστοῦ ἀχθῆναι, ἰσχυρὸν ὄντα, ὡς ἀγωνίσηται. Nam apud Theocritum quidem ita Batto de Ægone quærenti,

Ἀ δ' αὐτὸς δ' ἐς τίν' ἄφαντος ὁ βωκόλος ᾤχετο χώραν;

Respondet Corydon,

Οὐκ ἄκουσας; ἄγεν νιν ἐπ' Ἀλφεὸν ᾤχετο Μίλων.

Et rursum Battus,

Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει.

Cui Corydon,

Φαντί νιν Ἡρακλῆι βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.

Quibus addesis id quod ante de coquo illo Corœbo diximus. Græcis autem solis, non utique peregrinis, hoc est, aliunde quam e Græcia mera & antiqua oriundis, aditum ad Olympicum agonem, decertandi quidem gratia & præmia consequendi, patuisse; quamvis alioqui spectatæ virtutis ac notæ familiæ, immo etiam Regiæ juvenibus; inde colligas licet, quod narrat Herodotus *Terpsichore*, sive lib. v. *Historiæ*, fol. 186. non ante admissum illo Alexandrum, quam se Argivum esse comprobasset: Πρὸς δὲ καὶ οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ διέποντες ἀγῶνα Ἑλλανοδίκαι οὕτως ἔγνωσαν εἶναι· Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀεθλεύειν ἑλομένου, καὶ καταβάντος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, οἱ ἀντιθευσόμενοι Ἑλλήνων ἐξεῖργόν μιν, φάμενοι οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων. Ἀλέξανδρος δὲ ἐπειδὴ ἀπέδειξε ὡς εἴη Ἀργεῖος, ἐκρίθη τε εἶναι Ἕλλην, καὶ ἀγωνιζόμενος στάδιον, συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ. ταῦτα μέν νυν οὕτω κῃ ἐγένετο: ubi quod scriptum συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ, ad commissionem sortito fieri solitam pertinere non immerito quispiam duxerit, juxta ea quæ *libro* I. *capp.* XXIV. & XXV. abunde disserui, ut primam ipsius & antagonistæ sortem exiisse optimus auctor significet, vel ad præmiorum illam varietatem, de qua inferius *cap.* XX. hujus *libri* dicturi sumus, referri oportere; ut qui primo exciderat, secundum nihilominus adipisci potuerit, quod esse potius reor: tametsi enim conjunctio, a qua τὸ συνεξέπιπτε initium habet, ad priorem opinionem non absque re traducere fortasse alium queat; sic mihi stat nihilominus sententia, hoc præcipue perpendenti, cum uni soli (nec enim pluribus potest) prima fuerint addicta præmia; si plures quam duo antagonistæ decertarint, omnes uno illo excepto cæteros τῷ πρώτῳ vel πρωτείῳ συνεκπεπτωκέναι proprie ac vere dici, ab ipso utique superatos: etiamsi horum unus aut alter secunda vel tertia sibi abstulerit.

CAP. XIII.

De illa probatione athletarum locus D. Pauli, cujus lectio adversus Budæum asseritur. Ὑπωπιάζειν. Præconis munus in certamine. Aeris verberatio. Σκιαμαχία. Προπεῖραι. Δόκιμος & ἀδόκιμος apud DD. Paulum & Jacobum, εὐδόκιμος apud Isidorum Pelusiotam, notato ejus Interprete. Tentatur alicujus apud B. Jacobum loci eadem opera explicati castigatio. Sibyllinum Carmen emendatum & expositum. Θέμα in agonibus.

AD illum vero, quem dixi supra, pugilum aliorumque athletarum probationis aut reprobationis morem, Divus quoque Paulus aspiciens (ut quidem auguror ipse, quod ab aliis nequaquam traditum video) & in metaphora, sive allusione atque allegoria perstans; propterea dicebat se corpus suum jejuniis illis asceticis & continentiæ cæstibus, non ὑποπιάζειν (quod observandi verbo Budæus [1] reprehenso Lyrano ipse magis fortasse reprehendendus expressit, quanquam ita scriptum & vulgo & in Complutensi vetusto & in Basiliensi Græco-Latino anni LI. & in Antuerpiano per Plantinum, & in Parisiensi apud Benenatum nuper edito *Novi Testamenti* codice) verum ὑπωπιάζειν per ω, sicuti D. Joannes Chrysostomus habet [2], quod est pugnis in os ductis cæstibusque impactis suggillare lividumque reddere, hic autem afflicto & verberato continentiæ cæstibus; (sicuti Joannes Cassianus loquitur) id est, macerato corpore, atque in servitutem, legum videlicet Christi Domini athleticarum obedientiam, redacto: ne, qui præconis instar (ejus nempe quem superius [3] docui, solitum ad certamen in stadii scammate subeundum ex athletis suo quemque ordine citatum agonistam proclamare, voceque sua populi delationi & judicum examini circumductum subjicere, ac legum insuper ipsarum epistatæ, agonothetæ, aut Hellanodicæ jussu omnes commonefacere, victores denique post legitimam dimicationem in ipso stadio pronuntiare) aliis prædicarat, uti se gerere deberent; suis, velut aleipta quidam inungens, hoc est, excitans atque instruens, præceptis, vel potius victores illos, qui præclare in virtutum stadio decertassent, renuncians (quod quidem ipsum præconii fuisse muneris antea *cap.* IX. *lib.* II. & *cap.* XIII. ostendi) postmodum ipse cum ad coronam suscipiendam procederet, ob non servatas athleticas illas, sive asceticas, circa continentiam potissimum, (de qua dictum ab eodem ipso ibi jam fuerat cap. IX. *Epistolæ* I. *ad Corinth.* vers. 24. *Omnem certamini addictum athletam omnino continentem esse* vel *ab omnibus abstinere*) Domini nostri leges, reprobaretur: hoc est, indignus æternæ vitæ brabio seu præmio reperiretur: aut vero etiam (ut ad ea commodius aptetur hæc interpretatio, sive paraphrasis, quæ juxta Joannis Cassiani sententiam de athletica certaminis ratione dicta sunt) ad agonem

---

1 In *Annot. ad d. l. athletas* 4. *D. de iis qui notant. infam.* pro quo videtur B. Augustinus facere, (quamquam ab ipso non citatur in *Sermone de Cataclysmo*) sed res aliter se habet.

2 In *Comment. ad illa B. Pauli verba* sive in *Serm.* XXIII. *ad cap.* IX. *Epist.* I. *ad Corinth.* fol. 170. pag. 1. & 2. Græci exempl. Et similiter Oecumenius quoque in suis ad eum expositionibus, fol. 439.

3 *Lib.* II. *cap.* IX. ad fin. & *lib.* I. *cap.* XXIII. paulo post initium, & hoc *lib.* III. *cap.* I.

pro corona illa justitiæ ac beatitudine cœlesti adipiscenda subeundum, admitti non debere censetur. Verba quippe B. Pauli *dicto cap.* IX. vers. 26. & 27. non peræque ab aliis expensa ut oportuit, hæc omnino esse commemini, de quibus jamdudum apud me cogito: *Οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δαίρων, ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι.* In quibus illa quidem *ὡς οὐκ ἀέρα δαίρων*, jamque ab aliis 1 observatum est, ad *σκιαμαχίαν* pertinere, de qua, præter locos ab ipsis aut a nobis 2 etiam (ubi *περὶ χειρονομίας* quoque actum est) indicatos, habeto istum ab Eustathio *ad Homerum* ad illud ex *Iliad.* ψ. *χερσὶ λαβὼν ὤρθωσε*, fol. 1324. *ἀνατάσει καὶ καταφορᾷ χειρῶν, ὡς εἰ καὶ ἀέρα (ὃ δὴ λέγεται) δαίρειν, ἤ ἐσκιαμάχουν πολεμικῶς.* Atque hunc alterum 2 Virgilio lib. v. *Æneidos*, ubi de Darete pugile,

> —— *alternaque jactat*
> *Brachia protendens & verberat ictibus auras.*

Atque hanc quidem *χειρῶν ἀνάτασιν* & *σκιαμαχίαν* velut *προγύμνασμα* quoddam pugilatus, & *προπειραν* fuisse *libro* I. *cap.* XIV. cum de arte athletica, constituendæ lectionis veritati quodam Aristotelis loco, differerem, ostendisse me recordor. Illud vero *περὶ τοῦ ὑπωπιάζειν καὶ δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα*, ad progymnasmata illa referendum censeo, quæ a D. Basilio *προαγώνων* vocabulo designantur eo loco, unde verba superius hujus *lib. cap.* IV. protuli, & altero isto *τῶν προπειρῶν* nomine, in antiqua illa Inscriptione Græca, quæ Romæ in Palatio Farnesii Cardinalis extat, unde alia quæpiam verba desumpsi, ut superiori *libro cap.* VII. de scammate agens inferrem. Quibus adjuncta ista quæ ad rem faciunt scias, *ἀλλὰ πανταχοῦ ποτε ἀπειράμενον* (lego *ἀποπειρασάμενον*, quemadmodum in præcedentibus ejusdem Inscriptionis verbis a me in illum conjectis locum) *ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασιν στεφανωθεὶς, ταῖς προπείραις τε πρὸν πάσαις δοκιμασθεὶς, ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισὶν, Ἰταλίᾳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ, νικήσας ἀγῶνας, τοὺς ὑπογεγραμμένους πάντας παγκράτιον*, & cætera: in quo etiam loco *τὸ δοκιμασθεὶς*, ostendit apud B. Paulum *τοῦ ἀδοκίμου* vocabulum ex illa *τῆς ἐγκρίσεως καὶ ἀποκρίσεως*, quam Philo vocat eo quem *cap.* XVII. infra proponemus loco; *ἀγῶνος δοκιμασίας* (quam D. ipse Paulus *δοκιμὴν* alibi 3 nominat, ad probationem istam athleticam ibi quoque aspiciens, ut videtur: quando *ἐπ' ἀγῶνι ἐξετάζοντο*, ut cum Pausania 4 loquamur; & vero non aliter nisi post labores athleticos, eorumque patientiam, probatio, sine qua spes nulla est coronæ) *καὶ ἀδοκιμασίας* consuetudine agonothetica exponendum esse: quemadmodum illud alterum *τοῦ δοκίμου* apud D. Jacobum eo quem superius indicavi loco 5, cum ita scribit, *γινώσκοντες ὅτι τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως κατεργάζεται ὑπομονήν.* Et postea, *Μακάριος ἀνὴρ ὃς ὑπομένει πειρασμὸν, ὅτι δόκιμος γενόμενος λήψεται τὸν στέφανον τῆς ζωῆς*: qua de re ne dubitem, illa faciunt quæ ante 6 protulerat, sic fere, *Ἡ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλειοι, ὁλόκληροι, ἐν μηδενὶ λειπόμενοι*: quod enim præstandum & in nullo deficiendum, sed omnia patienter ait esse toleranda, hoc ipsum ad legum illarum athleticarum observationem integram atque perfectam (de quibus actum est supra *cap.* IV. & seq. ad octavum usque hoc ipso *lib.*) pertinere non dubito: exque illis quæ itidem attuli superius Chrysost. verbis ab ista B. Pauli, *ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ*, sumendam interpretationem, quibus, *ἂν μὴ πάντα ἁπλῶς διέλθοι τὰ τοῖς ἀθληταῖς προσήκοντα, οὐδέποτε στεφανοῦσθαι*, admonet. Ac similiter contrarium *τοῦ εὐδοκίμου* vocabulum, velut ab istis agonothetarum, aut Hellanodicarum circa ipsos athletas examinationibus atque probationibus ducta, sive translatione, sive comparatione, apud Isidorum Pelusiotam 7 explicari debere (contra quam a doctissimo ejus Interprete Billio Prunæo factum fuerit) equidem arbitror, eo loco scilicet quem superiore *tractatu* attuli: cujus hæc omnino verba sunt, *τάχα οὐχ οὕτως εἰσὶν εὐδόκιμοι οἱ πρὸς ἀρετὴν ἀλειφόμενοι καὶ στεφανούμενοι*, & cætera: idque verbum *τῆς βασάνου* in sequentibus 8 adpositum, satis (nisi me fallit animus) perspicuum facit, ut non advertisse mirer Interpretem 9: præsertim qui alia quapiam ejusdem Isidori *ad Palladium diaconum epistola* 10, eo loco, *οὐ γὰρ χρὴ τὸν ἔρωτα τοῦτον, οὐδὲ τοὺς λίαν εὐδοκίμους ἐν τῇ ψυχῇ τρέφειν*, optime *τὸ εὐδοκίμους* ad probationem retulerit.

Ideoque cum *τὸ δοκίμιον ἀπὸ τῆς δοκιμῆς* tanquam effectum a causa distinguere, cur cum recentiore Scoliaste 11, sine alio certiore grammaticorum ullorum aut veterum scriptorum testimonio debeamus, nihil esse arbitrer, aut (quod alter 12 ejusdem sectæ antea fecerat) idem *probationis* vocabulum aliter, atque aliter, hic quidem pro *experientia*, ibi pro ipsa *tribulatione* accipere, quando Apostolis Dei Spiritum (qui sibi semper similis) habentibus, in ipsis quoque verbis & eorum signifi-

---

1 Mercurialis lib. III. *Artis Gymnast.* cap. IV. Vide & extremo *cap.* VI. *lib.* V. ex Dionysio *de divin nomin.* cap. *περὶ δυνάμεως*, Pausan. II. *Eliac.* Gal II. *de tuenda valetud.* cap. XI. XII. & ultim. Videto quæ *περὶ τοῦ σκιαμαχεῖν* adfert Erasm. *proverb.* XLVIII. *centur.* VI. *Chiliad.* IV. ex Plat. VIII lib. *de Legum*, *Apologia Socratis*, & VII. *de Repub.* & aliis, & quæ Hadria. Junius *Adag.* centur. VI. proverb. LXXXI. *Minis occidit*, e Cratino, Hermia, & Aristide.

2 Lib. I. *Agonist.* cap. XIV. & hoc ipso lib. III. cap. XI. sup.

3 *Epist. ad Rom.* cap. v. vers. IV *ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα κατεργάζεται*, & 2. *ad Corinth.* cap. II. vers. 9 *ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε.*

4 *Phocicis*, fol. 322. Wechel. Editio. ubi de Musico certamine & Pythico: *Μνημονεύουσι τρεῖς πάντα μνημονεύοντος Ὀρφέως ...ῆναι φασιν αὐτὰς ἐπ' ἀγῶνι μὴ ... ἐξετάζεσθαι.*

5 *Epist. Cathol.* cap. I. vers. 3. & 12. de quo supra hujus *lib. cap.* VI. nonnihil diximus, & sub initium *cap.* X.

6 Vers. 4. ejusdem *cap.*

7 *Epistol.* CXCVII. *ad Theognostum presbyterum* lib. III. fol. 562.

8 In fine illius *Epistolæ*, ubi, *γυμνὴ γάρ ἐστιν αὕτη τῆς διανοίας αὐτῶν ἡ βάσανος.*

9 Sic enim reddidit, *haud tantam fortasse gloriam nominisque celebritatem obtinent*: cum vertere debuerit: *Non usque adeo fortasse probati sunt, non æque explorata eorum virtus est*: aut ita, *non peræque magnum ac fidele virtutis animique sui specimen præbuere.*

10 *Epist.* CCXIV. fol. 3574. ubi interpres *ne probatissimos quidem viros Episcopatus amorem in animo alere* vertit.

11 Theod. Beza *in Epist. B. Pauli ad Romanos cap.* V. *vers.* 3. & *in Epist. D. Jacobi Cathol. cap.* I. *vers.* 3.

12 Jo. Calvinus in *Comment. ad eundem locum.*

ſignificatione ſemper, ut plurimum quidem certe convenire inter ſe, multo æquius veriuſque ſit. Apud D. Jacobum equidem pro ὑπομονὴν, (quod eſt quarti caſus) detracta poſtrema literula ſcriptum mallem ὑπομονὴ, ut τὸ δοκίμιον primi ſit non quarti caſus, ſi veterum codicum fides hocce pateretur, neque Orthodoxæ atque Catholicæ refragaretur Eccleſiæ auctoritas: a cujus præſcripto ne tantillum quidem diſcedere mihi, vel bono cuiquam & pio, fas eſſe cenſeo. Mea hæc ratio eſt ſuperiorum, quoniam tentationes patientia ſequitur, ex hac probatio fidei naſci vel duci ſolet, maxime vero quod διὰ τὴν θλῖψιν πειρασμὸς, καὶ ἐκ τοῦ πειρασμοῦ διὰ τὴν ὑπομονὴν τῆς θλίψεως ἡ δοκιμὴ, ſive δοκιμασία, ut ſequentia oſtendunt, quæ ſuperius attuli: & quod B. Paulus ait *ad Romanos* cap. verſ. 3. 4. ὅτι ἡ θλῖψις, *tribulatio* ſive *oppreſſio*, τοῦ πειρασμοῦ ſcilicet, hoc eſt, *tentationis*, (ut ita dixerim) mater, ipſa ὑπομονὴν κατεργάζεται, *patientiam operatur* aut *gignit*, ἡ δὲ ὑπομονὴ, δοκιμὴν ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, *patientia vero probationem*, per quam ſpes in nobis incrementum accipit & firmatur in Chriſto Jeſu Domino noſtro, qui talem ſpem minime fruſtratur, cum ea *ſpes confundere non poſſit*, (hoc enim ſequitur apud Paulum *d. cap.* v. verſ. 5. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει) ſed verus agonotheta πιστὸς καὶ ἔνδικος μισθαποδότης γενόμενος (ut *ad Hebræos* cap. II. verſ. 2. & cap. XI. verſ. 6. & II. ille loquitur) unicuique ſecundum opera ſua, & adverſus tentationes legitima certamina, horrendo illo ſupremi Judicii die redditurus eſt, victoribus quidem præmia & coronas illas beatæ vitæ immarceſcibiles, victis autem ex ignavia ſua confuſionem & cum ignominia ſupplicium æternum. Quamobrem B. Paulus *ad Timotheum* ſcribens, *Epiſt.* II. cap. II. verſ. 12. & 15. & iſtam patientiam, ex qua probatio, ac deinde præmium ſequitur, commendans, εἰ ὑπομένομεν (ait) καὶ συμβασιλεύσομεν: & ſtatim eum admonet, ut ſe ſiſtat probatum Deo, σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ: qui & *Epiſt.* II. *ad Corinth.* cap. XIII. & ult. verſ. 5. 6. & 7. iſta δοκίμου & ἀδοκίμου vocabula uſurpat, poſt injectam tentationis utique mentionem. Et vero ut eos qui gravia quæpiam perpetrarunt, merito juſteque gravibus a Deo pœnis plecti, eos qui nihil ſceleratum atque indignum admiſere, ſi male habeantur, exerceri ac probari a ſummo Deo: illos δικαίως, iſtos δοκίμως affligi, & illos ad ultionem, iſtos ad victoriæ coronæque materiam & occaſionem, ab Iſidoro Peluſiota *ad Caſſium Presbyterum epiſt.* XXVI. *lib.* III. fol. 469. eſſe ſcriptum memini: Περὶ μὲν τῶν προτέρων ὅτι δικαίως, περὶ δὲ τῶν δευτέρων ὅτι δοκίμως. ἡ γὰρ δίκη τοὺς μὲν ἠμύνατο, τοῖς δὲ στεφάνων ὑπόθεσιν προυξένησεν: præcedit coronam probatio, probationem victoria, patientia victoriam, afflictio atque tentatio ſeu exploratio patientiam. Hæc porro patientia, quæ poſſit probationem parere, perfectum opus habeat oportet, ut perfecti ſimus & integri, juxta id quod a B. Jacobo ſtatim ſuperioribus ſubjicitur: quod ipſum ſimilitudine ab athleticis etiam legibus petita prolatum ab Apoſtolo præſtantiſſimo ſuſpicor, ut ante hujus *lib. cap.* X. ſub initium, ſed & VIII. *cap.* attigi, ubi de puerorum præmiis diſceptatum fuit. Quibus omnibus commode adjicietur, quod oraculo Sibyllino, ita de præmio immortalis vitæ velut coronæ per Chriſtum Dominum tribuendo Martyribus, qui pro ipſius fide ad interitum uſque decertarint, tanquam fortiſſimis ac ſtrenuiſſimis athletis, comprehenſum eſt:

Ἁγνὸς γὰρ Χριστὸς τούτοις τὰ δίκαια βραβεύσει,
Καὶ δοκίμους στέψει αὐτοῖς (ſic lege pro στέφει αὐτοῖς)
Θέμα μάρτυσι δώσει
Ἀθάνατον, ἄχρι καὶ θανάτου τὸν ἀγῶνα ποιοῦσι,
Παρθενικοῖς δὲ δραμοῦσι καλῶς ἄφθαρτον ἄεθλον
Δώσει τοῦ θέματος. ——

In quibus notandum imprimis illud ἄχρι καὶ θανάτου, quod illis reſpondet, quæ περὶ μέχρι αἵματος *lib.* I. *cap.* IX. & hujus *lib.* III. *cap.* X. περὶ τῆς τελειώσεως diſſeruimus; tum vero τὸ τοῦ θέματος ὄνομα, quod non tantum πρὸς ἀργυρίτας ἀγῶνας pertinet, ut vulgo a Grammaticis & Lexicographis creditur, immo etiam traditur; verum etiam περὶ τῶν στεφανιτῶν dicitur, ut hoc loco: ſicut eo etiam Plutarchi altero, quem e *Sympoſiacis*, hoc ipſo *libro* ſuperius expreſſi, πεντάθλοις στέφανον τεκέντα, ſcriptum perſpicue apparet. Sane in illa Inſcriptione pervetuſta extante Romæ, cujus ex altero marmoris latere alia verba paulo ante protuli, de Marco Aurelio Aſclepiade pancratiaſta, & periodonica, aliorumque plurimorum certaminum (in quibus etiam chryſanthinorum in Sardibus) victore ſic agitur, ut thematitas cum chryſanthinis copulet [1]. In baſi autem ejuſdem marmoris τῶν στεφανειτῶν velut ab illis diverſorum mentionem injiciat: Χρυσάνθινα ἐν Σάρδεσιν καὶ θεματείτας πλείονας, ἐν οἷς Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι καὶ Διαντίνειαν καὶ ἄλλους ἀθλήσας, &c. In baſi vero iſta ſunt, quæ *lib.* I. *cap.* XVI. cum de ludis Herculaneis agerem, protuliſſe me memoria repeto, ad decretum quoddam Antonini Pii xyſticis conceſſum pertinentia, συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν.

CAP. XIV.

Tentata loci cujuſdam e D. Pauli Epiſtolis *emendatio. Κηρύσσειν quid apud Chriſtianos proprie ſignificet. Interpres Iſidori Peluſiotæ notatus. Ὑπωπιάζειν. Seneca e manuſcripto correctus libro. De caſtigatione corporis.* **Domandi verbum** *pugilatitium, in* Notis. *Chryſoſtomus emendatus. Cilicium quod ſuccinctorium pœnitentiæ: cujus origo indagatur. Jejunium, ejuſque cæſtus & agones. Anima pro homine, vel ejus carne, aut corpore.*

AT quando de illius e D. Jacobi *Epiſtola* loci conſtituenda lectione jam actum eſt, atque in Paulini loci explicatione hactenus proceſſi: cum bona tamen eruditiorum Theologorum Eccleſiæque ipſius venia, meam (quod nondum ſatis e ſuperiore paraphraſi colligi videtur) conjecturam aperire ac proferre in medium non gravabor: quam ſi vetuſti cujuſpiam codicis (qualem nullum habeo manuſcriptum) auctoritate adjuvare poſſem, veram eſſe præſtare auſim. Nam etſi vulgatæ ſcripturæ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, ſcio eſſe indubitatam auctoritatem, præſertim vero cum non alienus, immo pius, & probus, & ad uſum eccleſiaſticum accommodatus, ex ea ſenſus poſſit elici: adeoque in ipſa vel ejus Latina interpretatione (quæ peræque ob lectionis varietatem, & lapſus ex unius literulæ immutatione facilitatem, depra-

[1] In *Auctario Inſcriptionum veterum* per Lipſium, quod Raphelengius Antuerpiæ impreſſit, anno 88. pag. 57. & 58.

vari potuit) nihil temere immutandum esse cuipiam concesserim, quam ipsum etiam D. Joannem Chrysostomum [1] esse aliquot locis amplexum non ignoro: præsertim vero cum inter Christianæ fidei Symmystas, [illegible] absolute positum, ut *B. Marci* cap. XVI. in fine, sic plerumque accipi debere videatur, ut intelligamus tacite τὸ Χριστὸν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, (quemadmodum a B. Luca diserte scriptum de D. Paulo in *Actis Apostolorum* cap. IX. vers. 20) aut etiam τὸ Εὐαγγέλιον, ut apud BB. Matthæum *cap.* XXVI. vers. 13. & Marcum *cap.* XVI. vers. 15. Christi Domini verba referentes legitur, & apud D. Paulum *ad Galatas* scribentem in II. capite vers. 2. καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι. Nihilominus tamen, si non aliter scripsisse B. Paulum, sic tamen cum scriberet, eo aspexisse velut παρῳδικῶς, aut ἀλληγορικῶς ad gymnicorum agonum morem (in quibus probatio athletarum & victoria hieronicarum a præcone publice renunciari solet, ut ante docui) equidem, si licet modo, lubens asseruerim: tanquam non [illegible] λοις, sed ἄλλως, hoc est, ἄλλως κηρύξας, eleganter apteque ad proxima utrinque verba prorsus agonistica exprimeret: & κηρύξας quidem, vel significatione vulgari, sive propria, ut ad præconis, vel figurata [illegible], transitiva nimirum & energetica (ut ita loquar) [illegible], *prædicans* alios, pro *prædicare* [illegible], ut ad agonothetæ munus (qui ipse per præconem victores quodammodo renunciabat, quemadmodum hoc verbi apud Sophoclem, Diodorum, Arrianum, exponi oportere, *libro* I. 3 perspicue ostendi) omnino referatur. Cæterum utrovis modo intelligatur, [illegible] magis quam ἄλλοις loco isti convenire, ut perstetur in allegoria, nemo (ut opinor) mihi pernegabit: præsertim cum hanc meam conjecturam atque interpretationem, sancti etiam Isidori Pelusiotæ, locum illum Paulinum data opera exponentis, auctoritate judicioque stabilitam atque confirmatam esse intellexerit. Sic enim *ad Apollonium Episcopum* Isidorus 4, differentiam hancce constituens inter agones gentium & divinos, quod in illis alius athleta sit, alius præco victores renuncians: *In divinis autem ita sit constitutum, ut qui coronarius est, sive hieronica, vel qui præco, nihilo magis agonista, seu athleta esse desinat, quin etiam donec advixerit, decertandum habeat*. Ita quidem ista (quæ non videtur assequutus dum Latina facit Billius Prunæus) interpretor: Ἐπὶ μὲν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἄλλος ἐστὶν ὁ ἀγωνιστὴς, καὶ ἄλλος ὁ κῆρυξ, ὁ [illegible] νικῶντας ἀνακηρύττων [illegible], τὸ στεφανίτην καὶ κήρυκα εἶναι [illegible]. Quamobrem

A statim eo loci, eos, qui in sede quapiam Episcopali ad docendos populos locati sunt, tanquam agonothetæ quipiam, vetat sibi ut credant sufficere, si victores alios renuntient, quasi scilicet ipsi extra certaminis omnem aleam se esse arbitrentur: Μὴ [illegible] τὶς τῇ εἰς τὸν διδασκαλικὸν ἱδρυθεὶς τῷ θρόνον, ὡς ἀγῶνα ἄλλοις διατιθέντας, τῶ ἀγώνων ἔξω εἶναι νομιζέτωσαν· μὴτ' ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγείσθωσαν, τὸ ἀνακηρύττειν τοὺς νενικηκότας. Tum deinde subjicit illa D. Pauli verba, de quorum interpretatione suscepta est a nobis disputatio: in quibus verbis cum τὸ ὑπωπιάζω superius per ω legendum esse monuerim, merito jureque ac ratione id a me factum, præter D. Chrysostomum a me antea laudatum, (cujus verba B etiam inferius commodiore loco exhibebo) ipsius insuper discipulus tali tantoque magistro dignus D. Isidorus, ut de Oecumenio taceam, commonstrat: non ea tantum *epistola*, sed & *epist.* XI. fol. 460. ejusdem *libri* III. *ad Theoctistum* scripta, ubi de D. Paulo agens, ἐναγώνιος ὢν πρὸς τὸν πόλεμον τῶν ἀφορῶν, καὶ ἔλεγεν, ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, &c. Gregorius etiam Palamas Thessalonicensis Archiepiscopus in illa sua *mentis & corporis prosopopœia* 5 B. Paulum παραφραστικῶς explicans, ut metaphoram a pugilibus deductam luculenter demonstret: quo loco: Καὶ Παῦλος ὁ [illegible], &c. [illegible] C [illegible] ἐκ τοῦ σώματος τῷ θυμάτι [illegible] [illegible] ἐμπίπτω σφοδρότερον [illegible] πὺξ παίσω, [illegible] συχνοῖς ὑπωπιασμοῖς [illegible], πρὶν καταβάλλεσθαι [illegible]. Et aliquanto post. Ἐνταῦθα [illegible] φίλοι [illegible] μὴ ῥοπάλοις κωπ[illegible] [illegible] σκιρτᾷ [illegible] ἀλλὰ σιδήρῳ μετιέναι ὁ φασι καὶ πυρὶ, &c. Sane & in vetusto *Glossario Latino-Græco* ex editione Stephani sic legas, *suggillat*, [illegible], D ὑπώπια ποιεῖ, & *suggillatus* ὑπωπιασθεὶς, & *suggillatio* ὑπωπιασμός. De Menedemo etiam philosopho scribens Hesychius Illustrius in περὶ σοφῶν, fol. 35. in *Menedemo*, itemque Diogenes Laertius lib. II. *de Vitis Philosophorum*, fol. 98. adeo fuisse in quæstionibus sive disputationibus pugnacem atque contentiosum, ut nunquam sine suggillis atque oris obtusionibus abscederet; isto vocabulo etiam usurpato narrant: Ἐν δὲ τῇ ζητήσεσιν ὧδε μάχιμος ὢν, ὡς ὑπώπια φέρων ἀπῄει. Itaque ab aliis 6 non incommode per *obtundo* redditum, quando Lucilius a Festo Pompejo 7 citatus, obtuso ore pugilem dixit; ipse vetustam interpretationem retinendam a Tridentinis

---

1 In *Comment.* sive *Sermonum ad eum locum*, & *Ethico* sive *Sermone* XXII. *ad cap.* VI. *ex Epist. ejusdem D. Pauli ad Ephes.* fol. 108. & in *Serm. contra Concubinarios*. Tom. V. col. 1228. Sed & D. Benedictus in sua *Regula*, cap. *Qualis debeat esse Abbas*.

2 De qua scripsi lib. II. *Semest.* cap. XXIII. & III. itidem lib. cap. XXIV. in quibus exempla non pauca protuli.

3 *Cap.* XXIII. vide & locum Æneæ Gazæi in *Theophrasto*, quem adferam inf. *cap.* XVI. ubi de præconia ad ludos invitatione. Sic τὸ κηρύσσειν transitive positum scias apud Polyænum lib. VIII. *Stratagematum*, fol. 592. ubi: Καῖσαρ Πομπηΐῳ κηρύξαντος ἐχθρὸν καὶ τοῖς μηδετέρῳ προσιθεμένοις ἀντεκήρυξε καὶ φίλους ἡγήσεσθαι κατ' ἴσον τοῖς ἑαυτῷ συμμαχήσασιν.

4 *Lib.* III. *epist.* CCLXV. col. 604. ubi Billius: *In* E *externis certaminibus alius est pugil*, (mallem *certatorem*, *agonistam*, *athletam* dixisset) *alius præco, qui laude ac prædicatione victores effert. At in divinis ita lege comparatum est, ut qui victoriam adeptus est, præconis quoque munere fungatur*: perperam (ut arbitror) sicut & alios ejusdem *epistolæ* locos pessime reddidit: qua de re alibi commodius: in iis scilicet, quos paramus sacrarum Σημειώσεων, *libris*.

5 Quam e Bibliotheca Regia sub annum 53. Parisiis Adrian. Turnebus edidit, in fol. 17. & 19. F prioris *Orationis*.

6 Ut in Edit. Antuerp. Græco-Lat. ann. 83. apud Plantinum.

7 In *Piscinæ publicæ*, unde illud, *Os nullum vel potius pugilis*. Et apud Plautum *Casina*, proverbium, *Obtuso ore*, ut Scaliger *ad Festum* notat fol. 123.

tinis Patribus probatam, cum D. Pauli ſententiam ſatis exprimat, ſentio. Verbo quidem pugilum proprio uſus inibi Paulus: quod verbum apud Ariſtophanem civitatibus bello attritis atque deformatis μεταφορικῶς itidem attributum a Mercurio, in *Comœdia* quæ Εἰρήνη inſcripta, fol. 453.

—— ΕΡ. Ἴθι νῦν ἄθρει,
Οἷον πρὸς ἀλλήλας λαλῦσιν αἱ πόλεις
Διαλλαγεῖσαι, καὶ γελῶσιν ἄσμεναι,
Καὶ ταῦτα δαιμονίως ὑπωπιασμέναι
Ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι.

Præclare Scholiaſtes Græcus ita expoſuit: Σφοδρῶς πληγεῖσαι ὑπὸ τῦ πολέμυ παρὰ τὰ ὑπώπια, ἅ εἰσιν ἐκκαύματα ὄψεων καὶ χρώσματα, ἅπερ κορδύλας φασιν: hoc ſtatim ad τὸ κυάθοις addit: τοῖς γὰρ χαλκοῖς ὀξυβάφοις τὰς ὑπώπια ἀνατρίβοντες ἀφανῆ ποιῦσι· τοιύτοις γὰρ τὰς ἐκ τῶν πληγῶν ἐθεράπευον μώλωπας (ſunt autem αἱ κορδύλαι *tubera*, ut eſt in vetuſto *Græco-Latino Lexico* [1], quæ ab impactis utique colaphis orta) Hic quidem apud B. Paulum varie a variis [2], Scripturæ ſacroſanctæ ſenſum ſeu mentem explicantibus, & recte quidem a veteribus illis Proceribus exponitur: a D. Irenæo [3], *lividum facio*, itemque a Petro Chryſologo [4]: a B. Cypriano [5], ſive ab Origenis (ut volunt) Interprete, *affligo*: *macero* autem a D. Hieron.[6] *ad Furiam*, *reprimo* ab eodem *ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis*, & in *epitaphio Paulæ matris*, *epiſtola* XXII. col. 171. *ad eandem Euſtochium*, *epiſtola* XXVII. in princ. *ſubjicio*: cum B. Ambroſius, Joannes Caſſianus, cap. XVIII. lib. V. *Monaſtic. Inſtit.* D. etiam Auguſtinus [7] atque Salvianus, Maſſilienſis Presbyter, lib. I. *de gubernatione Dei* paulo poſt initium, vulgatam retineant lectionem, ac ſequantur. Ipſe autem (ſi quid de propria Græci vocabuli ſignificatione Latino altero exprimenda, judicii mei eſt) non aliter poſſim, quam per *ſuggillandi* verbum exponere: non tam illius, quod citavi modo, *Gloſſarii* commotus auctoritate, quam ipſius vel unius Senecæ, qui pugilatitium iſtud verbum (ſicuti *ſupplantare* luctatorum aut pancratiaſtarum proprium eſſe primo *tractatu* ſub initium *cap.* X. docui) *epiſtola* XIII. manifeſtum facit; quo loco: *Non poteſt athleta* (inquit) *magnos ſpiritus ad certamen adferre, qui nunquam ſuggillatus eſt: Ille qui ſanguinem ſuum vidit*, (ſic lego e manuſcripto codice, quem olim a Monjouſio habui, pro *fuit*) *cujus dentes crepuere ſub pugno, ille qui ſupplantatus adverſarium toto tulit corpore, nec projecit animum projectus*, &c. Immo etiam Latinæ ipſius Verſionis teſtimonio, quæ (cum dudum ab Eccleſia Catholica ſit uno conſenſu omnium recepta) in altero tamen *Evangelii* Sacroſancti loco [8], pro his Græcis ἐκδικήσω αὐτὴν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με, ſic ſcriptum præfert, *Vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens ſuggillet me*. Euſtathius ad illud Homeri *Iliad.* ψ. fol. 1324. de Epeo Euryalum feriente in pugilatu,

Κόψε δὲ παπτύναντα παρήιον ——

auribus, oculiſque, ac genis, ſive maxillis ictus, vibiceſque a pugilibus incuſſos viciſſim & exceptos tradit: Πιθανεύεται δὲ ὅτω καὶ τὸ κατὰ τὰ παρειὰς χρῶσμα. εἰ μὴ γὰρ ἐκπλαγίασεν Εὐρύαλος τὰ κατὰ ςόμα καὶ ὀφθαλμὺς, εἰκὸς ἦν χρωσθῆναι, ὧν καὶ αὐτῶν ἐςοχάζοντο πάντως οἱ πύκται, καθὰ καὶ ὤτων. Ictus incutere hujuſmodi, nihil aliud quam ὑπωπιάζειν fuit, hoc eſt, *ſuggillare*. Suidas igitur quam optime, τὸ ὑπωπιάζω noſtrum, ſeu Paulinum potius, (quod certe reſtituendum ipſi Paulo exiſtimamus) ita explicat, ut ſit, ad laborem ſive continentiam athletico more, vel ſicut athletæ atque aſcetæ ſolent, cum ſcientia & prudentia exerceo, τυτέςι πρὸς ἄσκησιν αὐτὸ μετ᾽ ἐπιςήμης καὶ φρονήσεως γυμνάζω: qui auctor athletas atque aſcetas ſimul conjunxit in ἀσκήσεις [9], & cum luctatoribus & palæſtritis *in* ἀσκητικὸν. Hoc autem verbi quicquid eſt, ita nonnulli (ut de pœnitentibus ſive flagellatoribus, hodie frequentioribus, quam olim ſolerent in Gallia, & quos Joannes Gerſon jam ſuo ſæculo ſuggillabat, ſileam) accipiendum juxta propriam caſtigandi ſignificationem ſibi perſuadent, ut Beati Pauli exemplo contundendum ſibi verberibus & flagellis corpus, nec lividum modo, ſed vibicibus & ſanioſis plagis ſcatens debere reddi; atque ita ſua hic ſententia (ne alioqui ſeverius olim in altero ſæculo judicentur [10]) interim Deo quem læſere quadamtenus diſciplinæ cujuſdam peculiari exemplo ſatisfaciendum cenſeant, ſibique temporale ſupplicium iſta ratione ſumendum de ſe, vitandi æterni gratia, exiſtiment. Equidem cum intereſſe parum videatur, quo ſe genere quiſquam affligat; nudipedalibus (quorum Tertullianus [11] meminit) chameuniis, pervigiliis, xerophagiis, jejuniis, abſtinentiis, (quemadmo-

---

1 Excuſo ab Henr. Stephano col. 520. κορδύλη *tuber*: quo pertinet quod ille apud Terentium *Adelphis* leno, *colaphis tuber eſſe totum caput*, queretur. Suidas quoque, κορδύλη (ait πᾶν τὸ ἐξέχον καὶ συνεςραμμένον, &c.

2 Joh. Calvinus *ſubigo*.

3 Lib. IV. *adverſ. Hæret.* fol. 11. pag. 2.

4 In *Sermone* CLXI. fol. 402. Edit. Pariſ.

5 In lib. *de ſing. cleric.* fol. 530.

6 *Epiſt.* X. *de viduitate ſervanda*: *Apoſtolus macerat corpus ſuum & animæ ſubjicit imperio, ne quod aliis præcipit ipſe non ſervet*.

7 *Serm.* CCXLVIII. *de Tempore* fol. 394. Tomo X. & in lib. *de agone Chriſtiano* cap. VI. Tomo III. fol. 287.

8 Cap. XVIII. verſ. *Evang. ſecundum Lucam*, ubi neoterici eruditiores quipiam *obtundo* malunt ex *Amphitruonis* Plautinæ hoc loco: *Fatcor nam ſum obtuſus pugnis peſſime*. Addo Cicer. in II. *Tuſculanarum*, *ubi pugiles cæſtibus contuſi* (ait) *ne ingemiſcunt quidem*.

9 De hoc vocabulo ſcripſi ex aliis ad finem *Sermonis* proximi.

10 Juxta illud D. Pauli ex I. *ad Corinth. Epiſt.* cap. XI. verſ. 31. & 32. Auguſt. de verbis *Pſalmogr. Confitemini Domino*, cap. V. fol. 449. Tomo X. *Sævi in te, ut Deus intercedat tibi, & non damnet te*, &c. *puniendum eſt peccatum, aut a te, aut ab ipſo, ſi punitur a te, tunc punietur ſine te: ſi vero a te non punitur, tecum punitur*. (ſic malo pro *punietur*) Et *Serm.* XXXIV. *ex diverſ.* cap. XII. fol. 491. *Si tu te punire volueris, parcet ille. Qui autem bene agit pœnitentiam, ſuus ipſe punitor eſt, ſit oportet ipſe in ſe ſeverus, ut in eum ſit miſericors Deus*, &c. Braccharius in *Epiſt. ad Januarium* adjuncta libro Sixti tertii Pontificis *de caſtitate* impreſſo Romæ, fol. 235. *Præveni ultricis gehennæ ſæva tormenta, & ipſe tibi tortor exiſte, ut cum venerit nihil inveniat quod in te punire poſſit inimicus*, &c.

11 In *de Jejunio* ad finem, & cap. XI. *Apologet. adverſ. Gentes*. Meminit & Joſeph. lib. II. *Belli Judaici*, & Hier. *adverſus Jovinianum*: ſic Davidem cum pœnitentiam ageret cum metu fugiſſe, cum dedecore, cum luctu, operto (inquit *Scriptura*) capite & nudis pedibus incedentem, ex lib. II. *Reg.* cap. XV. a Salviano Maſſil. relatum lib. II. *de gubernat. Dei* reperias, fol. 56.

G. Tom. VIII.

dum olim apud Judæos Nazaræi) an potius verberibus, in manus Dei viventis (quod horrendum esse D. Paulus [1] prædicat) nolens incidere: dum se tamen ipse neque perimat, neque debilitet, ὁ γὰρ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν (ut legitur XXII. XXIII. & XXIV. *canone Apostolorum*) αὐτοφονευτής ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἐχθρὸς, καὶ ἐπίβουλος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς: sed fortis pugilis more, subjiciendum sibi in servitutem quasi quandam, ut imperata faciat lubens, aut invitus quoque τὸν ἔξω ἄνθρωπον καὶ παλαιὸν, (ut B. Paulus [2] nominat) *exteriorem veteremque hominem*, ita suggillet, plagisque ac ictibus domet [3] Id factum igitur corporis ad satisfaciendum Domino, sponte verberibus cædendi, sacræ Theologiæ magistris, duplicem afflictionem, alteram positionis, alteram privationis, constituentibus, ipsique adeo Ecclesiæ Catholicæ dijudicandum atque determinadum relinquimus. Hoc tamen dicimus, cum S. Leo Papa castigatis colluctationibus quæ sunt inter utramque substantiam alicubi [4] scripserit, animum (quem sub Dei gubernaculis constitutum, corporis decet esse rectorem) dominationis suæ dignitatem obtinere oportere: e priscis illis Theologis, plerosque verbum istud D. Pauli, ad macerandam atque domandam jejuniis carnem alioqui rebellem, & quæ nisi paret, imperat, (ut cum Horatio [5] velut ἐν παρῳδίᾳ loquar) frenisque ac adstrictis habenis, sicut equum mulumve in quo non est intellectus [6], compescendam referre maluisse, quo magis in posterum subjiciatur spiritui, quam ad exigendas de isto corpore (per quod magis animus peccavit) ob delicta præterita, pretioso illo Domini Jesu Christi sanguine per spem quæ non confundit, fidemque in ipsum veram, atque perfectam ex toto contrito corde pœnitentiam, nobis applicato, sic satis, imo prorsus absoluta, dudum expiata & deleta, sanguinarias pœnas.

Joannes quidem ille Chrysostomus [7]: Εἰ γὰρ καὶ δυστράπελος ἡ ἐπιθυμία, (inquit, illum D. Pauli locum ex professo interpretatus) καὶ ἡ τῆς γαστρὸς τυραννὶς, ἀλλ᾽ ὅμως αὐτὴν χαλινῶ, καὶ οὐκ ἐκδίδωμι ἐμαυτὸν τῷ πάθει, ἀλλὰ πάντα ὑπομένω πόνον, ὥστε μὴ παρασυρῆναι. μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ἀπραγμόνως με ταῦτα κατορθοῦν. καὶ γὰρ δρόμος ἐστὶ καὶ παγκράτιον ἡ φύσεως (sic lego pro καὶ φύσεως) τυραννὶς κατεξανιστάμενη, συνεχῶς ἐλευθεριάζειν βουλομένη, ἀλλ᾽ A οὐκ ἀνέχομαι, ἀλλὰ καταστέλλω καὶ ὑποτάττω μετὰ πολλῶν τῶν ἱδρώτων αὐτήν. Et placet quod paulo post adjicit, & ad id quo de agimus imprimis pertinet. Διό φησιν ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, οὐκ εἶπεν ἀναιρῶ, οὐδὲ γὰρ ἐχθρὰ ἡ σάρξ. ἀλλ᾽ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, ὃ δεσπότου ἐστὶν, οὐ πολεμίου· διδασκάλου, οὐκ ἐχθροῦ· παιδοτρίβου, οὐκ ἐναντίου. *Non dixit* Paulus *interficio, perimo, tollo, aufero, nec enim caro inimica; sed suggillo, & in servitutem dedo, subjicio, quod domini est, non hostis; magistri, non inimici; pædotribæ, non adversarii*. Costringere, ad domandum ventrem & corpus, habenas laxiores, eleganter Oecumen. exposuit, in *Glossis* ejus loci suis B fol. 439. Ἀλλὰ ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, οὐκ ἀφίημι φησὶ τῇ γαστρὶ καὶ τῷ σώματι τὰς ἡνίας, ἀλλὰ περισφίγγω αὐτὸ, καὶ ὑποτάσσω· τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ὑπωπιάζω καὶ δουλαγωγῶ, τουτέστι δαμάζω καὶ ὡς δοῦλον ἄγω. Et recte δαμάζω, ut ex illo versu Homer. apparet, quem superius [8] protuli: ubi tametsi πληγῶν fit mentio, nihil obest tamen quin ad jejunia itidem referantur ictus, verbera, plagæ; sicuti Epiphanius [9] cædendam, verberandam sive flagellandam jejuniis carnem ei præcepit, qui per angustum ostium affectat iter ad cœlum, his admodum verbis: Διὰ νηστείας τὸ σῶμα μάστισον· στενὴ γάρ ἐστιν ἡ πύλη, C καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν: quemadmodum etiam Isidorus Pelusiota νηστείαις τὸ σῶμα σωφρονίζειν in *Epistolis* [10]. Et vero jejuniorum cæstus recte dici demonstrabitur paulo post, adhibito Cassiani testimonio. Atque ista quidem juxta hoc *Joelis* Prophetæ scilicet verbis cap. II. expositum Domini præceptum: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Deum vestrum*: itemque istud Davidicum *Psalm.* XXXIV. *Judica Domine*, vers. 16. *Humiliabam in jejunio animam meam*: (quod proprie significare *affligebam*, & ab D isto vocabulum jejunium Judæos appellare תענית *taanith*, hoc est, *afflictionem* & *macerationem*, sicut *Esdræ* cap. IX. ab aliis animadversum didici) ac denique juxta illud ejusdem Prophetæ David alterum *Psalm.* LXVIII. *Salvum me fac*, vers. 14. *Et operui in jejunio animam meam*: quod ab ipsis ita explicatur, *Multis & magnis jejuniis me afflixi & maceravi*, non male: quamvis dici possit illud, *operui*, sic exponendum, ut suppleatur *cilicio*,

---

1 *Epist. ad Heb.* cap. X. vers. 27. & 31. φοβερὸν τὸ ἐμπεσεῖν εἰς χεῖρας Θεοῦ ζῶντος.

2 Apud quem *Epist. ad Rom.* cap. VII. vers. 22. *Eph.* cap. III. vers. 16. & 2. *ad Corinth.* cap. IV. vers. 16. agitur de interiore homine, sed & de exteriore hic quoque: at de vetere homine exuendo, induendo novo apud eundem *Epist. ad Rom.* c. VI. vers. 6. *ad Col.* cap. III. vers. 9. & *ad Ephes.* cap. II. vers. 15.

3 Hoc verbum esse pugilatitium isto Apollonii Rhodii de Amyco & Polluce, inter se pugillatu decertantibus, ostenditur testimonio, ex lib. II. *Argonaut.* sub initium:

—— οὐδ᾽ ἔλληξαν ἐπισταδὸν οὐτάζοντες
Ἔστ᾽ ἐπὶ οὐλοὸν ἆθμα καὶ ἀμφοτέρους ἐδάμασσε.

Sed ipsius etiam Homeri auctoritate comprobari potest, apud quem (*Odyss.* VI. sub initium) depugnaturus cum Iro Ulysses inspectantibus procis ita insit inter cætera:

—— ἀλλά με γαστὴρ
Ὀτρύνει κακοεργὸς ἵνα πληγῇσι δαμείω.

Et ubi de Epei pugillatu, *Iliad.* ψ. unde versum hunc *libro* I. aliam ad rem protulimus,

Οἵ κέ μιν ἐξοίσουσιν ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμέντα.

E quapropter Pindarus ipse athletas γυιοδάμας nominat, sicuti sub initium *libri* I. ostendimus.

4 *Serm.* IV. *de quadragesima*, unde sumpta *lect.* IV. *Domin. primæ, in quadragesima*.

5 *Ad Lollium* in extrema *epist.* II. *lib.* I.

—— *animum rege, qui, nisi paret,*
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena.

6 David. *Psalm.* XXXI. *Beati quorum*, vers. II.

7 *Serm.* XXIII. *ad cap.* IX. *Epist.* I. *Pauli ad Corinth.* fol. 170. vers.

8 Hoc ipso *cap.* in *Notis*, ubi *domandi* verbum F esse pugilatitium dico.

9 In *Physiologo* cap. XIII. *de serpente* fol. 51. lib. Antuerp. impressi apud Plantin. anno 1588.

10 *Epist.* CCXXIII *lib.* III. fol. 579. καὶ τότε μὲν νηστείαις τὸ σῶμα ἐσωφρόνιζον, νῦν δὲ τρυφαῖς σκιρτᾶν παρασκευάζουσι.

quo solebat caro a jejunantibus operiri, sicut *Esther* XIV. cap.[1] ac *Regum* lib. III.[2] & IV.[3] legitur. Anima enim, ut illis ex locis apparet, hic sumenda pro toto homine, atque adeo pro ipsius carne, aut corpore; sicuti aliis itidem Scripturæ sacrosanctæ locis[4]. Cilicium vero succinctorium fortean fuit, quale id quod religiosis quibusdam Monachis ac pœnitentibus in usu est e pilis caprinis contextum aut equinis, quod *Heram* vulgo nominant: cujus originem pœnitentiæ aut satisfactionis longius quam quisquam alioquin existimaret ab Adamo usque repetendam B Irenæus duxit lib. III. *advers. Hæres.* cap. XXXVII. fol. 146. pag. 2. quo loco, quare folio fici circumcinxerit se Adamus, differit: *Pœnitentibus autem largitur* (inquit) *benignitatem suam Deus. Etenim per succinctorium in facto ostendit suam pœnitentiam, foliis ficulneis semetipsum contegens, existentibus & aliis foliis multis, quæ minus corpus ejus vexare potuissent: condignum tamen inobedientiæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundens petulantem carnis impetum*, &c. Et: *Nunc cognosco* (ait) *quoniam sive dignus tali tegumento, quod delectationem quidem nullam præstat, mordet autem & pungit corpus.* Quem (opinione quidem nostra) singularem locum auditoribus togatis (cum ex occasione litis circa jus protimeseos pro Cadurcensi Carthusianorum familia, non minus æquo & pio quam favorabili judicio sive *Arresto* in ista Prætoriana Occitanorum Curia decisæ; in Carthusianorum Anachoretarum eo cilicio juxta Regulæ præscriptum plerumque utentium, angelicæ vitæ commendationem excurrissemus) publica & solemni facti jurisque partium enarratione, ac Senatusconsulti, rationumque quibus id niteretur potissimarum, uti mos est, recitatione peragenda nunc nuper[5] ostendimus. Ad istam corporis castigationem demonstrandam pertinere, quod Sacerdotes in sacris faciendis latera renesque stringunt atque alligant cingulo, Durandus Mimatensis[6] existimavit: sic admodum scribens: *Et renes fortiter cingulo stringuntur, ut castigetur corpus, & in servitutem redigatur, & impetus luxuriæ refrænetur.* Sed ceremonialis potius & mystica,

A (nolo enim adumbratam & imaginariam, ac multo minus fictitiam dicere) quam vera & cum re ac effectu castigatio ista est. Legitima vero (ut ita cum nostris Jureconsultis loqui liceat) justa & plena, jejunium: ut de cilicio nihil, deque chameuniis & nudipedalibus dixerim. De jejunio igitur eum Pauli locum interpretantur, B. Ambrosius imprimis, qui: *Castigare corpus, est* (ait) *jejuniis illud agere, & illa ei dare quæ ad vitam proficiant, non ad luxum: servituti vero subjicitur, dum non suam perficit sed spiritus voluntatem.* B. Hieronymus *ad Celantiam de institutione matrisfam.*[7] & item *ad Eustochium*[8] *de custodia virginitatis*, ubi: B *Repugnantem carnem* (ait) *hebdomadarum inedia subjugabam.* D. Ephrem beatos esse dicebat alicubi[9] continentes, *quoniam ipsos deliciæ paradisi manent: beatos qui corpora sua sponte afflixerunt, & in jejuniis atque vigiliis, quoniam cœlestis illis exultatio parata est.* Cassianus quoque lib. v. *Monast. Instit.* cap. XVIII. *Castigandi & servituti subjiciendi verbum* (inquit) *proprie ad continentiæ dolores & corporale jejunium atque afflictionem carnis pertinet: per hanc se pugilem quendam strenuum suæ carnis esse describens, nec in vanum adversus eam ictus continentiæ exercuisse designans, sed triumphum pugnæ mortificatione sui corporis acquisiisse,* C *quo verberibus continentiæ castigato, & jejuniorum cæstibus eliso, victori spiritui immortalitatis coronam & incorruptionis contulit palmam.* Hactenus ille. Cujus verba meditanti & expendenti mihi, & similiter ista Emiseni Eusebii de B. Joanne Baptista *Homil.* II. f. 290. p. 2. ubi: *Scivit quod non sufficeret eligentis gratia, nisi invigilaret collaborantis industria; sanctificatus est, & nondum tamen de sola Dei electione securus, sed nihilominus agonibus jejuniorum & laboris abstinentiæ atque justitiæ divinæ in se vota servare contendit*, videntur omnino Paulinam ea velut ob mentis oculos sententiam proponere, nostramque interea, D de verborum in eo Pauli loco translatione, a re agonistica sive athletica, opinionem prorsus asserere: ut post contusam & sugillatam jejuniorum cæstibus carnem, atque victoriam de ipsa, observatis athleticis sive asceticis continentia Christianæ

---

1 Ubi, *corpus suum humiliavit jejuniis.*

2 Cap. XXI. ad finem, ubi *cilicium a sacco* nominatim distinguitur: *Scidit vestimenta sua & operuit cilicio carnem suam, jejunavitque & dormivit in sacco, & ambulavit demisso capite.*

3 Cap. VI. ad finem, ubi, *Rex scidit vestimenta sua*, &c. *Viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.*

4 *Job* cap. XVI. quod etiam notavi ad fin. cap. IV. lib. III. *Semestrium*, & *Psal.* CXIX. *Ad Dominum*, vers. 5. *Multum incola fuit anima mea*, & cap. XV. lib. I. *Regum: Quodcunque dixerit mihi anima tua faciam tibi.* Itemque *Genes.* cap. XLVI. sæpissime & in *cap.* XVIII. quem locum recte inducit Theophylactus *adversus Apollinarem* perperam explicantem, illud B. Joannis, *καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, ut a parte, sive anima sive carne, totus homo intelligatur: eum videsis ad illa verba, ostendentem, *ὅτι ἡ γραφὴ ἀπὸ τοῦ μέρους πολλάκις ὀνομάζει τὸ ὅλον*, & similiter D. August. in lib. *de continentia* cap. IV. ubi inter cætera: *Quia & carne sola nominata intelligitur homo, quod jam ostendimus, sicut sola anima intelligitur homo*, & plurimos citat e *Scriptura* sacrosancta locos, in *Psal.* LV. *Miserere mei Deus*, vers. 5. *Non timebo quid faciat mihi caro*, id est, *homo*. Adde quod apud D. Paulum initio cap. XIV. *Epist. ad Romanos*, *πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω*, *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* At *Macchabæorum* lib. II. cap. VII. (*ubi ego autem sicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patriis legibus*) *anima* vitam aut carnem significat: ut apud Quinctilianum in *gladiatore*, *Declam.* IX. *Ergo si alienum & ignotum tamen hominem cibo forte juvissem, pœna dignum videretur servasse perituram animam & ignovisse rebus humanis.* E contrario *caro* pro *anima*, E vel potius pro *toto homine* apud B. Lucam in concione D. Petri cap. II. *Act. Apost.* vers. 17. ex Propheta *Joele* cap. II. *ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*, &c. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.*

5 Sub Natalitia anni 1592. *Arrestis* (ut vocant) generalibus.

6 In *Rationali divinor. offic.* cap. IV. ubi addit istud ex *Esaiæ* cap. II. de Christo: *Erit justitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus.*

7 *Epist.* XIV. *Operum* D. Hieron. quæ a nonnullis Paulino tribuitur.

F 8 *Epist.* XXII. col. 173. ubi tamen paulo post adjicit: *Non prius a pectoris cessare verberibus quam rediret Domino increpante tranquillitas: postquam clamans diem crebro junxisset cum nocte.*

9 Ad finem *Serm. de angustia, qua prem. anima*, fol. 164.

legibus, reportatam, agonothetæ nostro summo Deo nos vitamque nostram diuturno virtutis exercitio & morum sanctitate pollentem ac vigentem approbare tandem possimus, & in hoc & in alter potissimum seculo: sicut illi faciebant Monachi, quorum vitam Chrysostomus extollens *Homil.* quadam[1] *ad populum Antiochenum* ipsos jejuniis & humi stratis cubilibus, vigiliis, & sacco, & innumeris semetipsos modis domasse tradidit. Hoc erat illud B. Pauli τὸ δυλαγωγεῖν τὸ σῶμα: quod ipsum ut ab illo, sic & a Philone Judæo athletis alioqui saginatis, unctis & nitidis tribui περὶ τῶν μετανοιαζομένων, animadverti: ubi, εὐέκται μὲν γὰρ καὶ σφριγῶντες ἀθληταὶ τὸ δοῦλον ἐπιτετειχικότες τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, &c. Quam ad rem, diuturna, immo continua exercitatione opus fuisse, quoniam ipsius neglectu plurimi naturale ipsum robur amisissent, apud Stobæum *Serm.* CXX. ex *Antonii Collectaneis*, sive a Philone, seu potius a B. Chrysostomo in hæc verba traditum legas: Η συνεχὴς ἄσκησις ἐπιστήμης παγίαν ἐργάζεται, ὡς ἀμαθίαν συνέχεια; μέχρι γοῦν ἀθλήσεως ἄχρι καὶ τὴν ἐκ φύσεως ἰσχὺν ἐξέλυσαν.

CAP. XV.

Continua exercitatio athletarum. Gymnasia quando Romæ instituta. Lipsius ad Tacitum *notatus. Græco-stadium. De gymnasiis e Galeno, frictionibus, & lavationibus.* Ἀποθεραπεία. *Exercitationum variæ species. Lassitudo athletarum post immodica plerumque certamina, ut curaretur, aut præcaveretur.* Τέλειον γυμνάσιον, τὸ δι' ὅλης ἡμέρας, ὃ καὶ Κατασκευή. φυλάξασθαι *in* Notis. *Iidem xystis & balneis præfecti. Emendata vetus Inscriptio.*

EX quibus omnibus, multa multumque ac perdiu, & sine ulla pene intermissione athletas tolerasse constat in omni suæ vitæ ratione atque instituto, sed laborando potissimum & exercendo sese: sicut ex his itidem *Rescripti* nostri verbis, (*per omnem ætatem*) & ex eo etiam quod gymnasticam [illegible] eorum esse ait Hippocratem exponens Galenus *ad* III. *Aphor* fol. 222. qui per totam vitam in gymnasticis exercitiis versati, nullum aliud studium habuere, quam ut alios supplantarent & dejicerent, quales sunt athletæ: Τὴν τῶν αὐτὸ τοῦτο ἔργον πεποιημένων κατὰ τὸν βίον ἅπαντα διατριβὴν ἐν γυμνασίοις τοῦ καταβάλλειν ἑτέρους ἕνεκα, καθάπερ οἱ ἀθληταί. Item ex eo quod cum Pleistarcho Leonidæ filio advocatus quidem ridicula diceret, ipsum sic affatus ille fertur[2]: *Non cavebis hospes ne risum continenter captando ridiculus fias atque histrio; sicut qui continenter lucta*, vel alio quopiam genere, *in palæstra se exercent, evadunt luctatores*, aut alio ludi genere certatores & palæstritæ optimi? Οὐ φυλάξῃ ἔφη (ὦ ξένε) συνεχῶς γελοιάζων, ὅπως μὴ γελοῖος γένῃ; ὥσπερ καὶ οἱ συνεχῶς παλαίοντες, παλαισταί. Postremo ex eo etiam quod de vi & utilitate meditationis, sicut etiam exercitationis ad bonam corporis animique habitudinem atque constitutionem, Diogenes Sinopensis apud Laertium *lib.* VI. fol. 223. disceptans, ubi: Διττὴν εἶναι τὴν ἄσκησιν: docuit, τὴν μὲν ψυχικὴν, τὴν δὲ σωματικὴν, &c. οὐδὲν ἧττον εὐεξίας καὶ ἰσχύος ἐν τοῖς προσήκουσι γενομένης, ὡς περὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, subjunxit aliquanto post: Οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐξυχειρίαν τοὺς τεχνίτας ἀπὸ τῆς μελέτης πεποιημένους, τούς τε αὐλητὰς καὶ τοὺς ἀθλητάς, ὅσον ὑπερφέρουσιν ἑκάτεροι τῇ ἰδίᾳ πονήσει τῇ συνεχεῖ. Tibicines, ut & alios artifices, significans proprio & continuo labore utrosque præstantiores illis evadere, qui minus in eodem sese artificio exercuerint; (vim enim habere illud τῇ συνεχεῖ censeo, quo continuatam ac prope assiduam fuisse athleticorum laborum exercitationem ostenditur) ut mittam, quod hieronicarum quoque ipsorum immota virtus aliquando languesceret atque fatisceret, sicuti Sulpitia poetria[3] cecinit: non leve argumentum nobis suppetere adversus Guil. Budæum virum suo seculo ab omni literarum genere instructissimum arbitror; existimantem[4] palæstras exercendi & animi & corporis viribus accommodatas, Græcorum consuetudinis fuisse, non Romanorum; apud quos ephebia non fuerint, id est, loca pueris exercendis constructa. Nisi tamen (quando superioribus illis congruenter ita scriptum a Seneca *epist.* LXXXVIII. *Quid enim, oro te, liberale habent isti jejuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie & veterno sunt? An liberale studium istud esse juventuti nostræ credimus, quam majores nostri rectam exercuerunt, hastilia jacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant, quod discendum esset jacentibus*) quod ille ait, a Vitruvio, ut quidem reor, Pollione,[5] (quem sub Cæsare Julio & Octavio Augusto vixisse ferunt) sic accipiendum est, ut interim non neget athletas Græcia evocatos, Romæque exhibitos; quos etiam a veteribus Romanis tempore Strabonis (qui sub Augusto vixit) Ravennam mitti solitos, ut in æde salubriori commodius exercerentur, a Strabone ipso traditum lib. v. *Geograph.* sed tantum arte athletica sive agonistica pueros Romæ neutiquam institutos, ubi etiam gymnasia non fuerint, dicat. Nec enim Pompeii temporibus habuisse gymnasia Romæ libertum ipsius Demetrium existimare nos oportet: quamvis Cruserius & Xylander, eruditissimi alioquin Interpretes Plutarchi, locum hujus quempiam[6] ita reddiderint, ut in eo *Gymnasii* nomen appareat, sicuti postea commodius demonstrabitur *capp.* XXVI. & XXVII. ubi de oppidis ac civita-

1 *Homil.* LVII. col. 330. Idem de Monachorum vita multus est in *Homil.* LVI. & LVIII. quam plerique angelicam olim existimarunt, ut scripsi cap. XX. lib. III. *Semestr.* Sed verendum ne in meditationibus ad pietatem, Scripturarum intelligentiam, cultumque divinum paulo rariores, in exercitationibus istis corporalibus & castigationibus frequentiores, atque adeo etiam nimii, (contra præceptum illud D. Pauli *ad Timoth.* de quo ad extremum *cap.* XI. supra loquuti sumus) boni Patres illi fuerint: quod interea cum ipsorum pace bonaque venia dictum volumus.

2 Vide Plutarchum in *Apophth. Lacon.* fol. 411.

3 *Eglo.* quadam *de Edicto Domitiani*, unde verba proferam inferius, ubi de Achaia & antiqua Græcia.

4 In *Annot. ad d. l. athlet.* fol. 351.

5 Init. cap. XI. lib. v. *de Architect.* ubi nunc mihi videtur (tametsi non sunt Italicæ consuetudinis) palæstrarum ædificationes tradere explicate, & quemadmodum apud Græcos constituantur monstrare, &c. in quibus ephebei, & elæothesii, & frigidarii mentio.

6 In *Pompeii vita*, fol. 1170. Græci exemplar. a Stephano editi & in Latini fol. 515. ubi, *pulcherrima gymnasia hortique pretiosissimi erant, qui Demetrii dicebantur*, &c. non longe melius Interpres vetustior *diversoria* reddiderat, quicquid recentioribus in contrarium videatur in iis ad eum locum *Annotationibus*, quas idem Stephanus excudit.

tibus, in quibus olim essent gymnasia, disceptabimus. Nec sane ante Neronem ulla fuisse Romæ gymnasia, facile quispiam queat ostendere.

Ad hujus autem exemplum, qui primus Romæ fecit publica, Romanos quosque nobiliores in villis suis habuisse sibi & amicis privata, minime dubitari debet. Plinius adeo in villæ suæ descriptione [1] *ad Gallum Apollinarem* non modo cryptoportici, xysti, ambulationis, & gestationis in modum Circi, qua hortus includebatur, (hanc hippodromi nomine sæpius ab ipso designatam puto) verum etiam balnei & in ipso calidæ piscinæ, cellæ frigidariæ, baptisterii, unctuarii atque apodyterii commeminit: & ita quidem, ut huic superpositum fuisse sphæristerium referat, quod plura genera exercitationis pluresque circulos caperet. Sub Valentiniano sane ac Valente principibus Romanis, qui vixit P. Victor, is, etsi gymnasiorum ullorum in libro *de Regionibus Urbis* non meminit, Circos tamen octo vel novem, thermas XVI. balinea DCCCLVI. theatra tria vel quatuor, amphitheatra duo, ludos V. VI. aut VII. naumachias V. vel VI. stadia duo fuisse Romæ (gymnicis utique ludis ut puto exhibendis) memorat. Quamobrem Budæus ille omni veteris eruditionis laude illustrissimus de illo tempore sensisse (si verum amamus) existimandus est, quo nondum Romam ascitus mos Græci certaminis atque adeo gymnasiorum fuerat, quem sub Imperatoribus quoque vetustioribus jam inde a Nerone fuisse receptum, ex Tacito lib. XIV. *Annal.* aliisque historiæ antiquæ auctoribus [2] intelligitur. Nam quomodo Cajum Caligulam Dio [3] narrat, pugiles Drusillæ natalitiis dedisse scilicet extraordinarios, & e Græcia ascitos, sic Tacitus quidem lib. XIV. *Annal.* Nerone quartum, Cornelio Cosso, Coss. quinquennale ludicrum Romæ institutum fuisse retulit ad morem Græci certaminis, varia forma ut cuncta ferme nova: ubi quamobrem traductum Neapolitanis exemplum, clarissimus idemque mihi literarum & virtutis ergo tam charus quam ignotus alioqui Lipsius [4] velit, non video: nisi fortitan quod viciniores Neapolitani Romanis, quam Eleates. Ego didici, Græci certaminis nomine, Olympicum κατ' ἀντονομασίαν sive κατ' ἐξοχὴν significari ab optimo historico: suadet, immo persuadet, quod Neronis utpote Olympionicæ anathemata in templo Jovis apud Olympiam clypei XXV. cum coronis extitisse Pausanias auctor est *Eliacon* V. fol. 124. Aldini lib. Ἐν δὲ τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ ναῷ Νέρωνος ἀναθήματα, τρίτος μὲν ἐς κοτίνου φύλλα στέφανος, τέταρτος δὲ ἐς δρυὸς ἐστι μεμιμημένος; κεῖνται δὲ αὐτόθι καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ πέντε καὶ εἴκοσι, τοῖς ὁπλιτεύουσιν εἶναι φορήματα ἐς τὸν δρόμον: ubi quod ait de clypeis, qui a cursoribus armatis deferrentur, ad ea pertinere arbitror, quæ superioris *libri cap.* XXXIV. ad extremum disceptata sunt. Sane fuisse Romæ sub Nerone gymnasium, quod ictu fulminis conflagrarit, effigiesque in eo Neronis ad informe æs liquefacta sit, ab eodem Tacito lib. XV. *Annal.* traditur. Atque istius quidem gymnasii, in quo certamen quinquennale Neronianum appellatum celebraretur, ab ipso Nerone pro salute sua & æternitate imperii [5] constitutum, Xiphilinus in *Nerone* e Dione commeminit, in hæc fere verba: Ὑπὲρ δὲ τῆς σωτηρίας τε καὶ διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γὰρ που προέγραψεν) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας; καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν. Idipsum *Græco-stadii* nomine ab Antonino Pio restitutum, quod Diocletiani temporibus adhuc integrum extaret, Julius Capitolinus [6] memorat. Alexandrum Severum Imperatorem, post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dedisse, Lampridius narrat: agoni etiam præsedisse, & maxime Herculeo (gymnicum isto vocabulo significari *tractatu* primo admonuimus) in honorem Magni Alexandri. Stadium igitur Constantii Principis temporibus Romæ, itidem ut theatrum & Odeum fuisse, Ammianus Marcellinus lib. XVI. *Histor.* non obscure tradit: quo loco de locis Romæ publicis: *Et Urbis templum*, (ait) *forumque Pacis, & Pompeii theatrum, & Odeum, & stadium, aliaque inter hæc decora Urbis æternæ.* Quo autem stadium? nisi ad pueros, juvenes, viros athletas, cursu certe, si non etiam cæteris gymnicis agonibus inibi exercendos, si non ad consequenda sacris & lustralibus aliisve agonibus præmia, certe tamen constituendæ ac reparandæ frictionibus, (a quibus pædotribæ dicti) & item unctionibus, (a quibus aleiptæ ac iatraleiptæ, qualem suum Plinius Junior *ad Trajanum* scribens Harpocratem Alexandrinum fuisse memorat *epistol.* V. & XXII. *libri* X.) tum vero exercitationibus luctæ, ac disci, aut aliis, (a quibus & gymnastæ nominati) valetudinis gratia: qualia in publicis civitatum locis construi solita, Galenus ipse (qui sub Antonino Philosopho & filio ipsius Commodo floruit) auctor est; cujus hæc verba reperias in ὑγιεινῶν libris [7]: ubi duplicem τοῦ γυμνασίου significationem adfert: Εἰδ'

---

1 *Epist.* VI. *lib.* V. & *epist.* XVII. *lib.* II. Sic Isidor. lib. XV. *Origin.* cap. II. de locis publicis balnea & gymnasia eadem esse, quibus adjungit apodyterium & popinam: qua de re suo loco inferius agetur, ubi de hebeterio & ephebio.

2 Suet. in *Nerone* cap. XII. Vide quæ ab ipso & aliis scripsi de Capitolinis agonibus *lib.* I. sup. *capp.* III. & XXVI.

3 *Lib.* LVIII. e quo scripsi *lib.* I. sup. & cap. VI. lib. II. *Semestr.* ubi de cœnis variis.

4 *Comment. suorum in Tacitum* fol. 414. Edit. Antuerp. anno 1581.

5 Hac de causa susceptos ludos Neronem appellari maximos voluisse, postea vero quinquennale certamen instituisse, auctor Sueton. in *ejus Vita* capp. XI. & XII.

6 In *Anton. Pio*, ubi: *Opera hæc ejus extant Romæ, templum Hadriani honori patris dicatum, Græco-stadium post incendium restitutum, instauratum amphitheatrum*, &c. de Antonino Galen. *lib.* VI. ὑγιεινῶν, fol. 280. *Imperatorum quos ipse vidisset promptissimum ad corporis curam, brevissimis diebus occidente sole in palæstram ingressum, longissimis autem hora nona vel ad summum decima.*

7 *Lib.* II. sub init. fol. 232. Germ. exempl. vide & fol. 230. ubi: περὶ τῶν προσπαλαιόντων ἐν τοῖς γυμνασίοις, & περὶ παρασκευαστικῆς τρίψεως: & fol. 240. docet, quemadmodum ejusmodi exercitationibus utendum sit: Μήτε δι' ὅλης ἡμέρας, μήτ' ἐν ἄλλῳ καιρῷ τοῦ πρὸ τῶν σιτίων φυλάττεσθαι δήπου προσήκειν, καὶ τὸ μέτρον ἐπ' αὐτοῖς τῶν γυμνασίων, καὶ τὴν καλουμένην ἀποθεραπείαν, εἰ δὲ καὶ προανατειψάμενός τις αὐτάρκως ἐπ' αὐτὰ παραγένοιτο: νῦν μὲν ἀκριβῶς ἅπαντας ἔχειν τοὺς ἀριθμοὺς τῶν γυμνασίων. Vide & fol. 241. de scansione per funem, & postea ad finem illius pag. ostendit quid sit τὸ ἐκπλεθρίζειν, & quid τὸ πιτυλίζειν, sed & sub init. *lib.* III. fol. 245. omnis exercitationis probe peractæ postremam partem *apotherapiam* dici: sic fere, ἅπαντος γυμνασίου καλῶς ἐπιτελουμένου τὸ τελευταῖον μέρος ἀποθεραπεία καλεῖται.

ἤτοι μεῖζον, ἢ ἔλαττον, ἢ πυκνότερον ἀναγκασθείη τις ἀναπνεῖν ἐπὶ κινήσει τινὶ, γυμνάσιον ἡ τηλικαύτη κίνησις ἐκείνῳ γενήσεται. τοῦτο μὲν τὸ κοινὸν γυμνάσιον ὀνομάζεται· ἰδίᾳ δὲ ἀφ' οὗπερ καὶ τὰ γυμνάσια προσαγορεύουσιν ἅπαντες, ἔν τινι κοινῷ τῆς πόλεως οἰκοδομησάμενοι χωρίῳ, εἰς ὅπερ καὶ ἀλειψόμενοί τε, καὶ διατριψόμενοι, καὶ διαπαλαίσοντες, ἢ δισκεύσοντες, ἤ τι τοιοῦτο ἄλλο πράξοντες ἥκουσι.

Atque in iis quidem communibus gymnasiorum locis & præparatoriis ad exercitia juvenes usos frictionibus, molliendi corporis gratia, & post ipsam exercitationem frigida lavari solitos, paulo post ibidem Galenus docet: Τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ὅταν ἤδη μειράκιον ἡμῖν γίγνηται, τότε καὶ τῇ σκληροτέρᾳ τρίψει χρησόμεθα, καὶ ταῖς μετὰ τὰ γυμνάσια ψυχρολουσίαις, &c. τῇ δὲ παρασκευαζούσῃ πρὸς τὰ γυμνάσια τρίψει, σκοπὸν ἐχούσῃ μαλάξαι τὰ σώματα, τὴν μέσην σκληρᾶς καὶ μαλακῆς ἐπικρατεῖν χρὴ ποιότητα, & cætera quæ sequuntur: quibus ipsas quoque frictionum varietates, a materia, temporibus, locisque ac instrumentis percenset; at in his balnei, palæstræ, olei, pulveris mentionem facit: ac denique ostendit, post exercitia illa ejusmodi, juvenes frictionum illa portione quam ἀποθεραπείαν recentiores gymnastæ nominant, curari solitos, sicut ad illa frictionibus etiam præparari: quas omnes antecedentes illa scilicet aut subsequentes gymnasia, pristinæ symmetriæ, hoc est, proportionis sive mediocritatis gratia moderate adhibendas, præstantissimus Medicus docuit: Χρὴ δ' ἐπὶ πάντων, (ait) ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν ἀκριβῶς αὐτὸ φυλάττεσθαι συμμετρίαν· ὥστε, οὔτε σκληρῶς, οὔτε μαλακῶς αὐτὸ τρίψομεν, οὔτε πολλαῖς, οὔτε ὀλίγαις, ἀλλὰ μετρίαις ἀνατρίψεσιν αὐτὸ τρίψομεν· οὐδὲν πλέον ἐργαζόμενοι τοῦ παρασκευάζειν τε πρὸς τὰ γυμνάσια, καὶ αὖθις ἀποθεραπεύειν, ἐπειδὰν ἱκανῶς γυμνάσηται· καλείσθω γὰρ οὖν δὴ καὶ ἡμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς νεωτέροις γυμνασταῖς ἀποθεραπεία, τὸ μετὰ τὰ γυμνάσια μέρος τῆς τρίψεως. Hactenus ille, qui & inter exercitationes meras, quæ non essent opera, recenset has species aliquanto post: (quarum plerasque primo & superiore proximo *Sermone*, quoniam in lustralibus agonibus frequentius obirentur, attigimus, alias prætermisimus) Πάλην, παγκράτιον, καὶ πυγμὴν, καὶ δρόμοι, καὶ προσέτι τὸ πιτυλίζειν, τὸ ἐκπλεθρίζειν, τὸ σκιαμαχεῖν, τὸ ἀκροχειρίζεσθαι, τὸ ἅλλεσθαι, τὸ δισκοβολεῖν, καὶ διὰ κωρύκου, καὶ διὰ σφαίρας, ἢ μικρᾶς, ἢ μεγάλης, καὶ δι' ἁλτήρων, ἐκπονῆσαι τὸ σῶμα. Et postea: περὶ τοῦ ἀναρριχᾶσθαι διὰ σχοινίου, καθάπερ ἐν παλαίστρᾳ γυμνάζουσι τοὺς παῖδας, εἰς εὐτονίαν παρασκευάζοντες: tum περὶ ἁλτήρων & aliis exercitationibus quibusdam, de quibus sigillatim & accurate Mercurialis doctissimus in *Arte Gymnastica*: cujus me libri ad rei athleticæ istam commentationem aggrediendam impulerunt, ad consummandam animos fecerunt, simulque locis quamplurimis adjumento fuere maximo. Iis exercitationibus præsertim immodicis (quales fuisse athleticas auctore Celso diximus; nam athletas quidem interdum oportebat continuatis per totum diem laboribus decertare, quo absolutissimum illud exercitium, quod τέλειον & κατασκευὴν vocant, obire possent) lassitudo succedebat: quam si non arceri & vitari, retardari quidem certe præparato frictionibus corpore, ut minus exhiberet molestiæ atque offensionis, & vero cum adfuisset, eam *apotherapeia* illa (qua de actum est modo) curari solitam, frictionibus itidem post labores exantlatos adhibitis; ut in cætero exercentium sese, aut quovis modo defatigantium hominum, sic & in athletarum genere: de ipso Galeno didici, hæc admodum scribente *libro tertio* [1]: Ὁ δὲ ἴδιος τῆς ἀποθεραπείας σκοπὸς, ἐκκενῶσαί τε καὶ διακωλῦσαι τοὺς εἰωθότας ἐπιγίγνεσθαι τοῖς ἀμετρήτοις γυμνασίοις κόπους. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀθλητῶν ῥᾷον, ἤπερ σκαπτόντων, ἢ ὁδοιπορούντων, ἢ ἐρεσσόντων, &c. ἐπιμονώτερον οἱ κόποι συνίστανται, πλὴν εἴ τις ἀποθεραπείᾳ χρῷτο, &c. ὥσπερ γὰρ οὐδ' οἱ πλεῖστα πονοῦντες ἀθληταὶ, κατ' ἄλλο τι γυμνάσιον ἐφεδρεύοντα κόπον ἔχουσι, πλὴν τὸ καλούμενον ὑπ' αὐτῶν τέλειον· οὕτως οὐδ' οἱ βίον ἐλευθέριον ζῶντες ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζόμενοι, κοπιαθήσονταί ποτε, διὰ τὸ μηδ' εἰς ἀνάγκην ἀφικνεῖσθαι τοῦ τοιούτου γυμνασίου. τοῖς μὲν γὰρ ἀθληταῖς ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὡς ἂν παρασκευάζωσι τὰ σώματα πρὸς τοὺς ἐν τοῖς ἄθλοις πόνους ἀμέτρους, ἔσθ' ὅτε καὶ δι' ὅλης ἡμέρας γιγνόμενον γυμνάζεσθαί ποτε τὸ τελειώτατον ἐκεῖνο γυμνάσιον, ὃ δὴ καὶ κατασκευὴν ὀνομάζουσι· τοῖς δ' ὑγιείας μόνης ἕνεκα γυμναζομένοις, οὔτε χρήσιμον ὅλως ἐστὶν εἰς ὑπερβάλλοντας ἄγεσθαι πόνους. Quibus ex verbis in extremo id etiam apparet, duplicem usum atque commoditatem præbuisse illa gymnasia publica, apud veteres Græcos, vel ædificando athletarum robori, vel cæterorum, qui liberalius viverent, tuendæ sanitati. Itaque Galenus ipse [2] pædotribam, quatenus exerceret homines, gymnasticæ, qua vero palæstricam artem faceret, alterius professionis (quam ipse κακοτεχνίαν vocat & *catableticam*, sicuti cap. VI. lib. II. *Agonist.* ostendi) ministrum fuisse significat: quo loco: Αὐτὸς γὰρ ᾗ μὲν γυμνάζει τῆς γυμναστικῆς, ᾗ δ' ἀσκεῖ τέχνην παλαισμάτων, ἑτέρας αὖ τινός ἐστιν ἐπιτηδεύσεως· ἣν μὲν ἐγὼ ὀνομάζω καταβλητικήν. Et Plutarchus denique ab aleiptis athletas solitos etiam suis temporibus fricari, satis demonstrat ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγελ. fol. 225. quando, ut spiritum ad vires facere comprobet, jussos ab illis athletas tradit, ut fricationibus obniterentur, semperque se opponerent, & corporis partes inter inungendum atque contrectandum moverent: his admodum verbis: Ὅτι μὲν γὰρ ἰσχύειν δίδωσι τὸ πνεῦμα, δηλοῦσιν οἱ ἀλεῖπται· τοὺς ἀθλητὰς κελεύοντες ἀντερείδειν ταῖς τρίψεσι, καὶ παρεγκύπτειν, τηροῦντας ἀεὶ τὰ πλαττόμενα μέρη καὶ ψηλαφώμενα τοῦ σώματος. Propterea eosdem gymnasiis sive xystis præfectos, & simul balneis Augustalibus olim fuisse, legimus in vetusta quadam Inscriptione marmorea lapidis extantis Romæ [3]: cujus hæc verba sunt: M. Αὐρηλίου Δημητρίου ἀρχιερέως τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ διὰ βίου ξυστάρχου καὶ ἐπὶ βαλανείων τοῦ Σεβαστοῦ. Ἀλεξανδρέως Ἑρμοπολείτου παγκρα-

---

1 Sub init. fol. 224. lin. 7. Meminit etiam τοῦ τελείου γυμνασίου eodem *lib.* III. fol. 251. lin. 49. init. autem *lib.* IV. fol. 255. lin. 20. τῆς ὑγιεινῆς ἐπιστήμης οὐ φαυλότατόν ἐστι μόριον ἡ περὶ τὰ γυμνάσια τέχνη, ταύτης δ' αὐτῆς οὐ σμικρὰ μοῖρα τὸ φυλάξασθαι κόπους, ubi φυλάξασθαι non est *præcaveri*, ut vertit Linacer, sed *defendi*, hoc est, *arceri*, & *vitari*; ut locus indicat ille alter quem in contextum retuli ex d. fol. 245. Atque ita hoc verbum apud eundem Galenum accipi debet, in libro *ad Thrasybulum* πότ. ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 284. lin. 41. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τῶν γυμναστικῶν εὐεξίας ὅτι χρὴ φεύγειν τε καὶ δεδιέναι τὴν ἀκρότητα, &c. τῆς δ' ἁπλῶς λεγομένης εὐεξίας τῆς κατὰ φύσιν οὐχ ὅπως φυλάττεσθαι προσήκει τὸ ἄκρον, ἀλλὰ καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν.

2 *Ad Thrasybulum* circa finem lib. πότ. ἰατρ. ἢ γυμναστ. ἐστὶ τὸ ὑγιειν. fol. 300. lin. 12.

3 Vide in *Auctar. Inscript. veter. Smetianis* adjuncto per Just. Lipsium pag. 57. Edit. Antuerp.

τιασῦ περιοδονικ; παλαισῦ sic legendum pro ΠΑΛΕΙΣΤΟΥ) παραδόξε ὑὸς Μάρκος Αὐρήλιος Ασκληπιάδης ὁ & Ερμόδωρος, &c. ὁ ἀρχιερεὺς τῦ σύμπαντος ξυςῦ διὰ βίυ ξυςάρχης & ἐπὶ βαλανείων τῦ σεβαςῦ. Ideo etiam athletæ in illis ipsis gymnasiis proagones ibidem & in adjunctis (ut probabile mihi fit) stadiis agones subire ac dimicare soliti.

CAP. XVI.

De gymnasio Neroniano adversus Lipsium. Oleum ad quid præbitum. Athenæi locus de Antiochi Epiphanis editione ludorum expositus, notato Interprete; ubi de oleo præbito, cujus & in thermis usus, & in campestribus exercitationibus. Ad hoc allatæ Inscriptiones vetustæ. Album agonistarum apud Olympiam; Ἀπογράψαι, *a quo diversum* ἀναγράψαι, *in Notis. Editio nominis ac professio, ut ipsorum, ita tinctorum atque inunctorum in baptismo fidelium velut athletarum Christi. Clericorum quoque, sed orthodoxorum in Commentariis Ecclesiæ perscripta nomina: hæreticorum abolita. Scholarium nostratium matriculæ origo, ad Musæi Alexandrini album relata. Aristidis locus expositus, & item Lucilii atque Arriani. Album agonistarum & in musicis ludis. Ad ludos invitatio præconis voce ac tuba. Citatio agonistarum præconia: quo ea ordine fieret, item circumductio per stadium. Pindarus illustratus.*

AD Neronianum quidem gymnasium quod attinet, unde ista non inutilis (ut spero) futura processit oratio; in eo musicum non magis, quam gymnicum agonem fuisse, inde intelligimus, (contra quam visum Lipsio tamen) quod etsi coronæ citharœdis in eo pararentur, quas ipse princeps sine contentione atque victoria (id enim esse τὸ ἀνικεὶ pro ἀνικητὶ apud Dionem [1] sentio) usurparet sibi: in consecratione tamen ac dedicatione gymnasii, oleum Senatoribus & Equitibus gratuito datum, ex Dione Xiphilinus memorat: ad palæstram igitur cæterosque gymnicos ludos ἔλαιόν τε ἐν τῇ καθιερώσει αὐτῦ, (de gymnasio loquitur) καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι προῖκα ἔνειμε. Nam etsi oleum in congiario, sicuti frumentum populo præberi solitum non nego, id quod *ad* XIV. *annalem Taciti* Lipsius [2] ille noster docuit: ubi tamen gymnasii mentio ad gymnicorum ludorum usum ut referatur necesse est, quemadmodum illo Taciti quem dixi *loco*: cujus in eandem cum illo Xiphilini seu Dionis (quem Lipsius non citat) sententiam hæc verba sunt: *Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone, præbitumque oleum Equiti ac Senatui Græca facilitate.* Et Suetonii [3] pene gemina: *Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ more Græco triplex, musicum, gymnicum, Equestre, quod appellavit Neronia: dedicatisque thermis atque gymnasio, Senatui quoque & Equiti oleum præbuit.* Nisi forte in ipso gymnasio balneum fuit, in quo se abluti aqua, odorato deinde oleo fœdarent potius quam perfunderent, aut inungerent. Qua de re nihil manifestius hisce Philostrati de ipso Neronis facto verbis proferri posse ad illustrandos illos, quos de oleo Senatui Equitique concesso indicavi, locos existimo. Sic iste igitur eam historiam enarrat lib. IV. *de Apollon.* fol. 27. ubi de Demetrio philosopho: Ὁπότε γυμνάσιον μὲν ἐξεποιήθη τῷ Νέρωνι θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ, λευκὴν δ' ἔθυον ἐν αὐτῷ ἡμέραν, Νέρων τε αὐτός, καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ ἱππεῦον τῆς Ῥώμης. παρελθὼν δὲ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον διεξῆλθε λόγον καταλουμένων ὡς ἐκλελυμένων τε, καὶ αὐτοὺς χραινόντων καὶ ἐδείκνυεν, ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοιαῦτα. Nec absimiliter cum rescivisset Antiochus Epiphanes ab Æmilio Paulo Romanorum Imperatore in Macedonia ludos editos, & qui eum largitione operumque magnitudine superare vellet, in civitates Græciæ misisset ut apud Daphnem adesset, ludorum quos ederet ipse spectandi gratia. Conventus initio pompam deduci jussit, quæ ab Athenæo accurate ac diligenter refertur lib. V. *Deipnosoph.* sub initium in fol. 58. Aldini exempl. perfectos autem agonas variaque per triginta dierum spatium spectacula, quorum dierum primis quinque (sic malo, ubi Dalechampius Interpres vertit, *primis quinque postea*) omnes in gymnasio ex aureis arculis unguento crocino illiti sint, ab Athenæo traditur; & quindecim scilicet arculas illas fuisse totidemque & cinnamomini & nardini, similiterque sequentibus diebus illatum fuisse amaracinum, telinum, irinum, omnia odoris suavitate præstantia: Ἐπιτελεσθέντων δὲ τῶν ἀγώνων, (ait) καὶ μονομαχίων, καὶ κυνηγεσίων κατὰ τριάκονθ' ἡμέρας, ἐν αἷς τὰς θέας συντέλει, πέντε μὲν τὰς πρώτας ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκίων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ; ἦν δὲ ταῦτα πεντεκαίδεκα, καὶ κινναμωμίνυ τὰ ἴσα καὶ ναρδίνυ, παραπλησίως δὲ καὶ τῶν ἑξῆς εἰσεφέρετο τήλινον, ἀμαράκινον, εἴρινον, πάντα διαφέροντα τῶν εὐωδίαις, &c. Ad thermas denique usum olei commodum (si non necessarium) & præberi populo solitum, vel ista ex Inscriptione veteri [4] verba manifesto comprobant: L. Cæcilius L. P. P. Optatus, &c. missus honesta missione ab Imperat. M. Aur. Antonino & Aur. Vero Aug. At lectus ab his inter immunes consecutus honores Ædilitios II. vir. III. Flam. Romæ & Divorum Augustorum qui Reip. Barc...... Do, lego, darique volo, X. VIↃ. ex quorum usuris semissibus edi volo quotannis spectac. duellum die IIII. Iduum Iunii. Nequeat X. CCL. & eadem die ex * CC. oleum in thermis public. populo præberi, &c. Itemque ex ista [5]; L. Cæcilius. L. F. Cilo IIII. vir. A. P. Qui testamento suo H-S. N XXX. municipib. Comensibus legavit, quorum reditu quotannis per Neptunalia oleum in campo & in thermis & balineis omnibus quæ sunt Comi, populo præberetur, &c. Ubi animadverte oleum non ad thermas tantum & balneas, verum etiam ad campum; hoc est, ad campestres exercitationes atque gymnasia dari solitum: De legato juvenibus olei usu a Lycone philosopho, ad suam ejusque qui honore isto ipsum prosequeretur memoriam (sicuti debuit) celebrandam, ita Diogenes Laertius loquitur lib. V. *de Vita Philosophorum* in *Lycone*,

---

1 Ex quo Xiphilin. in *Nerone* fol. 158.

2 Citatis etiam Plinii verbis e cap. IV. lib. XV. *Natural. Hist. usum, ejus* (olei) *ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores in gymnasiis publicando.*

3 In *ejus Vita* cap. XII. qua de re vide locos a me adnotatos *capite* hujus *libri* superiore proximo, scripsi etiam *lib.* I. *capp.* III. & XXVI.

4 In lapide apud Barcinonem extante pro æde Divorum Justi & Pastoris: quam *Inscriptionum antiquarum* Smetii ordine tertio relatam videas, Editionis Antuerp. ordine tertio, fol. 157. nu. 11.

5 Quæ extat in templo vici Intemeani agro Comensi tabula lapidea earundem Smetii *Inscriptionum* ordine III. fol. 150. nu. 14. Literis ut illa superior majusculis exarata.

fol. 190. ut ad solitas athletarum in palæstra unctiones potissimum retulisse videatur; tametsi ad balneas thermarumque lumina pertinere si quis duxerit, minime forsitan peccarit. Nam ita inibi scriptum: Τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ ... ἀπόλυσιν καταχωρησάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις εἰς ἔλαιον χρηστιανόν, ὅπως ἡμᾶς ... τοῦ τιμήσαντος ... μνήμη γένηται διὰ τῆς χρείας αὐτῆ ἡ προσηκόντα. Xiphilinus in *Avito Pseudantonino*, quem ipse Sardanapalum, alii Heliogabalum nominant, Aurelii cujusdam Felicis athletæ meminit: ob cujus roboris præstantiam Elei tum Olympicis ludis luctatores in stadium citare supersederint, invidentes ipsi ne (quod dicitur) octavus ab Hercule pronunciaretur: quamvis in albo exhibendorum certaminum id quoque comprehendissent: Igitur Felicem Romæ utroque certamine victorem extitisse, quod antea nemini usuvenerat.

Ex eo autem hoc insuper addiscimus, ita Olympiæ album agonistarum fuisse propositum antiquitus, quemadmodum Romæ gladiatorum ad pugnam designatorum die muneris indicem palam proponi solitum libri *Semestrium* secundi cap. XI. docuimus. Verba in eam rem Dionis apud Xiphilinum fol. 349. omnino ista sunt: Ὁ δὲ Σαρδανάπαλος ... [illegible] ... Ὀλυμπ... ἀγῶ... Καπιτωλίῳ ... [illegible] ... ἀπογράψαντες ... [illegible] ... De professione nominis atque in album descriptione, sive relatione illorum qui gymnicis agonibus decertaturi essent, hunc insuper habeo Aristidis rhetoris locum init. *Orat.* I. περὶ ῥητορικῆς πρὸς Πλάτωνα, fol. III. ubi victoriam in illis eum reportasse scribit, non qui primus omnium nomen edi curasset suum, sed qui se qualem esse professus fuerat, talem factis ac re ipsa demonstrare potuisset, fortiter decertando scilicet: Ὁρᾶς δὲ ὅτι καὶ ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν οὐχ ὅστις πρῶτος τὴν ἀπογραφὴν ἐποιήσατο, οὗτος ἀπέρχεται νικῶν, ἀλλ' ὅστις οὐ τὴν ἀπογραφὴν πεποίηται ... τὴν πεῖραν ἄριστα ... καὶ ... πέλας. Et addit statim, victoriæ signum, hoc est, brabium seu præmium iis dari, non qui decurrere, aut alio genere decertare cœperint, sed iis qui perstantes in labore ac certamine accesserint ad agonothetas & Hellanodicas, a quibus præmia tribui superiore *libro* ad extremum docui: Sic enim ista interpretor, ὥσπερ καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἄθλοις (προστεθήσω δὲ ὅτι καὶ τοῖς αὐτοῖς πᾶσι) οὐ τοῖς ... ἀρξαμένοις ἔξεστιν ... τὸ σύμβολον, ἀλλὰ τοῖς παρελθοῦσι. Porro quemadmodum ἀπογραφῆς vocabulum eo Aristidis loco ad relationem agonistarum nominis in album pertinere censeo; sic & apud Epigrammatarium Lucillium [1], τὸ ἀπογράψασθαι ... lib. ... scriptum:

... τὸ γραψάμενος πύκτης ἀπόλωλεκε πάντα:

Quod tamen ab eruditissimo Brodæo ejus libri Scholiaste nequaquam advertitur. Sed nec ab aliis fortasse τὸ ἀπογράφεσθαι Ὀλύμπια, quod in eandem sententiam pronunciatum ab Epicteto videtur (mihi quidem) apud Arrianum in *Epicteto* lib. III. cap. XXI. περὶ Κυνισμοῦ: quo loco: Τηλικοῦτον πρᾶγμα ... ὅρα πῶς μέλλεις ἐγχειρεῖν; ἔσοπτρον πρῶτον λάβε. ἴδε σου τοὺς ὤμους, καταμάθε τὴν ὀσφύν, τοὺς μηρούς. Ὀλύμπια μέλλεις ἀπογράφεσθαι ἄνθρωπε. ... ἀγῶνα ψυχρόν. ... ἐν Ὀλυμπίοις νικηθῆναι ... ἐξελθεῖν, &c. quæ inferius proximo *capite* proponam: quo & istud Aristidis rhetoris ex *Hymno in Jovem* [2] pertinet: Δεῖ δὴ ὥσπερ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἀπογράψαντας ἑαυτοὺς, μὴ ἀναχωρεῖν, ἀλλ' ὁμόσε ἰέναι καὶ πειρᾶσθαι τοῦ ἀγωνίσματος. Nec tantum nomen agonistarum & patria, (sicut ex eo Heliodori loco percipitur, unde verba contulisse me in *cap.* XXIV. *lib.* I. ad extremum memini) sed etiam agonis genus quo quisque ipsorum esset decertaturus palam edi ac proponi solitum inde conjicio; quod sumpta metaphora ab ascetis, ubi de baptizatis in Christum ac perunctis a D. Ambrosio [3] agitur: *Venimus ad fontem*, (inquit) *unctus es quasi athleta Christi; quasi luctamen hujus sæculi luctaturus, professus es luctaminis tui certamina*. Nomen quidem a baptizatis aut baptizandis potius, veluti athletis quibusdam omne certamen in posterum pro Christo subituris, dari antiquitus solitum juxta Concilii Carthaginensis quarti *Canones* [4] (quod hodieque observatur, apud nos quidem, quicquid Glossator *Decreti* sentiat) vel ex eo intelligimus, Hincmari Rhemorum Archiepiscopi dicto in Concilio apud sanctum Medardum, quod Gratianus in *Decretum* suum cap. IX. *legum* 2. quæst. I. retulit sic fere: *Legum ecclesiasticarum auctoritas talis est, ut in causis gestorum semper scriptura requiratur, adeo ut qui ad sacrum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur*, &c. Cui & istud apponendum ex *Ordine Romano de officiis divinis* [5]: *Ut autem ad Ecclesiam venerint* (ait, sicut diximus) *quarta feria hora tertia scribantur nomina infantum vel eorum qui ipsos suscepturi sunt*; & Diaconus clamet, dicens: Catechumeni procedant. Et vocentur ipsi infantes ab Acolytho in Ecclesiam per nomina vel ordinem sicut scripti sunt; ita dicendo, Ille puer, & sic per singulos statuantur masculi seorsum ad dextram partem: Illa virgo, & sic per singulas statuantur fœminæ seorsum ad sinistram partem. Videtur & Clericorum nomen (qui quidem essent orthodoxi, ac in sanctissimo Ecclesiæ gymnasio exercerentur; ut in scamma etiam decertaturi cum opus foret ad Christiani nominis gloriam descenderent) in Ecclesiæ metropolitanæ vel patriarchatus Commentarios relatum: non etiam eorum, quorum sublesta fides esset ac dubia. Hoc e Zonaræ [6] verbis colligo, quibus ab Attico Patriarcha B. Chrysostomi nomen in Ecclesiæ diptycha relatum narrat quod nondum inscriptum fuisset, propterea quod Pater ille religiosissimus Origenista passim haberetur atque appellaretur: Οὗτος (inquit ille de Attico) καὶ τὸ τοῦ ἱεροῦ Χρυσοστόμου ὄνομα ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας διπτύχοις ἐνέγραψεν, μὴ πρότερον ἐγγραφέν. Ὠριγενιαστὴς γὰρ ὁ εὐσεβέστατος ἐκεῖνος πατὴρ ἐκαλεῖτο καὶ ἐνομίζετο. Idem

---

1 Lib. II. *Anthol* cap. I. εἰς ἀγωνιστάς epigram. I. Ἀπογράψαι autem ad relationem hieronicarum nominis & athlothetarum, itemque Olympiadum ordinis in commentarios publicos pertinet, sicuti ostendemus extremo *cap.* XXIII. inf.

2 In ipso init. fol. 97. pag. 2. Aldini libri, Latinæ autem Versionis a Cantero, fol. I.

3 Lib. III. *de Sacrament.* cap. II. unde verba superioris *libri cap.* V. protuli.

4 Cap. LXXXV. unde sumptus cap. LVIII. *baptizandi* apud Gratianum *de consecr.* distinct. IV.

5 Fol. 31. ubi, *de Ordine* vel *denunciatione scrutinii ad electos quod tertia hebdomada in quadragesima, secunda feria nunciatur*.

6 In *Theodosio Juniore* Tom. III. *Annal.* fol. 34.

Idem Zonaras Mongi Petri (qui magnæ Antiochenæ Ecclesiæ sedem mala ratione ac per vim occupaverat) tanquam hæretici nomen ab Euphemio Constantinopolitano Patriarcha orthodoxo e Commentariis deletum, ipsiusque loco nomen Felicis Papæ Romani orthodoxi repositum Anastasii principis temporibus, memorat: & insuper Acacium, cui & simul Zenoni (quod cum Petro illo Mongo Eutychis ac Dioscori sectam sequuto communicassent) dignitatis abrogatæ seu depositionis libellum miserat Felix, hujus nomen e Commentariis Ecclesiasticis abolevisse. Nam quo loco de Euphemio, Fravittæ in patriarchatu Constantinopolitano successore agit [1], viro sancto & orthodoxo: *Καὶ προέστη τῆς ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ὁ Εὐφήμιος, ὅσιος ἀνὴρ καὶ ὀρθοδοξότατος, ὃς τὸ τοῦ Μογγοῦ Πέτρου ὄνομα τὸν θρόνον τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας ἁρπάσαντος κακῶς, τῶν διπτύχων ἀπήλειψεν, ὡς αἱρετικοῦ ἀντενέγραψε δὲ τὴν Φήλικος κλῆσιν τοῦ Πάπα Ῥώμης ἀνδρὸς ὀρθοδόξου. καὶ καθαιρέσεως γράμματα τότε Ζήνωνος καὶ τοῦ Ἀκακίου, ὅτι τῷ Μογγῷ ἐκοινώνουν Πέτρῳ, τῆς Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου ὄντι αἱρέσεως, μάλιστα δὲ καὶ καθαιρέσεως λίβελλον στέλλοντος Ἀκακίῳ, διὸ καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὁ Ἀκάκιος ἐκ τῶν διπτύχων ἀπήλειψεν*. Nec aliter accipiendum, quod Euagrius lib. IV. *Histor. Eccles.* cap. XXXVIII. fol. 168. de sancta Oecumenica quinta Synodo verba faciens, Theodorum Mopsuestiæ Episcopum, ut vivum tanquam hæreticum damnatum, nomenque adeo ipsius sacris Commentariis exemptum, ita post mortem similiter judicatum fuisse, in hæc verba retulit: *Ἀναγνωσθεισῶν πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ Θεοδωρίτου, δειχθέντος δὲ ὡς καὶ πάλαι Θεόδωρος κατακέκριτο, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀπηλείφθη δέλτων, καὶ ὡς καὶ μετὰ θάνατον δέοι τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, Θεόδωρον μὲν ἁπάσαις (τὸ δὴ λεγόμενον) ἀναθεματίζουσι*, &c. Idem Zonaras [2] Justini Thracis Imperatoris Romani summe orthodoxi edicto & Chalcedonense Concilium ab omnibus coli & sexcentorum triginta Patrum qui huic interfuerant nomina, velut indubitatæ fidei ac pietatis Episcoporum in sacros omnium ecclesiarum Commentarios referri jussum, in hæc verba, quibus id (in quo versamur) antiqui moris vestigium atque monumentum prorsus illustratum reor, significat: *Ὀρθοδοξότατος δ' ὢν Ἰουστῖνος δόγμα ἐξέθετο, τὴν ἐν Χαλκηδόνι πάντας σέβεσθαι σύνοδον, καὶ τοὺς αὐτὴν συστησαμένους ἑξακοσίους τριάκοντα ἁγίους Πατέρας τοῖς ἱεροῖς ἐγγραφῆναι διπτύχοις πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν.*

Sane non in gymnicis modo, sed etiam musicis agonibus eorum nomina, qui præbituri spectaculum forent, in albo præscribebantur; sicuti de Nerone Suetonius [3] & ipse Dio tradidere: hujus quidem abbreviator Xiphilinus in *Nerone* fol. 176. his fere verbis: *Καίτοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι μὴ ὅτι ἰδεῖν ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα Αὔγουστον ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον, καὶ τὴν φωνὴν ἀσκοῦντα, μελετῶντά τε τινὰς ᾠδάς*, &c. Et similiter eorum qui se in Alexandrino museo atque gymnasio Musarum studiis dicarant, antequam in eo exercerentur, inscripta in album aliquod nomina inde colligo; quod Ægyptius Alexandrinus apud Æneam Gazæum in *Theophrasto* sub initium, de frigescentibus ac prope desertis sub Anastasio & Zenone philosophiæ ac literarum aliarum studiis, cum circenses & scenici apud Alexandriam ludi tunc etiam vigerent, conquestus, ita protulit: *Πάλαι μὲν ἦν τὰ καλά, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται· ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος· ὁ δὲ διδάσκειν οὐκ οἶδε τὸν μυσταγωγὸν ὑποκρινόμενος.* Nam tametsi non inficior illud *ἐγγεγραμμένος* figurate accipi posse, ut cooptatum in numerum auditorum ac discipulorum significet, magis tamen esse adhuc arbitror, id quod ante dixi, ut de inscriptione discipulorum nominis & in album relatione intelligatur, unde potius quam a militum numeris & matricula deducendum scholarium qui literis operam impendere creduntur, sive scholasticorum illam (quæ adhuc in Academiis sive Universitatibus nostratibus, in hac Tolosana imprimis, viget) matriculam beneficiis in vim gradus obtinendis & evocandis ab ordinario judice litibus tam civilibus quam criminalibus ad privilegiarium seu extraordinarium (qui Conservator Lutetiæ, Pictavis & aliis itidem plerisque hujus regni civitatibus nuncupatur) necessariam. Præterea in ipsis quoque curulibus agonibus, eorum qui equos certamini præberent, præscripta in albo illo nomina, verisimile arbitror: quos etiam subscriptiones in grammateio [4] quaspiam suis non alienis equis exhibitis, ac professiones facere debuisse *libro* primo ad finem *capite* III. tradidi. Præter album illud quod de futuro spectaculo atque antagonistis admonebatur populus, ad ludicrum illud a præcone insuper invitabatur, facto primum tuba per ipsum silentio, & quidem agonothetæ jussu qui certamini præsideret. Quo spectans Axitheus apud Æneam Gazæum in *Theophrasto* [5]: *Οἷον ἵππων ζεῦγος ἐκπεσόντος τοῦ ἡνιόχου συνταράττεται· ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνον τὸ πρᾶγμα· ὁ [illegible] ἀγωνοθέτης πρoὐπέδειξε τὰ γυμνάσια, καὶ ὅταν δ.[illegible] ἀγωνιστὴν ἀσκεῖν προεκήρυξεν*: qua de re ita Livius, [6] de Isthmiis agens: *Romam ad spectacula consederunt, & præco cum tubicine (ut mos est) in mediam arenam, unde solemni certamine ludicrum indici solet, processit, & tuba silentio facto ita pronunciat*. Itaque Statius Papinius, posteaquam de annuis agonibus gymnicis ad Surrentinum Herculem a Pollio institutis, ita cecinit lib. III. *Sylvarum* sub initium in *Hercule Surrentino*:

—— hic tibi festa
Gymnias insontes juvenum sine cestibus iræ
Annua veloci peragunt certamina lustro.

Placidarum & Graiarum tubarum ad extremum carminis mentionem facit; quibus ad eos ludos sacrificiis adhibitis (hos autem cum Olympicis, Pythiis, Isthmicis, & Nemeis comparat) agonistæ invitarentur scilicet:

Jam placidæ dant signa tubæ, jam fortibus ardens
Fumat arena sacris: hos nec Pisæus honores
Juppiter, aut Cyrrhæ pater aspernetur opacæ.
Nil his triste locis: cedat lachrymabilis Isthmos,
Cedat atrox Nemee, litat hic felicior infans.

---

1 In *Anastasii Imperio* sub initium, Tomo III. *Annal.* fol. 44. & 49.

2 In *Imperio Justini Thracis* sub initium, in fol. 48. Tomo III. *Annal.*

3 In *ejus Vita* cap. XXI. Vide & locum Suetonii in hanc rem a nobis allatum *lib.* I. ubi de sortitione agonistarum egimus.

4 De grammateio isto, vide si vacat quæ scribimus *cap.* XXVII. hujus *libri*.

5 Seu in dialogo qui *Theophrastus* inscribitur, edito ab And. Gesnero ann. 1559. pag. 19.

6 *Lib.* III. *decad.* IV. ubi de Philippo Macedone superato a Q. Flaminio & restituta Græciæ libertate.

Et postea:

—— Phrygioque e vertice Graias
Addidit Misenus tubas, etc.

Tubæ igitur [illegible] in spectaculis atque in castris locum fuisse Pl[illegible] ad *Macrinum* scribit lib. II. *Epist.* in princ. *epist.* cujus initium, *Heri a senatu*: quo loco: *Qui nunquam in acie steterunt* (ait) *nunquam castra viderunt, nunquam denique tubarum sonum nisi in spectaculis audierunt.* Floralis etiam tubæ, cujus in comicis utique ludis usus fuerit, apud Juvenalem mentio his versibus:

Atque omnes implet numeros dignissima prorsus
Florali matrona tuba, nisi si quid in illo
Pectore plus agitat, veræque paratur arenæ.

Apud nostros Tolosates poetici agones, de quibus paulo post latius disseretur, quindecim minimum diebus antequam committantur, solitis vicis atque compitis totius urbis per præconem ac tubicinem pronunciari solent, ut ad præmia consequenda de se periculum facturi scilicet invitentur. Ab eodem præcone citabantur olim agonistæ suo cuique ordine, quem sors dederat scilicet, secundum ea quæ de sortitione athletarum differens lib. I. *Agonist.* capite XXIV. exposui, allato in cæteris Heliodori testimonio; ex quo cursores in ipsis carceribus, dum tubæ signum daretur, ad cursuram incundam expectasse, intelligitur. Citatos a præcone ad certamen antagonistas, cum illud Dionis indicat quod appinxi modo, οὐδὲ ἐκάλεσαν ἐς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα, tum hoc quoque (ut ea prætermittam, quæ *libro* superiore ad extremum noni *capitis* attuli) quod Atheniensis hospes apud Platonem ita protulit lib. VIII. *de Legibus* fol. 833. Σπάδιο δρομεῖς δὴ πρῶτον ὁ κήρυξ ἡμῖν, καθάπερ νῦν ἐν τοῖς ἀγῶσι παρακαλεῖ. Ex quo etiam colligas non male, primos omnium vocatos ex athletis cursores, postremos vero quos gravioribus agonibus decertare oporteret: qua de re ad extremum *Sermonis* seu *libri* primi *capite* XXX. e Philostrato, Heliodoro atque Pausania, sed e Sophocle potissimum egisse me recordor: a quo insuper hoc discas, sequenti die post gymnicos statim ab exortu solis, curules seu equestres ludos (quibus de celeritate equorum certamen foret) Delphicis seu Pythicis agonibus exhibitos: nam ubi de Oreste qui [illegible] vicerat loquens inducitur Pædagogus, subjicit inter cætera hoc quoque, *Electra*, fol. 112. exempl. a Steph. excusi:

Κεῖνος γὰρ ἄλλης ἡμέρας ὅθ' ἱππικῶν
Ἦν ἡλίου τέλλοντος ὠκύπους ἀγὼν
Εἰσῆλθε πολλῶν ἁρματηλατῶν μέτα.

Rursum a præcone illo hieronicas, & renunciatos, superiore lib. II. *Agonist.* capp. XII. & XIII. ostendimus, & per mediam arenam circumductos ad ostentationem credimus, atque hoc potius videri Pindarum ipsum annuere, ubi de Epharmosto Opuntio palæstrita victore in Marathoniis lu[illegible], *Olymp.* ode V. strophe IV.

Φωνῇ δ' ἐξίμεραι δόλῳ.

(artem palæstricam intelligit, de qua ad Aristotelici loci castigationem a me *tractatu* primo *c.* XIII. XIV. XV. copiose satis actum esse memini: nam dolus alioqui circa gymnicos quidem agones in reprehensione non in laude positus apud Veteres fuit, sicuti *cap.* VIII. attigi, & vero apertius, faciente Domino, paulo post *cap.* XIX. indicabitur)

Ἀπτῶτι δαμάσας
Διήρχετο κύκλον.

(arenæ orbem caveam, & scamma, in quo depugnabatur, aut interiorem totius amphitheatri seu stadii regionem significat)

Β[illegible] [illegible] ἐὼν κ̀
Κ[illegible] [illegible] ῥέξας. ——

CAP. XVII.

Athletarum probatio, quæ ἔγκρισις καὶ ἀπόκρισις *Aristidi, ac Philoni. Qui inter athletas non recepti. De servis notatus error auctoris librorum* de Re Gymnastica, *illustrato Ulpiano. Servile monomachorum certamen Aricinum. Athletica vitæ ratio illiberalis. Aristotelis locus expositus. Athletæ servilibus verberibus nonnunquam coerciti, ut vitibus milites Romani, & apud ipsos extranei milites fustibus. Servi in athletarum numerum non allecti: Æschine in eam rem expenso. E Dionysii Halicarn. loco tria menda sublata. Libertini admissi inter athletas & simili ratione in Christianis ascetis; licet inter Martyres nulla conditionis, sexus, ætatis, differentia ex Theodoreto, (qui emendatur in* Notis*) tamen inter Clericos & Monachos præterquam invitis patronis: servilis adscriptitiæ vel colonariæ conditionis homines, ne volentibus quidem dominis, inter istos antiquitus recepti. Sed e posterioribus Justiniani* Constitutionibus, *non volentibus modo verum etiam ignorantibus dominis, inter Monachos allecti; & quidem ita ut per monachismum dominica potestate post certum tempus liberari possent, quandiu tamen in monasterio permanerent: a quo vel a clero eos retrahendi jus dominis eo casu perpetuum esse Leo philosophus & Imperator constituit. Veteris* Constitutionis *nomen in Leonis atque Anthemii* Rescripto. *Notatus in* Notis *Balsamon apud Photium. De probatione personarum ad baptismum accedentium: & septem scrutiniis ex* Ordine Romano; *unde macula fortean eluitur, in* Notis.

PORRO de cætero examine ac probatione athletarum tam circa natales, quam bonos mores, atque honestam vitæ nulla infamiæ macula & labe aspersæ rationem, de qua superius aliquanto *cap.* XIII. hujusce *Agonist.* III. sermonem instituimus, hoc & a M. Tullio (subobscure licet) in libris *de Officiis* lib. I. cap. *Talis igitur*, ubi athletarum quoque probationis injicitur mentio, hisce pauculis verbis attingitur: *Bene Pericles cum haberet collegam in prætura Sophoclem poetam, hique de communi officio convenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, o puerum pulchrum Pericles! At enim* Pericles, *prætorem, Sophocles, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Atque hoc idem Sophocles, si in athletarum probatione dixisset, justa reprehensione caruisset: tanta vis est & loci & temporis.* Ad istam athletarum qui depugnandum in sacris agonibus haberent disquisitionem atque approbationem ab agonothetis, aut ab Hellanodicis, forsitan etiam ab utrisque fieri solitam; præter Luciani verba illa, quæ cum de Olympionicarum statuis ageretur, præter eum περὶ τῆς τῶν ἀθλητῶν ἐγκρίσεως Aristidis rhetoris locum ἐκ τοῦ συμβουλευτικοῦ περὶ τὰ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν, quem de pœnis & mulctis athletarum disceptans exhibui *lib.* I. *cap.* XXI. ad finem: ejusdem rhetoris alterum istum ex *Oratione pro quatuor-Viris*, quæ *communis defensio*

inscribitur [1], equidem refero: Επεὶ καὶ τοῦτο ἔμοι γε θαυμαστὸν καὶ θεῖον φαίνεται τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας (ait, de Platone loquitur) τὸ μὴ πᾶσιν εἰκῇ συγχωρεῖν ἐπικεκινδυνευκὸς, ἀλλ' ἔκκρισιν εἶναι τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰς φύσεις ἐξετάζεσθαι. οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς εἰς αὐτοὺς ἔγωγε νομίζω καταλύειν τὸ τῶν Ολυμπίων, οὐδὲ ἀτιμάζειν ὅτι οὐ πάντας ῥᾳδίως προσίενται τοὺς τοιούτους ἀγωνιστὰς ἀλλὰ πρόκρισίν ἐστιν οὐ ταυτὸν, ἀλλά μοι (sic enim Interpres quoque pro ἀλλ' ὅμοι legit) καὶ μειζόνως αὔξειν δοκοῦσι καὶ κοσμεῖν τὸν θεσμὸν τῷ τοσοῦτον ἅπασι περιστάναι τὸν φόβον, καὶ τῷ τὰ πάντα ἀξιοῦν εἶναι τὰ (lego τὸ) παρὰ σφίσι κηρυκεύεσθαι, τὰ μὲν ἀποδύντα τὴν ἀρχὴν (ἀχλὺν Interpres legit) ὀφθῆναι. Ubi quod Canterus ita vertit; *nec enim Olympicum abolent aut despiciunt morem, cum non omnes admittunt facile nisi præjudicatos*: pro *nisi præjudicatos*, mallem cum Cicerone dixisset, *nisi antea probatos*. Ad istam vero probationem hoc insuper Philonis verbum περὶ τῶν μετονομασθέντων, pertinere censeo: Η γὰρ προσηγορία τῆς Μαδιὰμ μεταληφθεῖσα ἐκκρίσεως ὀνομάζεται, διττὸν δὲ τοῦτο· δηλοῖ γὰρ τὸ μὲν ἔκκρισιν καὶ ἀπόκρισιν, ἣ καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας λεγομένους εἴωθε συμβαίνειν, μύριοι γὰρ ἀνεπιτήδειοι φανέντες ἤδη πρὸς τῶν ἀθλοθετῶν ἐξεκρίθησαν. Exemplo illo athletarum, qui ex agonisticis legibus approbare se Hellanodicis & athlothetis, & ex epistatarum, gymnasiarchorum, pædotribarum præscripto vitam instituere debebant, seque rite exercendo ac legitime perfectionem athleticam assequi studebant, Monachis quoque justis ac legitimis ascetis hanc unam scilicet formam in tota vitæ ratione ad perfectionem tendentibus probationem ac præceptionem præpositi sui tenendam, Isidorus Pelusiota *epist.* v. *ad Nilum lib.* I. docuit: Τύπος ἡμῖν ἔστω (inquit) καὶ χρείας ἁπάσης, καὶ ἐξαιτῆς, καὶ τελειώσεως ἡ τοῦ προεστῶτος δοκιμασία καὶ κέλευσις. Ad examen sane probationemque recipiendorum inter athletas illam, de qua sermo institutus, hoc denique pertinet, quod D. etiam Chrysostomus [2]: *Noli ergo istos (inquit) athletas extrinsecus considerare, sed ingredere sensu rationabili, ad interiorem eorum habitudinem*, &c. *nihil de ætate, vel modica vel extrema ab effectu certaminis impeditur*, &c. *Quando etiam mulieres expeditæ ad prælia concurrunt, & illustres coronas adeptæ sunt. Nam illi extranei nobis, id est, mundani agones, & ætatis & formæ & generis dignitatem requirunt; unde & servis, & mulieribus, & senibus, & pueris ad eos aditus denegatur.* Ubi quod de pueris ait, accipiendum de illis qui valde absunt a pubertate, quando pueros etiam in sacris agonibus decertasse, ipsisque ut hieronicis coronas & statuas olim decretas, ante docuimus. Et quod ait de servis, tum hoc loco, tum illo altero quem superius attuli, sicuti Cassianum quoque de probatione athletarum differentem scribere ostendi, satis manifestum Mercurialis alioquin doctissimi errorem facit cap. III. lib. I. cap. X. lib. II. *de Arte Gymnastica*, de Lampridio in *Alexandro* & Pausania *Eliacis*, (ubi tamen hoc minime omnium traditur) non minus servos quas ingenuos antiquitus in cursus certaminibus contendisse colligentis: cum tamen ea res adeo servilis non fuerat, uti de athletis, eorumque immunitate ac privilegiis crebra in Jure nostro, nulla prorsus athletarum servorum fiat mentio: & Senatorem quoque Romanum Olympicis ludis ætate Pausaniæ (qui sub Adriano & Antonino vixit) decertasse ac Olympionicen fuisse, sibique honori duxisse istud, adeo ut ejus memoriam extare imposterum voluerit, ipse Pausanias memoret *Eliacon.* I. fol. 131. sic fere: Συνέβη δὲ καὶ ἄλλο κατ' ἐμὲ, τοιόνδε ἀνὴρ βουλῆς τῆς Ρωμαίων ἀνείλετο Ολυμπικὴν νίκην. ἐθέλων δὲ ὑπολείπεσθαι τῆς νίκης ὑπόμνημα χαλκῆν εἰκόνα ἐπίγραμμα τι ὤρυσσεν ἐς ποίησιν βόθρου. Et vero quid manifestius ad illud quo de agimus comprobandum, de servis nempe ad certamen publicum non admissis antiquitus, quam quod ab Ulpiano ipso nostro [3], de colluctatione, pancratio & pugilatu sermonem agente, & si alius alium in publico certamine occiderit, legem Aquiliam cessare definiente, (quemadmodum VII. hujus *Agonistici* tertii capite ostendimus) in hæc verba subditur: *Hoc autem in servo non procedit*, (inquit) *quoniam ingenui solent concertare: in filio vulnerato procedit. Plane si cedentem vulneraverit, erit Aquiliæ locus; aut si non in certamine* (publico scilicet, ut ante loquutus fuerat, & quæ sequuntur etiam exigunt) *servum occiderit, nisi domino committente* (id est, servum ad pugnam comparante cum alio antagonista sive libero, sive servo extra locum publici certaminis) *hoc factum sit: tunc enim Aquilia cessat*. Apud Italos quidem unum fuisse publicum pugilumve aut gladiatorum potius certamen Dianæ sacrum ac dicatum; ad quod Principis etiamnum Adriani temporibus solos servos, qui a dominis aufugissent, Aricini admitterent, victoremque ipsi Deæ devoverent, atque sacerdotem inaugurarent, a Pausania, qui ad ea tempora pervenit quibus id certamen ita exhiberetur, esse literis commendatum [4] in hæc verba reperio: ubi de Hippolyto, qui ab Æsculapio adversus Thesei patris diras & imprecationes excitatus apud Ariciam regnaverit, ibique delubrum ac fanum illi Deæ nemorensi (de qua extremo capite primo *Semestrium* tertii diligenter actum est) condiderit: Ο δὲ ὡς αὖθις ἐβίω (inquit) οὐκ ἠξίου νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ ὑπεριδὼν τὰς δεήσεις, ἐς Ιταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Αρικιεῖς, καὶ ἐβασίλευσέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Αρτέμιδι τέμενος· ἔνθα ἄχρις ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλα ἦν, καὶ ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ τὸν νικῶντα. ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προσέκειτο οὐδενὶ, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. Sed hujus rationem nullam Jurisconsultus habuit, propterea quod jam tum desiisset sub Caracalla & Alexandro Severo Impp. vel potius cum istud servile ac fugitivorum certamen foret in Italia unicum atque singulare, in quod liberi homines minime descenderent; apparet satis, non fuisse quamobrem de ipso ille (qui sciebat ad ea jus aptandum esse quæ frequenter & facile, non quæ perraro eveniunt, *l. nam ad ea. D. de legib.*) Jurisconsultus ageret. Plane isto casu legi *Aquiliæ* de damno injuria dato locus esse ob servum occisum non potuit; utpote a domino nisi civiliter non possessum, interversa per fugam naturali possessione: non obligato potissimum altero servo, ne naturaliter quidem aut e jure gentium; si in singulari certamine licito ac recepto, sive religionis, sive gloriæ aut virtutis ergo, non injuriæ causa vulnus aut cædem adversa-

1 Εν τῇ κοινῇ ἀπολογίᾳ in fine in fol. 159. pag. 2. Latinæ autem Versionis a Cantero, fol. 507.

2 In *Homil. de nativitate septem Maccbab.* pag. 1422. quam utinam cum cæteris sancti antistitis *Operibus* Græcam publicassent qui e Græcis Latina facta dare voluerunt.

3 *L. qua actione* 7. §. *si in colluctatione. D. ad l. Aquil.*

4 *Corinthiacis*, fol. 69. Editionis Wech. ann. 1583. unde scias explicandum istud ex *Hercule Surrentino* Statii Papinii lib. III. *Sylvar.*

Jamque dies aderat, profugis cum Regibus aptum
Fumat Aricinum triviæ nemus & face multa
Conscius Hippolyti splendet lacus.

rio gladiatori neutiquam cedenti, neque victum se fatenti, cum illi inculpatæ tutelæ moderamine, intulerit. Interea non nego, quin minus liberale quidpiam ac propemodum servile habuerit athletica ratio & vita, illis quas ante memoravi circa ἀναγκοφαγίαν, abstinentiam, solis æstus, doloris & immodici laboris certo alicui exercitio, non magis ad valetudinem conducibili, devoti atque addicti, perpessionem, aliisque agonisticis legibus subdita & astricta: quamobrem huic liberalem vitæ rationem Galenus ipse adversam fecit sub init. *lib.* III. ὑγιεινῶν, fol. 245. quo loco: Ὥσπερ [illegible] ἀθληταὶ κατ' [illegible] πλὴν τὸ καλὸν [illegible] ἐλευθέριον ζῶντες [illegible] γυμναζόμενοι κοπιαθήσονται ποτε, &c. postremum, ita uti dixi adhibita moderatione quadam exponendum Aristotelem lib. VIII. *Politicon* cap XVI. & ultimo fol. 212. Francofur. impress. ubi περὶ [illegible]: quo loco, τὰς ἐλευθέρας [illegible] manifeste separat, ut adversos facere videatur; de statu valetudinis ad liberos suscipiendos apto disceptans, sic fere: Πεπονημένην [illegible] δεῖ [illegible], πεπονημένην δὲ πόνοις μὴ βιαίοις, μηδὲ πρὸς ἕνα μόνον, ὥσπερ ἡ τῶν ἀθλητῶν ἕξις, ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν ἐλευθέρων πράξεις. Illud affero ne Galenum quidem nedum Aristotelem eos qui in sacris agonibus decertandum haberent, aut alios etiam gymnicis ludis deditos athletas conditione servos existimasse. Verum propter athleticum illud vitæ institutum, non æque sui juris aut liberos in exercitationibus subeundis fuisse, ut illos, qui valetudinis gratia dumtaxat in gymnasio & palæstra versarentur, neque se athleticarum legum necessitate sponte ipsi subjecissent: cum athletas qui legibus certaminis non obtemperassent, & servilibus interdum verberibus coercitos Dionysius ipse Halicarnasseus eo loco ex *Protreptico ad athletas*, fol. 43. quem *lib.* I. indicavi, manifestum his verbis (ut opinor) faciat: Ἐν ᾧ τινὰ πάντα [illegible], μάστιγες, ὕβρεις, [illegible], [illegible] ἐλευθέρων, &c quod ipsum Galenus [1] significavit, quo loco a fassa sagina vitam athleticam in reliquis similem hoc solo distare ait, quod laboribus nimiis exerceantur athletæ, inviti cibo se expleant, & nonnunquam tergum vitibus lacerari sibi patiantur. [illegible] πλὴν [illegible] ἐσθίουσιν, [illegible] ῥοδοδάφναις [illegible] τὰ νῶτα διαχνιαίονται. Ex quo Galeni dicto, explicari oportere sentio, quod de athletis Olympiacis agens Epictetus apud Arrianum *lib.* III. *cap.* XV. ὅτι δεῖ περιεσκεμμένως ἔρχεσθαι πρὸς ἕκαστα, deque ipsorum adstricta vitæ ratione, laboribus, patientia, castigatione; verbum μαστιγωθῆναι (per catachresim fortasse) flagellatum aut verberatum esse usurpavit. Ex eo insigni (ut videtur) loco hæc omnino sunt, quæ cum ad confirmationem & illustrationem eorum, quæ de vita & patientia athletarum sex fere primis hujus *Agonistici* tertii capitibus protulimus, admodum faciant, ideo prætermittere non possum: Θέλω τὰ Ὀλύμπια νικῆσαι. [illegible] (inquit) [illegible] ἐν καύματι, [illegible] ἐτυχεν ἀπλῶς, [illegible] ἐπιστάτῃ. [illegible] μαστιγωθῆναι [illegible] ἐσθ' ὅτε νικηθῆναι. [illegible] ἐπὶ τὸ ἀθλεῖν. Item ex altero ejusdem *libri* loco [2], de illis ipsis Olympiacis athletis in eandem sententiam hæc omnino ad idem argumentum etiam relata: Οὐκ ἔστιν ἐν Ὀλυμπίοις νικηθῆναι μόνον καὶ ἐξελθεῖν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὅλης τῆς οἰκουμένης βλεπούσης δεῖ ἀσχημονῆσαι, [illegible] δαρῆθναι δεῖ [illegible] ἐξεννοῦντα, [illegible] τὸ δαιμόνιον. [illegible] Ubi animadvertendum δαρῆθναι ab Epicteto nuncupari, quod antea μαστιγωθῆναι dixerat: eoque nostram illam interpretationem illustratam atque confirmatam esse. Ac de verberatis quidem athletis, scenicis, aurigis sive agitatoribus, aut etiam spectatoribus, a gymnasiarchis, Hellanodicis, agonothetis, ob non servatas certaminis leges, [illegible], agone pulsis, aut aliter punitis, *A*[illegible] tomi cap. XIX. abunde, adhibitis Platonis, Dionis, Chrysostomi, Pausaniæ, Philostrati, Xiphilini e Dione aliorumque testimoniis, disceptatum fuit; nonnihil etiam *capp.* XIX. ac XXI. inferius dicetur.

Sane [illegible] quoque justo sacramento adactos milites *vitib*[illegible] (nam in *Lexico Græco-Latino* veteri col. 603. Edit. Steph ῥοδοδάφνη est *Taxus Lauria, And*[illegible]*um, Viburna*) a centurione (cujus insigne vitis fuerit [3]) coercitos, ubi quid peccassent, notum esse tum ex Macri nostri *l. milites* 13. §. *Irreverens miles. D. de re militari*. tum etiam e Spartiani *Adriano*, Juvenalis *satyra* XIII. & itidem Silii Italici *lib.* XII. Lucani *sexto*, Plutarchi *Galba*, Plinii primo *cap. lib.* XIV. & Taciti e primo *Annalium* locis intelligo. Id nescio utrum quisquam observaverit, fustibus (quibus etiam cæsos esse milites Modestinus noster *l.* 2. §. *sed qui agmen. D. re militari*, auctor est) olim in extraneos tantum, in Romanos vero vitibus animadversum a centurionibus, tribunis, aut principalibus: id quod equidem ex his Livianæ libri LVII. *Epitomes* verbis dudum adnotavit; quæ ut Juris nostri studiosos adjuvem, placet appingere. Igitur ubi de Scipione ad Numantiam militarem disciplinam corrigente: *Quem militem* (inquit) *extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, fustibus cecidit*. Ut milites igitur, sic etiam athletas vitibus illis, uvam rosæ similem ferentibus, castigatos inde percipimus: quorum utrorumque aliquam non servitutem quidem, sed necessitati obsequii cuipiam adstrictam vitam, nemo est qui non intelligat. Sed gladiatores quoque qui fortiter non ferirent, verum inter se colluderent, pugilum illorum quos diximus exemplo, verberibus castigari plectique solitos ex eo D. Augustini loco libro *de catechizand. rudib.* capite XVI. apparet; unde verba *Sermone* superioris *libri* tricesimo aspersisse me recordor: hæc admodum. *S*[illegible] *autem specta*[illegible]*orum fiunt dæmonibus similes, clamoribus suis incitando homines, ut [illegible] habeant contentiosa certamina*, &c. *quod si animadverterint esse concordes, tunc* [illegible] *& persequuntur, & tanquam* [illegible] *ut fustibus*

---

1 Ἐν προτρεπτικῷ λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας, fol. 5. ex quo cætera protuli sub initium hujus *tractatus*.

2 Cap. XXI. περὶ [illegible], unde alia quæpiam exhibui *capite* superius [illegible].

3 Ad quem ut rem tritam & proculcatam de vite centurionum se non notare, Lipsius etiam scribit.

verberentur exclamant, & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum judicem cogunt. Servos equidem a Romanis ut Græcorum athletarum veterum ordinariorum (ut ita loquar) ac legitimorum in speciem inter se dimicarent, in amphitheatri arenam vel in stadium alicujus mercedis aut præmii gratia Romæ (præsertim sub Imperatoribus, ex quorum libidine in hoc genere administrabantur omnia) productos ut minime inficior, ita legere, nisi forte de agitatoribus & aurigis equorum Circensium, haudquaquam apud historiæ veteris auctores memini. Nec sane de servis athletis, tanquam ulla ipsis alieni juris existentibus immunitas olim concessa fuerit, intelligi *Rescriptum* principale, quod interpretamur, ullo modo potest. Ac ne quis hac de re quam superius memoravi, hoc est de servis ad gymnicos agones non admissis, scrupulus supersit, ipse *adversus Timarchum* Æschines Atheniensium lege servos in gymnasiis & palæstris inungi ac exerceri prohibitos, diserte significat his verbis fol. 13. Aldini exemplaris: Οἱ γὰρ πατέρες ὑμῶν ὅθ' ὑπὲρ τῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ τῶν ἐκ φύσεως ἀναγκαίων κακῶν καὶ ἀγαθῶν ἐνομοθέτουν, ἃ τοῖς ἐλευθέροις ἡγοῦντο εἶναι πρακτέα, ταῦτα τοῖς δούλοις ἀπεῖπον μὴ ποιεῖν· δοῦλόν φησιν ὁ νόμος μὴ γυμνάζεσθαι, μηδὲ ξηραλοιφεῖν ἐν ταῖς παλαίστραις· καὶ οὐκ ἔτι προσέγραψε, τὸν δ' ἐλεύθερον ἀλείφεσθαι καὶ γυμνάζεσθαι. ὁπότε γὰρ οἱ νομοθέται τὸ καλὸν τὸ ἐκ τῶν γυμνασίων κατιδόντες ἀπεῖπον τοῖς δούλοις μὴ μετέχειν, τῷ αὐτῷ νόμῳ (in libro Fulvii Ursini scriptum ad marginem λόγῳ: & quamobrem hoc illi præferat, subdit Scoliastes, οἷον διὰ τῆς ἐναντιότητος, tanquam quod ex mente legis descendit, nec diserte ipsius verbis comprehensum est, rationi potius quam legi tribuatur: sed nihil propterea mutandum equidem crediderim, eorum memor quæ sunt ab Ulpiano & Justiniano tradita in *Legum* libris [1]) ἡγοῦντο, ᾧ ἐκείνους ἐκώλυον τοὺς ἐλευθέρους προτρέπειν ἐπὶ τὰ γυμνάσια. Præterea Dionysius Halicarnasseus [2], qui sub Augusto floruit, præcepta dans orationis habendæ ad athletas in certamen descensuros, quo magis ab omni corruptione alienos se exhibeant, ne servilibus verberibus coerceantur, qui de libertate potissimum gloriari solent, cujus fidem faciat ipsa eorum in athletarum numerum allectio, quod deferri & accusari solerent qui conditione servi clanculum in athletarum numerum irrepsissent, satis aperte ostendit (nisi fallor) nullam serviles personas istorum certaminum antiquitus communionem habuisse: Μέγιστον δὲ ἐπ' ἐλευθερίᾳ φρονοῦντας εἰς τὰς τῶν δούλων τιμωρίας περιορᾶν αὐτοὺς ἐμπίπτοντας καὶ ἂν μὲν δούλων (malim δοῦλοι) αἰσθάνωνταί τινα τῶν ἀγωνιζομένων εἶναι, κατηγορίαν αὐτοῦ (ubi malim κατηγορεῖν legere; vel certe sicilicum sive virgulam præcedentem post ἀγωνιζομένων rejicere, ut conjunctim legatur, εἶναι κατηγορίαι: quod etsi leve est, a Scoliaste Sylburgio eruditissimo pleraque hujusmodi non prætermittente nequaquam animadvertitur) καὶ ὡς ἀνάξιον (sic malo pro ἀναξίῳ, quod ille non notat) τοῦ ἀγῶνος ἐκκρίνειν. αὐτοὺς δὲ τὰς παρὰ τῶν ἀθλητῶν ψήφους τῆς ἐλευθερίας λαμβάνοντας τὸ τῆς δουλείας οἴκοθεν (deleo αὐτόν, cum Scoliaste) φέρειν. In quibus verbis τὸ ἐκκρίνειν quod ad probationem qua de agimus athleticam pertinet, observandum admoneo: quod & in eam rem ab Aristotele usurpatum reperi, cum de agonibus agens *Problem.* section. XXX. quæstion. XI. Οἱ ἄνθρωποι (ait) ὅταν τις ἢ ἐκκριθῇ ἢ προσδεχθῇ εἴς τι τῶν περὶ σῶμα ἀθλημάτων οὐ πάνυ χαλεπῶς φέρουσιν οὐδὲ εἰς ἔχθραν καθίστανται τοῖς κρίνουσιν. Libertos tamen Imperatorum Romanorum, & ad certamen admissos, ita ut non modo hieronicæ coronati, sed etiam synodi xysticorum pontifices efficerentur, antiqua ista Inscriptio me docuit ab Onuphrio in *Civitate Rom.* relata, ubi de Pontificibus & Sacerdotibus Deorum differit:

L. AURELIO APOLAUSTO MEMPHIO AUGG. LIB. HIERONICÆ CORONATO ET TON DIAPANTON APOLLINIS SACERDOTI SOLI VITTATO ARCHIEREI SYNHODI ET AUGG. L. AURELIUS PANICULUS QUI ET SABANAS PATRONO OPTIMO.

Nec principium modo, sed & privatorum quorumque sive patrumfamil. liberti ad sacra certamina & xystum admissi. Atque hoc exemplo ascetarum gentilium, istud ipsum in agonistis Christianis obtinuisse reperio, quamvis ab agone martyrii, atque adeo ipsa Christiani certaminis consummatione ac perfectione (de qua decimo hujus *libri sermone* dictum est) neminem sexus infirmitas, ætatis imbecillitas, simplicitas militaris, scenica vilitas, aut conditio servilis excluderet; suscipiendo certamini pares omnes haberentur,. & parta victoria coronam assequerentur, & victores more secularium hieronicarum, dæmonibus ipsis veteribus antagonistis in posterum maximo terrori essent, (id quod ab Theodoreto Cyrensi Episcopo libro [3] *de Græcarum affectionum curatione* octavo traditur) attamen circa Clericos (de quorum probatione ad illorum similitudinem inducta inferius commodiore quopiam loco *cap.* XXVIII. ad finem, differetur) ascetas quippe Christianos fuisse receptum equidem sentio, ut manumissi atque adeo libertini ad Ordines promoveri possent ecclesiasticos: non item servi, vel qui originali aut alicujus conditione obligati forent, sicuti tum vetustis Patrum *Canonibus* [4], & ex ipso *Capitulario* Caroli Magni locis quampluri-

1 *L. ex eo. D. de testibus l. nominis. 6. §. ultim. D. de verbor. signific. & Institut. de legit. patron. tut.* ubi *tutela patronorum legitima* vocari dicitur, non quia nominatim in *lege* 12. de hac tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem ac si verbis *legis* introducta esset.

2 Ἐν τῇ τέχνῃ προτρεπτ. ἀθλ. fol. 45.

3 Qui est *de Martyribus* ad finem in fol. 122. Edit. Græco-Latin. ann. 92. ubi sic scriptum de martyrii gloria, & gratia Christianis humilibus potissimum concessa: Ἐξετάσωμεν γάρ τίνες καὶ πόθεν (ait) οἱ ταύτης ἀξιωθέντες, τῆς χάριτος· ἆρα τινὲς ἐπίσημοι καὶ περιφανεῖς, ἢ γένους αὐχοῦντες λαμπρότητα, (ubi vel λαχόντες, vel certe λαμπρότητι reponendum existimarim) ἢ τοῖς τοῦ πλούτου περιρρεόμενοι ῥεύμασιν, ἢ ἐκ δυναστείας τινὸς γενόμενοι γνώριμοι; οὐδαμῶς ὦ ἄνδρες· τούτων γὰρ οὐδεὶς μετεσχήκασιν, ἀλλ' ἰδιῶται ἦσαν, ἢ στρατιῶται. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ οἰκέται γεγένηνται, καὶ θεραπαινίδες· ἐν ἀσθενέσι δ' ἄγαν σώμασι γενναίως ἀγωνισάμεναι, καὶ αἱ μὲν σωφρόνως ἑλκύσασαι τὸν τοῦ γάμου ζυγόν, αἱ δὲ ἔτι γάμους οὐκ ἐπιστάμεναι· ἀκούω δὲ ἔγωγε τινὰς καὶ τῇ σκηνῇ ξυντραφέντας, καὶ ἐξαπίνης τοῖς ἀγωνισταῖς ξυνταχθέντας, καὶ ἀξιονίκους γεγενημένους: καὶ τῶν στεφάνων τετυχηκότας, καὶ τὴν ἀνάρρησιν σφόδρα δεδιττομένους τοὺς δαίμονας, οἷς ἦσαν ὑποχείριοι πάλαι.

4 Apud Gratian. dist. LIV. cap. I. & II. & seq. *cum paleis*, & *cap. ex antiquis* cum seq. cap. *generalis* ex cap. *admittuntur*.

nis[1], tum vero *Novella* Valentiniani Principis XII.[2] diserte in hæc verba comprehensum est: Originarii sane vel servi, qui jugum natalium declinantes ad ecclesiasticum se Ordinem transtulerunt, exceptis Episcopis, ut dictum est, & Presbyteris, ad dominorum jura redeant, si non in eodem officio annum tricesimum compleverunt: quam Constitutionem editam juxta secundum & octuagesimum beatorum Apostolorum canonem[3], quo servi vetantur in Ordinem Clericorum sine domini voluntate recipi: nec aliter nisi dominus permiserit, ut & manumitteret domoque sua secedendi quo vellent facultatem concederet (sic enim Græca D. Clementis verba exponenda, ut ad vetustam manumissionis formulam referantur, censeo) veteris *Constitutionis* nomine a Leone atque Anthemio designatam reor[4], (quod ab aliis nondum adnotatum) ubi de adscriptitiorum colonorum & agricolarum creationibus in Clericos atque monachismis præcipitur, ut nisi possessorum consensus accesserit nullius sint momenti. De servis autem ita; ut non utique nudus domini consensus sufficiat, sed manumissionem intervenire oporteat, juxta *Canonis Apostolici* superius prolati sententiam; tametsi ad servi monachismum nudam domini voluntatem sufficere postea[5] maluerunt. Justinianus[6] vero & sine domini voluntate, hoc est, ipso inscio Monachum factum elapso triennio, vel (ex recenti Constitutione) anno post adeptum clericatus Ordinem, & liberari jugo servitutis & permanere Monachum vel Clericum; nec aliter in jus prioris domini reverti, nisi deserto in fraudem religionis monasterio vel clero constituit. Cæterum ut invitis dominis servos sic etiam patronis libertos ad clerum aut monachismum promoveri olim non potuisse verum est: ac de libertis ita diserte constitutum Elibertino Concilio *can.* LXXX. didici[7]: a Leone autem philosopho dominis perpetuo in potestatem revocandi servos qui ipsis ignorantibus in clerum aut monasterium allecti fuerint, facultatem attributam *novellis* IX. & X. *Constitutionibus*[8], in quibus nihil circa adscriptitios & colonos immutatum de jure Justinianico[9]: per quod Clericos præter voluntatem domini fieri permissum, sub hac tamen lege, ut Clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant: recipi vero inter Monachos sub ista, ut intra triennium tamen ipsos dominus possit in jus suum retrahere. Ideo in monitionis, (ut vocant) priusquam ad ordinationem promovendorum ad Ecclesiasticos Ordines Clericorum procedatur, publice in Ecclesia faciendæ formula quæ in *Pontificali* extat, inter cæteros qui vetantur ad ordinationem accedere, servos & adscriptitios absque dominorum consensu scilicet, relatos, superius a me ostensum est *cap.* XII. Ideo & in ipso *Pontificalis Ordinis* libro[10] scriptum: *In consecratione sua Episcopum a Metropolitano probiberi, ne bigamos, aut curiales, aut de servili conditione ad sacros Ordines promoveat*: & postea in edicto quod metropolitanus tradit scriptum consecrato: *Bigamum, aut curiales, aut servum cujuslibet ad sacrum Ordinem nequaquam promoveas, nec neophytum*, & reliqua.

De probatione autem illorum qui a Gentilibus aut Judæis ad mysterium pietatis Christianæ primo accederent, in libris *Apostolicarum Constitutionum*[11] agens B. Clemens, & ab iis qui eos adduxissent ipsis tribui testimonium, excussis diligenter omnibus quæ ad eos pertinent circa mores, vitam & originem sive conditionem & personæ statum, adjicit statim: *Ut si fuerit servus Christiani, ab Episcopis sive Presbyteris interrogetur dominus ejus an præbeat ei testimonium: si non præbeat, expellatur, quoad se probet domino; sin vero præbeat, suscipiatur: si fuerit famulus Ethnici, doceatur placere domino, ne Evangelium infametur.* Unde intelligimus, a baptismo servos etiam non accedente domini voluntate minime repulsos; nisi tamen Christianus dominus eorum mores vitamque

1 *Lib.* I. *cap.* LXXXVIII. fol. 23. pag. 2. & fol. 24. *lib.* VII. *cap.* XXXIV. fol. 261. pag. 2.

2 *Nov. de episcopali judicio*, &c. *& nequis clericus invitus ordinetur*: unde videtur desumptum cap. CXVI. lib. VI. in *Capitulario* Caroli Magni, fol. 195. pag. 2. vide cap. I. & 2. & c. *consuluit*, *de servis non ordinandis*, apud Gregor. & cap. I. in fin. *de filiis Presbyt.*

3 Ubi: Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων, &c. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη οἰκέτης πρὸς χειροτονίας βαθμοῦ, &c. καὶ συγχωρήσωσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερῶσι, καὶ τοῦ οἴκου ἑαυτῶν ἐξαποστέλλουσι, γινέσθω. Extat & in lib. VIII. *Apostolic. Constit.* apud Clement. Roman. *cap.* LXXII. fol. 163. pag. 2. ad quem videndi Balsamon & Zonaras.

4 *L. jubemus* 37. *in princip. C. de Episcop. & Cler. & in §. servos.* Vide in cap. *si quis* & tribus seq. apud Gratian. distinct. XIV. cap. *eo libentius*. & cap. *mirabar*, esse, de servis non ordinandis, & apud Photium *Nomocanon.* tit. I. *de fide*, cap. XXXVI. & Cujac. cap. XX. *de Præscription. § oecumum.*

5 *L. servis* 38. *eod. tit.*

6. *Nov.* V. *de Monach.* cap. II. unde sumpta *Authen. verum. C. de Episc. & Cler.* & cap. *si servus*, apud Gratianum, distinct. LIV. vide & Photium *dict. cap.* XXXVI. tam ex *d. Nov.* V. quam ex *Nov.* CXXIII. *de sanctiss. Episc. cap.* XVII. *§. si servus sciente*, & *§. si quis autem*, sive *cap.* XXXV. cui & item illi alteri *Novel.* Justin. derogatum a Leone philosopho circa servum, qui inscio domino in clerum vel monasterium lectus sit, *Nov.* IX. & X.

7 *Cap. ult.* apud Gratian. *dist.* LIV.

8 Quæ & a Balsamone apud Photium citantur, *d. cap.* XXXVI. ubi videtur ignorasse, aut in suo lib. non habuisse, quod *Nov.* Justin. CXXIII. cap. XXXV. constitutum est, & cap. II. *Nov.* V. perperam autem ad Monachos retulisse quod de Clericis traditur in d. cap. XVII. *Nov.* CXXIII.

9 *d. Nov.* CXXIII. *de sanctiss. Episc. in cap.* XVII. *vers. adscriptitios*, & in *cap.* XXXV. *vers. & si intra triennium*, & *cap.* XV. cujus initium, *sed neque*; ubi *de non recipiendis inter Clericos curialibus aut officialibus, ne qua ex hoc venerabili domui aut clero fiat injuria*. Sic enim ibi legendum e Græco, ἵνα μήτις ἐκ τις ἐκ τούτου τῷ ἁγίῳ οἴκῳ ἢ κλήρῳ ὕβρις προσγίνηται.

10 Cap. *de examinatione, ordinatione, & consecratione Episcopi.*

11 Lib. VIII. *Apostol. Constit.* cap. XXXII. fol. 150. ubi: Ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι, καὶ ὁ βίος, καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν, ἢ ἐλεύθεροι, καὶ ἐάν τις ᾖ δοῦλος, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ, ἐὰν δὲ μὴ ἀποβαλλέσθω ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ, εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω, εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος. De proagonibus baptizandorum tanquam athletarum actum est hoc ipso *lib. cap.* XI.

suo testimonio commendare nollet. Et valde fallor, nisi ad istam catechumenorum itemque infantium baptizandorum probationem septem illa scrutinia pertinuere; quorum *Ordo Romanus* mentionem habet in hæc verba, ubi [1] de secunda feria hebdomadæ tertiæ in quadragesima: *Scrutinii diem, dilectissimi fratres, quo electi nostri divinitus instruantur, imminere cognoscitis, ibidemque, solita devotione succedente, sequenti quarta feria circa horam tertiam convenire dignemini, ut cœleste mysterium*, &c. *peragere valeamus*. Et statim ubi de quarta hebdomada quadragesimæ & quarta feria, ubi actum est de inscriptione nominum, de qua extremo *cap.* XVI. meminimus: *Eadem die* (inquit) *agitur scrutinium tertium, quod maximum est inter septem scrutinia. Eadem die tanguntur aures & nares catechumenorum digitis Presbyterorum: Eadem die percipiunt Orationem Dominicam & Symbolum, ad reddendum in Symbolo* [2] *S. Paschæ. Item benedictio cineris ad eos, qui scrutinia sunt habituri, & baptizari desiderant*, &c. In quibus est exorcismus cineris super eos spargendi qui scrutinia sunt habituri. Qua sparsione cineris expleta tangere Presbyterum debere singulorum nares de sputo oris sui traditur. Tum aliquanto post [3], hoc expleto iterum annunciat eis sicut superius, ut revertantur ad scrutinium sextum in sequenti hebdomada ultima ante Pascha: qua die vel apud quamcunque Ecclesiam voluerit, & complent ipsum scrutinium vel missam per omnia, sicut anteriora fecerunt: ita tamen agendum est, ut a primo scrutinio quod incipit tertia hebdomada in quadragesima, usque in sabbatum sanctum in vigilia Paschæ septem scrutinia esse debeant, secundum formam septem donorum Spiritus Sancti, &c. Item annunciat Presbyter, ut ipso sancto sabbatho hora tertia revertantur ad Ecclesiam; & tunc catechizantur, & reddunt Symbolum & baptizantur, & complebuntur septem oblationes eorum. Rursum circa monachismum non præponi ingenuum ex servitio convertendis, nisi alia causa rationabilis existat, D. Benedictus voluit in *Regula* [4]: hoc addito vice rationis elogio, *quia sive servus, sive liber, omnes in Christo unum sumus, & sub uno domino æqualem servitutis militiam bajulamus*. Qualis vero illa militia extiterit vetustorum & (ut ita loquar) primiceriorum Christianorum veram utique philosophiam profitentium exercitatio: athleticæ illi Ethnicæ, licet circa corporis potissimum præstantiam occupatæ non adeo dissimilis; nisi quod circa salutem animæ Deique cognitionem & verum cultum ipsa versabatur, hujus *libri capite* tertio ad extremum ostendimus. Sed a spiritualibus istis athletis sive agonistis [5] ad corporales (ut ita loquar) aut carnales Gentilium athletas velut ex diverticulo quopiam in viam redeundum est.

CAP. XVIII.

Themistii locus de illa probatione athletarum explicatus & emendatus. Bomonicæ διαμαστίγωσις. Pausanias interim castigatus, atque Themistius. De Laconum regum familiis. Probatio Pythagorica & monastica, sublato interea mendo ex Ordinis Pontificalis *codice. Militia cœlestis sive Christiana. Sacræ probatoriæ. Poetici apud Tolosates agonis leges, & ex iis agonistarum probatio.*

SANE apud Cretenses (a quibus athletica primum profecisse creditur) sicuti armorum tractatione, ita & corporis exercitationibus atque gymnasiis hujusmodi, servis fuisse olim interdictum ille ipse Aristoteles [6] in *Politicis* docet: sic admodum scribens: Ἐὰν μή τι σοφίζονται τοιοῦτον οἷον Κρῆτες, ἐκεῖνοι γὰρ τἆλλα ταὐτὰ τοῖς δούλοις ἀφέντες, μόνον ἀπειρήκασι τὰ γυμνάσια καὶ τὴν τῶν ὅπλων κτῆσιν. Nec alio pertinet (nisi me animus fallit) quod apud Eleos seu Pisatas, id est, apud Olympiam non alios denudatos, & ad certamen gymnicum admissos, nisi qui matrem patremque ciere possent, stirpeque integra & minime adulterata essent procreati, ab Euphrada Themistio [7], in hæc verba traditur: Αἰσχρὸν δὲ Ἠλείους μὲν καὶ Πισάτας οὕτω δή τοι ἀποτετευχέναι τὸν Ὀλυμπιακὸν κότινον ὥστε μὴ ἐφιέναι γυμνοῦσθαι, εἰ μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι πατέρα τε αὐτοῦ καὶ μητέρα, καὶ τὴν ῥίζαν τῆς βλάστης ἀκέραιον, καὶ ταῦτα σωμάτων ἀγῶνα τιθέντας, ἐν ᾧ τῶν σωμάτων ἐξήρκει ἐπιμελεῖσθαι εἰ ἰσχυρά τε καὶ ῥωμαλέως ξυμπεπηγότα: & additur statim de Philammone quopiam (illo fortasse quem Tamyridis patrem agone musico Pythiam coronam abstulisse *libro* primo e Pausaniæ *Phocicis* diximus) permissuros illos non fuisse, ut in arenam descenderet, nisi prius Aristoteles de ipsius genere atque origine fidem fecisset, eumque adoptasset: Ἀλλὰ τόν γε Φιλάμμονα ἐκεῖνον οὐκ ἄν ποτε ἠφίεσαν πρὸς τῷ Ἀλφειῷ κονίσασθαι μὴ ξυμμαρτυρήσαντος Ἀριστοτέλους τῷ γένει καὶ παῖδα ποιησαμένου. Sequitur deinde redditio comparationis, sive similitudinis, in qua verbo ἐκκρίνειν utitur, quod ad probationem athleticam pertinere superius admonui: Ἡμεῖς δὲ εἰς τὸν ἀγῶνα τῆς ἀρετῆς καὶ ὅν τινα ἔτυχεν ἐκκρίνομεν, οὐδὲ ἀπαμφιάσαντες πρότερον γυμνὴν τὴν ψυχὴν τῶν ἐπιθέτων ἀμφιεσμάτων, &c. Apud Lacedæmonios quidem cum adolescentes, qui Bomonicæ dicebantur, (ut est apud Hyginum *Fabul.* CCLXI. fol. 50. pag. 2.) aræ superpositi in honorem Dianæ contenderent, quis plura posset verbera sustinere, (quæ διαμαστίγωσις [8] dicebatur) servos ad ipsam non minus quam ingenuos & nobiles admissos reperio. Nobiles quidem adolescentes ea inter se decertasse Tertull. auctor est; ita omnino scribens in libro

1. Fol. 31. *Ordinis Romani de officiis divinis, capite*, cujus inscriptio, *Incipit ordo vel denunciatio scrutinii ad electos, quod tertia hebdomada in quadragesima secunda feria nunciatur*: unde quæpiam alia desumpsi, & contuli in *cap.* XVI. sup. ubi de inscriptis in albo nominibus baptizatorum velut athletarum.

2 Ubi pro *Symbolo* (quod perperam, ita ut alia complura locis aliis ostendimus ultimo cap. lib II. *Semest.* e superioribus repetitum est) reposuerim libenter, vel *Sabbato*, vel *Vigilia*, e sequentibus.

3 Fol. 41. *Ordin. Rom.*

4 Cap. *quod prælatus non debet esse acceptor personarum*.

5 Recte: nam de Monachis agens Leo philos. *agonis* nomen usurpavit octava *Constit. de eo qui monast. vitam deserit.* De quibus etiam non minus quam de athletis ἀσκήσεως nomen prolatum ostendi *lib.* superiore *cap.* XXVIII.

6 Lib. II. cap. V. juxta Latinos, tertio juxta Græcos.

7 In *Oratione* I. e quatuordecim impressis ab Henr. Stephano.

8 Scoliastes Thucydidis igitur *ad lib.* III. fol. 60. Ἀμέλει καὶ διαμαστιγώσεις ἐγίνοντο κατά τινα καιρόν· ἐν αἷς οἱ πλείονας ἐνέγκοντες, ἀνδρειότεροι ἐνομίζοντο.

[illegible]: *Nam* [illegible] *Lacedæmona* *solennitas maxima* [illegible], id est, *flage*[illegible], [illegible]: [illegible] *aram* [illegible] *flage*[illegible], *astantibus pa*[illegible] [illegible], [illegible] *adhortanti*[illegible]. [illegible] adeo ante illum Seneca in libro [1], *Quare* [illegible], perspicue istud tradiderat [illegible]: [illegible] *rationem Dii sequuntur in bo*[illegible], *quam in* [illegible] *cipulis suis præceptores: qui plus* [illegible] *ab* [illegible], *in quibus certior spes est. Num*[illegible] *tu in* [illegible] *Lacedæmonius liberos suos* [illegible], [illegible] *experiuntur* [illegible] *ad*[illegible]? *Ipsi illos patres* [illegible] *ortantur, ut* [illegible] *perferant, & laceros ac* [illegible] *perseverent* [illegible]. [illegible] Lucianus [illegible] de Lacedæmoniorum exercitationibus [illegible] in eandem sententiam [illegible]; [illegible] flagellatione loquitur; [illegible] per materiarum pretiosus adjunctarum ad patientiam labores gravitantibus, & vero statuarum [illegible] contemptu pueris in eo agone occisis positarum [illegible] mentionem injicit. quo loco Μάλιστα δὲ (inquit) [illegible] ἐπὶ τῷ βωμῷ [illegible] μαστ[illegible], [illegible] ἀλλὰ [illegible] ἐμμένωσι [illegible] ἀνδριάντες [illegible] τιμώμενοι δημοσίᾳ ὑπὸ τῆς Σπάρτης [illegible]. Ita vero Dianæ Orthiæ Tauricæque sive Scythicæ aram sanguine juvenum ex instituto Lycurgi flagris mutuo sese lacerantium [illegible] ac [illegible], & sacerdotem Dianæ [illegible] [illegible], [illegible] ex ipsius alio[illegible] [illegible], utrum [illegible] minus [illegible], [illegible] hoc etiam, a Pausania [illegible] *Laconicis* fol. 76. [illegible] (inquit) [illegible] Λυκοῦργος [illegible] [illegible] αὐτὰς ἔστι. Nec tamen nescio ad recentiora tempora Lacedæmoniorum, quando Pausaniam sacris operantem incurrere Lydi, hujus *Diamastigosis* juvenilis originem [illegible]: e quorum numero Plutarchus *Aristide* circa medium fol. 603. [illegible] Steph. istud hisce admodum verbis commemorat: Ἔνιοι δέ φασι τῷ Παυσανίᾳ, [illegible] παρατάξεως θύοντι καὶ κατευχομένῳ, τῶν Λυδῶν τινας ἄφνω προσπεσόντας ἁρπάζειν καὶ διαρρίπτειν τὰ περὶ τὴν θυσίαν· τὸν δὲ Παυσανίαν καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἔχοντας ὅπλα, ῥάβδοις καὶ μάστιξι παίειν. διὸ καὶ νῦν ἐκείνης τῆς ἐπιδρομῆς μιμήματα τὰς περὶ τὸν βωμὸν ἐν Σπάρτῃ πληγὰς τῶν ἐφήβων, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν Λυδῶν πομ[illegible] κὴν συντελεῖσθαι. Utcumque se res hac in parte habeat, servilem & mancipiis dignam hujusmodi [illegible]gellationem atque patientiam Philostratus vocat lib. VI. *de Apollonio*, fol. 39. τὸ [illegible] ἀνδραποδῶδη: & servos non minus quam ingenuos ac nobiles ea solitos invicem contendere diserte Themistius illo quem ante ostendi *loco* memorat, his verbis: quæ ut eadem opera castigentur, subjiciam lubens: Λακεδαιμονίους δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τὰ ἄλλα τὸν Λυκοῦργον αἰσχύνειν καὶ ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ὀρθίας [illegible] Εὐρυποντιδῶν, [illegible] Ἀγιάδην, ἢ τούτοις ἴσως οὐκ ἀπὸ τρόπου, [illegible] τὸ ἀγώνισμα, καὶ ὁ στέφανος. Ubi quod scriptum Εὐρυποντίδην, quamvis ab Euryponte (de quo apud Pausaniam agitur *Laconicis* fol. 68. & *Messenicis* fol. 89. Ald. exempl.) Eurypontidas [illegible]ici potuisse non negem: quorum etiam nomen [illegible]estitui debere, ut sit Εὐρυποντίδων pro Εὐρυπόν[illegible] apud ipsum Pausaniam *Laconicis* fol. 73. arbi[illegible]tror: nihilominus tamen cum Agiadum hoc loco [illegible] mentio, & altera Regum Spartanorum familia [illegible] Eurytionidum habuerit, (ut Plutarch. [3] di[illegible]: quamvis duas familias aliter Æmilius [illegible] *Agesil*[illegible] [illegible], Proclis nimirum & Eu[illegible] [illegible] principes ex progenie Herculis Spar[illegible] Reges fuerint, id quod & ab Herodoto [4] ex historia Lacedæmoniorum, cum eam cæteri Græci nequaquam sequantur, enarratum scio) putem hic Ε[illegible] potius quam Εὐρυποντίδην scriptum a Themistio: sicuti etiam pro Εὐρυπωντιδῶν καὶ Ἀγιάδων in Lysandri a Plutarcho [5] relatis apophthegmatis, perquam optime Xylander *Eurytionidarum* & *Agiadarum* reddidit.

Illo insuper loco, quem cœpi expendere, pro καὶ ὁ στέφανος, reponendum ex mente Themistii, καὶ [illegible], vel potius καὶ οὐ στεφάνου: ut propterea dicat Helotas, hoc est, servos cum nobilibus Lacedæmoniis quibusque admissos ad illud διαμαστιγώσεως certamen; quoniam in eo non de adeptione coronæ, ut in sacris agonibus, (a quibus propterea servos arceri, quos utique coronæ neutiquam decent, superius dixerat, illis ipsis verbis quæ a me [illegible]lata sunt) sed de flagellatione ac sanguinis [illegible]one, propter quam coronari juvenes Laconas [illegible]tos, non modo non Hyginus in *Fa*[illegible], aut Plutarchus *Lycurgo*, sed ne ipse quidem Pausanias, nec Philostratus memorant; qui duo [illegible]sissime de Diana Orthia & istis ipsius ceremoniis [illegible]oquuntur, iis quos superius indicavi locis. Nec [illegible]amen nescio μετωνυμικῶς accipi posse coronam hoc loco, tuendæ vulgatæ Editionis gratia; ut hoc nominis (quemadmodum apud Jurisconsultum *l.* [illegible]*ommodis. D. de re judic.* de spe præmiorum pro coronis sacris præstitorum agentem superiore *libro* [illegible]*ap.* XVII. exposui) similiter apud Themistium victoriam significet. Sed hoc dico de sola ob patientiam & constantiam gloria, non de præmio coronæve ullius adeptione (velut in sacris agonibus antiquæ Græciæ solitum) decertasse apud Lacedæmonios illa διαμαστιγώσει quoslibet pueros; id quod ante admonui, & isto insuper Plutarchi [6] nostri testimonio, quod illam διαμαστίγωσιν Laconicam il-

1 Cap. IV. fol. 273. Edition. Paris. qua de re vide Ciceronem in II. *Tusculan.* Plutarchum *Lycurgo* pag. 35. Edition. German. Libanium περὶ [illegible] pag. 157. ἀλλ᾽ [illegible] ἑορτὴν Λακω[illegible] τὰς μάστιγας [illegible]. Videsis & Synesium [illegible]versus *Andronicum* pag. 29. & Petronium Arbitrum *Satyrico*.

2 [illegible] περὶ Γυμνασία[illegible], post illa quæ attuli *Agonist.* I. *cap.* XII.

3 *Lycurgo*, fol. 73. Edit. Steph. & in *Agidis & Cleomenis Vita* sub initium in pag. 1460. ejusdem Editionis.

4 *Erato* sive *lib.* VI. fol. 221. Edition. Stephan.

5 Ἀποφθέγμ. Λακων. fol. 403. lib. Stephan.

6 In lib. qui inscriptus τὰ παλαιὰ τῶν Λακεδαιμ. ἐπιτηδεύματα, fol. 426. Steph. lib.

lustrat

lustrat, confirmari censeo: Οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάςιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτερῶσιν ἱλαροὶ, καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους. ὅςις αὐτῶν ἐπὶ πλέονα καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος, καὶ ὁ περιγενόμενος, ἐν τοῖς μάλιςα ἐπίδοξός ἐςι· καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαςίγωσις. γίνεται δὲ καθ' ἕκαςον ἔτος. In quibus illud ἁμιλλώμενοι ὅςις αὐτῶν, &c. καρτερήσειε τυπτόμενος, explicat istud Themistii μαςίγων γὰρ τὸ ἀγώνισμα. Tum vero quod ait οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς generalius multo accipiendum quam si scriptum foret οἱ παῖδες αὐτῶν: ut juxta Themistii sententiam, quæ superius exposita, ipsos quoque servos apud Spartam degentes, pueros non minus quam ingenuos liberosve comprehendat. Denique illa περὶ νίκης & ἐν τοῖς μάλιςα ἐπίδοξός ἐςι, quæ conjecturam nostram adjuvant, penitus consideranda moneo.

Ex ea vero (ut ad rem revertar) athletica probatione, Pythagorica [1] silentii quinquennalis illa, mihi duxisse originem videtur; ac tum deinde ipsa quoque monastica: quam initio triennalem fuisse illorum qui ascetæ [2] dicerentur (quod verbum ad athletas pertinere jam satis ostensum superiore *tractatu* fuit) ex ipsis vetustis *Canonibus* [3] atque *Constitutionibus* principalibus [4] apparet: quibus de statu & conditione personæ, deque occasione conversionis ejus ad monachismum, itemque de patientia ipsius & honestate inquiri atque probationes fieri solitum demonstratur, antequam ad professionem, detonsionem, monasticique habitus assumptionem conversus admitteretur: Πυνθάνεσθαί τε αὐτῶν εἴτε ἐλεύθεροι καθεςήκοιεν εἴτε οἰκέται, καὶ πόθεν αὐτοὺς ἐπιθυμία τοῦ μονήρους εἰσῆλθε βίου, &c. καὶ διάπειραν λαμβάνειν τῆς αὐτῶν καρτερίας τε καὶ σεμνότητος, οὔτε γὰρ ῥᾴδιον βίου μεταβολὴ μὴ μετὰ συντονίας ψυχῆς γινομένη. Sic probatis moribus demum & integritate castissima, ad diaconatum, presbyteratum & episcopatum mereri pervenire quempiam, ab Leone atque Anthemio quadam Justinianici Codicis *Constitutione* 5, traditur. Militia hæc cælestis fuit: sicuti Clericorum, Presbyterorum, Episcoporum, Patriarcharum, atque Pontificum: de quorum probatione inferius ad extremum *cap.* XXVIII. adferam, quod athleticæ isti tractationi

A commodum esse videbitur. Quamobrem Valafridus Strabo [6] alicubi: *Sicut tribuni militibus præerant, ita* (inquit) *Abbates Monachis athletis spiritalibus præesse noscuntur*. Et in Ordinis Pontificalis codice cap. *de professio. novitiorum*, ubi ad professionem novitiorum monasticam spectans oratio ad Deum proponitur: *Hæc verba militaria athleticis permista licet cognoscere: ut huic famulo tuo secularibus actibus renuncianti large tuæ pietatis gratiam infundere digneris; quatenus castris tuis insertus ita tibi militando stadium vitæ præsentis percurrere valeat, ut bravium æternæ remunerationis te donante percipiat.* Quo loco dubium non est mi-
B hi quidem, quin pro *studium* (quod habet manuscriptus metropolitanæ apud Tolosam nostram ecclesiæ liber) legi oporteat *stadium*: quando illum D. Pauli *ad Corinthios* locum, ejus orationis ecclesiasticæ vetustus auctor in memoria videtur habuisse: in quo οὐκ οἴδατε, (inquit *Epist.* I. cap. IX. vers. 24.) ὅτι οἱ ἐν ςαδίῳ τρέχοντες, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. Ad armatam quoque Palatinamque non aliter admitti solitos antiquitus, nisi e sacris probatoriis, ipsarumque authentico manu principis subscripto; quos examine domus generis omnisque vitæ conditionis habito penitus
C liberos inquisitio deprehendisset; *Constitutionibus* 7 in eundem codicem relatis comprehensum scio: quem ab illo veteri athletico morem si quis duxisse originem asseruerit, haud longe ab eo, quod verum est, mihi quidem aberrasse videbitur.

Quemadmodum vero ad armatæ militiæ jusjurandum ante initium anni decimi septimi, quæ militaris ætas apud Romanos fuit, olim non admissi nec aliter recepti quam ut probarentur per aliquod tempus & sacramento adigerentur. Ita in athleticæ sive asceticæ gentilis album qui ascriberentur, jurejurando se astringere post probationem aliquo soliti; de quo *cap.* XXIII. dicturi su-
D mus. Et similiter in ascetico Christianæ militiæ, (productam enim ad milites quoque athletarum appellationem hujus *libri cap.* VI. docui) hoc est, monasticæ ac regularis vitæ numeros referri prohibentur Tridentinorum Patrum decreto [8]; qui annum decimum sextum non prius expleverint, ut scilicet professionis votum possint

---

1 De qua apud Diogenem Laertium *lib.* VIII. fol. 312. in *Pythagora*: Πενταετίαν δὲ ἡσύχαζον, μόνων τῶν λόγων κατακούοντες, καὶ οὐδέπω Πυθαγόραν ὁρῶντες, εἰς ὃ δοκιμασθεῖεν· τοὐντεῦθεν δὲ ἐγίνοντο τῆς οἰκίας αὐτοῦ καὶ τῆς ὄψεως μετεῖχον.

2 Vide quæ scripsi *cap.* XXVIII. *lib.* proximi sup. ubi περὶ ἀσκήσεως circa med. *cap.*

3 Vide in Synodo Constantinop. *can.* V. ubi Balsamon & Phot. *Nomocanonis* sui tit. XI. *de construct. monast.* cap. II. fol. 75. versionis Hervetticæ.

4 *Novel. Justin. const. de monach.* 5. *§. nunc autem*: unde Photius omnia in sui *Nomocanonis* locum a me jam citatum transtulit. Triennium autem, anno postea mutatum *Nov. constitut.* 123. *de sanctiss. Episc. §. si servus*, & apud Gratia. *can.* I. ubi *Glossa*, in verbo *Anni* 17. quæst. II. De Monachis multa diximus serm. XXI. lib. III. *Semest.* Ad probationem Monachorum spectat potissimum quod in *Regula D. Benedicti* legitur capitulo *de disciplina suscipiendorum fratrum*, ubi inter cætera: *Post duorum mensium circulum legatur ei hæc regula per ordinem & dicatur ei: Ecce lex sub qua militare vis: si potes observare, ingredere: si vero non potes, liber discede. Si adhuc steterit, tunc ducatur in supradictam cellam novitiorum, & iterum probetur in omni patientia*. Et quod in *lege Francica* lib. I. cap. LXIX. *de voto Monachorum & clericatu*, fol. 271. sic scriptum: *Et ut ad monasteria venientes secundum regularem ordinem primo in pulsatorio probentur, & sic accipiantur.*

5 *L. sacrosanct.* 32. *in princ. de Episc. & Cleric. C.* Videsis & de probatione Clericor. & Presbyter. circa ætatem, mores atque doctrinam in *Nov. Justin. sup. d.* 123. *§. Clericos. & §. Presbyt.* & quod legitur in *addit.* I. *ad Capitul.* Caroli Magni, cap. XXXIV. fol. 343. ubi *de observat. regular.* & cap. XXXV. & apud Gratian. *dist.* LIII.

6 *De exord. & increm. rer. ecclesiast.* cap. XXXI. unde scripsi *lib.* superior. *cap.* XXVIII. in *Notis*, ubi περὶ ἀσκήσεως.

7 *Vide l.* 9. & 10. *de divers. offic. & apparit. judic. C.* & ibi Cujacium: vide & locos a Brissonio notatos *Lexico*, in *probatoria*. Quibus adjungito *l.* I. & 2. *Cod. Theod. Qui probare deb. ad quamcumque milit. venient. tit.* II. *l.* VII. præterea Græcam Constantini *Constitutionem* & Cedreni locum e Cujacii *Notis ad d. l.* 9. quem citat Godescalcus *ad Vegetium*.

8 *Concil Trident.* XXV. *sess. de regularib. & monial.* cap. XV. & XVI.

tunc demum emittere ac solemni se sacramento auctorare. Sed nec aliter, quam ubi per annum in probatione post susceptum habitum steterint, ad professionem admitti placuit. Aliter factam obligationem aut renuntiationem etiam juratam, nihilominus irritam & nullius momenti esse visum: finito demum Novitiatus illo tempore novitios a superioribus ad professionem admittendos quos illi habiles invenerint, aut e monasterio ejici debere. Fuit hæc nimirum ad exemplum & imaginem explorationis athleticæ vetustæ introducta jam olim religiosa Christianorum ascetarum probatio. Athleticæ profecto illius probationis vetustum exemplum nostræ agonistarum in poetico Tolosatum certamine probationi auctoritatem & speciem haud mediocrem præbet: cum legibus hujus certaminis a me aliquoties isto trino *tractatu* celebratis, ut *Commentario* publico qui apud Capitolinum Archium extet comprehensas memorarim: hoc quoque (quod cum illis Græcorum athleticis legibus consentire manifestum est) exprimi video, ne ulli fœminæ præsenti, absentive, nisi excellenti cuipiam eximia eruditione atque honestate, ut ab omni compositi adhibita cujuspiam opera poematis suspicione penitus vacet, (verum quis talem quampiam reperire possit?) neque vero infideli cuiquam (ut puta Judæo, Saraceno, excommunicato, malæ famæ, morumque publice improbatorum homini, falsario, proditori, blasphematori, perjurii convicto, hæreseos ullius damnato, aut etiam suspecto) præmia ista, sive honoraria, conferri ac tribui queant. Qua de re his vernaculis verbis ita cautum [1] lubens memini: *A femna presen ni absen no jucia hom ni dona deguna de las ditas joyas, si deux no era de gran honestat e dignitat, e de tan grand sciensa e subtilitat, que per fargar amb autru no pogues esser sospu hoza*, &c. *mas qui la poyra trouvar aytal: E mens deu hom donar joya a persona in fizel, come Josieu, Sarrazy, ni ad home excumeniat: Et si a degu daquels, am losquals non es legut de conversar ni participar: ni ad home aiffamat, ni de mala vida, ni ad home fals, trador, blasphemador, ni renegador de Dieu, ni a periur manifesto de recgia condampnat o tocat*, &c.

CAP. XIX.

Athletas interdum sine pugna, qui tamen in stadium descendissent, coronatos. Adagium apud Platonem & Plutarchum expositum. Relinqui λείπεσθαι: *castigato bis Dione Chrysostomo & quodam Inscriptionis antiquæ lapide.* Λείπεσθαι deficere *ac* vinci: *notato Interprete Athenæi in* Notis, *cui* πλεονεκτεῖν *contrarium, apud eundem Plutarchum, reprehenso ejus Interprete: sed & τὸ διώκειν apud D. Paulum. Exclusum ab agonibus eum qui ad diem præstitutam non adfuisset. Alius Plutarchi locus expositus, notato itidem Interprete in* Notis. *Detrectantem certamen, aut ex eo fugientem, pro victo habitum. Interdum eos qui fraude adversarii superati forent coronatos. Dolum ac proditionem inter agonistas in reprehensione posita. Ephesiæ literæ incantatoriæ; Suida correcto, quem Parœmiographus non intellexit. Ecquid Alcibiades Olympionica verberatus ab Eleis. Victos quoque suis, sed minoribus, affectos præmiis.* Τὸ ἄεθλιον *apud Homerum προκοελιστικῶς adversus Eustathium exponitur. Leptotetos exempla.*

PROBATOS autem athletas, qui leges omnes moremque atque ordinem certaminis observassent, depugnare in stadio coram omni populo atque Hellanodicis ludorumque curatoribus, sed & vincere ac æmulis esse superiores oportuit: ut coronam palmamque ac cætera quæ diximus præmia consequeretur, idque adhibita tam Chrysostomi, quam Heliodori auctoritate ostendimus. Veruntamen hoc ita ex Pausaniæ lib. 1 *Eliacon*, fol. 132. debet intelligi, ut etsi victoriam consequuti non forent, si tamen per ipsos minime stetisset, quin decertarent ac vincerent, (æmulis, puta, deficientibus, neque ad perscriptam comparentibus diem) coronari etiam potuerint: quippe cum eorum, qui serius advenissent, exclusorum temporis προθεσμίᾳ sive *præscriptione*, aliquam haberi rationem legibus agonisticis vetaretur, nullam excusationem admittente certamine; juxta Platonis [2] istud, ἀλλὰ τὸν ἀγῶνα προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαι φασίν. Quod proverbium ad istam gymnici agonis observationem referendum arbitror: hoc memoria repetens scilicet quod de B. Joanne Chrysostomo didici, ne ipsis quidem, qui in stadium intra tempus sacris agonibus præstitutum prodierant, eo elapso decertare licuisse: aut cum spe ulla coronæ capiendæ, aut forrasse animi etiam gratia: *Neque enim aliquis athletarum* (inquit ille *epist.* VII. ad finem in col. 915. *ad Theodorum* scribens) *posteaquam egressus stadio fuerit, spectaculis ex more finitis luctamen aggredi potest.* Illius autem & similis alterius proverbii apud Suidam mentio & explicatio: quem cum Parœmiographi Erasmus & Junius citandum in hanc rem sibi minime duxerint, auctorem ab illis ipsis alibi sæpissime laudatum, ideo faciam lubenter, ut verbis hujus prolatis & superiora interim explicem, & simul ipsi quod suum est reponam, sicuti soleo. Ita igitur ille *in* Ἀγωνάρχαι: *Καὶ παροιμία* (inquit) *ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις, πέπτεται ἐπὶ τῶν μηδὲν ὀνιναμένων εἰ σκήψαιντο, καὶ ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει. ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν φύσει ῥαθύμων καὶ ἀμελῶν, ἢ ἐπὶ τῶν μὴ προσιεμένων τοὺς λόγους τῶν προφασιζομένων.* Inde arbitror in monomachiis ac duellis olim expediendarum controversiarum quarundam gratia, ex more Francico-ne an Gotthico (barbaro quidem certe ac effero) in Gallia receptis, & a supremo illo tribunali etiam probatis; summa vero ratione per desuetudinem hoc tempore prorsus abolitis, & nuper Concilio Tridentino prohibitis: qui intra horam consuetudine præscriptam in campum decertandi gratia non venisset, in eo non amplius recipiendum, sed habendum fuisse pro victo; id quod ita obtinuisse, vel ex ipso Parlamenti stylo [3] manifeste deprehenditur. Atque illo aspexisse Themistoclem apud Plutarchum [4] sentio, ubi dicenti Eurybiadi solere in ludis eos, qui maturius (ad certandum scilicet) exsurgerent, cædi, respondit, ναὶ, (εἶπεν ὁ Θεμιστοκλῆς) ἀλλὰ τοὺς ἀπολει-

---

1 Fol. 67. pag. 1. & 2. *lib.* 11. & item sub init. *lib.* 1.

2 Ex lib. VI. *de Legib.* Citat Erasmus, sed huc non refert, in *parœmia* LXII. *centur.* III. *Chil.* III. ubi ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις.

3 In lib. *de duello*, qui additus ad stylum Parlamenti tit. *de præsentatione quæ fit in campo*, fol. 33. ubi sic est lingua vernacula scriptum: *Item: au cas que ledict tel ne viendra dedans l'heure donnee par la coustume, qu'il ne soit plus receu en camp: ains soit tenu pour vaincu.*

4 In *Vita Themistoclis*, fol. 214. de quo loco, τὸ ῥαπίζειν explicans, egi sup. *lib.* 1. *cap.* XIX.

φθέντας ἐ στεφανῶσι: scilicet, *verum eos (inquit Themistocles) non coronant, qui relicti fuerint*, hoc est, qui ad diem præstitutam non adfuerint; vel etiam atque adeo multo magis, qui tardiores in decurrendo extiterint, quos antagonistæ velocitate superaturi post se relinquendo prætervolarint. Sic enim relinqui dicuntur illi quos alii præveniunt, ut puta in cursu, atque ita Horatius id verbi accipit in *Arte ad Pisones*: quo loco:

Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.

Et Seneca *epist. Id de quo quæris* CIX. *Fugit irreparabile tempus*, (ait ex Virgilio) *vigilandum est; nisi properamus, relinquimur*. Et subjungit: *Fugere currendi genus esse concitatissimum*. Et postea: *Nec hanc temporis pernicissimi celeritatem quam retinere non possumus, relicti demum intelligamus*. Ergo apud Plutarchum lib. II. *Sympos. Problem.* quæst. IV. Philinus in eo cursores laborare inquit, ut suos antagonistas quam longissime potest relinquant, plurimumque ab ipsis decurrendo sejungantur: Σκόπει δὲ ἔτι (εἶπε) μὴ τοῖς μὲν δρομεῦσιν ἔργον ἐςὶν, ὅτι πλεῖςον ἀπολιπεῖν καὶ πορρωτάτω διαςῆναι, &c. μόνους δὲ τοὺς παλαιςὰς, & quæ sequuntur. Non aliter posuit Homerus *Iliad.* ψ. τὸ λείπεσθαι, de cursoribus equis qui curuli agone certaverant agens, quo loco:

Τόσσον δὴ Μενέλαος ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
Λείπετ' ἀτὰρ τὰ πρῶτα καὶ ἐς δίσκουρα λέλειπτο.

De quibus etiam eorumque adeo agitatoribus sive aurigis τὸ ἀπολειφθέντας illud Themistoclis commode accipi posse video, magisque esse ut debeat, pronuncio: sicuti quod apud Leontium Scholasticum de Constantino agitatore ita scriptum extat in *Anthologia Græcorum Epigrammatum* lib. V. fol. 406. Edit. Steph.

Πέντε γὰρ ἐν σαδίοις δεκάδας τελέσας ἐνιαυτῶν,
Οὐδ' ἴσον ἐδ' ὀλίγον εὕρεο λειπόμενον.

Nec tamen ad quoscunque alio quopiam certamine superatos referri posse τὸ *reliqui* negaverim, non magis quam Græcum λείπεσθαι, sicuti ad superiorem Homeri locum Eustathius fol. 1314. adnotandum duxit: τὸ δὲ λείπετο, καὶ τὸ λέλειπτο, καὶ τοῖς ἄρτι κοινολεκτεῖται, τὸ γὰρ ἁπλῶς ἡττηθέντα λειφθῆναι φαμέν: cui merito atque adposite adjicias, quod de Oribasio apud Eunapium μεταφορικῶς loquutum legitur in *ejus Vita* sub initium in fol. 170. sic fere: Ἀκροατὴς τε ἐγένετο τοῦ μεγάλου Ζήνωνος καὶ Μάγνου συμφοιτητής. ἀλλὰ τὸν Μάγνον ἀπολιπὼν παλαίοντα τοῖς νοήμασιν, αὐτὸς καὶ ἐν τούτοις δὲ ἄριστος ὢν καὶ πρὸς τὸ ἄκρον ἐκδραμὼν τῆς ἰατρικῆς τὸν πάτριον ἐμιμεῖτο θεόν, &c. Denique quod de certamine seu lucta Herculis cum Eryce verba faciens Diodorus [1], διδοκήσας ὁ Ἔρυξ τῇ συνθήκῃ καὶ παλαίσας ἐλείφθη (ait, nam hoc a λείπομαι, quod est *relinquor*) καὶ τὴν χώραν ἀπέβαλεν. Postremo quod de omnibus agonibus loquutus Dio Chrysostomus in *Melancoma* primo ord. II. ad fin. fol. 197. pag. 2. præcipue vero de pugilatu, quo illum cæteris omnibus agonistis præstitisse ostenderat iis ver-

A bis, quæ ad extremum *capitis* quinti protulimus subjicit illico, δεῖ γὰρ πρῶτον τούτοις ἀήττητον εἶναι τὸν μέλλοντα ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἀνταγωνιςῶν λειφθήσεσθαι: sic enim lego, ubi vulgo scriptum in Aldino exemplari ληφθήσεσθαι) & postea Melancomæ felicitatem ab obitu commendans, qui deformitatem ejus & imbecillitatem aliorumque de ipso in senectute adulta victoriam alicubi fortasse reportandam præverterit: Ἀνάγκη γὰρ αὐτῷ ἦν προβαίνοντι αὐτὶ μὲν καλλίςου αἰσχροτέρῳ γενέσθαι, αὐτὶ δὲ ἰσχυροτάτου ἀσθενεςέρῳ ἴσως δὲ λειφθῆναί τινος: quamvis hic quoque, ut superiore loco, mendosum exemplar fuerit; nec tanquam a λαμβάνομαι, sed ut a λείπομαι deductum id
B verbum accipi debere, vel ipsa mens auctoris, quæ ex verborum significatione colligitur, manifestum faciat: præcipue vero cum ut in reprehensione positum fuisse athletis τὸ λείπεσθαι diximus; ita in laude, contrarium ipsi τὸ ἄλειπτον εἶναι: quod in ea Inscriptione vetusta de athletis & xysticis victoribus deprehendi, e qua protuli quæpiam alia, sermone hujus *Agonistici* quinto & decimo ad extremum. Etenim in ipsa de M. Aurelio Asclepiade, (qui & Hermodorus) majusculis literis, sine accentibus, ita scriptum in reliquis: Βουλευτὴς παγκρατιαςὴς περιοδονίκης ἄλειπτος ασυνέξωςος ανέκκλητος. ὅσους ποτε ἀ-
C γῶνας ἀπεγραψάμην πάντας νικήσας, μήτε ἐκκαλεσάμενος, μήτε ἑτέρου κατ' ἐμοῦ τολμήσαντος ἐκκαλέσασθαι, μήτε συςεφανωθεὶς, μήτε ἐπεξελθὼν, μήτε παραιτησάμενος, (sic lego pro παραπησάμενος, ut detrectantem certamen significet) μήτε ἀγῶνα παραλιπὼν, μήτε καὶ χάριν βασιλικὴν ἔχων, &c. Quibus omnibus locis, & vero isto haud dubie apud Athenæum [2], ubi præ siti maxime deficere atque adeo superari pugiles diuturniore manuum extensione gravatos, lassatos ac defatigatos, peneque oppressos, sic admodum tradit: Ὅτι διὰ δίψαν μάλιςα λείπονται οἱ πύκται διὰ τὸ βαρεῖσθαι τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες: possis optimo jure τὸ λείπεσθαι λειπό-
D μενον & ipsi contrarium ἄλειπτον ad animum referre; ut illud quidem proinde isto Latino *deficere* interpreteris, tanquam λειποθυμεῖσθαι λειποθυμούμενον *animo deficere* atque *concidere* defectum significet: Τὸν ἀπαυδῶντα, denique ἀπειπόντα sive ἀπαγορεύοντα, itemque κάμνοντα & ἀπογινώσκοντα: de quorum vi atque potestate vocabulorum diligenter octavo *libri* primi *capite* actum est: præsertim cum in eundem omnino sensum τὸ ἀνιπίπτειν apud Thucydidem ipse Athenæus non figurate, sed (quod mirum) proprie ad animum referri docuerit; id quod eo loci ostendimus.

E Illud assero relictos illos proprie dici, quos alii cursu præstantiores ac velociores prævenerint, dum studio victoriæ ducuntur, ut metas contingere occupent, de celeritate potius quam de justitia contendentes: sicuti Leonem Eurycratidæ filium, cursores Olympicos intuentem, dixisse Plutarchus retulit *Apophthegm. Lacon.* fol. 399. in hæc fere verba: Ὁρῶν δὲ τοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ δρομεῖς σπουδάζοντας περὶ τὴν ἄφεσιν, ἵνα πλεονεκτήσωσιν. ὅσοι μᾶλλον (ἔφη) οἱ δρομεῖς σπουδάζουσι περὶ τῆς ταχύτητος, ἢ περὶ τῆς δικαιοσύνης: ubi quod Xylander Latinus Interpres πλεονεκτεῖν *alteri fraudem facere* exposuit, probare neutiquam possum: existimans non fraudem modo, sed ipsam gloriolæ alicujus

1 Lib. IV. *Biblioth.* fol. 168. sed *lib.* XI. fol. 282. ἐναυμάχησαν καὶ λειφθέντες ἀπέβαλον τριήρεις ἑβδομήκοντα. Et *lib.* XII. fol. 317. ἐγένετο μάχη, καθ' ἣν Ἀθηναῖοι λειφθέντες εἰς ναύπακτον ἀπεχώρησαν.

2 Lib. X. *Deipnos.* fol. 172. Aldini exempl. ubi Dalechampius fol. 323. Latinæ versionis ex Edit.
F Lug. ann. 1583. parum commode, τὸ λείπεσθαι per τὸ *torqueri* reddidit, (ut sentio) nam quod hoc loco legis τὰς χεῖρας ἀνατείνοντες, hoc ex iis clarissimum efficitur quæ sunt a nobis tradita *lib.* I. *cap.* VII. ad fin. & VIII. & *cap.* XIV. & supra hoc ipso *libro cap.* XIII.

ex victoria de pernicitate consequendæ cupiditatem, ab homine Spartano, rigido virtutis veræ satellite reprehensam, ita censente, ut de justitiæ potius adeptione contendendum sit viris: hoc autem loco nihil aliud significari verbo πλεονεκτεῖν, quam prævertere, antecedere, præoccupare, & quod aliter Græci dicunt φθάσαι: quamobrem in cursu τὴν νίκην τοῦ φθάσαντος εἶναι, victoriam ejus esse qui cursu alium præverterit, atque adeo ipsum reliquerit, Plutarchus περὶ ἀδολεσχίας fol. 908. refert. Verbum autem σπουδάζειν, quod est *contendere*, (hic quidem, nam alibi *favere* est *certantibus*, quemadmodum in Epicteti *Enchiridio* 1 & apud Arrianum *lib.* III. 2) iis e cursorum numero aptari potissimum atque attribui debet; non qui pares sunt modo, sed qui vel adipiscendi studio alios præcurrentes prosequuntur. Atque ita τὸ διώκειν, quod est *prosequi*, Divus ipse Paulus similitudine a cursoribus ducta usurpavit aliquot locis 3; ut significet quod alio verbo expressit τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι εἰς τὸ καταλαμβάνειν *ad præcedentes extendere sese ac pene proripere*, ut comprehendi corona vel meta contingi aliquando possit: qua de re superiore *libro* semel atque iterum *capp* VII. & XXVII. egimus. Denique τὸ λείπεσθαι & τὸ διώκειν, *relinqui* & *persequi*, seu *prosequi*, utrumque cursorum est, quos aliquis pernicior antecedit: sed alterum jam victi ac defecti animo vel corpore defatigati, alterum ita laborantis ut nondum sit fractus, quinimo antagonistam antevertere studeat, ipsique victoriæ præmium præripere, ἀπορούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενος, quemadmodum Divus ipse Paulus loquitur *Epist.* II. *ad Corinth.* c. IV. vers. 8. & 9. & quod idem adjicit, similitudine a cursoribus haud dubie (ut superius monui) desumpta, διωκόμενος, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενος. Nam quod ibi statim περὶ τῶν καταβαλλομένων, ἀλλ' οὐκ ἀπολλυμένων, additur, ad luctatores pertinere manifestum profecto est, ex iis quæ *libri* primi *cap.* XI. περὶ τοῦ καταβάλλειν exposuimus. Nec absurda videbitur hæc diversorum certaminum cursuræ luctæque conjunctio: quando apertissime a pugilatu simul & cursu translationem antea idem ipse illo prioris *ad Corinthios epistolæ* loco cap. IX. vers. pen. & ult. petierat, qui superius hoc ipso *libro capp.* XIII. & XIV. a nobis abunde tractatus atque illustratus fuit.

Quod vero de non recipiendis excusatoribus eorum, qui ad diem præstitutam non adfuissent, sed ipso excludi agone solitos, juxta ipsius morem legemque ad Platonem diximus, hoc aperte Pausanias ille, quem ante nominavi, comprobat, de Apollonio, cui Rantis cognomen fuit, Alexandrino pugile agens: qui cum ad Olympiam se prædicta die non adfuisse hac excusatione probata contrariis scilicet ventis ad Cycladas insulas detentum diceret; ex diverso autem Heraclides, & ipse Alexandrinus, falso illud eum causari, quinimo, quod colligendis ob agonas pecuniis ab Ionibus moram traxisset, propterea serius adpulisse asseruerat: ea re intellecta, Eleos non Apollonio tantum, sed aliis quicunque ad tempus pugilibus præfinitum non adfuissent, a certamine exclusis, ei qui non depugnasset, ad diem tamen adfuerat, Heraclidi coronam ab Eleis Hellanodicis traditam: Ἀφίκετο (inquit ille *Eliac.* I, fol. 132.) οὐκ ἐς τὸν εἰρημένον καιρὸν, καὶ αὐτὸν ὑπὸ Ἠλείων πειθομένων τῷ νόμῳ ἐλείπετο τοῦ ἀγῶνος εἴργεσθαι. τὴν γὰρ οἱ πρόφασιν, ὡς ἐν ταῖς Κυκλάσι νήσοις ὑπὸ ἀνέμων κατείχετο, ἐναντίον Ἡρακλείδης γένος καὶ αὐτὸς Ἀλεξανδρεὺς ἤλεγχεν ἀπάτην οὖσαν· ὑστερῆσαι γὰρ χρήματα ἐκ τῶν ἀγώνων αὐτὸν ἐκλέγοντα τῶν ἐν Ἰωνίᾳ. οὕτω δὴ τόν τε Ἀπολλώνιον, καὶ εἰ δή τις ἄλλος ἧκεν οὐ κατὰ προθεσμίαν τῶν πυκτῶν τούτους μὲν οἱ Ἠλεῖοι τοῦ ἀγῶνος ἀπελαύνουσι. τῷ Ἡρακλείδῃ δὲ τὸν στέφανον παρεῖασιν ἀκονιτί. Ita igitur excusationis color quæsitus atque *tergiversatio* 4 (ubi agonum tempus fuerat) Apollonii virtutem in profundas dejecit tenebras, sicuti a Pindaro in universum loquente Plutarchus expressit ipso initio lib. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, fol. 1402. lib. Steph. Ὅτι μὲν, ὦ Εὔφανες, ἐπαινέτης ὢν Πινδάρου, πολλάκις ἔχεις διὰ στόματος, ὡς εἰρημένον εὖ καὶ πιθανῶς ὑπ' αὐτοῦ, τιθεμένων ἀγώνων προφάσεις ἀρετὰν εἰς αἰπὺν ἔβαλε σκότον, οὐκ ἀγνοοῦμεν. Detrectantem quidem certamen, atque adeo qui ne in id descendere cogeretur, præoccupasset fugere, aut etiam fugatum, hoc est, fugere compulsum ab antagonista, pro victis semper habitos, tanquam notæ ignaviæ ac socordiæ homines: tum illa de Alexandrino Serapione historia (quam enarrante Pausania paulo ante protuli) manifestum facit; tum quod Plutarchus 5, Hectorem prius ab Achille superatum, quam interimeretur, scribit, propterea quod recusato certamine præ metu aufugisset, atque insequentem adversarium superiorem esse concessisset: Ἀλλὰ ὁ Ἕκτωρ ἥττητο καὶ πρὶν ἀποθνήσκειν, μὴ δεξάμενος, ἀλλὰ δείσας καὶ φυγὼν ἐπερχομένου τοῦ Ἀχιλλέως. ὁ γὰρ ἀπειπάμενος καὶ φυγὼν, ἥτταν ἀπροφάσιστον ἥττηται, καὶ συγκεχώρηκε κρείττονα τὸν ἀντίπαλον εἶναι. Quin etsi æmulorum fraude victoria de manibus erepta illis esset qui strenue alioqui & valenter sese gessissent, admirante tamen robur ac virtutem ipsorum (licet non vincerent) populo idque ita decernente, nonnunquam coronas non modo secundas & tertias, sed primas quoque inter victores consequi atque auferre potuerunt. Hujus auctorem sententiæ D. Ambrosium 6 habeo, in primo libro *de Pœnitentia*, sic scribentem: *Sæpe in hoc sæculari athletarum certamine, etiam victos, quorum fuerant certamina probata, hominum vulgus cum victoribus coronare consuevit: maxime quos forte viderit, aut dolo aut fraude excussos victoria.* Recte ac vere Ambrosius, cum nihil dolo, nihil proditorie agere in agonibus supplantandi aut alias superandi antagonistæ gratia olim licuerit. Quod scite Chrysippus (ut multa) sic fere apud M. Tullium lib. III. *de Offic.* cap. *Nec tamen*: *Qui stadium* (inquit) *currit, eniti & contendere debet quam maxime possit, ut vincat, supplantare eum qui cum certet aut manu depellere*

1 Cap. XXXIII. unde verba protuli *libri* superioris *cap.* XXX.

2 *Cap.* IV. ex quo verba illo itidem *cap.* XXX. exhibui.

3 *Epistolæ ad Philip.* cap. III. vers. 12. 13. 14.

4 Sic malo pro eo quod Gibertus Longolius Interpres Plutar. posuit, *occasio*.

5 Lib. IX. *Sympos. Problem.* XIII. quæst. De fuga apud Lacedæmonios in turpitudine ac vitio posita, Diodorus Sicul. lib. XIV. *Biblioth.* fol. 441. ubi de Periarcho Lacedæmoniorum monarcha in pugna oppresso: Ἐπειδὴ πάντες οἱ σύμμαχοι πρὸς τὴν γῆν ἔφυγον ἐπὶ τὴν ἰδίαν ναῦν ἐπέστρεψεν· αἰσχρὸν εἶναι νομίσας καὶ τῆς Σπάρτης ἀνάξιον, τὸ φυγεῖν ἀγεννῶς, ἀγωνισάμενος δὲ λαμπρῶς καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων ἀνελὼν, τὸ τελευταῖον ἀξίως τῆς πατρίδος ἀνῃρέθη μαχόμενος. Illo autem Plutarchi loco, τὸ ἀπειπάμενος exposui *lib.* I. supra *cap.* VIII. ubi etiam de fuga victum & cedentem indicante scripsi ab Ephremo.

6 Cap. III. unde sumptus cap. *potest fieri de pœnitent.* dist. I. apud Gratianum.

nullo modo debet: sic in vita sibi quemque petere quod pertineat ad usum non iniquum est, alteri surripere jus non est. Degeneris quidem & malitiosi animi esse, ac de sua virtute diffidentis, in cursu antecedentem impedire atque intercludere adversarium, ita de ipso ulla ratione lædendo minime cogitantem, ad metas ut properans in sola pedum pernicitate spem victoriæ posuisse videatur, ostendit Lucianus *lib. περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ*: sic fere; *Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἐπὶ τῶν δρομέων γίνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης, μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἀν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τὸν πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ· ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος καὶ ἀνάθλος ἀνταγωνιστὴς, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τοῦ τάχους ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτράπετο. καὶ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν τρέχοντα ἐπισχὼν, ἢ ἐμποδίσας, ἐπιστομιεῖ· ὡς εἰ τούτου διαμάρτοι, οὐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος.* Huc etiam pertinet, quod e Pollucis *Onomastico*, initio *Sermonis* hujus de legibus athleticis agens VIII. *cap.* & XIX. attuli. Facit & istud Menelai apud Homerum *Iliad.* ψ. de Antilocho conquerentis, quem prima ducere præmia ut victorem Achilles tanquam athlotheta quidam jusserat; quod fraude adhibita, equos scilicet in curuli cursu præmisisset suos, minus etiam veloces; atque hoc quidem in ista omnino verba:

Ἀντίλοχε, πρόσθεν πεπνυμένε ποῖον ἔρεξας.
Ἤσχυνας μὲν ἐμὴν ἀρετὴν, βλάψας δέ μοι ἵππους
Τοὺς σοὺς πρόσθε βαλὼν, οἵ τοι πολὺ χείρονες ἦσαν.

Deinde jurejurando provocat, Ni dolo malo currum ipsius Antilochus impedierit, quominus ad metam pervenire occuparet:

Ὄμνυθι, μὴ μὲν ἑκὼν τὸ ἐμὸν δόλῳ ἅρμα πεδῆσαι.

Ubi diserte monet Eustathius, dolum abesse ab ejusmodi certaminibus omnibusque gymnicis oportuisse: *Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐξῆν* (ait) *ἐν τοῖς ἀγῶσι δόλους τεχνάζεσθαι. διὸ δίκην ἔλαχεν Ἀντίλοχος δόλου, ὡς εἰ μὴ τοῦτ' ἦν, τί ἐκώλυε καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν ὄπισθεν τρέχοντα πεζὸν καὶ τὰ ἴχνη τοῦ ἀντιτρέχοντος τύπτοντα χερσὶν αὐτοῦ λαβέσθαι ἢ σπάσαι καὶ καταβαλεῖν εἰς γῆν.* Ergo in colluctatione apud Olympiam, cum Milesius propterea Ephesium dejicere non posset, quod hic in talo literas illas Ephesias ferret, quæ incantationis nescio cujus vim habebant: id posteaquam insigni admissum dolo ab Hellanodicis compertum fuisset, dimissis a certamine antagonistis, ac deletis aut aliter sublatis e talo Ephesii literis, tricies deinde victum in colluctando ipsum fuisset narrat Suidas *in Ἐφέσια γράμματα*, in hæc verba, longe aliter ab Erasmo [1] accepta, nempe ut ademptis literis Ephesius, qui jam triginta defatigarat, succubuerit: *Καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ* (inquit) *Μιλησίου καὶ Ἐφεσίου παλαιόντων, τὸν Μιλήσιον μὴ δύνασθαι παλαίειν διὰ τὸ τὸν ἕτερον ἐπὶ τῷ ἀστραγάλῳ ἔχειν τὰ Ἐφέσια γράμματα. φανερῶν δὲ γενομένων καὶ λυθέντων αὐτῷ τριάκοντα, τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον.* Quæ non dubito quin ex Eustathii *Commentariis in Odysseam Homericam* τ. fol. 1864. desumpta fuerint, & vero indidem ita emendari debeant, uti pro *τριάκοντα* sit *τριακοντάκις*: nam Eustathius quidem ubi *αὐτολεξεὶ* cætera retulit, postrema etiam ita expressit, *ὧν γνωσθέντων καὶ λυθέντων τριακοντάκις τὸ ἐφ' ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον*: quibus verbis velim ab Eustathio additum, quidnam eo Milesio factum ab Hellanodicis fuerit, quamve aut pœnam aut mulctam, illis similem, qua iis qui dolo, mendacio adhibito, ac præter leges agonisticas quidpiam agerent, infligi solitam *libri* primi *cap.* XXI. indicavimus, ille pependerit: sicuti Alcibiadem Atheniensem post Olympicam victoriam Circensem, sive mendacii sive contumeliæ potius pœnas verberibus dedisse, quod rogantibus Eleis oriundum se ex præstantissima civitate publicasset, uno ad hanc rem singulari apud Hermogenem loco reperi lib. I. *Rhetor. περὶ τῶν εὑρέσεων* cap. IV. *περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης*, cum Plutarchus & Probus (qui ejus viri vitam mandarunt literis) nequaquam istud expresserint: nisi falsum & commentitium, rhetorico sive declamatorio more prolatum hoc ipsum (quidquid est) accipi potius debet, quo loco: *Καὶ πάλιν ἅρματι νικήσας Ἀλκιβιάδης Ὀλύμπια, ἐρομένων Ἠλείων ὅθεν εἴη, τῆς ἀρίστης ἔφη τῶν πόλεων. ἐμαστίγωσαν αὐτόν. γράφει ἐπανελθὼν στρατεύεσθαι ἐπὶ τοὺς Ἠλείους.* Et statim: *Ἐπεὶ δὲ καὶ νῦν ἐνίκησα τὸν ἀγῶνα καὶ ἠρώτησαν ὅθεν ἂν εἴην· ἐγὼ δὲ τὰ βέλτιστα ἀπεκρινάμην. οἱ δ' ἐμαστίγωσάν με, τὴν πόλιν ὑβρίζοντες, στρατεύειν ἐπ' αὐτοὺς ἄξιον.* Absuturum quidem dolum, omneque *κακούργημα* jurabant, sicuti postea *cap.* XXIII. hujus *lib.* sub initium, docebimus. Propterea etiam apud Virgilium lib. V. *Æneidos*, imitatorem Homeri peritissimum, Salius, cui currenti se Nisus objecerat ut in mediam arenam deturbaret, hac de re conquestus apud athlothetas fertur & præmium ab Ænea consequutus:

Hic totum caveæ consessum ingentis & ora
Prima patrum magnis Salius clamoribus implet,
Ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem, &c.
Tum pater Æneas, Vestra (inquit) munera vobis
Certa manent pueri, & palmam movet ordine nemo:
Me liceat casum miserari insontis amici.
Sic fatus, tergum Gætuli immane leonis
Dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis,
Hic Nisus, Si tanta, inquit, sunt præmia victis,
Et te lapsorum miseret, quæ munera Niso
Digna dabis? primam merui qui laude coronam:
Ni me, quæ Salium, fortuna inimica tulisset?

Verum mihi quidem arridet vehementius, quod apud Statium Papinium lib. VI. *Thebaid.* Adrasti senis consilio neque Arcadi Parthenopæo, quem præcurrentem, sed reducta flatu Zephyri coma, Idas antagonista prehensum tergo instans graduque premens retraxerat, nec Idæ ipsi, quamvis metam prior contigisset, adjudicatur victoriæ præmium: sed ut in ambigua lite, cum fraus omnis ab istis agonibus abesse debeat, iterum decertare inter se: sic tamen ut diverso limite recurrant ne fraudi eidem locus sit, jubentur his admodum versibus, quibus perelegantissimam hypotyposin res tota ipsis velut oculis subjicitur:

Effugit hic oculos rapida puer ocyor aura,
Mænalius, quem deinde gradu premit horridus Idas,
Inspiratque humeros, flatuque & pectoris umbra
Terga premit: post ambiguo discrimine tendunt
Phædimus, atque Dimas: illis celer imminet Alcon,
Flavus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triviæ pascebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte redisset,
Nequicquam patris audax promiserat aris.
Tunc liber nexu, lateque in terga solutus
Occursu Zephyri retro fugit, & simul ipsum

---

1 *Adagio* XLIX. *Ephesiæ literæ*, Chiliad. II. centur. VIII. col. 564. ubi Athenæum citat lib. XII. *Deipnosoph.*

A *Impedit, infestoque volans ostenditur Idæ.*
Inde dolum juvenis, fraudique accommoda sensit
Tempora jam finem juxta, dum limina victor
Parthenopæus init, correpto crine reductum
Occupat & longæ primus ferit ostia metæ.
Arcades arma fremunt:

(ubi τὸ *arma fremunt* per parenthesim legendum & τὸ Arcades cum sequentibus connectendum est)

armis defendere regem
Ni raptum decus, & meriti reddantur honores
Contendunt, totoque parant decedere Circo.
B *Sunt & queis Idæ placeat dolus.*

&c. quæ de suspiriis agens *libro* superiore attuli: & statim:

—— furit undique clamor
Dissonus, ambiguumque seni cunctatur Adrasti
Consilium: tandem ipse refert, compescite litem,
O pueri; virtus iterum tentanda, sed ite
Limite non uno: latus hoc conceditur Idæ:
Tu diversa tene: fraus cursibus omnis abesto.
Audierant, dictoque favent.

C Non quod ait Ambrosius *maxime*, sic accipiendum ut includat, hoc est, ut ne illi tantum, qui dolo adversariorum excussi forent, (sicuti de Creuga pugile Epidamnio, quem Syracusius Damoxenus apud Nemeam in certamine peremit, inferius narrabitur) sed etiam ut quicunque ulla ratione superati, dum tamen ipsi non instrenue decertassent, suis non defraudarentur præmiis: quamvis ea ejusque dignationis ac meriti præmia honorumque insignia non consequerentur, quæ victori attributa fuissent; propterea quod in certaminibus ad spectaculum editis cum meliorem palma declaret: sæpe tamen deteriorem casus prætulit, quemadmo- D dum Seneca [1] scribit. Illud igitur quod dicebam modo, præter alios perspicue Nonnus in *Dionysiacis* ostendit lib. XIX. fol. 335. Edit. Antuerp. anni 69. ubi circa musicos agones duplicibus sive binis constitutis præmiis, ei qui superior foret cantu, taurum, sed & victo hircum a Dionyso sive Baccho in honorem Staphyli mortui fuisse propositum, his aliquot versibus narrat:

Ὡς εἰπὼν Σταφύλοιο μεθυσφαλέος παρὰ τύμβῳ
Νηπενθὴς Διόνυσος ἀπενθέα θῆκεν ἀγῶνα,
Καὶ τράγον εὐπώγωνα, καὶ ἄρσενα ταῦρον ἐρύσας
E *Διπλόα θῆκεν ἄεθλα καὶ εὐφορμιγγας ἐρίζειν*
Πιερικοῖς ἐκάλεσσεν ἀμιλλητῆρας ἀοιδῆς.
Διπλόα θῆκεν ἄεθλα, καὶ ἀθλητῆρας ἐπείγων
Ἰδμονας εὐκελάδοιο λύρης μειλίξατο μύθῳ.
Ἀττικὸν ἐνθάδε κῶμον ἐγείρον. ἀεθλοφόρῳ γὰρ
Ἀνέρι νικήσαντι λιπόχροα ταῦρον ὀπάσσω,
Ἀνδρὶ δὲ κινηθέντι δασυνὼ τράγον ἐγγυαλίξω.

Et statim, ubi fidicinum Oeagri & Erechthei certamen ipsis velut oculis a præstantissimo poeta objicitur: Oeagrum quidem a Baccho hedera coronatum, tauro insuper donatum victoriæ præmio, Erechtheum vero Athenienſem, qui cum eo contenderat, hircum abstulisse memorat:

Οἰάγρῳ δὲ κάρηνον ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ (sic malo cum Falkemburgio Scoliaste, pro κισσῶν)

Καὶ γενέτης Ὀρφῆος ἐπιρρήσσων χθόνα ταρσῷ.
Ἀσμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς
Ἀμφὶ δέ μιν στοιχηδὸν ἐπεσκίρτησαν ἑταῖροι.
Καὶ τράγον εὐρυγένειον ἄχος καὶ ζῆλον ἀέξων,
Αἰδομέναις παλάμῃσιν ἀνείρυσεν ἀστὸς Ἀθήνης.

Tum aliquanto post fol. 338. ubi de præmiis majoribus minoribusque & his quidem victo cessuris, ob saltationem propositis:

Ἀλλ' ὅτε Βάκχος ἄεθλα μέσῳ στήριξεν ἀγῶνι,
Ἰδμονας ὀρχηθμοῖο καλέσσατο μάρτυρι φωνῇ.
Ὅστις ἀεθλεύσειε κυκλούμενος ἴδμονι ταρσῷ
Νικήσας τροχαλοῖο ποδὸς κρίσιν, οὗτος ἑλέσθω
Καὶ χρύσεον κρητῆρα καὶ ἡδυπότου χύσιν οἴνου.
Ὃς δὲ πέσοι σφαλεροῖο ποδὸς δεδονημένος ὁλκῷ,
Ἥσσονα δ' ὀρχήσοιτο, καὶ ἥσσονα δῶρα δεχέσθω.

Et vero istud ipsum circa equestria & alia quævis certamina receptum fuisse indicat hoc certe quod de præmiis meri potionis agoni apud Indos ab Alexandro Macedone præstitutis e Mitylenæi Charetis de Alexandro historia narrasse Athenæum [2] reperio: *ἔθηκε δέ φησι καὶ διὰ τὴν φιλοινίαν τῶν Ἰνδῶν καὶ ἀκρατοποσίας ἀγῶνα. καὶ ἦν ἆθλον, τῷ μὲν πρώτῳ τάλαντον, τῷ δὲ δευτέρῳ τριάκοντα μναῖ, καὶ τῷ τρίτῳ δέκα.* Imprimis autem quod apud Homerum præclare ab Eustathio adnotatum videas, sic fere: *Δοκεῖ γὰρ ἄπορον πῶς αὖ Ἀντίλοχον ὅπως αὖ καὶ ἱππεύσῃ παρεκπροφύγῃ ἄεθλα, ὅπου καὶ ὁ ἔσχατος ἄεθλον λήψεται*, & cætera quæ sequuntur, & a me brevitatis causa prætermittuntur: & statim: *Ἀληθῶς δὲ ἄεθλον καὶ ἐκεῖνό ἐστιν, ὡς εἰ καὶ μὴ νικῶντι, ἀλλ' ἀγωνιζομένῳ διδόμενον. ἄεθλα γὰρ τὰ τεθέντα πάντα εἶπε καὶ ὁ ποιητής, ἐν τῷ ἱππεῦσι μὲν πρῶτα ἀγλαὰ ἔθηκεν ἄεθλα*, &c. *ἔτι δὲ λυθήσεται ἡ ἀπορία προσυπακουομένου τοῦ κρείττονα, ἵνα γε μή σε παρεκφύγῃ: ἄεθλα τὰ μὲν τὸ πρῶτον ἆθλον περιλειπόμενα κρείττονα.* Ipse quin etiam poeta eo in *libro* paulo post, satis perspicue his admodum versibus:

Ἀλλ' ἄγε δή οἱ δῶμεν ἀέθλιον ὡς ἐπιεικὲς
Δεύτερ' ἀτὰρ τὰ πρῶτα φερέσθω Τυδέος υἱός.
Ὣς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπῄνεον, ὡς ἐκέλευε.

Item postea, ubi de cursus, quo superior Ulysses adversus Aiacem Oileum extiterat, præmiis, quorum tertium atque ultimum cessit Antilocho, sic de ipso idem Homerus cecinit:

Ἀντίλοχος δ' ἄρα δὴ λοισθήιον ἔκφερ' ἄεθλον.

Et placet illud poetæ *ἀέθλιον*, quasi *præmiolum*, velut modicum quidpiam honoris causa (ut apud Jurisconsultum est) dixeris: quo nomine omnia, excepto primo, cætera designabantur. Præmii nomen simpliciter & sine adjectione prolatum, soli primo, competit, sicut & brabii; quod unus tantum merebatur, aut accipiebat, qui victor a præcone palam ex Hellanodicarum aut agonothetarum judicio renunciatus foret: quamobrem a B. Paulo dictum *Epist.* I. *ad Corinth.* cap. IX. vers. 24. *πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον.* Nec tamen nescio, quid contra Eustathio

1 Lib. v. *de Beneficiis* cap. II. *Sic interdum alium victorem esse, quam qui interimat,* apud Plutarchum Sostris ait, quæst. XIII. lib. IX. *Sympos. Problem.* fol. 1321. *κρείττων δὲ ὁ νικῶν ἀποθνήσκειν δὲ πολλάκις συμβαίνει καὶ ἀγαθοῖς ὑπὸ κακῶν.* Et in hanc F rem videsis Arrachionis & Creugæ historias, quas inferius a Pausania profero extremo *cap.* XXII.

2 Lib. x. *Deipnos.* fol. 174. Aldini exempl. Latinæ versionis a Dalechamp. fol. 326.

3 Ad istud ex versibus *Iliad.* ψ. quos superiore *Sermone* retuli, *ἵνα μή σε παρεκπροφύγωσιν ἄεθλα.*

περὶ τοῦ ἀέθλιυ videatur, duobus [1] minimum παρεκβολῶν suarum locis; ὅτι οὐχ ὑποκοριστικὸν, ἀλλὰ παράγωγον, ὁμοίως τῷ ἴσχνος ἴσχνιον. Sed quid vetat (quæso) quominus interdum poeta τὸ ὑποκοριστικὸν, metri causa vel figurate κατὰ ταπείνωσιν λεπτότητα sive λιτότητα usurpet? sicuti *Iliad. α.* ubi Eustath. fol. 111. Achillem ægre tulisse aut vehementer doluisse significans, lætatum non fuisse satis habuit dicere, sic fere:

—— οὐδ' ἄρα τώγε) ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.

tamen aliam oratoribus familiarem ἀντὶ καταφάσεων δ' εἰδεῖ χρᾶσθαι σχήματι τῷ κατὰ ἀπόφασιν agnoscit Eustathius, sed ita ut interim suppleat ἀλλὰ τὸ ὑπερελυπήθη δηλονότι: juxta ea, quæ ante dixi, & aliunde capp. XVIII. & XXI. lib. II. *Semestrium* diligenter explicasse me recordor. Ἀέθλιον profecto, sicuti negare nolim, quibusdam locis videri simpliciter pro præmio positum, præsertim ubi epitheton *magni* ei adhibetur, quemadmodum in hisce oraculi Delphici versibus apud Heliodorum *Æthiopicon* lib. ult. fol. 242.

Τῇ παρ' ἀειστόβιον μέγ' ἀέθλιον ἐξάψονται
Λευκὸν ἐπὶ κροτάφων στέμμα μελαινομένων:

ita quin eandem omnino diminutivi formam ἀπ' ἀέθλου habeat, quam ἀπὸ τοῦ τέκνου τεκνίον, dici non potest: hoc autem Galatis blandiens D. Paulus ita expressit *cap. IV. vers.* 19. τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω; &c. τειχίον quidem & κλειδίον καὶ τὰ τοιαῦτα ne ipse quidem Eustathius ὑποκοριστικὰ esse alibi [2] diffitetur, quamvis ex veterum Grammaticorum observatione circa trisyllaba vocabula paroxytona vel proparoxytona, differentiam ex accentuum sedis ratione constituere videatur. Sed hæc illi dijudicent, aut etiam excutiant, quibus curæ est vacatque: & nobis profecto a re vel publica vel nostra tantum adhuc otii non fuit, aut porro futurum est.

CAP. XX.

Prima, secunda, tertia in agonibus præmia, Philonis præcipue ac Herodiani locis expositis: τὰ πρωτεῖα, δευτερεῖα, &c. sed & πρῶτα & δεύτερα: confirmata vulgari, quam in dubium alii vocarant, lectione in Notis. *Themistius explicatus. Majora præmia & minora. Lemniscata palma. Ludi seu agones poetici apud Tolosam, & eorum præmia: itemque commentarii. Athlothetæ seu Critæ. Præco, qui & Commentariensis e vetustis idiomate vernaculo ante* CCXL. *annos conscriptis legibus, quarum ipsa verba referuntur; Epulum, Tibicines: ex prædiorum agonotheticorum ab Isaura Clementia concessorum reditu. Isauræ statua cum inscriptione in agonum loco. Præmia extra ordinem a Cancellario tributa de suo. Hæc omnia non sine vetusto Græcorum exemplo.*

ERGO prima, & secunda, & tertia præmia fuisse proposita, ut qui esset illis exclusus, non tamen hisce defraudaretur is, cujus aliquod meritum præ cæteris post victorem antagonistis foret, perspicue ac eleganter Philo admonet, quo neminem ab investigatione veri Dei propter difficultatem rei deterrendum esse doceat, cum saltem conjectura quadam, ejus quod verum est similitudinem tenuemque, (ut in philosophiæ studio evenit) si non perfectam, intelligentiam adipisci queat, in quo studio etsi quis in tam profunda cœlestium rerum contemplatione mentis oculorum aciem tanto siderum fulgore perstrictam experiatur, nihilo tamen magis animo concidit, aut spem secundorum præmiorum assequendorum (quod in agonibus fieri solet, ubi primis alteri delatis exciderit) ipse abjicit: Τούτων γὰρ ὁ λογισμὸς ἀπὸ τῆς γῆς ἄνω μετέωρος (ait in περὶ μοναρχίας, fol. 558.) ἀρθεὶς αἰθεροβατεῖ, καὶ συμπεριπολῶν ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ, τἀκεῖ πάντα γλιχόμενος ἰδεῖν ἀμυδροτέραις χρῆσεται τῆς προσβολαῖς, ἀκράτου καὶ πολλοῦ φέγγους ἐκχεόμενον, ὡς τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα σκοτοδινιᾶν τῆς μαρμαρυγαῖς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο προκαμὼν ἀπαγορεύει, γνώμῃ δὲ ἀπτήτῳ πρὸς τὴν ἐνδεχομένην θέαν ἵεται, καθάπερ ἐν ἄθλοις δευτερείων μεταποιούμενος ἐπειδὴ τῶν πρώτων ἐσφάλη. Atque ita τὸ τῶν δευτερείων vocabulum intelligas alio [3] ejusdem Philonis *loco*, ubi, τὸ γὰρ μὴ ἐν καλοῖς διαπρέπειν ἐπιφανέστατον αἶσχος ὡς τὸ φέρεσθαι τὰ ἐν τούτῳ δευτερεῖα κουφότερον κακόν. Nec enim dubito quin ea sit a secundis agonum sacrorum præmiis ducta translatio; sicut apud Polybium, ubi τὸ πρωτεῖον ἐκφέρεσθαι τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων legitur: sicut apud Eunapium sub init. *Jamblichi* in *Vitis Sophistarum*, fol. 20. Οὗτος Ἀνατολίῳ τῷ κατὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ συγγενόμενος, πολύγε ἐπέδωκε καὶ εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἤκμασεν. Et quo loco Carthaginem de secundis adversus Alexandriam (scilicet præmiis sive honoribus) contendere ait Herodianus lib. VII. *Histor.* in *Maximino* fol. 153. lib. Stephan. cum ad vim pecuniarum, inhabitantium numerum, atque multitudinem, civitatisque ipsius amplitudinem quod spectat, soli Romæ debeat cedere: Η γοῦν πόλις ἐκείνη καὶ δυνάμει χρημάτων, καὶ πλήθει τῶν κατοικούντων, καὶ μεγέθει, μόνης Ῥώμης ἀπολείπεται φιλονεικοῦσα πρὸς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρου πόλιν περὶ δευτερείων. De præmiis quidem agonum proprie τὰ πρωτεῖα dici, mihi constat; sicut isto apud Galenum loco ἐν προτρεπτ. λόγῳ πρὸς τὰς τέχνας: Πῶς ἂν οὖν ἔνθα περὶ πρωτείων ὁ ἀγών ἐστι, σεαυτῷ δίδως τῆς κρίσεως τὴν ἐξουσίαν, ἀφελόμενος αὐτὴν τῶν σοφωτέρων ἢ κατὰ σεαυτόν. Atque hoc denique apud Laertium [4], ubi de adamatis a Menedemo philosopho poetis, ad satyricos enim quod attinet, Æschylum in præcipuo, Achæum autem in secundo habitum honore sentiens, ita extulit: Καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ ὥπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου. Nam

---

1 *Ad illum versum Homericum* pag. 1315. lin. 10. ubi: Οὐχ ὑποκοριστικὸν δὲ τὸ ἀέθλιον· οὐ γὰρ εἰώθεν ἁπλῶς οὕτω σχηματίζειν ὁ ποιητὴς ὑποκορισμοὺς, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἐφάνη· παρωνόμασται δὲ ἐκ τοῦ ἄεθλον, ὁμοίως τῷ ἴχνιον καὶ τοῖς τοιούτοις. Item sub initium *Odyss. φ. ad illud* ἐν μεγάροις Ὀδυσῆος, ἀέθλια καὶ φόνου ἀρχήν, fol. 1897. *lib.* III.

2 In *Comment. in Hom. Iliad. ι.* fol. 743. in princ. *ad illud* πρὸς οἶκον Πηλῆος. ἐγὼ δ' ἐπιμείλια δώσω.

3 Περὶ ἀποικίας, fol. 282. Sic Plato in *Philebo* πρωτεῖα, δευτερεῖα, τριτεῖα dixerat eo loco quem adfert Steph. *in* πρωτεῖον: deceptus interim hic quidem circa emendationem loci cujusdam apud Synesium ex *epist.* CXLVIII. ubi, καὶ τοῦτ' ἔστι τὰ ἐκ δευτέρων πρωτεῖον. Sic enim τὸ δευτέρων pro δευτερείων dixit, ut Eunapius in eo quem subjiciam loco δεύτερα pro δευτερεῖα: ut Philo in præcedenti περὶ μοναρχίας *loco* τῶν πρώτων ἀντὶ τῶν πρωτείων: ut Herodotus denique συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ *Terpsichore*: quemadmodum extremo *cap.* XII. hujus *lib.* a nobis expositum fuit. Et sane τὸ πρῶτον dicitur ut ἆθλον intelligatur, quomodo in iis Homeri *versibus*, quos extremo *capitis* præcedentis attuli.

4 Lib. II. *de Vitis Philos.* in *Menedemo*, fol. 97. & similiter apud Hesychium Illustrium in ejus *demerita*, fol. 34. Edit. Plantin. an. 72.

& secunda & tertia quoque victoribus itidem choragis præmia ex Lycurgi Rhetoris ad populum Athenienfem lata lege (cum tres anniverfarios choros, pompafque in Piræeo duci voluiffet cohoneftando Neptuni certamini) propofita fuiffe Plutarchus eo *loco* docet, quem *tractatu* primo *cap.* III. attuli. Quamobrem quod circa curfores ad extremum *libri* fuperioris *cap.* XXXIV. & pen. fub initium, a Themiftio propofui, ὅτι ἀπαύτη ἀγέραςος ὁ ἡττώμενος, ita explicandum eft, ut is demum victus haberetur, ac fine præmio prorfus abfcederet, quem unus aut alter, aut etiam tertius ita præceffiffet, in faciendo fortiter ac ftrenue, juxta morem legemque certaminis, ut poftremus ipfe relinqueretur. Alii quibus fecunda vel tertia præmia cederent, non utique victi crederentur; quinetiam iis hoc ipfum honori non vulgari duceretur, ficuti ex eo Herodoti de Athenienfi Callia, celeberrimo teftimonio intelligimus, in hæc prorfus verba concepto in *Erato*, five *lib.* VI. fol. 236. Ὡς ἀνὴρ ἀπροσελάσθερῶν τὴν πατρίδα, τοῦτο δὲ τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐπείρησε ἵππῳ νικήσας, τεθρίππῳ δὲ δεύτερος γενόμενος ἐξανεφάνθη, &c. quæ fuperioris *libri capite* XIX. exhibuiffe me recordor: itemque ex eo Thucydidis de Alcibiadis Olympionicæ munificentia, elogio infigni, quod fequenti *capite* proferam. Tametfi proprie victor is effet, qui cæteris omnibus ita præftiterat, ut prima fibi abftuliffet præmia: quæ ipfa majora nominabantur ab antiquis Romanis, ut in illa vetufta Infcriptione, quam e Cechinorum domo in Campo Martio Roma protulit Philander in *Annot. ad Vitruvium ad cap.* III. *lib.* V. de Diocle Lufcitano agitatore factionis ruffatæ, qui & in aliis factionibus vicerat: ERUSATA LAENATE PONTIANO ET ANTONIO RUFINO COSS. SUMMA QUADRIGA AGITAVIT ANNIS XXIIII. MISSUS OSTIO IIII. CCLVII. CLXII. A POMPA CX. SINGULARUM VICIT. ∞ LXIII. INDE PRÆMIA MAJORA VICIT XCII. XXX. XXXII. &c. Ex qua confuetudine vetufta nempe iftud eft quod Statius Papinius in lib. VI. *Thebaidos* non Arcadem modo qui fine fraude vicerat fecundo loco, prima vice fuperatus illo Idæ dolo, quem fuperius verbis ipfius poetæ oftendimus, verum etiam Idam fuo quopiam fed minoris pretii munere donatum, reliquos antagoniftas levalimis præmiis affectos, cecinit fic fere:

Finiti curfus, operumque infignia præfto,
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas,
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.

Et item iftud quod cum ab Hippomedonte Phlegyas atque Meneftheus difco fuperati effent, nihilominus tamen hos fua quoque licet minora præmia confequutos, idem poeta finxit his verfibus:

Tunc genitus victori Tigrin inanem
Ire jubet, fulvo quæ circumfufa nitebat
Margine & extremos auro manfueverat ungues;
Gnofiacos arcus habet & vaga tela Meneftheus.
At tibi, ait, Phlegya, cafu fruftrate finiftro
Hunc quondam noftri decus, auxiliumque Pelafgi
Ferre damus (neque enim Hippomedon inviderit)
enfem.

Poftremo quod fuperato colluctatore Agylleo apud eundem poetam extrema *Thebaide* fexta:

Et palmam dextra lævaque nitentia dono,
Arma ferens Tydeus
Hæc fimul oftentans quæfitaque præmia laudum
Dat fociis: fequitur neglectus Agyllea thorax.

Et fane in Capitolinis a Nerone ac Domitiano inftitutis (quemadmodum *lib.* I. *cap.* III. & XXVI. enarratum fuit) muficis quoque ac poeticis agonibus qui vicerant, eos corona & ramo e quercu arbore (addefis oleam, ex qua miftis & circumplexis querneis foliis compactam Capitolinam coronam eo *capite* XXVI. monui) lemnifcatis aut torque involutis donatos: qui vero fecundi erant, horum coronas & palmas fine lemnifcis fuiffe, in fuis *Aufonianis Lectionibus* lib. I. cap. X. Jofephus ille Scaliger omnium optime noftratium, exterorumve, hac & patrum ætate literis Græcis Latinifque meritus, a Sidonio & Aufonio docuit: iftius ex *epift.* XX. *ad Paulinum* hofce verfus explicans:

Et quæ jamdudum tibi palma poetica pollet,
Lemnifco ornata eft: quo mea palma caret.

Eademque ratione in Palladiis quoque feu muficis, aut potius poeticis illis, non chryfanthinis quidem, (quales qui olim Sardibus celebrati, ut ex Infcriptione vetufta Græca, unde verba fuperius protuli, & illo Martiani Jurifconfulti quod adjunxi teftimonio intelligitur) fed argyranthinis vel argyrophyllinis, apud Tolofam noftram ludis, quos quotannis Majo menfe ineunte committi folere, aliquot antea locis fuperiorum *librorum* admonui: quemadmodum unum victori præmium proponitur Leucoion Luteum [1], antiquitus ex auro fub annum Chrifti ∞ CCC. XXIII. XLVIII. & LV. [2] nunc vero & parentum itidem ac majorum noftrorum memoria ex argento puro & folido, præcipui hoc quidem honoris loco [3]; fic duobus aliis qui inter antagoniftas poematum fuorum recitatores ad victorem proxime acceflerint, fua itidem florida (ut ita loquar) ex argento præmia

1 Vulgari verbo, *La violette, qui eft le violier jaune.*

2 Vide in *d. lib.* II. *Commentarii* publici affervati apud Archium Capitolinorum Octovirorum.

3 Quod qui confequeretur eum *fubtilem* aut *peritum amatorem* a majoribus illis agonum poeticorum apud Tectofagas noftros inftauratoribus appellatum libro *Commentarii publici* II. fol. 70. memoriæ traditum. Cætera vero præmia duo acceffionis loco ad præcipui ejus commendationem & fefti ac folemnis diei celebritate adjuncta, ne in unum hominem alioqui totus feftivitatis honos conferretur. Sic enim verba vernacula concepta fere funt: *Cil que han gazanhada una vetz o mot as la ioya principal coma la i ya ve la violeta laqual principal hi eftan, fon nommat fin aymant*, &c. *E dizem principal en efpieg de lat autras ioyas, lafqualz appellum acceffiorias: & a queftas bom dona per hondrar la ioya principal & per follempnizar la fefta. E que uz folamen no aya tota la honor de la fefta.* Luteum igitur iftud Leucoion ab ipfo agonum initio aureum eorum præmiorum præcipuum fuit hujus ornamento adjecta duo poft annos aliquot argentea: & ut eft in lib. II. *Comment. publici* aliquoties a me jam citati vulgari Occitana lingua perfcripto, fol. 70. *Flor de violeta de fin aur, flor d'ayglentina è flor de gaug de fin argen:* & quadam epiftola verfibus ante annum 1323. confcripta feptem virorum Manutentorum nomine ac undique miffa invitandorum ad certamen poeticum agoniftarum gratia, quæ extat lib. I. ejufdem *Commentarii publici* fub initium: *E per tal que vuels fa lefer cafeus en fa obra plazen. Dizem que per drey juciamen a cel que la fara plus neta donarem una violeta de fin aur en fenbal donor no regardan pretz ni valor*, &c.

sub Lilii, sive (ut quidam cum Matthiolo sentiunt) Aquilinæ aut Aquilegiæ [1], atque sub Heliotropii sive Kalendulæ [2] specie, non sine causæ cognitione decernuntur: sed ita quidem ex majorum instituto, ne idem bis præmium [3] aut annuatim singula unus poeta, verum intermisso unius anni (quo gratiæ athlothetis aguntur, dum aliis annua illa concedunt præmia) spatio, nec citius quam intra quinquennium tria illa velut periodonices, aut trisolympionices quispiam interjectis (uti dixi) annis consequatur: atque ita relatus in magistrorum Rhetoricæ facultatis ordinem (ita enim in *Commentariis* priscis, qui ex archio ludorum tempore deprompti ostentari & ante ipsum protocritem seu Cancellarium collocari supra vel ad pulvinos holoveros, chrysospastos atque bracteatos solent, nominatam comperi poeticam) anno sexto post redditas de adepto superioris anni honore gratias, quas itidem ob illa præmia singula interjectis annis habuere, suffragii de agonistarum præmiis ferendi jus in posterum consequatur; cum ipsis athlothetis, ex octovirorum nempe (qui Capitolinorum appellatione magistratum municipalem annuum gerunt) ordine tribus, sed iis agonum præcipue judicibus, qui ut a Græcis olim Hellanodicæ vel Critæ, sic a nostris nominati *Manutentores*: simul cum eo, quem Cancellarium [4] ob auctoritatem, qua cæteris præcellit, nuncupant; hoc est, supremi Clementiæ Isauræ judicii executores & honoratorum civium atque magistratuum numero, huic serio ludicro tuendo atque ordinando destinantur: in quo ubi Kalendis Maii matutinis post audita solemnia sacra, & pomeridianis horis poematum variorum recitationi opera data est, & celebre syssitium epulum sive convivium ab octoviris illis municipalibus Clementiæ Isauræ legatariis in intimo tanquam Prytaneo Capitolinarum ædium (ex Græcanico scilicet more, quem superiore *tractatu* [5] celebravimus) Symmystis atque thiasotis, immo præcipuis quibusque ex civium honoratorum ordine invitatis, ad quintum Nonas Maii (qui dies inclyti Christianorum signi [6] memoriæ sacer est) post matutinas aliquot horas itidem recitationi poematum impensas, non sine publica lætitia, quam vel ipsi tibicines pronunciant, exhiberi moris est: factis in eam rem sumptibus ex agonotheticorum prædiorum reditu, quæ restituendi musici certaminis hujus gratia virilem animum gerens Isaura, Herculea immo virtute ac liberalitate incomparabili contulit; quale convivium præbiturum se Achilles post monomachiæ agonem, olim isto carmine Homerico ex *Iliad.* ψ. fol. 1330. professus:

Καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομαι ἐν κλισίῃσιν.

Ob quam egregiæ fœminæ liberalitatem, cum summa prudentia posteritatisque ad liberalium literarum studium excitandæ cura conjunctam, exemplo Romanorum veterum (qui Taraciæ Cajæ, sive Suffetiæ virgini Vestali statuam, ut poneretur ubi vellet, decreverant, propterea quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo; sicuti a Plinio Secundo cap. VI. lib. XXXIV. *Nat. Histor.* literis proditum) majores itidem nostri statuam Isauræ illi virgini (ut fas est credere, nam de conjugio nihil historiæ nostrates memorant) ob forum vænalium quod Petræ dicitur media urbe situm, & in eos quos dixi usus liberaliter, cum aliquot aliis prædiis urbanis rusticisque collatum, statuam quam honoratissimo loco in aula magni, quod vocant, consistorii (ubi poeticum certamen annuatim velut in ipsius conspectu exhiberi solet, quotidiana etiam litium judicia expediri, consilia denique de summis totius reipub. negotiis cogi frequentissimo civium conventu, quot mensibus aut etiam sæpius, si forte communis utilitas exigit) poni jusserunt. Inscriptionis aut vetustæ, aut ad vetustarum illarum exemplum expressæ, atque cum Romanis comparandæ, omnino hæc verba sunt, majusculis, ac deauratis mandata, æneæque tabulæ inscripta literis.

EPITAPH. CLEM. ISAVRÆ.

CL. ISAVR. L. ISAVR. F. EX PRÆCLARA ISAVR. FA. QVVM. IN. P. P. COELI. OPT. VITAM. DELEGI. CASTA. Q. ANNIS. L. VIXI FOR. FRV. VINA. PISCA. ET HOLITO P. S. IN PVB. VSVM STATVIT. C. P. Q. T. L. G. HAC LEGE VT QVOTANNIS LVDOS FLO. IN ÆDEM PVB. QVAM IPSA SVA EXTRVXIT CELEBRENT. ROSAS AD M. EIVS DEFERANT. ET DE RELIQVO IBI EPVLEN. QVOD SI NEGLEX. SINE DO. FISCVS VENDICET CONDITIONE SVPRADICTA H. S. V. F. N. V. R. I. P.

Nec aspernandum, aut sine aliquo Veterum exemplo fieri existimandum, quod ille quem dixi Cancellarius, selectis aliquot bonæ ac generosæ indolis pueris (quibus ipsi libuerit) præter legitimum & publicum, quod uni eximio cuipiam tribuitur, ipse illis de suo alia consimilia subargenteo itidem; sed minoris quam illa tria sint præmia pretii, flore ocello [7] (quem ab odore caryophyl-

1 Vulgari verbo *églantine*, unde certamini Musico nomen Gallis dici existimant, *Ancolye*.

2 Vulgari verbo *le gauch*, quod Gallice *souci*. Ital. *fior d'ogni mese*, veteribus poetis caltham vocantibus, ut nonnulli sentiunt.

3 Expositis tamen quas memoravi legibus, quæ in desuetudinem abiere post triennium, quo durante festum diem suis poematis honorasset idem præmium licuit consequi, ut scriptum diserte lib. I. *Commentarii* holovero viridi operti & lib. II. fol. 67. pag. 2. alio præmio intra triennium donari unum adeptus potuit. Sic enim ibi scriptum: *Cel qu' aura joya baguda una vets per son bel dictat no deu besser receubuts per aver aquella que baura baguda tro que lespazis de tres ans sia passatz aprop l'an complit que laura baguda per so que las honors se partiscan, e pueis lo quart an pot esser receubuts per haver la meteyssa joya que baura baguda mas que haia hondrada la festa per los ditz tres ans am la precieusa de la persona & aver alcum dictat, si donx per causa justa no era estatz empachat de laqual causa poyran conoysher li ditz* VII. *senhor mantenedor, o la major partida de lor. A dautra joya pero en aquel miech poyra esse receubeut.*

4 Hoc munere functus ann. 1348. Guliel. Molinerius quispiam, ut ex ejus ad septem Manutentores *epistola rhythmica* in illos *Commentarios publicos*, quos ante dixi, relata colligitur, ubi hæc verba sunt ad extremum veluti subscriptionis loco, simplicitatem quandam subrusticam cum vernaculo sono redolentia, sic fere:

Lan mil tres cents quarante bueict
Am l' autentic sagel p nden
Del gay consistori plazen
Per l' umil vostre cancelier
Mensonat Guilhiem Molinier.

5 Ubi de præmiis Olympionicarum agimus.

6 De quo videnda quæ scribo lib. III. *Semestr.* ad extremum cap. I.

7 Vulgo *gyroflade*, Gallice *gyroflée ou œuillet*

lum, itemque betonicam, sive coronariam vetonicam a Veteribus dictam nonnulli, alii vero ipsis incognitum autumant) honoris ac præmii cujusdam vice, quo scilicet ad bonarum artium studia ineunda extimulet atque incendat, extra ordinem de suo largiri solet. Nam Antilocho, qui tertium modo e cursus certamine præmium fuerat consecutus, dimidium auri talentum insuper Achilles apud Homerum tribuit; sic fere canentem:

> Ἀλλά τοι ἡμιτάλαντον ἐγὼ χρυσοῦ ἐπιθήσω
> Ὥς εἰπὼν ἐν χερσὶ τίθει.

Quo exemplo id ab agonothetis quoque priscis usurpatum postea fuisse retulit eo loci Eustathius; in hæc verba: Ἤγουν ἐπιβαλῶ ἐπέκεινα τοῦ ἀέθλου ὅ [illegible]σω, ἐξ οὗ νοητέον, ὅτι ἐκ περιουσίας τοῖς ἀγωνοθέταις ἐξεῖναι [illegible]το, καὶ τὰ εἰς φιλοτιμίαν εἴπη δώσειε. Ac de ocello quidem cum alioqui nullam in priscis poeticorum agonum nostratium *Commentariis* injectam esse mentionem, ipsis nuper accurate perlectis didicerim, a *grafiario* (sic vulgo nominant) sive grammateo Capitolinorum octovirorum asservatis: nihilominus tamen, ubi de legibus agonis hujusce agitur, sub annum Christi ∞ CCC. LV. jussu VII. Critarum (quos *Manutentores* [1] hoc est conservatores veluti nomophylacas aliquos vetusto verbo vocamus) editis, cum scriptum ut materno, sive Occitano sermone [2] in hanc sententiam; ut *Bidello*, id est, præconi (ad cujus curam id quoque spectavit munus, quo *graphiarius* agonalis consistorii hodiernus, cujus ibi nulla mentio, perfungitur [3]) quinque solidi Turonenses, honorarii cujusdam vice pro impensa opera dentur ab eo (si tamen ita libuerit) qui aliquod præmium fuerit assequutus: quod interdum extra ordinem tribui solet eliciendæ [illegible] recreationis, & ad eam incitandæ juventutis [illegible]: inde initium factum ocelli pueris [illegible] poemata pronuntiantibus, qui bonæ [illegible] aliquam in posterum faciant, tribuendi crediderim; cui aliquot ejusdem generis adjungi solere flosculos extra ordinem aliis concedendos pueris, modo dictum est.

CAP. XXI.

Variis agonibus unus eodem die decertare athleta potuit, bis ut vinceret. De Stratone insigni athleta, de Timone ac Cimone in eam rem loci. Paradoxonicæ apud Plutarchum, emendatis ipsius verbis, eorumque reprehensis Interpretibus, sed ita ut excusentur quod potest. Paradoxi qui Fortunatiano, Arriano & lapidibus vetustis; qui Eusebio. Emendantur interim Arrianus & Suidas. Hominibus ipsis tributa hæc, Victoriæ, Veneris, Lyræ, Musæ, Atticæ Musæ, Domestici boni sive Ornamenti, atque Sapientiæ cognomina. Interdum omnia unus auferebat præmia. Ἀκονιτὶ, ἀκονιτί. *Plutarchi de Alcibiade locus illustratus, Isocrate adhibito, quem ipsius Interpres assequutus non videtur: item Athenæo atque Thucydide.* Ζεῦγος, ξυνωρίς, *biga Olympicis agonibus addita ætate Alcibiadis: longe antea currus, quo Alcmæon Atheniensium primus inibi vicerat. Alium poscere. Nemo sine pugna proprie victor: citato imprimis B. Chrysostomo, in quo macula quæpiam deletur. Sed coronatus tamen etiam non victor, si leges athleticas omnes observasset. Victor etiam post lapsum, ex Ambrosio, Chrysostomo, Arriano, & Chrysologo; cujus verba castigantur. De lapsis pœnitentibus in Ecclesiam recipiendis nonnulla adversus Novatianos.*

POSTREMO eodem ludorum die unum eundemque variis agonibus decertare, præmiaque ipsorum victorem auferre potuisse observatum jam pridem apud Pausaniam [4] de Capro Pythagoræ sive filio, sive discipulo, agentem ita, ut luctæ atque pancratii coronas eodem die consequutum referat, primoque ipsi obtigisse istud, bis ut eodem die vinceret: cui etiam duas ex duabus victoriis positas, juxta morem superiore *libro* a me celebratum, statuas apud Olympiam scribit, quo loco. Παρὰ δὲ αὐτὸν ἀνδριάντες δύο, ἀνδρός εἰσι Καπροῦ τοῦ Πυθαγόρου, πάλης [illegible] παγκρατίου στεφάνους [illegible] τῆς αὐτῆς. πρῶτος δὲ γεγόνασιν ἀνθρώπων, [illegible] καὶ τῷ Κάπρῳ τούτῳ. Et lucta quidem narrat superatum ab illo Eleum Pæanium, qui ipse postea, quod viros lucta & pugilatu Pythicis agonibus eodem quoque die vicisset,

---

1 In lib. II. *Comment.* vernacula lingua perscripti, fol. 70. sic legitur: *Li [illegible] a juciar & aonar las ditas joyas. E cil que son receubut e creat per lor son nommat Mantenedor del gay saber, o Mantenedor d' amors, o del joy d' amors, e prendez amors en bon significat, soes per amors ques fina bonesta e leguda. Quar aquela tos temps manteno e en autra non satendo.*

2 *Lib.* I. ejus voluminis quod holovero viridi opertum & umbilicis quinis deauratis exornatum est, & præ Cancellarii oculis, dum agoni poetico præsidet, statuitur, cum aliis Rhetorices utriusque præcepta continentibus codicibus viridi rubroque holovero adopertis: *Et qi an alcunas vetz es donada cesta joya extraordinaria per cobbla esparsa per apenre & essenhar los noels dictadors & en aysso com quel. [illegible] trebaille deu haver de cel ques ha la joya, cinq solz tornez si donar les y vol de grat.*

3 Itaque in ipsius creatione, juxta leges in *Commentario* illos *publicos* relatas, post inquisitionem de fama præclara & honestis ac probatis moribus, jusjurandum præbebatur se bonum & fidelem & arcanorum sibi commissorum custodem, bona fide relationem durante officio facturum & præcipua quæque dictata sive poemata pronunciata suo tempore in *Commentariorum* Librum, sibi a Manutentoribus in hanc rem præbendum, esse relaturum: his admodum verbis vernaculis: *E que bona relation e bon report fara & loyalment servira a bona fe duran son offici: e registrara los dictatz principals de son temps en lo libre qu'el dict* VII. *senhor Mantenedor li balharan.*

4 Lib. *Eliacon* II. fol. 151. & 152. ubi a Capro dejectum in colluctatione præmium Eleum, Ὀλυμπιάδα πάλην τὴν πρωτέραν ἀνῃρημένον καὶ Πύθια παίδων τε πυγμὴν στεφανωθέντα ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. Theagenem quidem Thasium cum superasset pugilatu Euthymum Locrensem ab ipso postea volente, τῇ αὐτῇ Ὀλυμπιάδι πυγμῆς τε ἀνελέσθαι καὶ παγκρατίου νίκας superatum Theagenem pancratio, ἅτε προκατεργασθέντα τῇ μάχῃ πρὸς τὸν Εὔθυμον, & mulctatum insuper talento uno quidem dependendo in Dei anathemata: altero autem jussu Hellanodicarum præstito ipsi Euthymo narratur a Pausan. *Eliac.* II. fol. 143.

coronatus fuerit. Præterea de Clitomacho Thebano memoratur a Pauſania ipſo *Eliacon.* II. illum Iſthmiis eodem die viros lucta viciſſe, pugileſque ac pancratiaſtas terno certamine: Τὰ δέ οἱ ἐς δόξαν ἦν τοιάδε. Ἐν Ἰσθμῷ παλαιςὰς κατεπάλαισεν ἄνδρας, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς τούς τε τὴν πυγμὴν, καὶ τοὺς ἐς τὸ παγκράτιον ἐσελθόντας ἐκράτει τῇ μάχῃ, &c. Iſtud ipſum ex eo colligitur carmine, quod in hæc verba fudit Alcæus Epigrammatarius lib. IV. *Anthol.* tit. εἰς ἀγωνιςῶν εἰκόνας cap. II. epigram. V. cujus initium Οἷον ὁρῇς, quod protuli ſuperiore *libro*:

Ἄρτι παρ' αἱματόεντα χερῶν ἀπελύετο πυγμᾶς
    Ἔντεα, καὶ γοργῷ μάρνατο παγκρατίῳ.
Τὸ τρίτον οὐκ ἐκόνισεν ἐπωμίδας, ἀλλὰ παλαίσας,
    Ἀπτὼς τοὺς τρισσοὺς Ἰσθμόθεν εἷλε πόνους.
Μοῦνος δ' Ἑλλάνων τόδ' ἔχει γέρας. ἑπτάπυλοι δὲ
    Θῆβαι, καὶ γενέτωρ ἐστέφεθ' Ἑρμοκράτης.

Alio etiam loco *Achaicis*, fol. 181. de Stratone loquitur idem Pauſanias athleta Ægienſi, ut eodem die apud Olympiam luctæ atque pancratii victorias reportaverit; cui porticus exercendo corpori ad oppidum Ægium conſtructa ſit: Στοὰ δὲ τῆς πόλεως πλησίον (inquit) ἐποιήθη Στράτωνι ἀθλητῇ, Ὀλυμπιάσιν ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης ἀνελομένῳ νίκας. αὕτη μὲν γυμνάζεσθαι τῷ ἀνδρὶ ἐποιήθη. De quo Stratone Corragi filio, id ipſum, quod attinet ad victoriam eodem die duplicem, & inſuper ad valetudinem ope gymnaſtices recuperatam, ex Æliani quarto de *Varia Hiſtoria*, primo hujus *Agoniſtici* libro cap. XIV. egimus, ubi de arte gymnaſtica plurimum a nobis diſputatum fuit. Hoc amplius ab aſſentatore ſophiſta quopiam (ſic enim potius, non philoſophum, nominare placet) laudatum Timonem illum Lucianus in *Timone* ad finem memorat, quod eodem die pugilatu, lucta, & curriculo viciſſet apud Olympiam, itemque equorum quadrigis & pullorum bigis: Νενίκηκε δὲ πὺξ, (ait) καὶ πάλην, καὶ δρόμον ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, καὶ τελείῳ ἅρματι, καὶ συνωρίδι πωλικῇ. Victoriis pares numero coronas & cum palmæ ramis conſequutum nempe ſignificat. Magnæ admirationi fuiſſe apud Veteres eum, qui ſacro certamine bis eodem die victoriam reportarat, inde addiſcimus, quod de Cimone (quem Probus Æmilius in *ejus Vita* fol. 103. memorat, apud Mycalen Cypriorum & Phœnicum ducentarum navium claſſem devictam cepiſſe, eodemque die pari fortuna in terra uſum eſſe: namque hoſtium navibus captis, ſtatim ex claſſe copias ſuas eduxiſſe, barbarorum uno concurſu maximam vim proſtraviſſe) agens Plutarchus, poſteaquam Cimonem ut inſignem athletam prœliis uno die duobus victorem, ac decus Salaminium terreſtri pugna, navali Platæenſe tranſgreſſum inſtitiſſe victoriis, juxta Cruſerii verſionem, tradidit: vel potius, partis illuſtribus duabus eodem die victoriis, inſuper ſtatuendi ac firmandi trophei ergo, prælium continuaſſe navibus utique Phœniſſis LXXX. quas ad Hydrum ſtare, cum ſuperiori pugnæ non interfuiſſent, intellexerat; celeriter adverſus ipſas directo curſu, ita debellatis, depreſſis, ac depugnatis, ut una homines maxima ex parte interierint; quod Interpreti Gallico eruditiſſimo placere video: qui hunc locum ſua paraphraſi elegantiſſima illuſtravit, majorem in modum, in quo brevitate ſua Latinum fugiſſe videntur Interpretem iſta Græca paucula, quæ prætermittere non debeo [1]: Κίμων δ' ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, καὶ τὸ μὲν ἐν Σαλαμῖνι πεζομαχίᾳ, τὸ δ' ἐν Πλαταιαῖς ναυμαχίᾳ παρεληλυθὼς, τρόπαιον ἐπηγωνίσατο ταῖς νίκαις. Ejus rei denuo hiſtoriam pertractans ad finem operis, Romanumque Græco Imperatorem comparans hiſtoricus, ob Græciam illa pedeſtri navalique laurea uno die ab ipſo coronatam, jure aliquam habere inter duces prærogativam ſcribit: athletarum exemplo, quos cum uno die lucta ſimul & pancratio coronantur, in uſu aut conſuetudine vulgi Paradoxonicas, hoc eſt, admirabiles ut inexſpectatos victores nuncupant: ubi Cruſerius, *Novo more vocant victorias*, vertit, Leonardus autem Juſtinianus antea non abſimiliter, *Inſueta rei magnitudine victorias vocant*; Amyotus ipſe itidem lingua vernacula, *Mais comme es jeux de prix & exercice de la perſone qu'on faict par la Gréce, ceux qui en meſme jour gaignent le prix de la lucte & de l'eſcrime des poings* (ſic male vertit, pancratium cum pugilatu confundens) *ſont nommez par une eſtrange couſtume non vainqueurs, mais victoires, pour plus leur faire d'honneur*: decepti omnes mendoſa ſcriptura illius loci [2], quæ talis eſt; ὥσπερ δὲ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλῃ μιᾷ, (legendum ἅμα, ut paulo poſt, vel delendum potius τὸ μιᾷ. utpote fruſtra e præcedentibus repetitum) καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθει τινὶ παραδόξῳ νίκας καλοῦσιν, οὕτω Κίμον, &c. quæ ſuperiore *libro cap.* XIV. appoſui. Verum interea in his, pro παραδόξῳ νίκας, legendum uno vocabulo παραδοξονίκας videri (quod & ſenſus expoſcit ratio) Jano Maynardo noſtro Juveni doctiſſimo, antequam de ſua conjectura me admoneret, aperui; quam ipſum iſto altero Quirii Fortunatiani lib III. *Rhetor.* teſtimonio (quod viciſſim ex illo Plutarchi loco lucem accipit) confirmare memini: Unde etiam vulgo Olympionicas & cæteros victores ſacrorum certaminum paradoxos vocant, magis conſuetudine, quam ratione ducti: nam ut, opinor, παράδοξον eſt quod eſt παρὰ τὴν δόξαν, id eſt, *contra opinionem bonam*. Ubi quod paradoxorum hieronicis nomen tribuitur, de iis qui bis eadem die victores eſſent renunciati accipere convenit: & ſimiliter quod Epictetus apud Arrianum *lib.* II. *cap.* XVIII. his verbis; quæ, ut eadem opera caſtigentur, & quoniam ſuperiora illuſtrant, lubens proferam: Ἐνθυμήθητι οἵαν νίκην ποτὲ ἔγνω ἐκεῖνος νενικηκότα ἑαυτὸν (de Socrate loquitur) οἷα Ὀλύμπια, πόσος ἀφ' Ἡρακλέους ἐγένετο, ἵνα τίς νὴ τοὺς θεοὺς δικαίως ἀσπάζηται αὐτόν· χαῖρε παράδοξε (ita videntur olim ſalutati, quibus eadem die apud Olympiam victores renunciati forent: nam ſequitur, de pugilibus, pancratiaſtis, & gladiatoribus illorum ſimilibus) οὐχὶ τοὺς σαπροὺς τούτους παίκτας καὶ παγκρατιαςάς. οὐδὲ τοὺς ὁμοίους αὐτοῖς τοὺς μονομάχους. ταῦτα ἀντιθεὶς νικήσεις τὴν φαντασίαν, &c. ubi minime dubito, quin pro παίκταις legi πύκταις debeat. Nam tametſi παίκτης luſor, ſit, ἀπὸ τοῦ παίζω, ut in vetuſto *Lexico Græco-Latino* col. 564. Edit. Stephan. attamen quis non videt, inconcinne generali nomini ſpeciale connecti vocabulum ſub ipſo comprehenſum? e contrario autem pugilibus commodiſſime

1 In *Cimonis Vita*, fol. 889. Edit. Steph. ubi Amyotus eruditiſſ. & religioſiſſ. Antiſtes, in cæteris quæ rectiſſ. prodidit, iſtud itidem optime: *Ne ſe contenta pas encore de cela: car apres deux ſi belles & ſi glorieuſes victoires gaignées il combatit encore pour l'honneur du trophée, eſtant adverty que les quatre vingts voiles Phœniciennes trop tard venuës*, &c.

2 Apud Plutarchum in *comparatione Cimonis & Luculli*, fol. 952. libri Steph.

adjungi pancratiastas, sicuti luctatoribus, cum e lucta & pugilatu constet pancratium, ex iis deprehenditur, quæ *Agonistico* primo sermonibus IX. X. ac XII. luculenter & copiose dissertavimus: & vero ex isto Suidæ, in quo, παγκρατιασταῖς (ait) ἀθληταῖς πυκταῖς, ᾧ (hoc addo ex conjectura, ita exigente loci sententia) τῇ χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσιν. Atque ut apud Arrianum, Paradoxi nomen ad paradoxonicam Plutarchi scilicet, qui bis eodem die in agonibus sacris vicisset, ea nominis figura sic appellatum, qua & παραδοξόλογον & παραδοξοποιὸν, tanquam παράδοξον νικητὴν, Fortunatiani auctoritas referendum esse comprobat. Sic & in antiqua Inscriptione illa Græca [1] de M. Aurelio Demetrio Hermopolita Pancratiaste Periodonica luctatore Paradoxo Marci Aurelii Asclepiadis cognomento Hermodori parte, (quam hujus *libri sermone* XIV. ad extremum exhibui) si quis Paradoxi nomen acceperit, a vero minime aberraturum existimem: aut si quis de piis & fortibus Christi Martyribus Tyriis, qui ex perfectæ confessionis signaculo (quemadmodum ab Eusebio [2] Ruffinus de Gallis Martyribus loquitur) id nominis merebantur accipere, agentem ipsum Eusebium, & hoc vocabulum (quo de agimus) usurpantem ad illam Ethnicorum hieronicarum appellationem honorificam, quos Paradoxos & paradoxonicas fuisse dictos comprobavimus, aspexisse affirmaverit: quo loco [3]: Ἴσμεν δὲ καὶ τοὺς ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης, ὧν τις ἰδὼν οὐ κατεπλάγη τὰς ἀναριθμήτους μάστιγας, καὶ τὰς ἐν τούτοις τῶν ἀληθῶς παραδόξων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν ἐνστάσεις. Ubi vim talem articulus ἀληθῶς habere non immerito videatur, quasi carnalibus (ut cum Sancto Paulino [4] loquar) ac Ethnicis falso & injuria, Christianos autem athletis merito vereque istud Paradoxi epitheron attributum fuerit. Nec tamen alioqui ab omni ratione abhorrere penitus credenda est vulgata eruditorum hominum illa interpretatio apud Plutarchum, ut victoriæ dicerentur homines qui vicerant; quando ab Eunapio [5] Plutarchus *omnis philosophiæ Venus & Lyra* nuncupatur, ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης Ἀφροδίτη καὶ Λύρα: & apud ipsum Eunapium Miletius Smyrnæus ab Anatolio præfecto prætorio Illyrici *Musæ* cognomine donatus, de quo hæc historici [6] verba sunt, οὕτω γοῦν εἷλε τὸν Ἀνατόλιον, ὥστε καὶ Μοῦσαν ἐκάλει τὸν ἄνθρωπον. Apud quem insuper, ut Cassium Longinum Porphyrii præceptorem, *animatæ aut vivæ ac spirantis bibliothecæ*, itemque *deambulantis musei* vocabulo exornatum videas; ubi sic scriptum, Λογγῖνος δὲ βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον: ita eos qui Athenis nati eloquentia præcellerent Atticæ Musæ domesticique ornamenti appellatione cohonestatos legimus: ubi de Oribasio agens in *ejus Vita* sub initium in fol. 171. Ὀρειβάσιον δὲ Πέργαμος (ait) ἤνεγκε, καὶ τοῦτο εὐθὺς οὕτω συνετέλει πρὸς δόξαν, ὥσπερ τοῖς Ἀθήνῃσι γεγονόσιν: ὅτι ἂν εὐδοκιμῶσι κατὰ τοὺς λόγους πολὺς ἄνω χωρεῖ λόγος, ὅτι Ἀττικὴ Μοῦσα καὶ τὸ ἀγαθὸν οἰκεῖον. Quibus verbis equidem aspexisse illo Eunapium reor, quod de Xenophonte a Diogene Laertio traditur lib. II. *de Vitis Philosophorum*, fol. 69. Edit. Steph. ob elocutionis dulcedinem, *Atticæ Musæ* inditum ipsi nomen a Veteribus fuisse. Nam ita ille, ἐκαλεῖτο δὲ (ait) καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα, γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. Postremo non absimiliter a Veteribus Democritum & cœli & sublimium rerum observatione multa prædicentem pro sapiente Sapientiam appellatum, tradente hoc ipsum Clemente Alexandrino nuper didicimus lib. VI. *Stromat.* fol. 266. exempl. Græci Latinæ vers. fol. 700. quo loco, Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων, Σοφία ἐπωνομάσθη.

Cæterum quod duos [7] insigni poeseos Gallicæ facultate præstantes viros, atque ista ætate præ cæteris illustres, (quorum haud obscure se discipulos agonistæ qui aderant, atque adeo inferiores illis, quod legendis eorum scriptis multum in eo genere profecissent, fatebantur) absentes licet, illis argyranthinis sive argyrophyllinis præmiis, seniorem quidem ipsorum atque una doctorum voce cæterorum omnium principem ante triginta minimum annos (ann. 1554.) argenteo flore illo, unde præcipuum ludi nomen Aquilinæ seu Aquilegiæ, ne alioquin cum agonistarum præsentium fraude fieret, quibus debita ejusmodi ἀργυρόφυλλα præmia: posteriorum vero nuper anno salutis reparatæ sexto & octuagesimo, argenteo Davide, Christiano Apolline cum publica ipsorum nominis commendatione donatos: & hunc quidem hortatu atque impulsu nostro ita cohonestatum sapientissimi collegæ mecum, ut antecessores illum alterum nostri voluere. Priscis quoque temporibus apud Græcos interdum in gymnicis atque adeo curulibus agonibus eveniebat, non sane ut absentium (quod quidem didicerim, præter equorum tamen Circensium exhibitores [8]) ratio haberetur, sed præsens ut omnia quispiam auferret præmia certamini alicui præstituta, (sicut etiam omnibus in pentathlo, de quo sub finem *cap.* penult. *l.* I. actum esse memini) si quis nimirum sine adversario, & (quod dicebatur) sine pulvere victor esset proclamatus, quod erat ἀκονιτὶ [9] vel etiam ἀπονητὶ [10], ut ante monui, vel si quis tot tantaque vel eruditionis (ut illi quos dixi) singularis egregia exempla præbuisset, aut liberalitatis aut munificentiæ (ut in equis cursualibus alendis, qui cæteros velocitate omnes præirent) edidisset specimina simul, eodemque tempore, nemo ut esset qui se conferre ipsi animum haberet, aut quin omnium judicio facile ac sine ullo labore ab ipso su-

---

1 Quæ in *Auctario* Lipsiano Smetianis *Inscriptionibus* Edit. Plantin. addito extat pag. 57. & citatur ab Huber. Goltzio in *Thesauro rei antiquariæ* cap. XXI. *de nominib. prop.* fol. 163.

2 Lib. V. *Eccles. Histor.* ex interpret. Ruffini cap. II. fol. 108. ubi Græcus contextus habet fol. 48. Οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν.

3 *Histor. Eccles.* cap. VII. lib. VIII. fol. 85. pag. 2. Edition. Paris.

4 Eo loco qui citatus est a me initio *cap.* IV. hoc *libro*.

5 Sub init. lib. *de Vita Philoph. & Sophistar.* fol. 6.

6 Eunapius in *Proæresio*, fol. 147. Nec absimiliter Sophoclem tragicum refert Hesychius Illustrius in lib. περὶ Σοφῶν fol. 43. in *Vita Menedemi*, *apem* vocatum propter lenitatem sive dulcedinem, Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ.

7 Petr. Ronsardum & illius obitu Jo. Anton. Baiff.

8 Scripsimus hac de re *lib.* I. non longe ab extremo.

9 Vide Eustath. *in* III. *Iliad. Homer.* fol. 382. Pausan. *Eliac.* II. fol. 346. & quos inferius citabo seq. *cap.*

10 Scripsi *lib.* I. ad Philonis locum.

peratum iri censeretur. Et ita quidem istud Plutarchi [1] de Alcibiade interpretor, ubi ait primo, secundo, & tertio, vel etiam quarto, eum vicisse; scilicet si tot erant victoriæ præmia pro aliquo agone proposita. Quamobrem ipsum Alcibiadem splendore gloriaque, omnibus qui in eo genere elaboraverant, præstitisse scribit: Αἱ δ' ἱπποτροφίαι περιβόητοι μὲν ἐγένοντο, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων, &c Καὶ τὸ νικῆσαι δὲ καὶ δεύτερον γενέσθαι, καὶ τέταρτον (ὥς Θουκυδίδης φησὶν, ὁ δ' Εὐριπίδης τρίτον) ὑπερβάλλει λαμπρότητι καὶ δόξῃ πᾶσαν τὴν ἐν τούτοις φιλοτιμίαν. λέγει δ' ὁ Εὐριπίδης ἐν τῷ ᾄσματι ταῦτα, Σὲ δ' ἀείσομαι ὦ Κλεινίου παῖ· καλὸν ἁ νίκα· κάλλιστον (ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων) ἅρματι πρῶτα δραμεῖν, καὶ δεύτερα, καὶ τρίτα, βῆναι δ' ἀπονητὶ, δὶς στεφθέντ' ἐλαίᾳ, κάρυκι βοὰν παραδοῦναι. Quod ipsum ab Isocrate [2] his verbis traditum, nec tamen ab eruditissimo illius Interprete atque Scoliaste Wolfio in suis ad præstantissimum rhetorem annotationibus aut explicatum aut saltem leviter tactum reperio; adeoque inserendum huic loco, ut e superioribus lucem acciperet, pro bono duxi: Ἱπποτροφεῖν δ' ἐπιχειρήσας ὃ τῶν εὐδαιμονεστάτων ἔργον ἐστὶ, φαῦλος δ' οὐδεὶς ἂν ποιήσειεν, οὐ μόνον τοὺς ἀνταγωνιστὰς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πώποτε νενικηκότας ὑπερεβάλετο. ζεύγη γὰρ καθῆκε τοσαῦτα μὲν τὸν ἀριθμὸν, ὅσοις οὐδ' αἱ μέγισται τῶν ἄλλων πόλεων ἠγωνίσαντο. τοιαῦτα δὲ τὴν ἀρετὴν, ὥστε καὶ πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τρίτος γενέσθαι, & cætera quæ sequuntur, & ad egregiam illam & sumptuosam Alcibiadis munificentiam commendandam pertinent. Et statim: Κατέλυσε δὲ τὴν θεωρίαν: τὰς μὲν τῶν πρώτων εὐτυχίας, μικρὰς πρὸς τὰς αὐτοῦ δόξας ποιήσας, τοὺς δὲ ἐφ' αὐτοῦ νικήσαντας παύσας ζηλουμένους· τοῖς δὲ μέλλουσιν ἱπποτροφεῖν, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν καταλιπών. Qua de re scilicet ita ipse apud Thucydidem *lib.* VI. fol. 202. a Plutarcho superius citatum, Alcibiades suam munificentiam deprædicans loquutus est, septem curribus Olympiam deductis, quod nemini privato antea obtigerat, non prima tantum, sed secunda etiam & quarta, hoc est, omnia præmia ob illustres & eximios sumptus in Olympicorum agonum cohonestationem a se factos, merito & legitimo illorum agonum jure assequutus fuerit, magnumque patriæ suæ nomen. de viribus ipsius atque facultatibus apud reliquos Græcos, facilem iis expugnationem sibi antea pollicentes, ita pepererit: Οἱ γὰρ Ἕλληνες καὶ ὑπὲρ δύναμιν μείζω τὴν πόλιν ἐνόμισαν τῷ διαπρεπεῖ τῆς Ὀλυμπίαζε θεωρίας, πρότερον ἐλπίζοντες αὐτὴν καταπεπολεμῆσθαι. διότι ἅρματα μὲν ἑπτὰ καθῆκα, ὅσα οὐδείς πω ἰδιώτης πρότερον, ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος, ἐγενόμην, καὶ τἄλλα ἀξίως τῆς νίκης παρεσκευασάμην, νόμῳ μὲν γὰρ τιμὴ τὰ τοιαῦτα, ἐκ δὲ τοῦ δρωμένου καὶ δύναμις ἅμα ὑπονοεῖται·

A καὶ ὅσα αὖ ἐν τῇ πόλει χορηγίαις, ἢ ἄλλῳ τῷ λαμπρύνομαι, τοῖς μὲν γὰρ ἀστοῖς φθονεῖται φύσει, πρὸς δὲ τοὺς ξένους καὶ αὕτη ἰσχὺς φαίνεται, &c. In superioribus autem illud, ἐνίκησα δὲ καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος, ἐγενόμην, ita Scoliastes Græcus interpretatur concise nimis, quod a me superius Latinis verbis affatim explicatum fuit, ἐνίκησα δὲ τότε πρῶτα) καὶ τὰ δεύτερα, καὶ τὰ τέταρτα. Et quod περὶ τετάρτου ex Thucydide & Plutarcho adnotatum, istud ipsum Athenæus quoque probavit *Deipnosophistarum* lib. I. sub init. in fol. 4. Ald lib. in hæc verba scribens: Ἀλκιβιάδης δὲ Ὀλύμπια νικήσας ἅρματι πρῶτος, καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος, εἰς ἃς νίκας καὶ Εὐριπίδης ἔγραψεν ἐπινίκιον, θύσας Ὀλυμπίῳ Διὶ τὴν πανήγυριν ἅπασαν εἱστίασεν, &c *lib.* II. *cap.* XIX. in prin. cum de B victorialibus victoricibusve, seu triumphalibus hieronicarum epulis agerem, expressi. Quibus Thucydicis & Athenæi testimoniis ostenditur ζεύγους nomen apud Isocratem non *de biga*, quæ συνωρὶς specialiter dicitur, sed περὶ ἅρματος *de curru* accipi oportere: sicuti quo loco ejusdem *orationis* ait [4] Alcmæonem primum ex Atheniensibus apud Olympiam vicisse longe ante Alcibiadem ἵππων γὰρ ζεύγει (ait) πρῶτος Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε: cum auctore Diodoro l. XIII. *Biblioth.* fol. 370. certum sit, Alcibiadis demum temporibus *bigam* sive συνωρίδα ea qua ille vicit Olympiade ludis & agonibus Olympicis receptam, προσετέθη δὲ καὶ συνωρὶς (inquit) κατὰ τὴν αὐτὴν Ὀλυμπιάδα: & vero cum Herodotus *Erato* C seu *lib.* VI. fol. 237. Edit. Steph. sic scripserit de Alcmæone Megaclis filio: καὶ ὁ Ἀλκμαίων οὗτος οὕτω τεθριπποτροφήσας Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Nam ἀπὸ τοῦ ζεύγους ἄγουν ἅρματος distingui τὴν συνωρίδα satis manifesto duobus Platonis in *Apologia* & Athenæi locis comprobatur, quos in *Thesauro Græco* [5] Stephanus attulit: quibus etiam possis percommode Josephi Flavii locum ex l. XV. *Antiquit. Judaic.* [6] adjicere.

Porro qui semel vicerat sive ἱππότροφος seu potius ἱππόκομος, hoc est, auriga & agitator, aspirans fortasse ad duo vel tria præmia, in more fuit apud Veteres, ut alios deposceret, currus scili- D cet aut agitatores equorum, cursu Circensi adversus eos iterum aut tertio contendendi gratia. Ex quo more istud Plutarchi explicandum sese offert in *Vita Syllæ*, quo loco de Syllæ pugna & victoria ad Chæroneam adversus Archelaum: Καὶ τὰ πρῶτα τῶν ἁρμάτων (inquit) ἀργῶς ἐξελαυνόμενα, καὶ προσπίπτοντα νωθρῶς, ἐκκρούσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, μετὰ κρότου καὶ γέλωτος, ἄλλα ᾔτουν, ὥσπερ εἰώθασιν ἐν ταῖς θεατρικαῖς ἱπποδρομίαις. In poeticis vero Tectosagum sive Tolosatum nostratium agonibus [7] neque præsentem simul eademque vice, licet ob

1 In *Alcibiade* fol. 357. lib. a Stephano excusi, de quo tactum est nonnihil *lib.* I. super *cap.* XXVI.

2 *In* Orat. περὶ ζεύγους, fol. 522. Oporin. Edit. an. 1579.

3 Excerpta e vetere *Lexico Græco-Latino* adjuncta *Glossario* cap. *de spect.* col. 274. sic habent, *Biga*, συνωρίς.

4 Περὶ ζεύγους col. 520. Edit. Oporin. quem locum attuli superius *lib.* I. ad extremum III. *cap.*

5 *In* συνωρὶς ex Athenæo quidem, καὶ δέχ' ἅρματα καὶ συνωρίδες πεντεκαίδεκα: e Platone vero, ἵππῳ, ἢ ξυνωρίδι, ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι.

6 Cap. XI. fol. 474. προὔθηκε δὲ καὶ τεθρίπποις, καὶ συνωρίσι, καὶ κέλησιν οὐ μικρὰς δωρεάς.

7 Quorum hæc verba omnino sunt in eo libro

E *Commentarii* jam citati: *Motas joyas en una vets essems no devon esser donadas a una meteysa persona. Cantque motz dictatz ordenatz per haver joya baja faitz mays netz que degus dels autres: affin que las bonors sian distribuadas e partidas.* Quo loco nitidiora poemata quæ dicuntur sic intelligi debent, ut superiore quodam ejusdem *libri* loco exponuntur, fol. 69. pag. 2. sic fere *Aquest vocables net se raporte a bona sentensa & a bon Romans a bel ornat de paraulas.* De absentium aut non habenda ratione concepta lex in hæc verba, quæ *lib.* I. extant fol. I. F *A persona absen non deu esser juciada l'unba joya tant que trameta bon dictat se doux no era Reis o deugal o de major dignitat.* Additur *lib.* II. fol. 67. *O fil de Rei, o Com, o deugal,* &c. *Mas quecel qui presentara per lo dictar baja poder de far lo sacramen accoustumat,* &c.

variorum summæ commendationis ac eruditionis eximiæ poematum recitationem, pluribus [illegible] præmiis, nec ullo absentem donari debuisse, nisi Regem fortasse, Ducem, Comitemve, quibus per procuratorem recitandi, præmiumque (sacramento tamen illo prius præstito, quod exhiberi a recitatoribus suorum poematum solet) auferendi jus, aut privilegium potius foret, e priscis anni 348. & 55. legibus agonalibus (de quibus egimus) compertum est. Præterea quomodo in lucta [illegible], *qui non dejecisset adversarium vicisse*, olim existimari non potuisse, *lib.* I. *cap.* XI. e Chrysostomo & aliis docui: sic in cætero agonum genere is qui non depugnarat victor proprie vereque nominari non potuit, quippe qui nemine uno superior extitisset, juxta istud Senecæ verbum in lib. *de divina providentia*, cap. *de Prosperitate*: *Descendisti ad Olympia, si nemo præter te coronam habet, victoriam non habet*: & Pyamonis alterum illud apud Joannem Cassianum *collatione* XVIII. *cap.* XIII. *Neque enim esset* (ut diximus) *justi alicujus laudabilis fortitudo, si vincere t intentatus* [illegible] *utique victoria locum habere non possit absque adversitate certaminum*, Quibus apte connectitur, tum quod ex Heliodoro & B. Basilio in eandem sententiam hujusce *Agonistici* cap. I. attuli: tum etiam quod B. Joan. Chrysost. *Homil.* LVI. *in Matthæum* [1]: *Quemadmodum enim qui ludicrum instituit agonem*, (inquit) *si* [illegible] *athletarum amicitiæ vinculo* [illegible], *non tamen eum ob benevolentiam suam* [illegible], *nisi etiam descenderit in certamen, coronabit*, [illegible] *& quo magis* [illegible], *eo magis* [illegible] *videre* [illegible] *etiam* [illegible], *quos maxime diligit*, [illegible] *dumtaxat, verum etiam* [illegible]*ri*. Ac præterea quod idem Chrysostomus in *Sermone de Martyribus imitandis* [2]: *Nullus athleta sine certamine* [illegible], *nullus sine victoria poterit coronari: nemo* [illegible] *prælio hostem* [illegible], *nemo sine* [illegible] *meruit*. Et vero, quod longe ante utrumque horum ex orthodoxorum Christianorum numero, Martyr Cyprianus alicubi [3]: *Nisi præcesserit pugna, non potest esse victoria, cum fuerit in pugnæ congressione victoria, tunc datur vincentibus & corona*. Denique quod ex Basilio in Antonii *Collectaneis* 4 relatum animadverti: [illegible] *Honores & coronæ sunt eorum qui vicerunt; quis nunquam eum coronat qui ne ad dimicandum quidem cum adversario sese exuerit? quando non solum vincere oporteat, verum etiam legitime decertare, juxta ipsum Apostolum*. Postremo quod Divus ille Chrysostomus alio loco 5 Christi stadium, ex cujus lege non qui cædit, sed qui cæditur, eum coronari statutum est, hac re utique distare ait ab Olympiacis agonibus, in quibus cædendo, pulsando, male alterum mulctando juxta diaboli, cui agones illi dicati sunt, leges; qui decertant, superiores adversariis esse judicantur: [illegible] (ait) [illegible] (ubi malim [illegible], errore illis pari, quos ultimo sermone libri secundi *Semestrium* pridem adnotavimus, sublato) ὁ νόμος, ἀλλὰ [illegible] μείζων. Nihilominus tamen eum qui non depugnarat (deficiente fortasse adversario [6], qui vel fugisset vel ad diem præstituram non adfuisset) pro victore habitum, atque adeo coronatum, superiore *tractatu*, & hoc ipso paulo ante comprobatum fuit: quemadmodum e contrario superstitibus & ad certamen paratis adversariis, non potuit uni alicui sine certamine coronam, nisi adversus agonis leges, & summa cum injuria ludi moderator tribuere: quod ipse Chrysostomus *in Matth. cap.* XI. Tom. II. fol. 1334. (nam cujus possim verius & clarius proferre testimonium?) sic explicat Interpretis Latini fide: *Ut autem quod ait, non est meum dare, sed quibus paratum est, clarius fiat, exemplo id expendamus. Proponamus certaminum esse munerarium* [illegible], (agonothetam Græce dixerat Chrysostomus) [illegible] *optimos athletas in hujusmodi agonem descendisse, tum duos quosdam ingressos athletas qui* [illegible] *singulari familiaritate devincti* [illegible] *donari voceque* [illegible] *sola illius* [illegible]. *Illum vero eis respondere, Non est meum id dare, sed quibus labore* [illegible]. *Num igitur ipsum quasi id præstare non valentem condemnabimus? Minime: quinimo &* [illegible] *& nullum ejus personarum* [illegible] *laudibus efferemus. Quemadmodum* [illegible] *munerarium illum nequaquam* [illegible] *tentem dicemus, qui nequeat coronam sic* [illegible] *largiri*, [illegible] *prædicaremus, qui nolit agonis legem corrumpere, nec justitiæ seriem interturbare: ita & Christum id dixisse asseveramus, quo illos undique compelleret, ut post Dei gratiam omnem suæ salutis ac claritudinis spem in rectis quæ ipsi præstiterint operibus collocent*. Quibus Chrysostomi verbis, velut [illegible], Basiliana illa eodem pertinentia explicantur, quæ hujusce *Agonistici* tertii capite primo protulimus.

Hoc amplius qui non vicerat, si legitime tamen observatis athleticis præceptis omnibus decertasset, eum coronari solitum, superius hujus *libri cap.* IX. circa fin. & *cap.* XX. ostendimus: non item eum qui adversus legem agonisticam sive athleticam adversarium in lucta, pugilatu, pancratio momordisset, sicuti a Luciani *Demonacte*, cum *libro* I. *cap.* XII. tum hoc etiam *tertio* ineunte

1 Ex cap. XVI. in Tomo II. ejus *Operum* col. 423. quibus verbis adjungenda ista B. Basilii, τῶν ἀσκητικῶν quæst. LV. & ult. ad fin. ἐν τοῖς ὅροις κατὰ πλάτος, fol. 474. [illegible] μεμαθήκαμεν.

2 Tomo III. ejus *Operum* col. 847. initio *Sermonis* incerto Interprete: videtur & in eandem sententiam quod est in *Sermone* sequenti de *Martyribus*; quod aut imitandi aut non laudandi sunt: fol. 859.

3 In lib. *de Mortalitate*, fol. 298. Vide similiter loquentem D. Ephrem sub initium *Sermonis de Virginitate*.

4 Serm. CXXI. *Loc. Commun.* Stobæi & aliorum.

5 In *Ethico* sive *Morali Homil.* XXII. *ad cap.* XII. *Epistolæ B. Pauli ad Rom.*

6 De adversario detrectante certamen, quod pro victo haberetur, vide supra hoc ipso *libro cap.* XIX.

cap. VIII. sup. diximus. Et vero eum quoque qui lapsus esset, non exclusum tamen ab agone antiquitus, quo minus victoriam posset consequi, Ambrosius docet *c. ille rex. de pœniten. distin.* III. apud Gratianum: *Neque currentium solvi cursum, cum aliqui forte ceciderint non luctantium contentione*, (hoc est, ut arbitror eorum ministerio atque ope qui non ipsi luctarentur, sed æmulorum luctatorum cuipiam faverent) *sed inoffensa manere certamina* scribit, quando & plerique post unum aut alterum lapsum gratia majore vicerunt. Atque hoc quidem ille aspiciens (opinor) ut fortasse ad complures alias, ita cumprimis ad illam, ab Euryalo reportatam de certamine cursus victoriam apud Virgilium lib. *Æneid.* v. quo loco antea Nisum dum curreret, cecidisse fingitur: sic admodum:

Jamque fere spatio extremo, fessique sub ipsum
Finem adventabant: levi cum sanguine Nisus
Labitur infœlix ·——
Hic juvenis jam victor ovans, vestigia presso
Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso
Concidit, immundoque fimo, sacroque cruore:
Non tamen Euryali, non ille oblitus amorem,
Nam sese opposuit Salio per lubrica surgens:
Illa autem spissa jacuit revolutus arena.
Emicat Euryalus, & munere victor amici
Prima tenet.

Quod ipsum quando ad athletas, de quibus verba faciebamus, omnino pertinebat, omitti minime debuit, vel quia desumptum e Pontificio Jure, cujus non minus quam Civilis prudentiam profiteri nos ac præstare (cum in repub. versamur) convenit: vel etiam, atque adeo magis, quoniam isto exemplo, si quid in hac eruta ex vetustis Latinorum Græcorumque libris, ut aliquanto longiore, ita non inutili nec injucunda prorsus historia, exciderit properanti mihi non tam ad bravium, quam ad laboris non modici, tribus istis *tractatibus* exhausti metam, ut semel aut iterum lapsus videri possim: (quod quando humanum est non abnuo) id mihi fraudi ne sit obtinere velim, atque ab æquis lectoribus tamquam Hellanodicis aut agonothetis impetrare debeam, quominus ob reliqua certe (in quibus non exiguum abstrusa conquirendi, dispersa colligendi, obscura illustrandi, depravata castigandi, a me studium impensum fuit) si non majore gratia vicisse judicer, ut coronam veræ laudis alicujus auferam, inoffensum utique nostrum certamen, & illæsa existimatio esse in posterum atque videri possit. Quamobrem istud ipsum D. Ambrosii de lapsis athletis, postea victoribus atque coronatis, velut in hanc lucem e Jure Pontificio productum testimonium, altero D. Joan. Chrysostomi testimonio quin illustratum omnino reddam, teneri nequeo. Sic igitur in posteriore *ad Theodorum Monachum parænesi* [1] optimus atque disertissimus Ecclesiastes, interpretis utique Latini fide: *Non est grave,* (inquit) *Theodore charissime, cadere luctantem, sed jacere dejectum,* &c. *Sæpe etiam athletas videmus post frequentes lapsus & dejectiones plurimas coronatos: militem quoque scimus, post fugas multas virum fortem fuisse, & vicisse victores. Multi etiam qui negaverant prius Christum propter crudelitatem necessitatemque pœnarum, simile rursus certamen aggressi, gloriose coronam martyrii receperunt.* Quibus verbis in ipso initio, post lapsus ac dejectiones plurimas coronari alio certamine aut alio tempore potuisse athletas, perite admodum & juxta jus agonisticum ostendit: de illis utique sentiens, non etiam de aliis qui propterea puniebantur, quia per ignaviam certaminis metu aufugissent, de quibus a me hujus *libri cap.* XIX. actum est. Nam ut illos qui ad præstitutam agonibus diem non adfuerant, illa demum vice non in posterum aut ab aliis agonum locis exclusos intelligere debemus, quemadmodum & illos qui in pancratio & lucta, desperantes de victoria, se victos professi forent, (id quod Arrianus alicubi [2] significat, sic admodum scribens: Οὐ γὰρ ὑπὲρ πάλης καὶ παγκρατίου ὁ ἀγὼν πρόκειται, &c ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτῆς εὐτυχίας καὶ εὐδαιμονίας. τί οὖν; οὐδ᾽ αὖ ἀπαυδήσομεν ἐνταῦθα, κωλύει τὶς πάλιν ἀγωνίζεσθαι. οὐ δὲ δεῖ περιμεῖναι τετραετίαν ἄλλην, ἵν᾽ ἔλθῃ ἄλλα Ὀλύμπια· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀναλαβόντι καὶ ἀνακτησαμένῳ ἑαυτὸν, καὶ τὴν αὐτὴν εἰσφέροντι προθυμίαν, ἔξεστιν ἀγωνίζεσθαι. κἂν πάλιν ἀπείπῃς, πάλιν ἔξεστι, &c. quæ *libri* primi *cap.* VIII. a me proposita videas licet) ita fuisse qui in perpetuum ab agonibus ob delictum, ignaviam, (puta) corruptionem judicum, cum antagonistis collusionem, dolumve ac perjurium adversus leges athleticas admissum, arcerentur, verum existimo: quamvis mulctari pecunia interdum, verberari etiam ex Hellanodicarum motu potuisse non diffitear. Nec aliter accipiendum, quod de pœna Serapionis Alexandri pancratiastæ *lib.* I. *cap.* XXI. ad extremum, dictante Pausania enarravi, ex adjuncto inibi testimonio Dionysii Halicarnassei (quod singulare ducimus) apparet. cum τὸ ζημιωθῆναι non ad mulctam eo quidem Pausaniæ loco, sed (ut alibi sæpe) ad pœnam, & quidem istius perpetuæ ab agonibus interdictionis pertineat; de qua illo Dionysii loco agitur.

Porro autem postremis illis Chrysostomi verbis, quæ superius expressi, non modo perstrictos Novatianos, qui pro levibus vitiis laicos a gratia communionis excludebant, sed Novatum quoque ipsum, qui his qui sacrificaverant communicare noluerat, scias: hujus vero sententiæ, aut errori potius, favisse non obscure auctorem *Ecclesiasticæ Hist.* cujus verba Eusebius (sive is Epiphanius aut Cassiodorus est) in suam *Tripartitam* aliquot congessit locis [3], ut propterea caute legendus mihi quidem esse videatur. Enimvero non absque fructu lapsos ad communionem recipi, cum impetrata post pœnitentiam venia fortiter possint pro Christo & in ipsum fide mortem oppetere, atque ita toti quam offenderit Ecclesiæ proficere, non imitatione tantum Sancti Jacobi eremitæ, qui post lapsum (ut ferunt [4]) diu in sepulchro pœnitentiæ causa latuit, & clarus miraculis migravit ad Dominum, aut etiam Divi Hippolyti Presbyteri, qui Novati schismate aliquantulum deceptus, sed operante gratia Christi correctus ad unitatem Christi rediit, pro qua & in qua postea illustre martyrium consummavit [5]: sed

---

1. *Epist.* VI. sub init. Tom. V. col. 908. Latinorum Operum, quorum utinam Græcum authenticum habere potuissem. Istuc etiam pertinent verba ejusdem Chrysost. e priore *parænesi* col. 863 a nobis prolata superioris *lib. cap.* XXVII.

2 *Epicteto* lib III. cap. XXIV. πρὸς τοὺς ἀποπίπτοντας ὧν προέθεντο.

3 Lib. XI. *Hist. Tripart.* cap. IX. & lib. XII. cap. XXI.

4 Vide in *Martyrologio Romano ad diem* 28. *Januar.*

5 *Martyrol. Roman. ad diem* 30. *Januar.* ubi hoc additur: *Hoc rogatus a suis quænam secta verior esset: execratus dogma Novati, eam fidem dicens esse servandam, quam Petri cathedra custodiret, jugulum præbuit.*

vel hoc vel ipso B. Apostolorum exemplo demonstrari potest, quod Petri Chrysologi[1] verbis, ad rem (ut videtur) athleticam pertinentibus, libet proponere. Nam ubi Andreæ fugam cum negatione Petri comparat: *Solus est,* (ait) *quod tempore Dominicæ passionis fugit, sed neque hic impar, quia fugit: negare autem si aliqua putatur culpa, non est* [illegible] *fugere quam negare,* [illegible] *sunt al* [illegible] *Ægyptiaco teatro* [illegible]*, quos* [illegible] *cap* [illegible]*, & secutus devotio perpetravit,* (sic lego, vel *secutus*, ubi perperam [illegible]cuium, *Et secutus ut devotio*) [illegible] *improbaverat antecedens*. Quo loco, equidem non dubito, quin Theologus extranearum seu Ethnicarum Litterarum non imperitus ad illud aspexerit, quo de detrectante certamen æque ac fugiente athleta pro victo habito, huiusce [illegible] *cap.* XIX. enarratum fuit: sicuti & ad ea quæ de probatione aut reprobatione athletarum XVII *cap.* prodidi. Sequitur autem apud ipsum Chrysologum ex eadem athletarum similitudine, quod eo unde discessi, hoc est, ad Ambrosii atque Chrysostomi sententiam asserendam proprie pertinet: *Nam* [illegible] *fugerant;* [illegible] *viribus* [illegible] *invadunt, ut unde* [illegible] *inde conscendunt cœlum, inde præmia* [illegible] *& coronam*. Libenter feci ut hanc sanctorum Apostolorum consummationem atque victoriæ athleticæ celebrandæ oblatam occasionem, cum isti *sermoni* exitum aliquem eximium quærerem, minime prætermitterem.

CAP. XXII.

Rursum de victoribus sine pulvere, labore, aut sudore, [illegible]*. Pr* [illegible] *athletarum nomina:* [illegible] *Notis,* [illegible] *Glaucus Carystius, Polydamas,* [illegible]*, Euthymus, Dicon, Glaucon, Craterus,* [illegible]*, Melancomas, Iatrocles, Theagenes* [illegible]*, (de quo Chrysostomi* [illegible] *Pausaniæ* [illegible]*) Nicon & Milo.* [illegible]*, in textu & Notis* [illegible] *Glossario veteri. Notata* [illegible] *B* [illegible] *contraria opinio de victoribus sine pulvere.* [illegible] *interdum mortui coronati, ut Arrichion & Creugas.*

CÆterum de his, qui sine pulvere ac sudore, utpote quod ad præstitutam lege ordineve agonis diem antagonistæ non adfuissent, ut pro victoribus corona donarentur, cum egerim supra[2] non semel, faciendum videtur, ut quos ea de re locos in monumentis Veterum olim animadverti, hos ipse aliis commonstrem. Pausanias ab Eleis Hellanodicis decretam Heraclidi coronam, quamvis ad certamen se Alexandrinus Apollonius, sed post præfinitum tempus obtulisset, eo quem superiore proximo *tractatu* ad rem aliam attuli loco, memorat: Τῷ Ἡρακλείδῃ δὲ τὸν στέφανον παρεῖχεν ἀκονιτί. Dorieum[4] quoque Diagoræ filium, eundem Olympiorum, Isthmiorum, & Nemeorum plurimis vicibus victorem, Pythia etiam, sed ἀκονιτὶ præmia victorem abstulisse, idem auctor [illegible] secundo fol. 135. tradit, primum vero pancratio victorem ἀκονιτί, hoc est, *sine pulvere*, ac sine adversario fuisse Mantinæum Dromeum, qua Olympiade Theagenes ab Hellanodicis mulctatus est, eodem *lib.* fol. 147. refert: Sicuti Dioxipum pancratio Olympia citra pulveris jactum (quod vocant ἀκονιτί) vicisse Plinius narrat lib. XXXV. *Natur. Histor.* cap. XI. Nec dubitandum, quin si valentissimus quispiam, & explorati roboris athleta in arenam descendisset, ob antagonistarum penuriam, illi coronam palmamque athlothetæ attribuere sint soliti; veluti alteri Herculi Olympicorum (sicuti *lib.* I. sæpius ostensum est) agonum auctori: ubi, cum propter virtutum excellentiam nemo cum ipso ausus esset congredi, certaminibus omnibus (quamlibet inter se contrariis) sine ulla cujusquam controversia, vel potius sine adversario & (quod ajunt) sine pulvere ac sudore victor extitit: quemadmodum a Diodoro Siculo scriptum in hæc verba est lib. [illegible] *Biblioth.* fol. 155. Τὰ δὲ ἆθλα [illegible] (quod hic quidem esse nihil aliud, quam ἀκονιτί, de quo statim loquimur, sentio) [illegible] : Unde fortasse an, Callinici appellationem ipsi attributam aliquis existimaverit, de qua superiore *libri capite* XXII. egimus. Quales fuere [illegible] quitus, quos Dorieo illi Rhodio (quem superius laudavi) coronariis agonibus [illegible] æque ac ab animi corporisque robore, pa[illegible] & omni virtute commendatos adjungit Aristides Rhetor [illegible], non longe ab initio in f. 57. page Glaucus Carystius, Polydamas, & Milo: ubi hæc ejus verba sunt: Φέρε δὴ [illegible] Δω[illegible] τὸν Ῥόδιον, ἢ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, ἢ Μίλωνα [illegible] ἢ Πουλυδάμαντα [illegible] [illegible] τὸν Ὀλυμπ[illegible] [illegible] συνειδόσι. Qualem fuisse pugilem Atheniensem Philammona Eustachius memorat in *Homer. Il.* 4. fol. 1324. νικᾶν τοὺς ἀντιπάλους πάντα τὸν χρόνον. Sostratum Sicyonium pancratiasten Pausanias[5], Acrochersitem nominatum; qui summis manibus comprehensum adversarium, numquam nisi deficientem aut cedentem solitus dimittere: Pyctam Euthymum Locrensem Olympiæ semper victorem & semel victum Plinius: (cujus verba superiore lib. II. *Agonist* cap. XVI. cum de honore athletis habito loquerer, adferre me commemini) victum autem a Theagene ut puto, eorum utique memor, quæ a Pausania traduntur, in II. *Eliacon* fol. 143. qualem Diconem eximium, cursorem Caulaniatam sive Syracusium Periodonicam, qui Pythiis quinquies, ter Isthmiis, quater Nemeæ, apud Olympiam vero semel inter pueros,

1. *Serm* CXXXIII. *in D. Andream Apostolum*.
2 Hoc ipso *lib. cap.* XXI. & *libris* duobus præcedentibus.
3 Lib. I. *Eliacon*, fol. 132. Aldini exemplaris.
4 De quo accipe locum Arist. lib. I. *Rhet* f. 10. ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα [illegible] εἰπεῖν. ὅτι Ὀλύμπια [illegible]. &c. Et illum Dionis Chrysost. *Rhodiaco*, fol. 237. ubi: [illegible] τῆς πόλεως [illegible] Λεωνίδας, [illegible] φασὶν Ὀλυμπιάσιν [illegible] ἄλλον τινὰ ὁρῶν [illegible] ἀγωνίζεσθαι, [illegible] στεφανωθῆναι.
5 *Eliac.* II. fol. 141. Ald. lib. ad hoc citatus a Cœlio Rhodigino lib. XIII. *Lect. Antiq.* cap. XXX. de Tritano Samnite, ipsiusque filio milite Cn. Pompeii: vide non absimile quidpiam circa digitorum robur apud Solin. *Polyhist.* ad extremum c. p. III. de Acrochersita luctatore Leontisco Siculo, qui & Olympia, & Pythia vicerit, agitur apud Pausan. *Eliac.* II. in supra d. loco.

pueros, bis inter homines cursu victor fuerit renunciatus, & totidem ibi statuas meruerit, si qua Pausaniæ fides: nisi potius Niconem ipsum esse quam Diconem appellatum quispiam autumet; ex eo quod Suidas de Nicone ipsiusque jam defuncti statua verberata scripsit, cujus verba superioris *libri cap.* XXI. ad extremum protuli: quamvis hoc diversa utriusque patria certe non ferat; nam Dicon Cauloniata, Thasius Nicon. Qualem invictum illum (ut Horat. nominat) Glyconem aut Craterum Ægyrensem pugilem atque luctatorem accepimus, de cujus robore atque industria, e Pausania atque Eustathio superius *libro* seu *tractatu* primo duobus locis [1] (uti se obtulit occasio) verba feci: aut Harpalycum Phanopæum Mercurii filium, Herculis in arte gymnastica seu palæstra, vel gymnico certamine magistrum: de quo Theocritus [2] non fuisse quemquam narrat, qui eminus conspectum ejus aut vultui obductum supercilium ferre in agone posset:

—— τ᾽ ὐδ᾽ ἂν τηλόθι λεύσσων
Θαρσαλέως τις ἔμεινεν ἀεθλεύοντ᾽ ἐν ἀγῶνι·
Τοῖον ἐπισκυνίον βλοσυρῷ ἐπέκειτο προσώπῳ.

Qualem Melancomam pugilem Caris Melancomæ Olympionicæ filium adamatum a Tito Vespasiano, sicuti primo *lib. cap.* V. & VII. attigi, cujus laudes Dio Chrysostom. duobus est *Sermonibus* prosecutus, ut fœlicissimum esse jam e vivis ereptum diceret, in *Melancoma* I. sub. fin. in fol. 197. pag. 2. Ald. libri: Ω καὶ γένυς ὑπῆρξε λαμπρὸς τυχεῖν καὶ κάλλυς, ἔτι δὲ ἀνδρίας, καὶ ἰσχύος, καὶ σωφροσύνης· ἃ δὴ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν. τόγε μὴν θαυμασιώτατον ἐν ἀνθρώποις ἀήττητον γενέσθαι, ὐ μόνον τῶν ἀνταγωνιστῶν, ἀλλὰ καὶ πόνυ, καὶ καύματος, καὶ γαστρός, καὶ ἀφροδισίων: qua de re hujus initio *libri capit.* VI. cum de athletica laborum patientia loquerer, sedulo ac plene differui. Qualem ipso mortuo antagonistam ejus Iatroclem, de quo Chrysostomus Dio in secundo *Melancoma* sic scribit: Οτι μόνος ἐκείνῳ ὐκ ἠξίυ παραχωρεῖν, τὸ γῦν ἐφ᾽ ἑαυτῷ, καὶ ὅτι ὐ μόνον τῦτον τὸ στέφανον, de Neapolitanorum agonum corona loquitur) ἀλλὰ καὶ τὺς ἄλλυς ἅπαντας ἐπίσταται αὐτῦ ὄντας, ἢ γὰρ ἔφη τέθνηκεν ὁ Μελαγκόμας. Qualem postremo Theagenem illum Thasium athletam triolympionicam: de quo idem Chrysostomus *Rhodiaco* scribit: Οτι ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τὺς καθ᾽ ἑαυτόν· καὶ δὲ σὺν ἑτέροις πολλοῖς καὶ τῇ Ολυμπιάσι τρὶς εἰλήφει στέφανον. quem ipso Pythiæ oraculo *μυρίαθλον* esse nominatum refert his numero pedeque, ut opinor, adstrictis verbis;

Θεαγένης δ᾽ ἐλάθεσθε ἐνὶ ψαμάθοισι πεσόντος,
Κεῖθ᾽ ὑμῖν ὁ πρὶν μυρίαθλος ἀνὴρ ——

ubi non dubito, quin Θεαγένης scribendum sit: sicut altero ejusdem vocabuli versu, quem Pausanias eandem historiam enarrans retulit lib. II. *Eliacon*, fol 248.

Θεαγένην δ᾽ ἀμνηστον ἀφήκατε τὸν μέγαν ὑμέων.

Nam quod *μυρίαθλον* illo altero versu oraculi nuncupatum legimus, *ὑπερβολικῶς* accipi debere, inde addiscimus, quod hanc de Theagene Thasio ipsiusque robore, victoriis & statuis totam enarrans historiam accurate ac diligenter (ut in his rebus plerumque nimius est) Pausanias, quadringentarum supra mille coronarum, non etiam decem millium, quas ille athleta sit adeptus, mentionem facit: in hæc verba diserte scribens, τὺς δὲ σύμπαντας στεφάνυς τετρακοσίυς τε ἔσχε καὶ χιλίυς, quantas numero victorias insignem athletam Niconem, Thasium & ipsum, sacris agonibus lucta, cursu, pugilatu, pancratio, aliisque certaminibus reportasse, apud Suidam ex vetusto quopiam auctore his admodum verbis traditum legimus: Οὗτος πύκτης ἦν. πὺξ ὢν, καὶ πάλην, καὶ δρόμον, καὶ τἄλλα ἐν Ολυμπίᾳ, καὶ Νεμέᾳ, καὶ Ισθμοῖ, καὶ ἄλλοις ἀγῶσι νικήσας, ἔλαβε στεφάνυς, ὥς φασι, χιλίυς καὶ τετρακοσίυς. Igitur de Milone illo Crotoniata, (cujus proximo ac superiore *sermone* facta mentio) cum solus luctamini sese obtulisset, legimus apud Epigrammatarium Poetam, illico ad coronam ab athlotheta evocatum: eo enim istud ejus poetæ carmen a me relatum antea pertinet,

Τὸν δ᾽ ἰθὺς στεφανῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει.

Quamobrem proposito pugnæ sive pugilatus præmio apud Virgil. lib. V. *Æneid.* Dares insignis illa de Bute ad Hectoris tumulum victoria:

Talis prima Dares caput altum in præmia tollit,
Ostenditque humeros latos alternaque jactat
Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
Quæritur huic alius: nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum, manibusque inducere cæstus.

Velut victor palmam ab athlotheta Ænea poposcisse fingitur sic fere:

Ergo alacris, cunctosque putant excedere palma,
Æneæ stetit ante pedes: nec plura moratus,
Tum læva taurum cornu tenet, atque ita fatur:
Nate dea, si nemo audet se credere pugnæ,
Quæ finis standi? quo me decet usque teneri?
Ducere dona jube. Cuncti simul ore fremebant
Dardanidæ, reddique viro promissa jubebant.

Et statim Acestes ad Entellum:

Tantane tam patiens nullo certamine tolli
Dona sines?

Huc denique spectasse B. Joan. Chrysostomus videtur *Homil.* XVII. *ad pop. Antioch.* col. 130. quo loco: *Et sicut generosi athletæ* (ait) *non tantum adversarios complexi, sed etiam visi tantum in oppositione & vociferati adversarios convertunt*, &c. At Philo noster hoc ipsum præclarissime, ut nihil supra, explicat in *lib.* τὸ χεῖρ. τὸ κρείττ. ἐπιτιθ. fol. 108. his verbis: Εἰσὶ δέ τινες τῶν ἀνταγωνιστῶν, οἳ διὰ σώματος εὐεξίαν, ἀπειπόντων δὲ τῶν ἀντιπάλων ἐστεφανώθησαν ἀμαχεί· μηδ᾽ αὐτὸ μόνον κονισάμενοι (hoc illud est ἀκονιτὶ quod ante diximus) ἀσυγκρίτῳ ῥώμης ἀράμενοι τὰ πρωτεῖα. Xenophon etiam ipse in *Agesilao*; ubi: Καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσι δὲ (inquit) ὐδὲν ἧττον τὺς ἀκονιτὶ ἢ τὺς διὰ μάχης νικῶντας στεφανῦσι. Huc postremo Heliodorus [4], quo loco de illo prægrandi Æthiope (cum quo in arenam progresso, & alios ad certamen provocante, postquam ipse quoque princeps per præconem antagonistas proclamari jussisset, nemo tamen ausus congredi) ab ingeniosissimo scriptore hoc proditur: accessisse athletam hunc nobilem ad regem Hydaspem, eumque in theatro sedentem ubi adorasset, victoriæ præmio elephantem ab

1 Quorum unus in *cap.* VIII. ad finem.
2 *Idyll.* XXIV. ἐν Ηρακλίσκῳ. Sunt qui Moschi aut Bionis hoc esse poemation dicant.
3 De hoc verbo, quo deficere, disperare, cedere, ostenditur, sicut aliis verbis in eandem rem, actum est *lib.* I. *cap.* VIII. sup.
4 *Æthiopicon* lib. X. fol. 230. unde sumpta verba protuli superius *lib.* I. *cap.* XXX.

ipso sibi donatum accepisse, tametsi non decertasset: Γυμνὸς εἰσήκει (ait ille) πάντα τῶν βυλόμενον καὶ μεθ᾽ ὅπλων, καὶ γυμναῖς ταῖς χερσὶν εἰς ἅμιλλαν προκαλύμενος· ὡς δὲ ὐδεὶς παρήει, πολλάκις διὰ κήρυκος τῶ βασιλέως προτρεψαμένυ, δοθήσεταί σοι, ἔφη, ὁ παρ᾽ ἡμῶν ὁ Ὑδάσπης ἰσοστάσιον τὸ ἔπαθλον· καὶ εἰπὼν, ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι αὐτῷ προσέταττεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον, ὁ μὲν ὑπεδέχετο ἄσμενος. ὁ δῆμος δὲ ἀθρόον ἐξεβάκχευσε τῷ ἀστεϊσμῷ τῶ βασιλέως ἡσθέντες.

Solebant ad luctandum congressuri, mutuo sese, quo facilius inuncti ceromate (quo de actum est antea *cap.* v. *lib.* II.) comprehenderentur, aut quo minus elaberentur, vel alias etiam ob causas ab eruditissimis viris 1 (qui ante nos de re athletica aliquid immo multum scripsere) nequaquam prætermissas, pulvere ac arena (quam ἁφὴν Græci, Latini *argulam* 2 dicebant) aspergere, ac propemodum fœdare, in conisterio seu conistra palæstræ, immo in ipso scammate: id qui non faceret, non luctabatur, quod ostendit in Herculis & Acheloi lucta Ovidius 3; ut satis appareat, quamobrem qui non decertasset, ἀκονιτὶ superasse diceretur: his versibus:

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ tactu flavescit arenæ:
Et modo cervicem, modo crura micantia captat,
Aut captare putes, omnique a parte lacessit.

Quibus in verbis, illo de fulvæ arenæ tactu, Græcum τῆς ἁφῆς 4 vocabulum notat poeta (quo *tactus* haud dubie significatur) deductum ἀπὸ τῦ ἅπτομαι; quamobrem eo etiam D. Ambrosii loco, unde verba *libri* primi *capp.* IX. & XXX. attulisse me recordor, & apud Plinium quoque *lib.* XXXV. *cap.* XI. cum de athletico pulvere agatur, videndum censeo, ne *tactum* potius cum Beroaldo apud Apulejum, quam *jactum* pulveris cum Henrico Stephano 5 agnoscere debeamus. Dicti sane πολλὴν ἁφὴν καταπιεῖν athletæ ab Arriano, eo libri tertii *de Epicteti dissertationibus* loco uno atque altero, quem hujus *Agonistici* cap. XVII. indicavi; sicut *hausta* [illegible] *arenæ* illis Papinii Statii versibus, quos *libri* superioris *cap.* v. exhibui: & rursum iis ejusdem Papinii de pulveris Olympiaci haustu, quos secundi etiam *libri cap.* XXVII. attuli. Itaque falli arbitror eos, qui putant, apud Veteres fuisse, qui ex compacto sine ista pulveris aspersione, oleo tamen peruncti luctarentur, quos ipsos majori gloria dignos habitos: qualis fuerit apud Plinium *lib.* XXXV. Dioxippus & Dioreus (pro quo scriptum *Dorieus* oportuit) apud Pausaniam. Nec enim aliter de istis narrant auctores, quam sicuti clariss. Budæus olim existimavit, ac e locis a me superius allatis apparet satis; vicisse illos ἀκονιτὶ dictos, qui neutiquam decertassent, sive lucta, sive pancratio: ac per translationem ad similia certamina reliqua, illos quibus cum nemo in arenam esset ausus descendere. Denique non aliud esse ἀκονιτὶ quam ἀπονητὶ, ἀμαχεὶ, ἄνευ ἀγωνίας: & (sicuti Beatus Chrysostomus 6 eo loci loquitur, unde sumpta verba superiore *libro cap.* XXVII. de adeptione atque apprehensione præmiorum agens retuli) χωρὶς συμπλοκῆς καὶ πρὸ τῆς πάλης ἁρπάσαι τὸ βραβεῖον. Et vero non aliam huic articulo, atque nos facimus, adhibendam interpretationem, sicuti Suidæ auctoritate comprobare possum, cujus ista sunt *in* ἀκονιτὶ, quæ proferam: Ἀκονιτὶ, χωρὶς κόνεως, ἄνευ ἀγῶνος, καὶ μάχης, ἢ εὐμαρῶς· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν ὕτως εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μηδὲ κονίσασθαι, (idem enim εὐμαρῶς esse, quod εὐχερῶς καὶ εὐκόλως ipse Suidas *in* εὐμαρὴς docuit) ita vel ex isto Dionysii Halicarnassei loco lib. x. *Roman. Antiquit.* fol. 654. apertum est: in quo ducta translatione ab agonibus & re athletica, C. Horatius Viginium tribunum alloquens his verbis inducitur: Οὐ μὴν ἡμεῖς γε ἀκονιτὶ μεθησόμεθα αὐτῶν, ἀλλὰ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα μετὰ τῶν βυλομένων σώζεσθαι τὴν πατρίδα, χωρήσομεν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, τὰς ἀγαθὰς προβαλλόμενοι τῶν ἔργων ἐλπίδας. Ac ex his etiam Diodori verbis lib. XV. *Biblioth.* fol. 484. Οἱ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων σύμμαχοι προθύμως ἦγον εἰς τὸν πόλεμον ἐλπίζοντες μήτ᾽ ἀγῶνα μήτε μάχην ἔσεσθαι, ἀλλ᾽ ἀκονιτὶ τῶν Βοιωτῶν κρατήσειν. Et lib. XVIII. fol. 727. Οὐ τολμώντων δὲ τῶν βαρβάρων παρατάξασθαι, νομίσας ἀκονιτὶ κρατεῖν τῶν ὑπαίθρων ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Συρακούσας. Item ex isto Maximi Tyrii *Orat.* XXXIX. fol. 229. quo etiam ostenditur id quod dicebam modo, neminem antiquitus qui non legitime decertasset (certe qui pugnæ se aut agoni non obtulisset, sicuti tum *cap.* XIX. hujus *lib.* tum etiam isto toto *sermone* ostendimus) coronari solitum, licet alioquin a pædotriba perunctus in stadium descendisset, nullum præferentem in se ipso virtutis vestigium: Καὶ πῶς ἂν ἠνέσχετο φιλοσοφία στεφανοῦν τὸ

1 Vide Mercur. lib. I. *Art. Gymnast.* cap. VIII. post Beroald. Scholiast. Apuleii Madaurensis *in lib.* IX. *de asino aur.* fol. 343. & seq. ad illud *Pulvisculo perspersi*, ubi περὶ ἁφῆς non pauca, citato imprimis Senecæ loco ex *epist.* VII. quibus adjungere ab Heliodoro possis hæc paucula, quæ reperiuntur lib. X. *Æthiopicon* fol. 235. ubi Hydaspes Theagenem cum Æthiope ad luctam commissurus, παλαίειν δ᾽ ὖν σε καὶ ὐ ξιφήρη πυκτεύειν χρεὼν, & cæt. Et Theagenes, εὖ ποιεῖς, ἔφη, τοῖς θεοῖς με φυλάττων, οἷς καὶ μελήσει περὶ ἡμῶν. καὶ ἅμα κόνιν ἀνελόμενος, καὶ ὤμοις τε (sic lege, non ὤμυς τε) καὶ πήχεσιν ἔτι πρὸς τῆς βοηλασίας ἱδρῶτι νενοτισμένοις ἐπιχεάμενος τήν τε μὴ προσιζήσασαν ἀποσεισάμενος [illegible] τε ἐκπάσας τὼ χεῖρε. Possis & istud ab Epicteto apud Arrianum *lib.* IV. *cap.* IV. οἷον ἂν εἰ ὁ ἀθλητὴς κλαίῃ εἰς τὸ στάδιον εἰσιὼν, ὅτι μὴ ἔξω γυμνάζεται, τύτυ ἕνεκα ἐγυμνάζυ, ἐπὶ τῦτο οἱ ἀλτῆρες, ἡ [illegible], οἱ νεανίσκοι, καὶ νῦν ἐκεῖνα ζητεῖς, ὅτε τῦ ἔργυ καιρός ἐστιν. In *Græco-Latino Glossario*, quod edidit Henric. Steph. col. 404. ἁφὴ παλαιστῶν *Regula*, ubi *Argula* reponito e col. 564.

2 Ut in *Lexico Græco-Lat.* veteri col. 564. Edit. Steph.

3 Fab. I. lib. IX. *Metamorph.* περὶ τῦ κονίσασθαι, quod verbum est gymnasticum, egimus *lib.* I. huc etiam aspexisse Lucan. lib. IV. *de Bello Civili*, Herculis cum Antæo luctam sive pancratium describentem, possis dicere, ubi de Antæo,

Ille parum fidens pedibus contingere matrem
Auxilium membris calidas infudit arenas,
Conseruere manus, &c.

quæ *lib.* I. *cap.* XX. expressi. Videsis & Polyænum in *Stratagem.* lib. IV. sub init. ubi de Philippo & Menegete pancratiaste.

4 Quod & idem *tactus* vocabulum ad lepræ plagam referri ex interpretatione Septuaginta Virorum ad cap. XIII. *Levitici* e Suida & B. Augustino Drusius in *Miscellan.* centur. II. cap. XVII. adnotat.

5 In *Thesauro Græco*, in ἁφή.

6 *Ethico Serm.* XII. *in cap.* VII. *Epist. Pauli ad Rom.* fol. 53. pag. 2.

πρὸς ἑαυτὴν τοῦτον τὸν ἄνδρα; οὐ μᾶλλον ἢ παιδοτρίβης ἐκ σαδίου ἀγωνιςὴν μύρῳ κεχρισμένον, ἀνιδρωτὶ καὶ ἀκονιτὶ ςεφανωθέντα, ἄπληκτον, καὶ ἄτρωτον, καὶ μηδὲν ἴχνος ἀρετῆς ἔχοντα. Ex isto igitur instituto moreve agonistico ducta metaphora, Synesius ad Imperatorem Arcadium *de Regno* sub initium in fol. 4. elegantissime: Ορᾷς (ait) ὅτι καὶ τῷ πατρὶ καίτοι σαφῶς ἐπὶ κατορθώμασι γενομένης τῆς ἀναῤῥήσεως [1], οὐδὲ τὸ γῆρας ἀκόνιτον ἀφῆκεν ὁ φθόνος. οὐκοῦν οὐδὲ ὁ θεὸς ἀςεφάνωτον: ubi τὸ ἀκόνιτον nihil esse aliud nisi ἀπόνητον apparet. Quod autem isti mirabundi [2] reprehendunt illius clarissimi viri sententiam, faciunt me quidem, ut ipsorum tanto vehementius in hac re, tam obfirmatam opinionem demirer: pro quibus ne Horatium quidem (quem ipsi citant jam dudum a Parœmiographo [3] cum Aulo Gellio itidem laudatum) facere, nemo qui modo sit aliquo in hisce literis judicio, non mecum intelliget. Ex adverso, quemadmodum victorem, etsi inter depugnandum in arena ipsa obiisset, nihilominus coronabant mortuum, quod in Arrachione illo trisolympionica accidisse, Pausaniæ verbis allatis docui *libro* primo, ubi περὶ τοῦ ἀπαυδᾷν καὶ ἀπαγορεύειν. Sic & oppressum quoque ac extinctum potius quam victum per injuriam & fraudem adversarii, post obitum coronabant. Quod apud Nemeam accidisse, ut Creugæ pugili Epidamnio, vehementi intensorum digitorum ictu ejus lateribus inflicto, extractisque ita visceribus perempto contra fidem datam, interea dum adversarii Syracusii Damoxeni rogatu, post primum ictum ex conventione a feriendo cessaverat, Argivi mortuo victoriam, post pulsum arena Damoxenum, & statuam honoris ergo, in Apollinis Lycii fano, Pausaniæ hoc enarrantis temporibus positam decreverint: Εοικὸς δὲ καὶ Αργείους οἶδα (inquit ille *Arcadicis* fol. 214. post expositam Arrachionis victoriam & mortui coronam) ἐπὶ Κρεύγᾳ πάντας * Επιδαμνίῳ πύκτῃ. καὶ γὰρ Αργεῖοι τεθνεῶτι ἔδωσαν τῷ Κρεύγᾳ τῶν Νεμείων τὸν σέφανον, ὅτι ὁ πρὸς αὐτὸν μαχόμενος Δαμόξενος Συρακούσιος παρέβη τὰ ὡμολογημένα σφίσιν ἐς ἀλλήλους. ἐφέξειν μὲν γὰρ ἔμελλεν ἑσπέρας πυκτεύουσιν αὐτοῖς. συνέθεντο δὲ ἐς ἐπήκοον ἀνὰ μέρος τὸν ἕτερον ὑποσχεῖν αὐτῶν τῷ ἑτέρῳ πληγὴν, &c. τότε οὖν ὁ μὲν τὴν πληγὴν ἀφῆκεν ἐς τὴν Δαμοξένου τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ ἀνασχεῖν τὴν χεῖρα ὁ Δαμόξενος ἐκέλευσε τὸν Κρεύγαν. ἀνασχόντος δὲ παίει τοῖς δακτύλοις ὀρθοῖς τὴν πλευράν. ὑπὸ δὲ ἀκμῆς τε τῶν ὀνύχων καὶ βίας τῆς πληγῆς, τὴν χεῖρα εἰς τὸ ἐντὸς καθεὶς, ἐπιλαβόμενος τῶν σπλάγχνων ἐς τὸ ἐκτὸς ἕλκων ἀπέῤῥηξε. καὶ ὁ μὲν τὴν ψυχὴν αὐτίκα ὁ Κρεύγας ἀφίησιν. οἱ δὲ Αργεῖοι τὸν Δαμόξενον ἅτε τὰ συγκείμενα ὑπερβάντα, καὶ ἀντὶ μιᾶς κεχρημένον πολλαῖς ἐς τὸν ἀντίπαλον ταῖς πληγαῖς, ἐξελαύνουσι. τῷ Κρεύγᾳ δὲ τὴν νίκην τεθνεῶτι ἔδωκαν, καὶ ἐποιήσαντο εἰκόνα ἐν Αργει. καὶ ἐς ἐμὲ ἔκειτο ἐν τῷ Απόλλωνος τοῦ Λυκείου. At miror ipse, impune abiisse Damoxenum, nec saltem pecunia mulctatum ab Hellanodicis Argivis, qui ei præerant certamini: contra cujus leges non poterat non videri factum, quod adversus conventionem Damoxenus Creugam ipsi nimis credulum dolo ac velut ex insidiis oppressum exanimaverat.

CAP. XXIII.

Jusjurandum de observatis legibus athleticis præstitum ab athletis. Item alterum ab Hellanodicis de justa, sincera & secreta judicatione. Integritas Hellanodicarum simplicitati conjuncta. Commendatitiæ agonistarum ad ipsos literæ post certamen demum resignatæ. Scommata in Hellanodicas jactata e Plutarchi duobus locis, Herodoto item, atque Diodoro. Plutarchus adhibito Pausania castigatus. Hellanodicarum potestas ac munus. Aristoteles expositus. Brabeutarum potestas ac munus. A quorum uno relata hieronicarum & ludorum præsidis in Commentarium publicum nomina: e Pausania, Strabone, Arriano, & vetustis marmoribus: notato Strabonis Interprete. Grammateia seu tabularia gymnasiis adjuncta. Αναγράψαι. *Laertio lumen allatum. Olympiadis designationi, victoriis plerumque adscriptum ab historicis nomen. Quando tempus ab Olympiadibus cœptum supputari, & qua tempestate anni, quove intervallo temporis Olympia celebrata, in* Notis. *Gymnasticon Philostrati.*

RURSUM quod coronam non aliter unicuipiam athletarum, qui ad certamen prodirent, datam, immo ne ad dimicandum quidem intromissum aliquem in scamma diximus, nisi de observata omni agonis consuetudine priscoque ordine ab ipso constaret: quam ad rem explorationi atque probationi athletarum illi (de qua tot verba isto *libro* fecimus, ut operam non luserimus tamen) locus fuerit. Ad fidem hujus rei faciendam, jusjurandum olim adhibitum reperio: quod athletæ, ipsorumque parentes, fratres, & gymnastæ quoque, ad Jovis ex eo facto nominati *Horcii*, utraque manu fulmen gerentis, in Senatu Eleo statuam præstarent: Et quidem ita, non tantum per se, suosque, parentem, fratrem, gymnastam, nihil factum dolo malo adversus institutum moremque certaminis Olympici; verum etiam per decem admodum menses continuos omnem exercitationis athleticæ ordinem hactenus observatum esse. Sic enim Pausanias *Eliac.* fol. 135 Aldini libri, ubi de signo Jovis [4]: Ο δὲ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ πάντων ὁπόσα ἀγάλματα Διὸς μάλιςα ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν πεποίηται. ἐπίκλησις μὲν Ορκιός ἐςιν αὐτῷ. ἔχει δὲ ἐν ἑκατέρᾳ κεραυνὸν χειρί. ἐπὶ τούτῳ καθέςηκε τοῖς ἀθληταῖς, καὶ πατράσιν αὐτῶν, καὶ ἀδελφοῖς, ἔτι δὲ γυμνασαῖς ἐπὶ κάπρου κατόμνυσθαι τομίων, μηδὲν ἐς τὸν Ολυμπίων ἀγῶνα ἔσεσθαι πάρ αὐτῶν κακούργημα. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ ἀθληταὶ καὶ τόδε ἔτι προσκατόμνυνται, δέκα ἐφεξῆς μηνῶν ἀπηκριβῶσθαι σφίσι τὰ πάντα ἐς ἄσκησιν. Adjicit deinde hoc quoque, de jurejurando, quod ab Hellanodicis [5] ibidem præstari consueverat, secundum juris ac justitiæ tenorem, nec pecuniæ ullius ergo a se judicatum iri: Ομνύουσι δὲ καὶ ὅσοι τοὺς παῖδας ἢ τῶν ἵππων τῶν ἀγωνιζομένων τοὺς πώλους κρίνουσιν, ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἄνευ δώρων πεποιῆσθαι κρίσιν· καὶ τὰ ἐς τὸν δοκιμαζόμενον δὲ καὶ μὴ, φυλάξειν καὶ ταῦτα ἐν ἀποῤῥήτῳ. A quo jurejurando neutiquam abhorret illud, quod

1 Hoc esse athleticum vocabulum videas *libri* superioris *cap.* XIII.

2 Mercur. lib. I. *Art. Gymn.* cap. VIII. circa fin. secutus ut videtur Beroald. *ad lib.* IX. *Apul. de asino aur.* ad illud *Pulviculo persperso*, ubi ἀκονιτὶ ait esse *citra pulverem quo pugiles in athletico certamine perspersi depugnant. Cum igitur luctator sine pulvere luctatur,* (inquit) *ea levis & incruenta pugna haberi solet.*

3 Erasm. in *Chil.* cent. V. proverb. LXXIX. *Citra pulverem.*

* Lege ποιήσαντας.

4 De Jovis Olympii signo scripsi *lib.* I. *cap.* V. sub initium in *Notis* & *lib.* II. *cap.* XXVII.

5 De quibus videsis quæ scripsi *lib.* I. sub init. *cap.* XIX. & infra *cap.* primo.

ſeptem viri, Toloſanorum circa poeticam agonum judices, Manutentorum vocabulo deſignati, ſolent in ipſo ſui muneris introitu exhibere: quemadmodum agonalibus aut agoniſticis legibus a Guil. Molinerio Juriſconſulto & agonum Cancellario conſilium præbente Bartholomæo Marco Juris doctore, illorum ſeptem virorum juſſu ad annum CIↃ. CCC. XLVIII. compoſitis, promulgatis, libroque *Commentarii* (quo de actum eſt antea) *publici* ſecundo comprehenſis in hæc verba vernacula; quæ tanto mihi vehementius placent, quanto ſimplicitatem illam antiquam ſapiunt ac redolent: *Que caſcus en lo commenſamen de ſa receptio jure, que per amor, favor, odi, rancor, temor, prets, pregarias no eſtara que el amlos autres ſos compaignos no jucjebe e lealmen e; que tendra ſecret lo jucjamen, tro que ſia publicat lo jorn que joia ſe dara: e que non impugnara ans tendra per fait ſo que la major partida de ſos compagnos voldra tendra è jucjara, e que en aqueſt jucjamen no gardara eſtat condicio, paubriera, rictat indignitat de perſona, ſi no en los cazes ios eſcriuts, mas ſolamen maniera de trobar e de ben dictar tenen e gardan las noſtras preſens leis à bona fe e al miels que poira*, &c. quæ ſequuntur.

Et ſane non mediocrem ſibi laudem Elei Hellanodicæ illi ob jus apud Olympiam uno die totius quinquennii ſumma juſtitia & æquitate in illo conventu adminiſtratum antiquitus quæſierant: quamvis eas elevaſſe, quod potuit, Agis Lacedæmoniorum Rex, a Plutarcho [1] memoretur alicubi, ſic fere: Ἐπαινούντων δέ τινων Ἠλείους ὅτι δικαιότατοί εἰσι περὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, Καὶ τί μέγα (εἶπεν) ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν, εἰ ἐν ἔτεσι πέντε μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται; quorum tantam fuiſſe integritatem atque adeo ſimplicitatem, ſed ſine ullo tamen ipſorum periculo, ferunt: ut eorum qui athletas Olympiæ decertaturos mitterent, commendatitias literas ne aperirent quidem, non modo non legerent, antequam aut certamen finitum foret, aut ipſi quidem certe ſui periculum feciſſent: id quod unus me docuit Chryſoſtomus Dio *Rhodiaco*, fol. 233. pag. 2. Ald. libri, ſic admodum ſcribens: Ἀλλὰ ἐκείνους γε [illegible] τὰς ἐπιστολὰς λύειν, ἃς ἀναγράφουσι τῶν [illegible] τι ἀσυντάντες. πρὶν ἢ ἀγωνίσηται, καὶ τοῦτο [illegible] πώποτε αὐτοῖς οὐδὲ κεκίνδυνον. Tales illæ Epiſcoporum ſeu Prælatorum literæ, quæ ſubditis [illegible] præcedenti examine probatis paſſim tribuuntur; ut ab aliis Epiſcopis aut Prælatis clericali charactere inſigniri, & ad ſacros etiam presbyteratus Ordines promoveri poſſint: quas ipſas commendatitias, tum aliis vetuſtorum Synodorum canonibus, tum vero *Decreto* Concilii Tridentini [2] nominatas ſcimus. Græci [3] συστατικὰς nuncupant, exemplo & imitatione D. Pauli, qui *ad Corinthios* ſcribens *Epiſt.* II. cap. III. verſ. 1. hoc ea ſignificatione vocabulum uſurpavit [4], ubi ſic eſt: Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; εἰ μὴ χρήζομεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς; ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; Tales formatæ literæ, quæ conſecrato in Epiſcopum poſt benedictionem a domino Pontifice ſimul cum ſacrata oblatione integra cum ad communicandum venerit, porriguntur: quibus ex *Ordine Romano* [5], mandatur clero & plebi, electionem comprobatam & conſecratum ſacerdotem; juxta illum Sanctæ Synodi canonem, quo cautum, *Epiſcopum ſine formata ſuſcipi non debere, ne obſcura aut dubia nota ordinationis incurrat*. Ideoque formatæ, ſubſcriptionem Epiſcoporum qui ordinationi adfuerunt adjici, *Ordine* illo *Romano* comprehenſum eſt.

Optime igitur agonas illos curaſſe atque ordinaſſe crediti Elei. Sed in anno ſemel tantum, aut uno aliquo die. Quamobrem ut ab Agide perſtrictos cavillo diximus, ita hoc quoque Stratonici cujuſdam ſcommate jocoſo ac faceto tactos tanquam rebus non uſque adeo laudabilibus aut difficilibus eſſent occupati: cum juberet, (ſicuti Plutarchus *Lycurgo* ad finem in pag. 107. retulit) ac veluti lata lege ſtatueret: Ἀθηναίους ἄγειν μυστήρια καὶ πομπάς, Ἠλείους δὲ ἀγωνοθετεῖν ὡς κάλλιστα τοῦτο ποιοῦντας. Λακεδαιμονίους δ' ἂν ἁμαρτάνωσιν οὗτοι, δέρεσθαι· καὶ τοῦτο μὲν εἴρηται χάριν τοῦ γελοίου. Ab Ægyptiis pariter dicto perſtrictos Eleorum ad Pſammin Ægyptiorum Regem legatos ſuorum in hoc adminiſtrando certamine juſtitiam, atque integritatem commendantes, Herodotus *Euterpe* ſeu *lib.* II. fol. 97. narrat: cum hoc illi non aliter poſſe ſine ſuſpicione gratiæ atque adeo injuriæ, vel cum aliqua juſtitiæ laude præmia tribuere ſuis æque ac peregrinis, hoc eſt, e cætera Græcia oriundis, dicerent: quin potius a certamine Olympico Eleos omnes eſſe removendos, ut extranei duntaxat præmiis donarentur: Οἱ δὲ βουλευσάμενοι (ait de Ægyptiis) ἐπειρώτων τοὺς Ἠλείους, εἴ σφισι οἱ πολιῆται ἐναγωνίζονται. οἱ δὲ ἔφασαν, καὶ σφέων καὶ ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως τῷ βουλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἔφασαν, σφέας οὕτω τιθέντας, παντὸς τοῦ δικαίου ἡμαρτηκέναι. οὐδεμίαν γὰρ εἶναι μηχανὴν ὅκως οὐ τῷ ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσθήσονται, ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον. ἀλλ' εἰ δὲ δὴ βούλονται δικαίως τιθέναι, καὶ τούτου εἵνεκα ἀπικοίατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνιστῇσι ἐκέλευον τὸν ἀγῶνα τιθέναι, Ἠλείων δὲ μηδενὶ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. ταῦτα μὲν Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο. Quod Ægyptiis Herodotus dictum, id ipſorum Regi Amaſidi utique (non, de quo ille, Pſammidi) Diodorus tribuit lib. I. *Biblioth.* ſect. II. fol. 60. ubi de Amaſide: ſic fere ſcribens: Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Ἠλείους σπουδάζοντας περὶ τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα πρεσβευτὰς ἀποστεῖλαι πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσοντας πῶς ἂν γένοιτο δικαιότατος. τὸν δ' εἰπεῖν, ἐὰν μηδεὶς

---

1 *Apophth. Lacon.* fol. 381. Stephan. exempl. & in *Vita Lycurgi*, fol. 95. ubi: Ἆγις δὲ ἐπαινούντων τινῶν τοὺς Ἠλείους ὡς καλῶς τὰ Ὀλύμπια καὶ δικαίως ἄγοντας. Καὶ τί μέγα ἔφη Ἠλεῖοι ποιοῦνται δι' ἐτῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρώμενοι τᾷ δικαιοσύνᾳ,

2 Seſſione XIV. *Decreto de reformat.* cap. II. & III. *Dimiſſorias* & *reverendas* etiam nuncupatas ſcito ejuſdem *Concilii* ſeſſio. VII. *Decreto de reformat.* cap. X. de commendatitiis hujuſmodi literis mentio in *Capitular.* Karoli Magni in lib. I. cap. III. lib. VI. cap. CXXX. fol. 197. pag. 2. & lib. VII. cap. CXCV. fol. 294. pag. 1. Item *Hiſtor. Tripart.* lib. I. cap. XXIX. fol. 429. e Sozomeno. De formatis cætera in meo *Juris Lexico*.

3 Synodi Chalced. *can.* X. cujus init. πάντας, & Sardicen. Synodi *can.* IX. Nam περὶ τῶν κανονικῶν εἰρηνικαί, in Antioch. Synodo *can.* X. Laodicen. *can.* XLI. Chalced. *can.* XI. Sed & in *canone* XII. *Apoſtolorum*, ad quem Zonaras: Συστατικαὶ δὲ ἐπιστολαί εἰσιν αἱ διδόμεναι κληρικοῖς, ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις, ἢ ἀναγνώσαις ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ αὐτοὺς ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων ἢ πιστοὺς ὄντας. Videſis & in *canonem* XXXIII. ubi: τοὺς ξένους εἰ καὶ συστατικὰ ἐπεφέροιτο οὐδὲ τότε ἀβασανίστως τούτους προσίεσθαι συγχωρεῖν canonem adnotat, ἀλλ' ἀνακρίνειν εἰ ὀρθόδοξοι εἶεν.

4 Et ſimiliter Arrianus *Epicteto* lib. II. cap. III. καλῶς ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἀξιοῦντα γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικά· ὅτι μὲν ἄνθρωπος, φησιν, εἶ.

5 *De Offic. divin.* fol. 102. Colon. Editionis ann. 1568.

Ηλεῖος ἀγωνίζεται. Sed quidquid visum Ægyptiis aut Lacedæmoniis contra fuerit, summam de justitia Hellanodicarum opinionem cæterorum Græcorum fuisse constat. Ab iis Atheniensis Xenophon Athenis ejectus cum ipsi Scilluntem Lacedæmonii contulissent, in Senatu Olympico absolutus, causa capitis dicta, veniaque impetrata, inibi permansit ad vitæ supremum exitum: hoc narrat Pausanias *Eliacon* I. fol. 119. Aldina Edit. sic fere: Οἱ δὲ Ηλείων ἐξηγηταὶ κομίσασθαί τε αὖθις Σκιλλοῦντα Ηλείους ἔλεγον, καὶ Ξενοφῶντα, ὅτι ἔλαβε παρὰ Λακεδαιμονίων τὴν γῆν, κριθῆναι μὲν ἐν τῇ Ολυμπιακῇ βουλῇ· τυχόντα δὲ παρὰ Ηλείων συγγνώμης, ἀδεῶς ἐν Σκιλλοῦντι οἰκῆσαι. Ad eos olim Hyperides missus, ut Callippum athletam oratione defenderet, qui reus delatus erat corrupti Olympiaci certaminis, & victor abscessit: quod ipsum a Plutarcho traditur in *Vitis decem Rhetorum* in *Hyperide* ad finem in fol. 1561. in hæc verba: Επέμφθη δὲ καὶ πρὸς Ηλείους ἀπολογησόμενος ὑπὲρ Καλλίππου τοῦ ἀθλητοῦ ἔχοντος αἰτίαν φθεῖραι τὸν ἀγῶνα καὶ ἐνίκησε: cujus rei Pausanias quoque meminit *Eliacon* I. fol. 132. his fere verbis, ex quibus apud Plutarchum pro ἐνίκησε, reponendum ἐνικήθη videatur. Etenim neque voluisse rogatos ab Atheniensibus Eleos mulctam Callippo remittere: & cum non depensa mulcta Olympicis ludis abstinerent Athenienses oraculo Pythio jussos eam exsolvere, ex qua Jovi sex signa sive simulachra cum inscriptionibus posita fuerint: nam ubi περὶ Αθηναίου Καλλίππου ἀθλήσαντος πένταθλον, ὅν φασιν ἐξωνήσασθαι τοὺς ἀνταγωνιζομένους χρήμασι, quod circa centesimam ac duodecimam Olympiadem evenisse scribit, adjicitur statim: Επιβληθείσης δὲ τῷ Καλλίππῳ καὶ τοῖς ἀνταγωνισαμένοις ζημίας ὑπὸ Ηλείων, ἀποστέλλουσιν Υπερίδην Αθηναῖοι πείσοντα Ηλείους ἀφεῖναι σφίσι τὴν ζημίαν. ἀπειπόντων δὲ Ηλείων τὴν χάριν, &c. Ex quibus (ni fallor) aperta mendi apud Plutarchum castigandi ratio; & ex eo, quod de Atheniensibus reddito a Pythia oraculo additum: Σφίσιν ὁ θεὸς ἐν Δελφοῖς οὐ πρότερον ἔφησεν ὑπὲρ οὐδενὸς χρήσειν, πρὶν ἢ τὴν ζημίαν ἀποδοῖεν Ηλείοις. οὕτω δὴ ἀποδόντων ἐποιήθη τῷ Διῒ ἀγάλματα, ἓξ μὲν καὶ ταῦτα· γέγραπται δὲ ἐπ' αὐτοῖς ἐλεγεῖα, &c.

Hellanodicarum sane judicio, ut multas & castigationes verberum inflictas, ita coronas & cætera victoriæ præmia fuisse attributa, & post peractum certamen ad ipsos præterea iri ab athletis solitum superiore *libro cap.* XXVII. de palma & corona differens, docente hoc Æliano tradidi, cujus ipsius verba *libri* hujus initio (cum de athletarum sagina & somnum variosque morbos adferente ac ingenerante repletione agerem) exhibuisse me recordor. Quod autem ait Aristoteles *Problem.* sect. XXX. quæst. XI. ἐπὶ τῶν γυμνικῶν ἀγώνων ἅπαντός ἐστι κρῖναι, τῇ ὄψει μόνῃ θεασάμενον, non hoc significat, quemlibet e populo judicem esse de athletis, ipsaque tribuere præmia potuisse, tanquam ejus rei facultas penes populum, non penes Hellanodicas fuerit; sed istud potius, rem agonum non usque adeo fuisse difficilem, quin cum oculis omnium pateret, de victoria cujus illa esset, statuere quilibet per se potuerit. Et similiter quod Eleos esse principes, ductoresque Olympici conventus, inspectores ac directores operum & sermonum in ipso habitorum, ait Chrysostomus Dio in *Olympica orat.* ἢ περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας, XII. fol. 135. pag. 2. Aldini lib. de Hellanodicis ac brabeutis, ipsisque agonothetis interpretor, quo loco: Ω παῖδες Ηλείων ὑμεῖς γὰρ ἄρχοντες καὶ ἡγεμόνες τῆς δὲ τῆς πανηγύρεως, ἔφοροι τε καὶ ἐπίσκοποι τῶν ἐνθάδε ἔργων καὶ λόγων, ἢ δεῖ θεατὰς εἶναι μόνον τοὺς ἐνθάδε ἥκοντας· τῶν δὲ ἄλλων δηλονότι παγκάλων καὶ σφόδρα ἐνδόξων θεαμάτων, καὶ δὲ μάλιστα τῆς τοῦ θεοῦ θρησκείας, καὶ τῷ ὄντι μακαρίας εἰκόνος, & cætera, quæ ad iconem Jovis Olympici pertinentia, non retulisse, me quidem, sed quo reperiri loco possent, indicasse superius *lib.* I. *cap.* V. sub init. in *Notis* recordor. Brabeutarum quinetiam judicium de antagonistarum victoria fuisse, nec præmia dumtaxat victori tribuisse ut agonothetas, Dionysii verbis prolatis *libro* primo *cap.* XXIII. docui: quos ipsos ex Hellanodicarum collegio lectos verisimile arbitror, ὡς βραβεύειν τῷ θεῷ τὸν ἀγῶνα δικαστὰς ait *Olympiaco Sermone* fol. 141. Dio Chrysostomus. In his autem unum aliquem fuisse, qui in grammateium archium, sive commentarium hieronicarum nomina referret, (quod in musicis Palladiæ nostræ Tolosæ agonibus, Commentariensis sive Actuarii munus est, accedente jussu Æsymnetæ sive Cancellarii) Pausanias *Eliacon* II. fol. 145. me docuit: quo loco de Euanorida Eleo, qui apud Olympiam & Nemeam lucta pueros vicit, ac deinde in Hellanodicam evasit, γενόμενος δὲ Ελλανοδίκης ἔγραψε καὶ οὗτος τὰ ὀνόματα ἐν Ολυμπίᾳ τῶν νενικηκότων. Atque huc pertinere ista censeo: in primis quod Isidorus Hispalensis in libris *Originum* lib. I. cap. XX. de notis sententiarum, paragraphum hac nota ⁐ poni ait, ad separandas res a rebus quæ in connexu concurrunt, quemadmodum in Catalogo loca a locis, & regiones a regionibus: in agone præmia a præmiis, certamina a diversis certaminibus separantur: & quod xysticis Herculaneis hieronicis concessum locum, in quo de suis rebus consulerent, literasque communes & sacra, seu potius deorum signa reponerent, thermis sive balneis principalibus adjunctum ex vetustis Inscriptionibus addidici.

Denique quod gymnasiis adjuncta grammateia sive tabularia legitur eo Athenæi loco, e quinto *Deipnosophistarum*, quem postea *cap.* XXVII. & XXVIII. de hebeteriis agens, adhibitis earum Inscriptionum, quas dixi, verbis, proferam: nec tantum ejus qui vicisset, sed & agonothetæ vel sacerdotis provincialis ludorum curatoris [1] atque gymnasiarchæ nomen in *Commentarios* illos *publicos* redigi solitum, a grammateo sive scriba illo: sive is Hellanodica fuit, sive etiam Hellanodica scripsisse a Pausania dicitur scilicet, cujus jussu alius id munus exequeretur; quod verisimilius arbitror. De nomine ludorum curatoris, sive agonothetæ in commentarios agonum publicos relato, accipiendum censeo, quod cum Phidon Argivus præstantissimus princeps ab Hercule decimo omnia quæ ille peregerat, procuranda itidem sibi duxisset certamina, & in his Olympicum, Elei tamen opem ferentibus Lacedæmoniis, adeo istam ipsius ἀγωνοθεσίαν (certaminis videlicet Olympici administrationem) actis & commentariis publicis non esse mandandam (ne probasse viderentur) judicarint; ut vel hac etiam de causa sibi arma sumenda esse decreverint. Qua de re Strabonis hæc esse verba commemini lib. VIII. *Geogr.* fol. 413. ubi de Elide & Olympicis agonibus: Καὶ τοὺς ἀγῶνας, ἀξιοῦν τιθέναι αὐτὸν, οὓς ἐκεῖνος ἔθηκε· τούτων δὲ εἶναι καὶ τὸν Ολυμπιακὸν καὶ δὴ βιασάμενον, ἐπελθόντα θεῖναι αὐτὸν οὔτε τῶν Ηλείων ἐχόντων ὅπλα, ὥστε κωλύειν, διὰ τὴν εἰρήνην τῶν τε ἄλλων κρατουμένων τῇ δυναστείᾳ, οὐ μὴν τούς γε Ηλείους ἀναγράψαι

[1] De quo scripsi lib. I. *Agonistici* hujus cap. XVIII. & item lib. III. *Semest.* cap. I. ad fin.

τὴν θέσιν ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὅπλα κτήσασθαι. διὰ ταῦτα καὶ ἀρξαμένους ἐπικουρεῖν σφίσιν αὐτοῖς· συμπράττειν δὲ καὶ Λακεδαιμονίους: ubi expendenda illa moneo, οὐ μὴν τούς γε Ἠλείους ἀναγράψαι τὴν θέσιν ταύτην: quibus id ostenditur a Strabone, noluisse scilicet Eleos in acta referre Phidoniam Olympici agonis procurationem: quod frustra optimus historicus mandasset literis, nisi ut referretur, hoc fuisset Eleis Hellanodicis in more positum. Nam quod illa verba Xylander his Latinis reddidit, *Elei autem non retulerunt in tabulas istam certaminis inscriptionem*, non concoquo: & *administrationem, procurationemve*, aut quid simile vocabulo θέσεως (tanquam διαθέσεως δηλαδὴ, ut e Diodori, qui non ita multo post subjicietur, loco apparet, unde agonothetæ, athlothetæ appellati sunt) significari sentio.

Pertinet etiam ad illam in publicis agonum Commentariis inscriptionem agonothetarum nominis, de qua loquimur, quod de agonothetæ sacerdotis (sic enim accipio, non ignorans quemadmodum alii 1 explicent) relato in Acta nomine a Commentariensibus loquentium sermones perscribentibus apud Nicopolim: (ubi ludos triplices quinquennales fuisse, inferius *cap.* XXVI. dicemus) ita Epictetus ille apud Arrianum lib. I. *de serm. Epicteti* cap. XIX. Συνιερόν τις ὑπὲρ ἱερωσύνης ἐλάλει μοι τοῦ Αὐγούστου, λέγω αὐτῷ, ἄνθρωπε, ἄφες τὸ πρᾶγμα· δαπανήσεις πολλὰ εἰς οὐδέν· ἀλλ' οἱ τὰς φωνάς, φησί, γράφοντες γράψουσι τὸ ἐμὸν ὄνομα· μή τι οὖν σὺ τοῖς ἀναγινώσκουσι λέγεις παρών, ἐμὲ γεγράφασιν, &c. Postremo ad istam inscriptionem nominis, ut agonothetarum, ita gymnasiarchorum idem pene munus administrantium, referri posse arbitror, quod gymnasiarchi Batonis coronas aureas in albo continendas gymnasii memoriæ gratia decreto illo Græco columella marmorea Romæ in Museo Card. Carpensis anno ∞. D. XI. in portu Anconitano reperta, & cum a Smetio 2 tum a Fulvio Ursino 3 publicata comprehensum, atque majusculis literis exaratum in hæc verba: Ἀνθ' ὧν τὸ κοινὸν δεδοκιμάσαντα ἐστεφάνωσεν αὐτὸν, ἐπὶ τὰ προειρημένα ἔτη δύο, θαλλοῦ στεφάνῳ· καὶ τὴν περὶ τούτου ἀναγραφὴν, ὑπομνήματος χάριν, εἰς τὸ γυμνάσιον ἀνακεχώρηκεν φιλοτιμίας ἕνεκεν, καὶ τῆς λοιπῆς ἐπιμελείας, ἧς ἔχων διετέλεσεν εἰς αὐτούς. Et postea: Δεδόχθαι δὲ καὶ νῦν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν ἐπὶ τούτοις, καὶ προσεπιστεφανῶσαι πάλιν χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ τοὺς μὲν χρυσοῦς στεφάνους εἰς λεύκωμα χαράξαι, τὸ δὲ δόγμα τόδε ἀναγράψαι εἰς στήλην λιθίνην, καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ τοῦ γυμνασίου. Ubi verbum ἀναγράψαι agnoscere perplacet, quod apud Strabonem ea ipsa de re agentem extat, illo quem ante perscripsi loco: & apud Diodorum Siculum 4 ejusdem, quæ a Strabone allata, historiæ, finem his verbis concludentem: Τέλος Πισάται νικήσαντες ἔθηκαν τὸν ἀγῶνα, καὶ τὴν Ὀλυμπιάδα ταύτην ὕστερον οὐκ ἀνέγραψαν Ἠλεῖοι, διὰ τὸ δοκεῖν βίᾳ καὶ ἀδίκως διατεθεῖναι: quæ *libro* primo *cap.* XIX. cum reliquis in rem aliam attulisse me recordor; sic nimirum intelligenda; vel e Pausaniæ secundo *Eliacon* libro 5, ut ad quartam & centesimam Olympiadem pertineant. Etenim sequentis (quæ fuit quinta supra centesimam) anno primo perscripta in archio ab Eleis Olympionicarum simul & agonothetarum nomina, ex eo Diogenis Laertii loco lib. II. in *Vita Xenophontis* fol. 69. Edit. Steph didicimus; in quo de Xenophonte agens: Κατέστρεψε δὲ (καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ) ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου, ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἦρξε. Ubi τὸ ἄρχοντος quidem ad magistratus Atheniensium Xenophontis civium, illud autem ἀρχόντων ad Eleenses ludorum Olympicorum agonothetas referendum censeo: qui hos ludorum magistratus quosdam & præfectos fuisse, ideoque ἀγωνάρχους a Sophocle tanquam τῶν ἀγώνων ἄρχοντας nominatos, de Suida didici: quo loco, Ἀγωνάρχαι, (inquit) ἀγωνοθέται, ἄρχοντες τῶν ἀγώνων· Σοφοκλῆς,

Καὶ τἄμα τέχνη μήτ' ἀγωνάρχαι τινὲς
Θήσουσ' Ἀχαιοῖς, μήθ' ὁ λυμεὼν ἐμός.

Ex iis vero percipimus hoc quoque Olympiadum ordinem, numerumque in publicos agonis Olympici Commentarios, non minus quam victorum & agonothetarum sive certaminis præsidum nomen referri moris fuisse. Quamobrem ab optimis quibusque 6, rerum præsertim Græcarum, historicis designationi Olympiadis nomen ejus qui stadio vicisset 7 (quamvis nonnunquam omissum brevitatis gratia, vel memoriæ vitio videre est) passim adpositum, adjuncta etiam patriæ appellatione reperies, ex more illo (ut arbitror) vetusto dignoscendi ac citandi ut annos Argis a sacerdotibus fœminis 8, sic in cætera Græcia Olympiadas 9 in communi etiam sermone, non tam

---

1 Justus Lipsius in *Comment. ad* I. *Annal. Taciti*, fol. 22. Edit. Antuerp. anno 81.

2 *Inscription. antiq.* in officina Plantiniana editarum an. 1588. ordine II. fol. 42.

3 Post *Comment.* Antonii August. *de Legibus* Fulvii Ursini *Notis* præposita num. XXX.

4 Lib. XXV. *Biblioth.* fol. 497. ἀπεγράψαι autem ad relationem agonistarum nominis in album pertinet: de quo dictum est supra *cap.* XVI. hujus *lib.* De Pisatarum vero & Eleorum inter se pugna, de qua Diodorus, videsis Pausaniam lib. I. *Eliacon* fol. 117. & fol. 119. & lib. II. fol. 141. ubi eandem historiam perstringens, de qua Strabonis & Diodori verba protuli, similiter scribit: Τὴν τετάρτην δὲ Ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, & cæt. οὐκ ἀναγράφουσιν οἱ Ἠλεῖοι. διότι μὴ αὐτοὶ τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Πισαῖοι καὶ Ἀρκάδες ἔθεσαν ἀντ' αὐτῶν.

5 Fol. 141. unde verba protuli modo in *Notis*.

6 Pausan. *Eliac.* fol. 172. Wech. Edit. Diodoro Siculo & Dionys. Halicarnass. locis illis quos indicavi *libro* superiore ad extremum *c.* quinti & decimi.

7 Imo illius quoque qui superatus foret, ut ostendi in *dicto cap.* XV. *lib.* super.

8 Vide Thucyd. init *lib.* II. fol. 48. & ibi Scholiasten.

9 De harum Olympiadum usu in chronographia quadragenis post excidium Trojanum & septem vel octo annis recepto juxta Diodor. Siculum *lib.* I. & Clem. Alex. *Stromat.* lib. I. Solinum *cap.* II. & alios, quando ludicrum Olympicum ab Iphito renovatum atque illustratum: cujus origo Eusebio auctore annis 25. illud excidium præcesserat: videsis Benedict. Pererium in *Comment. de communibus omn. rer. princip.* lib. IV. qui est *de antiquis Philosoph.* cap. III. ubi etiam ostendit Olympiades annosque Olympicos initium habuisse ab æstivo solstitio, circa quod ludi Olympici celebrati, ut superius monui hujus *lib.* VI. *cap.* Principium autem Olympiadum exordia urbis Romæ annis 24. antecessisse: octavo anno regni Achaz regnantis in Tribu Juda: contra Julii Africani & Eusebii in *Chronicis* opinionem.

ex earum ordine ac numero, quam e victorum, sive hieronicarum nomine, & quidem eorum qui stadio vicissent. Quid igitur? soline stadiodromi, aut prima, & præcipua tulere præ agonistis reliquis & potissimum præ hippotrophis & Circensium equorum exhibitoribus a me ad extremum *libri* primi celebratis, præmia? an & si secunda vel tertia, prout eos esse commeritos Hellanodicæ judicabant, hoc tamen præcipui juris habuere, tum ut qui citarentur primi ad certamen [1], renunciarentur itidem primi inter victores reliquos honoris ergo: tum etiam (id quod ex eo sequitur) essent veluti magistratus [2] quidam Athenis & tanquam ipsi sacrorum præsides agonum Dii (quod a Dionysio Halicarnasseo [3] epitheton iis tribuitur) ἐπώνυμοι, nempe ut ab ipsis nomen Olympiades, quemadmodum Romæ olim anni a Consulibus, acciperent; quapropter veterem scilicet cœptæ a cursu primum stadiali (quo solo diu constiterit, sicuti superius *cap.* XXIII. *lib.* II. admonui, cæteris agonibus longe post additis) Olympicæ celebritatis me-
A moriam? Etenim ut νικῆσαι στάδιον, *vicisse stadio*, alios quam cursores (quocumque agonis genere decertassent) apud historicos interpretemur, ferendi fortasse nemini esse videamur. Amplio, nondum liquet: In hisce interim tenebris, illud sequendum potius duco, quod paulo ante protuli. Neque in contrarium movet, quod Thucydides alicubi *lib.* III. fol 182. Edition. Stephan. a pancratio tempus designat, non a stadio: sic admodum scribens: Ὀλύμπια δ' ἐγένετο τοῦ θέρους τούτου, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. καὶ Λακεδαιμόνιοι τοῦ ἱεροῦ ὑπὸ Ἠλείων εἴρχθησαν, ὥστε μὴ θύειν μηδ' ἀγωνίζεσθαι. Non enim hoc loco ea
B mens historico, ut Olympiadem notet solito more, sed ex eo quod recenter Olympicis agonibus adjunctum certaminis genus fuerat, pancratium scilicet: quod secunda & trigesima Olympiade receptum, operam pancratiastis præbente Lygdami Syracusio, nulla interim Androsthenis (de quo apud Thucydidem illo loco) mentione habita, Pausanias *Eliac.* I. fol. 120. retulit his ver-

---

Post Olympiades, quoniam quadriennio diligentissime cuncta notabantur, nullam temporum confusionem extitisse juxta Jul. African. in III. *Annal.* referente Eusebio in cap. III. lib. X. *de Præparat. Evang.* & Justino Martyre in *Parænet. ad Gent.* ut Varro apud Censorinum totum illud tempus quod Olympiades antecessit fabulosum appellaverit. D. Cyrillus *catechesi* XII. fol. 89. Latinæ vers. in temporis ad Christi adventum pertinentis supputatione scribit Olympiadem apud Græcos vocari, quod singulo quadriennio peracto certamen fieri soleret propter quatuor annorum cursum solis, in quibus singulis annis tres horas adjiciens diem quarto anno adderet. Cum igitur quincta quaque æstate apud Elidem sive Olympiam curules in cæteris agones celebrare mos foret, Jovique Olympio mactare victimas, eamque præflueret sive præterlaberetur Alpheus: quamobrem Arethusam in Sicilia, in quam ille amnis per intimos terræ canales velut absorptus incurrebat, quinta quaque itidem æstate per Olympia scriptum a Seneca lib. III. *Natur. Quæst.* cap. XXVI. purgamenta ejectasse: *Inde opinio est* (ait) *Alphæon ex Achaia eo usque penetrare & agere sub mare cursum, nec ante quam in Syracusano littore emergere. Ideoque iis diebus quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare*: quod ipsum Plinius *cap.* V. *lib.* XXXI. his verbis extulit: *Arethusam Syracusis fimum redolere per Olympia: verique simile quoniam Alpheus in ea insula sub ima maria permeet*: de Alpheo & Arethusa, Plinius cap. CIII. lib. II. *Natur. Hist.* Mela lib. II. *de situ orb.* cap. VII. Solinus *Polyhistor.* cap. XI. Recte vero Cyrillus singulis quadrienniis Olympia celebrata prædicat: quod & antea Epictetus apud Arrianum *lib.* III. *cap.* XXIV. indicarat iis verbis quæ *Agonistici* I. cap. VIII. protuli. Et postea Suidas *in* Ὀλύμπια: quod sic accipiendum cum clariss. & eruditiss. viro Jos. Scaligero lib. I. *de Emendat. Temp.* fol. 43. ubi *de periodo Delphorum Pythica*: Intervallum nempe duarum Olympiadum esse tetraeterida caput unius pentaeterida, quare & Olympiadem ipsam aliquando etiam tetrapentaeterida dictam apud Censorinum: esse enim initium quinti anni, eademque ratione cum Delphis ludi qui vocantur Pythia post annum octavum olim conficerentur, eaque octaeteris haberet menses triginta dierum omnes, dictam fuisse enneaeterida, quod nono quoque anno recurreret: quartam fuisse Pythiorum: quæ postea in tetraeteridem redacta sit, ut Olympicus agon anno tertio Olympiadis XLVIII. hoc est, anno Iphiti CXCV. Sequenti tetraeteride, qui erat annus III. Olympiadis XLIX. agonem illum stephanitem factum ut Olympicum, unde prima Pythias putari solet: qua re in prisco Pindari Scoliasti re-
C cte cum Eusebio convenire. Ab annis igitur Iphiti si auferas CXCIV. annos Pythicos futuros. Rursum Suidas in supra dicto loco nescio quid præterea de Olympiadum initio sub Salomone sic fere, ἐτέθη δὲ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἐπὶ Σολομῶντος εἰς ἑορτὴν κοσμικὴν τοῦ Διός: cum tamen hujus principatus non ultra mundi annum 3186. prolatus fuerit: Chronologi vero plerique omnes Olympiadum initium ad annum 3408. quo Ozias Israelis rex fuit, rejiciant, in his Funccius atque Genebrardus: Olympiadem autem duabus trieteridibus lunaribus constantem non solarem fuisse, (ut visum Censori-
D no) sed lunarem demonstrat is, quem ante nominavi, Scaliger, eo ipso libro capite *de anno æquabili minore Græcorum*, fol. 19. qui semper Olympiadem plenilunio, & XV. mensis celebratam, Romanos autem brumæ sidere confecto diem intercalasse (quod Olympiadum mysterium vocarent) antea tradiderat: cap. *de anno* fol. 8. & 10. & fol. 16. cap. *de anno æquabili*, mensem Olympiadis primum habuisse novilunium, verum & in quinta decima ejusdem confecto plenilunio, peractum Olympicum ludicrum e Pindaro & ipsius Scoliaste, & in fol. 20. unam Olympiadem solam nunquam cum solis rationibus congruere, sed potius duas: quæ quidem junctæ octaeterida consti-
E tuunt, de qua *ibid.* ubi & hoc, Olympicum agonem decimo quinto die mensis lunaris obiri solitum, & octaeteridis auctorem Cleostratum Tenedium fuisse docet ejusdem *Tractatus* lib. V. fol. 208. cap. *de initio Olympiadum* & fol. 209. annum primum Olympiadis fuisse 590. & primum ludicrum Olympiadicum duodecima aut tertia decima Tamuts ab Iphito celebratum, & primum annum Olympiadum in cycli Dionysiani quintum incurrere. Et *lib.* VI. pag. 263. Christum passum anno I.
F Olympiadis CCIII. currente, quæ erat XIII. periodi Olympicæ.

1 *Cap.* XXIII. *lib.* II. sup. & *cap.* XXX. *lib.* I. & vero hoc *lib.* III. *cap.* VIII.

2 Qui ἄρχοντες dicti, & annis dabant nomina: ut apud Dion. Halicarn. atque Diod. Sicul. inter cæteros videas licet.

3 Ἐν τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol. 33. unde verba *libro* I. superius protuli.

bis: Πέμπτῃ δὲ ἐπὶ τῇ εἴκοσι κατεδέξατο ἵππων τελείων δρόμον, &c. ὀγδόῃ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι ἐδέξατο παγκρατιαστὴν τε ἄνδρα, καὶ ἵππον κέλητα. ἵππος μὲν δὴ Κραννωνίου Κραυξίδα παρῆλθη. τοὺς δὲ ἐσελθόντας ἐπὶ τὸ παγκράτιον ὁ Λυγδαμις συγκατειργάσατο Συρακούσιος. De quibus omnibus profecto certius quidpiam veriusque, ac minore interim opera ipsum protulissem, si Eratosthenis Olympionicarum libros, quos ab Athenæo [1], ac Diogene Laertio [2] citatos reperio; aut si Lemnii Philostrati doctissimi Sophistæ illius, qui primus e tribus ejusdem nominis atque artis fuit, Neronisque temporibus floruit, librum illum legere, aut e longinquo saltem aspicere contigisset, quem inscripserat γυμναστικόν: quando Suidas, ipsum ad ea quæ apud Olympiam peragerentur, atque adeo ad totam agonum Olympicorum rationem pertinuisse, in *Vita illius* [3] auctor est. In tanto vetustatis situ, veritatis lucem ex iis quas dixi tenebris ut eruerem, deque agonibus sacris omnia examussim ut traderem, non sumpsi mihi, qui nec posse arbitrarer: satisque habui, si Veterum vestigia, per libros qui ad meas pervenissent manus, assidue premens, quem permulta fugerent, quæ nemo unus hodie valeat assequi, quod ipse tamen odorando, conjiciendo, divinando, non absonum aut ineruditum utcumque percepisse viderer, ejus omnibus, quemadmodum bona fide ac perliberaliter, de nostro tanquam demenso aut peculio, ita sine ulla præstatione copiam facerem.

CAP. XXIV.

Provocatio ab Hellanodicis ad Eleum sive Olympiacum Senatum, ab Amphictyonibus ad Agonothetam, ab hoc ad Romanum Imperatorem. Hellanodicæ per decem menses a Nomophylacibus de officio suo admoniti, ad quos fortasse itidem ut ad Senatum fuit provocatio. Ἀπάλαισοι motus. Hellanodicarum senior quisque præibat. Consilia a Principe ipsis concessi.

ILLUD insuper ex ejusdem Pausaniæ scriptis addidici, ab Hellanodicarum judicio, ad Olympiacum sive Eleum senatum provocationem fuisse. Itaque cum Eupolemus Eleus cursu in stadio adversus Leonem Ambraciotam decertasset, illique duo ex Hellanodicis, huic vero tertius victoriam decrevisset, dictum duobus diem a Leone apud Senatum mulctæ gratia: qua de re illius [4] auctoris hæc verba sunt: Λέγεται δὲ ἐπὶ τοῦ Εὐπολέμου καὶ τάδε· ὡς ἐφεστήκοιεν τρεῖς ἐπὶ τοῦ δρόμου τοῦ πέρατι Ἑλλανοδίκαι, νικᾷν δὲ τοῦ μὲν Εὐπολέμου δύο σφῶν αὐτῶν δοῖεν, ὁ τρίτος δὲ Ἀμβρακιώτῃ Λέοντι. καὶ ἀργυρίου κατεδικάσατο ὁ Λέων ἐπὶ τῆς Ὀλυμπικῆς βουλῆς ἑκατέρου τοῦ Ἑλλανοδικῶν οἳ νικᾷν τὸν Εὐπόλεμον ἔγνωσαν. Ab Amphictyonibus vero (quos numero triginta fuisse suis, atque adeo Adriani principis temporibus, idem Pausanias *Phocicis*, fol. 256. memorat) ludorum Pythicorum judicibus ad agonothetam, sive athlothetam certaminis moderatorem fuit provocatio, qui forsitan & sine appellatione illorum judicio intercedebat (quod magis puto) cum æquum ipsi hoc esse videretur: ab hoc rursum ad Romanum Imperatorem postremis Reipub. Romanæ temporibus. Itaque cum Clemens Byzantinus, qui alioqui tragœdia præclare acta victoriæ præmium meruerat, propterea tamen, quia hoc circa id temporis incidisset quo Byzantium a Romanis obsidebatur, ideo victoria exciderat Amphictyonum judicio, hac ratione scilicet, ne propter unum hominem prædicaretur voce præconis atque coronaretur civitas Romana, inimica nimirum ipsa & rebellis: Hippodromus tamen athlotheta tum quidem Amphictyonico certamini præfectus, victoriam nihilominus Byzantio adjudicasset, illis valere jussis judicibus, qui adversus jusjurandum, injustam sententiam protulissent. Porro autem alter auctor tragicus appellavit ad principem; in cujus consistorio ex provocatione Romæ Byzantium vicisse laudato Hippodromi, & probato judicio Philostratus lib. II. *Sophistar.* in *Hippodromo*, in hæc verba retulit: Κλήμης δὲ ὁ Βυζάντιος τραγῳδίας ὑποκριτὴς ἦν, οἷος οὔπω τις τῆς τέχνης. νικῶν δὲ κατὰ τοὺς χρόνους, οἷς τὸ Βυζάντιον ἐπολιορκεῖτο, ἀπῄει ἁμαρτάνων τῆς νίκης, ὡς μὴ δοκοίη δι᾽ ἑνὸς ἀνδρὸς κηρύττεσθαι πόλις ὅπλα ἐπὶ Ῥωμαίοις ἠρμένη, &c. quæ superiore *tractatu* retulimus: tum postea: Ἀναπηδήσας δὲ ξὺν ὁρμῇ ὁ Ἱππόδρομος, οὗτοι μὲν εἶπεν ἐρρώσθων ἐπιορκοῦντές τε καὶ παραγινώσκοντες τὸ δίκαιον, ἐγὼ δὲ Κλήμεντι τὴν νίκην δίδωμι· ἀφέντος δὲ θατέρου τοῦ ὑποκριτοῦ ἐπὶ τὸν βασιλέα, ηὐδοκίμησε πάλιν ἡ τοῦ Ἱπποδρόμου ψῆφος. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἐνίκα ὁ Βυζάντιος. Hellanodicas profecto atque horum fortean exemplo itidem Amphictyonas, antequam eo fungerentur judicum in agonibus lustralibus munere, per decem totos menses a nomophylacibus in Hellanodicæone admoneri de iis quæ ad agonas pertinerent, atque institui solitos Pausanias lib. II. *Eliacon* fol. 151. retulit: ut cum cætero senatu ad nomophylacas provocasse ab Hellanodicis athletas, simile vero sit: Ἐν τούτῳ τῷ Ἑλλανοδικαιῶνι (ait ille) οἰκοῦσι δέκα ἐφεξῆς μῆνας οἱ αἱρεθέντες Ἑλλανοδίκαι, καὶ ὑπὸ τῶν νομοφυλάκων, ὅσα ἐς τὸν ἀγῶνα σφᾶς δεῖ ποιεῖν, διδάσκονται. Quod decem mensium tempus equidem satis breve atque angustum Hellanodicis ad discendum fuisse censeo: quippe qui de singulis athletarum moribus judicare postea debuere, cum ipsis decernerent abdicerentve victoriam; utrum essent ἀπάλαιστοι (quos Græci vocant) motus illi, an vero palæstram quandam haberent, ut quicquid in vitandis caute, aut in petendo vehementer fieret, atque adeo ad pugnam utiliter, idem ad aspectum etiam venustum esset: quod & ipsum Cicero quodam in loco [5] memorat: quamvis aliud in alio fuisse certaminis gymnici genere venustum, aut decens, aut contra deridiculum, ex Arriano & Epicteti *Enchiridio*, a me *tractatu* superiore obiter demonstratum fuit. Athletas vero sacris agonum diebus decertaturos coronarum gratia per triginta dierum spatium antequam Olympiam accederent apud Elidem ipsam exerceri solitos, superius auctore Philostrato admonuisse me recordor. Idem alio loco nos docet seniorem præire ordine, cæteros Hellanodicas subsequi, secundum ætatis cujusque prærogativam consuevisse. Nam de gymnosophistis

---

1 Lib. IV. *Deipnos.* fol. 115. ut monui ad initium *cap.* XXXV. *libri* proximi in *Notis*.

2 Lib. VIII. in *Empedoclis Vita* sub initium Edition. Stephan. fol. 327.

3 Ubi ejus libros enumerans τοῦ γυμναστικοῦ ita commeminit, ut addat hoc, ἔστι δὲ περὶ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπιτελουμένων.

4 Pausan. lib. II. *Eliacon*, fol. 140. Ald. lib. De numero Hellanodicarum vide quæ scribo *lib.* I. *cap.* XIX. in *Notis* & *cap.* XXVI. ad extremum.

5 In *Oratore* sub finem. Sed tu, si vacat, vide alios ex eodem & Quinctiliano a me allatos locos *lib.* I. *cap.* XIV. de motibus qui ἀπάλαιστοι vocati.

phiſtis agens lib. VI. *de Vita Apollonii*, fol. 35. pag. 2. *οἱ δ' ὥσπερ Ἑλλανοδίκαι* [ait) *τῷ πρεσβυτάτῳ εἵποντο, κόσμῳ ἅμα καὶ σχολαίῳ βαδίσματι*. Non immerito: quando & iſto munere veluti publico fungi ut ipſis liceret, codicillos ab Imperatoribus Romanis, tanquam aliqui magiſtratus extraordinarii, acceperunt, jam inde ab Adriani aut ſuppariumi ipſi Principum Romanorum temporibus, quibus Epictetus, & qui facta dictaque hujus mandavit literis Arrianus, floruit. Id quod ex hujus lib. III. *Epicteti* cap. VII. ſub finem, nuper colligebam, ut mihi tum quidem videbatur, non inepte: ſic enim verba ſe habent: *Ἀλλὰ καὶ κριτής εἰμι τῶν Ἑλλήνων. οἶδας κρίνειν, τί σε* (malo e ſequentibus, *τίς σε*) *ἐποίησεν εἰδέναι; Καῖσαρ μοὶ κωδίκελλον ἔγραψε. γραψάτω σοι ἵνα κρίνῃς περὶ τῶν μουσικῶν. καὶ τί σοι ὄφελος, ὅμως δὲ πῶς κριτὴς ἐγένου; τίνος χεῖρα καταφιλήσας*, &c. Ac de Hellanodicis quidem Amphictyonibus, athlothetis agonibus ipſis & agoniſtis, hæc fere ſunt, quæ, quod minus eſſe nota crederem, iſto congerenda exiſtimavi.

CAP. XXV.

D. Paulus explicatur, quodam ad Timotheum *loco*. *Exponitur principale* Reſcriptum *de vacatione munerum athletis conceſſa poſt tres demum coronas adeptas: Et quid novi juris eo inductum fuerit oſtenditur. Antiqua Græcia, quæ Achaia. Ludi antiqui. Pliniani loci lectio in dubium vocata. Achaicus currus apud Horatium. Albeum ſtadium, Achæa præmia; apud Sulpitium & Papinium. Vetus Gallia. Vetus Pergamum. Antiqua Italia. Vetus Roma & nova.*

HOc certamen animi non parvum, quod circa *Reſcripti* principalis illuſtrationem ſubire placuit, aliquando tandem (ſi Deus annuerit) finiam. Sed reſtant explicanda paucula quæpiam, non adeo illa vulgaria, ut ſine literarum aut juvenum certe ipſis initiatorum damno prætermitti queant. Illa ſunt hujuſmodi; Iis demum athletis immunitatem ipſi tribuere Imperatores voluerunt, qui non æmulis corruptis ac redemptis, ſed merito coronati fuerint: cui ſimile arbitror, quod a Conſtantio & Conſtante AA. reſcriptum eſt [1], de his qui honorarias ex præſidibus vel ex comitibus dignitates ſuffragio & pretio non meritis perceperint, ut civilibus oneribus muneribuſque teneantur adſtricti, ne commoda publica ſub umbratili ſuffragiorum pactione lacerentur. Poſt operam igitur navatam Reipub. magiſtratus, poſt legitimum utique certamen athleræ, ut coronas ſecundum D. Pauli effatum quod expoſuimus, ita ex Imperatorum iſta *Conſtitutione* munerum civilium vacationem accipiunt; ſicuti fructus agricolæ poſt labores: juxta illud alterum ejuſdem B. Pauli [2] *qui non laborat non manducet*. Ac de agricolis quidem id ipſum cum annexum ſuperioribus fuerit, omnino ſic oportere accipi (quamvis aliter aliis placuerit) ipſe cum neotericis quibuſdam, vel potius cum D. Baſilio exiſtimo, quod ita ſcriptum [3] legitur, *τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν*: ut *τὸ πρῶτον* non quemadmodum ab aliis ſcrupuloſe nimirum ordini verborum inſiſtentibus factum fuit, *τῷ μεταλαμβάνειν* adjungatur; ſed ad illud *κοπιῶντα* referri debeat: tanquam ſi ſcriptum ſic foret, *τὸν γεωργὸν δεῖ πρῶτον κοπιῶντα*. vel *τὸν πρῶτον κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν*: quod ipſe vidit Chryſoſtomus eum locum ex profeſſo explicans *Serm.* IV. fol. 50. pag. 2. *ὁ γεωργὸς οὐχ ἑαυτοῦ ἐπιμελεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, τουτέστιν οὐ μικρὰν ἀμοιβὴν τῶν πόνων καρποῦται καὶ ὁ γεωργός*. Atque hoc etiam præcedentia [4] illo ipſo D. Pauli loco verba, quæ ante attuli, omnino exigunt: ubi de athletarum coronis agitur; quas eodem loco ubi certatum foret conſecutos athletas, e Chryſoſtomo [5] & aliis [6] *tractatu* ſuperiore admonui. Poſtremo hic quoque D. Baſilii locus [7] apertiſſime oſtendit illum B. Pauli *παραφραστικῶς* explicans ſic fere. *Τίς ἐν καιρῷ τῆς σπορᾶς οἴκοι καθήμενος ἢ καθεύδων ἐνστάντος τοῦ θερισμοῦ τὸν κόλπον ἐπλήρωσε τῶν δραγμάτων; τίς ἐτρύγησεν ἀμπελῶνα τὸν μὴ παρ' αὐτοῦ πεφυτευμένων; ἐκείνων οἱ καρποὶ, ὧν καὶ οἱ πόνοι. αἱ τιμαὶ οἱ στέφανοι τῶν νενικηκότων εἰσί. τίς στεφανοῖ τὸν μηδὲ ἀποδύντα πρὸς τὸν ἀντίπαλον; ὁπότε οὐ νικῆσαι δεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ νομίμως ἀθλῆσαι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον*. Has autem coronas, aut earum unam quampiam, qui ubicumque in orbe Romano eſſet conſecutus, ut a tutela, ſic a cæteris quoque muneribus, excuſationem antiquitus videtur habuiſſe. Unde Ulpianus [8]: *Athletæ habent a tutela* (inquit) *excuſationem, ſed qui ſacris certaminibus coronati ſunt*: non aut bis, aut tertio, igitur etiam ſi ſemel, nihilominus habebant: donec iſta *Conſtitutione* introductum eſt, ne ante coronam tertiam hieronicæ immunitate hujuſmodi fruerentur. Atque hoc quidem ita tentari poteſt, verius tamen eſſe arbitror, ut antiqua conſuetudine receptum id foret, ne vacationem haberent munerum civilium, niſi qui tres (minimum) coronas eſſent conſequuti: quod ſatis oſtendere ipſius *Conſtitutionis* iſta clauſula videtur, *tribui ſolet vacatio*. Nec enim jus induci novum, ſed vetus, quod obtinuiſſet antea, recitari atque declarari ſignificat. Sane apud veteres Græcos triſolympionicis honos quidam eximius & ſingularis habitus fuit: ex vetuſto igitur more, poſt tres demum coronas, athletam hieronicam ſequebatur immunitas. Placuit autem hoc inſuper iſto quod exponimus *Reſcripto*, Principibus, ut ipſarum ſaltem unam, is qui athletarum privilegio uti vult, aut Romæ, aut in antiqua Græcia fuerit conſequutus. Atque hoc fortaſſe eſt, quod illa *Conſtitutione* vetuſto juri adjicitur, cum antea ſive in antiqua Græcia, ſive alicubi tres coronas conſecutis idem pateret immunitatis beneficium. Antiqua vero eſt Græcia, non ſicuti ab aliis exponitur Italia, quæ ipſa ut magna [9] & major [10], ſic a Var-

---

1 *L.* 4. *de legatio. lib.* x. *C.* juncta *l.* 24. 25. 26. 27. 41. 45. 86. *Cod. Theodoſ. De decurion.*
2 *Epiſt.* II. *ad Theſſalon.* cap. III. verſ. 10.
3 *Epiſt.* II. *ad Timoth.* cap. II. verſ. 6.
4 *Ibidem* verſu 5.
5 In *Sermone de inanis gloriæ cupiditate*, col. 719.
6 Plin. lib. XVI. *Natural. Hiſt.* cap. IV.
7 *Aſceticorum Sermone* qui *ὅροι κατὰ πλάτος* inſcribitur, fol. 384. & 385.
8 *L. ἐὰν δύω* 6. §. *Ulpian. al. eſt* §. *athletæ. D. de excuſat. tutor.*
9 Cic. v. *Tuſcul. Quæſt.* & Plin. *lib.* III. *cap.* X. Procop. lib. I. *de bello Gotth.* D. Hieron. in *Apologet. adverſus Ruffin.* & Polyb. *lib.* II. fol. 50. Edit. Hervag. *Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ Ἰταλίαν τόποις κατὰ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων*.
10 Ovid. init. lib. *Faſt.* IV. ubi de Aprili, Seneca *de conſolat. ad Helviam* cap. VI. Feſt. Pomp. & ibi Joſeph. Scaliger, in *Major* Silius Italicus *lib.* XI. Juſtinus ſub initium *lib.* XX. & B. Hieronym. in *proœm. in* II. *lib. Comment. ad Gal.* Val. Maxim. *cap.* VII. *lib.* VIII. ubi de Pythagora.

rone antiqua etiam Græcia dicta, atque ab ipso etiam Polybio ad extremum *lib.* III. fol. 105. Hervagiani libri, agente de pugnæ Cannensis exitu tam Romanis tristi quam auspicato Carthaginensibus; quo loco: *Καρχηδόνιοι μὲν γὰρ διὰ τῆς πράξεως ταύτης παραχρῆμα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιᾶς σχεδὸν πάσης καὶ μεγάλης καλουμένης Ἑλλάδος ἦσαν ἐγκρατεῖς*: quanquam quod de antiqua loquitur Polybius, magis esse puto, ut ad Achaiam pertineat, quæ antiqua proprie ac vere Græcia: in qua etiam qui celebrarentur ludi, antiqui dicti ab ipso Ausonio [1], in eo, quod ante citavi, carmine:

Quatuor antiquos celebravit Achaia ludos.

De Achaia præclarum Plinii elogium, quo superiora illustrari puto, non prætermittam. Sic ille igitur *ad Maximum* lib. VIII. *Epistola. Cogita te missum in provinciam Achaiam, illam meram & veram Græciam*, (antiquam, quod ab illo, si rationem spectaveris, cum recentiora quæque degenerent, misceantur, deterantur immo atque immutentur, non longe abest, principes vocare maluerunt) *in qua primum humanitas, literæ, etiam fruges inventæ esse creduntur*, &c. *Reverere conditores Deos, numina deorum,* (istud glossema superioris proximi vocabuli, audentior quam ego sum quispiam, configendum atque delendum censuerit) *reverere gloriam veterem, & hanc ipsam senectutem, quæ in homine venerabilis, in urbibus sacra est, sic apud te honor antiquitati* (Achaia nimirum antiqua Græcia) *sit ingentibus factis, sit fabulis quoque*, &c. Ab antiqua Græcia videtur Helladem, quæ ab Isthmi angustiis incipiat, quæ ipsa Græcia a Romanis appelletur, nihilominus separare Plinius lib. IV. *Naturalis Historiæ* capp. III. V & VII. ut in hac primam esse Atticam referat. Julius autem Solinus *Polyhistore* cap. XIII. fol. 35. ubi de Peloponneso, divortium facit inter Ionium & Ægæum mare: *Quatuor* (inquit) *non amplius millibus dispescens utrumque littus ex cursu tenui, quem Isthmon dicunt ob angustias.* Hinc Hellas incipit, quam proprie veram volunt esse Græciam: quod valde placet, quoniam cum eo congruit, quod ex Plinio Juniore ante retuli, Achaiam veram & meram Græciam fuisse nuncupatam: cujus provinciæ partem fuisse Græciam seu Helladem (hanc proprie veram) innuit Plinius alter, iis quos indicavi superius *locis*. Ac ne quis dubitare possit, quin eadem sit antiqua Græcia & Achaia, lubenter equidem hujus ipsius verba (quanquam scribendo dictandove defessus) hic inseram: *Achaiæ nomen provinciæ* (ait cap. V. lib. IV. *Natur. Histor.*) *ab Isthmo incipit*, &c. *portus Cœnites, sinus Saronicus, olim querno nemore redimitus, unde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum.* In eo addit esse Cenchreas Isthmi partem alteram cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis, Elidem in mediterraneo, intus delubrum Olympii Jovis ludorum claritate fastos Græciæ amplexum. Idem auctor *cap.* VIII. *lib.* XIX. ubi de apio: *Honos ipsi in Achaia coronare victores sacri certaminis Nemeæ.* Nero quidem non contentus aurigationis cæterarumque hujusmodi artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam petiisse a Suetonio in *ejus Vita* cap. XXI. dicitur. Unde Horatium explicandum admoneo, qui de sacris agonibus in antiqua Græcia (quæ Achaia) celebratis agens, Achaicum currum enunciavit ode III. lib. IV. *Carmin. Quem tu Melpom.* sic fere:

Illum non labor Isthmius.
Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem.

Quæ verba vel ad victoriam equestris, sive curulis certaminis, vel ad ipsum post victoriam triumphum hieronicarum, ac reductionem curribus subvectorum in patriam (qua de re affatim a nobis *tractatu* superiore *cap.* X. actum est) referre possis. Unde postremo Sulpitia poetria in quopiam carmine [2] stadium Achæum dixit:

Deinde velut stadio victor qui solus Achæo
Languet, & immota secum virtute fatiscit.

Itemque Achæa præmia Statius Papinius *Epicedio in patrem*, lib. V. *Sylvarum*:

Sit pronum vicisse domi: quid Achæa mereri
Præmia, nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ,
Nunc Athamantæa protectum tempora pinu?

Ubi trium agonum percensentur præmia, de quibus actum *libro* secundo, unius Olympiaci prætermittitur: quod in eo ne post Neronem quidem Domitiani (sub quo poeta ille floruit) temporibus, musicum certamen apud Olympiam frequentaretur. Porro ut Imperatores hoc loco antiquam Græciam, sic ipse τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα dixit Appianus: & cum Macedonia conjunxit initio *Mithridaticæ*. Julianus etiam Imperator antiquam Græciam dixit in *Epistola pro Argivis*, quæ est ἀνεπίγραφος, fol. 260. Edit. Paris. nam ubi ea de lustralibus agonibus memoravit, quæ superius a nobis *lib.* II. *capp.* XVII. & XXIII. exscripta sunt, hæc quoque aliquanto post legas, ex quibus itidem in antiqua Græcia exhibitos illos, quod hic ajunt Imperatores, id est, in Achaia, possis cognoscere: Πρὸς τοὺς Κορινθίους εἰκότως αὐτοὺς (ait) καὶ τοῦτο προσθεῖν πότερον αὐτοῖς δοκεῖ καλῶς ἔχειν τοῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ἕπεσθαι νομίμοις, ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως, εἰ μὲν γὰρ τὴν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀγαπῶσι σεμνότητα, & cætera quæ sequuntur. Εἰ δὲ τοῖς γῆν ὑπάρξασι τὴν πόλιν ἐπειδὰν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο ἰσχυριζόμενοι πλέον ἔχειν ἀξιοῦσι, &c. Atque ut Græciam, sic & Galliam esse quandam veterem Ausonius [3] sub finem *Gratiarum Actionis pro consulatu ad Gratianum* indicat. Itemque Appianus ἐμφυλίων tertio ad extremum: quo loco; Τοῦτο Δέκμῳ τέλος ἦν ἱππάρχῃ τε Καίσαρος γενομένῳ, καὶ ἄρξαντι τῆς παλαιᾶς Κελτικῆς ὑπ' ἐκείνῳ, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἔτος ὑπατεύειν ὑπ' αὐτοῦ κεχειροτονημένῳ, καὶ τῆς ἑτέρας Κελτικῆς ἄρχειν. Sic vetus Pergamum in Asia, cujus Eunapius commeminit *Ædesio* in *Vita Sophistarum & Philos.* fol. 47. & fol. 63. Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν διαβὰς ὅλης Ἀσίας προτεινούσης αὐτῷ χεῖρας ἐν τῷ παλαιῷ Περγάμῳ καθιδρύθη. Et postea: Σωσίπατρα μετὰ τὴν ἀποχώρησιν Εὐσταθίου πρὸς τὰ αὐτῆς ἐπανελθοῦσα κτήματα περὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὸ παλαιὸν Πέργαμον διέτριβε, hujus incolæ Ilienses ad Pergamenorum differentiam incolentium oppidum ad Caicum, cujus Strabo lib. XII. *Geographiæ*

---

1 *Eglogario in Epigram. de lustralibus agonibus.*
2 *Eclog. de edicto Domitiani* relata in lib. IX. *Catalectorum veterum poetarum* edito Lugduni, fol. 249. clariss. Josephi Scaligeri opera.
3 Ubi: *Venetiam, Liguriamque, & Galliam veterem, insuperabilia Rhetiæ, Rheni accolas, Sequanorum invia, & porrecta Germaniæ celeriore transcursu evolvis.*

mentionem facit: de utrisque nos itidem dicturi paulo post sumus. Sic vetus sive antiqua Italia dicitur a Polybio[1], in qua multitudinem porcorum esse memorat: *Διὰ γὰρ τὴν πολυχοιρίαν, καὶ τὴν χορηγίαν μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπάρχειν, καὶ μάλιστα τὴν παλαιὰν παρά τε τοῖς Τυῤῥηνικοῖς καὶ Γαλάταις*. Sic Romam veterem & novam Byzantium sive Constantinopolim scilicet, quam Romæ veteris prærogativa lætari, cum Honorius ac Theodosius[3] voluerint; minime ambigendum puto, quin ex eorum & Justiniani mente quod hoc *Rescripto* Romæ tribuitur, ut vel semel ibi coronatum esse aut in antiqua Græcia immunitatem habiturum athletam oportuerit, ad utramque Romam pertineat: cæteras coronas aliis quoque, in quibus gymnici exhiberentur, orbis Romani locis consequi licuerit, atque adeo ad immunitatem ipsi profuerit.

CAP. XXVI.

Quibus locis antiquitus gymnici ludi exhibiti. Ephesus ac Triopus, Ilium, Syracusæ, Delos, Nicopolis, Pergamus, Smyrna, Mænala, Platææ, & Lebadia, utrumque in Bœotia oppidum, sicuti & Thebæ: Dium denique in Macedonia, Chios, Chæronea. Expositus obiter Æliani locus unus; & Laertii Diogenis alter, qui ab Interprete non perceptus, interim corrigitur. Gymnasia in omnibus Græciæ oppidis. Junonia festa qua Lysandria. Neapoli ludos gymnicos, musicosque lustrales celebratos, qui Augustales dicti, & Græco vocabulo Augustæa, itemque Sebasta, ut Pia quæ Puteolis certamina. Chrysanthinus agon in vetusta Inscriptione atque Chrysanthianus Sardianorum in quodam Pandectarum *loco, cujus lectio partim in dubium vocatur, partim castigatur. Non ubique licitam nec sine auctoritate publica gymnici agonis aliorumve spectaculorum celebrationem, ex Plinio & Modestino.*

IN iis locis antiquitus fuisse Ephesum ac Triopum, cum in illa Dianæ fanum Iones, Apollinis vero in hac Dorienses construxissent, Dionysius Halicarnasseus memorat *lib.* IV. Ῥωμαϊκ. Ἀρχαιολ. fol. 229. Edit. Wechel. nam eo statis temporibus illos cum uxoribus & liberis convenientes una sacris mercimoniisque publicis operam dedisse; tum vero equestria, gymnica & musica instituisse certamina, deos quoque communibus donariis honorasse; peractis denique spectaculis ac negotiationibus cæterisque humanitatis officiis ultro citroque exhibitis, si qua inter civitates intercessisset offensio, consedisse Judices, qui litem componerent; postremo tum de bello contra barbaros gerendo, deque mutua gentis concordia solitum in medium consuli: *Ἔνθα συνιόντες γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις* (inquit) *κατὰ τοὺς ἀποδειχθέντας χρόνους, συνέθυόν τε, καὶ συνεπανηγύριζον, καὶ ἀγῶνας ἐπετέλουν ἱππικοὺς, καὶ γυμνικοὺς, καὶ τῶν περὶ μουσικὴν ἀκουσμάτων, καὶ τοὺς θεοὺς κοινοῖς ἀναθήμασιν ἐδωροῦντο*, &c. Præterea in illorum locorum numero fuisse Iliensium urbem ad quam ephebiis arbores in Protesilai sepulchro cum in tantum accrevissent, ut Ilium aspicerent, inarescere rursusque adolescere a Plin. narratur *lib.* XVI. *cap.* XLIV. nisi tamen ibi ephebiorum nomine significata hebeteria, de quibus inferius agetur. Iliensibus quidem agonibus Lyconem e Troade philosophum palæstricis exercitationibus deditissimum, ipsoque bene constituti corporis habitu toto (cum oblisas quoque obtusasque pugilatitiis cæstuum ictibus aures haberet)[3] referentem athletas, & lucta & pila[4] decertasse in patria, itemque alibi, Diogenes Laertius *lib.* V. fol. 189. Edit. Stephan. refert his verbis, pessime acceptis a Latino Interprete: *Ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο, καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα, τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων, ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν, καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. διὰ τοῦτο δὲ καὶ παλαῖσαι λέγεται, τάτε ἐν τῇ πατρίδι Ἰλεῖα καὶ σφαιρίσαι.* Ubi sic scribendum, pro Ἰλεῖᾳ, ut sit quarti casus plurativi numeri; & ad illud *τάτε* (quod alioqui superfluum foret) referatur; eadem loquendi ratione, qua *ἀγωνίσασθαι* vel *νικῆσαι τὰ Ὀλύμπια* frequenter apud auctores legimus. Sane in iis antiquitus fuisse Syracusas Siciliæ jam inde a Timoleonte Corinthio, qui per octo admodum annos ibi summum imperium obtinuerat, mortuo, Diodorus Siculus [5] docet: etenim honoris ergo sumptuosis admodum exequiis elato ipsius funere annum certamen ejus memoriæ a Syracusanis triplex musicum, equestre ac gymnicum ob debellatos Barbaros & restitutam Siciliensibus libertatem post colonias in Græca oppida deductas decretum fuisse, in hæc omnino verba retulit: *Τὸ δὲ τὸ ψήφισμα ἀνηγόρευσεν ὁ δῆμος τῶν Συρακουσίων Τιμολέοντα τιμᾶν ἐτήσιον. τοῦτον δὲ θάπτειν ἀπὸ διακοσίων μνῶν, τιμᾶσθαι δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, καὶ ἱππικοῖς, καὶ γυμνικοῖς, ὅτι τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀνοικίσας αἴτιος ἐγενήθη τῆς ἐλευθερίας τοῖς Σικελιώταις.* Sed & in eorum locorum numerum referre quis merito possit Delum insulam: ubi cum ab antiquo (ut apud Homerum est) frequentissimo totius Græciæ conventu ad festa Delia gymnicus musicusque agon choris hymnisque sive proœmiis in honorem Apollinis adhibitis procurabantur; tum vero posteaquam Delo Rheneam a se captam Samiorum tyrannus Polycrates veluti catena quapiam adjunxisset, purgata demum sublatis inde cadaveribus per Athenienses insula, quinquennale inibi certamen ab insulanis atque Atheniensibus exhibitum: quod etsi cum sacris, chorisque ac proœmiis ob adversos ejus insulæ casus intermissum exoleverat, ab Atheniensibus tamen addito curuli agone denuo instauratum fuisse, auctor mihi Thucydides *lib.* III. fol. 117. Edit. Stephan. quo loco inter cætera: *Καὶ τὴν πεντετηρίδα τότε πρῶτον μετὰ τὴν κάθαρσιν ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ Δήλια. ἦν δέ ποτε καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος εἰς τὴν Δῆλον τῶν Ἰώνων τε, καὶ περικτιόνων νησιωτῶν*, &c. *καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς, καὶ μουσικός. χόρους τε ἀνῆγον αἱ πόλεις, δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος, ὅτι τοιαῦτα ἦν ἐν τοῖς ἔπεσι, τοῖς δὲ, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος*: ubi placet istud Scoliastis, *ἐξ ὕμνου, ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια*

1 Sub init. *Epit. lib. histor.* XII. fol. 244. Edit. Hervag.

2 *L. unic. C. de privileg. urb. Constantinop. lib.* XI. sic sæpe a Justiniano νέα Ῥώμη dicitur Const. in *Novellis*, sed & in *Actis Conciliorum* non semel.

3 Vide si lubet quæ de pugilatu scripsi *lib.* I. *capp.* VII. & VIII.

4 De hoc ludo *lib.* I. *cap.* VI. actum est.

Lib. XVI. *Biblioth.* fol. 556. ubi: Κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν Τιμολέων ὁ Κορίνθιος, &c. ἐτελεύτησε στρατηγήσας ἔτη ὀκτώ. οἱ δὲ Συρακούσιοι μεγάλως ἀποδεδεγμένοι τὸν ἄνδρα, διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ μέγεθος τῶν εὐεργεσιῶν μεγαλοπρεπῶς ἔθαψαν αὐτὸν, καὶ κατὰ τὴν ἐκφορὰν ἀθροισθέντος τοῦ πλήθους, &c. ut in textu.

ᵉ χάλυν: sequuntur Homerici versus apud Thucydidem:

> Ἀλλὰ σὺ Δήλῳ Φοῖβε μάλις᾽ ἐπιτέρπεαι ἦτορ,
> Ἔνθά τοι ἑλκεχίτωνες Ἰάονες ἠγερέθονται
> Αὐτοῖς σὺν παίδεσσι, καὶ αἰδοίης ἀλόχοισιν.
> Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε, καὶ ὀρχηθμῷ, καὶ ἀοιδῇ
> Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα.

Adjicit deinde historicus: Ὅτι δὲ καὶ μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφοίτων, ἐν τοῖς δὲ αὖ δηλοῖ, ἅ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προοιμίου. τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας, ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ἐν οἷς καὶ ἑαυτοῦ ἐπεμνήσθη,

> Ἀλλ᾽ ἄγεθ᾽ ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν, &c.

Tum denique: Τοσαῦτα μὲν Ὅμηρος ἐτεκμηρίωσεν, ὅτι ἦν καὶ τὸ πάλαι μεγάλη ξύνοδος καὶ ἑορτὴ ἐν τῇ Δήλῳ. ὕστερον δὲ τοὺς μὲν χοροὺς οἱ νησιῶται καὶ οἱ Ἀθηναῖοι μεθ᾽ ἱερῶν ἔπεμπον. τὰ δὲ περὶ τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰ πλεῖστα κατελύθη ὑπὸ ξυμφορῶν (ὡς εἰκὸς) πρίν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι τότε τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, καὶ ἱπποδρομίας, ὃ πρότερον οὐκ ἦν. Hactenus Thucydides. Apud Delum insulam denique ab Apollinis ac Dianæ sacerdotibus Delphicis, cum eo non sine solemni pompa sacerdotio persuncturi, ac se abdicaturi conferrent, gymnicos musicosque ludos (de quibus e Thucydide verba fecimus) exhibitos Heliodorus & ipse in *Æthiopicis* lib. I. fol. 20. ostendit; hæc narrantem inducens Charicleam ad Thyamin: Γένος μὲν ἐσμὲν Ἴωνες. Ἐφεσίων δὲ τὰ πρῶτα γεγονότες, καὶ ἀμφιθαλεῖς ὄντες, νόμου τοὺς τοιούτους καλοῦντος ἱερατεύειν, ἐγὼ μὲν Ἀρτέμιδος, Ἀπόλλωνος δὲ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς οὗτος ἐλαγχάνομεν. ἐπετείου δὲ τῆς τιμῆς οὔσης, καὶ τοῦ χρόνου πληρουμένου, θεωρίαν εἰς Δῆλον ἤγομεν, ἔνθα μουσικούς τε καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας διαθήσεσθαι, καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀποθήσεσθαι κατά τι πάτριον ἐμέλλομεν, &c. Postremo ex iis agonum locis Nicopolis fuit, ubi ob Actiacam victoriam ab Augusto[1] lustrales agones instituti, vel restaurati potius formaque atque ordine meliore in posterum celebrati, qui antea in suburbio scilicet Nicopoleos conditi: ubi gymnasium & stadium antiquitus fuisse, in loco ad quinquennale certamen adornato, in hæc verba Strabo lib. VII. *Geograph.* retulit: Ἤγετο δὲ καὶ πρότερον τὰ Ἄκτια τῷ θεῷ στεφανίτης ἀγὼν ὑπὸ τῶν περιοίκων, νῦν δ᾽ ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ. Meminit Mamertinus in *Panegyrico ad Julianum*, sic fere, ubi de Nicopoli a D. Augusto in monumentum Actiacæ victoriæ trophæi instar instructum, quæ tum in ruinas prope tota conciderat: *Certamen ludicrum* (ait) *lustris omnibus solitum frequentari intermiserat temporis mœsti deforme justitium*, &c. Meminit Epigrammatarius denique poeta quidam, iis senariis Græcis, quæ non ita multo post exhibebimus.

Sed & provinciarum plerasque, super templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim honori Octavii Augusti constituisse, a Suetonio in *Octavio* cap. LIX. ad finem traditur. Ex Asia quidem Pergamenos ob id agonem sacrum quinquennalem super templum instaurandi facultatem habuisse, Dio *lib.* LI. fol. 310. scribit: Καὶ ἔλαβον καὶ οἱ Περγαμηνοὶ (ait) τὸν ἀγῶνα τὸν ἱερὸν ὠνομασμένον ἐπὶ τῇ τοῦ ναοῦ τιμῇ ποιεῖν. Præterea ex iis locis, in quibus quinquennalis agon celebrabatur, antiquitus fuit Smyrna; ut equidem tum ex iis Epigrammatarii poetæ cujuspiam senariis Græcis (quæ aliquanto post proponam) ac etiam ex illa Inscriptione Græca pervetusta, unde verba statim pro ferre certum est, tum vero ex isto loco Pausaniæ[2], de Artemidoro pancratiasta Tralliano agentis, deprehendere visus sum. Ὡς δὲ ἀφίκετο ἀγῶνος καιρὸς, ὃν Σμυρναῖοι Ἰώνων ἄγουσιν, ἐς τοσοῦτο ἄρα αὐτῷ τὰ τῆς ῥώμης ἐπηύξητο, ὡς κρατῆσαι παγκρατιάζοντα, &c. Fuit etiam Mænala in Arcadia, ubi duplex stadium antiquitus partim athletis, partim equis agonalibus sive Circensibus, qua de re idem Pausanias *Arcadicis* fol. 211. sic fere, ubi de Megalopoli, ac deinde de Mænalio monte: Λείπεται δὲ καὶ αὐτῆς ἔτι ἐρείπια Μαινάλου, ναοῦ τε σημεῖα Ἀθηνᾶς, καὶ στάδιον ἐς ἀθλητῶν ἀγῶνα, καὶ τὸ ἕτερον αὐτῶν ἐς ἵππων δρόμον. Apud Lebadiam Bœotiæ Jovi Regi ex Trophonii oraculo post Leuctricam victoriam agonem coronarium institutum Diodorus narrat lib. XV. *Biblioth.* fol. 485. his omnino verbis: Ἄλλον δὲ κατέστησεν ὡς ἀπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκότα, καὶ λέγοντα, διότι προσέταξεν ὁ θεὸς αὐτοῖς ὅταν ἐν Λεύκτροις νικήσουσιν, ἀγῶνα τιθέναι Διὶ βασιλεῖ στεφανίτην, ἀφ᾽ οὗ δὲ Βοιωτοὶ ταύτην ποιοῦσι τὴν πανήγυριν ἐν Λεβαδείᾳ. Ad Platæas itidem alteram Bœotiæ urbem, a Thebanis bello Peloponnesiaco eversam, ac deinde ab Alexandro reparatam, gymnicum certamen fuisse, idque nuncupatum Eleutheria, quod illic Græcorum copiæ Mardonium cum trecentis Persarum millibus ad internecionem delevissent, e Strabonis *lib.* IX. Plutarcho, Aristide atque Scoliaste Pindari *in odem* III. *Olymp.* hymno adnotatum a doctissimo Brodæo memini ad illud Luciani Epigrammatarii Græci de pugile, ex lib. II. *Anthol.* cap. I. epigramm. ultimo:

> Ἔσχον δ᾽ ἐν Πίσσῃ μὲν ἐν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς
> Ἓν βλέφαρον; Πυθοῖ δ᾽ ἄπνοος ἐκφέρομαι.

Musicum quidem sive poeticum agonem apud Thebas aliam Bœotiæ civitatem olim editum. In quo ambitiosis imperitorum judicum decretis eximius poeta Pindarus a Corinna quinquies superatus fuerit, ex Æliano in libris *de Varia Historia* intelligitur: cujus verba ne perperam immutentur (quod quibusdam alioqui eruditissimis Criticis placuisse audio) ideo adferam libenter, & (qui meus est mos) explicabo eadem opera si potero: Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος συνεκάλει τὴν Κόριννναν. Hoc autem significat; cum judicum sive auditorum imperitiam & ruditatem esset reprehensurus Pindarus, in conspectu Corinnæ victricis hoc fecisse, cui nimirum ejus rei gratia condixisset: quod idcirco ab Æliano fortean adnotatum, ut non vulgarem Pindari de suis ipsius meritis existimationem, conscientiam immo, & confidentiam ostenderet; qui coram victrice judicum ignorantiam ipsis exprobraret. Nam, ut pro σὺν legatur ὗν & *scropham* aut *suem* Corinnam Pindarus præ indignatione vocaverit, persuaderi mihi nunquam sivero. Ad Dium quoque Macedoniæ oppidum scenicos sive musicos ludos ab Archelao rege institutos Jovi & Musis sacros, quos per novemdium Musarum numero totidem honori, Alexander peractis itidem sacrificiis celebraverit, ex his Diodori verbis *lib.* XVII. sub init. in fol. 571. cognoscimus: Θυσίας μεγαλοπρεπεῖς τοῖς θεοῖς συνετέλεσεν ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας, καὶ σκηνικοὺς ἀγῶνας Διὶ καὶ Μούσαις, οὓς Ἀρχέλαος ὁ προβασιλεύσας πρῶτος κατέδειξε, τὴν δὲ πανήγυριν ἐφ᾽ ἡμέρας ἐννέα συνετέλεσεν

1 Vide Sueton. *Octavio* cap. XVIII. Dion. *lib.* XXXI. & LIII. Suetonium *Tiberio* cap. VI. Mamert. *Panegyr. Juliani*.

2 *Eliac.* II. fol. 150. Ald. lib. Huc facit *epigramma* Philippi Græcum, quod statim adfero.

ἑκάστῃ τῶν Μουσῶν ἐπώνυμον ἡμέραν ἀναδείξας, &c. Quid quod apud Chium insulam gymnasia & stadia seu dromos fuisse constat, in quibus juvenes cum puellis ad colluctationem componerentur? quas & hospitibus denudatas ostendere, Spartanis in more positum fuit. Hac de re tota sic loquitur Athenæus, *Deipnosophist.* lib. XIII. fol. 237. quantum memini: Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν, ἐπαινοῦντες τῶν Σπαρτιατῶν τὸ ἔθος, τὸ γυμνοῦντας παρθένους τοῖς ξένοις. ἐν Χίῳ δὲ τῇ νήσῳ καὶ βαδίζειν ἥδιστόν ἐστιν ἐπὶ τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς δρόμους, καὶ ὁρᾷν προσπαλαίοντας τοὺς νέους ταῖς κόραις. Apud Chæroneam gymnasium fuisse antiquitus, inde colligo; quod Plutarchus in *Cimone* sub initium in fol. 876. Edition. Steph. Damonem in Chæroneam patriam suam reversum, gymnasiarchum fuisse creatum, & in sudatorio (dum inungeretur) postea extinctum scribit: Κατελθόντα δὲ γυμνασίαρχον κατέστησαν, εἶτ᾽ ἀλειφόμενον ἐν τῷ πυριατηρίῳ διέφθειραν.

Denique fuisse in omnibus Græciæ opdidis gymnasia, in quibus agones darentur gymnici, ex eo Anacharsidis dicto intelligitur, quod superiore *libro* a Dione Chrysostomo ex *Oratione* πρὸς Ἀλεξανδρεῖς fol. 253. attuli, cum de præmiis Atticorum ludorum, aut Panathenaicorum explicando Laertii loco dissererem, ubi sic est: Ἔλεγεν οὖν, ὡς ἔστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων, ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ᾽ ἡμέραν τὸ γυμνάσιον λέγων. De Junonis festis, quæ Lysandria in honorem Lysandri Samiorum decreto dicta sunt, ita celebratis, ut agone musico sive poetico Antimachus Colophonius & Niceratus quidam Heracleotes inter se canendis Lysandri laudibus contenderent, deque Nicerato corona donato: qua re offensus Antimachus poema suum aboleverit, Plutarchum videre est in *Lysandri Vita* fol. 810. & 811. ubi tamen utrum gymnici & equestres agones celebrati fuerint, nequaquam aperit. Sane in magna, seu majore Græcia cum esset Neapolis, ibi quoque sacrum musicum & gymnicum in plures dies quinquennale ludicrum celebratum, quod componi, hoc est, de paritate contendere cum clarissimis Græciæ illis agonibus posset, jam tum institutum fuisse didici, cum Strabo (Augusto nimirum imperante) scriberet: cujus hæc quoque verba sunt ex lib. v. *Geographiæ*: Νυνὶ δὲ πεντετηρικὸς ἱερὸς ἀγὼν συντελεῖται παρ᾽ αὐτοῖς, μουσικός τε καὶ γυμνικὸς ἐπὶ πλείους ἡμέρας, ἐνάμιλλος τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα. Quod in honorem Augusti non ibi tantum, sed ab Herode in Judæa conditum, e Suetonio in *Octavio* capp. XI. & LXXXVIII. & Josepho *lib.* XV. eruditissimus atque castissimus Taciti explicator Lipsius animadvertit. Neapolitani ergo tam gymnici quam musici agonis Dio *libro* LX. mentionem habuit, ipseque adeo Philostratus in *Præfatione ad Iconas*, quam inscripsit Ἑλλάδια: quo loco: Ἦν μὲν ὁ παρὰ τοῖς Νεαπολίταις ἀγών, ἡ δὲ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ ᾤκισται, γένος Ἕλληνες καὶ ἀστυκοί, ὅθεν καὶ τὰς σπουδὰς τῶν λόγων Ἑλληνικοί εἰσι. βουλομένῳ δέ μοι τὰς μελέτας μὴ ἐν τῷ φανερῷ ποιεῖσθαι παρεῖχεν ὄχλον τὰ μειράκια, &c. De Neapolitano sive Parthenopæo lustrali agone gymnico Statius quoque Papinius poeta Neapolitanus mentionem habet in *Surrentino Pollii* sub initium in lib. II. *Sylvar.* sic admodum canens:

Huc me post patrii lætum quinquennia lustri,
Cum stadio jam pigra quies, canusque sederet
Pulvis, ad Ambracias conversa Gymnade frondes,
Trans gentile fretum placidi facundia Polli
Detulit.

Et in *Hercule Surrentino Pollii* lib. III. *Sylvar.*

—— ridetque benigna
Parthenope, gentile sacrum, nudosque virorum
Certatus, & parva suæ simulacra coronæ.

Eoque pertinet, quod de gymnasio Neapolitano & spectatis ibi athletis a Nerone, Suetonius *cap.* XL. in hæc verba: *Neapoli de motu Galliarum cognovit*, &c. *adeoque lente ac secure tulit, ut gaudentis etiam speciem præberet*, &c. *statimque in gymnasium progressus certantes athletas effusissimo studio spectavit.* Musici vero illius quem dixi agonis apud Neapolim, quo pithaulæ tibicines atque adeo præcones in theatro decertarent, Seneca meminit *epist.* LXXVI. *ad Lucilium*, cujus initium, *Inimicitias mihi denuntias*, sic fere: *Pudet autem me generis humani. Quoties Scholam intravi, præter ipsum theatrum Neapolitanorum (ut scis) transeundum est, Metronactis petentibus domum: Illud quidem farctum est, & hoc ingenti studio quis sit pithaules bonus judicatur, habet tibicen quoque Græcus & præco*[1] *concursum. At in illo loco, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent: & hi plerisque videntur nihil boni negotii habere quod agant, inepti & inertes vocantur.* Postremo scenicis actoribus, aut comicis poetis coronas Neapolitano certamine datas significans, Græcam comœdiam coronatam dixit Suetonius in *Claudio* cap. X. sic fere: *Comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine dedit, ac de sententia judicum coronavit.* Ubi quod Græcam dixerit, causam fuisse illam arbitror; quam attentus lector ex iis Philostrati verbis, quæ ante protuli, colligere nullo negotio poterit: & ex eo quod Statius ille (quem superius laudavi) *Epicedio in patrem* libro V. *Sylvarum*, ubi Parthenopem alloquitur de patre suo Neapolitano.

Si tu stirpe vetus, famaque obscura jaceres
Nil gentile tenens, illo te cive probares
Grajam, atque Euboico majorum sanguine duci.
Ille tuis toties præstrinxit tempora sertis,
Cum stata laudato caneret quinquennia versu,
Ora supergressus Pylii senis.

Et aliquanto post patrem alloquens:

Protinus ad patrii traheris certamina lustri
Vix implenda viris, laudum festiva, sed ut dux
Ingenii stupuit primæva ad carmina plebes
Eubœa & natis te monstravere parentes.
Inde frequens pugnæ nulloque ingloria sacro
Vox tua ——

Augustalia igitur sive Augustæa Græco verbo & Sebasta certamina dicta, quæ exhiberentur Neapoli, quemadmodum Pia, quæ Puteolis in honorem (quod quidem augurari conjectura possim) Imp. Antonini ejus, qui ab Adriano adoptatus Pii nomen adeptus est; sicut Actia, vel Actiaca, quæ Nicopoli, Capitolina quæ Romæ: quorum omnium in ea Inscriptione antiqua, quæ majusculis literis exsculptis marmori Romæ in Palatio Farnesii Cardinalis asservatur[2] mentionem

1 Hoc vocabulum quo spectet ex iis intelliges quæ sunt XIV. & XV. *capitibus libri* superioris enarrata.

2 Exhibita publico usui a Lipsio eruditissimo in *Auctario Inscript. Smetii veterum* edito Antuerpiæ ann. 1588. a Raphelengio pag. 57. unde protuli nonnulla superius *Agonist.* I. cap. XXIV. circa finem.

factam invenio, Marco Aurelio Asclepiadi, qui & Hermodori nomen habuit, dicata pancratiastæ periodonicæ, in qua de se ita ipse loquens inducitur: *Αγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισὶν*, Ιταλίᾳ, Ελλάδι, Ασίᾳ, *νικήσας ἀγῶνας τὺς ὑπογεγραμμένυς πάντας παγκρατίυ* Ολύμπια *τὰ ἐν* Πείσῃ, &c. Καπετώλια ἐν Ρώμῃ *δὶς τὸ δεύτερον μετὰ πρῶτον κλῆρον στήσας τὺς ἀνταγωνιστὰς*, εὐσέβεια ἐν Ποτιόλοις *δὶς τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τὺς ἀνταγωνιστὰς*, σεβαστὰ ἐν Νεαπόλει *τὸ δεύτερον μετὰ δεύτερον κλῆρον στήσας τὺς ἀνταγωνιστάς*. ε. Παναθήναια, Ολύμπεια, Πανελλήνια, Αδριάνια *δὶς*, Σμύρναν ε. κοινὰ, Ασίας *δὶς τὸ δεύτερον στήσας τὺς ἀνταγωνιστὰς*, *ὁμοίως ἐν* Σμύρνῃ Ολύμπια & Αδριανὰ Ολύμπια, Πέργαμον Αὐγυστεῖα, *τρὶς τὸ δεύτερον ἐξαρχῆς τὺς ἀνταγωνιστάς*. Ubi, quæ Adriania dicuntur certamina, eadem esse cum illis quæ in Antinoi honorem, ab ejus amatore Adriano Principe instituta & celebrari jussa paulo post demonstrabitur, equidem persuasum habeo: sicuti & in altera illa Inscriptione marmoris ejusdem a latere: Τὸ *τρίττον*, &c. Εφέσιον *τρὶς*, Αδριανὰ Ολύμπια Βαρβίλληα *μετὰ πρῶτον στήσας τὺς ἀνταγωνιστὰς*, Επίδαυρον Ασκλήπεια *ποδονάλεια χρυσμάθινα ἐν* Σάρδεσιν *καὶ θεμαθεῖτας πλείονας, ἐν οἷς* Εὐρύκλεια ἐν Λακεδαίμονι *καὶ* Ἀντινιαν, *καὶ ἄλλυς ἀθλήσας τὰ πάντα ἔτη ἕξ, παυσάμενος τῆς ἀθλήσεως ἐτῶν ὢν κε. διὰ τὺς συμβάντας μοι κινδύνυς, καὶ φθόνυς, καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι μετὰ πλείονα χρόνον, αναγκασθεὶς ἐν τῇ πατρίδι* Αλεξανδρείᾳ, *καὶ νικήσας* Ολύμπια *παγκράτιον* Ολυμπιάδι *ἕκτῃ*. Quam idcirco integram libuit apponere, quoniam aliorum quoque agonum, de quibus nondum egeram, commeminit: atque in his Chrysanthini in Sardibus, de quo Marcianus Jurisconsultus, uno (quod sciam) librorum nostrorum loco, in titulo *de annuis legatis* sic admodum scribens, ut hoc quoque certamen *πενταετηρικὸν*, non minus quam Olympicum, hoc est, quarto quoque anno integro elapso Sardibus celebratum, & (sicuti Jurisconsultus loquitur) *per quadriennium intelligatur, cum erat certa pecunia, id est, centum* (inquit *l. pen. D. de ann. legat.* ubi hoc, *id est, centum*, ab interpretamento, seu glossa esse arbitror, quæ in contextum irrepserit) *Reipublicæ Sardianorum relicta per quadriennium certaminis Chrysanthini, Divi Severus & Antoninus rescripserunt, videri perpetuam pensitationem reliquisse testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium*; ubi per *quadriennium* significat, quod quadrienniis, per singula quadriennia ipso nimirum quinti cujusque anni principio: & mentio Sardianorum Reipub. cum apud Sardes *τὸ* Chrysanthina, Inscriptio illa Græca (cujus verba superius expressi) ostendat; movet me non parum ac persuadet etiam, ut a Marciano *Chrysanthini* potius quam *Chrysanthiani* scriptum fuisse asseram: præsertim cum derivationis grammaticæ regula hoc exposcere videatur, & Chrysanthinum certamen inde nomen habuisse, quod e floribus aureis coronæ sertave contexerentur, atque præmii loco victoribus, sicut apud Tolosates nostros poetico agone annuo argentei, ut supra hujus *Agonist.* III. cap. xx. monui, flores præstarentur. Cæterum absque Inscriptione illa esset pervetusta, quæ me in hanc emendandi hujus loci opinionem pertraxit, *Chrysanthiani* apud Jurisconsultum ferri posse judicassem, quasi a Chrysanthio quopiam Sardiano certamen institutum foret, in eo Sardianorum oppido, unde ortum Chrysanthium quendam Sophistam Juliani Principis temporibus floruisse, auctor Eunapius in suo de *Vita Philosophorum* libro fol. 177. præsertim cum ita Cujacio etiam visum in *Observationibus recentioribus* cap. VII. lib. XXIII. nuper deprehenderim. In ea porro Inscriptione videndum admoneo, ecquid pro Ἀντινιαν (quod nihil esse putaverim) reponi debeat Ἀντίνοια, ut lustrale illud certamen Antinoi honori ab Adriano Imp. in oppido Antinoo institutum, (de quo in *capite* proximo pluribus agetur) aliud ab Adriano, quod in ejusdem licet Antinoi memoriam, alibi tamen idem Imperator celebrari jusserat, nimirum intelligatur. Jussu nempe Principum aut permissu, non prout privato cuique collibuisset aut inter vivos sive ultima voluntate decrevisset atque ordinasset, nec in omnibus oppidis vel civitatibus quæcunque celebrare spectacula licuit: quinimo si quod sine auctoritate publica celebrari cœptum, ut olim apud Viennenses Plinii Secundi temporibus, hoc Principis aut Senatus decreto plerunque abolitum. Sic enim *ad Sempronium Rufum* Plinius *lib.* IV. *epist.* XXII. *Interfui principis optimi* (de Trajano loquitur) *cognitioni in consilium adsumptus. Gymnicus agon apud Viennenses ex cujusdam testamento celebrabatur; hunc Trebonius Rufinus vir egregius nobisque amicus in duumviratu tollendum abolendumque curavit: negabatur ex auctoritate publica fecisse*, & cætera: *cum sententiæ rogarentur, dixit Junius Mauricus* (*quo viro nihil firmius, nihil verius*) *non esse restituendum Viennensibus agona; adjecit, vellem etiam Romæ tolli posse*, & cætera. *Placuit agona tolli, qui mores Viennensium infecerat, ut noster hic omnium: nam Viennensium vitia inter ipsos residunt, nostra late vagantur: utque in corporibus, sic in Imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur.* De legato civitati relicto, ut in ea spectaculum memoriæ defuncti conservandæ gratia celebretur, sed tale, quod ibi celebrari non licet, agere Modestinum nostrum *l. legatum* 16. *D. de usu & usufruct. leg.* recordor, & in rem licitam converti debere fideicommissum tradere.

CAP. XXVII.

Nicense gymnasium, item Antonium apud Antinoum Thebaidis oppidum ab Adriano conditum, honori Antinoi catamiti, & apud Mantineam Arcadiæ celebrari cum sacris solitum. Loto roseo Antinoium cognomen datum, ex quo Antinoiæ coronæ. Antinoium sydus. Chersonesitarum agon equestris & gymnicus. Alexandrinum gymnasium & Museum e Spartiano, Dione Chrysostomo & Vitruvio, qui obiter emendatur. Quinquennale certamen multiplex Hierosolymis, & apud Cæsaream: Theatrale ac Circense apud Antiochiam, ibique alentium equos immunitas. Gymnici seu Pythici agones Carthagini: De quibus Tertullianus emendatus: & in Codice Justinianico *locus expositus. Ephebia gymnasiis adjuncta quæ fuerit, disceptatum adversus alios. ἡβητήρια apud Athenæum & Eustathium: Plutarcho exposito aliquot locis adversus Interpretes. Varino interim & Suda notatis. Cauponarum apud Veteres atque ganearum infames loci, & ideo cum meritoriis sive lupanaribus conjuncti. Navis Hieronis, in qua gymnasium, ambulationes. Aphrodisium Scholasterium cum bibliotheca & balneum. Syriacæ voluptates ac deliciæ. Grammateia publica epulorum loca. Explicatus aliter atque ab Interprete Athenæus, & apud ipsum* grammateii *nomen expositum. Inscriptio Græca vetus obiter correcta & exposita. Grammateium æneum in Olympiis quid sit apud Ælianum.*

DE Nicensi gymnasio quod incendio amissum *epistol.* XL. *lib.* X. Plinius ante adventum in Bithyniam suum restitui longe numerosius laxiusque quam fuerat cœpisset; incompositum tamen & sparsum foret, de quo ad Trajanum Impe-

rem ſcripſerat: hoc theatrum nominans Trajanus, quod circa ipſum jam inchoatum oporteret fieri, optime ab ipſo in re præſenti deliberatum & conſtitutum iri reſcripſit, iſto adhibito; ejuſdem *lib. epiſt.* XLI. *Gymnaſiis indulgent Græculi, ideo forſitan Nicæenſes majore animo conſtructionem ejus aggreſſi ſunt; ſed oportet illos eo contentos eſſe, quod poſſit illis ſufficere*. Fuiſſe gymnaſium non ita multo poſt ædificatum reperio in oppido Antinoo apud Ægypti Thebaidem condito ab Imper. Adriano, Antinoi quem in deliciis habebat memoriæ [1], ubi luſtrales agones peragi voluit: quemadmodum & apud Mantineam Arcadiæ, a qua Bithyni, unde ſupra Sangarium fluvium oriundus Antinous fuit, profecerant: ibi adeo Pauſanias *Arcadicis* non ludos modo, ſed etiam ſacra placandis Antinoi manibus Adrianum induxiſſe tradit, ſic fere, καὶ τελεταί τε κατὰ ἔτος ἕκαστον καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Cujus nimirum Antinoi gratia, (ut equidem arbitror) quod alibi traditum non reperio, lotum roſeum, quod Pancrates Alexandrinus poeta Imper. Adriano apud Alexandriam ſpectandum præbuit, terra cruore Mauri leonis fuſa in Libya Alexandriæ vicina ab ipſo Imp. inter venandum olim proſtrati & occiſi procreatum comminiſcens, adulatorio & poetico more Antinoium vocandum eſſe dixit: ex quo necti coronas, quæ Antinoiæ proprie vocentur, ab Athenæo [2] literis proditum recordor: ſicuti alii e familiaribus plerique cum Adrianus ſtellam quandam ſe videre diceret, quæ Antinoi foret; ipſam ex Antinoi anima factam, ac tum primum confectam proclamabant: quos Imperator ita fabulantes libenter audiiſſe dicitur, quemadmodum ex Dione Xiphilinus [3] narrat; quo loco: *Καὶ τέλος ἀστέρα τινὰ αὐτός τε ὁρᾷν ὡς τοῦ Ἀντινόου ὄντα ἔλεγε, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ μυθολογούντων ἡδέως ἤκουεν· ἔκ τε τῆς ψυχῆς τοῦ Ἀντινόου ὄντως τὸν ἀστέρα γεγενῆσθαι, καὶ τότε πρῶτον ἀναπεφηνέναι.* De Cherſoneſitarum agone tum equeſtri tum gymnico in honorem Miltiadis filii Cypſeli urbis ejus inſtauratoris, cui etiam ſacrificium celebretur, conſtituto; in quo nemini Lampſaceno (propterea quod a Lampſacenis in bello captus olim, ac vix tandem ab ipſis in Crœſi gratiam liberatus fuiſſet) decertare liceat; auctorem Herodotum laudare poſſumus; cujus hæc verba ſunt, e *lib.* VI. ſive *Erato*, fol. 218. ubi de Miltiade Cypſeli uterino Cimonis fratre: *Τελευτᾷ ἄπαις τὴν ἀρχήν τε καὶ τὰ χρήματα παραδοὺς Στησαγόρῃ τῷ Κίμωνος ἀδελφεοῦ παιδὶ ὁμομητρίου. οἱ τελευτήσαντι Χερσονησῖται θύουσι (ὡς ὁ νόμος) οἰκιστῇ, καὶ ἀγῶνα ἱππικόν τε καὶ γυμνικὸν ἐπιστᾶσι· ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι.* Alexandrini gymnaſii, in quod Antoninus Caracallus Imperator populum convocatum objurgaverit, ab Ælio Spartiano in *ipſius Vita* mentionem fieri ſcio, ſicuti a Dione Chryſoſtomo in eo libello quem *ad Alexandrinos* ſcripſit [4], ipſorum theatri & ſtadii. Sed de Alexandrino gymnaſio atque bibliotheca [5] nemo melius ampliuſque ſcripſit, quantum memini, Vitruvio Pollione: cujus hæc verba ſunt ex initio libri VII. *de Architectura: Ptolemæus infinito zelo cupiditatiſque incitatus ſtudio non minoribus induſtriis* (ait) *bibliothecam ad eundem modum contenderat Alexandriæ comparare. Cum autem ſumma diligentia perfeciſſet, non putavit id ſatis eſſe, niſi propagationibus in ſeminando curaret augendam. Itaque Muſis & Apollini ludos dedicavit: & quemadmodum athletarum, ſic communium ſcriptorum victoribus præmia & honores conſtituit. His ita inſtitutis cum ludi adeſſent, Judices literati, qui ea probarent, erant legendi*, &c. *Primo poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur ſcripta, populus cunctus ſignificando monebat Judices quod probarent. Itaque cum ab ſingulis ſententiæ ſunt rogatæ, ſex una dixerunt*, &c. *Ariſtophanes vero*, &c. *Silentio facto docuit unum ex iis eum eſſe poetam, cæteros aliena recitaviſſe. Oportere autem judicantes non furta, ſed ſcripta probare. Admirante populo & rege dubitante fretus memoria e certis armariis infinita volumina eduxit: & ea cum recitatis conferendo coegit ipſos furatos de ſe confiteri. Itaque rex juſſit cum his agi furti, condemnatoſque cum ignominia dimiſit*: ubi hoc interim velut aliud agens admoneo, pro *e certis armariis* legendum videri *exertis*, hoc eſt, apertis. De Alexandrino autem Muſæo, menſaque Ægyptia, quæ doctiſſimis viris eo convenientibus præberetur, e Strabone, Athenæo, Philemone, Philoſtrato, Spartiano, atque Dione, hujus etiam caſtigato (ut ſpes eſt) loco fuſius alibi ſcribere certum eſt: ſi, quæ in *Semeſtrium* opiſtographis habemus, ea proferendi otium poſthac ſuppetet: tu interim vide (ſi vacat) quæ doctiſſimus ille Junius in *Adagiorum* centuria VII. proverb. II. in *bibliotheca animata*, de Muſæo Ægyptio, ut Prytaneo Athenienſi compararet, e Philoſtrato & Plutarcho legenda duxit. Nunc cæteras, quibus agonum jus competebat Romanæ ditionis, regiones oratione proſequi ſtatuo.

Et quidem fuiſſe apud Hieroſolymam Judææ, itemque apud Cæſaream Auguſtam Phœniciæ, ab Herode Judææ rege quinquennale certamen gymnicum, muſicum ſive Thymelicum & equeſtre ſive curule inſtauratum honori Auguſti Cæſaris, itemque ſcenicos & amphitheatrales tam gladiatorios quam beſtiarios ludos procuratos Joſephi Flavii narrat hiſtoria *lib.* XV. Ἰουδαϊκ. Ἀρχαιολ. *cap.* XI. fol. 474. quo loco in cæteris: *Πρῶτον μὲν γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, καὶ θέατρον ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν*, &c. *τὴν μέντοι πανήγυριν ἐκεῖνος ἐπιφανεστάτην τῆς πενταετηρίδος συνετέλει, καταγγείλας τε τοῖς πέριξ καὶ συγκαλῶν ἀπὸ τοῦ παντὸς ἔθνους. οἱ δ' ἀθληταὶ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀγωνισμάτων ἀπὸ πάσης γῆς ἐκαλοῦντο κατ' ἐλπίδα τῶν προκειμένων, καὶ τῆς νίκης δεξίας. συνειλέγησαν τε οἱ κο-*

---

1 Vide Spartianum & Xiphilin. in *Adriano*, Pauſaniam *Arcad.* fol. 192. Aldini lib. Ammian. Marcellin. *lib.* XXII. D. Hier. in *Catalogo Scriptor. Eccleſ.* in *Hegeſippo*, cujus verbis hoc ſubjicit: *Tumulos verbis templaque fecerunt, ſicut uſque videmus, e quibus eſt Antinous ſervus Adriani Cæſaris, cui & gymnicus agon exercetur, apud Antinoum civitatem, quam ex ejus nomine condidit: & ſtatuit prophetas in templo. Antinoum autem habuiſſe in deliciis Cæſar Adrianus ſcribitur*. Hæc ille de *Antinoia* urbe Ægypti, quæ & *Adrianopolis*, vide apud Stephanum *de Urbibus*. Exoletum Adriani pro Deo habitum, unde & civitas *Antinous* dicitur apud Chryſ. legas *Homil.* LXVI. *ad popul. Antioch.* col. 360. Utinam hodie Principes in iſta re quidem Adrianum imitari nollent! Felicius ab ipſis haud dubie Rempubl. geri Deus Opt. Max. ſineret.

2 Lib. XV. *Deipnoſoph.* fol. 504. ejus quem Dalechampius Latinum fecit, Lugd. excudi juſſit ann. 1588.

3 *Adriano* fol. 356. Wechel. Edit. unde Suidas caſtigandus venit.

4 Fol. 255. pag. 2. & 259. pag. 2. unde verba inſerui *lib.* II. ſup. ubi de acclamationibus in ſpectaculis.

5 De qua & aliis publicis bibliothecis A. Gellius *lib.* VI. *cap.* ult. Addeſis quæ de Alexandriæ ſtudiis a Marcellino adfero infra *cap.* proximo.

A ῥυφαιότατοι τῶν ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. ἐ γὰρ μόνον τοῖς περὶ τὰς γυμνικὰς ἀσκήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ μεσικῇ διαγενομένοις καὶ θυμελικοῖς καλεμένοις προυτίθει μέγιςα νικητήρια, καὶ διεσπέδασο πάντας τὲς ἐπισημοτάτες ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν. προὔθηκε δὲ καὶ τεθρίπποις, καὶ συνωρίσι, καὶ κέλησιν ἐ μικρὰς δωρεάς, &c. Item ubi de consecratione urbis Cæsareæ Augustæ, quam eo quo Stratonis turris antea fuerat loco Herodes construxit, agitur *lib.* XVI. *cap.* IX. sub init. in fol. 496. Ην ἐν εὐθὺς πρὸς τῇ καθιερώσει μείζων ἑορτὴ καὶ παρασκευαὶ πολυτελέςαται. κατηγγέλκει μὲν γὰρ ἀγῶνα μεσικῆς καὶ γυμνικῶν ἀθλημάτων. παρεσκευάκει δὲ πολὺ πλῆθος μονομάχων, καὶ θηρίων B ἵππων τε δρόμον, καὶ τὰ πολυτελέςερα τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ παρ' ἄλλοις τισὶν ἐπιτηδευμάτων. ἀνετίθει δὲ καὶ τὸν τὸν ἀγῶνα Καίσαρι κατὰ πενταετηρίδα παρεσκευασμένος ἄγειν αὐτόν. Et tamen ante ipsum Herodem agitatos Hierosolymis ædificato ab Onia Machabæorum temporibus gymnasio ludos gymnicos, illorum historia sacra nos docet: de qua *sermone* proximo dicetur, sicuti XXII. etiam *capite libri* primi adhibito Josepho & hujus ipsius *libri cap.* XI. & vero secundi *libri cap.* XXVI. nonnihil aspersum fuit. Igitur magni apud Hierosolyma stadii sub Tiberio Principe, cujus temporibus Pilatus Judæam administrabat, Josephus *lib.* XI. *de Captivit. Judai-* C *ca cap.* XIII. fol. 731. mentionem facit, his admodum verbis: Τῇ δὲ ἑξῆς ὁ Πιλάτος καθίσας ἐπὶ βήματος ἐν τῷ μεγάλῳ σαδίῳ, καὶ προσκαλεσάμενος τὸ πλῆθος, &c. Sed & stadii ejus apud Cæsaream, quod ante memoravi, sub Galerio & Maximino Imperat. apud Eusebium Pamphilum habetur mentio in *Ecclesiastica Historia* in *appendicib.* lib. VIII. fol. 94. pag. 2. non semel: ubi de martyrio Agapii, ob Christiani nominis confessionem objecti bestiis: Καὶ πολλάκις ἅμα κακέργοις ἐκπομπευσας τῷ σαδίῳ, & postea, φέρεται δὴ εἰς μέσον τὸ σάδιον σύν καί τινι κακέργῳ. Apud Antio- D chiam Syriæ ludos exhibitos theatrales, itemque circenses: ad quos qui equos agonales alerent, ipsis prædiorum immunitatem ab Imperatoribus concessam, ex isto Juliani loco deprehenditur Antiochenos alloquentis, *Antiochico* sive *Misopogone*, fol. 141. Καὶ νῦν ἀτελῶς ἔχεσιν οἱ καθ' ἕκαςον ὑμῖν ἐνιαυτὸν ἱπποτροφῦντες, γῆς κλήρες ἐγγὺς τρισχιλίες ἐπινοίᾳ μὲν καὶ οἰκονομίᾳ τῦ θείε τὲμῦ καὶ ὁμωνύμε, χάριτι δ' ἐμῇ, ὅς δὴ τὲς πανέργες καὶ κλέπτας ἕτω κολάζων, εἰκότως ὑμῖν φαίνομαι τὸν κόσμον ἀνατρέπειν.

Præterea extitisse itidem apud Carthaginem in Africa stadium gymnicosque agonas sub Alexandro Severo Imperatore non longe antea urbis ho- E nori concessos, ex isto Tertulliani loco adversus Gnosticos *Scorpiaco*, animadverti: *Agonas istos contentiosa solemnia* (inquit) *& superstitiosa certamina Græcarum* (sic malo quam *Græcorum*, ut cum sequentibus verbis copuletur, legere) *& religionum, & voluptatum, quanta Græcia sæculum celebret, etiam & Africæ licuit, adhuc Carthaginem singulæ civitates gratulando inquietant donato Pythico agone post stadii senectutem*. Libyci sive Carthaginensis non minus quam Actiaci sive Nicopolitani gymnici agonis adjunctam sacris antiquæ Græciæ agonibus mentionem a Philippo Epigrammatario quodam poeta reperio, senariis hisce jambicis:

F
Ισως με λεύσσον ξεῖνε παυρογάςορα,
Καὶ ςερρόγγυον ὡς ἄτλαντα δεύτερον
Θαμβεῖς ἀπιςῶν εἰ βρότειος ἡ φύσις,
Ἀλλ' ἴσθι μ' ἥρων Λαδικῆα πάμμαχον,
A Ον Σμύρνα καὶ δρῦς Περγάμε κατεέςεφεν,
Δελφοὶ, Κορινθος, Ηλις, Αργος, Ακτιον,
Λοιπῶν δ' ἀέθλων ἣν ἐρευνήσῃς κράτος,
Καὶ τὴν Λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν.

Verius tamen esse censeo, ut quod postremo versu de Libyssæ arenæ numero comprehensum est, id non ad pulverem agonisticum sive stadialem referri debeat: sed hoc potius eo significetur, ut si quis reliqua certamina indagare animum induxerit, non minus difficultatis habiturus sit, quam si & Libyssam sive Africanam arenam dinumerare decreverit, juxta illud Catulli:

B *Quam magnus numerus Libyssæ arenæ.*

Ad Africanum seu Libycum agonem ut revertar: Id Pythicum atque adeo gymnicum certamen Carthagine, cum aut desuetudine intermissum aut etiam imperio proconsulis præfective prætorio Africæ, vel principali quopiam edicto prohibitum fuisset, ibidem restitui Valens Gratianus & Valentinianus postea voluere, missa eam in rem ad Hesperium Africæ proconsulem *Epistola*: ex qua hæc utique verba suo *Codici* Justinianus inseri jussit: *Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia, gymnici ut agonis spectacula re-* C *formentur*, &c. non sine aliorum quoque Principum exemplo: ex quibus Diocletianus & Maximianus, cum impensæ in certaminis editionem erogari solitæ, ad refectionem murorum civitatis aut oppidi alicujus a præside provinciæ translatæ forent, post restitutam murorum fabricam, instaurari solemne certaminis spectaculum, agonisque voluptatem juxta veteris consuetudinis legem celebrari ac populis repræsentari jussere: idque *Rescripto* quodam Justinianæi *Codicis l. unica de expensis public. ludor. lib.* x. *Cod.* expressum est. Apud Mursam Pannoniæ oppidum, Constantini Principis & D filiorum temporibus (quibus id oppugnavit Maxentius) fuisse stadium ante urbem, in quo armati seu gladiatores exercerentur; auctor mihi Zosimus ad extremum libri XI. *novæ Histor.* fol. 699. quo loco: Στάδιον ἦν τι πρὸς τῆς πόλεως τῶν ἀφορισθέντων ἄνωθεν τῇ τῶν ὁπλομάχων ἁμίλλῃ πανταχόθεν ὕλαις ἀμφηρεφές. Iis gymnasiis cum ephebiam adjunctam apud Græcos auctores legimus, tametsi quid post Vitruvium alii [1] de ephebeo scripserint non ignoro, nihilominus vereor ne de palæstra (quæ satis ipso gymnasii nomine ostenditur, ut eam exprimere supervacuum fuerit) non debeamus accipere, sed potius de ganea quadam, im- E mo etiam de lustro fortasse ac lupanari, quo res turpes a juvenibus fœminis maribusque exoletis atque adeo a viris aut semiviris, ne dicam a senibus quoque nonnullis & lurconibus & juvenilem lasciviam exercentibus, illo scilicet palæstræ genere quod κλινοπάλην (ut apud Spartianum, Lampridium aut Capitolinum legere memini) nuncupabant. Nam ut mittam, quod ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια post Athenæum *Deipnosophistam* [2] Eustathius [3] refert ipso etiam citato, adjicit hoc amplius, isto ἡβητηρίων nomine (quæ ἀπὸ τῆς ἥβης, ἣ τοῖς θεοῖς οἰνοχόος μυθεύεται, dicta sint) turpe ac inhonestum illud significari diversorium, in quo F res simul illæ Veneris utriusque patrarentur, quas dixi modo. Εἰ καὶ ποτε ἄσεμνον (ait) συναγωγὴν ἡ τοιαύτη λέξις δηλοῖ. Cui consentaneum quod a Suida etiam adnotatur, ἡβηδὸν παρὰ Ηροδότῳ ἀντὶ τῦ μετ' αἰσχύνης μετ' ἀκολασίας. Quamobrem & apud Plutarchum

1 Mercur. cap. VIII. lib. I. *Artis Gymn.*
2 Lib. x. non longe ab initio in fol. 168. Ald. exempl.
3 *Ad Il.* v. ubi de Ganymede, fol. 1205. lin. 20.

tarchum in *Pompejo*, fol. 1182 Edit. Stephan. id nominis ita interpretor, de Pompejo agentem, adeo uxorio, vel ab uxore adamato, ut per Italiam in diversoriis ejusmodi oberrans voluptatis gratia, divelli tamen a consortio conjugis nequiret, cum legatis amicisque interim provincias & ipsos exercitus regendos traderet: Πρεσβευταῖς φίλοις (inquit) παραδὺς τὰ στρατόπεδα καὶ τὰς ἐπαρχίας, αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἡβητηρίοις μετιὼν, ἄλλοτε ἀλλαχόσε, μετὰ τῆς γυναικὸς διῆγεν· εἴτε ἐρῶν αὐτῆς, εἴτε ἐρῶσαν οὐχ ὑπομένων ἀπολιπεῖν. Nec vero aliter id nominis apud eundem Plutarchum, de Pompeii liberto Demetrio verba facientem, exponendum fuit; quod visum tamen recentioribus duobus Latinis & alioqui vetustiore melioribus, sed hic pejoribus utique Interpretibus, tanquam gymnasia & quidem pulcherrima Romæ illis jam temporibus fuerint: quæ demum sub Nerone Principe in urbem inducta & recepta, tum hoc *libro* paulo ante, tum etiam *libro* primo, ubi de gymnicorum musicorumque ludorum apud Romanos receptorum tempore disputationem inivimus, planum atque perspicuum (ut videtur) fecimus: & quidem ista sunt Plutarchi *ibid.* paulo ante in fol. 1169. & 1170 quæ lectorem volo expendere, οὔπω δὲ εἰς Ἰταλίαν ἐπανεληλυθὼς (Demetrius scilicet) ἐκέκτητο τῆς Ῥώμης τὰ ἥδιστα προάστεια, καὶ τῶν ἡβητηρίων τὰ κάλλιστα· καὶ κῆποι πολυτελεῖς ἦσαν ὀνομαζόμενοι Δημητρίου. Ubi longe melius (animo quidem meo) Latinus vetustior τὰ ἡβητήρια *diversoria* exposuerat, quidquid illi Græcorum grammaticorum Varini & Sudæ τὸ ἡβητήριον ἀπὸ τοῦ ἡβητηρίου, cum eandem tamen originem habeat, subtilius quam verius distinguentium auctoritate nixi (quæ non ita magni apud me momenti est) in contrarium existimaverint [1]. Nam diversoria non ganeæ tantum, sed omni voluptatum generi comparata, hominem sua fortuna pessime abutentem Romæ coemisse, verius arbitror: qui scio de Mucerino Ægyptiorum Rege narrari, ab Herodoto inter cætera memoriæ proditum, apud Athenæum [2]: Λύχνα ποιησάμενον πολλὰ ὁπότε γένοιτο νὺξ, πίνειν καὶ ἀπαθεῖν· οὔτε ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα. καὶ εἰς τὰ ἕλεα δὲ καὶ τὰ ἄλση νεμόμενον, ἔτι τε ὅπου πύθοιτο ἡβητήρια εἶναι μεθύσκεσθαι. Ac insuper in diversoriis popinisque sive cauponis infamia viliaque ac diobolaria propemodum scorta prostitisse, ut quemadmodum stuprum in ipsis non committeretur, ita ex isto genere nemo Senator Senatorisve filius aut nepos, nisi adversus legem Juliam *de maritandis ordinibus*, uxorem duceret domum: id quod duobus *Pandectarum* Justiniani titulis, *de ritu nuptiarum* atque *de adulteriis* veteres Jurisconsulti tradidere. Unde cauponas cum meritoriis sive lupanaribus Dio in *Avito Pseudantonino* 3 conjunxit, sic fere: Ἐς καπηλεῖα εἰσῄει νύκτωρ περιθεταῖς κόμαις χρώμενος, καὶ τὰ τῶν καπηλίδων εἰργάζετο ἐς τὰ πορνεῖα τὰ περιβόητα ἐσεφοίτα, καὶ τὰς ἑταίρας ἐξελαύνων ἐπόρνευε. Et Philostratus *libro* quarto de Apollonio, agens de Nerone, imitatum ipsum τοὺς τῶν καπήλων ἀσελγεστά-

A τους dixit: quod etiam superioris *libri* quodam loco de cinctorio sive campestri agens, admonui. Similiter honestas quoque personas Romæ, antequam Christiana invaluisset religio, lupanaria in ædibus habuisse (non tamen ut ea per se ipsi exercuerint) jam dudum ex aliquot librorum nostrorum locis 4 comperi: sicuti Athenienses, lerique non modo salsamenta & obsonia olim præcone proclamante vendere, aut vectigalia exigere, verum etiam lenocinium exercere, [illegible] alia parum decora agere, nihilque in [illegible] ducere; quod conspicatus Lacon & in patriam reversus, quærentibus quales Athenienses [illegible], B omnia pulchra respondisse per jocum Plutarchus refert, innuentem, turpe nihil, honesta omnia apud Athenienses existimari.

In famigerata illa Hieronis nave, cujus fabricam Athenæus diligenter velut ob oculos proponit lib. v. *Deipnosoph.* fol. 64. Ald. exempl. fuisse in aditu supremo gymnasium & ambulationes (in quibus hortos) easque ab attegiis inumbratas: post hæc ad Veneris voluptates Aphrodisium extructum tribus lectis continens, hinc scholasterium, (in quo bibliothecam) denique balneum quoque ibidem fuisse cum caldariis tribus est C proditum: Κατὰ δὲ τὴν ἀνωτάτω πάροδον γυμνάσιον ἦν καὶ περίπατοι, &c. ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι, &c. ἑξῆς δὲ τούτων ἀφροδίσιον κατεσκεύαστο τρίκλινον· τὰς δὲ θύρας ἐλέφαντος καὶ θύου γραφαῖς καὶ ἀγάλμασιν, ἔτι δὲ ποτηρίων κατασκευαῖς ὑπερβαλλόντως κατεσκεύαστο. τούτου δὲ ἐφεξῆς σχολαστήριον ὑπῆρχε πεντάκλινον, & cæt. βιβλιοθήκην ἔχον ἐν αὐτῷ, &c. ἦν δὲ καὶ βαλανεῖον τρίκλινον πυρίας χαλκᾶς ἔχον τρεῖς καὶ λουτῆρα πέντε μετρητὰς δεχόμενον, &c. Ubi si non Aphrodisii, scholasterii certe pentaclini vocabulo, hebeterium (quo de agimus) designatum, augurari conjectura libet. In Syria quidem omni (Judæam, & illas Palæstinæ partes, quæ divinis D legibus patebant, excipio) cum ob regionis fertilitatem plerisque apud alias gentes necessariis laboribus exempti essent, agitata identidem ab incolis convivia lavationibus, ludicrorum certaminum exercitationibus, & sumptuosissimis ex oleo pretioso unctionibus adhibitis; adeo ut in grammateiis quoque (sic enim publica epulorum loca honestiore scilicet ac turpitudinem rei velante vocabulo nuncupabant) non secus ac privatis quisque domibus maximam diei partem, farciendo dapibus vinoque ventri, non sine aurium voluptate (quas vel ipse demulcebat multisonæ testudinis fragor) impenderent, secumque postea obsonio- E rum partes domum auferrent, Athenæus 5 me docuit his Græcis: quæ cum, aliter paulo ab aliis factum sit, Latinis illis eam, quæ mihi esse videbatur, sententiam exprimentibus reddenda superius duxerim; ideo juvat, ut nostri studiosos juvenes eadem opera (si potero) adjuvem, expromere: Καὶ οἱ κατὰ τὴν Συρίαν δὲ πάντες φησὶ (Posidonium scilicet autorem citat) διὰ τὴν τῆς χώρας εὐβοσίαν ἀπὸ τῆς (Latinus Interpres, alioqui doctissimus, quasi esset μετὰ τῆς, exposuit, ego aliter, tanquam si ἐκτὸς aut δίχα τῆς malui) περὶ τἀναγκαῖα κακοπαθείας συνόδους

---

1 In *Annotat.* Cruserii & Xylandri *ad eum locum*, editis a Stephano, ubi Athenæus & Eustathius citantur.

2 Lib. x. *Deipnosoph.* fol. 174. Aldini exempl. Latinæ versionis a Dalechampio, fol. 327. parum immutatis Herodoti verbis *Euterpe* sive *lib.* II. fol. 96. λύχ. ποιησ. πολ. ὅκως γίνοιτο νὺξ, ἀνάψαντα αὐτὰ πίνειν τε καὶ ἀπαθέειν οὔτε ἡμέρης οὔτε νυκ. ἀν. ἐς τε τὰ ἕλεα, καὶ τὰ ἄλσεα πλανώμενον, καὶ ἵνα πυνθάνοιτο F εἶναι ἡβητήρια ἀθιτηδεώτατα.

3 Vide Xiphilinum in *Heliogabalo*, fol. 350.

4 *L. ancillarum*, *in fine*, *de petit. hered.* D. & *l. si lenones.* C. *de Episcop. & Clericis.*

5 Lib. v. *Deipnos.* fol. 66. Simile quippiam de Phraotis Indorum Regis hortis, gymnasio, ambulationibus, exercitiis, balneis, commessationibus & saltationibus legas apud Philostratum *lib.* II. *de Apollonio*, fol. 12.

(hoc Latinus Interpres *conventus* nomine, ipse *convivii* reddere malui, quod materna lingua dicimus, *assemblée*, *compagnies*) ἔτεμον πλείους ἵνα δύωχοῖντο συνεχῶς, τοῖς μὲν γυμνασίοις ὡς βαλανείοις χρώμενοι, ἀλειφόμενοι δὲ ἐλαίῳ πολυτελεῖ καὶ μύροις. τοῖς δὲ γραμματείοις (οὕτως γὰρ ἐκάλουν τὰ κοινὰ τῶν συνδείπνων) ὡς οἰκητηρίοις ἐνδιαιτώμενοι, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῆς ἡμέρας γαστριζόμενοι ἐν αὐτοῖς οἴνοις καὶ βρώμασιν, ὥστε προσαποφέρειν πολλὰ (hoc Dalechampius doctissimus ita reddidit, *sic ut reliquiæ multæ superessent*, quod non rejicio, sed illud alterum amplector, quod attuli) καταλυόμενοι πρὸς χελιδόνος πολυχρόου ψόφους, ὥστε τὰς πόλεις ὅλας τοῖς τοιούτοις κελάδοις συνηχεῖσθαι. Ubi majorem in modum placet adjunctas videre gymnasiis balneas & grammateia, hoc est, tabularia sive archia: in quibus videlicet athletarum sive gymnasticorum in albo proposita, cum vicissent, redigi velut in censum, ac perscribi nomina, præmia, & certamina quibus vicisset quisque, sed separata hac ¶ paragraphi nota solebant; sicuti antea *cap.* XXIII. hujus *lib.* III. ex Pausania & Isidoro istud Hellanodicarum fuisse munus apud Olympiam ostendi, & *cap.* XVI. hujus *libri* III. e Dione, Luciano atque Lucillio describi solita in album agonistarum nomina docueram: nec enim ad literarium ludum commode referre (mea quidem opinione) possis hoc nominis. Itaque tum eundem xystici collegii pontificem simul & Augustis balineis præfectum olim fuisse legimus: sicut in illa vetusta Inscriptione, quam haberi Romæ in Palatio Cardinalis Farnesii, auctor mihi Justus Lipsius [1], insculptam marmori majusculis literis, sic fere: Ἀγαθῇ τύχῃ M. Αἰλίῳ Αὐρηλίῳ Καίσαρι T. Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ἀντωνίνου σεβαστοῦ εὐσεβοῦς υἱῷ M. Οὔλπιος δομέστικος ὁ ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ καὶ ἐπὶ βαλανείων σεβαστῶν. Et in illa ejusdem marmoris altera: Αὐτοκράτορι Καίσαρι (sic enim legendum, ubi exeso lapide hoc demum apparet, τοκράτορι σαρι) Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνείνῳ σεβαστῷ εὐσεβεῖ M. Οὔλπιος δομέστικος τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ καὶ ἐπὶ βαλανείων σεβαστῶν. Tum vero locum xysticis ab Adriano Imperatore ipsiusque successore Antonino Pio dari jussum, ubi concilia sua inirent, & Capitolinis potissimum ludis convenirent, cellamque sive conclave concessum, in quod Thermis a Trajano Principe constructis, adjunctum scripturas communes & commentaria sive acta collegii agonum sacrorum causa instituti, sacraque ipsa vel signa deorum, velut in grammateium seu tabularium, de quo dixi, reponerent: ex istis basi ejusdem marmoris insculpti decreti verbis cognoscitur; quæ hoc loco exhibiturum esse me, *lib.* primo [2], cum de Herculaneis athletis agerem, promisi: Ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱὸς θεοῦ Νέρουα υἱωνὸς Τραϊανὸς Ἀδριανὸς σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ιη. ὕπατος τὸ γ. πατὴρ πατρίδος συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν. Καὶ τόπον ἔνθα βουλήσεσθε * κελεύσω δοθῆναι ὑμεῖν, καὶ οἴκημα ὡς τὰ γράμματα ἀποτίθεσθαι τὰ κοινὰ καὶ εἰς τῶν διπλῶν τὴν μεταποίησιν ἀναγκαίαν νομίζετε, τοῦτο ἐφ' ὑμεῖν ἐστιν. ἐπρεσβευεν Οὔλπιος δομέστικος. εὐτυχεῖτε πρὸς γ. νώνων Μαίων ἀπὸ Ῥώμης. (ubi τῶν διπλῶν nomine, libros forsitan acta & gesta sive regesta [3] publica continentes, qui & διπτύχων vocabulo a Veteribus designati, nos intelligere atque interpretari convenit) Ac rursum in altera ejusdem marmoris Inscriptione: Ἀγαθῇ τύχῃ. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ Ἀδριανοῦ υἱὸς θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱωνὸς θεοῦ Νέρουα ἔγγονος Τίτος Αἴλιος Ἀδριανὸς Ἀντωνεῖνος σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ γ. αὐτοκράτωρ τὸ β. ὕπατος τὸ γ. πατὴρ πατρίδος συνόδῳ ξυστικῇ, τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν. Ἐκέλευσα ὑμεῖν ἀποδειχθῆναι χωρίον ἐν ᾧ καὶ τὰ ἱερὰ καταθήσεσθε καὶ τὰ γράμματα πρὸς ταῖς τῶν θέρμαις τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάππου μου γεγενημέναις. ὅπου καὶ μάλιστα τοῖς Καπιτωλείοις συνέρχεσθε. εὐτυχεῖτε. ἐπρέσβευε Οὔλπιος δομέστικος ἐπὶ βαλανείων. μου. ἐγράφη πρὸ ιζ. καλ. ἰουν. ἀπὸ Ῥώμης Τορκουάτῳ καὶ Ἡρώδῃ ὑπάτ. De grammateio quod dixi supra, sive archio apud Elidem Olympico, fuit cum illud Æliani [4] acciperem: quo loco æneum grammateium in Olympiis dedicatum ab Oenopide Chio Astrologo refert; in quo novem & quinquaginta annorum (qui magnus annus esset) rationem descripserat. Nam ita ille: Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ἀστρολόγος ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας ἐν αὐτῷ τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἐννεακαιπεντήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον. Sed verius profecto est, ut de tabella ænea in templo Jovis Olympici dedicata Ælianus senserit, in qua computationem illius anni magni astrologicam Oenopides Chius expresserat.

CAP. XXVIII.

Macchabæorum *locus de ephebia gymnasio adjuncta explicatus. Sub petasum agere vel ducere. Circa id Lyrani probata interpretatio: sicut & de* Cadesim *in libris* Regum, *qui Græce* τετελεσμένοι. *Reprehensa circa gymnasii vocabulum. De petaso, rejectis aliorum opinionibus, allata plurima minime vulgaria. Expositus Athenæus aliter atque ab Interprete. Petasus aurigarum proprius, non cursorum, qui nudi contendere soliti: sicuti discoboli quoque nudo capite.* Πῖλον. *Altera de adactis sub petasum allata interpretatio.* Ἡβητήρια *popinas sive ganeas fuisse, non lupanaria. Ephebia cellæ ephebeorum gymnasiis adjunctæ:* παρασίτιον, *cum quo idem fortean* ἐφήβιον *seu* ἡβητήριον. Ἐφηβεύειν, *notato Hippocratis Interprete. Petasus & cursorum & aliorum athletarum, sed extra stadium tamen, imitatione Mercurii Enagonii, qui petasatus. Cur de antiqua Græcia diserte cautum in* Rescripto *principali. De promotis ad magisterium in famosis Universitatibus juxta Concordata. Item de probatione Magistrorum Regentium sive Antecessorum sicuti Sophistarum apud Græcos sub Romanis Imperatoribus: deque Sophistarum auctoritate sive regia quadam potestate atque tyrannide. Denique de examinatione, probatione ac per gradus promotione Clericorum.*

JUVIT hoc quoque me non parum; ex illis, quæ superius ab Athenæo protuli, verbis, in ipsis grammateiis tanquam hebeteriis aut ephebiis ventri a Veteribus omni ratione indulgeri solitum

---

1 In *Auctor. Inscript. veter.* Antuerp. impress. an. 1588. pag. 58.

2 *Cap.* XVI. videsis quæ de grammateio isto sive archio agonum & Commentariis publicis in id relatis notavi sup. ad extremum *cap.* XXIII. hujus *lib.* & *cap.* XV. *lib.* II.

* Falconerius in suis *Inscript. Athlet.* pag. 2. ad marg. perperam annotavit Fabrum hic legisse βουλεύεσθε.

3 De hoc vocabulo, quod usus pragmaticorum Gallicorum recepit, scripsi plenius in *Commentario ad l. si librarius. D. de regul. jur. ant.*

4 Lib. X. *Var. Hist.* cap. VII. ubi Vultejus Interpres: *Cum dedicaret in Olympiis legum tabulam.* Manifesto libri mendo, quod ita corrigas, si τὸ *legum* in *æneam* mutaris.

agnoscere: quem non modo Cereris, aut Bacchi thyasotas, verum etiam cum illis ac præ illis Veneris utriusque mystas & sodales, Syros præsertim non minus, immo magis quam Sybaritas [1] illos ac Sodomitas vetustos omni voluptatum genere diffluentes γαστριζομένους, & (sicuti Athenæus ipse postea sub finem ejusdem *libri* loquitur) τῇ ἀκρασίᾳ συγκαλινδουμένους, juvenes prætexta posita, cum primum ephebi esse cœperant, coluisse: ipsiusque ut Regis aut Dei (juxta illud, *Quorum Deus venter est*) imperata fecisse probabile arbitror: & vero facile factu fuisse, ut ad istorum Syrorum mores prophanos Judæi & Palæstini ex ipsa Syria, bellis præsertim attriti, (cum saluti, hoc est, vitæ isti corporali, consulere aliter nequirent) desciscendum sibi sub Antiocho decreverint: quem ipsum cum popularibus, quos in tabernis aut ubivis reperisset, helluari & compotare, atque cum juvenibus nepotari saltareque solitum, (quamobrem potissimum a plerisque, pro *Epiphane* dictus *Epimanes* fuerit) Athenæus lib. v. *Deipnos.* fol. 57. memorat: quo loco: Μετὰ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων (ait) συγκαταβαίνων ὡμίλει ὧ τύχοι, καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων συνέπινε τῶν εὐτελεστάτων, ὅτι δὲ τῶν νεωτέρων αἴσθοιτό τινας συνευωχουμένους. οὐδεμίαν ἔμφασιν ποιήσας παρῆν ἐπικωμάζων μετὰ κεραμίου καὶ συμφωνίας. ὥστε τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀφισταμένους φεύγειν, &c. Ephebiam profecto adjunctam gymnasio duobus locis animadverti: apud Strabonem lib. v. *Geograph.* fol. 268. Germanici exempl. ubi de Neapoli (quæ gymnasium antiquum habuit) sic fere scriptum: Πλεῖστα δὲ ἴχνη τῆς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐν ταύταις σώζεται, γυμνάσιά τε, καὶ ἐφηβιακὰ φρατρία, καὶ ὀνόματα Ἑλληνικά, καίπερ ὄντα Ρωμαίων: & item illo *Macchabæorum* secundi libri cap. IV. loco, quem *sermone libri* hujus undecimo [2], Cassianum exponens, leviter attigi: in quo de Jasone fratre Oniæ summum Hierosolymis apud Antiochum regem ambiente, pecuniis etiam oblatis, sacerdotium; ea scilicet lege, ut suo ipse arbitrio gymnasium & ephebiam sibi constitueret, eosque qui Hierosolymis erant Antiochenorum nomini adscriberet: Ἐὰν ἐπιχωρηθῇ διὰ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ (inquit) γυμνάσιον καὶ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι, καὶ τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. Hic vero turpe quidpiam ephebiæ significari vocabulo, satis manifestum fieri aliquando credidi, ex eo quod subjicitur post paulo, in hæc verba; quæ patratum ab Jasone id ostendunt, cujus facultatem ab Antiocho & poposcerat (uti dixi) & impetraverat: Ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε. Hoc de gymnasio, de ephebia porro quod sequitur: Καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἤγεν: ubi non ignoro equidem quid Pithœus noster V. C. de petasi & juvenum nomine *ad Rufinum* [3] adnotarit; sed vetusta tamen ejus loci Latina, quæ Hieronymiana est interpretatio, id confirmat quod prædixi: hæc nimirum: *Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephebonrum in lupanaribus ponere*. Quamobrem ephebiam Lyranus optime (ut videtur) prostibulum pulcherrimorum juvenum exposuit: sicuti tum apud Stephanum Comicum in *Philolacone* citatum ab Athenæo [4], ephebi sunt prostituti pueri; tum libro IV. *Regum* cap. XXIV. effœminatos illos, qui καδησεὶμ, retento Hebræo vocabulo, in ipsa Septuaginta Virorum Versione Græca nominantur, *prostibula masculа* Lyranus ille interpretatus est optime (nisi fallor) ex vi Hebraici vocabuli: quod & in Gallicis quibusdam Bibliorum, Lugduni an. 66. apud Honoratum excusorum, *Adnotationibus* similiter expositum videre est; quos in Græcæ Versionis aliquot locis, τετελεσμένους dici, hoc est, *initiatos, separatos, selectos* & *consecratos* (idolo scilicet, seu dæmonio cuipiam) animadvertimus: qua de re tota subtilius lib. III. *Semestrium* cap. tertio a me disputatum fuit. Illum tamen in eo non sequor, quod gymnasii nomen, & ibi & libro primo *Macchab.* sub initium ad literarum ludum referre maluit.

Nam quod Pithœus ipse a Polluce, lib. X. *Onomastici* cap. XXXVIII. quod ab Hesychio alii [5], πέτασον εἶναι τὸ ἐφήβων φόρημα notavere, vulgatæ interpretationi, quam adhuc sequor, non officit, sed ipsam potius confirmat: sicuti flavum galerum in prostibulis apud Romanos notatum ab illo ipso agnoscitur. Nec vero aliud fortasse petasi nomine hoc loco significatum esse, quam quod illo altero lib. IV. *Regum* antea citato στολῆς vocabulo Septuaginta Viri expressere [6]; nimirum cortinam illam, quam in effœminatorum domunculis, seu juvenum aversæ Veneri mancipatorum (ut a Lyrano ipso antea monui) ædiculis pertextam a mulieribus luco, aut in usum luci; vel potius Astartæ Veneris Deæ Syriæ (quod sermone illo tertio libri tertii *Semestrium* plenius explicare memini) merito quispiam existimet: præsertim si explicationem Suidæ aientis πέτασον esse εἶδος ὑφάσματος, & vero ipsum petasi etymon propriamque Græci vocabuli significationem attentius consideraverit: cum ἀπὸ τοῦ πετάννυμι, quod est *extendere*, petasum deductum; cortinam vero velum esse, aut extensum, aut quod extendi possit, vel soleat, ignoret nemo in hisce versatus literis; a qua extensione, aut expansione sive latitudine sicuti galerum sive pileum dictum petasum, & ejus similitudine fabam Ægyptiam eo petasi nomine nuncupatam ostensum est supra [7]. Nec alia ratione amphoram, phialam, lagenamve capaciorem atque latiorem, ipso petasi vocabulo designatam apud Athenæum lib. XI. *Deipnosoph.* fol. 204. Ald. lib. accipio: quo loco: Τὸ δ' ἐν Γηρυονίδι Λαγύνοις Στησιχόρου ἔμμετρον ὡς τριαλάγυνον τὸ τῶν τριῶν γενῶν ἀμφιβολίαν ἔχει, Ἐρατοσθένης δέ φησι λέγεσθαι τὸ πέτασον, καὶ τὸ σάμνον ὑπό τινων. ubi pro γενῶν doctissimus Medicus Dalechampius in ejus loci Latina versione λαγενῶν aut λαγυνῶν legisse videtur, cum ita omnino reddidit; *Quod autem in Geryone legimus* (Aldinus liber habet *Geryonide*, ut expressi) *mensura par lagenis Stesichori obscurum & ambiguum est, tanquam duabus tribusve lagenis constent.*

---

1 De Smindyridæ Sybaritæ circa cibos deliciis vide lib. XII. *Variæ Historiæ*, cap. XXIV. apud Ælianum, item Athenæum lib. XVI. *Deipnos.* fol. 203.

2 Scripsi & ex eo loco nonnihil in *cap.* superius proximo sub init. & aliis *capitib.* ibidem citatis.

3 In *Annotationibus* suis *ad collat. Legum Rom. cum Mosaicis, ad tit.* IX.

4 Lib. XI. *Deipnos.* fol. 349. Latinæ vers. & Dalechampianæ *Annot.* in extrema ibi linea.

5 Leopard. *cap.* XIX. *lib.* IX. Notat & Stephan. in *Thesauro* Pollucis ac Hesychii locos *in* πέτασος.

6 Ubi sic est: Καὶ καθεῖλε τὸν οἶκον τῶν καδησεὶμ τῶν ἐν οἴκῳ κυρίου, οὗ αἱ γυναῖκες ὕφαινον ἐκεῖ στολὰς τῷ ἄλσει.

7 *Lib.* II. ubi de disco Iphiti *cap.* XXV. vide quæ scribo infra in *Notis* hujusce *cap.* e Theophrasto.

Eratosthenes lagenum petasum exponit aut stamnum. Equidem de lectione Aldina (utut ille sentiat) nihil immutandum duco: qui e præcedentibus facile colligo, hic quoque Athenæum agere grammaticum, ut in illis, & hoc voluisse scilicet, cum Diphilus neutro genere τὸ λαγυνίον dixisset in *Adelphis*, *Geryonide* ita id nominis usurpasse, tertio scilicet casu pluralis numeri: ut trium generum ambiguitatem habeat, hoc est, intelligi non queat, (præsertim deficiente articulo) cujus id generis esse Diphilus eo loci senserit. Eratosthenem vero genere fœminino (ut ex articulo addito appareret) petasum & stamnum a nonnullis usurpatum scribere. Sub petasum igitur agere, hoc est, intra cortinam & velum templi expansum inducere, ubi molles & pathici ephebi, ac forsitan evirati spadones (effœminati quidem certe) turpia quæpiam & nefanda paterentur, aliis perpetrantibus morigerantes: ut ephebi hujusmodi deducti sub petasum, licet gymnasio adjuncta ephebia fuerit; non tam gymnasio quam templo Veneris Astartes, & abominando ipsius ministerio ad voluptatem dicati fuisse videantur. Quod autem petasum cursoribus ac disco certantibus ille noster Pithœus accommodat, frustra est, ut equidem arbitror: qui scio, petasum aurigarum sive agitatorum proprium fuisse, ut ex Athenæo ad extremum superioris *libri cap.* XXXIV. & pen. circa finem, manifesto comprobatum fuit; & vero ex diverso stadiodromos, diaulodromos, dolichodromos, omnes inquam cuicuimodi aut generis cursores, nudos (utpote in gymnicis) decertasse, nisi quod calceorum genus illud (quod ibidem endromidas vocari admonui) aptasse pedibus non inficior. Discobolos quidem aperto capite decertasse, non velato, etsi alii non tradunt, ex Ligoriana tabula, cujus figuram in *Arte Gymnastica* sua doctissimus Mercurialis exhibuit, satis manifestum: & ex eo quod Anacharsis Scytha apud Lucianum περὶ Γυμνασίων, cum ad ludos veniret, domi pileum reliquisse, ne diverso ab aliis esset habitu, narrat, (qui tamen spectandi, non decertandi causa eo venerat) suoque capiti se ab ardore solis ideo timere: Οὐδὲ τὸν ἥλιον ἔτι ῥᾳδίως ἀνέχομαι ὀξὺν καὶ φλογώδη ἐμπίπτοντα γυμνῇ τῇ κεφαλῇ. τὸν γὰρ πῖλον μοι ἀφελεῖν οἴκοθεν ἔδοξεν, ὡς μὴ μόνος ἐν ὑμῖν ξενίζοιμι τῷ σχήματι. ubi τὸ πῖλον galerum significat, quem Senatoribus ad theatrum confluentibus gestare ad morem Thessalicum a Caio Caligula permissum, Dio *lib.* LVIII. retulit; & cui sicut Theophrastum lib. IV. *de Plantar. Histor.* ingentium Ægyptiæ fabæ foliorum magnitudinem comparare, ita & petaso Dioscoridem *lib.* II. *cap.* XCVII. a doctissimo Medico Adriano Junio [1] dudum animadversum fuit: ut non inepte sub petasum adactos eo *Macchabæorum* loco, nimirum auctoratos agitandis curulibus equis juvenes, qui & ipsi sessores alios fortasse petasatos agitatores ferrent, interpretari possis; quod ab Hieronymi versione quam minimum discedas, ipsamque adhibito splendore aliquo lenitateque verborum interim emollias.

Quanquam, si mihi quod sentio dicendum est denique, nec ἡβητήρια fuisse lustra sive lupanaria crediderim, sed popinas & ganeas tantum: sicut illas Neroniano gymnasio adjunctas, in quibus cantasse Principem refert Philostratus his verbis; ᾖδε δὲ ἐν καπηλείῳ πεποιημένῳ ἐς τὸ γυμνάσιον, ex eo *libri* de Apollonio quarti loco desumptis, quem initio superioris *libri* afferre memini: unde Isidorus in libris *Originum* lib. XV. cap. II. *de locis publicis*, ubi docuit balnea & gymnasia dici, quia ibi athletæ uncto corpore & perfricato, manibus exercitantur, & de apodyterio loquutus est, adjicit: *Propina Græcus sermo est qui apud nos corrupte popina dicitur: est autem locus juxta balnea publica, ubi post lavacrum a fame & siti reficiuntur*, &c. Sed nec ephebiam adjunctam gymnasio esse aliud, quam cellas epheborum reor, in quibus per id tempus non certaminis modo, sed proagonis etiam quod ante dixi commorarentur; ut legibus athleticis viverent, ac ædificando robori tum saginarent sese curarentque molliter, tum etiam unctionibus, frictionibus, exercitationibus juvenes in cute curanda plus æquo operarentur, (ut Horatius loquitur) qui se sive Circensium equorum agitationi manciparant sub petasum ducti, (quod insigne aurigariorum fuit) vel athleticæ vitæ instituto auctorati caput corpusque suum addixerant: atque hoc quidem alio quam agonis aut proagonis tempore, quo abstinere ab omnibus, & vitam continentem ducere soliti: quemadmodum superius hoc ipso *libro capp.* III. IV. & V. accurate demonstratum fuit. Possis & ephebium sive ἡβητήριον eum esse locum intelligere, τὸ παράσιτιον a Veteribus dictum, in quo primitias sacri frumenti, gymnicorum seu Herculeorum sumptibus agonum destinati, recondebant ludorum curatores; excipiendis epulo aut prorsus exhibendis, id est, alendis iis qui in parasitorum Herculis cœtum cooptati forent, τῶν καταλεγομένων τῷ Ἡρακλεῖ παρασίτων, de quibus Athenæus l. VI. *Deipnosoph.* loquitur [2]. In eo itaque parasitio seu ephebio qui alerentur sumptibus publicis velut in prytaneo, atque gymnasticis animi fortasse corporisque artibus exercerentur, hos ἐφηβεύειν a Veteribus dictos: conjectura e superioribus quæ majorem in modum ei placuerant desumpta, Costanus Cadurcensis acutissimus Jureconsultus familiaris noster hisce aliquot verbis ex perhonorifico Atheniensium Senatus & populi de Hippocrate Coorumque (unde origo ipsi) omnibus in ejus unius gratiam liberis, decreto exhibitis mihi facile persuasit; quo loco [3]: Ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ γυμνικῷ. καὶ ἐξεῖναι πᾶσι Κώων παισὶν ἐφηβεύειν ἐν Ἀθήναις καθάπερ παισὶν Ἀθηναίων· ἐπειδήπερ ἡ πατρὶς αὐτῶν ἄνδρα τοιοῦτον ἐγέννησεν. εἶναι δὲ Ἱπποκράτει καὶ πολιτείαν καὶ σίτησιν ἐν Πρυτανείῳ διὰ βίου. quæ non satis videtur Interpres recentior esse assecutus, cum ita his Latinis reddidit, *& licere omnibus Coorum liberis, ut Athenis pubescant quemadmodum liberi Atheniensium.* Nam quid hic facit *pubescere*, aut quo vetusto more legeve Cois prohibitum ne apud Athenas Atticas educarentur; ut magni alicujus beneficii loco indulgeri hoc deinde ipsis oportuerit propter Hippocratem? Nempe τὸ ἐφηβεύειν, quod explicamus, Interpretem illum alioqui perspicacem fugit. Παιδεραστὰς quidem fuisse cum Syros, tum vero Græcos [4] etiam

---

1 Cap. VI. lib. II. *Animadv.* vide & *cap.* X. *lib.* I. apud Theophrast. ita est in *cap.* X. *lib.* IV. πέτα δὲ αἱ μὲν τοῦ καυλοῦ φύσεις ὁμοίαι τῇ τοῦ κυάμου καὶ οἱ πέτασοι δὲ ὡσαύτως, πλὴν ἐλάττους καὶ λεπτότεροι, qua de re Plinius agens *lib.* XIII. *cap.* XVII. pro πέτασοι dixit *folia densa congerie stipata.*

2 Fol. 78. ex quo verba protuli *lib.* II. sup. *cap.* XVII. in fine, ubi de hieronicarum conviviis.

3 In fine *Decreti* inter Hippocratis *Epistolas* relati, fol. 82.

4 Æmilius Probus in *procemio lib. de Vita excell. Imp.* ubi: *laudi in Græcia ducitur adolescentulis, quamplurimos habere amatores:* & in *Alcibiade*: *in-*

Laconas [1] duriori vitæ inftituto addictos conftat: quamquam apud hos quidem congreffum cum ipfis turpem habitum, nec tamen gravius quam infamia punitum Plutarchus auctor eft *Inftit. Lacon.* fol 422. & in *Lycurgo* fol. 93. poft Xenophontem utique, qui hac de re tota pluribus agit in libro *de Lacedæmoniorum Republica*. Quid vero fi athletis dum extra fcamma & ftadium forent, in ipfis ephebiis, hebeteriis atque gymnafiis, neque decertarent, fed vel cibum fomnumve interdiu caperent, vel etiam deambularent, hoc proprium capitis integumentum fuit? ut qui Mercurium Enagonium colerent, ejufque iconem in gymnafiis, non minus quam Herculis, pofitam haberent (quemadmodum *libri* primi *cap.* VI. ac X. luculenter oftenfum eft) in petafo, non aliter quam ipfe Mercurius olim fecit, fi qua fculptoribus atque pictoribus vetuftis, immo etiam fcriptoribus fides, uterentur? Mercurium quidem petafatum fuiffe, ignotum nemini: de quo Athenæus lib. XII. *Deipnof.* ἔχων τὸν πέτασον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ κηρύκειον ἐν τῇ χειρὶ, & in *epigrammate* vetufto:

> Σοὶ τὸν πιληθέντα δι' εὐξάντου τριχὸς ἀμνοῦ
> Ἑρμᾶ Καλλιτέλης ἐκρέμασεν πέτασον.

Sic legendum alii obfervarunt: & recte quidem. tametfi πέταλον Suidas ibi agnoverit, & πίλημα ἐξ ἐρίου πιληθὲν ibi expofuerit *Lexico*. Mercurius denique Plautinus *Amphitr.*

> *Ego has habebo ufque in petafo pinnulas.*
> *Tum meo patri autem trochilus inerit aureus fub petafo.*

Petafo Veteres viatorio velandi ac obtegendi ab temporis injuria capitis amiculo potius quam ornamento utebantur, (ut reor) quale id quod a noftris *capellum* vulgo nuncupatur: fic accipe (fi me audis) ut apud Plautum ita & apud Ciceronem *l.* XV. *epiftola ad Caffium* de Tabellariis: *Sed petafati veniunt, comites ad portam expectare dicunt.*

In eo igitur loco, (ut ad rem redeam, in quo Imperatores gymnicum certamen inftitui volebant, item Nicopoli, Neapoli & oppido Antinoo, & apud Mantineam, & Carthagine, ac denique in aliis quibufcunque licet extra Romam & Achajam coronatis athletis, immunitatem tribuendam, iidem Principes, illo quod exponimus *Refcripto*, cenfuerunt: dum tamen ex tribus coronis merito non ambitiofa æmulorum corruptione quæfitis, unam Romæ alterutri novæ aut veteri fibi decretam athletæ abftuliffent, vel in antiqua Græcia: cujus religioni vetuftæ propter ludorum luftralium in ea regione factum initium atque infecutam celebritatem hoc dare Principibus placuit: forfitan etiam propterea quod ex vetufto loci ritu ac in-

A ftituto, rigidior ibi morum athletæ indagatio, roboris dijudicatio fubtilior, totiufque juris agoniftici ab athleta obfervati approbatio fanctior (utique antiquum obtineret) illis adhuc effe videretur. Quo exemplo cum itidem Alexandriæ ipfis Ammiani Marcellini temporibus, doctrinæ variæ quæ ante floruerant non filerent, fed & medicinæ ita in dies augerentur ftudia, ut licet opus ipfum redoleret, pro omni tamen experimento fufficeret Medico ad commendandam artis auctoritatem, fi Alexandriæ fe dixiffet eruditum, quod & ab ipfo Marcellino traditur [2]: qui hodieque in famofis [3] & nobilibus Regni hujus Academiis, quibus
B Univerfitatum nomen vulgo datum, (qualis noftra Tolofana eft, quæ legum olim ftudio cum earum facris ab Cujacio illo noftro initiaremur, non minus quam Parifina omnium aliarum difciplinarum Facultate præ cæteris omnibus floruit) ad magifterii apicem corona mutatum per diverfos certaminum gradus, fi non per omnem ætatem, at per triennium aut quinquennium [4] difputando, recitandoque, ac cætera fcholaftica obeundo certamina non fine commendatione fuæ virtutis & nominis pervenere: iis & ad civiles honores latiffimus patet aditus, & vero ad ecclefiafticorum etiam beneficiorum adeptionem tutior propiorque fternitur
C ac munitur via: ex Pontificio Regioque jure *Sanctionis Pragmaticæ* per *Concordatum*, (ut vocant) hoc eft, conventionem cum Regibus Chriftianiffimis initam, facroque fœdere fancitam, reformatæ, quam illis qui per faltum, aut in aliqua ignobili Univerfitate, ubi nullum eruditionis publicum ac folemne fpecimen editur, atque adeo perfuforie proluforio judicio fine ullo examine legitimo, fatifve fideli approbatione per quendam veluti faltum promoti fuerint. In ipfis autem hujufmodi Univerfitatibus five Academiis aut Mufeis non modo probari eos qui per gradus quofdam ad doctoratus, quem vocant, honorem promoventur; fed
D & eos qui ad magifterium & docendi onus invitantur fub *Antecefforum* (fic a Juftiniano Imp. appellantur) five *Regentium* titulo, *Sophiftarum* & *Magiftrorum* appellatione a Veteribus defignatos, ex eo Eunapii loco in *Proærefio*, fol. 131. addidici, ubi de probatione Sophiftarum Athenienfium (hos autem effe numero complures e Romanis legibus inibi oportuit, Juliani ætate; qui Proærefio alternis cum Ephæftione difputanti favebat) in hæc verba differit: Ὡς δὲ ἀπελθόντος Ἰουλιανοῦ τὰς Ἀθήνας εἶχεν ἔρως τῆς διαδοχῆς τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις πλεονεκτημάτων. παραγγέλλουσι μὲν ἐπὶ τοῦ
E κράτει τῆς σοφιστικῆς πολλοὶ καὶ ἄλλοι ὥστε ὄχλος ἦν. καὶ ταῦτα γράφειν. χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἀπάσαις κρίσεσι Προαιρέσιός τε, καὶ Ἡφαιστίων, καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ Διόφαντος, καὶ Σώπολλις ἐκ Παραβάτου, καὶ παρημελημένης ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐνδείας, καὶ Παρνάσιός τις ἐκ τῆς εὐτελεστέρας· ἔδει γοῦν πολλοὺς εἶναι,

---

eunte adolefcentia amatus eft a multis more Græcorum: in eis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in *Sympofio:* namque eum induxit commemorantem, *fe pernoctaffe cum Socrate, neque aliter ab eo furrexiffe, ac filius a parente debuerit. Pofteaquam robuftior eft factus non minus multos amavit. In quorum amore quoad licitum eft odiofa multa delicate jocofeque fecit*, &c.

1 Plutarch. videatur in *Lycurgo* fol. 93. *Agefilao* fol. 1109. & *Inftit. Lacon.* fol 422. & Xenophon in *Lacedæm. Repub.* fol. 395. Plato in *Sympof.* fol. 182. & 213.

2 *Lib.* XXII. huc pertinent quæ de Alexandrino gymnafio, Bibliotheca & menfa e Vitruvio & aliis fub. *cap.* XXVII. hujufce *libri*.

3 Vide in *Concordat. inter Leonem X. Papam. Roman. & Francifc. I. Gall. Regem. tit. de collat.* § *præterea, ubi qui per tempus competens in Univerfitate famofa ftuduerint*, ubi vide Rebuffum in verb.
F *famofa.*

4 Juxta diftinctionem tam facultatum quam perfonarum five nobilium five aliorum *Concordato* comprehenfam: quantum ad beneficiorum adeptionem attinet *dicto* §. *præterea, verf. tempus autem competent, de collat. in princ. & in fin.* ibi: *fi ex utroque parente nobiles fuerint, trienniun decernimus:* & §. *cum vero probatio nobilitatis*, & cær. vide Rebuff. in *tractat. Nominat.* quæft. XII.

(hæc duo deerant in impressis, quæ ope manuscripti a clariss. Fumæo vetere collega & amico libri juvit reponere) κατὰ τὸν νόμον τὸν Ρωμαϊκὸν Ἀθήνησι τοὺς μὲν λέγοντας τοὺς δὲ ἀκούοντας. Et fuit sane non parum causæ, quamobrem accurate ac diligenter de iis inquisitio ad probationem fieret; qui multum erant auctoritatis ac potestatis habituri, non in scholis modo apud auditores, sed apud provinciales in ipsa Republica, ita ut nonnullis eorum potentioribus utique provinciæ ipsæ cujusdam quasi præmii vice cederent: quemadmodum ab Eunapio 1 ibidem traditum: Χειροτονηθέντων δὲ τούτων. οἱ μὲν εὐτελεστέρα τὸ ὄνομα εἶχον καὶ μέχρι τῆς σανίδων ἦν τὸ κράτος καὶ τοῦ βήματος, [illegible] εἰς δὲ τοὺς δυνατωτέρους ἡ πόλις διῄρητο, καὶ οὐχ ἡ πόλις μόνη, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ Ρωμαίοις ἔθνη. [illegible] περὶ λόγων οὐκ ἦν αὐτοῖς ἡ στάσις, [illegible] ἐπὶ τοῖς λόγοις· ἡ μὲν [illegible] καθάπερ τι γέρας Ἐπιφανίῳ σαφῶς ἐξῄρητο, τὸ δὲ Ἀρα[illegible] Ἡφαιστίων δὲ καταλύσας Προαιρέσιον ἀπῆλθεν ἐξ Ἀθηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Προαιρεσίῳ δὲ ὁ [illegible] καὶ τὰ ἐκείνου [illegible] ὥσπερ οἰκεῖον ἀγαθὸν [illegible] Βιθυνία καὶ Ἑλλήσποντος, & cætera quæ sequuntur.

Nam quod ego de Clericorum probatione, ut per gradus quosdam ad quattuor primum illos, quos minores vocant, tum ad superiores, deinde non per saltum, sed gradatim 2 ad subdiaconatus & præsbyteratus Ordines, & per hos ad Episcopatus culmen promoveri debent, hic verba faciam, nihil esse video: de qua tot *canonibus* Conciliorum, Patrumque veterum *Decretis*, tot etiam Pontificum *Constitutionibus* ac *Decretalibus Epistolis* cautum esse ignorat nemo 3. Etenim cum iis qui nondum ad triginta annos pervenerint, eos quoque quos nec Clerus aut populus proprie civitatis elegit, item qui per gradus ecclesiasticos non ascendere, ad sacerdotii gradum promoveri non debere constitutum est 4; sicuti neque ad clericatum laici quilibet admittuntur non curiales, non infames, aut servili conditioni obnoxii, quive scelus aliquod per publicam pœnitentiam confessi, aut in hæresim lapsi, vel in ea baptizati, quive semetipsos absciderunt aut defectu membrorum quopiam laborant; qui secundæ uxoris conjunctionem sortiti sunt, viduamve aut a marito relictam duxerunt sæculari militiæ dediti, literarum ignari, ambitiosi, & id genus alii 5. Quin & ipso Tridentino Concilio *sessio*. XXIII. *decreto de reformat. cap.* III. & VIII. cautum est, ac decretum, ut Episcopi si per semetipsos conferre subditis suis Ordines ægritudine fuerint impediti, eos non aliter quam jam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant. Examinis vero sive probationis formam tam circa eos qui prima tonsura 6 initiari, quam qui ad minores Ordines promoveri aut ad sacrum ministerium accedere voluerint, eodem Concilio præstitutam constat *cap.* IV. V. VII. VIII. XII. & XIII. *sessionis* ejusdem, ut ordinandorum genus, persona, ætas, constitutio, mores, doctrina, & fides diligenter investigetur. Sed neque ad Ecclesias Cathedrales assumendus est hodie juxta ejusdem Tridentini Concilii decretum *sessione* XXI. *in decreto de reformat. cap.* I. *sess.* XXII. *cap.* II. *sess.* XXIV. *decreto de reformat. cap.* I. nisi qui non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis quæ a sacris canonibus requiruntur, plene sit præditus. Verum etiam in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus atque in Universitate studiorum magister sive doctor aut licentiatus in sacra Theologia, vel Jure Canonico merito sit promotus, aut publico alicujus Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. De assumendorum ad Episcopatum, aliaque ministeria ecclesiastica exploratione, ac probatione, simplicius aliquanto (pro temporum illorum ratione

---

1 Fol. 132. De tyrannide sive regno Sophistarum, quale Julianus ipse Athenis habuit, Eunap. loquitur in *Juliano* sub init. in fol. 113. ubi, Καὶ ἐτυράννει γε τῶν Ἀθηνῶν παρὰ τοῦτον ἡ πᾶσα νεότης [illegible]. Et in *Proæresio*, fol. 134. [illegible]. Et 141. & 142. [illegible]

2 Vide apud Gratian. *dist.* LIII. *can.* I. & de Cleric. per salt. prom. *cap.* I. apud Gregor. De probatione Clericorum & promotione per gradus minores ad Episcopatum in *Constantin. Syn.* I. & II. *cap.* XII. ubi Balsamon fol. 298. & apud Gratianum *distinct.* LXXVII. tota, & potissimum in *can. Quicumque*.

3 Vide apud Gratian. *distin.* LXI. per tot. & præsertim in *cap. quid proderit*, & in *cap. Osius.* & apud Gregorium, *cap.* I. *de Cleric. per salt. prom. in glo. ult.* De examinatione eligendi aut ordinandi in Episcopum agitur in *cap. qui Episcopus distin.* XXIII. De purgatione sive probatione *cap.* I. *illud eadem dist.* De examine & probatione ordinandi Cleric. *cap. nullus ordinetur*, & *cap. quando, distinct.* XXIV. examinationem necessariam ostenditur in *cap. si quis presbyt. ead. distinct.* & *cap. si qui sive distinct.* LXXXI. & *c. ad hæc*, & *cap. ut nostrum de offic. archidia*. apud Gregor. Videsis & in de gradib. Romanæ ecclesiæ post *Ordinem Romanum*, fol. 86. & seq. Editionis anni 1568. Colon. auctorum *de divinis officiis ecclesʃ. cathol.* ubi caput Zosimi *Papæ* itemque *Leonis* alterum animadvertendum ad hanc rem qua de agitur moneo, & *cap.* I. ex Concilio Africano IV. quod ibi proponitur in fol. 95. De probatione ac discussione ordinandorum, vide in *Capitular. Karoli magni* cap. II. lib. I. fol. 8. pag. 2. & lib. V. cap. XXXVII fol. 121. pag. 2. & ibi de criminosis non promovendis ad Clerum lib. VII. cap. L. fol. 263. & de dilatione temporum erga promovendos lib. VII. cap. XXVII. fol. 261. Qui promoveri ad altiores Ordines aut dignitates non debeant, cautum Concilio Tridentin. *sess.* XIV. *in decreto de reformat. cap.* I. De probatione vero monastica videto quæ attuli supra hoc *lib. cap.* XVIII.

4 *Cap.* II. & III. & *cap. qui in aliquo*, apud Gratian. *distinct.* LI.

5 De his omnibus in *d. cap. qui in aliquo*, & in *distinct.* LII. LIII. LIV. LV. juncto *cap.* ult. *distinct.* XXIV. & in *Ordine Romano de gradib. Rom. eccles.* Item *qualiter in Rom. eccles. sacri ordinis fiant*, fol. 86. 87. 88. 89. Edition. Colon. Item *qualiter in Rom. eccles. presbyt. diac. vel subdiac. eligendi sunt*, fol. 91. *ibid.* & *qualiter episcop. in Rom. eccles. ordinand.* fol. 97. *cap.* cujus initium *Antiqua*. Et Durand. Mimat. in *Rational. divinor. offic.* cap. I. l. II. fol. 48. ex *Levitici* cap. XXI. & XLIX. *distinct. can. Hinc etenim*. Et addit: *In quo instruimur quales a clericatu sint repellendi*.

6 *Per quam utique manifestatur quis divinæ militiæ*, ut Zosimus Rom. Pontifex ad Hesychium Episcopum Salonitanum scribit [illegible] *cap.* III. [illegible] sumptus *can. in singulis*, *distinctio* LXXVII. apud Gratian.

ſcilicet) D. Paulus *ad Timoth. Epiſt.* I. cap. III. ſcripſerat: hoc vero inter cætera de probatione Diaconorum eodem cap. verſu 10. Καὶ ὗτοι δὲ δοκιμαζέϑωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτωσαν ἀνέγκλητοι ὄντες,: ubi Theodoretus: *Prius autem convenit eorum vitam examinari,* (ait) *deinde ſic gratiam ſpiritalem conſequi:* & aliquanto poſt ad illud Beati Pauli cap. V. verſ. 22. ad ejuſdem χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίϑει, *manus cito nemini impoſueris: Oportet enim* (inquit Theodoretus aptiſſime) *prius examinare vitam ejus qui ordinatur, deinde in ipſum invocare gratiam Spiritus.* Atque hoc quidem iis quæ iſtius *libri ſermone* octavo & decimo de probatione athletarum Chriſti, quatenus ipſa res ferebat, tradideram, ad lectorum aliquam (ut ſpero) utilitatem, juvit adjicere, ne ignorationis aut prætermiſſionis arguerer.

CAP. XXIX.

De conſtituenda cujuſdam apud Tacitum loci lectione adverſus clariſſ. Lipſium agitur pleniſſimes. Ludorum religio. Curules ludi a Principibus Romanis dati populo, ſuis ſuorumve natalitiis. Panathenæa. Dii Attici. Gymnici Panathenæis ludi, & jam inde a Pericle muſici exhibiti. De filiis Themiſtoclis apud Suidam locus unde ſumptus, Plutarcho adhibito, in Notis, *cujus verbis ab Interprete non perceptis ille invicem affulget. Ludi in campis Marathoniis. Certamina Hellotiis ſacris, Corinthi & Athenis: itemque apud Æginam & Dialibus ludis apud Athenas. Eleuſinium & Theſeum certamen, de quibus Agellius atque Ariſtides. Emendatus Dio. De non exhibendis Circenſibus gymnicis, theatralibus ludis muneribuſve per dies dominicos, aliosque Epiphaniorum, Paſchæ & Quinquageſimæ ſolemnes, etiamſi natalitia Imperatorum in eos incurrerint: quorum tamen etſi Chriſtianorum ſucceſſione atque inauguratione Circenſes dati, ut ex his illa innoteſceret. Emendato interim Evagrio. Taciti locum illum de Circenſibus ad exemplum Atticorum exhibitis intelligendum. Suetonii locus de ludis Atticis. Caſtigatio Lipſiana reprehenſa, & allata nova, ſi quid tamen ulla opus eſſe cuipiam videbitur. Antiqua vel Achaica religio.*

ERAM huic *ſermoni*, totique iſti agoniſticæ tractationi facturus modum, ita ut apud me ab initio decreveram: ſed cum de antiquæ Græciæ circa gymnicos agonas religione multa dixerim, (de qua cæterorumque ludorum omni ſuperſtitione, ſi plura quiſpiam legere deſideret, ad priſcos illos Chriſtianæ religionis puræ veræque aſſertores [1] adeundi facultas eſt, Tertullianum, Arnobium Lactantium, Auguſtinum atque Salvianum) vereor, ut mihi vitio detur, ſi hanc de dubia loci cujuſpiam apud Cornelium Tacitum lectione opinionis noſtræ (quæ a Lipſiana ſententia facere nondum potuit) proferendæ opportunitatem elabi patiar: præſertim cui alia ſuppetunt ad eundem auctorem non pauca, præter aliorum opinionem explicanda, ut videtur, & ea quidem ita non levis operæ, ut *ſermonem*, ſive *tractatum* unum atque alterum, iſto aut ſuperioribus non minorem explere poſſint: *Ut cithara ludicrum* (inquit ille; aut potius quemadmodum Lipſius profecto malit, *ludiorum*) *in modum canere, non magis Vatum laudibus celebre, quam Deorum honori datum.* Enimvero cantus Apollini ſacros, talique ornatu aſtare non modo Græcis in urbibus, ſed Romana apud templa numen præcipuum (Apollinis nempe) ac præſcium, Nero non abs re dicebat, apud eundem Tacitum *l.b.* XIV. *Annal.* ita gymnicos ludos Herculis præcipue virium roboriſque laudibus pollentis herois honori ſacros: & prophana Ethnicorum adverſus hoc, itemque Mercurii numen, ſive idolum religione inclytos, verum eſt; ſicut ante monui hoc ipſo *Tractatu* ſub initio *lib.* I. & in omnibus ludis religioni (falſæ ſcilicet) ſive ſuperſtitioni aliquid, immo multum ſi non totum tributum eſſe, negaturus nemo eſt, qui Auguſtini *de Civitate* lib. I. cap. XXXII. lib. II. cap. VIII. X. XIII. XXIX. & lib. XVIII. cap. XII. Tertulliano cap. XI. atque Martyris Cypriani *de Spectaculis* libros, aut illius *Apologeticum ad Gentes* cap. I. IV. & ſeq. uſque ad VII. aſpexerit, quive Arnobium ita ſciverit l. VII. *adverſus Gentes*, ſcribere: *Ludi vero quos facitis, quibus Floralibus, atque Megalenſibus nomen eſt, cæterique omnes alii, quos eſſe ſacros voluiſtis, & religionum inter officia deputari.* Quamobrem cum apud Tacitum in vulgatis libris ita ſit ſcriptum, ubi de nata Neronis ad Urbis annum 816. filia ex Poppæa, quod ultra mortale gaudium ipſe acceperit, ut Auguſtæ cognomen utrique adderet: *Jam Senatus uterum Poppææ commendaverat Diis* (inquit) *votaque publice ſuſceperat, quæ multiplicata exſolutaque, & additæ ſupplicationes, templumque fœcunditati, & certamen ad exemplar Atticæ religionis:* quamvis Lipſius ille noſter (qua eſt ſagacitate ac exercitatione in iſtis literis, quaque pollet ac præſtat vetuſtæ hiſtoriæ ſcientia & arte critica) e veſtigiis manuſcripti Vaticani libri, qui habet, *Accicæque*, cum in Farneſiano itidem manuſcripto ſit *Anciatæ*, legendum odoratur *Actiacæ*; ſed ita, ut ſtatim pro *religionis*, reponendum *regionis* putet. Atque hoc quidem ideo, quoniam nulla in his ludis magis quam in aliis religio: illud vero propterea quod Atticis ludis, hoc eſt, Panathenæis Romanæ quinquatrus reſpondebant, non hoc certamen novum. Nihilominus tamen (dicam ingenue id quod ſentio) in tuam concedere opinionem, Lipſi, non poſſum; qui quadrata rotundis, niſi quæ gravior me ratio urgeat, mutare non ſoleo, nihilque ſubeſſe (hic quidem) incommodi video, ſi vulgata retineatur, quam & in veteribus æque libris olim repertam ſimile vero eſt, lectio.

Imprimis enim ludorum quorumlibet publicorum aliquam religionem habitam, ſatis toto iſto hactenus *Tractatu* trino comprobatum fuit, ut quod hujus ergo addi velim, nihil ſit aliud, niſi fortaſſe Valerium Maximum ita etiam loquutum alicubi [2], ut *ludorum religionem* diceret. Curules autem ludos, a Principe ſuis ſuorumque natalitiis.

1 Tertull. in *de Spectac.* cap. I. Arnob. lib. VII. *adverſ. Gentes*, Lactant. lib. VI. *Inſtitut. De vero cultu* cap. XIX. & *Epit. Inſtit.* cap. IV. Auguſtinus l. XVIII. *de Civit. Dei*, cap. XII. & Salvia. lib. VI. *de gubernat. Dei.* De quatuor ſacris agonibus præter *Scholia* & *Comment. ad Pindarum*, videſis Natal. Comitem lib. V. *Mythol.* qui liber anno 81. Francofurt. a Wech. editus admonitu ac beneficio illius cui noſtra iſta exſcribenda tradideram commodum in manus venit: ut in quibus ipſe diligentior atque accuratior fuerat, ea prorſus a me omitterentur, neve noſtræ a nobis contra conſuetudinem, contraque id quod bonum æquumque eſt aſſignarentur operæ.

2 *Lib.* VI. *tit.* I. ubi de Qu. Catulo ludorum ſecularium religionis, qui trinoctio fierent cum hoſtiis & lectiſternio idem auctor non ita multo poſt meminit, ut & Livius initio *lib.* VII. ab Urbe condita, ubi hac de re tota pluribus.

plerisque dari solitos, istis certe datos quin existimemus, nihil prohibet: quales Panathenæis exhibiti; de quibus ita loquitur Sudas in Παναθηναια I. & II. ut primum quidem ab Erichthonio Vulcani & Minervæ filio instituta, tum ab instauratore Athenarum Theseo [1] restituta fuerint, ipsa duplicia, lustralia scilicet, quæ magna dicta, quinquenniis singulis celebrari solita, alia vero quotannis utraque apud Athenas ipsas. Videsis & quod ita scriptum apud Hyginum [2] *Heniocho*, alii autem anguina tantum crura habuisse Erichthonium dixerunt: eumque primo tempore adolescentiæ ludos Minervæ Panathenæa fecisse, & ipsum quadrigas cucurrisse: pro quibus factis inter sidera dicitur collocatus. Meminit & Pindarus ode *Pythionicar.* in nona epod. IV. Telesicrati Cyrenæo dicata, sic admodum canens:

> Πλεῖστα νικάσαντά σε, καὶ τελεταῖς
> Ωρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον.

Itemque B. Augustinus *de Civitate Dei* lib. XVIII. cap. XII. Apollini ac Minervæ dicatos significans, quamvis non Apollinem, sed cum Minerva illa Neptunum tutelares Athenarum esse Deos. Strabo lib IX *Geogr.* fol. 459. retulit, qui & alio loco in Diis Atticis Orphanam, Commissolum & Tychonem connumerat: Demosthenes autem & Plutarchus Apollinem Pythium & Minervam: ille quidem in ea [illegible], his verbis, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Hic vero *Alcibiade* [illegible] ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων [illegible]. De agonibus Atticis sive Panathenaicis partim gymnicis, partim etiam musicis loquutum [illegible] *Panegyrico* non longe ab init. in col 72. Edit. Oporianæ anno 1572. recordor, ubi: Προς δὲ [illegible] συνουσίαις ἐντυχεῖν παντοδαπαῖς, μάλιστα παρ' ἡμῖν ἐστι· ἔτι δὲ ἀγῶνας ἰδεῖν, [illegible] ῥώμης, ἀλλὰ καὶ λόγων καὶ γνώμης, καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ἁπάντων καὶ τούτων ἆθλα μέγιστα. Musicorum quidem certamen ut Panathenæis celebraretur, tulisse ingenti gloriæ (hoc enim Cruserianæ interpretationi verbum addendum) studio Periclem Plutarchus refert in *Vita Periclis*, fol. 291. Edit. Steph. idque ipsum athlothetam creatum digessisse, quemadmodum certantes tibia vel voce vel cithara canerent: spectasse vero & eo tempore & deinceps in odeo musica certamina. Φιλοτιμούμενος δ' ὁ Περικλῆς τότε πρῶτα ἐψηφίσατο μουσικῆς ἀγῶνα τοῖς Παναθηναίοις ἄγεσθαι, καὶ διέταξεν αὐτὸς ἀθλοθέτης αἱρεθεὶς καθότι χρὴ τοὺς ἀγωνιζομένους αὐλεῖν, ἢ κιθαρίζειν, ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἐν ᾠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας. Meminit & gymnicorum funebrium Athenis editorum Suidas [3], ubi Themistoclis liberos Neoclem & Demopolim, illum dolicho, hunc stadio, victorem utrumque fuisse narrat, & antequam agnoscerentur coronatos: illico autem ubi agniti post certamen forent, parum abfuisse, quin a civibus propter leges de exulibus latas, (quibus utique non paruerant, quod in *astu* venissent) hoc ipsis periculum creantibus paternis inimicis, lapidati opprimerentur: Θεμιστοκλέους παῖδες (ait ille ex vetusto auctore quopiam) Νεοκλῆς [illegible] ἀγωνισάμενοι τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ἐν Ἀθήναις νικήσαντες ἐστεφανώθησαν ἀγνοούμενοι, καὶ Νεοκλῆς μὲν δόλιχον ἐνίκησε, Δημόπολις δὲ στάδιον. Γνωρισθέντες δὲ μετὰ τὸν ἀγῶνα καταλευσθῆναι [illegible] ὑπὸ τῶν Θεμιστοκλέους ἐχθρῶν, [illegible] Ἀθηναίους τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν φυγάδων. Sed & gymnicorum, qui Panathenæis ederentur, Solon apud Lucianum *Anacharsi* sive *de Gymnasiis*, quibus pro præmio non coronæ modo, ut aliis quatuor antiquis agonibus, sed oleum quoque præstaretur; quemadmodum superius ab ipso apud Budæum, & a Suida, itemque ab Augustino monui: sed & in Marathoniis Atticæ campis celebritatem honori Herculis aliquam fuisse, in cujus ludis qui vincerent argenteis donarentur phialis, ex quodam Pindari loco addidici, cujus verba hic appingere defessum jam scribendo piget. Præterea in Heliotiis sacris festis Lampadodromicis, quæ ab Hellotide virgine dicta, non Corinthi modo, verum etiam Athenis peragebantur: fuisse quædam certamina quibus sive Thessalus, sive (quod Scholiasti Pindarico placet) ipse Xenophon ejus filius vicerit cui dicata ode Pindarica XIII. *Olympiorum* ex ejus epod. I. intelligimus, sicut ex ode *Pythiorum* VIII. Æginetæ Aristomeni dicata ipsum domi, hoc est, Æginæ quinquertio victorem extitisse, ubi [6] hoc inter cætera:

> —— οἴκοι
> Δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
> Δόσιν πενταέθλιον σὺν ἑορταῖς
> Ὑμαῖς ἐπαγαγες ἀνάξ ——

Ipsis etiam Athenis ludos fuisse quospiam gymnicos Jovi sacros, ex illo Pindaricorum *Nemeorum* carmine percipimus, odes II. ad extremum, quam Timodemo Atheniensi pancratiastæ cecinit:

> —— ἑπτὰ
> Δ' ἐν Νεμέᾳ· τὰ δ' οἴκοι,
> Μάσσον' ἀριθμῷ,
> Διὸς ἀγῶνι. τὸν, ὦ πολῖται,
> Κωμάξατε, Τιμοδήμῳ σὺν
> Εὐκλεῖ νόστῳ.
> Αδυμελεῖ δ' ἐξάρχετε φωνᾷ.

Apud Eleusinem denique pagum in terra Attica gymnicum fuisse certamen, quod Eleusinium diceretur, sicuti quod Athenis ipsis ut Panathenaicum

---

1 De cujus signis sive statuis in gymnasiis actum est cap. XVI. *lib.* I. sup. & ab ipso artem esse palæstricam sive luctatoriam, ostensum eodem *lib. c.* XIII.

2 *Lib.* II. fol. 64. & Germanicum Cæsarem in Arati *Phænomena* & *Erichthonio*, fol. 184. pag. 2. *Poet. Astronom.* Bigas primum junxisse Phrygum natione, quadrigas Erichthonium lib. VII. *Natur. Hist.* cap. XLVI. Plin. auctor est.

> *Primus Erichthonius currus & quatuor ausus*
> *Jungere equos rapidusque rotis insistere victor*,

inquit ex Virgilii tertio *Georgicon* Tertullian. in *de Spectacul.* cap. IX. Videsis & quæ lib. II. *Agonist.* cap. XXII. sup. ab Augustino scripsimus

3 In Θεμιστοκλέους παῖδες, quo ex loco (e Plutarchi fortasse historia deprompto) exponendus Plutarchus in *Themistocle* ad fin. in fol. 233. quem Interpretes non sunt assecuti. De Neocle quidem ac Demopoli filiis Themistoclis quod Plutarch. in historia tradiderat, neminem esse tam indoctum qui tactum esse ignoret, a Plutarcho ibi traditur: nempe id quod a Suida enarravimus.

4 *Lib.* II. ubi de coronis aliisque hieronicarum præmiis, scilicet *cap.* XXII.

5 *Pythior.* ode VIII. ep. IV. & *Olymp.* ode IX. strophe IV. odeque XIII. ad extremum.

6 Strophe IV. vide & de Telesicrate ode IX. *Pythiorum* antistrophe IV. ubi de Megarensi quoque ipsius victoria.

cum ita Thæseum ab ipsius (ut superius *lib.* I. *cap.* XVI. *lib.* II. *cap.* VIII. dictum est) instauratore Thesæo, fidem non improbabilem facit, mihi quidem, illud Agellii cap. XX. lib. XV. *Noctium Attic.* quod in recensenda Euripidis (quam attuli superius *cap.* IX.) historia subjecit: ac primo quidem in certamen per ambiguam ætatem receptus non est, post Eleusinio & Thesæo certamine pugnavit & coronatus est. Itaque non dubito, quin a Thesæo Θησεῖα dicta sint, quæ Agonaria, sive Agonalia Latinis, non (uti perperam legitur in *Latino-Græco Glossario* B. Germani, quod Henric. Stephanus edidit) θυσεῖα: & quin Thesæa & Eleusinia cum Panathenæis eadem fuerint. Sane Aristides, cum celeberrima judicarentur Græciæ certamina, horum antiquissimum Panathenæum fuisse, aut potius Eleusinium alicubi[1] tradit: hoc etiam aliquanto post adjiciens, Mysteria cum alia propter antiquitatem nonnulla necessitatis, quædam etiam celebritatis causa in honore sint: omnibus utique modis Eleusinia præstare: atque solis Græcorum Atheniensibus ferias nundinasve quotannis, aut potius conventus nullis quinquennalibus deteriores celebrari, pluresque in Eleusinium ab ipsis, quam a reliquis in oppidum totum recipi, omnibus etiam hanc solennitatem hominum turba superare contendentibus. Ludos vero plerosque primæ notæ (aut, quod fortasse melius, primi, hoc est, maximi & gravissimi sumptus) plurimos ibi solummodo exhiberi: Ἐνδοξότατοι πάντων (ait ille) οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες, καὶ μὴν τούτων πρεσβύτατος ὁ τῶν Παναθηναίων· εἰ δὲ βούλει ὁ τῶν Ἐλευσινίων, &c. Et: Ἀλλὰ μὴν τῶν γε μυστηρίων τὰ μὲν ὡς ἀρχαῖα τετίμηται, τὰ δ᾽ ὡς ἀναγκαῖα, τὰ δ᾽ ὡς πλείστοις γνώριμα. πάσαις τοίνυν ταῖς ψήφοις προφέρει τὰ Ἐλευσίνια· καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων οὐχ ὑμῶν ὁ λόγος, μόνοι δὲ τῶν Ἑλλήνων καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ποιεῖτε πανήγυριν οὐδεμιᾶς πεντετηρίδος φαυλοτέραν. καὶ δέχεσθε τῷ Ἐλευσινίῳ πλείους ἢ ἕτεροι τῇ πάσῃ πόλει, καὶ πάντες ἐρίζουσι, καὶ τὴν παροῦσαν ἑορτὴν νικᾶν πολυανθρωπίᾳ, &c. καὶ μὴν ἀγῶνάς γε τοὺς πρώτους τέλους μία δὴ πόλις αὕτη πλείστους ἁπασῶν ἔτι νῦν ἄγει.

Sive igitur gymnici, sive musici atque theatrales, sive Circenses fuerint ludi Attici, ad eorum religionis exemplar ob prosperum Poppææ partum editi Romæ jussu Imperatoris, sicuti propter Crispi atque Helenæ partum (ut in publica lætitia fieri solet) omnibus quoque Constantinus Princeps indulgenda crimina putavit *lib.* I. *Cod. Theod. de indult. crimi. tit.* 38. *l.* 9. Cajus Caligula longe antea Drusillæ natalitiis pugiles, aut pancratiastas (ut supra dixi) Libycasque bestias quingentas, cum totidem ursis produxisse narratur a Dione *lib.* LVIII. ac Circenses dedisse popularibus epulo, sive prandio, Senatoribus eorumque uxoribus congiario exceptis, sed parce ac tanquam exhaustum & magnopere ipsum egentem hæc omnia instruxisse, atque obiisse munera: suis etiam natalitiis, quæ in Augustalis templi consecrationem incurrerant, tum musica tum alia omnis generis inducta spectacula: sed & equorum Circentium, qui duobus diebus, priore quidem vicies, posteriore etiam quater cursu contenderint: Θέαι τε παντοδαπαὶ (ait) ἐγένοντο, τότε γὰρ τῆς μουσικῆς ἐχόμενα ἐστήχθη, καὶ ἵπποι δύο ἡμέραις ἠγωνίσαντο. τῇ μὲν προτέρᾳ εἰκοσάκις, τῇ δ᾽ ὑστέρᾳ καὶ τετράκις. διὰ τὸ τὰ γενέθλια αὐτοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἶναι: ἦν γὰρ ἡ τελευταία τοῦ Αὐγούστου. Et aliquanto post de

A honoribus Drusillæ defunctæ decretis: Καὶ ἐν τοῖς γενεσίοις αὐτῆς ἑορτὴ ὁμοία τοῖς Μεγαλησίοις ἄγηται, καὶ ἡ γερουσία ὑπὸ ἱππέως ἑστιᾶται. Et postea: Ἐπανελθὼν πρὸς τὰ τῆς Δρουσίλλας γενέσια, & cæt. θέαν τῷ δήμῳ προῖκα ἐπὶ δύο ἡμέρας ἀπένειμε, καὶ αὐτῷ τῇ μὲν προτέρᾳ ἄρκτοι πρὸς τῇ τῶν ἵππων ἁμίλλαις πεντακόσιοι ἐσφάγησαν. τῇ δ᾽ ἑτέρᾳ Λιβυκὰ θηρία ἴσα ἀνηλώθη, καὶ παγκρατιασταὶ ἐν πολλοῖς ἅμα τόποις ἠγωνίσαντο. καὶ ὁ δῆμος εἱστιάθη τοῖς τε βουλευταῖς τῶν τε γυναιξὶν αὐτῶν δῶρα ἐδόθη, ταῦτά τε ἅμα ὡς καὶ πάνυ πενόμενος ἐφόνδε. Ubi omnino postremum (quod cum sit, hoc quidem loco, ineptissimum, diu profecto me multumque torsit) ver-

B bum rejicio, & ipsius vicem, ἐφόδδε (quod est *impendit, præbuit*, ἐχορήγησε) reponendum judico. Cum esset puer Imperatori Claudio natus, ipsius natalitia sponte prætores & spectaculi & cœnarum exhibitione celebrasse, ille ipse Dio eodem *libro* retulit: sic admodum scribens, τὰ δὲ δὴ γενέθλια, τὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ οἱ στρατηγοὶ ἐθέλονται θεάς τε τινὸς ποιήσει καὶ δείπνων ἑώρτασαν. Augusti etiam natalitia Iullum Antonii filium prætorem & Circensibus & bestiariis ludis olim celebrasse, atque in ipso Capitolio & illum & Senatum ex hujus decreto excepisse convivio, *lib.* LIV. fol. 366. idem

C historicus in hæc verba scripserat: Τά τε γενέθλια τοῦ Αὐγούστου ὁ Ἴουλλος ὁ τοῦ Ἀντωνίου παῖς στρατηγῶν, καὶ ἱπποδρομίᾳ, καὶ σφαγαῖς θηρίων ἑώρτασε, καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ ἐκεῖνον καὶ τὴν βουλὴν κατὰ δόγμα αὐτῆς εἱστίασεν. Adrianum vero Cæsarem per natales dies populo spectacula gratis divisisse ferasque jussisse confodi, ut semel leones centum, & totidem leænæ conciderent[2], ille ipse alibi memorat. Spartianus item auctor est ipsum decretos sibi Circenses ludos sprevisse, præter natalitios, &c. Atque ob adoptionem Ceionii Commodi Veri, quem Ælium Verum Cæsarem appellavit, Circenses ludos dedisse, sicuti gladiatorios Nicomediæ suis itidem natalitiis dedisse Imperat. Antoninum Ca-

D racallam, uti ne hoc etiam die abstineret a sanguine, Dionis Abbreviator Xiphilinus in *Antonino Caracalla*, fol. 335. tradit: sicuti Philippum Macedonem Cleopatræ filiæ cum Alexandro Epirotarum Rege nuptias ut sacrificiis sumptuosis, ita & agonibus musicis apud Ægas Macedoniæ datis olim celebrasse Diodorus refert lib. XVI. *Biblioth.* fol. 557. quo loco inter cætera: Τέλος δὲ πολλῶν πανταχόθεν πρὸς τὴν πανήγυριν συρρεόντων καὶ τῶν ἀγώνων καὶ γάμων συντελουμένων ἐν Αἰγαῖς τῆς Μακεδονίας. &c. Et vero (ad Romanos Principes ut revertar) Galerius Maximinus, qui Diocletiano

E & Maximiano in Imperio cum aliis successit, apud Cæsaream Palæstinæ suis natalitiis more anteriorum Regum atque Imperatorum ad voluptatem populi varia & in iis nova quædam aut peregrina certe bestiarum ex India & Æthiopia usque advectarum itemque agonistarum spectacula edidit: quemadmodum Eusebius in *Ecclesiastica Historia* in *Appendice* ad lib. VIII. fol. 94. memorat: quo loco: Αὐτοῦ δὲ τοῦ τυράννου Μαξιμίνου παρόντος, καὶ θέας τοῖς πλήθεσι φιλοτιμουμένου κατὰ τὴν λεγομένην αὐτοῦ γενέθλιον ἡμέραν, ἀπετελέσθη τοιοῦτον. ἔθους τὸ πρὶν ὄντος ἐπὶ βασιλέων εἰ καὶ ἄλλοτε τὰς φιλοτίμους θέας πλείους τοῖς θεαταῖς ἐμπαρέχειν θυμηδίας (hic

F additum ἕνεκα reperio in eo libro, qui ex Danesii clarissimi viri Episcopi Vaurensis religiosissimi Bibliotheca dudum a me comparatus fuit; nescio an ullius manuscripti codicis fide, cum non inele-

1 *Panathenaico* sub finem in Latinæ a Cantero versionis fol. 103. & 104. exemplaris Græci Florentini, fol. 21.

2 Vide ipsum Dionem aut Xiphilinum ejus Abbreviatorem in *Adriani Vita*.

ganter suppleri soleat) καινῶν καὶ ξένων, τὰ δὲ συνήθη παραλλαττόντων τῶν θεαμάτων, ζώων ἔσθ᾽ ὅπη τῶν ἐξ Ἰνδίας, ἢ Αἰθιοπίας, ἢ καὶ ἄλλοθεν εἰσκομιζομένων, ἢ καὶ ἀνδρῶν ἔν τε χναις τισὶ σωμασκίαις (hoc equidem ad gymnica eorumve similia certamina refero) παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶσιν ἐνδεικνυμένων, πάντως που καὶ τότε οἷα βασιλέως τὰς θέας παρέχοντος πλεῖόν τι καὶ παράδοξον χρῆν ὑπάρξαι τῆς φιλοτιμίας. τί τοίνυν τοῦτο ἦν; μάρτυς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς δογμάτων παρήγετο εἰς μέσον τῆς μόνης καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας ὑπεραγωνιζόμενος.

Imperatoriis natalibus aut anniversariis imperii adepti solemnibus diebus quinquennalibus, decennalibus, vicennalibus Circenses aliosque ludos edi solitos libro *Semestrium* primo c. VIII. atque istius etiam *Tractatus* libro itidem primo ad finem in cap. XXIX. cum Appianici cujusdam loci castigandi gratia de triumphalibus ludis agerem, demonstratum fuit. Quamobrem Christianis demum Imperatoribus Gratiano, Valentiniano, ac Theodosio placuit [1] Dominico potissimum die, qui septimanæ totius primus est, & ad Natale, atque Epiphaniorum Christi, Paschæ etiam & Quinquagesimæ sive Pentecostes diebus, in quos festivitatum illarum natalitiarum solemnitas incurreret, postea istam ludorum hujusmodi voluptatem per universas urbes populis denegare: secundum quam *Constitutionem*, hoc ipsum aliquot annis postea sub Honorio & Theodosio Impp. comprehensum ecclesiasticis Synodi Carthaginensis [2] *Canonibus* fuit; quamvis longe antea ipsis Apostolorum *Canonibus* pompæ omnes & in publicis conventibus ludicra exhiberi ab Ethnicis solita, Christianis omnibus fuisse interdicta constet ex iis, quæ sub initium hujus *Agonistici* tertii ad extremum cap. I. scripsimus. De Valentiniano quidem Principe D. Ambrosius in *Oratione de ipsius obitu*: *Ferebatur primo* (inquit) *ludis Circensibus delectari, sic istud abstersit, ut ne solemnibus quidem Principum natalibus, vel imperialis honoris gratia Circenses putaret esse celebrandos*, &c. Ubi quod generaliter & in universum sanctus ille vir dixit, nihilominus e *Constitutione* quadam *leg.* 2. ejus Imperatoris nomen præferente, quæ in *Cod. Theodosiano* extat, ita explicandum ut monui modo, hæc verba manifestum faciunt: quæ quod ad superiorum de ludis per solemnes nativitatis Principum vel imperii suscepti dies exhibitis, illustrationem pertinent, & nostram simul de illo Taciti loco sententiam (ut puto) stabiliunt atque confirmant; propterea proferre non gravabor: *Nullus omnino judicum* (ajunt Gratian. Valentinian. & Theodosian.) *aut theatralibus ludis, aut Circensium certaminibus, aut ferarum cursibus, vacet, nisi illis tantum diebus quibus vel in lucem editi, vel imperii sumus sceptra sortiti.* Et addunt aliquanto post: *Nullum Solis diei spectaculum populo* (sic lego pro *spectaculo*) *præbeant, ne divinam venerationem confecta solemnitate confundat.* Theodosii postea & Valentiniani Junioris exemplo, Leo etiam atque Anthemius illa *Constitutione*, quam ultimam sub titulo *de feriis Codici* suo inserendam Justinianus curavit, hoc præcepere, *Ut Dominico die nihil sibi vendicaret scena theatralis, aut Circense certamen, aut ferarum lacbrymosa spectacula: etiamsi in Principis ortum aut natalem* (hæc ad rem nostram verba pertinent) *celebranda solemnitas inciderit, sed differendam esse censuerunt.*

Nec tamen ideo Circensium spectacula in posterum sublata penitus, existimandum est: cum vel ipso Imperii Principum cujusque initio celebrata inde intelligamus; quod ex ipsorum scilicet exhibitione populus Justiniano successisse Justinum agnoverit, quemadmodum Evagrius *Historiæ* libro quinto sub initium prodit: Οὔτε τὴν ἀποβίωσιν Ἰουστινιανοῦ, οὔτε τὴν Ἰουστίνου (hoc enim addendum ex ejusdem annotatione Danesii V. C. admoneo, sive a manuscripti codicis collatione, sive a conjectura est) ἀνάρρησιν τινὸς ἐγνωκότος πλὴν τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν, μέχρις οὗ κατὰ τὴν Ἱπποδρομίαν ἐφάνη τὰ εἰωθότα τῆς βασιλείας δράσων τε καὶ πεισόμενος. ὡς δ᾽ οὖν ταῦτα γέγονε, μηδενὸς παντάπασι νεωτερισθέντος, ἐπανῆκε μετ᾽ αὐτὴν τὴν αὐλήν: &c. Quo ex loco si fortean accipiendum quod Zonaras in *Justini Thracis* imperio ad finem scribit Tomo III *Annal.* fol. 50. cum esset ipsius e morbo decumbentis, ac parva spe vitæ reliqua laborantis manibus nepoti Justiniano in Epiphanii Patriarchæ magnatumque conspectu Imperatori designato corona imposita: hoc habitu processisse Justinianum (a populo conspiciendum atque consalutandum scilicet) ad Circensium agonum locum; ubi spectaculis equorum, ut equidem conjicio, exhibitis de more, faustis acclamationibus exceptus a frequenti populo, indeque in Regiam reversus fuerit: qua de re historici non aspernandi verba hæc fere sunt: Καὶ βασιλέα τὸν ἀδελφιδοῦν Ἰουστινιανὸν ἀναδείκνυσιν αὐτὸς τῇ ἐκείνου κεφαλῇ περιθεὶς τὸ διάδημα, καὶ εἰς τὸ τῆς ἱππηλασίας θέατρον τοῦ δήμου τῆς πόλεως ἀθροισθέντος, ἔξεισι πρὸς αὐτοὺς ἐστεμμένος ὁ Ἰουστινιανὸς καὶ παρὰ πάντων εὐφημηθεὶς ἐπανῆκεν εἰς τὰ βασίλεια. Atque ad Atticorum potius exemplum Circenses ludos, quam Romanorum aliorum qui magni dicti & Conso sacri, jam inde a Romulo aut Minervæ, Nero ille apud Tacitum ad majorem forsitan celebritatem dari voluit, quoniam pluribus spatiis Græci quam Romani Circenses peragebantur: id quod I. hujus *Tractatus* libro *cap.* XXIX. illustrandi Horatiani Carminis gratia ostendimus. Multiplicatos quidem equorum missus, ita ut curricula & spatia corriperentur a septenis ad quina, quo facilius centum missus peragerentur, ut a Domitiano postea, (quemadmodum eo loci docuimus) ita & a Nerone aliisque Principibus Romanis, sive id religioni, seu voluptati, aut lætitiæ publicæ testimonio ac celebritati hoc darent, eum qui nesciat, in Græca Latinaque ipsorum historia prorsus esse peregrinum oportuerit: præsertim cum de Nerone quidem Suetonius aperte ac disertis verbis in *ejus Vita*, cap. XXII. *Tanto ipsum & Circenses*

---

1 *L. 2. & l. ult. C. Th. de spectacul. lib. XV. tit.* 5. Voluptates editionesque populo celebratas simul conjunxit Innocent. apud Gratian. *cap.* I. *& cap. præterea*, *distin.* LI. Munerum utique ac ludorum editiones intelligens, unde voluptas populo quæri solet.

2 *Canone* LXII. quo loco: Κἀκεῖνο ἔτι μὴν δεῖ αἰτῆσαι ἵνα τὰ θεώρια τῶν θεατρικῶν παιγνίων ἐν τῇ κυριακῇ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς φαιδραῖς ἡμέραις τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως κωλύωνται· καὶ μάλιστα ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ ἁγίου πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον, ἤπερ εἰς τὴν ἐκκλησίαν συνέρχονται, ὀφείλειν μετενεχθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας ὅτε ἀπαντῶσι· καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν Χριστιανῶν πρὸς τὰ θεώρια ταῦτα ἀναγκάζεσθαι. Sic & sexta Syodo Constantinopolit. *can.* LXVI. fol. 402. Tomo III. *Concil. A sancta Christi Dei nostri resurrectionis die usque ad novum Dominicum tota septimana in ecclesiis vacantes fideles jugiter oportet psalmis & hymnis & spiritualibus canticis in Christo gaudentes festumque celebrantes*, &c. *Nequaquam ergo prædictis diebus, equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum.*

spectandi & equos ipsos agitandi studio flagrasse tradat, *ut ad omnes etiam minimos Circenses* (eos fortasse historicus intelligit quos septeno spatio concludi *sermone* superiore docuimus) *secessu commearet*, &c. *neque dissimularet velle se palmarum numerum ampliare*. *Quare spectaculum* (inquit, quod ad rem nostram valde pertinere arbitror) *multiplicatis missibus in serum protrahebatur: ne dominis quidem jam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum greges ducere*.

Cæterum sive multiplicatis missibus, sive spatiorum & curriculorum aucto ad instar Atticæ Circensium religionis numero, protrahebatur in extremam diei horam agonum hujusmodi voluptas: quo genere lætitiam suam munerarii, cum publica conjunctam, significare prorsus existimati, ut satis causæ Neroni fuisse videatur, quamobrem propter Poppææ partum ad exemplar Atticæ religionis illius certamen edi præceperit. Superioribus accedat hoc quoque ad constituendam ejus apud Tacitum loci dudum receptam lectionem (si quid etiam opus est) adversus Archimedeas oppugnatoris Lipsii machinas; quod Cajum Caligulam aliquot annis ante Neronem Atticos ludos Syracusis in Sicilia edidisse memorat Suetonius in *Cajo* c. XX. quo loco tamen quibusdam in libris excusum, sed perperam, *Hasticos* non ignoro: & vero posse non minus recte aut commode *Hasticos* quam *cæsticos* dici ludos non diffiteor, quorum a Trojano Antenore institutorum Patavii Tacitus proxime sequenti libro XVI. *Annal.* mentionem facit. Illud profecto Lipsianum (*Actiacæ regionis*) brevitatem Tacito familiarem minime (meo quidem palato) sapit; qui potius, *ad exemplar Actiaci* (scilicet certaminis) scripturus fuerat: ut mittam quod non satis lepide videtur enunciatum hoc, *de certamine ad exemplar regionis*, pro *ad exemplar agonis in regione quapiam instituti aut celebrati*: sicut hic noster lib. XIV. *Annalium*, ex quo verba superius protuli, ludicrum quinquennale, a Nerone institutum ad morem Græcis certaminis, non Græciæ Græcæve regionis, dixerat. Denique aut nihil e recepta lectione immutandum apud Tacitum, aut si cui tantopere displicebit *Attica religio*, is *antiquam* suasore me *religionem* amplectatur; vel *Achaicam* pro fecto, (quod perinde est) ab Achaia scilicet illa, qua & item Asia possessa Romæ quoque ludos curatius editos Tacitus ipse noster *ibidem* retulit: certe potius quam sine ulla religione in Actiacam illam regionem tam longe ab hujus auctoris mente, usitato ipsi loquendi modo; recepta etiam nec minus antiqua scriptura diffitam, totoque velut orbe rationis divisam proficiscendi, atque adeo exulandi necessitatem sibi tam facile imponi patiatur. Equidem cum vetustæ ludorum sacrorum gymnicorum scilicet musicorumque lustralium agonum in antiqua celebratorum Græcia religionis, toties a me isto *Tractatu* trino repetitæ, animo subit recordatio, teneri vix possum, quin ista mihi ob facilem & nimis frequentem ab leviuscula immutatione mendam librariorum sive antiquariorum (qui contracte aut compendio ita scriptum a notariis *aticæ* pro *anticæ*, quod est antiquæ, quodam errore [1]: ob id quod interdum titulo, sive temone cuipiam literæ superposito duplicationem ejus, ut assolet in vetustis, literæ designarent, *Atticæ* reddiderunt) castigatio magnopere probetur ac placeat, ut pro *Atticæ*, *antiquæ* reponatur: præsertim quod ludos illos Ausonius [2] *antiquos* (quemadmodum superius admonui potissimum in *cap.* XXV. hujus *libri*) nominaverit, *ab antiquitate constitutionis*, (ut cum Tertulliano [3] loquar) quod ab antiquo nimirum ludi hujusmodi, & in antiqua Græcia sive Achaja religionis ergo fierent: ad cujus exemplar Capitolina Romæ certamina Jovi Feretrio Romulum in Tarpejo monte, (unde Tarpeii & Capitolini ludi nuncupati) deinde Numam non Marti modo, sed etiam Robigini olim instituisse, idem Tertullianus auctor est: Maximo quidem Jovi Circenses olim Romæ celebratos, ipso Religionis vocabulo usurpato, Arnobius *adversus Gentes* lib. VII. memorat: quo loco: *Scimus ludis quondam* (ait) *ipsis Circensibus, qui Jovi Maximo fierent*, &c. *posse melius fieri civitati, si ludis sua religio redderetur, & ex integro rursus curiosa observatione procederent*. Addesis hoc quoque, quod Religioni nullum neque aptius epitheton adhiberi possit, neque vero frequentius ab auctoribus classicis soleat, quam istud *Antiquæ*, quod apud Tacitum reponimus. Ipse adeo Plinius lib. XVI. *Natural. Hist.* cap. ult. Lucum antiqua religione Dianæ sacratum a Latio in suburbano Tusculani agri fuisse scribit, velut arte tonsili coma fagei nemoris. Ante ipsum Virgilius lib. II. *Æn. antiqua sub religione tueri populum*, & Ovidius lib. X. *Metam. Prisca religione sacrum recessum*, dixerant. Αὐτω δ' ὁ ἀλῶν κ᾽ ἔςω τέλος τ λόγȣ τȣ́τȣ [4].

CAP. XXX.

Totius Operis Agonistici conclusio.

HACTENUS de ludis, ludorumque locis, temporibus, præfectis, præmiis, denique de athletarum sagina, patientia, probatione, legibusque aliis gymnasticis habui, quod præter contrave alios traderem: de quibus omnibus equidem vereor, ut eorum cuipiam, quos nisi sua non delectant, aut quibus jejuna potius brevitas, quam verus & germanus, qui aliquas argutias habeat, Laconismus, familiaris est, in scribendo fuisse nimius, ideoque ludos etiam diutius fecisse forsitan videar. Tametsi ad eos translatitium prope nihil attulisse me, quodve jam ab alio quoquam (ita ut feci) exhibitum scirem, sedulo liquidoque asseverare possum. Enimvero semotis, aut meapte sponte, aut vergente regni hujus in lachrymabiles ruinas (nisi Deus optimus Max. ipsum ex illa cœlesti machina [5] respexerit) concidentis fato, pristinis in Palatio Tolosano dicendi juris occupatio-

---

1 Cui similis aut contrarius quidem, sed ex eodem fonte ortus *in l. ult. C. Theod. de murilegulis. lib.* X. ubi scriptum, *Blantæ sericæ*; pro *Blattæ sericæ*.

2 *Eclogario*, ubi de lustralib. agonibus.

3 In *de Spectaculis* cap. II. de horum ludorum origine plurima Strabo lib. XVI. *Geograph.*

4 Imitatio Julii Pollucis, qui ab his fere verbis lib. III. *Onomastici* sui, in quo de ludis agitur, claudendum atque absolvendum duxit: Nonnus vero inchoandum *Dionysiacon* suorum vicesimum: post saltationis certamen *lib.* IX. expositum atque celebratum.

5 Notum illud proverbium, Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς: vide Erasmum *chiliad.* I. *centur.* I. *proverb.* LXIII. *Deus ex improviso apparens*, & Lambinum ad illud Horatii in *Arte*, *Nec Deus intersit*. Ex Platone in *Cratylo*, Plutarch. in *Lysandro* fol. 811. Luciano in *Philopseude*, & in *Sestis* Athenæo *lib.* VI. in principio & aliis. Vide Eustathium *ad* III. *Iliad.* fol. 426. & Philon. περὶ Μοναρχ. α. fol. 557. Aristidem περὶ παραφθέγματα, fol. 52. & Heliodorum aliquot locis.

nibus: dum se nonnulli male feriati, eo potius qui βασιλίνδα[1], quam qui ad Judices olim dicebatur[2], ludo animum pascunt & oblectant suum: ita novum nostris agonale spectaculum dare volui, ut torporis vitandi (dum procul negotiis in hoc secessu suburbano sum) ac tædii leniendi gratia, nec ullo alio invitatus præmio; partim χειρονομῶν ὡς ἐν σκιαμαχίᾳ, partim etiam ὡς ἐν ἁμίλλᾳ πολλῇ ἀνταγωνιζόμενος, in hoc literario scammate non instrenue ac sine pulvere contenderem. In quo quidquid est quod enisus sum, elaboravi, effeci, Jacobe fili, anno Christi supra sesquimillesimum nono & octuagesimo, Tolosæ nostræ non minus quam aliis miseræ Galliæ civitatibus primariis luctuoso, totum hoc tibi jam donatum ac dicatum (quod absolvisse me arbitrabar) cum expectarem, ut sublata vel allevata itinerum difficultate tuto possem excudendum uspiam emittere: interea facere aliter non potui, quam ut identidem in manus assumerem, multisque (quas quotidiana pene observatio, ex indefessa circa variam vetustorum auctorum lectionem elucubratione, suggerebat) hoc vere *Agonisticon*, ut tute scis, nostrum eximiis testimoniorum adoreis, sive coronulis exornarem, atque cumulatius haud paulo redderem: tanto lubentius hoc quidem, quanto, si non pacatis prorsus atque tranquillis, at lenitis tamen utcumque urbanis rebus, illum quem dixi antea Æsymnetæ, hoc est, protagonothetæ aut protocritæ[3] in Argyranthinis sive Argyrophyllinis Palladiæ ab antiquo Tolosæ poeticis agonibus honorem[4], communis eorum omnium consensus, quorum id judicii ac muneris fuit[5], nuper præsenti mihi benignius ac prolixius ineunte Majo hujus anni nonagesimi detulit. Quem (quantuluscunque iste cuipiam esse videbitur) ut æmulorum quorundam factione hactenus interclusum apud me ipse tacitus ridebam, (adeo non ferebam ægre, vel mirabar) ita nunc eundem cum aliquo non vulgaris ipsorum de me opinionis testimonio conjunctum, nequaquam respuendum aut aspernandum esse duxi: quin potius Deo opt. maximo (cui omnia mea summa, infima, æque debeo) accepto

A ferendum censui; sanctissimo & integerrimo Agonothetæ, Regum Regi, qui unus inspector & judex omnium certaminum justus & verus est, si vere a Dionysio[6] dictum, ὅτι τῷ ὄντι ἀγωνοθέτης πάντων ἀγώνων ὁ βασιλεὺς, ὁ τὴν εἰρήνην πρυτανεύων· δι' ἣν καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐπιτελεῖν οἷόν τε. Hujus vero Dionysii monitu, cum panegyricæ omnis orationis propterea clausulam & quasi colophonem esse debere, laudem Regis illius, cujus cura & solicitudine pax alma populis tribuitur atque firmatur, ita ut agonum celebrationi vacare liceat, intelligamus[7]: Christo itidem Regi Regum, cui potestas omnis est, ob exhaustos feliciter, ac utiliter con-
B summatos, ipso manum animumque dirigente atque opportunitatem nobis tribuente, incredibiles in istum *Agonisticum*, & plus quam athleticos labores, lucemque adeo plurimis classicorum auctorum locis, hactenus in magna hominum ignoratione versatis, publico literarum bono per nos redditam, gloria omnis, quantum potest, gratiarumque actio ab utroque nostrum in æternum esto.

—— οὐκ ἀθεεὶ γὰρ ταῦτα διέρχομαι ὑγρὰ κέλευθα.

(quod apud Theocritum *Eidyll.* XIX. Europa ce-
C cinit)

—— χαλεπαὶ δέ θ' ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν
Μουσάων, ἀπανευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.

ut istud ejusdem poetæ verbum de Musis ἐν Χάρισιν εἰδυλ. XVI. ad hæc nostra scripta, quibus earum interpretibus poetis opem non modicam tulimus, transferre liceat. Καθόλου δὲ οὐδὲν ἀδαιμον οὐδ' ὠφέλιμον (ait Chrysostomus Dio in *Orat.* XXXII. πρὸς Ἀλεξανδρεῖς) ὃ μὴ κατὰ γνώμην καὶ δύναμιν τῶν θεῶν ἀφικνεῖται πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἁπανταχῆ πάντων ἀγαθῶν αὐτοὶ κρατοῦσι, καὶ διανέμουσι ἀφθόνως τοῖς
D ἐθέλουσι δέχεσθαι. Atque hic quidem ex vetusto hieronicarum more, quem ipsum isto *Agonistico* superioris libri cap. XIII. memoriæ dedimus, tecum, mi fili, tanquam στεφανίτης quidam, ᾄσω τὸ ἐπινίκιον.[8] Ἀμήν.

---

1 De ludo regni mense Decembri sortito ducti, videsis Lipsium nostrum *ad* XIII. *Annalium Taciti* ex Arriano, Luciano & Polluce, quibus adde locum Herodiani ex *lib.* VII. pag. 157. ibi, ὥσπερ ἐν πομπαῖς παίζουσι βασιλείαν, & alterum Suetonii *Nerone* cap. XXXVIII. ibi, *quia ferebatur ducatus & imperia ludere*, nisi tamen, quod aliis placere video, locus iste magis ludum ad judices attingit.

2 De isto primus ipse attuli lib. I. *Semestr.* cap. VI.

3 *Cancellarium* vulgo nominari superius hoc *libro* indicavi.

4 De quibus actum est a me sup. hoc ipso *libro*.

5 Qua de re hoc ipso lib. *Agonist.* tertio capp. XVIII. & XX. diximus.

6 Dionys. Halicarnas. ἐν τῇ τέχνῃ περὶ τῶν πανηγυρικῶν, fol. 34. lib. 14. Edit. Francofurt.

7 Ubi sic scribit, ὁ δέ σοι τοῦ παντὸς λόγου οἱονεὶ κολοφὼν ἐπεχέτω τοῦ βασιλέως ἔπαινος.

8 Vide quæ scripsi *cap.* XIII. *lib.* II.

F I N I S.

PETRI FABRI
PARALIPOMENA
SUIS LOCIS INSERENDA.

IN Dedicatione pag. 1. lin. ult. post *B. Paulo*, adde, iis locis qui notantur infr. *lib.* III. *cap.* XIV. Ibid. post *statuo*, adde, cum S. Sixto III. Papa in lib. *de Castitate*, fol. 212. *Erras si aliquando Christianum in hac vita pacem habere putes. Toties enim persecutionem patimur, quoties alicujus sanctitatis officium amittere compellimur*. Not. 1. l. 2. *genuinum*, lege geminum. Lin. seq. τέρπον' lege τέρπν'. Lin. seq. in fine post *editionis*, adde, & in illo Plutarchi sup. d. loco. Pag. 2. lin. 6. post *sentiat*, adde, juxta istud B. Pauli apud D. Lucam *Act.* XIV. *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum*, & vide quæ ex Antonii *Collectaneis* apud Stobæum *sermone* CCCIV. scribimus *Agonist.* III. c. X. circa princ. Lin. 13. post *Agonistici*, adde, *cap.* X toto. Pag. 3. lin. 14. pro *Vale, atque*, lege, Vale, munereque.

In Præfat. pag. ead. lin. 10. pro *summe*, lege summæ. Ibid. lin. 15. *factumque*, lege fastumque.

Col. 1791. in summario cap. II. lin. 5. post *athleticam*, adde, *sicut Ægyptii*:

—— —— ibid. lin. 11. post *Papinio*: adde, *non ab Epaminonda apud Æmilium Probum*; *non ab Athenæo*.

Col. 1792. in Notis num. 2. in fine, post *ludis* adde, Alios istis prætermissis hac ipsa de re vetustorum auctorum locos *libri* sequentis *cap.* XIV. exhibebimus.

Col. 1794. lin. 3. post ἀναιρεῖν, adde, At quicquid Galeno hac de re visum fuerit, illis potius credendum quos ante nominavi Philosophis atque Historicis: ac vel uni Epaminondæ, de quo in hæc verba narratum ab Æmilio Probo memini; Postquam ephebus factus est, & palæstræ dare operam cœpit: non tam magnitudini virium servivit, quam velocitati. Illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum currendo, & luctando ad eum finem, quoad stans complecti posset atque contendere. Athenæus etiam quodam loco lib. XIV. *Deipnosoph.* fol. 269. Pyrrhicham, (saltationem utique armatam) in qua opus velocitate fuerit, ideo commendat, quod ipsa velocitas ad rem militarem usui sit maximo: idque his omnino verbis: Πολεμικὴ δὲ δοκεῖ εἶναι ἡ Πυῤῥίχη, ἐν ὅπλοις γὰρ αὐτὴν παῖδες ὀρχοῦνται. τάχους δὲ δέει τῷ πολέμῳ εἰς τὸ διώκειν καὶ εἰς τὸ ἡττωμένους φεύγειν, μηδὲ μένειν μηδ' αἰδεῖσθαι κακοὺς εἶναι.

—— —— Not. 3. in fine post *origine*, adde, Sicuti saltatores musici δημιουργοὶ dicti ab Athenæo lib. IV. *Deipnosoph.* fol. 268. Aldini exempl. A quo etiam paulo ante in fol. 265. Amœbeus citharœdus ἀνὴρ τεχνίτης τῶν νόμους τῆς μουσικῆς dictus fuerat. De Actuariis Thymeles, equorumque curulium, vide in *l.* 21. *&* 22. *Cod. Theodos. de divers. apparit. & offic.*

Col. 1801. in summ. cap. IV. lin. 14. post *tibias*, adde, *quæ in privatis quoque Musicæ commissionibus adhibitæ. Citatus in hanc rem Seneca, & fortasse castigatus.*

Col. 1802. lin. 43. *Olympicum*, lege Olympum.

—— —— lin. 45. post *Orpheum*, adde, Orpheum tamen & ipsius imitatione Musæum Pythicis agonibus periculum sui circa Musicam facere noluisse Pausanias *Phocicis* memorat, fol. 322. Wechel. Edition. quo loco sic est: Ὀρφέα δὲ σεμνολογίᾳ τῇ ἐπὶ τελεταῖς καὶ ὑπὸ φρονήματος τοῦ ἄλλου, καὶ Μουσαῖον τῇ ἐς πάντα μιμήσει τοῦ Ὀρφέως, οὐκ ἐθελῆσαί φασιν αὐτοὺς ἐπὶ ἀγῶνι μουσικῆς ἐξετάζεσθαι, &c. quæ adfero sequentis *lib. cap.* XXIV. sub initium.

Col. 1803. lin. 2. post *Neronem* adde, Ut poetici apud Olympiam agones inter lyricos quidem & epicos (nam de tragicis & comicis aliter, ut nunc est, sentio) exhibiti, quorum itidem præmia, coronæ, ac palma fuerint, quemadmodum *cap.* XXV. subtilius disquiretur: ita

—— —— lin. 7. post *Olympiam* adde, ut mittam, quod Herodotum suas historias (quas de Musarum nomine appellarit) cantando recitasse; unde a totius conventu Græciæ frequentissimo incredibilem gloriam præ auditorum admiratione, digito etiam demonstratus, reportarit; a Luciano, in *Herodoto* sive *Aetione* sub initium, memoriæ proditum; ipsiusque imitatione Hippiam sophistam, Prodicum, Anaximenem, Polum, & complures alios semper in illa celebritate orationes habuisse; per quas intra breve tempus apud omnes innotuerint, magnamque singularis eruditionis famam pepererint sibi (hac enim de re, illius Græca verba in memoriam revoco: Παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον οὐ θεατὴν ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτοὺς, &c. quæ XI. *capite libri* sequentis aliam in rem adferam: & statim: Ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες ἐπιτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Αναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ακραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ λόγους ἔλεγον ἀεὶ, καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο) Musicæ cuipiam generi, musico sane instrumento, ei nimirum quo de agimus.

—— —— lin. 10. post *Græcis* adde, Vide Photium *Nomocanone* tit. XIII. cap. XXI. ubi: Οὐκ ἔστι δὲ παιγνικὴ τέχνη, οὔτε ἀτιμοποιὸς ἡ τῶν ἀθλητῶν, καὶ τῶν λεγομένων ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις τὰ ἐνθύρια, καὶ τῶν ἐν ξυστῷ ἀγωνιζομένων, καὶ τῶν ἡνιόχων, καὶ τῶν ἄλλως ἱππουργούντων ἐν τοῖς ὑστέροις ἀγῶσι. Quæ ideo protuli, quod nondum is liber Græce sit editus, quem penes me habeo.

—— —— lin. 26. post ταῦτά ἐστιν, adde, Istorum sane quæ diximus enthyriorum vicem exhibuisse præstantissimorum quorumque poetarum carmina, quæ ad lyram, vel potius ad tibiam recitarentur; ex eo deprehenditur, quod de Empedoclis expiationibus apud ipsam Olympiam a Cleomene rhapsodo pronunciatis, & quidem ad tibiam (ut mihi fit verisimile) Athenæus a Dicæarcho tradidit lib. XIV. *Deipnosoph.* fol. 264. Aldini exemplaris, his omnino verbis. Τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους καθαρμοὺς ἐρραψῴδησεν Ὀλυμπιάσιν Κλεομένης ὁ ῥαψῳδὸς, ὥς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ.

—— —— lin. 33. post XLVII. adde, De tibicine ludis ad aram, apud Jul. Obsequentem in

de Prodigiis legere iſtud commemini: *Trebulæ Mutuſcæ antequam ludi committerentur, canente tibicine angues nigri aram circumdederunt; deſinente cantare, dilapſi: poſtero die exorti, a populo lapidibus enecati.*

—— —— lin. 43. poſt *etiam ex*, adde, illo Athenaici *Deipnoſophiſtarum* quarti & decimi loco, quem de Anitii Prætoris triumphali poſt ſuperatum Gentium Illyriorum Regem, ludicro Romanis exhibito, agens, inferius nono & viceſimo *ſermone* proferam; tibicines alioſque ſymphoniacos cum ſaltatoribus, hoc eſt, ſcenicis, hiſtrionibus, & mimis, cum pugilibus tubicines & buccinatores copulatos videas licet:

—— —— lin. 46. poſt *traditur*) adde, ut in tragœdiis non aliter quam tibicine præeunte, aut potius adflante modoſque faciente actores loquerentur. Id vel M. Tullius unus, de verſibus orationi ſolutæ ſimilibus agens in *Oratore ad Brutum*, his verbis indicat: *Quorum ſimilia ſunt* (ait) *quædam etiam apud noſtros, velut illa in Thyeſte; Quemnam te eſſe dicam, qui tarda in ſenectute*, & quæ ſequuntur, quæ niſi cum tibicen acceſſit orationi ſunt ſolutæ ſimillima. Igitur non apud Romanos tantum, uſus tibiæ antiquitus (ut dicebam) ad ſcenas fuit, ſed antea multo,

—— —— Not. 2. in fine adde, poſt *νομίζουσιν*. Adde quod de tibia quæ conviviales quidem pugiles ad certamen accenderet, ſubſervireque ipſis eatenus videretur, his verſibus:

Καὶ γὰρ ἐσθ' ὑπηρέτης κωμῶν, νωμῶν, μόνον
Πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν ἔων θέα
Εἰς πάροινον ἔμμεναι ςρατηλάταις.

In *Hyporchemate* Pratinæ Phliaſii relatum apud Athenæum ſub initium lib. XIV. *Deipſonoph.* fol 263. De præfationibus autem citharœdorum, ad Muſicorum agonum judices videnda quæ e Sueton. cap. XXIII. *Nerone* de Fortunatiano aſperſi lib. III. *Semeſtr.* cap. XXXIII.

Col. 1804. lin. 5. poſt *tibiarum concentum*, adde, non minus quam vocis & citharæ in Panathenæa decreto Periclis athlothetæ creati invectum, quorum ante ipſum uſus, & in Odeo apud Athenas fuerat, ex Plutarcho ad extremum libri tertii capite XXIX. *Agoniſt.* demonſtrabitur: tum vero quod eundem.

—— lin. 9. poſt *ἀγώνων*, *&c.* adde, Præterea quod Pratinas Phliaſius apud Athenæum ſcribit ſub initium lib. XIV. *Deipſonoph.* fol. 263. Aldini exempl. cum tibicines & ſaltatores, ſive chororum adornatores mercenarii orcheſtras occupaſſent, ut in his ſoli ſpectarentur; ægre tuliſſe nonnullos, quod tibicines ex patrio more choris non accinerent, ſed auletis ac tibicinibus chori, velut præcipuas iis partes agentibus: *Πράτινας δὲ ὁ φλιάσιος* (inquit) *αὐλητῶν ϗ χορευτῶν μισθοφόρων κατεχόντων τὰς ὀρχήςρας ἀγανακτεῖν τινὰς ἐπὶ τῷ τοὺς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον, ἀλλὰ τοὺς χοροὺς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς.*

Col. 1805. lin. 1. poſt *poſſunt*, adde, Seneca etiam in choro adhibitas ad cantum tibias manifeſtum his verbis facit in *epiſtola* LXXXIV. cujus initium, *Itinera iſta*: *Non vides quam multorum vocibus chorus conſtet? Unus tamen ex omnibus ſonus redditur: aliqua illic acuta eſt, aliqua gravis, aliqua media. Accedunt viris fœminæ: interponuntur tibiæ: ſingulorum illic latent voces: omnium apparent. De choro dico, quem veteres philoſophi noverant: in comeſſationibus*: (fortaſſe *in comiſſionibus*, privatis ſcilicet, hoc eſt, intra domeſticos parietes habitis dramata nomoſque ad inſtrumenta quoque muſica recitantium agoniſtarum compoſitionibus, de quibus *cap.* XXVI. plenius diſceptabitur: niſi quod comeſſationum adminiſtram tibiam Pratinas Phliaſius in quodam apud Athenæum *Hyporchemate* vocavit l. XIV. *Deipnoſoph.* ſub initium in fol. 263. Aldini exempl. uti jam ſuperius allatis verſibus ipſis oſtendi, ſic fere: *οὐδ αὐλὸς ὕςερον χορευέτω. Καὶ γὰρ ἐσθ ὑπηρέτης κωμῶν μόνον*) *noſtris plus cantorum eſt, quam in theatris olim ſpectatorum fuit; cum omnes vias ordo canentium implevit, & cavea æneatoribus cincta eſt, & ex pulpito omne tibiarum genus organorumque conſonuit, fit concentus ex diſſonis.*

—— lin. 44. poſt *eliminarint*) adde, ipſorum immo Amphictyonum ſpectatiſſimi ac probatiſſimi tota Græcia judicii (quos tibicinium Pythiade ſecunda, ut minime ſuavis auribus ſoni, damnaſſe, Pauſanias *Phocicis* fol. 322. Wechel. Edition. in hæc verba memorat: Δευτέρᾳ δὲ Πυθιάδι, &c. *αὐλῳδίαν τε κατέλυσαν, καταγνόντες οὐκ εἶναι τὸ ἄκουσμα εὔφημον· ἡ γὰρ αὐλῳδία μελέτη τε ἦν αὐλῶν τὰ σκυθρωπότατα, ϗ ἐλεγεῖα, ϗ θρῆνοι προσᾳδόμενα τοῖς αὐλοῖς*, & quæ ſequuntur: & ſtatim, *μετὰ τοῦτο μὲν τῆς αὐλῳδίας ἐπαύσθη τὸ ἀδώνισμα*)

Col. 1806. lin. 3. poſt *ſequuntur* adde, modulari enim eſt carminis modos facere; moderari eſt modum imponere: ſicut Fronto Cornelius, qui habetur in *corpore auctorum linguæ Latinæ* excuſo ſub annum 1585. col. 1532. tradidit)

Col. 1811. in ſumm. cap. VI. lin. 7. poſt *emendatur*, adde, *Galeno*.

—— lin. 13. poſt *locus*, adde, *adhibito Arriano: qui, ubi harpaſti ludum egregie deſcribit, una inſuper aut altera vocula ſuppletur.*

—— lin. 23. poſt *Mileſiis*, adde, *emendatus Euſtathius circa proprium Sphæriſtæ nomen.*

—— lin. 53. poſt *fateor*, adde, qui ſcio ſic ſcriptum in *Gloſſario* vetuſto *Latino-Græco* edito a Steph. in col. 275. pugnatores *πυκτευταί*.

—— lin. 57. *ludorum Jureconſultus*, lege, ludorum enumeranda Jurec.

Col. 1813. lin. 7. poſt *impulſionem*, adde, luſorum.

—— lin. 18. poſt *inſuper*, adde, Galenus in *περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου*, *cap.* II. de parvæ pilæ agens exercitio; eo ſcilicet loco unde alia quoque undecimi *capitis* initio in *Notis* adferre ſtatui: nam τῶν *ἀπώσεων* inter cætera commeminit his admodum verbis: *Ὥςε κεφαλὴν μὲν ϗ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς. πλευρὰς δὲ ϗ θώρακα ϗ γαςέρα ταῖς τε τῶν ὀμμάτων μετάρσεσι, ϗ θέσεσι, ϗ ἀπώσεσι, ϗ ἀποςηρίξεσι, ϗ ταῖς ἄλλαις παλαιστικαῖς λαβαῖς.* Teſtis quinetiam.

—— lin. 29. poſt *fol.* 1601. adde, vide ſis & ipſum *ad Odyſſ. ζ.* fol. 1554. ubi *περὶ τοῦ φεννίδος τοῦ ϗ φαινίνδα ϗ ἐφενίνδα*: ubi & pilam a Græco *πάλλα*, quod idem cum ſphera eſt, *ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι* deducit, hoc addito: *Ῥωμαῖοι μέντοι πίλαν τὴν σφαῖραν φασὶν ὡς ἐν Λατινικῷ εὕρηται λεξικῷ κατά τινα συγγένειαν τοῦ ι πρὸς τὸ ἄλφα. ἐπεί τοι ϗ πίλας παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐκαλεῖτο.*

Col. 1814. lin. 27. poſt *diximus*, adde, Et vero ab iſto pilæ luſu ad pugnam veniri ſolitum; ubi modus in ipſo excederetur; ut puta ſi non ex arte, ſed perturbato animo, meticuloſe aut tumultuoſe quiſpiam e ſphæriſtis, hoc eſt, pilariis colluſoribus harpaſtum, ſive follem, ſive pilam ſphæramve aut in ſinum reciperent aut ita impellere conarentur, ne adverſarii poſſent recipere, Arrianus *Epicteto* lib. II. cap. V. *πῶς συνυπάρχει μεγαλοφροσύνη ϗ ἐπιμέλεια*, docet; quo loco totam pilarii luſus rationem non explicat modo, verum ipſis etiam oculis tantum non ſubjicit, his admodum verbis; quæ ideo, atque ut eadem opera caſtigentur, juvat hicce adſcribere: *Τοῦτο δ' ἔςι ποιοῦντας ϗ τοὺς σφαιρίζοντας ἐμπείρως οὐδεὶς αὐτῶν διαφέρεται περὶ τοῦ ἁρπαστοῦ ὡς περὶ ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ.*

περὶ δὲ τῦ βάλλειν ϗ δέχεσθαι λοιπὸν ἐν τύτῳ ἡ εὐρυθμία, ἐν τύτῳ ἡ τέχνη, τὸ τάχος ἡ εὐγνωμοσύνη. ἐὰν ἐγὼ μὴ δ' ἂν τ͂ κόλπον ἐκτείνω, δύνωμαι λαθεῖν αὐτό. ὁ δὲ ἂν βάλω, λαμβάνει. ἂν δὲ μετὰ ταραχῆς ϗ φόβυ δεχώμεθα ἢ βάλωμεν αὐτὸ, ποῖα ἔτι παιδιά. πῦ δέ τις εὐςαθήσει, πῦ δέ τις τὸ ἑξῆς ὄψεται, ἐν αὐτῇ. ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε μὴ βάλοις. ὁ δὲ μίαν ἔβαλες. τῦτο δὲ μάχη ἐςὶ ϗ ὐ παιδιά: ubi non est mihi dubium, quin penultimum colon ita injecto uno articulo suppleri debeat, ἀλλ' ὁ μὲν ἐρεῖ βάλε, ὁ δὲ μὴ βάλοις, ὁ δὲ μίαν ἔβαλες, &c

Col. 1815. lin. 6. *Apollionem*, lege Apolloniam.

—— lin. 41. post ἐκεῖναν, dele *At in Ligoriana tamen illa tabula vetusta, quam*, & adde, Ubi hoc quoque in transcursu adnotandum, quando sub manum venit, exhibeo, nondum animadversum, quod equidem sciam, ab aliis: non Alexandri nomen habuisse Carystium illum pilarium, sive sphæristam, sed Aristoxeni: fuisse autem Alexandri Magni, qui hoc ludi genere delectaretur, si non contubernalem atque collusorem, pilarium certe coram ipso saltatorem: id quod ex iis manifestissime apparebit, quæ tum hujus *lib.* I. *cap.* XII. ad extremum a Suida, & ipso Eustathio, tum *libri* proximi *cap.* XX. ab Athenæo in medium proferam. Itaque nisi depravatus hic locus a librariis imperitis omnia perturbantibus fuit, non potest non de memoriæ lapsu (quem circa nomina propria, hominibus præsertim plurimæ lectioni addictis, frequentem esse comperimus) argui atque incusari Eustathius; qui sic potius in animo videtur habuisse ut scriberet, quemadmodum apud Athenæum, unde identidem haurit plurima, scriptum legerat: Πολίτην ποιησάμενοι Αριςόνικον τ͂ Καρύςιον τ͂ Αλεξάνδρυ σφαιριςὴν, &c. vel ita, suppresso pilarii lusoris nomine: πολ. ποιησ. Καρύς. τινὰ τ͂ Αλεξάνδρυ σφαιρ. At in illis tamen, nummorum Marci Aurelii Antonini apud Byzantios excusorum, & item Gordiani tertii formis & characteribus, quos

—— lin. 51. post *Apolloniatum*, adde, atque Byzantinorum.

—— lin. 53. post *pilæ*, adde, ac simul saltatores.

—— lin. 54. post *arbitror*, adde, Vide quæ scribimus infra *cap.* XII. ad extremum, ubi de saltatione.

Col. 1816. lin. 2. post *quin*, adde, cum ludos quatuor sacros, aliosque Deorum honori & cultui dicatos quoslibet solerent sacrificia præcedere.

—— lin. 12. post ἐνταῦθα, adde, Verumtamen lusoribus pilæ Laconicis (de quibus illo Pausaniæ loco) saltandum potius, quam decurrendum profecto fuit: qua de re subtilius ad extremum *capitis* duodecimi disceptabitur.

—— in summ. cap. VII. lin. 25. post *periclitati*, adde, *Quamobrem pœnæ causa e Christianis nonnulli in agonem pugilatitium sub Roman. Imperatoribus illorum persecutoribus olim damnati. Monomachi.*

Col. 1817. lin. 19. post πύκται, adde, pugiles (qui & πυκτευταὶ, hoc est, *pugnatores* dicti in *Excerptis* ex vetere *Lexico Græco-Latino*, impressis a Stephano, col. 275. *Glossarii*, cap. περὶ θεωρειῶν, *de spectaculis*)

—— lin. 36. *concessione*, lege concussione.

—— lin. 61. post γίνεται, adde, Itemque alio loco in extremo libelli *de parvæ pilæ exercitio*: Τὺς δ' ἐκ τ͂ παλαίςρας τί δεῖ ἢ λέγειν ὡς ἅπαντα λελώβηνται τ͂ Ομηρικῶν ὐδὲν μεῖον. ὡς γὰρ ἐκεῖνός φησιν ὁ ποιητὴς χωλάς τε ῥυσάς τε παραβλῶπας τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὕτω τὺς ἐκ τ͂ παλαίςρας ἴδοις ἂν ἢ χωλὺς, ἢ διεςραμμένυς, ἢ τεθλασμένυς, ἢ πάντως γέ τι μέρος πεπηρωμένυς.

Col. 1818. in fin. Not. I. post ἀθισμῦ, adde, qua de re inf. *cap.* XXXI. hujusce *libri* commodius differetur.

Col. 1819. lin. 4. post παρέλυεν, adde, Itaque mirum videri nemini jam poterit, si persecutione Christianorum sub Imperio Valerii & Maximini, qui Diocletiano & Maximiano abdicatis successerant, tres Christi confessores ad pugilatus agonem apud Cæsaream judex tyrannus, Urbanus scilicet Palæstinæ præses, inusitatæ pœnæ causa subeundum adegerit; quemadmodum ab Eusebio Pamphilo mandatum literis in *Appendicib.* ad lib. VIII. *Hist. Ecclesiast.* fol. 95. vide & alterum ex eodem fol. pag. 2. locum, quem adfero *lib.* III. ad extremum *cap.* XI. quo loco: Μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς δικαςὴς δεινός ἐπινοητής τις ὢν κακίας ϗ τ͂ κατὰ τ͂ Χριςῦ διδασκαλίας ἐπιχειρημάτων καινυργὸς, τάς μηδ' ἀκυσθείσας πώποτε κτ. τῶν θεοσεβῶν ἐπενόει τιμωρίας. ϗ τρεῖς μὲν εἰς τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ καταδικάζει. Αὐξέντιον δὲ σεμνὸν ϗ ἱερὸν πρεσβύτην θηρίοις βορὰν παραδίδωσιν. Ac parum abest, quin quod Herodotus de insigni pentathlo Eurybata, qui singulari certamine ter vicerit, atque adversarium occiderit, a Sophane Decelensi postea sit peremptus, ad pugilatum referri debeat: quo loco *lib.* VI. fol. 230. Ηὖγε δὲ αὐτὺς (ait) ςρατηγὸς Εὐρυβάτης πεντάεθλον ἐπασκήσας, &c. αὐτὸς δὲ ὁ ςρατηγὸς Εὐρυβάτης μυνομαχίην ἐπασκέων τρεῖς μὲν ἄνδρας τρόπῳ τοιύτῳ ἀποκτείνει, ὑπὸ δὲ τ͂ τετάρτυ Σωφάνεος τ͂ Δεκελέως ἀποθνήσκει. Nam præter quam quod τῦ μονομάχυ ἐπὶ πυγμῇ nomen, ut in eo quem jam indicavi Eusebii loco & simpliciter etiam prolatum sine adjectione τ͂ πυγμῆς, ad pugilatum referri apud auctores veteres didici, quod ipsum *lib.* 3. ad extremum *capitis* primi ostendere in animo habeo: vehementer hic quidem ad ita sentiendum impellit τὸ μυνομαχίην ἀσκέων illi alteri subditum πεντάεθλον ἐπασκήσας: quando gymnicos artifices proprie athletas & ascetas & agonistas appellari Pollux docuit, eo loco quem superius ad secundi *capitis* finem indicavi; & τ͂ ἄσκησιν ad athleticam proprie pertinere, neutiquam negari potest: de quo vocabulo commodius & plenius *libri* sequentis octavo & vicesimo *capite* differetur. Veruntamen haudquaquam in stadio sive gymnasio, sed Æginetis suppetias ferentem Eurybatam Argivum de quinque in Nemea certaminibus victorem in bello ab uno e ducibus Decelensi Sophane occisum fuisse Pausanias manifeste his verbis declaravit *Atticis* fol. 28. Edition. Wechel. anni 83. quo loco: Στρατηγοὶ δὲ ἄλλοι τε ἦσαν (inquit) &c. ϗ Δεκελεὺς Σωφάνης, ὃς τ͂ Αργεῖον ποτὲ πένταθλον Νεμείων ἀνῃρημένον νίκην, ἀπέκτεινεν Εὐρυβάτην βοηθῦντα Αἰγινήταις, Quamvis autem istis oculorum sugillationis, aurium obtusionis, excussionis dentium, cædisque nonnunquam ipsius periculis sese pugiles, (pammachi certe, quemadmodum Arrichionis explicantes historiam sequenti *capite* comprobavimus) luctatores immo, & vero pugiles non ad sanguinem modo, (qua de re ibidem explicandis D. Pauli verbis disquiretur subtilius) sed usque ad internecionem ipsam objicerent; quemadmodum Plutarchi atque Ulpiani testimoniis invicem comparatis atque illustratis *Agonistici* tertii capite septimo perspicuum fiet.

Col. 1820. in summ. cap. VIII. lin. 4. post *Plutarchum*, adde, *Arrianum & Marcum Imper.*

—— lin. 10. post ψυχαῖς, adde, *Ecquid* τὸ κοπιᾶν *&* τὸ κάμνειν *inter se distent: illustrato quodam* Apocalypseos *loco, de cujus lectione possit ambigi, tametsi certa sententia.*

—— lin. 18. post *Nazianzenum*, adde, *Arrianum.*

—— lin. 21. post *ostenditur*, adde, *cedere apud Senecam & Ulpianum.*

Col. 1821. lin. 31. *descendat*, lege, *discedat*.

—— lin. 39. post παρακαλέσαντο, adde, ac referendum nihilominus hoc quidem juxta ipsam verborum proprietatem ad rem athleticam, quatenus ad corpus ea pertinent, (quemadmodum ante dixi) metaphorice autem ad animam variis tentationibus divexatam; quorum utrumque ipse D. Joan. Chrysostomus clarissime docuit in *Orat.* περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ τῶν μυστηρίων: qua in cæteris jubet nos, ubi ad divinorum mysteriorum liturgicam celebrationem accessimus, animo attento esse; & quod dicitur, hoc agere: Διὰ γὰρ τοῦτο (inquit) ἑστάναι καλῶς κατὰ [illegible] μυστα[illegible] καιρὸν [illegible] χαριστηρίους λογισμοὺς [illegible] [illegible] πράγματος [illegible] τῷ Θεῷ [illegible] ψυχὴ [illegible] περὶ [illegible] γὰρ [illegible] λέγεται. [illegible] παρακαλεῖται, &c.

Col. 1822. lin. 4. post *sensu* sequentia dele usque ad *intelligitur*, & adde, Quo loco sic scriptum habent Complutensis, Parisina nupera Edit. Joan. Benenati anno 1584. & Antuerpiana omnia exemplaria: Καὶ ἐβάστασας, [illegible] καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου, [illegible] ἐκοπίασας: *& patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti*, ut est in Vulgata Versione, Parisiis sic excusa per ipsum Rob. Steph. ann. 1541. quam Tridentini etiam Patres decreto suo ante aliquot annos approbarunt, ut authentica esse perceperint: qua significetur, *nec tamen ita lassatus, vel fatigatus es, ut deficeres*. Sicut in B. Joannis *Evangelio* cap. IV. vers. 6. ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. & apud Aristophanem *Avibus*: [illegible] κοπιᾷ [illegible]: ubi Scoliastes rectissime atque ad id quod agimus commodissime, [illegible]. Ipseque adeo Aretas *ad eum Apocalypseos locum*: ἐβάστασας (ait) [illegible] ἀπεκαρτέρησας [illegible] μου, sane τὸ κάμνειν commode victis qui deficiunt aptatum: quando [illegible] εἶναι τὸ κάμνειν e Plutarcho satis intelligitur: & ideo magis esse puto, ut (quemadmodum apud Galenum quoque ibi, unde verba statim proferam) plus quidpiam significet, quam τὸ κοπιᾶν, propiusque ad [illegible]θαι καὶ ἀπαγορεύειν accedat: id quod ex istis B. Joannis manifestum est: Καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας καὶ οὐ κέκμηκας: sicut in exemplari Aldino, Venetiis edito anno 1518. Stephanico, (Parisiis impresso a Rob. Steph. sub annum 1546. quod tametsi non est secutus hac in re Joan. Gagneus Paris. Theolog. in suis *ad Apocalipsim Commentariis* Lutetiæ sub ann. 1547. editis a Foquerio: hanc tamen lectionis varietatem ipsum non ignorasse constat) Basiliensi anni 1565. atque Lugdunensi anni 1571. in bibliopolio Salamandræ, (ut de aliis taceam non ita probatæ apud nostros Catholicos fidei Vignoniano ann. 1587. sequutus hanc lectionem fuerat Theodor. Beza in suis *Comm. in Nov. Test.* in ipsa versione sua) scriptum est: cui posteriori lectioni ad verborum propriam & genuinam vim quod attinet (nam de sententia profecto neutiquam ambigitur) magis convenire, quam pervulgatæ illi alteri arbitror, cum eo, quod ante dixerat Apostolus num. 2. ejusdem. *cap.* οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, &c. Nam argumento a conjugatis deducto, necesse est eum κοπιᾶσαι, falsum autem, οὐ κοπιᾶσαι, cujus sit κόπος cognitus; nec verisimile, imo absurdissimum, ut in tam modico interstitio κόπος quidem *laborem*: κοπιᾶσαι vero statim in sequenti versu positum, non *laborare*, sed *in ipso labore defetisci ac deficere, laborique cedere* significet; atque hoc verbi de illo negetur, cui nomen ejusdem notationis ac etymi attributum (ut modo dixi) fuerit. Qua de re tamen ab Interpretibus *Apocalypseos* & Scoliastis Græcis Latinisque, quos quidem viderim, non priscis modo, sed etiam neotericis Ariæ Montano, & Franc. a Ribeyra, nequaquam observata; eximiis hujus ævi sive Philologis, sive Theologosophis potius, ut censendi jus est, ita omne arbitrium esse permissum volumus.

—— lin. 13. *detractionis*, lege, detrectationis.

—— lin. 21. post *sensu*, adde, absolute autem, ut apud Plutarchum legitur, Imperator atque Philosophus Marcus Antoninus libro *de vita sua* sexto ad finem in pag. 243. usurparat, sic scribens: Σὺ δὲ ὅπου οὐδέπω λήγειν μέλλων ἀπαυδᾷς καὶ ταῦτα εἰς ὠφ[illegible] φυλῶν. Et ante ipsum Epictetus apud Arrianum *cap.* XXIV. *lib.* III. πρὸς τοὺς ἀποπίπτοντας ὧν προέθεντο: Οὐδ᾽ ἂν [illegible] ἐνταῦθα, κωλύει τις πάλιν ἀγωνίζεσθαι οὐδεὶ περιμεῖναι τετραετίαν ἄλλην ἵν᾽ ἔλθῃ ἀλλὰ Ὀλύμπια. Qua itidem significatione.

—— Not. 2. in fine post *loco*, adde, si & illum Galeni adjunxeris ex libello *de parvæ pilæ exercitio*, unde verba superius *cap.* II. protuli, quibus & alios addimus *Juris Lexico* in *Fugæ argumenta*.

—— Not. 3. in fine post ἀπαγορεύσαντος, adde, Sic & Lucianus *Anacharsi* ἀπαγόρευσιν dixit eo loco, quem ante protulimus in *Notis*. Et Eusebius Pamphilus *Eccles. Hist.* lib. VIII. vel in ejus *Appendice*, quæ est in fol. 93. pag. 2. de Appiani martyrio gravia tormenta corpore fortiter perpessi: Ἀλλὰ γὰρ [illegible] πρὸς [illegible] ἀπαγορεύσας πρὸς τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον [illegible].

Col. 1823. lin. 34. post *observavimus*, adde, Apud Arrianum vero nuper, cum in ipsius tertium, quem ante citavimus, de dissertationibus Epicteti librum forte incidissemus; quo loco *d. cap.* XXIV. *lib.* III. sic scriptum: Ἀλλ᾽ εὐθὺς ἀναμαβόντι καὶ ἀνακτησαμένῳ ἑαυτὸν [illegible] εἰσφέροντι προθυμίαν ἔξεστιν ἀγωνίζεσθαι. [illegible] πάλιν ἀπεῖπης, πάλιν ἔξεστι, κἂν ἅπαξ νικήσῃς, ὅμοιος εἶ (sic scribendum pro ὅμοιοι. εἰ.) [illegible] ἀπειπόντι, μόνον μὴ ὑπὸ ἔθους τοῦ αὐτοῦ, [illegible] ποιεῖν. καὶ λοιπὸν ὡς κακοὺς ἀθλητὰς περιέρχῃ νικώμενος (sic scribe pro νικώμενοι) [illegible]. Id autem est ἀπειπεῖν, ἀπαυδᾶν, ἀπαγορεύειν Græcis, quod Latinis *cedere*. Qua significatione apud Senecam positum reperias eo libri v. *de Beneficiis* loco, unde verba sequenti *capite* depromam atque interpretabor; cum Lacedæmonios ab iis certaminibus remotos memorat, in quibus victorem facit vox cedentis & tradere jubentis: sed & apud Ulpianum nostrum *l. qua ratione* 7. §. *si in colluctatione*. *D. ad l. Aq.* ubi de filiofam. qui in colluctatione, pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur, alium occiderit in publico certamine, cessare adversus eum legem Aquiliam; quia gloriæ causa & virtutis, non injuriæ gratia damnum datum videatur: sed hoc ita scribit verum esse, ut cesset Aquilia; nisi cedentem antagonistam, hoc est, victum se fatentem, manus dantem, atque a certamine absistentem ceciderit. *Plane si cedentem* (inquit) *vulneraverit, erit Aquiliæ locus*. De cujus sententia vide si vacat quæ scribo lib. III. *Agonist.* capp. VII. & XVII.

Col. 1828. lin. 6. post τέχνα, adde; In eaque opinione majorem in modum confirmor, cum de pancratiastis ita loqui Suidam video, ut dicat; ὅτι τῇ χειρὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι (hæc autem verba suo exor.

exornata ſunt oxymoro: alia oxymorum exempla jam dudum protulimus in *Commentario Regularum Juris ad legem* 121. *qui non facit*, *in fine*: & *ad legem* 207. *res judicata*. *Digeſt. de diverſ. Reg juris antiqui*: ſicut apud Herodotum *Erato*, ubi de Hippoclide illa, quæ de ſaltatione agens extremo *cap.* XII. *libri* proxime ſequentis proferam, *τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε*.)

Col. 1832. in ſumm. cap. XI. lin. 5. poſt *ſit*, adde, Ἐκτραχήλισις *in pilæ ludo*.

—— in. 8. pro *ad ſe induſtria*, lege, ad ſe de induſtria.

—— lin. 14. poſt *expoſitus*, adde, Πεπτωκέναι *cadere apud Plutarchum & Apulejum*.

—— lin. 16. poſt *Etymologico*, adde, & *alia hujuſmodi apud alios improprie poſita*: *ut τὸ πάλη, παλαίειν, παγκρατιαστὴς pugil, πυκτεύειν*.

—— lin. 21. poſt *potius*, adde, aut pammachis aliiſve athletis, (ut in Philonis *loco*, quem extremo præced. *capite* attuli, & apud Themiſtium *orat*. IV. eo loco quem notavi *cap*. V. in *Notis*, ubi de halteribus) immo etiam a pilicrepis ſive pilæ luſoribus, ad quos hoc verbi retulit Galenus in libello, *περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου*, *cap*. II. quo loco: Ὅταν γὰρ συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποκωλύοντες ὑφαρπάσαι τὸν μεταξὺ διαπονῶσι, μέγιστον αὐτὸ καὶ σφοδρότατον καθίσταται πολλοῖς μὲν τραχηλισμοῖς, πολλαῖς δ' ἀντιλήψεσι παλαιστικαῖς ἀναμεμιγμένων, ὥστε κεφαλὴν μὲν καὶ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς, &c. quæ ſuperius a me *cap*. VI. prolata ſunt.

Col. 1833. lin. 24. poſt *pertinere*, adde, Adeo autem id quod initio hujus *ſermonis* admonui de verbi *τραχηλίζεσθαι* ſignificatione, ab agonibus gymnicis a D. Paulo (ut alia pleraque lubenter facit) deducta, verum eſt, ut non tantum in lucta & pancratio, ſed & in pilæ ludo (quem & impulſionem agoniſtarum & ſimul *τραχηλισμοὺς* ab Athenæo & Galeno nuncupatos, atque alia non pauca cum pancratio communia olim habuiſſe, ſexto *capite* oſtendimus) id operam dederint antagoniſtæ, ut adverſarium inflectenda etiam ipſius cervice ſuperare poſſent. Hoc equidem ſuper illos, quos in eam rem laudaveram *cap*. VI. auctores claſſicos, e Zonaræ *Annalibus* lib. III. fol. 147. deprehendi; quo loco de Alexandro Leonis fratre ſic fere ſcriptum: *Συμποσίοις δὲ καὶ μέθαις διόλου προσεσχηκὼς ὁ Ἀλέξανδρος ἅπαξ ἀριστήσας μετὰ λουτρὸν καὶ κοίλῃ χρησάμενος τῇ γαστρὶ, καὶ ἀπλήστως ἀκρατισάμενος σφαιρίσαι προέθετο, καὶ κατατείνας τὸ σῶμα τῇ ἱππασίᾳ, καὶ ταῖς τῆς σφαίρας ἐκτραχηλίσεσι ῥῆξιν ὑπέστη, καὶ αἷμα διά τε τῆς ῥινὸς κενώσας, καὶ τοῦ αἰδοῦς, μετὰ μίαν ἡμέραν ἐξέλιπεν*, &c.

—— lin. 46. poſt *ſcilicet*, adde, cum ex eo ſatis intelligitur, quod Soſicles apud Plutarchum *Sympoſ. Problem*. lib. II. quæſt. IV. palen, hoc eſt, luctam, ſibi videri ait a dejiciendo dictam eſſe, his admodum verbis id exprimens: *ἡ γὰρ πάλη μοὶ δοκεῖ τοῦ παλαίειν, ὅπερ ἐστὶ δι' ἀπάτης καὶ δόλου καταβάλλειν, κεκλῆσθαι*: tum vero.

Col. 1834. lin. 27. poſt *fol*. 220. adde, dicuntur etiam Medici *κατάγειν*, & *εἰς ἀΐδην κατάγειν*, quos periment, ut *Antholog*. lib. II. cap. XXII. fol. 149. epigr. cujus initium Ἰητρὸς, & altero quod incipit a Βέλτερον.

—— lin. 48. poſt *profitentur*, adde, Ideo vivendi artem non orchiſticæ, hoc eſt, ſaltatoriæ, ſed palæſtricæ, ſive luctatoriæ comparabat Marcus Antoninus Imperator idem ac Philoſophus lib. *de Vita ſua* VII. ſub finem in fol. 241. in qua nimirum id perpetuo videndum ſit ut ſtemus neque decidamus: Ἡ *βιωτικὴ* (ait) *τῇ παλαιστικῇ ὁμοιοτέρα ἤπερ τῇ ὀρχηστικῇ· κατὰ τὸ πρὸς τὰ ἐμπίπτοντα, καὶ οὐ προεγνωσμένα ἕτοιμος καὶ ἀπτὼς ἑστάναι συνεχῶς ἐφιστάναι*.

Ideo denique Archidamo Lacedæmoniorum regi feſtive Thucydidem Mileſium Periclis in repub. æmulum atque adverſarium, reſpondiſſe ferunt interroganti, uter ex duobus lucta melior foret; ſe quidem lucta ſuperiorem eſſe, quippe qui Periclem dejiceret atque proſtraret: ipſum tamen adeo eloquentia pollere, ut ſpectatoribus ſe nequaquam cecidiſſe perſuadeat, & idcirco vincere. Quod enarrantem Plutarchum in *Pericle* fol. 284. Editionis Steph. iſtud *καταβάλλειν*, de quo verba facimus, etiam ipſum uſurpaſſe memoria repeto: ubi ſic ſcriptum; *Ἀρχιδάμου δὲ τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέως πυνθανομένου, πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον*; Ὅταν (εἶπεν, ſcilicet Thucydides) *ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων ὡς οὐ πέπτωκε νικᾷ, καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας*. Huc autem pertinet exque ſuperioribus aptum eſt, quod luctatorum, ſive palæſtritarum (imperitorum ſcilicet minuſque robuſtorum, eorum denique qui vincerentur) fuiſſe *τὸ* cadere; ſicuti optimorum & præſtantiſſimorum in hoc genere artificum dejicere, evertere, deturbare, ſoloque affligere; vel ipſe Madaurenſis Apulejus *Apologia* pro ſe prima paulo poſt medium fol. 238. Aldini libri an. 21. impreſſi, in hæc verba ſcribens, manifeſtum facit: *Quam ego pollicitus ſim curaturum, eam quoque incantatam a me corru ſſe: ut video, vos palæſtritam, non magum accuſatum veniſtis; ita omnes qui me acceſſe int dicitis cecidiſſe*: cujus loci me commodum lectiſſimus Jureconſ. Joan. Coſtanus Cadurcenſis admonuit.

Col. 1835. in fine cap. poſt *ſumus*, adde, & *παλαιόντων* vocabulum ad pancratiaſtas referendum apud B. Chryſoſtomum ſuperiore proximo *cap*. oſtendimus: eademque aut ſimili catachreſi, & *παγκρατιαστὴς* pro pugile ſive pugilatore ponitur, & ita redditum in vetere *Lexico Græco-Latino* apud Henricum Stephanum in *Gloſſario* col. 563. reperias, e contrario ſub pugilum nomine pammachos ſive pancratiaſtas, aut etiam luctatores, apud Madaurenſem Apulejum eo *Mileſiarum* loco lib. IX *de Aſino Aureo*, intelligendos: quem ſequentis *libri capite* quinto exhibebimus: ſicuti *τὸ πυκτεύειν* ad pammachos apud Chryſoſtomum Dionem ante retulimus: adeo ut abſurda videri non debeat iſta *Gloſſarii Latino-Græci* (col. 176. Editio Steph. ubi *pugilis παγκρατιαστὴς, πύκτης*) circa pugilis nomen interpretatio non ad pyctam modo, ſed ad pancratiaſtem etiam relata.

—— in ſumm. cap. XII. lin. 15. poſt *quibus*, adde, *in pædonomi conſpectu, mothacumque interdum ac Hippagr tarum decertantium interventu corpus exercentibus*,

—— in fine poſt *ſaltatio*, adde, *cujus e genere ſphæriſtica ſive pilaria*: *cui principi, poetæ, nationi plurimum placuerit, quiſve ipſam invenerit atque do ue it primus*. *Rurſum ſaltationis tres ſpecies ad Lyricam poeſim pertinentes, Socrati placuiſſe Memphiticam*; *ex Athenæo, qui aliter atque ab aliis explicatur*. *Ital ca ſive Pantomimica ſaltatio*. *Quis ejus auctor*: *illuſtrato interim Plutarcho*.

Col. 1838. lin. 35. poſt *ἀλλήλους*, adde, Quibus iſta Luciani, *Anacharſi ἢ περὶ Γυμνασίων*, congruunt ſub Solonis perſona de Lacedæmoniorum exercitationibus loquentis cum Anacharſi: nempe quod in theatro quidem pila ludentes mutuo ſeſe propellerent, ſed & in campum quendam euripo ſive aqua circunclúſum per phalanges diviſi hoſtilem in modum omnia invicem molirentur ac patrarent, nudi & ipſi; uſque dum illos iſti e loco circunſcripto in aquam Herculei puta Lycurgicos aut hos illi truderent. Hoc nimirum illa Græca Luciani ſignificant, quæ ubi de pilæ luſu agerem ſexto *libri* hujus *capite* protuli; quapropter hic

denuo non apponam; sed ea tantum quæ illis extremis, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται, adjicienda sunt: Γυναῖκες καὶ αὐταὶ [ait] ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τὰ τετραγράμματα τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι τὰς ... οἱ καθ' Ἡρακλέα ἔμπαλιν συνωθοῦντες ... τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου εἰρήνη λοιπὸν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε.

Col. 1839. lin. 4. post *Hippagretæ*, adde, sive Mothaces (quos ab Æliano ita nuncupatos, cum illis eosdem fuisse conjicio atque autumo)

—— lin. 27. post ἐφόρους, *&c.* adde, De Mothacibus vero, qui e potentioribus inter juvenes depugnaturi tres admodum a parentibus istorum ad palæstras & gymnasia mittebantur, hæc omnino verba Æliani Meliglossi lib. XII. *Var. Histor.* c. XLIII. memoria repeto: Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος &c. αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. Motachas tamen Athenæus *lib.* VI. fuisse ait Spartæ, non Lacedæmonios quidem ipsos, sed liberos tamen eorum συντρόφους, quique cum ipsis μετεῖχον τῆς παιδείας πάσης. Hesychius τοὺς ἀνατρεφομένους τοῖς υἱοῖς δούλους παῖδας, quemadmodum a Stephano reperias notatum in *Thesauro*: ubi Ælianum tamen haudquaquam citat *in* Μόθαξ & Μόθων, sed Scholiastem Aristophanis & Suidam.

Col. 1840. lin. 4. post *accepimus*, adde, De saltatione (non jam de saltu loquor) non erit inutile, nec vero a proposito de gymnicis ludicris sermone alienum, verba facere: quando ea quoque ad palæstram pertinet, vel ipso Suida teste, qui ὀρχήστρα δὲ (inquit) ἡ παλαίστρα καὶ ὀρχηστήριον καὶ ὀρχηστρίς. Nec tamen suis saltibus, & quidem prægaltis ac levibus in saltatione locum non fuisse propterea duxeris. Nam etsi ὄρχησις μέρος μουσικῆς ἐστιν, [ut Pollux lib. IV. *Onomast.* cap. XIII. col. 219. ait] ideoque ad musicos potius scenicosque, quam gymnicos agones pertineat: nihilominus tamen, id quod modo dixi, verum esse, propter eam exercitationis utriusque inter se similitudinem, ex iis apparebit perspicue, in quibus tradendis *cap.* IV. *libri* proximi operam ponemus; & ipsos ὀρχηστὰς πηδητικοὺς καὶ ἁλτικοὺς nominari tradit; & inter saltationis genera ἔντονα, τὰς ἑκατερίδας καὶ δερματρίδας paulo post *cap.* XIV. col. 221 commemorat: τὸ μὲν χειρῶν κίνησιν ἀσκοῦν, τὸ δὲ πηδητικόν. Et vero saltatores in choris quospiam nudos non sine prætextatis verbis exiliisse, ita ut crura quaterent ac permutarent, idem auctor *cap.* XIV. colum. 222. retulit, in hæc fere verba: Λαμπροτέραν δὲ ἦν ὠρχοῦντο σὺν αἰσχρολογίᾳ· ἦν δὲ καὶ τὸ κίσας ἕλκειν σχῆμα ὀρχήσεως χορικῆς· ἔδει δὲ πηδῶντα ἐπαλλάττειν τὰ σκέλη. Ac insuper pilarios, quos certis rhythmis adhibitis inter saltandum, prehensa manibus pila, & jacta in cœlum atque invicem transmissa, decertasse nudos & campestri duntaxat amictos, e figuris ipsorum a Mercuriali exhibitis, quarum *cap.* VI. mentionem injecimus, manifestum est. Pilicrepos, inquam, illos ἀναπηδῆσαι, vel [ut cum Epigrammatario lib. II. *Antholog.* cap. εἰς ἀγωνιστὰς, de iis qui saltu contenderent agente, loquar] πηδῶντας ἐξᾶραι τοὺς πόδας, subsultim pedes in altum extulisse docet Eustathius ad Homeri Phæacas *Odyss.* Θ. fol. 1601. ad istos versus, οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν: itemque ὀρχείσθην δ' ἤπειτα: ut & in usu fuisse apud Lacedæmonas ejusmodi sphæromachiæ ludum ostenderet, in quo saltaretur; ubi & de thermaystride, suppresso Pollucis, quem ante in hanc rem laudavi, nomine, sed allata Critiæ auctoritate; Ἤγουν ἀναπηδήσας, [ait] καὶ ἔτι μετέωρος ὢν μετελάμβανε. καὶ ἦν ἔθος παλαιὸν οὕτω παίζειν, καὶ ἐπεχωρίαζέ φασι Λακεδαιμονίοις ἀγὼν τὰ σφαιρομάχια· εἰκὸς δὲ καὶ τὴν διὰ σφαίρας παιδιὰν τὴν καλουμένην οὐρανίαν, τοιαύτην εἶναι, &c. σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι ... εἶδος ἦν καὶ ἡ τοιαύτη διὰ σφαίρας παιδιά. ... δηλοῖ καὶ ὁ οὕτω γράψας (Pollucem intelligit) θερμαυστρίς, ὄρχησις διὰ ποδῶν σύντονος· φησὶ γοῦν Κριτίας, οὕτω ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν περιαλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν. ὃ δὴ θερμαυστρίζειν ἔλεγον. Et valde ad rem pertinet de saltatione sphæristarum, de qua cœperamus verba facere, quod aliquanto post *num.* LX. fol. 1601. subjicit: Ὅτι δὲ καὶ ἡ ῥηθεῖσα παιδιὰ οὐ σφαίρισμα ἦν ἁπλῶς, ἀλλ' ὁ ταύτην παίζων σφαιριστὴς, ἦν ὀρχηστὴς δηλοῖ Ὅμηρος ἐπαγαγών. Αὐτὰρ ἐπειδὴ σφαίρῃ, &c. Ὀρχείσθην δ' ἤπειτα, &c. Præterea de hyporchemate sive pantomimica saltatione, quæ Xenodemi & Pindari ætate floruit, agens Eustathius apud Homerum Phæacibus *ad Odyss.* Θ. fol. 1596. istud explicans, πρωθῆβαι ἵσταντο δαήμονες ὀρχηθμοῖο, & a Xenophonte in *Cyri Expeditione* saltationis armatæ mentionem fieri scribit, quæ saltibus ejusmodi constet: Ὑποσημαίνεταί φασι τὸ ὑπορχηματικὸν εἶδος ἀνθῆσαν ἐπὶ Ξενοδήμου καὶ Πινδάρου· ἔστι δέ φασιν ἡ τοιαύτη ὄρχησις, μίμησις τῶν ὑπὸ τῆς λέξεως ἑρμηνευομένων πραγμάτων, ἣν παρίστησι Ξενοφῶν ἐν τῇ ἀναβάσει ὀρχήσεις ἱστορῶν σὺν ὅπλοις καὶ ἅλματα ὑψηλά, καὶ κοῦφα, καὶ μετὰ μαχαιρῶν. ἐναρμόνια δηλαδὴ καὶ αὐτὰ, ὁποῖα καὶ τὰ τῶν ἐνταῦθα βητάρμόνων. ὧν τῆς ἀρετῆς παράδειγμα καὶ Τελέστης ὀρχηστής φασιν Αἰσχύλου οὕτω τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Ubi quod ait de Telesta, pantomimices primo tanquam instauratore, quamvis eorum qui Æschyli choros in tragœdiis saltarent [quos & ipse instituere solitus] sub doctore quopiam & velut ipsius Æschyli discipulo, totum istud, sicut ea itidem quæ de Sophoclis & Socratis saltatione subjicit, mutuatus more suo videtur ab Athenæo, vel apud ipsum Aristoclem, tametsi dissimulet. Nam hic quidem lib. I. *Deipnosof.* Aldin. exempl. fol. α. 13. ubi de Æschylo ea quæ dixi, & quod in scena quasvis personas ageret protulit, de Teleside sive Telesta orchestodidascalo, id est, *saltatorum doctore*, ista illico subdit: Καὶ Τέλεσις δὲ, ἢ Τελέστης ὁ ὀρχηστοδιδάσκαλος, πολλὰ ἐξεύρηκε σχήματα χειρονομῶν ταῖς χερσὶ τὰ λεγόμενα δεικνυούσαις. Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν, ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς, οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως. Porro saltationem variæ gentes peculiarem sibi quæque habuerunt, ne quis Laconicam fuisse dumtaxat apud Græcos arbitretur. Nam & Trœzenicæ, Epizephyriæ, Cretensis, Ionicæ, Mantiniacæ Athenæus meminit lib. I. *Deipnosof.* fol. α. 13. & ab ipso utique, tametsi hoc dissimulat, Eustathius *ad Hom. Odyss.* Θ. fol. 1602. num. XXVII. quam ille ob manuum gestus ab Aristoxeno præferri cæteris omnibus memorat: quo loco: Ὀρχήσεις δὲ ἐθνικαί, αἱ δὲ Λακωνικαὶ, Τροιζηνικαὶ, Ἐπιζεφύριοι, Κρητικαὶ, Ἰωνικαὶ, Μαντινικαὶ, ἃς προκρίνει Ἀριστόξενος, διὰ τὴν τῶν χειρῶν κίνησιν. Hoc interea mihi mirum, quod neque Athenæus, nec ab ipso Eustathius Atticæ saltationis mentionem, cæteras percensens, injecerit: de qua similiter atque de Laconica, deque illa, per quam in caput se provolvebant ii, qui κυβηστητῆρες vel κυβιστητῆρες nominabantur, Herodotus *Erato* sive ad finem *lib.* VI. fol. 238. ubi Cleisthenis & unius e filiabus ipsis Agaristæ procis, Atheniensis nimirum Hippoclidis enarrat historiam: Μετὰ δὲ ἐπισχὼν ὁ Ἱπποκλείδης χρόνον [ait] ἐκέλευσέ τινα τράπεζαν ἐσενεῖκαι. ἐσελθούσης δὲ τῆς τραπέζης, πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια, μετὰ δὲ, ἄλλα Αττικά. τὸ τρίτον δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε. Κλεισθένης δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ

δεύτερα ὀρχεομένη ἀποσυγέων γαμβρὸν αὐ οἱ ἔτι γενέσθαι Ἱπποκλείδεα διὰ τήν τε ὄρχησιν καὶ τὴν ἀναιδείην κατεῖχε ἑωυτὸν, οὐ βουλόμενος ἐκραγῆναι ἐς αὐτόν. ὡς δὲ εἶδε τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος εἶπε· ὦ παῖ Τισάνδρου ἀπορχήσαό γε μὴν τὸν γάμον. ὁ δὲ Ἱπποκλείδης ὑπολαβὼν εἶπε, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. ἀπὸ τούτου μὲν τοῦτο ὀνομάζεται. Ubi placet admodum illud περὶ τῆς κυβιστήσεως oxymorum (de oxymoris res plurima in *Commentariis Regularum Juris ad l. qui non facit*. 121. *in extremo & ad l. res judic*. 207.) τοῖς σκέλεσι χειρονομεῖν: tanquam eo saltationis genere, manuum vice tibiis pedibusque in gesticulatione uterentur. Ad saltationis commendationem, quæ ipse undiquaque Veterum testimonia colligit, exscribere, non est hujus aut animi, aut etiam temporis, ac loci. Duplicem apud Homerum reperias, quod & a Suida *in* ὄρχησις 1. notatum: Τὴν τῶν κυβιστητήρων, καὶ τὴν διὰ σφαίρας. τὴν δὲ σφαιριστικὴν ἔπαιξεν Ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως σφαιριστής. Tametsi tres Homero saltationis species fuisse cognitas Mercurialis eruditissimus, simplicem superioribus adjungens, asserat lib. II. *Rei Gymnast*. cap. III. Priorem illam a Polluce ad fin *cap* XIV. *lib*. IV. col. 222. nominatam κυβίστησιν (de cybisteteribus, hoc est, in caput sese provolventibus saltatoribus, *ad Homerum* Eustath. *Iliad*. π. fol. 1083. & 1084. igitur ὀρχηστρὶς κυβιστᾶν dicitur a Xenophonte in *Sympos*. fol. 511. Edit. Stephan. & Suidas, κυβιστητὴρ, ὀρχηστής, καὶ κυβιστητεία ἡ ὄρχησις, ubi pro ὀρχηστής legendum ὀρχηστής.) & inter schemata saltationis tragicæ cum thermaystride (quam ὄρχησιν διὰ ποδῶν συντονον esse ait ad Homerum *Odyss*. θ. fol. 1601. Eustathius, ubi Critiam citat) atque aliis aliquot relatam invenio. Posterioris vero, quam adhibita pila peritissime sphærista sive pilarius Alexandri Regis Aristonicus Carystius luserit, a Suida mentio fit; quem propterea & civitate donatum & statua fuisse ab Atheniensibus, Athenæus ipse retulit eo loco, qui *Agonistici* proximi cap. XX. a nobis indicabitur: & vero Eustathius idem *ad Homerum*, illo qui *cap*. VI. a nobis castigatus atque illustratus fuit. Hanc prehensa manibus pila exhibitam saltationem, sive ipsi nomen Phenindæ, sive Harpasti foret: in qua res tota sine rhythmorum observatione ad missionem fugamve fieret: adeo non minima, ex parte spectasse gymnasticam Eustathius *ad* θ. *Odyss*. fol. 1601. tradit; ut Herophili Medici statuæ in cæteris gymnasticis instrumentis, ipsa quoque pila fuerit adjuncta: sic etenim scribit: Ἔτι δὲ τὸ σφαιρίζειν οὐκ ὀλίγην μοῖραν ἐνομίζετό φασι γυμναστικῆς εἶναι, συμβάλλειν, καὶ ἐκ τῆς Ἡροφίλου τοῦ ἰατροῦ εἰκόνος. παράκειται γάρ φασι αὐτῇ σὺν ἑτέροις τισὶ γυμναστικοῖς ὀργάνοις καὶ σφαῖρα. Et postea: Ὅτι δὲ παιδιὰ ὀρχηστική, καὶ τὸ καλούμενον διὰ τῆς σφαίρας ἁρπαστὸν, καὶ ὡς ἡ εἰρημένη φαινίνδα ἄφεσιν εἶχε καὶ φυγὴν, ἐν ᾗ ὡς ἔμελεν εὐρυθμίας τοῖς σφαιρίζουσι. Saltationis pilariæ sive sphæristicæ, qua de agimus, inventionem ab Homero Nausicaæ Alcinoi Phæacum Regis filiæ tribui; quod & Anagallis Corcyræa grammatica docuerit, sciendum est, sic enim aliquanto post Suidas *in* ὄρχησις 2. & *in* σφαῖρα: Καὶ Ἀναγαλλὶς ἡ Κερκυραία γραμματικὴ, τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν. Ipse adeo Sophocles [qui etiamnum puer & saltatoriam & musicam de Lampro, formosus cum esset, addidicerat) sicuti Thamirim fabulam publice docens ac repræsentans pulsasse citharam: ita cum Nausicaam exhiberet, egregie assumpta pila saltasse dicitur. Athenæus auctor *Deipnosoph*. primo fol. α. 12. lib. Aldin. ubi: Καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων (inquit) αὐτὸς ἐκιθάρισεν. ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. A-

A pud Homerum etenim Nausicaa canebat, cum saltatrices Phæaces prehensa pila luderent, *Odyss*. ζ. ubi Eustath. fol. 1553. & 1554.

Σφαίρῃ ταὶ τ' ἄρ ἔπαιζον ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι;
Τῇσι δὲ Ναυσικάα λευκώλενος ἤρχετο μολπῆς.

Deinde vicissim & ipsa lusit, ut ibidem a poeta subjicitur statim hoc versu:

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια.

De Laconica sane saltatione quod egerim, abs re non fuit; quando ita scriptum a Julio Polluce *lib*. IV. *cap*. XIV. col. 221. ubi de saltationis vario gene-
B re: Καὶ βίβασις δέ τις ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προὐτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις· ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. Atque ut de chororum Spartanorum ad Thyreaticum festum saltatione, cujus ab Athenæo fit mentio lib. V. *Deipnos*. (ex quo vide quæ scribo *cap*. IV. *lib*. II.) nunc quidem taceam; saltationem pilariam a Lacedæmonibus frequentatam Eustathius *Odyss*. ζ. fol. 1553. ad illud, Σφαῖραν ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια, ad fin. pag ab eodem Athenæo (ut equidem sentio) refert: ubi ludum pilæ ab Alexandro adamatum,
C & saltatam a Sophocle tragico in pilæ lusu Nausicaam, quod ante narravi; memorat his admodum verbis, quæ ista scriptione digna censeo: Ἐν τούτοις δὲ πρῶτα μὲν ῥητέον, ὡς καὶ πάλαι ποτὲ τὸ σφαιρίζειν διὰ σπουδῆς ἤγετο, οὐχ ἁπλοῦν ὂν, οὐδὲ αὐτὸ, ἀλλὰ διαφορὰς ἔχον ῥηθησομένας ἐν τοῖς ἑξῆς· μάλιστα δέ φασιν ἐπεμελήθησαν ὕστερον σφαιριστικῆς. πόλεων μὲν κοινῇ Λακεδαιμόνιοι, βασιλέων δὲ ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, ἰδιωτῶν δὲ Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς, ὃς καὶ ὅτε φασὶ τὰς Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παίζουσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. Hæc nimirum est e Lyricæ poeseos tribus saltationum speciebus ab Athenæo enumeratis
D (lib. XIV. *Deipnos*. fol. 269. De saltatione sermo multus, non citatis tamen auctoribus, gravis ac eruditione varia refertus apud Jul. Cæsarem Scaligerum in historico *Poetices* libro, qui primus e septem in cap. XVIII.) Pyrrhicha, gymnopædica, hyporchematica; priorum duarum alterutra. Etenim de Pyrrhicha, quod ob rei militaris meditationem & cum ipsa similitudinem a solis in Græcia Lacedæmoniis retenta fuerit, ista illius auctoris vetustæ historiæ scientissimi & locupletissimi verba mentionem fidemque indubitatam faciunt: Ἡ δὲ Πυρρίχη παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν οὐκέτι
E παραμένει, καὶ ἐκλειπούσης δὲ αὐτῆς συμβέβηκε τοὺς πολέμους καταλυθῆναι. παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις παραμένει, προγύμνασμα οὖσα τοῦ πολέμου, ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυρριχίζειν, &c. πεκτέον δ' ἐπὶ τῆς Πυρρίχης τὰ κάλλιστα μέλη, καὶ τοὺς ὀρθίους ῥυθμούς. De gymnopædica vero quod sequitur illico ibidem, ad ipsos itidem Lacedæmonas pertinente, ut ex eo Xenophontis loco, quem attuli modo, aliisque ad ipsum citatis intelligitur, & ipse itidem Athenæus non obscure significat: quo loco: Ἔοικε δὲ ἡ γυμνοπαιδικὴ (ait) τῇ καλουμένῃ ἀναπάλῃ παρὰ τοῖς παλαιοῖς,
F γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες εὐρύθμους φορὰς τινὰς ἀποτελοῦντες, καὶ σχήματά τινα τῶν χειρῶν κατὰ τὸ ἁπαλὸν, ὥστ' ἐμφαίνειν θεώρημά τι τῆς παλαίστρας καὶ τοῦ παγκρατίου, κινοῦντες εὐρύθμως τοὺς πόδας, &c. Ἀριστόξενος δέ φησιν, ὡς οἱ παλαιοὶ γυμναζόμενοι πρῶτον ἐν τῇ γυμνοπαιδικῇ εἰς τὴν Πυρρίχην ἐχώρουν, πρὸ τῆς εἰσιέναι εἰς τὸ θέατρον. καλεῖται δὲ ἡ Πυρρίχη ἡ χειρονομία. ἡ δ' ὑπορχηματικὴ ἐστὶν, ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται, &c. ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες, καί ἐστιν ὑπορχηματικὴ ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. De saltatione tragica, cujus primus autor Athenæi sæculo Bathyllus Alexandrinus (a quo

Italica saltatio conflata e Comica sive Cordace, Tragica seu Emmeleia, & Satyrica sive Sicinnide; atque illa quidem propter hyporchema longe hilarior, id est, ob gesticulationem corporis recte ipsi accommodatam, quam Pyladis, quæ operosa, fastuosa, & movendis affectibus idonea) præter quod Plutarch. in hæc fere verba scribit, in *Symposiacis Problematis* quæst. VIII. fol. 1266. lib. VII. Steph. ubi, post ablegatam a cœnis & conviviis tragicam saltationem: Ἀποπέμπω δὲ τὴν ὀρχήσεως (ait) τὴν Πυλάδειον, ὀγκώδη καὶ παθητικὴν καὶ πολυπρόσωπον οὖσαν. εἰ δεῖ (sic lego pro οἰδεῖ) δὲ τῶν ἐγκωμίων ἐκείνων, ἃ Σωκράτης περὶ ὀρχήσεως διῆλθε, δέχομαι τὴν Βαθύλλειον αὐτόθεν πέζαν τοῦ Κόρδακος ἀπτομένην ἤχους, ἢ τινος Πανὸς, ἢ Σατύρου σὺν Ἔρωτι κωμάζοντος ὑπ᾽ ὀρχήματος αὐτιθεμένην: (De ista saltatione, deque Bathyllo ac Pylade pantomimis *ad Annalem* I. *Taciti* clariss. Lipsius e Zosimo *lib.* I. & Suida *in* Ἀθηνόδωρος, ubi videat ipse, quam vere dixerit a Suida *in* ὄρχησις, id ludicrum ab Augusto inventum: nisi inventum Romæ, hoc est, instauratum, accipiat. Nam Græcia quidem alios auctores ciere potest, ut hic ostendimus) Insuper videre Athenæum ipsum libro primo fol. 12. *Deipnosophist.* licet; ubi & hoc adjicit, adamatam a Socrate Memphiticam saltationem, in qua sæpe deprehensum ab amicis & familiaribus dixisse, omnium esse membrorum corporis exercitationem, τῆς δὲ Μέμφιδος ὀρχήσεως ἤρα καὶ Σωκράτης (inquit a Xenophonte) ὁ σοφὸς, καὶ πολλάκις καταλαμβανόμενος ὀρχούμενος, ὥς φησι Ξενοφῶν, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις παντὸς εἶναι μέλους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. Nam quod eruditissimus Medicus (Dalechampius apud Athenæum *lib.* I. fol. 16. Latinæ versionis excusæ Lugduni anno 1583.) eam Socratis esse mentem apud Athenæum nuper existimavit, ut diceret, saltationem omnis musices exercitationem esse, neutiquam placet. Duplex enim τοῦ μέλους interpretatio in *Glossario* vetusto *Græco-Latino*, (quod edidit Henr. Steph. anno 1573. in col. 536 sic & in *Glossario Latino-Græco* itidem vetusto col. 137. ejusdem Editionis, *Membra* μέλη) Μέλος τὸ ᾆσμα *modulus*: Μέλος τὸ σῶμα, *membrum*, *artus*. Priorem sequutus ille, posteriorem ego amplectendam apud Athenæum censeo: præsertim cum studiosus ipsius Eustathius, illo apud Homerum loco, quem indicavi superius, ita quæ hinc hauserat pro more suo effuderit, ut pro Μέλος, τὸ μέρος redderet: sic fere: Καὶ Σωκράτης δὲ πολλάκις ἐν τῷ καταλαμβάνεσθαι ὀρχούμενος, ἔλεγε τοῖς γνωρίμοις, παντὸς εἶναι μέρους τὴν ὄρχησιν γυμνάσιον. Adde quod adeo verum est omnia corporis membra per saltationem exerceri; ut orchestarum vehementes motus esse, in quibus maxime saltent, velocissime circumagantur, genua flectentes exsurgant, cruraque ut plurimum attrahant atque divaricent, Galenus dixerit II. *de Diæta* lib. I. *de cur. chr.* cap. I. citat. Mercurial. hunc locum cap. VII. lib. II. *de Arte Gymn.* Ὀρχηστῶν αἱ σύντονοι κινήσεις, (inquit) ἐν αἷς ἅλλονται μέγιστα, καὶ περιδινοῦνται στρεφόμενοι τάχιστα καὶ ὀκλάσαντες ἐξανίστανται, καὶ προσύρουσι καὶ διασχίζουσιν ἐπιπλεῖστον τὰ σκέλη. Sed quid quæso nostræ confirmandæ opinioni commodius proferri potuit, quam quod ipse apud Xenophontem in *Sympos.* pag. 511. Edit. Steph. & 512. ab Athenæo laudatum, (ut antea dixi) Socrates de saltatione cum Charmide colloquutus, ita protulit: Ὅτι οὐδὲν ἀργὸν τοῦ σώματος ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ἀλλ᾽ ἅμα καὶ τράχηλος, καὶ σκέλη, καὶ χεῖρες ἐγυμνάζοντο, ὥσπερ χρὴ ὀρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐφορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν. Deinde illud alterum, quod cum sæpe in saltatione deprehensus ab amicis foret: Ἦ οὐκ ἴστε ὅτι ἔναγχος ἕωθεν Χαρμίδης (inquit) οὗτοσὶ κατέλαβέ με ὀρχούμενον. Cui alter, καὶ μὰ τὸν Δί᾽, ἔφη ὁ Χαρμίδης, τὸ μέν γε πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ ἔδεισα μὴ μαίνοιο, &c. Atque hæc sunt encomia, hæ laudes saltationi attributæ a Socrate, sicuti Plutarchi verbis paulo ante relatis docui.

Italicam vero saltationem, qua de verba fecimus, (utique pantomimicam) Augusti temporibus invectam ab illis, quos ante nominavi, Bathyllo & Pylade pantomimis, autor Zosimus *libro* primo sub init. (qui & citatus a Lipsio *ad* I. *Annal. Taciti* in pag. 26. Editionis a Plantino repetitæ: sed prætermissis tamen Plutarchi, Athenæi, ac Eustathii, & Nonni testimoniis: atque verbis Zosimi non prolatis, quibus adde Juvenalem a Julio Scaligero citatum isto versu: *Chironomon Lædam molli saltante Bathyllo*) cujus hæc verba sunt: Καὶ τὰ εὐθὺς συμπεσόντα κατὰ τὴν Ὀκταβιανοῦ βασιλείαν· ἥτε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. Longe antea saltatoriam istam pantomimicam a Teleside sive Telesta, & aliis factitatam apud Græcos, monui superius; sed eam sic excultam fuisse a Bathyllo & Pylade fas est conjicere, ut propterea & Italicæ appellationem acceperit, & Augusti primum temporibus (quod a Tacito scriptum libro primo *Annal.*) reperta, vel inducta in scenam a saltatoribus hisce videatur; quæ tum scilicet in Urbe Romanis exhiberi cœpta, & ab ipsis cupide accepta retentaque fuerit. Ad quam pertinere istud Arnobii lib. II. *advers. Gent.* censeo: quibus animarum alia lasciviens multitudo incompositos corporum dissolveretur in motus, saltitaret, & cantaret, orbes saltatorios verteret, & ad ultimum lumbis & coxendicibus sublevatis, lumborum crispitudine fluctuaret. Et vero quod Cassiodorus epist. ult. lib. IV. *Variar.* ubi de theatri fabrica, deque Tragœdia & Comœdia multis egerat, ad Symmachum patritium sub Theodorici Regis nomine scribens, in hæc verba subdit: *His sunt additæ Orchistarum* (sic enim scribendum, quod alii non observant, ubi vulgo legitur *horcistarum*) *loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur, ostendens homines posse & sine oris affatu suum velle declarare.* Et statim: *Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit, assistunt consoni chori diversis organis eruditi, tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, & per signa composita, quasi quibusdam litteris edocet intuentis aspectum; in illaque leguntur apices rerum: & non scribendo facit, quod scriptura declaravit. Idem corpus Herculem designat & Venerem, fœminam præsentat & marem, regem facit & militem, senem reddit & juvenem, ut in uno credas esse multos tam varia imitatione discretos.* Ad hanc utique pantomimicam saltationem a Cassiodoro explicatam referendum Nonni carmen e *Dionysiacis* lib. XIX. fol. 339. Edit. Antuerp. ann. 69. & e Cassiodori verbis quæ protuli exponendum est; quod alioqui subobscurum sit futurum: ubi de agone saltationis a se, propositis etiam præmiis, instituto Bacchus ita canens inducitur, inter cætera:

—— ἡμετέρη γὰρ
Νύσσα, χορὸς, βαλβῖδες ἐπὶ σκιρτήματα ταρσῶν,
Χεὶρ τροχαλὴ καὶ σπαρθμὸς ἕλιξ καὶ νεῦμα προσώπου
Ἄστατα κινομένοιο καὶ αὐδήεσσα σιωπή
Δάκτυλα δινεύουσα, καὶ ὀρχηστῆρος ὀπωπή.

Et ubi de Maronis saltatione, qui Silenum antagonistam habebat, postea fol. 341. subjicitur:

Ὣς εἰπὼν ἐχόρευε Μάρων ἑλικώδεϊ ταρσῷ.
Δεξιὸν ἐκ λαιοῖο μετήλυδα ταρσὸν ἀμείβων,
Σιγὴν ποικιλόμυθον ἀναύδεϊ χειρὶ χαράσσων.

Οφθαλμοὺς δ' ἐλέλιζεν ἀλήμονας εἰκόνα μύθων,
Νεύματι τεχνήεντι νοήμονα ῥυθμὸν ὑφαίνων.
Καὶ κεφαλὴν ἐτίνασσε, ϗ ἤθελε βόστρυχα σείειν,
Εἰ μὴ γυμνὰ μέτωπα λιπότριχος εἶχε καρήνου.

Et statim *ibid.* & fol. 342.

—— ἀλλὰ ϗ αὐτὴν
Νέκταρ ἀφυσσομένην ὠρχήσατο παρθένον Ἥβην·
Ἐς Σατύρους δ' ὁρόων Γανυμήδεος ἔγραφε μορφὴν
Χερσὶν ἀφωνήτοισι· ϗ ὁππότε δέρκετο Βάκχας,
Ἥβην χρυσοπέδιλον ἐχέφρονι δείκνυε σιγῇ.
Τοῖα Μάρων ἐχάραξε, πολύτροπα δάκτυλα πάλ-
λων
Καὶ ποδὸς εὐρύθμοιο σοφὴν ἀνεσείρασεν ὁρμὴν,
Ἀσταθέος τελέσας πολυκαμπέα μέτρα χορείης.

quæ omnia pantomimicam saltationem, illamque omnium corporis partium exercitationem a Platone in saltatoria (ut ante monui) consideratam referunt. Itemque ista illico ubi de Sileno itidem saltationem peragente:

Σειληνὸς δ' ἐχόρευε· πολυστρέπτοιο δὲ τέχνης
Σύμβολα τεχνήεντα κατέγραφε σιγαλέη χείρ.

Et aliquanto post fol. 343. & 344.

Τοῦτο σοφῇ παλάμῃ κερόεις Σειληνὸς ὑφαίνων
Δεξιτερὴν μὲν ἔπαυσε πολυσκάρθμῳ δὲ πεδίλῳ
Ἐκ χθονὸς ἠώρητο ϗ ἠέρι πέμπεν ὀπωπάς
Πῆ μὲν ἐπ' ἀλλήλοισιν ὁμόζυγα ταρσὰ συνάπτων,
Πῆ δὲ διαζεύξας, ἑτεραλκέϊ πάλλετο τέχνῃ.

Et reliqua; in quibus & hoc:

—— ὀπισθοτόνῳ δ' ὑπὸ τέχνῃ
Καμπύλον ἠώρησεν ἐπ' αὐχένι ταρσὸν ἑλίξας,
Καὶ βαλίῃ στροφάλιγγι παλιννόστοιο χορείης,
Ὕπτιος αὐτοέλικτος ἐκάμπτετο κυκλάδι τέχνῃ,
Πεπταμένην ἐπίκυρτον ἐς ἠέρα γαστέρα φαίνων,
Τὴν αὐτὴν στεφανηδὸν ἀτέρμονα νύσσαν ἀμείβων.

Et addit, quod ad Cybestetericam illam (de qua superius actum est) referendum autumo:

Καὶ κεφαλὴ πεφόρητο παρήορος, οἷά περ αἰεὶ
Ἁπτομένη δαπέδοιο, ϗ οὐ ψαύουσα κονίης, &c.
—— τιναστομένου δὲ καρήνου
Ὕπτιος αὐτοκύλιστος ἐπωλίσθησεν ἀρούρῃ.

Ac de saltatione hic quidem hactenus. Nam de Phallica, itemque de Callinica saltatione, quarum illa Baccho, hæc Herculi dicata & propria, nonnihil sequentis *libri capite* xx. dicendum habeo.

—— in summ. cap. XIII. lin. 5. post *necessarias*, adde, *Perpensus accurate Davidis locus, qui alios hactenus latuisse videatur.*

—— lin. 12. post *Aristide*, adde, *Maximo Tyrio*.

—— lin. ead. post *Philone*, adde, *In quo ea versaretur, ex Aristide, qui perperam de pugile, non de luctatore, ab Interprete acceptus.*

—— lin. 41. post *ignorem*, adde, velocitatem denique a magnitudine virium Æmilium Probum in *Epaminonda*, ubi sic scriptum: *Postquam ephebus &c. illam ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere*; de quo loco nonnihil scripsi *cap.* IX. sup. sicut ἰσχὺν ἀπὸ τῆς ὠκύτητος Lucianum πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, (unde scripsi *cap.* XXIV. seq. *lib.*) ubi de Euangelo Tarentino agit, qui se gymnicis agonibus Pythiis inutilem duceret: Ἐπεθύμησε νικῆσαι Πύθια (inquit) τὰ μὲν οὖν τῆς γυμνῆς ἀγωνίας αὐτίκα ἐδόκει αὐτῷ ἀδύνατον εἶναι μήτε πρὸς ἰσχὺν μήτε πρὸς ὠκύτητα εὖ

A πεφυκότι· κιθάρᾳ δὲ ϗ ᾠδῇ ῥᾳδίως κρατήσειν ἐπείσθη ὑπὸ τῶν καταράτων ἀνθρώπων, &c.

Col. 1842. lin. 1. ante *Quod*, adde, Denique cursus cursorumque, a viribus velut gigantum, & robore commendatio. Itaque apud Davidem *Psalm.* XVIII. *Cœli enarrant gloriam Dei*, vers. 6. quod Septuaginta Viri exposuerunt, *exultavit ut gigas ad currendam viam: a summo cœlo egressio ejus:* his omnino verbis: Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ: Hebræum authenticum habet, *ut fortis* (quemadmodum Hieronymus vertit) hoc est, ut robustus, כגבור *Kegibbor*: & apud *Joelem* cap. II (sic & in capite III *Esaiæ* in
B ipso initio, ubi *& fortem, & virum bellatorem, & judicem, & prophetam*: ubi Hebræum authenticum habet, גבור ואיש מלחמה *Gibbor veis milchamah*, Septuaginta reddidere γίγαντα, ϗ ἰσχύοντα, ϗ ἄνθρωπον πολεμιστὴν, &c. id quod ibidem a S. Hieronymo adnotatur his verbis: *pro forti, quod solum est in Hebræo, duo simul* LXX. *transtulerunt, gigantem & fortem: eundem volentes gigantem esse quem fortem*, &c.) ubi Græca Versio habet, ὡς μαχηταὶ διαδραμοῦνται ϗ ὡς ἄνδρες πολεμισταὶ ἀναβήσονται ἐπὶ τὰ τείχη: cum Hebræum authenticum istud præferat כגבורים ירוצון *Kegibborim jerutsun*; D.
C Hieronymus reddidit his verbis, *sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum*. Et rursum apud Davidem sequenti versu: *Et occursus ejus usque ad summum ejus*: e Græco Septuaginta, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ: ubi Hieronymus, *& cursus ejus usque ad summitatem illius*. Vis hæc est Hebraici nominis, ותקופתו *utcuphato*, a תקף *tacaph*, unde תקף *toceph*, nomen, soliditatem, robur & fortitudinem, atque adeo potentiam, auctoritatem & dominationem ut demonstret, (ad mysticum autem de vero Justitiæ Sole Christo Domino sensum, hoc imprimis, opinione mea, pertinet) id quod etiamsi a Davidicorum
D *Psalmorum* Tractatoribus & Scholiastis omissum fuerit, ex aliis tamen Sacrosanctæ Scripturæ locis (ubi ea vox usurpata) intelligitur.

Col. 1843. lin. 25. post πολεμίων, adde, Itemque Maximus Tyrius *quæst.* 11. fol. 14. Edit. Steph. ubi non esse legitimum neque justum esse congressum inter bonos & improbos, neque ex athletica ratione significans: ducta translatione ab athletis; artis exercitationis & luctaminum, itemque coronæ, ac præconii, aliorumque ad rem athleticam spectantium (de quibus tum isto, tum sequentibus *libris*, uti se dabit occasio, differetur) mentionem facit: Ἀθλητῇ μὲν οὖν ἀνδρὸς προσφερομένου (ait) ἀθλητοῦ ἐκ τῆς ἴσης ἀγωνίας ϗ φιλοτιμίας ἀποδέχομαι, ὁρῶ γὰρ αὐτοῖς ὁμοίαν μὲν τὴν φύσιν, παραπλησίαν δὲ τὴν μελέτην,
E ἰσότιμον δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ νικᾶν· ὅταν δὲ ἀγαθὸς ἀνὴρ πονηρῷ συμπέσῃ, οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς παλαίστρας προσεληλυθὼς ἑκάτερος οὐδὲ ὑπὸ τῷ αὐτῷ παιδοτρίβῃ ἀσκηθεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτὴν τέχνην ἐκμαθὼν, οὐδὲ τοῖς αὐτοῖς παλαίσμασιν ἐντεθραμμένος, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ στεφάνου ἐρῶν, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ κηρύγματος, οἰκτείρω τὴν μάχην, ἄνισος ἡ ἀγωνία· ἀνάγκη τὸν πονηρὸν κρατεῖν ἀγωνιζόμενον ἐν τοιούτῳ σταδίῳ, οὗ πονηροὶ μὲν θεαταὶ, ἄδικοι δὲ οἱ ἀθλοθέται· ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐν τούτοις ἄτεχνος, ϗ ἀμαθὴς, ϗ ἄπορος ἀπιστίας, ϗ πανουργίας, ϗ ἀπάτης, ϗ τῶν ἄλλων παλαισμάτων, ὑφ' ὧν μοχθηρία κρατύνεται ϗ ἰσχυρίζεται. Artem istam luctaminis sive pancratii vel artis peritiam & exercitationem, τῆς ἐμπειρίας vocabulo designavit disertiss. Heliodorus (lib. *Æthiopicon* fol. 235. sic & ἐμπειρίαν τῆς παλαίστρας Diodorus Siculus in *præcitato loco* dixit) certamen id describens, quo vir gymnasiorum & unctionis a puero, id est, athleticis laboribus exercitatus & expertæ virtutis Theagenes, Æthiopem illum athletam prægrandem a Meroebo donatum Regi Hydaspidi, coram ipso & in totius

populi conſpectu afflictum ſolo ſingulari uſus arte ac prudentia, quali Antæi colluctatorem Herculem dicebamus modo, ſuperavit. Optimi authoris hæc verba ſunt: Ὁ δὲ Θεαγένης οἷα δὴ γυμνασίων ἀνὴρ, καὶ ἀλειφῆς ἐκ νέων ἀσκητὴς, τήν τε ἐναγώνιον Ἑρμοῦ τέχνην ἠκριβωκὼς, εἴκειν τὰ πρῶτα ἔγνω, καὶ ἀπόπειραν τῆς ἀντιθέτου δυνάμεως λαβόντα, πρὸς μὲν ὄγκον οὕτω πελώριον καὶ θηριωδῶς τραχυνόμενον, μὴ ὁμόσε χωρεῖν, ἐμπειρίᾳ δὲ τὴν ἄγροικον ἰσχὺν καταστρατηγήσασθαι, &c. καὶ παχεῖαν τὴν γαστέρα χαλεπῶς ταῖς χερσὶ διαζώσας, τὴν βάσιν κατὰ τὰ σφυρὰ καὶ ἀστραγάλους τῇ πτέρνῃ σφοδρῶς τε καὶ ἐπαλλήλως ἐκμοχλεύσας, εἰς γόνυ τε ὀκλάσαι βιασάμενος ἀμφιβαίνει τοῖς ποσὶ, &c. καὶ τοῖς κροτάφοις εἰς ἅμμα τοὺς πήχεις περιάγων ἐπί τε μετάφρενα, καὶ ὤμους ἀνέλκων, ἐφαπλῶσαι τῇ γῇ τὴν γαστέρα κατηνάγκασε. Theagenes igitur inter cæteros ita ſe componebat, ut tantæ molis adverſario cedere ab initio videretur, nec ſtatim ei obviam iret; tum deinde ut ruſticum rudis adverſarii robur artis palæſtricæ ſubtilitate ac exercitatione deluderet. Et arte quidem & prudentia luctatoris hoc fuiſſe, ut prehenſiones antagoniſtarum ac nexus evitarent, nec in robuſtiores eorum corporis partes incumberent; quibuſque ipſi excellerent, iis ad pariendam ſibi victoriam uti conarentur; Ariſtides Rhetor in hæc verba docet ad finem *orationis Platonicæ* ſecundæ *pro quatuor viris*, fol. 413. Editionis ab Interprete Cantero procuratæ, Exemplaris vero Græci, fol. 131. pag. 2. Ὁρῶμεν δὲ δήπου καὶ τοὺς παλαιστὰς οὐκ εἰς τὰ τῶν ἀντιπάλων ἰσχυρὰ συγκαθιέντας, οὐδ᾽ ἐξεπίτηδες καθ᾽ αὑτῶν παρέχοντας λαβὰς, ἀλλ᾽ ἀπὸ τούτων μὲν ὡς οἷόν τε μάλιστα ἀποχωροῦντας, τοῖς δ᾽ αὑτῶν πλεονεκτήμασι χρῆσθαι πειρωμένους καὶ τὴν νίκην ἀπὸ τούτων διώκοντας: ubi quamobrem Canterus (qui *pugiles* vertit) τοὺς παλαιστὰς ἀντὶ τῶν πυκτῶν acceperit, neque *luctatores* reddere maluerit, alii viderint: ego interea nihil eſſe cauſæ duxero.

—— lin. 43. poſt περιεῖναι, adde, Ubi placet majorem in modum quod palæſmatum nomen ad verborum contentiones atque diſputationes Philo divinitus retulit; cum Hermogenem in *libro* περὶ μεθόδου δεινότητος duo judiciorum palæſmata a Demoſthene olim excogitata & inducta ſcripſiſſe in memoriam revoco in *cap.* περὶ παλαισμάτων δικαστηρίων ἃ Δημοσθένης ἐπετεχνήσατο, fol. 430. Δύο παλαίσματα (inquit ille) δικαστηρίων Δημοσθένης ἐπετεχνήσατο, τότε οἰκεῖον ἰσχυρὸν, καὶ μὴ κρινόμενον ᾖ, εἰς κρίσιν ἀγαγεῖν, καὶ τὸ ἀντιδίκου ἰσχυρὸν κρινόμενον ἐκβαλεῖν. Caſſiodorus, epiſt. xxv. lib iv. *Variar.* denique ſub nomine Theoderici Regis ad Argolicum præfectum urbi ſcribens, ubi dixit: *in qualitate deſiderii poſse mentem boneſtam cognoſci*, hoc ſubjicit, quod ſuperioribus commode adjungi poteſt: *Quis enim palæſtricæ artis ignarus in ſtadium luctaturus introeat? aut quis certamini miſeratur, quod virtutis conſcientia non ſuadet?*

Col. 1844. lin. ult. poſt ἀπόλαυσιν, adde, &c quæ xxx. *capite* ad finem proferam.

Col. 1845. in ſumm. cap. xiv. lin. 1. poſt *commendata*, adde, *Fœminæ auriferæ, inter quas de forma certamen apud Elidem; ſicut & inter homines: ab Athenæo.*

—— lin. 2. poſt *pugilum*, adde, χειρονομία.

—— lin. 5. poſt *cogeret*, adde, *χειρονομία quid? adverſus alios, Pauſania & ipſo Macchabæorum hiſtoriæ autore illuſtratis.* Παλαίσματα & χειραλειπτάσας: *quæ duo cum aliis compluribus athleticis ac rem bellicam traducta, ex Plutarcho, cujus Interpres notatur, & Suida. Locus alter Plutarchi eodem pertinens expenditur, illuſtratur, & fortaſſe caſtigatur. Ventilare, pro exercere. Uſus irrationalis miracula pilariorum ac ventilatorum in ſcenis.*

—— lin. 10. poſt *Ciceronem*, adde, *cujus verba*

A *cum Quinctiliani duobus locis, nunc primum contendimus.* Ἀπάλαιστοι *motus.*

—— lin. 33. adde poſt ἱλάσκοντο, Adde quod in Elide pulchritudinis judicium ſuis etiam temporibus fieri ſolitum Athenæus ipſe teſtatur lib. xiii *Deipnoſ.* fol. 237. Aldini exempl. & quidem ita, ut quem pulcherrimum eſſe judices pronunciaſſent, Dei vaſa ferenda illi traderentur; proximus ab illo bovem victimam ageret; tertius infulas, vittas, coronas, libamina & id genus reliqua imponeret: Ἐν Ἤλιδι δὲ καὶ κρίσις γίνεται κάλλους, καὶ τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τεύχη δίδοται. τῷ δὲ δευτέρῳ τὸν βοῦν ἄγειν· ὁ δὲ τρίτος τὰ θυηλὰς ἐπιτίθησιν: & multo poſt ſub finem ejus lib. fol. 259. a Theophraſti, & Dionyſii Leuctrici & Myrſili ſcriptis, olim certatum apud Eleos de pulchritudine non ſine libationibus; ut armatura victoris præmium eſſet, quæ Minervæ dedicaretur: is vero ab amicis redimitus vittis ac tæniis, coronatuſque myrto ad Deæ templum accederet: Θεόφραστος δὲ ἀγῶνα κάλλους φησὶ γενέσθαι παρὰ Ἠλείοις, καὶ τὴν κρίσιν ἐπιτελεῖσθαι μετὰ σπουδῆς, λαμβάνειν τε τοὺς νικήσαντας ἆθλα ὅπλα, ἅπερ ἀνατίθεσθαί φησι Διονύσιος ὁ Λευκτρικὸς τῇ Ἀθηνᾷ· τὸν δὲ νικήσαντα ταινιούμενον ὑπὸ τῶν φίλων καὶ πομπεύοντα ἕως τοῦ ἱεροῦ παραγίνεσθαι. τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυρσίνης ἱστορεῖ Μυρσίλος ἐν ἱστορικοῖς παραδόξοις. Nam inter fœminas quidem hoc minime mirum antiquitus de forma certamen adhuc Athenæi quoque temporibus apud Eleos duraſſe; quod die feſto ad lucum & aram Eleuſiniæ Cereris ſacram ex inſtituto Cypſeli, qui urbem prope Alpheum amnem condidit: in quo prima victrix illius (ut equidem accipio) Cypſeli uxor Herodice fuerit; & quæ inibi decertarent fœminæ Chryſophori ſive Auriferæ appellarentur. Quam rem ita idem Athenæus paulo ante a Niciæ *Arcadicis* enarraverat: Οἶδα δὲ καὶ περὶ κάλλους γυναικῶν ἀγῶνά ποτε διατεθέντα, περὶ οὗ ἱστορεῖ Νικίας ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς· διαθεῖναί φησιν αὐτὸν Κύψελον πόλιν κτίσαντα ἐν τῷ πεδίῳ περὶ τὸν Ἀλφειόν· εἰς ἣν κατοικήσαντας Παρρασίων τινὰς τέμενος καὶ βωμὸν ἀναστῆσαι Δήμητρι Ἐλευσινίᾳ, ἧς ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ τὸν τοῦ κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι, καὶ νικῆσαι πρῶτον αὐτοῦ τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην. ἐπιτελεῖται δὲ καὶ μέχρι νῦν ὁ ἀγὼν οὗτος, καὶ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες χρυσοφόροι ὀνομάζονται. Verum nihilominus.

Col. 1846. lin. 3. poſt *ſcripſerat*, adde, Quo etiam iſtud Quinctiliani lib. viii. *Inſtit. Orator. cap.* iii. ſub init. pertinet: ubi ornatum orationis virilem, fortem & ſanctum eſſe vult, nec effœminatam levitatem, nec fuco eminentem colorem amare, ſanguine & viribus nitere. Quod exemplis plurimis illuſtrat, in quibus & iſta ſunt: *Decentior equus, cujus aſtricta ſunt ilia, ſi idem velocior. Pulcher aſpectu ſit athleta, cujus lacertos exercitatio expreſſit: idem certamini paratior. Nunquam vera ſpecies ab utilitate dividitur.*

—— lin. 4. poſt *pugilum*, adde, ſicuti gladiatorum: vide lib. iii. *Semeſtr.* cap. xi. ſub init.

—— lin. 49. poſt. χρόνου, adde, Ad ventilationem iſtam pugilatitiam, velut cum ſua potius umbra, quam cum adverſario adhuc ullo decertantium, ut σκιαμαχίας vocabulum retulit Julius Pollux *Onomaſtici* libro tertio ad extremum col. 189. περὶ πυγμῆς: pancratiaſtis utique, ſed qui pugilatu contenderent, non minus quam lucta, tributus: ita quod cum eo convenire apparet ex Platonis octavo *de Legibus* libro pag. 2. ab init. τὸ χειρονομίας nomen equidem pertinere cenſeo: atque hoc nimirum voluiſſe Suidam χειρονομεῖν ſcribentem eſſe τὸ πυκτεύειν; idque colligentem ex his Pauſaniæ, (cujus auctoris nomen ſubticet) verbis, quæ adponam lubens; ut ſimul oſtendam illorum errorem, qui e Quinctiliani quodam non ſatis ex-

penso loco lib. II. *Instit. Orat.* cap. XIX. ad gesticulatricem saltationem (qualis apud Lacedæmonios quædam ad bella quoque utilis inter exercitationes cæteras fuerit; cum tamen hæc, opinione quidem mea, magis ad ventilationem nostram accessisse videatur) esse referendum existimavit Henr. Stepha. *Thesauro Græco* ad χειρονόμος, post Budæum, cujus opinionem scias Eustathii testimonio comprobari posse *ad istud* ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν ex *Iliad* ν. fol. 957. *lin.* 45. ubi de Pyrrhicha saltatione, ἣν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο, &c. καλουμένη καὶ χειρονομία. Sic enim de Glauci pugilis statua scriptum apud Pausaniam *Eliacis* II. pag. 187. Edition. Wechel. ann. 1583. ubi paulo ante πυκτεῦσαι, hoc est, *pugilatu decertasse*, Glaucum istum Carystium Demyli filium ostenditur: Τοῦ Γλαύκου δὲ τὴν εἰκόνα ἀνέθηκε μὲν ὁ παῖς αὐτοῦ, Γλαυκίας δὲ Αἰγινήτης ἐποίησε· σκιαμαχοῦντος δὲ ὁ ἀνδριὰς παρέχεται σχῆμα, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότατος τῶν κατ' αὐτὸν χειρονομῆσαι πεφυκώς: quæ verba in compendium ita Suidas *in* Γλαῦκος redegit, ὅτι ὁ Γλαῦκος ἦν ἐπιτηδειότερος χειρονομεῖν: nec aliter accepit Dio Chrysostomus de iis, qui in gymnasiis & palæstris exercerentur, nec in arenam tamen & stadium descendere, hoc est, ex umbra in lucem hominum prodire auderent, athletis; eo ex *oratione* πρὸς Ἀλεξανδρεῖς loco agens, quem *cap.* VI. *lib.* III. proferam: Οἱ ἀγεννεῖς τῶν ἀθλητῶν (ait) τὰς παλαίστρας ἐνοχλοῦσι, καὶ τὰ γυμνάσια χειρονομοῦντες καὶ παλαίοντες, εἰς δὲ τὸ στάδιον οὐκ ἐθέλουσιν ἰέναι, &c. ubi τὸ χειρονομοῦντες velut ad pugilatitiam proprie pertineat, positum scias: nam ita χειρονομία τῆς πυγμῆς, ut ἡ συμπλοκὴ τῆς πάλης propria: ipsæ autem si non adversæ prorsus, valde quidem diversæ, quamobrem in *Æthiopicis* lib. IV. sub. ipsum init. in fol. 73. Heliodorus auctor ingeniosissimus atque castissimus, de Pythicis agonibus agens: Ἐθεώρει μὲν ἡ Ἑλλάς, ἠθλοθέτουν δὲ οἱ Ἀμφικτύονες. ἐπειδὴ τοίνυν τὰ ἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἐπετέλεστο, δρόμων ἅμιλλαι, καὶ πάλης συμπλοκαί, καὶ πυγμῆς χειρονομία, τέλος ὁ μὲν κῆρυξ, ὁπλῖται προϊόντων ἀνεβόησεν, &c. quæ *cap.* XXX. hujusce *libri* proponemus atque castigabimus. Nec aliter hoc verbi accepisse visus auctor historiæ *Macch.* lib. III. sub init. quo loco: Καὶ οὕτω συνέβη (ait) τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι: ubi de Arsinoe sorore atque conjuge Philopatoris Ptolemæi adversus Antiochum sua castra obambulante passis crinibus, cum lachrymis, & duas victoribus minas auri pollicente in singulos, agitur. Nam etsi τὸ χειρονομίαι possit ἀντὶ τῶν χειραψιῶν accipi; quas apud Suidam ipsum τὰς διὰ τῶν χειρῶν πράξεις expositas video: præsertim cum his verbis ἐν χειρῶν νόμῳ, vel χειρὸς νόμῳ, pugnæ ardorem ex Polybio, Aristotele, ac Dionysio Halicarnass. doctissimus Italorum Petrus Victorius observaverit cap. XII. lib. XXXVI. *Var. Lection.* Valdius tamen mihi placet, ob propinquum τῶν ἀντιπάλων nomen stadiale scilicet sive palæstricum, ut ex eo artificio ad rem militarem deducta sit similitudo sive translatio: ac per ventilationem athleticam, quæ τὴν ἀκροχειρισμὸν ipsum in pugilatu, atque adeo τὸν συμπλοκὴν quoque in pancratio, in quo colluctabantur, id est, περίκρουσιν, προσαχήλισιν, καὶ κατάβλησιν solet præcedere, velitatio bellica intelligatur. Athenæus *lib.* IV. σκιαμαχοῦσι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀκροχειρίζονται. Aristotel. lib. III. *Eth.* cap. I. καὶ δεῖξαι βουλόμενος ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι πατάξειεν ἄν. Plutarch. ἐν χειραψίᾳ περικρούοντος προσαχηλίζοντος κενοσπούδως καὶ ἐπὶ τὴν γῆν καταστρώντος. Non enim apud auctores classicos infrequens athleticorum sive gymnasticorum nominum ad rem militarem translatio; qui cum Sosicle apud Plutarchum quæst. IV. lib. II. *Sympos. Problem.* fol. 1134. Edition. Stephan. existimantes τὸ παλαίειν, unde τῇ πάλῃ nomen, aliud nihil esse, quam δι' ἀπάτης καὶ δόλου καταβάλλειν: astutias quoque bellicas, palæsmata (quod est luctamina) nuncuparunt (vide Suidam ex Aristophane *in* παλαίσμασιν, & quæ superiore proximo *capite* protuli ex aliis) & cum stratagematis conjunxerunt, sicuti Plutarch. ipse in *Fabio Maximo* fol. 321. Edition. Stephan. de Annibale: Ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν (inquit) στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος καὶ πειρώμενος (ὥσπερ δεινὸς ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν, ita conjunctim hoc membrum, & uno spiritu, quod Interpres Cruserius divulsit, legendum censeo) προσέβαλλε, καὶ διεπείρατο, καὶ μετῆγε πολλαχόσε τὸν Φάβιον ἐκστῆσαι τῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας λογισμῶν βουλόμενος, & quæ sequuntur. Ac similiter de ipso Fabio in *ejus Vita* circa finem in fol. 341. idem Plutarchus: Τοῦτον δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσε λαμπρότερον τοῦ δευτέρου Φάβιος, ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγαθὸς ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ ῥᾳδίως ἀπολυόμενος αὐτοῦ τὰς πράξεις, ὥσπερ ἅμματα καὶ λαβὰς (hæc sunt athletica vocabula) οὐκέτι τὸν αὐτὸν ἐχούσας τόνον. De quo Fabio cunctatore insuper Polybiusne an alius vetustus auctor quispiam apud Suidam *in* χειραλειπτήσας: Φάβιος Δικτάτωρ καθάπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς πολὺν χειραλειπτήσας χρόνον, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατέβαινε, ἀντὶ τοῦ (inquit ille) ἀσκήσας τὴν χεῖρα. (sic & *in* ἀθλητής, ita enim legendum, ὅτι ἄθλους ἤσκει καλῶς, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἄνδρα πολέμων ἀθλητὴν ὡς τὸν Ἀννίβαν ἐκπέμπουσιν. Vide sis & *in* παλαίσμασιν.) Quod non inepte ad χειρονομίαν illam (qua de agimus) ventilationemque, sed militarem tamen ipsam, non illam athleticam, hoc est, ad velitationem referri queat.

Ad ventilationem istam, quam ex arte tractabant pugiles, unde discessi, redeo; sed hoc animo, ut me quamprimum ab ipsa, unoque verbo (quod dicitur) absolvam. Frequentem adeo in gymnasiis fuisse, sive cum soli valetudinis tantum gratia, sive inter pugiles exercitationis aut coronæ causa, ut ventilare pro exercere Veteres dixerint: quamobrem in *Glossario* illo veteri *Latino-Græco* col. 222. quod pridem Henr. Stephanus edidit, *ventilare* redditum Græco idiomate γυμνάζεσθαι (sic enim lego pro γυνάζεσθαι) ubi & *ventilator* ὁπλοπαίκτης exponitur: optime, ut sentio, relata hujus nominis ad velitationem significatione, de qua præmonui. Ventilatorum porro in scena istorum gestus motusque corporis, quales Thrasonum fuisse mihi fit probabile, ut quemadmodum Golias Palæstinus gigas Davidis (quemadmodum Historia *Regum* sacrosancta continetur) adversarius, aut athleta Æthiops ille prægrandis Hydaspi Regi donatus a Meroebo apud Heliodorum, ubi summis in theatro pedibus insistere, torvum intuentem, atque undique circumspectantem superbeque minacem, dum ad certamen quemcumque provocat, curvaturis ipsis manuum ad cubitos subinde altius; ita ut in more habent qui se pugnæ ac dimicationi paratos esse sentiunt & videri volunt. Nam de illo quidem Æthiope, quem cum Theagene committendum poscenti populo Rex Hydaspes nutu concesserat ingeniosissimus enarrator Heliodorus ita scribit in *Æthiopicis* lib. X. fol. 230 Καὶ ἤγετο εἰς μέσους ὁ Αἰθίοψ, ὑπερόπτης τε καὶ σοβαρὸν (perperam in excuso συβαρὸν) περισκοπῶν· ἄκροις ποσί τε βαίνων καὶ πλατυνόμενος ἐναλλὰξ τοῖς ἀγκῶσι τοὺς πήχεις ὑποσοβῶν. His autem verbis eleganter admodum genuinum τῆς πυγμῆς significationem exprimit; de qua Theophylactus *ad D. Marcum Euang. cap.* VII fol. 159. *ad illud*: οἱ γὰρ φαρισαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας οὐκ ἐσθίουσι, sic fere: Οὐ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, νίπτεσθαι πυγμῇ, τούτεστι ἄχρι τοῦ ἀγκῶ-

[illegible] ([illegible] ἀθρόοις ἄγει καὶ [illegible]) itemque postea: Του [illegible] πομπεύειν [illegible] -μενον καὶ [illegible] ἄγοντα τὰς [illegible] [illegible] προχαλ-μενος, &c. quæ hujus [illegible] XXX. proferam: ac non ita multo post fol. 235. de Theagene ipso illius Æthiopis antagonista: [illegible] ἐντελῶς τὸ γέρας (quod mirum sane quam bene cum illis congruat, quæ ab Eustathio de athletico ventilationis astu atque moras nectendi artificio jam ante proposui) [illegible] τὸ ἰσχυρὸν διερεισάμενος, τὴν [illegible] ὤμους τε μεταφρένῳ [illegible], [illegible] ἐπικλίνας, τότε ὅλον [illegible] τῇ παλαίσματι [illegible], &c. Ventilatorum denique hujusmodi Quintilianus [illegible] *Institutionis* lib. X. cap. ult. fol. 622. [illegible] mentionem facit, ut pilariis adjungat, & quædam velut miracula ibi usu quodam [illegible] edidisse significet: *E [illegible] quidem [illegible] quam [illegible] Græci ἄλογον τριβὴν vocant, qua manus in scribendo decurrit, quo [illegible] totos simul [illegible] visus, flexusque eorum & transitus [illegible]; & ante sequentia vident, quam priora dixerunt. Quo constant miracula illa in scenis pilariorum & ventilatorum, ut ea quæ emiserint, ultro venire in manus credas, & qua jubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea de qua [illegible] summus ars antecesserit: ut ipsum illud quod in se rationem non habet, in ratione versetur.*

De duratione autem athletarum illa, per quam ventilando tempus interea ducitur, extrahiturque, ut non vincatur statim adversarius, sed ut victum esse tandem se fateatur, labori scilicet ac oneri cedens, (de qua ex Dione Chrysostomo, Eustathio & aliis agebam modo) accipiendum crediderim, quod e Plutarcho in *Vita Agidis & Cleomenis* fol. 1499. Edit. Steph. nunc proponam: Καθάπερ γὰρ οἱ [illegible] τῷ χρόνῳ καταβαροῦσι, καὶ καταγωνίζονται τοὺς [illegible] ὁ Ἀντίγονος ἐκ πολλῆς [illegible] πρὸς τὸν πόλεμον [illegible] καὶ κατεπόνει τὸν Κλεομένη, γλίσχρως [illegible] τοῖς ξένοις μισθὸν καὶ τροφὴν τοῖς πολίταις. Quæ his Latinis reddidit Cruserius non male, ut quidem Græca concepta sunt; *Ut enim exercitati athletæ diuturnitate* (malim *cum tempore*, vel *tractu temporis*, hoc est, quod idiomate Gallico dicimus, *a la longue*) *deprimunt & expugnant illos qui agiles sunt & artifices; ita Antigonus ingentibus viribus ad bellum insurgens conficiebat & degravabat sufficientem anguste & difficulter stipendium mercenariis & civibus commeatum Cleomenem*. Etenim illud in primis, τῷ χρόνῳ καταβαροῦσι, quo significatur exercitatos athletas ut æmulos antagonistas cum ipsis commissos superent, in id incumbere [illegible] ducendo tempus eos ut lassent, defatigent, deprimant, (quod utique illorum fuit, quos [illegible] τοῦ χρόνου, & [illegible] τῶν ἀντιπάλων, & [illegible] diximus) manifesto apparet ei esse ἀντίστοιχον, & ex contrario respondere, quod de iis qui a Melancoma in pugilatu vincerentur, dictante Chrysostomo, relatum est supra: Συμπλεκομένους ἡττῆσθαι τοῦ κόπου καὶ [illegible]ματος καὶ χρόνου ἀντιπάλους τοὺς [illegible] καίπερ ἀτρώτους ἀπειπεῖν ὅλῳ τῷ σώματι. Quod vero ibidem agiles & artifices postea scriptum expugnari ab athletis exercitatis, qui stare possit, non satis equidem video, illorum memor, quæ variis tum Polybii, tum aliorum veterum auctorum testimoniis allatis de experientia & arte athletica, quam usus & exercitatio pariat, duobus huic proximis *sermonibus* ennarravi: de qua & alia super sunt dicenda quæpiam, quibus expromendis reliquum istius *sermonis*, sed & bonam sequentis partem absumere decrevimus. Igitur addito articulo abortivo (cujus omittendi occasionem proximarum utrinque syllabarum, qua in sono, qua in [illegible] ptura similitudo, proclivibus ad errores ob imperitiam, superiore potissimum sæculo, librariis Græculis dederat) locum istum ita castigandum ob ea quæ dixi; & quoniam agilitas non minus quam cætera omnis ars, & experientia circa rem athleticam usu quæritur, censeo, ut exercitati minime agilibus & artis expertibus quamlibet celeribus alioquin, velocibusque, & acribus a natura, sed nulla tamen experientia comprobatis inexercitatisque opponantur: atque ita legendum, τοὺς οὐκ εὐρύθμους καὶ τεχνίτας, ut negatio ad postremum quoque vocabulum significandis utique τοῖς ἀτέχνοις pertineat. Ita etenim & apud Platonem libro IV. *de Republ.* iis verbis quæ cap. VI. *Agonistici* tertii aliam in rem profero, pugiles exercitati atque usu quodam præparati comparantur cum duobus divitibus & obesis, qui pugilatu se nondum exercuerint, ut hos ab illo facile superatum iri significet. Adde quod non absimili circa rem bellicam stratagemate usum Philippum Macedonem in Cheronea de Polyæno addiscimus lib. IV. *Stratag.* in *Philippo* exemplo VII. (ubi Casauboni eruditiss. juvenis *Notæ* consulantur: quem adhibito Frontino diversam a Vulteii explicatione, sed eandem aliis verbis sententiam hujus loci nobiscum retulisse postea reperi quam hic adscripsissem mea) cum etenim sciret celeres Athenienses ac vehementes esse eosdemque inexercitatos, suos autem frequenti usu & exercitatione ad laborum militarium patientiam obduratos, dilata in multum temporis pugna minimo negotio Athenienses debilitavit, solutosque animis non minus quam corporibus in potestatem suam facile redegit: Φίλιππος ἐν Χερονείᾳ (inquit ille) γινώσκων τοὺς μὲν Ἀθηναίους ὀξεῖς καὶ ἀγυμνάστους, τοὺς δὲ Μακεδόνας [illegible] καὶ γεγυμνασμένους, ἐπὶ πολὺ [illegible] [illegible], ταχέως παρέλυσε τοὺς Ἀ[illegible] [illegible], ἐποίησε. Quem etiam astum ac prudentiam in Iphicrate Polyænus idem antea lib. III. *Stratag.* num. XIII. laudaverat his admodum verbis: Ἰφικράτης εἰ μὲν ἀγυμνάστοις [illegible] στρατιώτας ἔχων ἠσκημένους οὐ παραχρῆμα συνῆπτεν ἐς μάχην, τρίβων δὲ τὸν χρόνον [illegible] τῇ [illegible] τοὺς πολεμίους, ὡς [illegible] ἐλαττ[illegible] καὶ τότε ἐπετίθετο, & reliqua. Expertes profecto artis & exercitationis nec diu ventilare, nec perdurare in laboribus queunt, sed fatiscunt, labascunt, cedunt; ut vinci, ut mori etiam malint: quod in fortes ac præstantes athletas atque ac milites non cadere Dio Chrysostomus locis a me superius indicatis tradidit. Ac de arte ventilationis in palæstra, stadio, scena, satis superque: properandum alio.

Col. 1847. lin. 11. ante *Fuit*, adde, Eoque referendum τὸ ὀνομματοθλίβειν illud apud Philonem, eo quem ex libro περὶ τῶν μετονομαζομένων superius ad finem *capitis* X. exhibuimus loco, non abs re aliquis dixerit.

Col. 1848. lin. 15. post *Quintilianus*, adde de rhythmis illam ipsam haud dubie (mihi quidem) Ciceronis sententiam sequutus atque his verbis exprimens ex lib. IX. *Instit. Orator.* cap. ult. fol. 560. Lugdun. Edit. an. 1555. vide in hanc rem alium locum Ciceronis, quem adfero *lib.* III. ad extremum *cap.* XXIV. quæ juvat ut cum illis committantur exponere: id quod Cicero optime videt ac testatur frequenter se quod numerosum sit quærere; ut magis non ἄρυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quam εὔρυθμον, quod poeticum est, esse compositionem velit: sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, peritos tamen palæstræ esse volumus, non ἀπαλαίστους: sic)

(sic lego, pro ἀπαλαίστρους, ut illo altero Ciceronis loco) itemque ubi

—— lin.40. post *adferuntur*, adde Palæstræ autem vocabulo ars seu venustas demonstratur, quæ longa opera vel exercitatione quæritur: quo aspiciens Dionysius Melius Sophista, quum Polemonem oratorem haud vulgarem declamantem audiisset; nativum ingenii robur cultura & exercitatione destitutum intelligens, vires athletam habere dixit, sed non a palæstra, ἰσχὺν ἀθλητὴς ἔχει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ παλαίστρας: quem locum ab Hadriano Junio Medico & Philologo doctissimo in *Adagiorum* centur. v. proverb. 11. *non e palæstra*, relatum, quod ad rem apprime faceret, ideo superioribus adjungendum credidi.

Col.1850. lin. 43. *Laconis, non*, lege, Laconis, si non.

—— lin. ult. immediate post versus, adde, Virtutis porro nomen de pugilatu vel pancratio, apud Isidorum quoque intelligi debere, quinto *sermone* ostendimus.

Col.1851. in summ. cap. lin. 2. post *agonibus*, adde *Monachorum philosophia*.

Col.1851. lin.8. *Latius*, lege Latinis.

—— lin.37. post *statim*, dele *in*.

Col.1853. lin. 22. post *nesciunt*, adde, Denique ad gymnicum agonem ut revertar, de Theagene adversus Æthiopem athletam decertante pancratio agens Heliodorus, τὸ διὰ τῆς ἐμπειρίας κατασοφίσασθαι usurpavit: sicuti Pausanias τὸ σοφίᾳ καταπαλαῖσαι de Theseo, qui Cercyonem in colluctatione superavit, verba faciens iis locis, quos in decimum tertium *sermonem* contuli.

Col. 1854. in fine summ. cap. xv. post *ostensum* adde, *temetsi* λόγιον *ipsum Julianus Cæsar vocaverit*.

—— Not.3. in fine post *tribuitur*, adde, Illi autem utpote Laconi, quia militaris hæc saltatio, ab Aristoxeno apud Athenæum, *Deipnos*. fol. 269. lib. xiv.

—— Not. 5. in fine post *prefixæ*, adde, Et Diodorum Siculum in primis ea de re agentem lib. iv *Biblioth*. fol.155. & 178. ubi: Εκλέξασθαι δὲ τῆς Ελλάδος τὸν ἐπιφανέστατον τόπον εἰς ἀγώνων θέσιν καὶ πανήγυριν κοινὴν καὶ καθιερῶσαι τὸν ἀγῶνα τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν Διὶ Ολυμπίῳ. Illud mirum, quod agonum postea loco indidisse Olympiæ nomen a patre Jove Olympio Herculem non obscure significat his verbis: Διὸ τὴν παραποταμίαν καθιερώσαντα τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν Ολυμπίαν ἀπ᾽ ἐκείνου προσαγορεῦσαι: tanquam ab Olympo monte (qui cœlo vicinus) Olympio Jove appellato scilicet, ob cujus cultum, Elis Olympiæ nomen Hercule autore invenerit.

Col. 1855. lin.10. post *Hercules*, adde, qui Callinicus propterea nuncupatus, (qua de re sequentis *libri cap*.xxii. videbimus)

—— lin.14. post *differimus*, dele *Rursum quod ait*, & adde, Igitur Vellejus Paterculus in *Histor*. i. ubi de Olympiorum initio vel potius restitutione ab Iphito deducta ea prodidit, quæ *c*.xxvi. *libri* sequentis adferimus: hæc quoque subjicit, quibus id valde firmatur quod a me dictum est modo, de Hercule victore scilicet, non etiam coronato. & iis quidem victore ludis, non quos ipse, (ut apud Hyginum est) sed quos Atreus patri Pelopi edidisset. Hoc sacrum (ait) eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme M. CC. L. Atreus cum Pelopi patri funebres ludos faceret: quo quidem in ludicro omnis generis certaminum Hercules victor extitit. Veruntamen quod Hyginus inquit,

—— lin. 50. post *fol*.15. adde, quo ex loco desumpta αὐτολεξεὶ quæ apud Euseb. legas lib. ii. *de Præparat. Evang*. fol 45. ad fin. in cap. περὶ τοῦ τεκρῶν εἶναι τάφους τὰ καλούμενα αὐτῶν ἱερὰ τῶν θεῶν.

Col. 1856. lin. 6. post ἄμφω, adde, Tertullianus itidem ipse in *de Corona militis*, fol. 353. libri Lutetiæ excusi cum Barræi *Commentar*. quo loco, nunquid & agonistice causæ disputabuntur, quas statim tituli sui damnant, & sacras, & funebres scilicet. Hoc enim superest, ut Olympius Jupiter, & Nemeus Hercules, & misellus Archemorus, & Antinous infelix in Christiano coronetur: ut ipse spectaculum fiat quod spectare non debeat, ubi de Antinoo quod traditur, *Agonistici* tertii cap.xxvii. commodius atque adeo plenius explicabo: de cæteris *libri* proximi *cap*. xxiii. subtilius dispiciam:

—— lin. 23. *idemque*, lege denique.

Col. 1857. lin.35. post δύναμιν, adde, Tantam igitur inter Mercurium & Herculem intercessisse familiaritatem ait Aristides in Herculis laudibus (orat. *in Herculem* sub finem in fol. 20. Latinæ interpretationis a Cantero exhibitæ, & Florentini exemplaris Græci, fol. 164. pag. 2.) ut eorum statuæ apud Veteres conjungerentur: Αλλὰ μὴν Ερμοῦ γε (inquit ille) καὶ Ηρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά· πρὸς τοσοῦτον ἥκουσι τῆς ἑταιρίας Et vero.

—— lin. 52. post *verbis*, adde, nec minus istis, quæ Mercurio tribuuntur ab Orpheo, in illo *hymno*, cui nomen Ερμοῦ θυμίαμα λίβανον, præclaris epithetis:

Παγκρατὲς ἠπρέχων ἐναγώνιε κοίρανε θνητῶν
Γυμνάσιν ὃς χαίρεις δολίαις τ᾽ ἀπάταις τροφιοῦχε
Γλώσσης δεινὸν ὅπλον, τὸ σεβάσμιον ἀνθρώποισι:

hoc nempe.

—— Not. 1.in fin. post *adnotavit*, adde, quibus adde Orpheum ἐν Ερμοῦ θυμιάματι λιβάνῳ vers.2.

Col. 1858 lin. 21. post *fol*. 70. adde, & similiter ἐν τῷ περὶ βασιλείας, fol.5. nisi quod pro εὐκαταγώνιστοι scriptum eodem sensu εὐχείρωτοι.

—— lin. antepenult. pro *quum*, lege quam.

Col. 1859. lin. 48. post *Mercurii*, adde, (quem e superioribus apparet merito λόγιον a Juliano Cæsare fol.163. lib. *Epistol*. excusi Lutetiæ an. 1583. ubi: Ωσπερ γὰρ ἐν Ερμοῦ λογίου σταδίοις δι᾽ ὅλου πολλάκις τοῦ δρόμου στεφανωθεὶς ἤδη δι᾽ ὧν ἐν ὀλίγοις γράφεις, τῆς ἀρετῆς τὸ ἄκρον ἐμφαίνεις, & fol. 180. ἡμεῖς δὲ σοι καθάπερ Ερμῇ λογίῳ τοὺς ἡμετέρους λόγους ἐγχειρίζομεν. Sic etiam in extremo *Epistolæ ad Jamblichum*, fol. 295. & initio *Hymni Solis ad Sallustium*, fol.4. vocavit, ad Georgium, & item ad Maximum scribente fuisse nuncupatum.)

Col.1860. lin. 6. *præside*, lege præsidi.

Col. 1863. lin.31. *quodgymnasio*, lege, quod de gymnasio.

Col. 1864. lin. 3. post *draconi*, adde, Postremo quod in vetusta quadam Juliani Principis Romani pro Argivis ἀνεπιγράφῳ epistola de quatuor maximis & illustrissimis Græciæ agonibus eo loco scriptum: unde verba desumpta in *cap*. xvii. *libri* sequentis conjecimus.

—— lin. 13. post *interim*, adde, de Eusebio l. ii. *de Præpar. Evang*. fol. 45. ex quo vide quæ adfero infr. *lib*. ii. *cap*. xxiv.

Col. 1865. lin.11. post. *&c*. adde, Rursum eandem Pythiorum agonum celebritatem in Pythone oppido antiquitus habitam, vel ipse Alexandrinus Clemens, in ipso initio *Protreptici adversus Gentes* iis verbis docet, quæ proximi *Agonistici* sub principium cap. xxiv. proferam.

Col.1866. lin.9. post *Circensium*, adde, in *Excerptis* e vetere *Lexico Græco-Latino* impressis a Stephano cum *Glossario* col. 274. cap. *de Spectaculis* περὶ θεωριῶν, ita est: *Agitatores*, ἡνίοχοι.

Col. 1868. lin. 41. post *pecuniarum*, adde, propter penuriam

—— lin 52. *ex quorum*, adde, numero

Col. 1870. lin. 7. post *Agonothetarum*, dele, in

Col. 1871. in summ. cap. XIX. lin. 11. post *locis*, adde, *Popinæ theatra obscœnaque artificia sacerdotibus interdicta in* Notis. *Rursum de aureo Mercurii caduceo.*

Col. 1872. lin. 20. post *constitutam*, adde, unde intelligimus istud Orphei (in *Hymno*, cujus titulus, Ἑρμοῦ θυμίαμα λίβανος) de Mercurio manibus inculpatum pacis telum sive instrumentum tenente,

Ὃς χείρεσσιν ἔχεις εἰρήνης ὅπλον ἀμεμφές

quod ad caduceum scilicet spectat, virgulam pacis causa constitutam, diversam utique ab illa, quam subterraneo sive inferno Mercurio idem ipse alio loco (in *Hymno*, cujus titulus, Ἑρμοῦ χθονίου θυμίαμα στύρακα. Meminit Julianus Imperator in extremo cujusdam *Epistolæ ad Jamblicum* fol. 295 Πρέπει δὲ Ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει τρόφιμον, εἶναί σε μαθητὴν ἐκείνου, ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι. Et in altera *Epistola ad eundem* fol. 296. Καὶ σὺ οἷα Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας; Meminere Lucian. atque Virgil. ille in *Mortuorum Dialogis*, hic *Æneid.* lib. IV. post Homer. *Illiad.* ω. & *Odyss.* ω.) tribuit sic fere:

Ἀλλ' ὁμόσεις ψυχαῖς πομπὸς κατὰ γαῖαν ὑπάρχων
Ἃς κατάγεις ὁπόταν μοίρης χρόνος εἰσαφίκηται
Εὐιέρῳ ῥάβδῳ θέλγων ὑπνοδώτιδι πάντα
Καὶ πάλιν ὑπνώοντας ἐγείρεις.

Et caduceum quidem illum, de athletis, quos aliipta exerceret, agens Arrianus in *Epicteto* l. III cap. XIX. ὅτι ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς ἔστιν ὠφελεῖσθαι, ita in memoriam revocat, ut aureum fuisse non tam neget, quam subobscure id quod verum est significet, his admodum verbis: Γυμνάζει μου τὸ εὐγνωμον, τὸ ἐπιεικές, κακός ἐστιν αὐτῷ, ἀλλ' ἐμοὶ ἀγαθός. τοῦτ' ἔστι τὸ τοῦ Ἑρμοῦ ῥαβδίον· οὗ θέλεις φησὶν ἅψαι, καὶ χρυσοῦν ἔσται. οὔ. ἀλλ' ὃ θέλεις φέρε. &c. φέρε λοιδορίαν, δίκην τὴν περὶ τῶν ἐσχάτων. πάντα ταῦτα τῷ ῥαβδίῳ τοῦ Ἑρμοῦ ὠφέλιμα ἔσται. Horatius lib. I *Carmin.* ode X. *ad Mercurium* in extremo (ubi Lambinus χρυσόρραπιν ideo dictum Mercurium perite adnotat) ante ipsum clarissime ostenderat, sic Mercurium affatus inter cætera:

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgaque levem coerces
Aurea turbam, superis Deorum
Gratus & imis.

—— lin. 44. post *similitudinem*, dele, non

Col. 1873. lin. 54. post *existimo*, adde, quod Chariclea Dianæ sacerdos apud Heliodorum, lib. I. pag. 19. & 20. *Æthiopicon*, unde alia *libro* tertio *cap.* XXVI. (ubi de locis agonum) proponam, quæ agones in abdicando annuo illo sacerdotio Deli exhibere, publicumque parare convivium de more decreverat, cum ad littus tandem immanibus agitata procellis appulisset epulumque gratiarum Diis agendarum ergo celebraret, e coronæ ac infularum amictu sacerdos esse a Thyami existimatur atque deprehenditur: cujus hæc verba sunt apud Heliodorum: Ὁ δὲ μέγιστόν ἐστι τῶν εἰρημένων ἱέρειά θεῶν τινὸς εἶναί μοι φαίνεται. τὸ γοῦν ἱερὸν στολὴν καὶ τὰ στέμματα μεθεῖναι, καὶ δυστυχοῦσα δεινὸν, καὶ οὐ θεμιτὸν ἡγεῖται: eodemque, ac magis etiam istud, pertinere puto,

—— Not. 3. in fine post *fui*, adde, & ex iis

A quæ scripsi lib. III. *Semestr.* cap. I. ad extremum, & in hoc lib. *Agonist.* cap. XXII. sub initium. Julianus tamen Cæsar, qui & Παραβάτης suos sacerdotes (Ethnicos licet) ad spectacula & popinas, vetuit accedere, hac de re *ad Arsacium Galatiæ archierea* scribens sub initium *epistolæ* in fol. 325. sic fere: Ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παραβαίνειν, μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστου) sic malo, pro αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίστους) προΐστασθαι. Quod utinam sibi etiam & longe majori ratione per sacros canones prohibitum Christiani sacerdotes recordarentur! id quod Clemens ipse Romanus prodidit

B VIII. lib. *Constitut. Apost.* cap. XXXII. unde prolata verba supra *cap.* III.

Col. 1875. Not. 2. in fine post ἄλλων, adde, ubi vide si vacat Isaaci Casauboni *Notas*, in quibus Nonnus & *Glossarium* citantur.

Col. 1876. lin. 12. post ποιοῦντα, adde, Qua de re ex Galeno, Arriano, aliis, *libri* tertii *cap.* XVII. (ubi de servis ad sacros agones non admissis verba faciemus) longe commodius disseretur.

—— lin. 42. post *ostendit*, adde, Atque ob simile isti factum scilicet, cum Teletiam puerum Pythionicam Sicyonii velut suum qui Cleonensis erat

C coronatum Pythiis abduxissent, Pythius Apollo illis opus esse mastigonomis, eo apud Plutarchum loco dixit, unde sumpta verba tertio *Agonistico* in ipso initio capitis IX. exhibebimus, ubi de pueris agonistis disceptabitur.

—— lin. 45. post *certaminum*, adde, meminit Lucianus in libello πρὸς ἀπαίδευτον, καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, de Tarentino Evangelo imperitissimo citharœdo agens, qui Pythiis in theatrum de corona cum aliis duobus æmulis decertaturus exscenderat, amictu atque ornatu ita splendido, ut spectatorum ad se oculos revocaret: cum autem citha-

D ram quatere canereque cœpisset, omnibus ludibrio fuisse, ipsiusque temeritatem verberibus athlothetarum jussu a mastigophoris (ita enim accipienda Luciani verba sunt) coercitum, donec ipso theatro lachrymabundus perque scenam mediam fœdatis sanguine cruribus traductus expelleretur: Ἐπειδὴ ποτε καὶ ᾆσαι καὶ κιθαρίσαι πάντως ἔδει, ἀνακρούεται μὲν ἀνάρμοστόν τι καὶ ἀσύντακτον. ἀπορρήγνυσι δὲ τρεῖς ἅμα χορδὰς, σφοδρότερον τοῦ δέοντος ἐμπεσὼν τῇ κιθάρᾳ· ᾄδειν δὲ ἄρχεται ἀπόμουσόν τι καὶ λεπτὸν, ὥστε γέλωτα μὲν πάντων γενέσθαι τῶν θεατῶν. τοὺς ἀθλοθέτας δὲ ἀγανακτήσαντας ἐπὶ τῇ τόλμῃ μαστιγώσαντας αὐτὸν ἐκβαλεῖν τοῦ θεάτρου. ὅτε περ καὶ γε-

E λοιότατος ὤφθη δακρύων ὁ χρυσοῦς Εὐάγγελος, καὶ ὑπὸ τῶν μαστιγοφόρων συρόμενος διὰ μέσης τῆς σκηνῆς, καὶ τὰ σκέλη καθαιματωμένος ἐκ τῶν μαστίγων, καὶ συλλέγων χαμόθεν τῆς κιθάρας τὰς σφραγίδας. ἐξεπεπτώκεισαν γὰρ κἀκείνης ξυμμαστιγουμένης αὐτῷ, &c. quæ XXV. hujus *libri capite*, ac sequentis quarto & vicesimo proponam.

Col. 1877. in summ. cap. XX. lin. 5. post *pugilum*, adde, Ἅμματα, *Græci*;

—— lin. 56. post *vel*, adde, ἅμμα utique, cum Heliodoro lib. X. *Æthiopicon*, (unde scripsi *c.* XIII. sup.) & juxta *Glossarium* vetustum, (in quo col.

F 143. Edit. Steph. sic est, *Nexum*, ἅμμα ἐπὶ πάλης δεσμός) atque cum Plutarcho ipso in *Fabio* circa finem in fol. 341. eo loco, quem *cap.* XIV. attuli, ἅμμα καὶ λαβὴν aut Latino ejusdem potestatis altero.

Col. 1879. in summ. cap. XXI. lin. 14. post *Inscriptione*, adde, *qui & gymnasiarchus Juliano Cæsari. Suidas de pædotribæ munere.*

—— in fine adde, *& Aristide.*

Col. 1880. lin. 26. post *ego*, adde, de ferula, quam in sella Porphyretica sedenti summo Pon-

tifici post peractam coronationis solemnitatem, hodieque in urbe ad Lateranum templum pro ædicula S. Sylvestri prior ecclesiæ Lateranensis in manum dat cum ipsius basilicæ ac palatii Lateranensis clavibus in signum correctionis & regiminis, potestatisque claudendi & aperiendi, ligandi & solvendi: quid de Pontificalis Vicecamerarii ferula, sive baculo, quem in processione a Vaticano ad Lateranum gestat? hoc satagens scilicet, ut ordo a priore Diaconorum datus in ea processione servetur, sicuti lib. I. *Sacrarum Ceremon.* sive *Rituum Ecclesiast. sanctæ Romanæ Eccles.* ex Edit. Romana anni 1560. fol. 17. cap. *ubi & quando Marescallus*, & fol. 18. cap. *de duabus sellis perforatis*, comprehensum est. Quid vero

—— lin. 43. *Pompejo Demetrii liberto*, lege, Demetrio Pompeii liberto,

Col. 1881. lin. 21. post Φυλάσιος, adde, (sic quidem in impresso Antuerpiæ, sed malim scriptum Φλυάσιος, ut originis locum significet)

—— ibid. post δύο, adde, Et sane id curabant gymnasiarchi pædotribæ, atque adeo Hellanodicæ ut in ludis & palæstris nihil sive decertando, sive inter sedendum indecenter aut minus honeste a juvenibus admitteretur; Suidas (in verbo ἐκ παιδοτρίβου, ubi ait: Εἰς τὸν τόπον ὅπου γυμνάζονται καὶ διατρίβουσιν οἱ παῖδες) ideo istud ex *Nebulis* Aristophanis exponens ἐκ παιδοτρίβου δὲ βαδίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι, sic scribit: τουτέστιν, εὐκόσμως καθῆσθαι ὡς μηδὲν τοῖς περιεστῶσιν ὑποδεῖξαι ἄκοσμον. Illo quidem Plutarchi loco gymnasiarchum (quod dubitanter ipse protuleram) intelligendum comprobant verba Juliani Cæsaris eandem de Catonis in Antiochiam adventu historiam a Demiphylo Bithyno enarrantis, in *Misopog.* fol. 96. 99. 100. Edit. Wechel anni 1566. quæ sic habent: Προσιὼν τῇ δὲ τῇ πολυανθρώπῳ καὶ τρυφηρᾷ καὶ πλουσίᾳ πόλει τοὺς ἐφήβους ἰδὼν ἐν τῷ προαστείῳ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἐσταλμένους ἐπί τινα δορυφορίαν, ἐνόμισεν αὐτοῦ χάριν ὑμῶν τοὺς προγόνους τὴν παρασκευὴν πᾶσαν πεποιῆσθαι, &c. ὄντος δ' ἐν τοιούτοις αὐτοῦ καὶ διαπορουμένου ἠρέμα καὶ ἐρυθριῶντος, ὁ γυμνασίαρχος προσδραμὼν ὦ ξένε ἔφη, ποῦ Δημήτριος, &c. Et postea: Ο δὲ δὴ Κάτων ὅπως ἀπήντησε τῷ γυμνασιάρχῳ, βούλεσθε φράσω. (Ubi addo e manuscripto Joan. Huralti collegæ olim in magisterio libellorum aulico mei, τὸ βούλεσθε.)

Col. 1882. in fine post *disceptabitur*, adde, Exturbationem e stadio istam verberatorum prius athletarum, qui in delectu habendo improbarentur, ut a Dionysio, sic & ab Aristide celebratam in *Oratione de non agendis Comœdiis* reperias: quo loco: Καὶ τῶν μὲν ἀθλητῶν ἐγκρίσεις ποιοῦμεν, ὅπως αὐτῶν ὅς τις φαῦλος ἑαυτὸν καταισχύνας ἀπίῃ καὶ δίκην ἅμα δοὺς ἐκ τοῦ σώματος. τοὺς δὲ τῶν σπουδαιοτάτων ἡγεμόνας καὶ διδασκάλους ἀπὸ πάντων μὲν ἐργαστηρίων, πάντων δὲ τῶν σπουδαιοτάτων οὑτωσὶ φαύλως ἐγκρινοῦμεν,

—— in summ. cap. XXII. lin. VIII. post *illustratur*, adde, πρόκλησις δίσκου.

Col. 1884. lin. 33. post *nomine*, pro *esse*, lege ferre.

—— lin. 34. post *quam*, adde, & donasse liberatis, veluti lanistarum munus obeundi facultatem porro habentibus, ex Calpurnii Flacci *Declamat.* L. in ipso argumento, non absone aut falso colligat quispiam: vir fortis in piratas incidit, rescripsit patri de redemptione. Illo cessante redemit eum lanista & rudem ei in arena dedit. Igitur ipsam

Col. 1885. in fine summ. cap. XXIII. post *Scholiastem*, adde, *sicuti & virgæ appellatione*.

Col. 1888. lin. I. *auctorum*, lege actorum.

—— in fine cap. post ἐκπίπτειν, adde, Et vero cum sceptrum Ægyptiorum Regis, idque quod ipsi assimile habuit prorex sive præfectus prætorio (ut Cassiodorus quidem nominat) Josephus, quem uno tantum regni solio, curru Regis altero utentem ipse Rex præcederet, cap. XLI. *Genes.* virgæ appellatione designatum fuisse constet. Quamobrem Aurelius Prudentius in hymno *Cathemerinon* VI. cujus initium, *Ades pater supreme*, in fol. 62. Edit. Antuerp. de Josepho:

Mox præsul ac tetrarches,
Regnum per omne jussus
Sociam tenere virgam,
Dominæ resedit aulæ.

Sic apud Davidem in *Psal.* XXII. *Dominus regit me*, ubi ex more utique regio Deum alloquitur vers. 5. *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Et de Christo: *Virga directionis, virga regni tui.* Eodemque pertinet, quod cap. IV. libri *Esther*, de aurea virga regis Assueri traditur. Nec enim dubium mihi quidem est, quin eam virgam Persarum Rex pro sceptro, insigni utique regio habuerit; cum virgam quoque illam, quam Dominus Mosen in Ægyptum ad filios Israelitarum jussit in manus sumere signa per ipsam editurum, de quibus *Exodi* cap. IV. comprehensum est, ut voluntatis divinæ suæque missionis fidem populo nimirum incredulo faceret, Cyrillus Alexandrin. in lib. II. fol. 51. *de adorat. in spiritu & verit.* pro sceptro & insigni regni accipiat; per quod jurare solitos esse Veteres ajunt ii, quibus (inquit ille) Græcorum res gestas laudibus tollere studium fuit. Quibus verbis Theologum eruditissimum ipsius Interpres ad illud ex primo *Iliad.* Homer. libro, aspexisse prudenter animadvertit.

Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι
Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
Φύσει.

Ubi statim additur:

—— νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλαμῇς φορέουσι δικασπόλοι οἵτε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται ὅδε τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.

Quamvis sceptri etiam nomine apud Homerum circa fin. *Odysseæ* V. aliquoties baculum quemlibet virgamve intelligi doctissimus Eustath. & *ad eum locum* fol. 92. & ad illud χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, fol. 25. & fol. 1746. lin. 35. & ad alios ejusdem Poetæ versus non semel adnotarit.

—— in summ. cap. XXIV. lin. 6. post *vocabulo*, adde, *Expensus Eusebii locus, ubi* ἀντιπάλου *&* κλήρων *mentio.*

—————— lin. 7. post *Plutarchum*, adde, *tribus locis, sicut* τὸ ἐφεδρεύειν *apud Philonem.*

—————— in fine post *Ephedro*, adde. *Cursores locum in stadio sortitos. De palæstræ nominis notatione disceptatum adversus Plutarchum.*

Col. 1889. lin. 4. post *committebantur*, adde, idque adeo ut sacris apud Olympiam agonibus vincere, aut pro victore coronari certe non potuerit, qui sibi adversarios delegisset, neque sortito accepisset: quomodo Plutarchus περὶ εὐθυμίας addocet: cujus verba hoc ipso *capite* aliam in rem adferam.

Col. 1890. lin. 47. post ἑτέρους, adde, Et similiter τοῦ ἀντιπάλου nomen μετὰ τῶν κλήρων conjunctum, ubi de agone martyrii adversus antagonistam gravissimum Satanam subeundo pro Christiani nominis confessione atque defensione apud Eusebium agitur lib. V. *Ecclesiast. Histor.* cap. I. fol. 46. pag. 2. ducta scilicet a gymnicorum agonum sortitionibus similitudine, ita ut τῶν κλήρων nomen ipsas certaminis vices ostendat; quo loco de Maturi & Sancti Martyrum consummatione, qui sæpe antea

pro Christo varias pœnas pertulerant, hæc leguntur, Καὶ ὁ μὲν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος αὖθις διῄεσαν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διὰ πάσης κολάσεως, ὡς μηδὲν ὅλως προπεπονθότες, μᾶλλον δὲ ὡς διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἑλκυσμούς, &c. Et statim ubi de Blandina martyre bestiis exposita & quod intacta permansisset, alteri deinde supplicio reservata: Μεγάλῳ καὶ ἀνανταγωνίστῳ ἀθλητῇ Χριστὸν ἐνδεδυμένη διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβεβιάσασα (possis etiam e superioribus ἐκβιάσασα legere) τὸν ἀντικείμενον, καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεψαμένη στέφανον.

Col.1891. lin.23. post *duo*, adde, tresve.

lin.54. post *placet*, adde, Tertius ejusdem auctoris locus est, ubi μεταφορικῶς Ephedri nomen usurpavit: perperam acceptus ab Interprete Latino libelli *de sera numinis vindicta*. Nam cum ita Græca se habeant in *lib.* περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ θείου βραδέως τιμωρουμένων, fol.987. Edit.Steph. Ἤδη γὰρ ὥσπερ ἔφεδρον ἀνίστημι τὴν τελευταίαν ἀπορίαν, ἐπεὶ ταῖς πρώταις διηγώνισαι μετρίως, equidem reddenda sic putarim: *Jam enim veluti recentem tertiæque coitioni* C *reservatam collectatricem exsuscito subsidiariam dubitationem ultimam*: quandoquidem prioribus duabus moderate decertatum fuit. Ille vero ἔφεδρον ἀντὶ τοῦ ἐνέδρου, ductam a palæstra non agnoscens translationem, sed a re potius bellica desumens, his totidem Latinis expressit, *tanquam in insidiis ultimum dubium*, &c. At profecto ea ipsa, quam exposuimus modo, significatione Philo quoque verbum ab Ephedro derivatum usurpavit: ut τὴν τύχην ἐφεδρεύειν, ὅτῳ ἂν καὶ συλλέγεσθαι, ῥώμην, ἵνα συμπλακεῖσα εὐθὺς ἐξαρπάσῃ πρὶν φθάσαι τὸν ἀντίπαλον κονίσασθαι, *fortunam expectata occasione succedere ad congrediendum*, (hoc enim est ἐφεδρεύειν D ephedrum esse) *atque ita cum quolibet committi colligique totis viribus connecti, ut eum abripiat subito antequam collectatorem ipse dejicere ac superare possit*, scriberet eo loco, quem hujus *libri serm.* XII. attuli.

Col 1892. lin.40 post *admonui*, adde, quamvis ille proprie ac vere qui tertius, quem tertiarium etiam vocabant, *Lexici Græco-Latini* veteris fide col.481. *Glossaricorum veterum* ab Henr. Stephano editor. ann.1473. ubi sic omnino scriptum animadverti nuper, quod e superioribus explicari debet; Ἔφεδρος, *Tertiarius*. Igitur τοῦ ἐφέδρου Julius Pollux, ubi περὶ παλαιστῶν de luctatoribus *cap.* XXX. E *lib.* III. περὶ ἀγωνοθετῶν καὶ ἀγώνων, col.188. mentionem facit: in aliis præter luctam agonibus Ephedrum fuisse non reperias.

—— in fine cap. post νυκτὶ, adde, Circa cursuram tamen, inter agonistas nullam personarum, (cum simul omnes e carceribus mitterentur, ut arbitror, quorum unus accepturus esset bravium sicuti verbis ipsius D. Pauli ad *Corinthios Epist.* I. cap. IX. vers. 24. comprehensum est) sed loci duntaxat interioris, exterioris in stadio & inter hos mediorum sortitionem fuisse apud Veteres: ex iis Heliodori *Æthiopicon* verbis colligere non sine argumento probabili nunc nuper F videbar, quæ sic se habent lib.IV. sub init. in fol.74. de Theagene in Pythiorum agonum spectaculum ingresso: Ταῦτα εἶπε καὶ ἀνήματο (inquit) παρελθόντε εἰς μέσους τότε ὄνομα προσήγγελλε, καὶ τὸ ἔθνος ἐδήλου, καὶ τοῦ δρόμου τὴν χώραν ἐκληροῦτο. καὶ τὴν πανοπλίαν ἐνδὺς ἐφειστήκει τῇ βαλβῖδι τὸν δρόμον ἀσθμαίνων καὶ τὸ παρὰ τῆς σάλπιγγος ἐνδόσιμον ἄκων καὶ μόγις ἀναμένων. Veruntamen in omnibus gymnicis agonibus cum sortitioni quadamtenus, si non omni ex parte locus foret, & sors ipsa πάλος diceretur, id quod ante ostendimus: hoc etiam placet, ut non ἀπὸ τῆς πάλης ἢ πη-

A πηλοῦ, non *a collectatione aut luto ac ceromate*, non etiam ἀπὸ τῆς παλαιστῆς *a palma*, quod ea manuum parte colluctantes plurimum utantur, (in quarum opinionum alterutram inclinare tamen videtur in *Symposiaci Problematis* quæst. IV. lib. II. Plutarchus) sed *a sorte ac sortitione* ἀπὸ τοῦ πάλου ἤγουν κλήρου originem duxerit palæstræ nomen. Hoc in loco etenim certaminum omnium gymnicorum athletæ, (ut equidem sentio; licet ille in palæstra solius luctæ atque pancratii certamen habitum existimare ibidem videatur, non etiam pugi- B latus aut cursus aut aliorum, sic admodum scribens: Οὔτε γὰρ δρόμον οὔτε πυγμῆς ἐν παλαίστραις διαπονοῦσιν ἀλλὰ πάλης καὶ παγκρατίου τὸ περὶ τὰς κυλίσεις) uno forsitan excepto cursu, cui angustius fortasse stadio spatium palæstræ, ad cursus exercitationem non sufficeret, exerceri consueverant: quidni etenim quirent saltare, discumve aut jaculum mittere, ac multo magis pugilatu contendere, non equidem video. Adde quod in ipsa palæstra exerceri omnes cujuscumque generis athletas olim solitos, non obscure idem auctor ibidem significat, cum ita loquitur: Τὸν οὖν τόπον, ἐν ᾧ γυμνάζονται πάντες οἱ ἀθληταί, παλαίστραν καλοῦσι.

C Col.1894. lin.27. post τύχῃ, adde, Quamobrem eleganter apud Nonnum *Dionysiacon* libro XIX. fol. 336. & 337. non Erechtheo Atheniensi, cujus prima sors exierat, agone musico, quem Bacchus honori ac memoriæ Staphyli proponebat; sed Oeagro tanquam victori majus cum corona decretum a Baccho agonotheta præmium fingitur: quo loco:

> Καὶ πρῶτος κλήροιο τυχὼν τεχνήμονι ῥυθμῷ
> Κεκροπίης ναέτης κιθάρην ἐλέλιζεν Ἐρεχθεύς,
> Μέλπων πάτριον ὕμνον.

D Et postea:

> Δεύτερον Αἴολον ὕμνον ἄναξ Οἴαγρος ὑφαίνων.

& reliqua: & statim:

> Οἰάγρου δὲ κάρηνον ἄναξ ἐστέψατο κισσῷ.
> Καὶ γενέτης Ὀρφῆος ἐπιῤῥήσσων χθόνα ταρσῷ,
> Ἄσμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς.

Apud Lucianum similiter quodam loco πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον [unde plurima congessi *cap.* XIII. sup. & *lib.* seq. *cap.* XXIV.) e tri- E bus antagonistis citharœdis cum in Pythiis agonibus prima sors Thespidos Thebani exiisset, secunda Euangeli Tarentini, Eumeli Elei tertia hunc victorem renunciatum atque coronatum fuisse traditur: Ἐπεὶ δ' οὖν πότε καὶ ἧκεν [ait] ἡ τοῦ ἀγῶνος ἡμέρα, τρεῖς μὲν ἦσαν, ἔλαχε δὲ μέσος αὐτῶν ὁ Εὐάγγελος ᾄδειν καὶ μετὰ Θέσπιν τὸν Θηβαῖον οὐ φαύλως ἀγωνισάμενον: εἰσέρχεται οὖν ὅλος περιλαμπόμενος τῷ χρυσῷ καὶ τοῖς σμαράγδοις, & reliqua ad Evangelum illum citharœdum ignarissimum pertinentia, quæ hoc ipso *libro cap.* XIX. ad extremum & *cap.* XXI. proposuimus; itemque *lib.* seq. *cap.* XXIV. adjeram, & aliquanto post: Μικρὸν δὲ F ἐπισχὼν μετ' αὐτὸν Εὔμηλός τις Ἠλεῖος εἰσέρχεται, κιθάραν μὲν παλαιὰν ἔχων, &c. ἀλλ' οὗτός γε ᾄσας δεξιῶς καὶ κιθαρίσας κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης ἐκράτει, καὶ ἀνεκηρύττετο· καὶ τοῦ Εὐαγγέλου κατεγέλα μάτην ἐμπομπεύσαντος τῇ κιθάρᾳ καὶ ταῖς σφραγῖσιν ἐκείναις, &c.

Col.1895. lin. 51. post γυμνοὶ, adde, Quibus tamen classicorum auctorum testimoniis exclusum Epicorum aut Lyricorum carminum ab Olympia certamen, haudquaquam existimandum est: quod *cap.* IV. præmonuisse me recordor.

Col. 1897. in fumm. cap. XXVI. lin. 4. poſt *explicatus*, adde, *atque Auſonius*.

—— —— lin. 6. poſt. *Agellio*, adde, *Privatæ recitationes e Plinio*.

—— —— lin. 14. poſt. *Beliſtica*, adde, *Forſitan & Berenice*.

—— —— lin. 17. poſt *ſcenicorum*, adde, *corona donati. Atletarum choragi olim tripodibus. Choragi ſcenicorum*

—— —— lin. ult. poſt *ludorum*, adde, *qui olim quinque, poſtea decem*.

—— —— lin. 31. poſt. *cap.* XIII. adde, ſic loquutum conjicio Tertullianum eo loco, qui a me caſtigatur *Agoniſt.* II. cap. XXII.

—— —— lin. 37. poſt *cap.* XII. adde, ubi Torrentius e Tacito, *eloquentiæ primas partes nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronunciatum*.

—— —— lin. 56. poſt *mimicum*, adde, De iſto igitur muſico Capitolino ludicro Romæ ad Olympici (a Nerone ſcilicet reformati atque amplificati) exemplum ſimilitudinemque inducto, in quo poetæ coronarentur, intelligendum Auſonii carmen VI. in *Profeſſo ibus Burdegal.* Attico Tironi Delphidio rhetori dicatum vidit perſpicaciſſimus in omni literarum genere Ioſephus Scaliger libro ſuarum ad illum *Lect.* I. cap. X. ut quo loco ſic ſcriptum a Poeta:

Tu pæne ab ipſis orſus incunabulis
Dei poeta nobilis
Sertum coronæ præferens Olympiæ
Puer celebraſti Jovem.

Ipſe Olympiam coronam, eſſe quercum Capitolinam, quam merebant poetæ, qui in Agonibus Capitolinis poemate vicerant, ſcripſerit. ſuamque ſententiam adhibito Juvenalis & Martialis teſtimonio ita comprobarit, ut hoc amplius illo agone contra Statium, (qui *Thebaidem* ſuam poſt incredibilem totius urbis expectationem recitaverat) cum non placuiſſet, alios fuiſſe coronatos, non uno *Sylvarum* loco conqueri Statium addiderit.

Col. 1898. lin. 41. poſt *auiret*, adde, A qua re neutiquam iſtud Imperatoris Juliani e *Sympoſio* ſeu *Cæſaribus* abhorret fol. 48. & 51. Lutetiani lib. an. 1588. edit. a Duvallio, ubi præconio per Mercurium edito primum dicendi locum Jul. Cæſari (cujus ambitio ſcilicet notatur) obtigiſſe ſortito traditum:

Ερμῆς δὲ ἐκηρύττευεν
Αρχει μὲν ἀγώνων καλλίςων
Αθλων ταμίας
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν
Αλλ' ἀκόοντες, τὰν ἡμετέρας
Κήρυκα βοάν.

Et ſtatim;

Τοιαῦτα τοῦ Ερμοῦ κηρύττοντος ἐκληροῦντο.
Καί πως συνέδραμε τῇ τοῦ
Καίσαρος ὁ κλῆρος φιλοπρωτίᾳ, &c.
Δεύτερος δὲ ἐπ' ἐκείνῳ λέγειν ἔλαχεν ὁ Αλέξανδρος.

Ergo de his commiſſionibus muſicis, non de comeſſationibus, loquutum aliquo *Epiſtolarum ad Lucilium* loco videri Senecam, *cap.* IV. admonui. Ad recitationes autem carminum & orationum illas itidem privatas (de publicis apud Græcos dixi ſupra *cap.* IV.) inter amicos Romæ priſcorum Imperatorum ætate uſurpatas (de quibus paulo ante actum eſt) hoc refero, quod ad Octavium Plinius Jun. ad librorum editionem cohortatus, ſic admodum ſcribit *lib.* II. *Epiſt.* in ea, cujus initium: *Hominem te patientem: Enotuerunt quidam tui verſus, & invito te clauſtra tua refregerunt: hos niſi retrahes in corpus quandoque ut errones; aliquem cujus dicantur, invenient*. Tum aliquanto poſt: *Et de editione quidem interim* (ait) *ut voles; recita ſaltem, quo magis libeat emittere, utque tandem percipias gaudium, quod ego olim non pro te temere præſumo. Imaginor enim qui concurſus, quæ admiratio te, qui clamor, quod etiam ſilentium maneat; quo ego, cum dico vel recito, non minus quam clamore delector: ſit modo ſilentium acre & intentum, & cupidum ulteriora audiendi*. Item ad Cerealem eodem libro in ea, cujus init. *Hortaris: Hortaris ut orationem amicis pluribus recitem: Faciam quod hortaris, quamvis vehementer addubitem. Neque enim me præterit actiones, quæ recitantur, impetum omnem caloremque ac prope nomen ſuum perdere*, &c. *Recitantium vero præcipua pronuntiationis adjumenta oculi, manus præpediuntur*, (hinc apparet ex ſcripto factas recitationes hujuſmodi) *quo minus mirum eſt ſi auditorum intentio relangueſcit nullis extrinſecus aut blandimentis capta, aut aculeis excitata*, &c. *Nos autem ſi placuerit recitare, adhibituri ſumus eruditiſſimum quemque. Sed plane adhuc an ſit recitandum examina tecum, omneſque quos ego novi in utraque parte calculos pone, idque elige in quo vicerit ratio: a te enim ratio exigetur, nos excuſabit obſequium*.

Col. 1899. lin. 51. poſt *νίκη*, adde, Ac Plutarchus quidem id quod dixi, ſed per Xenophontem protulit *Ageſilao*, fol. 531. Edit. Steph. cujus hæc verba omnino ſunt: *Κυνίσκαν δὲ ἀδελφὴν οὖσαν πεῖσαι ἁρματροφεῖν καὶ ἐπιδεῖξαι νικῶσης αὐτῆς, ὅτι τὸ θρέμμα τοῦτο οὐκ ἀνδραγαθίας, ἀλλὰ πλούτου ἐπίδειγμα ἐστί*.

Col. 1900. lin. 10. poſt *ſentio*, adde, non magis quam Berenicen Ptolemæi & Ariſtonis filiam, atque alterius Ptolemæi conjugem ſororemque: quam nonnulli cum Callimacho dixerunt equos alere atque ad Olympiam mittere conſuetam fuiſſe: ſicut Hyginus tradidit lib. II. *Poet. Aſtronom.* in *leone*: cujus tamen rei nequaquam Catullus in *hymni de coma Berenices* a Callimacho conditi tranſlatione mentionem facit.

Col. 1901. lin. 21. poſt *ſequor*, adde, eo maxime quod a priore illa ſignificatione, contraria poſteriorum loquendi conſuetudine, receſſum fuiſſe, Athenæus me docuit: ſic admodum ſcribens in *De pnoſophiſtis* lib. XIV. fol. 270. Ald. lib. Εκαλοῦντο δὲ καὶ χορηγοὺς ὥς φησιν ὁ Βυζάντιος Δημήτριος ἐν τετάρτῳ περὶ ποιήματος, οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, καθόπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει καὶ τὸ χρησομουσεῖν καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους.

—— in fin. cap. poſt *ἕκαστον*, adde, *ὁ μὲν οὖν ἀγὼν καὶ διὰ τὸ τῶν κριτῶν ἀξίωμα, τὴν φιλοτιμίαν ὑπερέβαλε*, &c. Ubi, cum decem critarum ſive judicum, qui de comicorum agone decernerent, fiat mentio, in memoriam revocandum cenſeo, antiquitus quinque tantum judices id muneris curaſſe; quemadmodum ex Epicharmi verbis apud Suidam cognoſcitur in *verbo ἐν πέντε κριτῶν γόνασι*: (vide quæ de numero Hellanodicarum ſcripſi ſup. *cap.* XIX. ſub init. in *Notis*) quo loco ſic ſcriptum: Εν *πέντε κριτῶν γόνασι παροῖσον τὸ παλαιὸν οἱ κριταὶ ἔκρινον τοὺς κωμικούς, ὥς φησιν* Επίχαρμος. *σύγκειται δὲ παρ' Ομήρῳ, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. ἐπειδὴ οἱ κριταὶ ἐν τοῖς γόνασι εἶχον, ἃ νῦν εἰς γραμματεῖα ἐγγράφεται*. Tandem igitur decem fuere judices; ſicuti decem athlothetas denique apud Olympiam fuiſſe, octavo & decimo *ſermone* oſtendimus.

Col. 1903. lin. 8. poſt *victoriam*, adde, quod itidem longe antea Plato *Euthydemo*, fol. 277. Edit. Steph. ducta inde, hoc eſt, a luctatoribus, tranſlatione, ternarii numeri mentionem injicit quodam loco, in hæc omnino verba: *Ετι δὴ ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλὼν ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον*.

Col. 1904. in summ. cap. XXVIII. lin. 5. post *cujus*, adde, *peræque ac Suidæ*

—— ibid. lin. ult. post *facit*, adde, *& postea quoque apud Antiochiam, ætate Juliani Cæsaris, cujus verba e manuscripto codice castigantur.*

Col. 1913. lin. 43. post *scripserit*, adde, quemadmodum Græci rationem duodenarii signorum zodiacum circulum obtinent numerum duodenis omnino spatiis curriculum equestre quidem aut curule suum duplicibus ac diaulis, pedestre autem dolichum simplicibus & stadialibus (ut opinor) totidem concludentes, videntur habuisse:

Col. 1914. lin. 3. post δρόμον, adde, quemadmodum & apud Suidam *in* Δίαυλος; ea omnia Scoliastis Aristophanici verba transcribentem, præter τὸ ποιεῖται, pro quo ἐποίει posuit;

—— lin. 9. post *visum*, adde, sane cum *in* δόλιχος τὸ ὅσπερον & cæt. ita scripsit, ἐστι δὲ ὁ δόλιχος κδʹ στάδια. Nam *in* δίαυλος de septem duntaxat spatiis similiter iisdemque omnino verbis, ut quæ a Scoliaste Aristoph. paulo ante retuli.

—— lin. 53. post *habuit*, adde, Apud Antiochenos quidem habuisse Juliani Cæsaris temporibus, ex eo cognoscimus: quod se adeo a theatralibus sive scenicis itemque Circensibus ludis alienum fuisse, ipse in *Misopogone* Antiochenos increpans memorat fol. 36. Edit. anni 1566. vide & fol. 75 & 76. ut sexto etiam cursu spectato discederet, neque septimum expectare potuerit: Ἐκ τῶν θεάτρων (inquit) ἐμαυτὸν ἐπ' ἀβελτηρίας καὶ εἴσω τῆς αὐλῆς παραδέχομαι τὸν θυμέλην ἔξω τῆς νεομηνίας τιθείς, &c. & ποτε δὴ εἰσελθὼν τοῖς ἀποσιωμένοις ἔοικα, &c. μισῶ καὶ τὰς ἱπποδρομίας, vel (ut est in vetusto clariss. Huralti collegæ quondam in aulico libellorum magisterio mei) τὰς ἱπποδρομίας ὥσπερ οἱ χρήματα ὠφληκότες τὰς ἀγοράς. ὀλιγάκις οὖν εἰς αὐτὰς φοιτῶ ἐν τῇ ἑορτῇ (sic lego ex manuscripto illo, ubi excusus habet, φοιτῶ ἐν τῇ ἑορτῇ) τοῦ θεοῦ καὶ [illegible] καθάπερ εἰώθεσαν ὅτε ἀνεψιὸς ὁ ἐμὸς [illegible] θεῖος καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁ ὁμοπάτριος. ἓξ δὲ τοὺς πάντας θεασάμενος δρόμους, οὐδὲ τούτους, ὡς ἄν τις ἐρῶν τοῦ πράγματος ἢ καί μα Δία [illegible] μισῶν αὐτὸ καὶ ἀποστρεφόμενος, ἄσμενος ἀπαλλάττομαι. Septenis autem illis equorum curriculis dinumerandis ova fuisse in Circo collocata observatum ab aliis scio, (probat Petrus Ciacconius Tolet. in libello *de Triclinio Roman.* nuper impresso Romæ, cum *appendice* Fulv. Ursini, fol. 30. post Alciatum tamen, qui cap. ult. lib. IV. *Parergon* primus ovorum usum in Circo indicavit adhibitis Veterum testimoniis, nimirum Livii *lib.* XLI. Dionis Nicæi *lib.* XLIX. circa finem, & Cassiodori *Variar.* lib. III. epist. *ad Faustum*, post Pamelium quoque in *Adnotat. ad Tertulliani libr. de Spectac. cap.* VIII. *num.* LXX. ex Varronis *de Re Rust.* lib. I. cap. II.) a quorum sententia quamobrem diffideam non habeo, eique adeo lubens acquiesco.

Col. 1915. in summ. cap. XXIX. lin. 7. post *editi*, adde, *circa id allatis historicorum variis locis; uno Athenæi eximio adversus Interpretum opinionem accepto, illustrato, atque castigato:*

—— lin. 49. post CCLXXIV. adde, retulit.

Col. 1917. lin. 53. post *antea*, adde, id est, sub annum ab Urbe condita 1586. Q. Ælio Pæto & M. Junio Penno Coss. L. Æmilium Paulum, qui anno superiore Consulatum cum C. Licinio Crasso gerens, Persea Macedonum regem signis cum ipso collatis, & exercitu cæso fusoque superaverat, post res Macedonicas ab ipso compositas, Macedonum principibus in Italiam ire jussis legibusque Macedoniæ datis, ab feriis rebus ludicrum indictum principibus magno apparatu Amphipoli fecisse narrat Livius *lib.* XLV. Nam & artificum omnis generis, qui ludicram artem faciebant, ex toto orbe terrarum multitudo (inquit) & athletarum & nobilium equorum convenit; & legationes cum victimis, & quidquid aliud Deorum hominumque causa fieri magnis ludis in Græcia solet. Ita factum est, ut non magnificentiam tantum, sed prudentiam in dandis spectaculis, ad quæ rudes tum Romani erant, admirarentur. Hactenus ille, cui possis alterum auctoris Græci, qui eadem de re post eum scripserit, Plutarchi testimonium in *Paulo Æmilio*, adjungere: unde verba quæpiam suo proximi tractatus loco cap. XIX. *Agonist.* II. proferre statui. Sic prætere

Col. 1918. lin. 1. post μεγαλοψυχίαν, adde, Et similiter eodem anno, quo de Perseo Consul Æmilius Paulus (de quo ante verba fecimus) triumphavit, L. Anitium Prætorem ob debellatos Illyrios eorumque Regem Gentium acto Romæ triumpho, ludicrum omnis generis, & musicum aulœdorum, & vero pugilatitium sive athleticum victoriæ suæ celebrandæ causa edidisse Athenæus initio lib. XIV. *Deipnosophist.* (ubi de scurris & ridiculis agit, fol. 261. Aldini lib.) retulit: ubi hoc usurpatur nominis, in quo apud Appianum constituendo diu jam nec inutiliter tamen aut extra rem athleticam nostram laboramus: Λεύκιος δὲ Ἀνίκιος (ait ille) καὶ αὐτὸς Ῥωμαίων στρατηγήσας Ἰλλυριοὺς καταπολεμήσας καὶ αἰχμάλωτον ἀγαγὼν Γένθιον τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα σὺν τοῖς τέκνοις, ἀγῶνας ἐπιτελῶν τοὺς ἐπινικίους ἐν τῇ Ῥώμῃ, παντὸς γέλωτος ἄξια πράγματα ἐποίησεν, ὡς Πολύβιος ἱστορεῖ ἐν τῇ τριακοστῇ. μεταπεμψάμενος γὰρ τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐπιφανεστάτους τεχνίτας, καὶ σκηνὴν κατασκευάσας μεγίστην ἐν τῷ κίρκῳ πρώτους εἰσῆγεν αὐλητὰς ἅμα πάντας, &c. quæ sequuntur de tibicinibus invicem atque in saltatorum histrionumque choros incurrentibus, gravi strepitu atque tumultu excitato, pugilum etiam aut pugiles imitantium, & (velut adversus saltatores fuissent compositi) depugnantium cum symphoniacis saltatoribus, & tubicinas & buccinatores pugilibus quatuor comites adforent, suorumque velut in partibus illi quoque mira cum populi voluptate confligerent, jucundam mentionem his admodum verbis habet; quæ cum nostram illam in Appiano castigationem magis magisque confirment, prætermittere nequaquam debeo; & vero cum nostram in eluendis librorum maculis industriam, qualis illa cumque est, exigant: sic enim Athenæus: Ὡς δὲ καὶ περιζωσάμενός τις τῶν χορευτῶν ἐκ τοῦ καιροῦ στραφεὶς ἦρε τὰς χεῖρας ἀπὸ πυγμῆς πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον αὐλητήν, τότ' ἤδη κρότος ἐξαίσιος ἐγένετο καὶ κραυγὴ τῶν θεωμένων. ἔτι δὲ τούτων ἐκ παρατάξεως ἀγωνιζομένων, ὀρχησταὶ δύο εἰσήγοντο μετὰ συμφωνίας εἰς τὴν ὀρχήστραν, καὶ πύκται τέσσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τὴν σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ κυβαντητῶν. ὁμοῦ δὲ τούτων πάντων ἀγωνιζομένων, ἄλεκτον ἦν τὸ συμβαῖνον: ubi quod ait κυβαντητῶν, doctissimus Medicus Athenæi metaphrastes, de saltatoribus, qui in caput se provolverent, hoc addito ad marginem κυβιστητήρων, (de hoc nomine deque illo saltationis genere quod ita ostenditur, sat multis actum est *cap.* XII. ad extremum hoc ipso *lib.*) quod ab Aldino certe, quo usus sum, exemplari abest, non satis scio quamobrem acceperit: nisi fortasse quoniam ad istud Homeri ex *Illiad.* π. ubi Eustath. fol. 1083. 1084.

Ἦ ῥα καὶ ἐν Τρώεσσι κυβιστητῆρες ἔασιν,

Eustathius hoc adnotat: Ὅτι δὲ κυβιστητὴρ καὶ ὁ ὀρχηστὴς δηλοῦσι. καὶ οἱ ἐφεξῆς που δύο κυβιστητῆρες οἱ μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδόνευον μετὰ μέσους: unde apud Suidam, ubi κυβιστητὴρ ὀρχηστμός, καὶ κυβιστητεία ἡ ὄρχησις, legendum apparet ὀρχηστὴς ἀντὶ τοῦ ὀρχηστ-

μός. Verumtamen τὸ κυβαυητὰς, quod nimium quantum ἀπὸ τῶ κυβιςητήρων abeſſe hic quidem cenſeo; cum Athenæus quoſdam ſtrepitum ac ſonum aliquem bellicum edentes, Martemque ipſum cantu accendentes, opponere ſymphoniacis voluerit: ea propter equidem buccinatores malui reddere; qui tubicinibus ipſis commodiſſime quin adjungantur, neminem in controverſiam adducturum arbitror: ut κυβαυητῶν tranſpoſitis literis (quando non eſſe inſolentem hanc in peregrinis potiſſimum vocabulis effingendis & componendis rationem τῆς μεταθέσεως, grammaticorum pueri ſciunt) poſitum ſit pro βυκαυητῶν ſeu βυκανιτῶν, ſive (quod magis placet) βυκανιςῶν ἀπὸ τῶ βυκανίζω, (quod eſſe, *buccino*, indicat vetuſtum *Gloſſarium* ab Henr. Steph. editum in col. 414. ſed & Suidas περὶ τῆς βυκάνης verba faciens videndus eſt, cui vacat) unde τὸ βυκανιςὴς apud Dionyſ. Halicarn. legi a Lexicographis notatum, vel potius hoc illius (tanquam errore librariorum depravati) vicem ut obtineat, & conjectura non abſurda reponatur: qua de conjectura cum mihi gratulari vellem, in memoriam revocans hæc duo nomina ſimiliter a Polybio lib. II. conjunctim poſita; quo loco ἀναρίθμητον ἦν τὸ τῆς βυχανιτῶν (ſic ſcriptum neſcio an depravate pro βυκανιςῶν, ſed quod propius ad illud κυβαυητῶν in quo laboramus accedat) καὶ σαλπιγκτῶν πλῆθος, quibus dicit ἅμα πᾶν τὸ ςρατόπεδον συμπαιανίσαι, itemque alibi: (*epitome lib.* XIV. fol. 252. Hervag. libri, & τῆς βυκάνης, idem non ſemel mentionem facit ſub initium *epitomes lib.* XII. fol. 244. & 245.) Ἔςι γὰρ ἔθος Ῥωμαίοις καὶ κατὰ τὸ δεῖπνυ καιρὸν τὰς βυκανίτας καὶ σαλπιγκτὰς πάσας σημαίνειν παρὰ τῆ τῶ ςρατηγῶ σκηνήν, &c. Nec adhuc auderem tamen: ſcrupulum denique omnem auctoritas Euſtathii, hunc locum haud dubie, ita, uti reſtituendum aſſeveramus, citantis, licet ſuppreſſo Athenæi (quem non illubenter alibi laudat) nomine, prorſus exemit. Is enim iſtud Homeri carmen *Iliad.* φ. ubi Euſtath. fol. 1242. ad rixam aut pugnam inter Deos excitatam pertinens de dato ipſius ſigno ſcilicet,

Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας ὠρανός, ἄιε δὲ Ζεύς,

hoc adnotat in cæteris; quo nihil verius, apertius, atque ad rem noſtram aptius; Ὅτι ὡ μόνον σάλπιγγες ἀνέκαθεν ὄργανα βοῆς τῆς ἐν πολέμῳ ἦσαν ἀλλὰ καὶ βύκανα, (buccinas intelligit, a quibus buccinatores; nam de tubis, a quibus tubicines, ante pluribus, quod & verba poetæ ſuadebant, egerat) & addit confirmandæ ſuæ ſententiæ iſta ex eo, in quo verſamur, loco verba, ſic fere: Ὡς δηλοῖ τὸ, Πύκται τέσαρες ἀνέβησαν ἐπὶ τῆ σκηνὴν μετὰ σαλπιγκτῶν καὶ βυκανιςῶν, καὶ κέρατα δὲ καὶ ςρόμβοι νόμον τοιῶτον ἦχυν, &c.

Ad gymnicorum triumphale ludicrum ut revertar, de quo ſermo inſtitutus fuerat, in

Col. 1919. lin. 21. poſt *rei*, adde, *populum*

—— in ſumm. cap. XXX. lin. 7. poſt *vocata*, adde, *& item Heliodori*.

—— —— —— lin. 17. poſt *pancratiaſtas*, adde, *e Pollucis etiam ſententia, Platonem citantis, qui illuſtratur & caſtigatur; hujus Interprete recenti, & item Cælo notatis*.

—— —— —— lin. ult. poſt *Xenophanem*, adde, *atque Ariſtotelem*.

Col. 1920. lin. 7. *incipiendi*, lege, *inſpiciendi*, ibid. poſt *nactus ſim*, adde, facultatem;

—— lin. antepen. poſt *fortaſſis*, adde, imo haud dubie, ut ſtatim oſtendam, & videre eſt in *cap.* IX. ſequentis *libri* ad extremum, & *cap.* XVI. *lib.* III. non enim ſine tuba buccinave præcones, qui κήρυκες: quamobrem ex oſtreorum genere buccina κήρυκες a Græcis nominata. Athenæum vide ſi vacat lib. I. *Deipnoſoph.* ſub initium in fol. α. 4. & lib. III. fol. 7. denique in *Excerptis* e veteri *Lexico Græco-Lat.* ad *Gloſſar.* additis a Steph. col. 274. ſic ſcriptum, *tubicines*, κήρυκες.

Col. 1921. lin. 42. poſt *citationes*, adde, hæc Heliodori verba ex libro *Æthiopicon* decimo fol. 230. non incommode quiſpiam referat de illo prægrandi Æthiope invicto circa rem bellicam & palæſtricam athleta; quem Meroebus Hydaſpi Regi & patruo propter victoriam gratulatus dono dederat, quique ipſum in theatro ſedentem veneratus ſeſe ultro in omnium conſpectu denudavit; & ad certamen omnibus provocatis, cum nemo in arenam adhuc deſcenderet, per præconem citati a Principe athletæ: deinde cum depugnandi cauſa nullus adfuiſſet, Æthiopi elephantem vaſtum & annoſum Rex in præmium victoriæ donavit: Καὶ μηδὲ τὸ κελευσθῆναι ἀναμείνας τὴν ἐσθῆτα ἀποδὺς γυμνὸς εἱςήκει πάντα τὸν βυλόμενον καὶ μεθ' ὅπλων καὶ γυμνὰς τῆς χερσὶν εἰς ἅμιλλαν προκαλύμενος. ὡς δὲ ὐδεὶς παρῄει, πολλάκις διὰ κήρυκος τῶ βασιλέως προτρεψαμένυ, δοθήσεταί σοι ἔφη καὶ παρ' ἡμῶν ὁ Ὑδάσπης ἰσοςάσιον τὸ ἔπαθλον. καὶ εἰπὼν, ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι αὐτῷ προσέταττεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον. ὁ μὲν ὑπεδέχετο ἄσμενος, &c. Ad citationes quidem Pythicas ſive Delphicas ex alio ejuſdem auctoris *Æthiop.* loco lib. IV. ſub init. in fol. 73. (unde nonnulla ſuperius allata capp. XIV. & XXIV. hujuſce *Agoniſtici*, aliam in rem tamen, ſed & alia proferam ad finem *cap.* XXXIV. *libri* proximi) iſta cum ſuperioribus Sophoclæis omnino conſpirantia, atque hoc amplius curſoribus luctatores, iſtis pugiles; armatos autem, hoc eſt, non gladiatores quidem, (ut arbitror, qui monomachi & hoplomachi appellati) ſed curſores, quibus in manu clypeus, & fortaſſe ad caput galea, endromideſque ac ocreæ ad pedes, unde dicti hoplitodromi, (de quibus *libro* ſequenti ad extremum *capp.* XXIII. atque XXXIV. diſceptare conſtitui) ſucceſſiſſe ſubindicant: quæ vel quod is liber non temere in manibus hominum verſetur, vel etiam ut ſimul a mendo vindicentur, in quo cubare ipſa erudítiſſimus quoque Amyotus videtur exiſtimaſſe: quando ita locum illum tranſtulit vulgari idiomate, (in hæc verba: *les juges le commanderent ainſi: & le heraut proclama s'il y avoit aucun qui vouluſt courir à luy, qu'il ſe tiraſt en place*) ut ſententiam quam probo ipſe itidem exprimat; propterea lubentius exhibebo: Ἐθεώρει μὲν ἡ Ἑλλὰς, ἠθλοθέτυν δὲ οἱ Ἀμφικτύονες. ἐπειδὴ τοίνυν τὰ ἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἐτετέλεςο, δρόμων ἅμιλλαι, καὶ πάλης συμπλοκαὶ, καὶ πυγμῆς χειρονομία· τέλος ὁ μὲν κήρυξ, ὁπλίτας παρελθόντων ἀνεβόησεν. (ubi Amyotus: *A la fin le heraut cria: les armez viennent en avant*) Et poſtea: Πρὸς δὲ τὴν κλῆσιν τῆ κήρυκος παρείη τις ἄςαλῶς ὡπλισμένος, &c. quæ *libri* tertii *capite* primo proponam, ubi de certaminis gymnici legibus diſſeretur, & ſtatim, fol. 74. Ὁ δὲ καλεῖσθαι τὸν βυλόμενον ὑπὸ τῶ κήρυκος εἰς τὸν ἀγωνίαν ἤξίυ. ἐπέταττον οἱ ἀθλοθέται καὶ ἀνεῖπεν ὁ κήρυξ ἥκειν τὸν ἐπελευσόμενον, ubi tametſi ferri leviter vulgata lectio poteſt; ſic accepta, ut præco adeſſe, atque in arenam ſtadii deſcendere illo juberet eum, qui venturus foret, hoc eſt, qui ad certamen progredi decreviſſet, aut cui ſors obtigiſſet, quemque ideo venire oporteret: nihilominus tamen ſcriptum ab Heliodoro fuiſſe conjicio, levi literularum duarum immutatione ἐπιθευσόμενον, vel (quod uſurpatum a Philone ſcio lib. I. *de Vita Moſis*) ἐπιτρευσόμενον, hoc eſt, eum qui curſu decertare ſtatuiſſet, τὸν δραμύμενον, qui decurſurus in ſtadio foret: præſertim cum ſubjiciat Heliodorus, quod & ad rem qua de agimus facit: Ὡς γὰρ τῆς ἀκοὴν πάντων ὁ κήρυξ τὰς δραμυμένας [illegible] λεν, ἀνεῖπέ τε Ὁρμενος Ἀρκὰς & Θεαγ[illegible]

παλός· ἔσχατον μὲν ἡ ὕσπληγξ, πέπατο δὲ ὁ δρόμος.

Ad citationes

Col. 1922. lin. 14. post *affici*, adde, Reliqua de citationibus agonisticis, quæ a præcone, adhibito etiam tubicine, fierent, inferius lib. III. *Agonist.* cap. XVI. commodiore (ut spes est) loco persequar.

Col. 1923. lin. 3. post παγκρατιαστὰς, adde, quod cum depravatum mendosumque sit apud Pollucem, ex initio *Euthydemi* Platonici fol. 271. Edition. Stephan. (ubi de Euthydemi & Dionysiodori sapientia disseritur) esse restituendum admoneo, ut ita legatur: Ὡς ἔγωγε οὐδ' ᾔδειν πρὸ τοῦ ὅτι εἶεν οἱ παγκρατιασταί. τούτω γὰρ ἐστὸν κομιδῇ παμμάχω. οὐ κατὰ τὼ Ἀκαρνᾶνε τὼ παγκρατιαστὰ ἀδελφώ. Ubi laudare aut saltem sequi non possum, quod Latinus Interpres pancratiastarum vocabulo hæc interpretationis vice adjecit; id est, eximios quosdam atque summos certatores, qui in omni certaminis genere excellant: velut si pentathlos philosophus, non pancratiastas illos, quos ante dixi, nominasset. Sequitur deinde apud Platonem: quod ideo lubet adjicere, ne quis ex istis alioqui contrarium quidpiam illis quæ antea protuleram colligat, quod sane non oportet: Ἐκείνω μὲν γὰρ τῷ σώματι μόνον οἵω τε μάχεσθαι· τούτω δὲ πρῶτον μὲν τῷ σώματι δεινοτάτω ἐστὸν καὶ μάχῃ ᾗ πάντων ἐστὶ κρατεῖν, &c. ἔπειτα τὴν ἐν τοῖς [illegible] μάχην κρατίστω, καὶ ἀγωνίσασθαι, [illegible] ἄλλον [illegible], λέγειν τε, καὶ συγγράφεσθαι λόγους [illegible]. πρὸ τοῦ μὲν ἐν ταῦτα. [illegible], νῦν δὲ [illegible] ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ. Ex eo igitur Platonis, quem Pollux laudavit, loco, ita ut a me castigatus fuit, eundem esse cum pancratiaste pammachum intelligitur:

—— lin. 12. post ἐνίοτε, adde, Postremo docet etiam Eusebius Pamphili in *Sermone*, qui *Diogenes* ἢ περὶ ἀρετῆς inscriptus fol. 91. Ald. libri: quo loco de Porphyrii Martyris consummatione sic admodum scribit: Ἦν δὲ ἄρα τὸ Πορφύριον ἰδεῖν, Ἱερονίκου διαθέσει πάμμαχον νενικηκότος κεκονισμένον μὲν τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὸ πρόσωπον, θαρσαλέῳ φρονήματι καὶ γαύρῳ μετὰ τοσαῦτα τὸ ἐπὶ θανάτῳ βαδίζοντα, &c.

—— lin. 17. post *notat*, adde, qui Euthydemum voluit (mea quidem opinione) dicere.

—— in fine cap. post *exhibebo*, adde, Apud Aristotelem denique lib. I. *Rhetoric.* cap. V. ubi postquam juvenis pulchritudinem in eo consistere docuit, ut corpus laboribus, robore, cursuque capessendis idoneum habens, ideo etiam jucundus aspectu sit; iis utique verbis, quæ XIII. *capite* ad extremum protuli, adjicit statim, propterea pentathlos videri & esse pulcherrimos, qui robore simul & velocitate valeant, διὸ οἱ πένταθλοι (ait) κάλλιστοι, ὅτι πρὸς βίαν καὶ πρὸς τάχος ἅμα πεφύκασιν. Et postea manifestissime ab apto ad cursuram, idoneum ad luctam aut ad pugilatum, sive ad feriendum, & qui horum utroque, lucta scilicet ac pugilatu præstet pancratiasticum inter se atque ab eo qui omnibus hisce valeat pentathlo separat, ut hunc cæteris omnibus præferre non immerito videatur, his admodum verbis usus: Ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥίπτειν πως καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός. ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πλ[illegible], aut (quod alibi & fortasse melius) πυκτικός. ὁ δ' ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι τούτοις, πένταθλος.

—— in summ. cap. XXXI. lin. 11. post *existimantes*, adde, *a pentathlis*

—— ibid. in fine post *loco*, adde, *Pancratiarii.*

Col. 1924. lin. 52. post πέφυκε, adde, Igitur aliter saginandum, fricandum, exercendum dolichodromum, aliter stadiodromum, ac longe aliter pentathlum, dicebat in *Epicteto* ipse Arrianus, alio quodam loco, lib. III. cap. XXII. in princ. in hæc verba quæ proponam: Τί; εἶναι θέλεις; σαυτῷ πρῶτον εἰπέ. εἶθ' οὕτω ποίει ἃ ποιεῖς. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων οὕτως ὁρῶμεν γινόμενα· οἱ ἀθλοῦντες πρῶτον κρίνουσι τίνες εἶναι θέλουσιν, εἶθ' οὕτω τὰ ἑξῆς ποιοῦσιν. εἰ δολιχοδρόμος, τοιαύτη τροφή, τοιοῦτος περίπατος, τοιαύτη τρίψις, τοιαύτη γυμνασία. εἰ σταδιοδρόμος, πάντα ταῦτα ἀλλοῖα. εἰ πένταθλος, ἔτι ἀλλοιότερα. οὕτως εὑρήσεις καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν.

—— lin. 53. post *conjungi*, adde, pentathlum equidem diffiteri nequeo;

Col. 1925. lin. 55. post *feram*, dele *Etenim*, & adde, Præsertim quod ipsum & luctæ, quæ secundo, & cursuræ, quæ tertio ponitur loco, in enumerandis gymnicis ab Homero (cujus in omni vetustarum literarum genere apud omnes auctoritas maxima) ter prælatum cæteris, nunquam postpositum Plutarchus observaverit, velut antiquissimum exercitiorum omnium, vel quoniam istis exercitiis ad rem militarem præmunirentur, atque habiliores fierent; in qua hic ordo pugnæ teneatur, ut ferire prius & cavere (pugilum more) in velitando, tum in ipso propiore congressu misceri confertim, seseque vicissim trudere ac deturbare, (more colluctantium) victi postremo fugere ipsosve fugientes insequi soleant, qui vicerint: apud ipsum ita Lysimachus lib. II. *Symposiac. Problem.* quæst. V. fol. 1135. Edition. Stephan. Σκόπει δὲ μὴ μᾶλλον ἔφη τὴν κατὰ χρόνον τάξιν Ὅμηρος ἀποδείκνυσι. πρῶτον γὰρ ἀεὶ πυγμὴ παρ' αὐτῷ, δεύτερον πάλη, καὶ τελευταῖον ὁ δρόμος τῶν γυμνικῶν [illegible]τακται: ac deinde Timon post allata Homeri carminum tria minimum sive testimonia, sive oracula, subdit in eandem sententiam hoc quoque: Ὡς οὐ κατὰ τύχην ἐκ τοῦ περιϊσταμένου τῇ τάξει χρώμενος ἄλλοτε ἄλλως, ἀλλὰ τοῖς εἰθισμένοις τότε [illegible] δρωμένοις κατὰ νόμον ἐπακολουθῶν. ἐδρᾶτο δὲ οὕτως, τῶν παλαιῶν ἔτι τάξιν αὐτῶν διαφυλαττόντων. Verum enimvero istud

Col. 1926. lin. 26. post *pancratiastam*, adde, pancratiarium, sic in *Excerptis* ex vetusto *Lexico Græco-Latino* additis ad *Glossaria* in Edition. Henri. Stephan. col. 274. c. *de Spectacul.* περὶ θεωριῶν, *Pancratiarii*, παγκρατιάριοι.

—— —— lin. penult. post *lib.* III. adde, in *cap.* X. circa finem, ubi περὶ κατασκευῆς latius ac plenius tractabitur, & nonnihil ad extremum *cap.* XI. ejusdem *libri*.

Col. 1929. in summ. cap. I. lin. 4. post κατεπεῖν, adde, παρορύττεσθαι *apud Arrianum*.

—— ibid. in fine post *saltu*, adde, Συγκατατίθεσθαι *sit ne assentiri apud Arrianum: an potius committi ad pugnam, quod Latine componi etiam dicitur.*

Col. 1931. lin. 16. post *reddidit*, adde, quod nomen ea scammatis seu arenæ in stadio significatione, a Tertulliano positum, non sine ratione quispiam existimet; ubi fossam determinare dixit in præscriptionibus: Omnem prolationem quærendi (ait) & inveniendi statuit fructus ipse quærendi. Hanc tibi fossam determinavit ipse, qui te non vult aliud credere, quam quod instituit, ideoque nec quærere.

—— lin. 35. post *vocabulum*) adde, recte a Luciano (sicut ante dixi) ὄρυγμα nuncupatum: ut & athletæ, qui in scamma, hoc est, in arenam, certaminis gratia descendissent, παρορύττεσθαι dicti, hoc est; quadam veluti fossa includi, ab Arriano *Epicteto* l. III. c. XV. apud quem Epictetus eum alloquens, qui Olympico agone decertare statue-

spectat quod scriptum in Paridis Crassi Bononiensis *Apostolicarum ceremoniarum* olim magistri ac Episcopi Pisaurensis lib. I. *de Cerimoniis Cardinalium & Episcoporum in eorum Diœcesibus* cap. III. quod est *de silentio & attentione omnium*, &c. *Si quis autem* (inquit) *tunc ibi orare vel suum officium ex libro profiteri voluerit, admoneatur modeste ut in privato loco id agat*, &c. *solo ceremoniario non per signum modo, sed per nutum, perque solum, si sufficit, intuitum, id est, per signum aliquod leve singula monstrante fiant, ita ut nemo quid acturus sit quærat tunc clamando, aut desistat scandalizando, nemo discurrat, nullusque sit tumultus ac nulla quantacumque levis altercatio*, &c.) hoc etiam constat Cantorum sive Psalmistarum (de quibus apud Isidorum in *de Eccl. Offic.* lib. II. cap. XII. *de Psalmist.* & in *Ordine Rom. de offic. divin.* fol. 29. *in invitation. ordinandor. vers. Psalmistæ*, id est, *Cantores*) chorum, scholam vocari; & scholares, eos clericos qui horarios & canonicos hymnos modulatis adhibitis sonis argute pronunciant. Joannes enim Diaconus cap. VI. lib. II. *de Vita Greg. Magni*, ubi de eo narrat in domo Domini more sapientissimi Salomonis propter musicæ compunctionem dulcedinis antiphonarium centonem cantorum studiosissimum ipsum compilasse, scholamque cantorum (*quæ hactenus*, ait, *eisdem institutionibus in sancta Romana Ecclesia modulatur*) constituisse. Scholam cantorum communibus sumptibus vixisse, habuisseque magnæ in urbe existimationis & dignitatis præfectum, qui Primicerius, (sic vocatur in Ecclesia Cathedrali Aretina Præfectus chori, qui cantoris officio ac dignitate cæteris antistat, de Primicerii officio, *ex. eo. tit. & in cap. I. dist.* XXV.) alias Prior scholæ cantorum vocabatur, Onuphrius Panvinius in *Explanatione* (qui subjectus Platinæ, *de Vitis Pontificum*, libellus fol. III. in verbo, *Primicerius scholæ cantorum*) votum *Ecclesiasticarum* tradit: cujus opera optimi juvenes selecti (ait) in cantu lectione sacrorum librorum & optimi moribus instituebantur. Sed auctis reditibus Ecclesiarum cum Christianæ militiæ nomen dedisset frequentior ubique populus: cujus incondita vox devotionem potius impediret, quam fidelium ad consideranda divina mysteria & sacramenta mentem accenderet, chorum sive collegium cantorum habere cœperunt, ad Romanæ similitudinem & exemplum Ecclesiæ, cujusque oppidi præcipue, constitutum sub scholæ nomine, qui psalmos, antiphonas & cantica voce præalta eaque modulata prædicarent. Ita equidem scholam & scholares in Jure Pontificio interpretor, duobus admodum tribusve locis, cap. *ut quisque de vita & honest. cleric.* cap. I. *de celebrat. Missar.* apud Gregor. desumpto ex palæa presbyt. *dist.* XCI. sed in *d. cap. ut quisque*, potest & vulgaris expositio probari, ex eo maxime quod in *Capitulario* Caroli Magni de scholis ad filios & ministros Ecclesiæ erudiendos congruo loco constituendis traditur *lib.* II. *cap.* VI. fol. 40. & *lib.* V. *cap.* XCV. fol. 135. magis tamen probatur altera illa nostra hic quoque, & confirmatur cap. XCIII. d. lib. V. in *Capitulario* Caroli Magni & *palæa ut illud*, & *can. hoc quoque de consecrat. dist.* I. magis enim necessarius cantaturo Missam presbytero clericus, qui scholam tenere, hoc est, præire cantaturis laicis aut aliis sciat, præsertim Dominicis ac festivis diebus, quam qui literarum scientia polleat, potissimum in rusticanis ecclesiis. Nec tamen ignoro, quemadmodum alii (Durantius Tolos. Præses extremo cap. XXIII. lib. III. *de Ritibus Eccles.* Joan. Molanus Theologus Lovaniens. de scholarib. agens cap. XLI. lib. II. *de Canonicis*. Nam etsi caput ita inchoat, ut nobiscum facere videatur, *postremum & infimum* *locum* (inquit) *in choro occupant scholares*, &c. tamen quæ sequuntur satis demonstrant, eum scholarium nomen a scholis literarum repetiisse, præsertim cum in cap. XXXIX. *de musicis cantoribus*, neutiquam scholæ meminerit, & in *cap.* XI. magistrum & caput scholæ a cantore sive præcentore separandum duxerit: scholasticum, scholastrum, magistrum scholæ, vel caput scholæ ad scholasteriæ sive munus, sive dignitatem retulerit *cap.* X. de qua in *Concil. Trident.* XXIII. sess. ad fin. agitur. Scholariæ dignitatem sine ullo præcipuo, quod equidem sciam, officio habent Convenarum diœceseos quæpiam ecclesiæ, ut audio: & item aliæ, ut Cozerani diœceseos ad Pyreneum ecclesia sancti Licerii) post præterve Glossam atque Doctores acceperint, ut hoc sentiam, imprimis facit, quod in *priore Actu Passionis* D. Cypriani, cujus ipse Pontius meminit, ubi de sepultura corporis ejus ad finem, scholarium appellatione, non alii quam quos dixi designantur: quo loco: *Sed ne a Gentilibus tolleretur* (corpus) *nocte adveniente ex eodem loco ubi positum fuerat sublatum est, & inde cum cereis & scholaribus in area cujusdam Candidi procuratoris cum magno triumpho sepultum est*. Sed & in posteriore, ubi hoc legitur: *Ejusque corpus propter Gentilium curiositatem in proximo positum est cum cereis & scholaribus in areis Macrobii Candidi procuratoris, quæ sunt in Mappaliensi juxta piscinas, cum voto & triumpho magno*. Albinus etiam Flaccus Alcuinus in lib. *de Ecclesiast. Offic.* fol. 53. (& conjunge quod est in *Ordine Romano*, fol. 48.) ubi de festo Palmarum, & scholæ laicorum, & cantorum etiam scholæ mentionem facit in hæc admodum verba: *Insuper etiam laicorum schola cum vexillis atque fanonibus a longe præeunte. Exeunte enim clero seu populo ab ecclesia, inchoatur antiphona, cum appropinquaret Dominus: qua finita inchoat schola antiphonam, cœperunt omnes; item, cum audissent*, &c. *His finitis ante atrium ecclesiæ loco competenti subsistit schola cum bajulis & reliquo ornatu; & clerus, seu populus expectant in loco atrii inchoantes antiphonam, occurrerunt: respondet schola antiph. cum Angelis & pueris. Hac finita inchoantur a duobus cantoribus quidam versus*, Israel es tu Rex. *Respondet chorus*, &c. *His finitis incipit schola cum bajulis antiphonam, Pueri Hebræorum: & tunc prosternit omnis plebs hinc inde frondes seu flores decantantes antiph.* Osanna filio David, *usque ad altare: & sic intrat ad Missas*, qua de re ita in *Pontificali Romano* (in III. parte in fol. 184. pag. 2. ubi *de Offic. Dominicæ Palmarum*: & similiter in *Ordine Rom. de Offic. divin. in de die Palm.* fol. 49. col. I.) scriptum, ut scholæ loco nominetur chorus: *Et dum datur palma Pontifici*, (ait) *chorus incipit cantare*, Pueri Hebræorum.

Ecclesiastica militia est ad mundanæ militiæ, sive palatinæ, sive armatæ, quendam modum aut similitudinem comparata. Schola militum dicitur equitum, peditum, scutariorum, clibanariorum, agentium in rebus, domesticorum silentiariorum, & societatis sacrarum largitionum, plurimis *Constitutionum* principalium, & Marcellini locis: quos cum alii (Brisson. *Lexico*) diligenter adnotaverint, conferre isto nihil est necesse. Sulpitius igitur Severus in lib. *de Vita B. Martini* cap. I. fol. 183. scholarium alarum commeminit sic fere: *Ipse armatam militiam in adolescentia sequutus inter scholares alas sub Rege Constantio, deinde sub Juliano Cæsare militavit*. Et Justinianus ipse ita de scholaribus loquitur *Nov.* CXVII. (*ut liceat matri vel aviæ cap.* XI. *quod autem*. At in *Nov.* XXX. de proconsule Cappadociæ cap. VII. §. *sicuti vero*, a milite proconsularem. scholarem domesticum separat, καὶ γὰρ εἴ τε στρατιώτης, ἢ ἀνθυπατικὸς, ἢ

σχολάριος, ἢ δομέστικος, &c. ζημιώσεις τ ἡμέτερον ὑποτελῆ. Militum ad 3500. palatii custodiæ vacantes, quos *scholares* vocarent, olim ex Armenis lectos fuisse, qui uberiores & ampliores annonas de publico quam cæteri milites perciperent: post Zenonem autem in bellis & serviles homines ad eam militiam promotos ipsius etiam Justiniani temporibus fuisse ait Procopius: quibus supernumerariorum ad duo millia ipse addiderit, nihil de publico accipientium, ex quo & Suida *in* σχολάριος & ὑπεράριθμος, vide Franc Pithœum in *Glossario ad Juliani epitomas Novellarum Justiniani*) ut quamvis a militibus & fœderatis distinguat, sub militia tamen armata constituere videatur: quo loco: Τὸ μὲν τοι παρ᾽ ἡμῶν νομοθετηθὲν περὶ τῶ ἐν ἐξπεδιτῷ ὄντων καὶ ἐν στρατείαις καταλεγομένων (εἴτε στρατιῶται εἶεν, εἴτε φοιδερᾶτοι, εἴτε ἄλλοι τινὲς ἐφ᾽ ἑτέραν οἵαν δὴ στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι) κάλλιον διατυπῶσαι συνείδομεν, & reliqua. Ad armatæ scholæ palatinæve similitudinem, quod ecclesiasticam inductam esse dixi, ne vanum aut falsum quispiam ducat, ecce B. Ambrosii *in cap.* XII. *Epist.* I. *D. Pauli ad Corinth.* testimonium, sed potius judicium atque oraculum: *Ita & in lege Dominica gradus charismatum sunt, officiis ecclesiæ, non utique meritis humanis indulti, sed ut membra ad ædificationem ecclesiæ pertinentia, quæ per se & in se habent gloriam, sicut est etiam in humanis officiis; Scholæ enim sunt quæ positis in se dant dignitatem, ut loci honor hominem faciat gloriosum, non propria laus.* Quæ mihi sententia ideo vehementius nunc arridet, ut satis gratulari de illa mihi non posse videar: quoniam præter innumera pene testimonia ex *Pontificali Rom.* desumpta, quibus hoc ipsum asseritur de schola cantorum quod protuli, ubi de clerico faciendo, (libri Venetiis excusi ann. 1582. fol. 6. ubi: *Tunc schola incboat & prosequitur antiphonam sequentem*, &c.) ubi de ordinatione subdiaconi (fol. 11. ejusdem libri pag. 2. *Ministri vero & alii astantes genua flectunt, & schola incboat Litaniam choro respondente, vel si officium fiat sine cantu Pontifex dicit ministris & capellanis respondentibus Kyrie eleis.* &c.) atque presbyteri (fol. 21. *Tunc Pontifex ante altare conversus flexis genibus incipit competenti voce, schola prosequente hymnum, Veni creator Spiritus*, &c. & fol. 22. pag. 2. *Pontifex lotis manibus, mitra deposita, stans in cornu epistolæ altaris versus ad illud incboat in cantu schola prosequente responsorium*, &c.) & ubi de consecratione electi in Episcopum, (fol. 31. pag. 2. *Post hæc consecrator incboat schola prosequente antiphonam, unguentum in capite quod descendit in barbam Aaron*, &c. & fol. 38. pag. 2. *Consecrator stans sine mitra apud sedem seu faldistorium a parte dextra consecrati dicit, vel si officium cantatur, incipit schola prosequente antiph. Firmetur manus tua*, &c. vide & *de consecrat. summi Pontif.* in fol. 43. similiter ut posui sup. e fol. 31.) de consecratione summi Pontificis, & aliis quamplurimis in locis, (ubi *de monacho faciendo* libri Veneti, fol. 54. pag. 2. & ubi *de benedictione Abbatis*, fol. 64 *schola vel clericis prosequentibus*, & fol. 64. pag 2. *schola prosequent.* sicut & fol. 71. ubi *de benedict. Abbatissæ*, & fol. 78. *de benedict. & consecrat. virginum*, ut & pag. 2. ejusdem fol & fol. 79. pag. itidem 2. & *de benedict. & coronatione Regis*, fol. 96. pag. 2. & ubi *de coronat. Reginæ*, fol. 102. quo loco, *& cantores incipiunt schola prosequente Litaniam*: & statim, *cantoribus Litaniam resumentibus & perficientibus*: sic & fol. 104. pag. 2. *Metropolitanus incboat schola sequente hymnum*: sicut & in *benedictione primarii lapidis pro Ecclesia ædificanda*, fol. 109. pag. 2. & 110. pag. 2. & 111. pag. 1. & 2. & *in dedicatione Ecclesiæ*, fol. 113. pag. 1. & 2. & fol. 114. pag. 1. & 2. ubi, *interim schola cantat*, & fol. 115. *cum schola sive cantores cantant*, & p. 2. ejusdem fol. *schola prosequent.* & fol. 116. 121. pag. 1. & 2. & fol. 122. pag. 1. & 2. & 123. *schola cantat antiph.* &c. & *de dedicat. & consecrat. Ecclesiæ*, fol. 129. *schola cantat responsorium*, ut & fol. 131. pag. 2. 132. pag. pag. 2. & 133 & fol. 136. *schola cantat antiph. duas sequent.* & fol. 143. p. 2. 144. 145. 146. 147. 152. pag. 2. & *incboans schola, seu ministris prosequentibus antiph. vel responsor.* ubi *de consecrat. altaris portatilis*, & 157. & ubi *de officio quod fit de feria quinta in cœna Domini*, fol. 185. p. 2. *interim a schola cantatur introitus*, & fol. 252. ubi *de expulsione publica pœnitentium ab ecclesia, quibus peractis Pontifex cum Ministris schola præcedente & toto clero, cruce, aqua benedicta, & duobus cereis præcedentibus*, &c. & fol. 253. & *interim schola insequente cantat responsorium, in sudore vultus tui*, &c. & fol. 255. pag. 2. & *tunc Archidiaconus incboat & schola prosequitur antiphonam, Accedite ad eum*, &c. & similiter fol. 256.) quos adnotare operosum æque ac inutile sit futurum, (ut illud omittam e Ledradi Archiepiscopi Lugdunensis *epistola ad Carolum Imperatorem*, quod de seminario clericorum agens Joan. Molanus retulit, cap. XLII. lib. II. *de canonicis ex histor. Lugdunensi* per Paradinum lib. II. cap. XX. *habeo scholas cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut etiam alios erudire possint: præter hæc vero habeo scholas lectorum*, &c.) *Ordinis* etiam *Roman.* authoritate unde confirmare possim, in *Opistographo Nomici Lexici* prætermissorum meo, cum superiora conclusisse me arbitrarer, denique reperi. Etenim apparet perspicue illo e *Romani Ordinis* loco scholæ nomen ad cantores pertinuisse; quorum e numero prior sive primus scholæ, secundus, tertius, quartus (qui & paraphonista, vide in *Ordine Rom.* ubi *de officio Missæ*, fol. 11. col. 2. attamen in fol. 80. *Primus scholæ*, inquit, *cum paraphonistis infantibus & nonis*: & in *Ordine Rom. in die Palmarum*, fol. 43. *Tunc ascendentes in pulpitum duo ex paraphonistis imponant antiph.* & fol. 46. *Infantes paraphonistæ in loco competenti subsistentes imponant antiphonam*, & fol 47. *His recedentibus ex schola infantes paraphonistæ juxta crucem hunc hymnum cantent*, & magister scholæ, vide in *Ordine Rom. in benedict. cerei*, fol. 76. col. 2.) dictus fuerit: & vero in choro seu schola duas tanquam acies cantorum per ordinem ab utroque latere modulantium, atque adeo (recte: nam & in *Ordine Rom. de officio Missæ*, fol. 10. col. 2. *Acolytus quidem cum defensoribus primum, deinde presbyter cum suis petita benedictione, divisis hinc inde partibus prout militant, præcedunt Pontificem usque ad Ecclesiam*) militantium suoque vocis modulatæ officio ac munere fungentium fuisse. Nam in ordine processionis ad Ecclesiam sive Missam (initio *Ordinis Rom.* fol. 1. & fol. 11. *de schola & priore scholæ*, ibid. in fol. 2. 3. 5. ubi *primo scholæ*, &c. 11. & 16. 21. 24. 61. 71. 97. 100.) ita scriptum: *His ita compositis invitante ad Regiam secretarii præfato subdiacono scholam, quartus scholæ*, (hic *magister scholæ* videtur nominatus in eod. *Ordine Rom.* ubi *de benedictione cerei*, fol. 76. col. 2. qui semper nunciat Pontifici de cantoribus, adstans ante faciem Pontificis, & nutum ejus ad psallendum expectans) *statim dum innuit ei, egreditur ante fores secretarii; & dicit, Accendite*, &c. *Et ille quartus scholæ ad priorem* (hic *primus scholæ* dicitur in fol. 5. *Ordinis Rom.* col. 2.) *vel secundum sive tertium inclinato capite dicit, Domini jubete. Tunc statuuntur duæ acies* (sic & in *Pontificali Rom.* ubi *de ordinatione & consecratione summi Pontificis*, fol. 47. libri Veneti, *Dictis orationibus sedet Pontifex, & prior diaconorum cum ferula descendit ad confessionem B.*

statuerat, monensque ut περὶ τῶν καθηγουμένων αὐτῷ καὶ τῶν ἀκολούθων ea dispiceret, hoc adfert in reliquis. Εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι ἐστιν ὅτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, ὀφρὺν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι, &c quæ inferius *libri* III. *cap.* XVII. proferam: nisi tamen τὸ παρορύττεσθαι referendum eo quispiam duxerit; quod ictibus fodi antagonistarum latera ὑπερβολικῶς dicerentur: sicut oculi etiam effodi (Plutarch. quidem *Lycurgo*, ubi de Alcandro, & Athenæus in XIII. ἐκκόψαι τὸν ὀφθαλμὸν, idem Plutarch. *Artoxerxe* ἐξορύξαι τοὺς ὀφθαλμοὺς) pugilum τῶν ὑπωπιαζομένων, qui sugillarentur scilicet: id quod XIV. *cap. lib.* proximi explicabitur.

Col 1934. lin. 56. post *monui*, adde, Atque hujus circa saltum canonis non obscure Arrianus *Epicteto*, lib. IV. cap. X. (licet metaphorice loquutus) meminit his fere verbis: Ἀσφαλὴς ἴσθι. μὴ πρὸς τὸ ἐπάγειν τὸν φυσικὸν κανόνα προπηδᾷ, ἐν τῷ συγκατατίθεσθαι Componi siquidem (quod est συγκατατίθεσθαι) atque committi gladiatores aliique antagonistæ decertaturi dicebantur: ut e Senecæ, Quinctiliani, Minutii Felicis, atque Lactantii locis intelligitur; quos indicabo (habeo in *Opistographis Nomici Lexici*, sive *Indicis mei*, quæ aliquando, si esse usui videbuntur, proferam in publicum) cum erit commodum: sive a conjectis in eandem urnam, atque adeo una impositis depugnaturorum simul athletarum, aut gladiatorum; quæ idem signum haberent, cum fortitione facta extraherentur (sicuti superiore *libro capp.* XXIV. XXVI. docui) nominibus: sive potius a ponendis simul eodemque loco ac tempore in spoliario scilicet sub tempus agonis committendi; deponendis, (inquam) hoc est, exuendis, eorum qui nudi, uncti oleo atque ceromate decertaturi forent, vestimentis: qua de re statim *capp.* II. III. IV. & V. videbitur. Nec tamen inficior, quin sicut apud philosophos, præsertim Stoicos, (vide A. Gellium *lib.* XIX. *cap.* I. post Platonem in *Gorgia*, Danielem I. *cap* Basilium in *epist. ad Eustath.* quos locos in *Græco Thesauro* Henric. Stephan. attulit) τὸ συγκατατίθεσθαι assensionis vim habet, ut sit ipsi contrarium τὸ ἐπέχειν (vide Plutarch. *de primo frig.* τὸ ἐπέχειν ἐν τοῖς ἀδήλοις τοῦ συγκατατίθεσθαι σοφώτερον ἡγούμενος, & ipsum Arrianum *Epicteto* lib. I. cap. XXVIII.) & retro τῆς ἐποχαῖς αἱ συγκαταθέσεις adversentur, ita possit percommode philosophus Epictetus hic accepisse. Verum quid vetat priore illo modo, quem diximus, verbum exponere; quando similitudinibus ipsum atque translationibus a re athletica deductis sua dogmata illustrare apparet satis, e variis in trinum istum *Agonisticum* collatis Arriani, aliam in rem hoc ipso *capite* jam citati, eximiis locis? quid vero prohibet quin τὸ συγκατατίθεσθαι idem significet quod ἀνταγωνίζεσθαι, ἀνταναστῆναι, ἀντικαταστῆναι atque συγκαταστῆναι: quæ nimirum esse propria pugilum, a nobis *cap.* IX. & *cap.* XII. superioris *libri* expositum fuit: certe ut ad quos ista; illud itidem (quod nequaquam diversi valde sensus est) pertineat?

Col. 1935. in summ. cap. II. lin. I. post *scammate*, adde, *ad ipsum provocatio*.

—— ibid, lin. 3. post *expositus*, adde, *& fortasse restitutus*.

—— lin. 9. post *Scamma*, adde, Veteres, vero, ad quod olim ita provocari dictum apud Veteres, quemadmodum de disco inferius *cap.* XXVI. hujusce *libri* commonstrabitur, hoc Epicteti apud Arrianum indicat, ubi de Socrate: Εἰς τοῦτο σκάμμα προεκαλεῖτο πάντα ὄντινα οὖν καὶ οὐκ ἄν μοι δοκῇ ἐκστῆναι οὐδενί: scamma inquam non ubi saltu tantum, sed &

—— lin. 23. post *Deinde*, adde, ut eo quamlibet recentior ita non minus elegans ac tersus, si quis a Latinis alius Theologus, Petrus ille (quem lubenter nomino, ac propemodum ipsi mihi hic loqui fas est, in deliciis dudum habeo) Chrysologus, cum stadio scamma copulavit *serm.* XXXIII. de filia Archisynagogi, fol. 91 apud Petrum Ravennatem Episc. *Dicere non est ausa, ne circumstantium confunderet & oneraret auditum: ne fieret populorum fabula, quæ tot annis studium & scamma fuerat passionum*. Et *sermone* CXXIV. in ipso initio, qui est *de divite & Lazaro*: *Quoties nobis a Deo dives ingeritur purpuratus, quoties vulneratus pauper apponitur; toties nobis misericordiæ scamma panditur, toties nobis stadium pietatis aperitur: ut de spectaculo cœlesti possimus attendere, quam brevi quanti meis pauper ad palmam, dives pervenit ad ruinam.* Præterea ipso

—— lin. 37. post πληγῆναι, adde, ubi τοὺς ἀθλητὰς illud valde suspectum a præcedentis vocabuli glossemate habeo.

Col. 1937. lin. 14. *denudatis*, lege, denudari,

—— in summ. cap. III. lin. I. post *decertarunt*, adde, *qua de re Aristophanis inter cæteros locus a Suida perperam acceptus*.

—— ibid. in fine post *castigatur*, adde, *De cursoribus inunctis*.

—— lin. 54. *Capillatira*, lege, Callipatira.

Col. 1938. lin. 18. ante *Præterea*, adde, & Aristophanes apud Suidam, Athenienses quod veste ab alvo rejecta nudarentur, luctatoribus comparat, ut rem esse morbi, hoc est, depravati moris cujusdam athletici seu exercitatorii; non (quomodo Suidas perperam accepit) magnam rem morbi significet: quo loco: Ἀσκητικὸν, μέγα. Ἀριστοφάνης ἐν μὲν ὁρῶ τοὺς Ἀθηναίους ὥσπερ παλαιστὰς ἄνδρας ἀπὸ τῶν γαστέρων τὰ ἱμάτια ἀποτιθέντας ὥστε φαίνεται ἀσκητικόν τι χρῆμα τοῦ νοσήματος.

Col. 1939. lin. 7. post *usus*, adde, non Æliodorum modo in *Æthiopicon* undecimo (unde verba in superioris *libri sermone* XIII. contuli) de athleta Æthiope robusto & obeso superato in colluctatione a Theagene agentem, ubi μετὰ τοῦ ὄγκου παχεῖαν τὴν γαστέρα conjungit; verum etiam.

Col. 1940. lin. 3. post *sunt*, adde, Interea istud τοῦ ὀγκηστοῦ epitheton esse asino convenientissimum ex eo intelligas, quod ita scriptum alicubi ab Arriano in *Epicteto* secundo libro cap. XXIV. πρός τινα τῶν οὐκ ἠξιωμένων ὑπ' αὐτοῦ, videre est: in quo τὸ συνογκᾶσθαι usurpatum licet advertere, quod Lexicographi nequaquam adferunt, ὄνῳ δέ τις προσθυμεῖται συμπαίζειν ἢ συνογκᾶσθαι. καὶ γὰρ εἰ μικρὸν, ὅμως ὀνάριον ἐστίν.

—— lin. 12. post *solitos*, adde, quemadmodum Scholiastes Aristophanis eo loco testatur, unde verba hujusce *Agonistici* cap. XXII. proferam, sic fere scribens: Ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀσκουμένοις, ἀλειψαμένοις ἐν τῷ ἡλίῳ τρέχειν: ita etiam

Col. 1941. lin. II. post *scribit*, adde, qua de re ab ipso, a Polluce istius æquali, a Xenophonte, ab Athenæo, Suida, Eustathio ab Homerum, agimus *libro* primo ad extremum *cap.* XII. ubi de vario saltationum genere diligenter & accurate disquisitum fuit.

Col. 1942. lin. 22. post *quoque*, adde, (pilariis interim, sive pilicrepis exceptis, de quibus *libri* I. *cap.* XII. circa finem actum est, & statim loquar)

Col. 1944. lin. 30. post *operiuntur*, adde, ac denique illo e Clementis Alex. loco lib. III. *Pædag.* cap. V. πῶς περὶ τὰ λουτρὰ ἀναστρεπτέον, fol. 100. Edit. nuperæ apud Commelinum ex anno 1592. in quo: Καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ τῷ ἀθλητῇ (ait) γυμνὸν δεικνύειν τὸν ἄνδρα αἰδούμενοι, ἐν διαζώσμασι τὴν ἀγωνίαν ἐκτελοῦντες, τὸ αἰδήμον ἐφύλαττον.

Col. 1953. in summ. cap. V. lin. 3. post *cursores*, adde, *Statius emendatus*. *Pugil pro pammacho apud Apulejum*.

Col. 1594. lin. 40. post *est*, adde, Itaque pugilum nomine pammachos sive pancratiastas, itemque luctatores porrecta latius significatione nominis per quandam catachresin apud Madaurensem Apulejum lib. IX. *Milesiarum* fabula IX. *de Asino aureo*, (quod minime tamen ibi philologus Beroaldus animadvertit) ubi de servis stigmatiis inter cætera: *Male luminati* (ait) *& in modum pugilum, qui pulvisculo persperſi dimicant, farinulento cinere sordide candidati*. Nec enim esse novum, ut pyctarum pugilumve, itemque palæstron vocabula promiscue ab auctoribus classicis usurpentur, ex iis apparet, quæ *libri* superioris undecimo *sermone* protulimus.

—— lin. 42. post *istud*, adde, argumento est maximo, quod Heliodorus de illo Æthiope agens, quem Meroebus Hydaspidi Æthiopum Regi & patruo gratulatus ob victoriam dono dederat, ipsum dicit *πολεμων μεν καὶ αἱμάτων ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον, πάλην δὲ καὶ πυγμὴν τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον*: apertius autem hoc

Col. 1956. lin. 21. post *πάλης*, adde, Illud itidem alterum de aleiptis curam athletarum vitæ habentibus, eo insuper ex loco Plutarchi, quem *lib.* III. ad extremum *cap.* IV. proferemus, manifestum fiet.

—— Not. 7. in fine post *fol.* 132. adde, Ad sacramentum Confirmationis hoc apud Eusebium pertinet *Eccles. Hist.* lib. III. cap. XXIV. quod a verbis B. Clementis historiam de D. Johan. Evangelista & juvene quodam enarrantis protulit, fol. 23. ubi: *Ὁ δὲ πρεσβύτερος ἀναλαβὼν οἴκαδε τὸν παραδοθέντα νεανίσκον ἔτρεφε, συνεῖχεν, ἔθαλπε, τὸ τελευταῖον ἐφώτισε*, (de baptismo accipiendum puto) *καὶ μετὰ τοῦτο ὑφῆκε τῆς πλείονος ἐπιμελείας καὶ παραφυλακῆς, ὡς τὸ τέλειον αὐτῷ φυλακτήριον ἐπιστήσας τὴν σφραγῖδα τοῦ Κυρίου*. Nam quin *τὴν σφραγῖδα* de signo Domini, hoc est, de sacramento Confirmationis, accipi debeat, equidem dubitari merito non posse arbitror.

Col. 1957. lin. 43. post *cap.* VII. adde, hanc historiam præclaris prosecutus versibus hisce Aurel. Prudentius *Καθημερινῶν hymno* II. fol. 44. Edit. Antuerp.

Sub nocte Jacob cærula
Luctator audax angeli
Eo usque dum lux surgeret
Sudavit impar prælio.
Sed cum jubar claresceret,
Lapsante claudus poplite,
Femurque victus debile,
Culpæ vigorem perdidit.
Nutabat inguen saucium,
Quæ corporis pars vilior,
Longeque sub cordis loco,
Diram fovet libidinem.
Hæ nos docent imagines
Hominem tenebris obsitum,
Si forte non cedat Deo,
Vires rebelles perdere,
Erit tamen beatior,
Intemperans membrum cui
Luctando claudum & tabidum,
Dies oborta venerit.

Col. 1960. Not. I. in fine post *illo, &c.* adde, Videsis & *Catecheseon* Matthæi Galeni centesimam & octuagesimam ad finem, & CLXXXI.

—— in summ. cap. VI. lin. I. post *munere*, adde, *Utrum id promiscuum fuerit necne, ambigitur*,

—— ibid. in fine post *Proscholus*, adde, *Cantorum schola, scholares & scholastici: explicatis præter aliorum sententiam duobus aut etiam tribus e Jure Pontificio locis. Ecclesiastica militia scholas ad similitudinem & exemplum armatæ vel palatinæ comparata: unde scholarum acies in choro ecclesiæ.*

—— lin. 55. post *attinet*, adde, eundem cum aleipta fuisse, Scholiastes Aristophanis vetustus credidit; qui ad istud Poetæ *Equitibus* fol. 217. *ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταῦτά γε*, hoc nimirum adjicit explicationis ergo: *Ἀντὶ τοῦ ἀλειπτικῶς, παιδοτρίβαι γὰρ καλοῦνται οἱ ἀλεῖπται καὶ κηρωματισταί*, tanquam honorificentius nomen pædotribarum aliptis etiam tribui solitum dixerit, ut Monachis priorum, fratribus Monachis patrum hodieque obtinuit.

Col. 1961. lin. 1. post *ait* [1], adde, & similiter ut pædotriba gymnastæ quidam famulus, ita pædotribæ imperio aleipta obsequens fuit: quamobrem apud ipsum Aristophanem (eod. fol. 217. ubi Scholiastes ad *τὸ διαβολὰς, δέον εἰπεῖν τὰς λαβὰς*, inquit, *ὡς ἐπὶ πάλης*) cum a choro equitum jussus esset Agoracritus, sive Atlantopoles, alicui cervicem inungere his admodum verbis:

Χο. ἔχε νῦν ἄλειψον τὸν τράχηλον τουτωί,
Ἵν' ἐξολισθαίνειν δύνῃ τὰς διαβολάς.

Respondet iste quod ante attuli, hoc sensu: recte quidem ac pædotribice sibi hoc imperatum fuisse, scilicet *τὰς διαβολὰς εἰπεῖν, ἃς ἔμελλε διαβάλλειν ὁ Κλέων*,

—— lin. 10. post *didici*, adde, atque ita factum, ut vel varia officia unus idemque apud Græcos expleverit exercendi, fricandi atque inungendi, aliaque hujusmodi præcipiendi, quæ opus facto ad valetudinem constituendam foret: vel uti sub varia ejusdem ministerii seu potius artificii appellatione apud plerosque non lautissimos neque amplissimæ rei ac familiæ homines,

Col. 1963. lin. 6. post *εὐσχήμονες*, adde, eoque pertinet quod apud Aristophanem *Nubibus* ita scriptum sex hisce versibus: (hunc locum citavit Suidas *τὸ ἐν παιδοτρίβου* explicans sic fere: *Ἐν παιδοτρίβου εἰς τὸν τόπον ὅπου γυμνάζονται καὶ διατρίβουσιν οἱ παῖδες. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις, ἐν παιδοτρίβου δὲ βαδίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι. τουτέστιν εὐκόσμως καθῆσθαι ὡς μηδὲν τοῖς περιεστῶσιν ὑποδεῖξαι ἄκοσμον*, & tamen Aristophanes habet *καθίζοντας*, non *βαδίζοντας*)

Ἐν παιδοτρίβου δὲ καθίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι
Τοὺς παῖδας, ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειαν ἀπηνές.
Εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους συμψῆσαι καὶ προνοεῖσθαι
Εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε.
Ἠλείψατο δ' ἂν τοὐμφαλοῦ οὐδεὶς παῖς ὑπένερθε τότ' ἄν, ὥστε
Τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει.

& reliqua. In superioribus autem,

—— lin 10. *quarum*, lege gnarum.

—— in fine cap. post *habet*, adde, Tali Proscholi appellatione, merito (ut videtur) eum qui & ceremoniarius & magister chori dicitur in Ecclesia Metropolitana hujusce urbis designare possis: etenim cum iste sub eo Canonico, qui Cantor (ut alibi Præcentor itemque Succentor; sicut in Provinciæ atque Aquitaniæ quibusdam Ecclesiis atque Abbatiis regularibus *Capischolus*, quasi caput scholæ) appellatur, hoc pensi habeat, munerisque, ut in officio maneant omnes qui choro intersunt, qualibet dignitate præditi, a summo ad imum usque presbyterum aut clericum, ac ne quid *ἀτάκτως καὶ ἀκόσμως inordinate ac indecenter*, contra præceptum Apostoli, ab ullo fiat (huc

ipſa parum à ſcaphio videtur diſcrepaſſe, ſi qua e-narratoribus philologis fides) & Hectoream, ſic fere: Κείρονται δὲ ϗ μέχει νῦν οἱ μὲν ἐν χρῷ καθὰ ϗ Ἀλανοί· οἱ δὲ σκάφιον, ὃ παρὰ τῷ κωμικῷ κεῖται, τινὲς δὲ ϗ Ἑκτορέην φιλοῦσι κουράν, ἣν παραλαλεῖ ϗ Λυκόφρων. φιλητὸς δέ τισι ϗ ὁ λεγόμενος κῆπος. ϗ ὅμως ἥν φασι ϗ φορτικὴ κουρά. ὡς ϗ ἣν ἔπασχόν τινες ὑπὸ Σκυθῶν, ἣν ϗ μισοῦντες τὸ οὕτω πάσχειν ἀπεσκυθίσθαι προσηγόρευον. Priores duos illos

—— in fine cap. poſt *cenſeant*, adde, In qua inſuper, uno iſto Diogenis Laertii teſtimonio prorſus equidem confirmor, nemo ut in poſterum de ipſa me deducere ulla ratione poſſit. Eadem enim, quæ de Arato e Plutarcho ſuperius expreſſi, de Menedemo philoſopho narrat Laertius, (lib. II. *de Vitis Philoſophorum* in *Menedemo*, fol. 97. ubi Interpres Latinus non ſatis commode τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος reddidit, *mediocris proceritatis*: cum hoc modo potius debuerit, *ita magnum fuiſſe ut quadratum ad juſtam membrorum omnium proportionem corpus haberet*; deinde τὸ εἶδος non ad faciem, hoc eſt, vultum, ut Interpres fecit, ſed ad totius corporis figuram & ſpeciem referre ipſum oportuit) ut, quod ille ἀδηφαγίαν ϗ σκάφιον tanquam athletæ cujuſpiam ex Arati ſtatua iconica deprehendi potuiſſe aſſerit, hoc ipſum de Menedemi apud Eretrienſe ſtadium vetus imagine nudum pene corpus oſtendente ſimiliter iſte colligi ſignificet: corporis in eo jam ſenis habitum qui erat in juvene duraſſe, athletæ inſtar, non modo firmum & ſolidum, hoc eſt, robuſtum & ſucci plenum, itemque aduſtum, (quod ad ea pertinet quæ *lib.* III. *cap.* VI. de patientia æſtus in agonibus dicturi ſumus) verum etiam tum juſta quadrati bene que compacti corporis proceritate laudabilem fuiſſe; tum vero πίωνά τε ϗ τετριμμένον obeſum atque fricatum toto corpore, aut potius ſuperna vultus parte attritum, (quo nimirum illud ſcaphii vocabulum a Plutarcho uſurpatum pertinet) perfrictæ utique frontis & lævis: ex alterutra earum cauſa; quibus enarrandis laborem (utinam tam aliis quam ipſi mihi) jucundum iſto ſermone cepiſſe videor. Atque ita equidem e ſuperioribus viciſſim iſta Laertii, quæ Plutarcho allucent, exponenda cenſeo: Τὰ δ᾽ ἄλλα μεγαλόψυχος ἀνὴρ ἦν ϗ ἐλευθέριος, κατά τε τὴν ἕξιν τὴν σωματικήν, ἤδη ϗ πρεσβύτης ὑπάρχων, οὐδὲν ἧττον ἀθλητοῦ στερεός τε ϗ ἐπικεκαυμένος τὸ εἶδος, πίων τε ϗ τετριμμένος. τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ εἰκονίου τοῦ ἐν Ἐρετρίᾳ ἐν τῷ ἀρχαίῳ σταδίῳ. ἔστι γὰρ ὡς ἐπιτηδὲς παράγυμνον τὰ πλεῖστα μέρη φαῖνον τοῦ σώματος.

—— in ſumm. cap. IX. lin. 8. poſt *Olympico*, adde, *Calculus albus, ab Areta*.

Col. 1975. lin. 54. ante *Nam*, adde, De calculo ſane candido, quod Aretas *Apocalypſeos* Div. Joan. vetuſtus enarrator Græcus protulit, *in cap.* II. *Apocalypſeos verſ.* 17. ad illud, *& in calculo nomen novum ſcriptum*, cujus loci verba Græca legere eſt hoc ipſo *lib.* infra ad extremum *cap.* XXXIII. in *Notis*, (ſi verum tamen eſt) nempe calculum candidum iis notum fuiſſe qui in theatris ac ſtadiis certabant & vincentibus tradi ſolitum: non tam præmio quam ſigno & ſymbolo cuipiam ejus quod poſtea vel in ſpecie, vel in pecunia numerata ſub δόσεως vel δώρου appellatione athletæ conſequerentur præmii, datum fuiſſe autumo: illius hæc verba ſunt, fol. 898. Edit. Veron. Νικῶντι δὲ τὸ σύμβολον (inquit) δοθῆναι ϗ ψῆφον λευκήν, τουτέστι δόξῃ λελαμπρυσμένην. τοῦτο δὲ τὴν λευκὴν ψῆφον τὴν ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις ϗ τοῖς σταδίοις ἀγωνιζομένων γνώριμον οὖσαν, τοῖς νικῶσι παρεχομένην ἐνταῦθα τέθεικεν.

Col. 1978. lin. 20. *auream*, lege lauream.

Col. 1979. lin. 10. *expoſita*, lege adpoſita.

—— in ſumm. cap. XI. lin. 5. poſt *Interpretes*, adde, *itemque apud Heliodorum; in cujus verbis macula obiter deleta*.

Col. 1980. lin. 17. poſt δοκοῦντα, adde, & in *Herodoto* ſive *Aetione* in ipſo initio, de Herodoto, qui poſt recitatas apud Olympiam ſuas hiſtorias, omnium voce, non (ut Olympionicæ ſolebant) unius præconis boatu renunciatus fuit: Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς, ϗ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος. οἱ μὲν αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ ἐκ τῶν τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι, ϗ εἴπου γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο αὐτῷ δακτύλῳ. οὗτος ἐκεῖνος Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφώς. ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας, τοιαῦτ᾽ ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβών, ϗ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ὑφ᾽ ἑνὸς μὰ Δία κήρυκος, ἀλλ᾽ ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.

—— lin. 37. poſt *pertinet*, adde, ſuper ea quæ hujus *libri cap.* XXXII ab Euſtathio, Philoſtrato, Luciano, Dione dicturi ſumus, quod Heliodorus *Æthiopicon* lib. IV. fol. 75. de Theagene, qui Pythicis ludis cum hoplitodromum viciſſet, tum coronatus, victorque a præcone renunciatus, tum etiam ſolemni pompa (de qua paulo poſt plenius agetur) deductus per ſtadium fauſtiſque omnium ſpectatorum acclamationibus acceptus fuerat: Ὁ μὲν Θεαγένης, (ait) ὦ Κνήμων, ἐστεφανοῦτο, ϗ νικῶν ἀνηγορεύετο, ϗ παρεπέμπετο τῶν πάντων εὐφημίαις. Et ſtatim, ſub Calaſiridis perſona ad Charicleam ægram: Ὡς μὲν Θετταλὸς τὸ γένος ἔφθης ἀκούσασα ϗ τοῦ κήρυκος, ὅτε αὐτὸν ἀνηγόρευσεν. Itemque quod lib. X. fol. 234. de illo ipſo Theagene, qui ſpectaculum ſui deſultorio more taurum equumque aſcendens exhibuerat: Εἶτα τὸν Ὑδάσπην (ait) ϗ τὸ ἄλλο πλῆθος ἱλαρὸν ἀπέβλεπε τῷ μειδιάματι πρὸς τὸ συνήδεσθαι δεξιούμενος, ϗ τῷ μυκηθμῷ τοῦ καθάπερ σάλπιγγι τὸ ἐπινίκιον ἀνακηρυττόμενος. ἀντήχει δὲ ϗ ἡ τοῦ δήμου βοή. τρανὸν μὲν οὐδὲν εἰς τὸν ἔπαινον διαρθροῦσα, κεχηνόσι δὲ ἐπιπολὺ τοῖς στόμασιν ἐξ ἀρτηρίας μόνης τὸ θαῦμα ἐξεφώνει χρόνιόν τε ϗ ὁμότονον εἰς οὐρανὸν παραπέμπουσα: (ſic enim lego, ut referatur, ad τὸ βοὴ quod præcedit; cum in excuſo Baſileæ ſcriptum ſit perperam, ut reor, παραπέμποντα) tum vero quod finito Oeagri cantu, qui Erechtheum certamine muſico ſuperaverat, a Nonno *Dionyſiacis* acclamaſſe populum ſic fere traditur lib. XIX. fol. 337. Antuerp. Edition. anni 2569.

Οὔπω κῶμος ἔληγεν, ἐπεφθέγξαντο δὲ λαοὶ,
Εὐφήμοις ἐπέεσσιν ἀπὸ λαιμῶν,
Καὶ σάτυροι σμαράγησαν ἀολλέες.

Et ſtatim:

Καὶ γενέτης Ὀρφῆος ἐπιρρήξας ἂν χθόα ταρσῷ,
Ασμενος ἄζυγα ταῦρον ἐδέξατο μισθὸν ἀοιδῆς,
Ἀμφὶ δέ μιν στοιχηδὸν ἐπεσκίρτησαν ἑταῖροι.

Denique

Col. 1953. (1981.) in ſumm. cap. XII. lin. 7. poſt *vocata*, adde, *ſolemnis deductio victorum agonibus muſicis*.

—— in fine poſt *veſtis*, adde, *olim pura, ſed niveane an purpurea; vel ſplendida potius & ſubalbida, non alba, ob admixtum purpureum colorem, explicato interim uno Apocalypſeos loco de Martyrum inſignibus*.

—— lin. 29. poſt *ſolitam*, adde, præter Heliodorum, quem paulo ante circa finem ſuperioris proximi *capitis*, in teſtimonium citavi,

Col. 1954. (1982.) lin. 3. poſt *habet*, adde, ex iſtis, ita ut ſit, depravatis Græcis, τὸ τῶν ἀμιάντων ἆθλον ἀγώνων.

—— lin. 14. poſt *demonſtrabitur*) adde, ſed coronarum,

Col. 1934 (1982.) l. n. 50 poſt [illegible], adde, [illegible] pompa qua e ſtadio athletas & agitatores, pluriſque ſpectatorum atque acclamationibus [illegible] deductos, muſicis & poeticis agonibus & theatro poetas, rapſodoſque ſuorum vel alienorum carminum recitatores, (de quibus tum tertio nonnihil & quarto, tum etiam extremo XXIII cap. ſuperioris *libri* actum eſt) qui victores Hellanodicarum judicio eſſent a præcone renunciati, ex eo Plutarchi loco ad [illegible]ſcimus, in lib. *εἰ πρεσβ. πυλιτ* fol. 1405. Tomo III. Edit. Steph. in quo Sophoclem propterea quod recitatum ab ipſo canticum placuiſſet judicibus, abſolutum fuiſſe narrat, & tanquam victorem e theatro deductum non ſine omnium qui aderant applauſu atque acclamatione: *Θαυμαστὰ [illegible] μέλη* (inquit) *[illegible], ὥστε [illegible] ἐκ θεάτρου τὸ δικαστήριον προπεμφθῆναι μετὰ κρότου [illegible]*, quibus verbis adjungenda in hanc rem illa Heliodori & Nonni, quæ circa ſuperioris proximi *capitis* finem attulimus. Unde hoc etiam perſpicitur, exemplo Græcorum vetuſto, non eſſe deſtitutum morem qui apud Toloſates noſtros obtinuit, ut rhetoricis, ſive poeticis annuis agonibus (de quibus & ante *lib.* I. *capp.* XXI. & XXIX. ad extremum, verba fecimus, poſteaque hujus *lib. cap.* XXXI. itemque *lib.* III. *capp.* XVIII. XX. XXIII. facturi ſumus) ii qui victores renunciati, præmiiſque argyrophyllinis in ipſo agonis loco, non ſine applauſu atque acclamatione ſpectatorum cohoneſtati fuerint; tota mox urbe ſub [illegible] ſymphonia præconiſque argentea virga decorati (de qua vide *lib.* I. *cap.* XXI. in princip.) præmia ob oculos omnium deferentis præitione; magno etiam fautorum [illegible] ac popularium comitatu eo die in ædem B. Mariæ, cui D[illegible] nomen, [illegible], cujus ad ea conſequenda imploratum auxilium fuerit, offerantur dona, & ſimul pii gratique animi teſtimonium in vulgus detur. poſt etiam domum quiſque ſuam ſolemni, ſed pedeſtri tamen (qualis apud Romanos ovantium fuit) pompa deducatur; iterumque alio feſto qui a victoribus ei rei præſtitutus fuerit, die, agendarum Deo gratiarum ergo ad D. Rochi ædem ſuburbanam cum fautorum quiſque ſuorum per factiones & catervas (quas *bandes* vocant) diſtributorum inſigni, feſtivo, & gratulabundo comitatu; indeque per triumphalem portam equis invehantur, ac ſeſe ſpectandos digitiſque demonſtrandos præbeant, [illegible] denique vocibus popularium ſuas laudes palam deprædicatas intelligant, quem ingenii laboriſque in literarum ſtudia inſumpti maximum fructum a ſe percipi, repetito tibiarum concentu, floralibus etiam præmiis coronarum aliorumque victricium inſignium loco (id quod olim in antiqua Græcia uſurpatum) ſentiant.

—— in fine cap. poſt *ἐῤῥῶσθαι*, *&c.* adde, Martyribus autem, veluti legitimis Olympionicis aut Hieronicis, quando ſimul cum palmæ ſurculo ad manum, [illegible] ex niveo vel purpureo potius colore ſplendidam ſtolam B. Joanneseo *Apocalypſeos* loco [illegible], quem inferius quinto & viceſimo hujus *[illegible]* capite indicare conſtitui: parum abeſt quin exoticos illos & paganos ſacrorum agonum in antiqua Græcia victores *λευχειμονῆσαι*, hoc eſt, nivea puraque veſte (qua magiſtratus quoque ac [illegible], & ſimul coronis [illegible] apud Antiochiam, [illegible] Repub. Romana ducibus, occurriſſe Plutarchi fide docui in tractat. priore [illegible] quem *Commentario Regulis [illegible]* adjunxi, fol. 744. de picta vero veſte [illegible] aliquanto poſt, in pag. 746. & 747.) vel etiam prætexta e purpura, ſi non purpurea: & hoc antiquitus quidem; at certe proceſſu temporis atque ſub Luciani ætatem [illegible] ſeu florida: (ut ante dixi) quam triumphantes uſurpare tum ſoliti, [illegible] exornatos fuiſſe aſſeverem: [illegible] Apoſtolum, ubi Martyribus coram [illegible], albas (ita ut admonui jam ſupra) ſtolas attribuit; quæ tamen puriſſimo illo Agni ſanguine tinctæ, inardeſcentem defæcatiſſimi velut muricis (ut verbo utar Imperatorum *l.* 11. *C. Th. de ſcenic.*) ruborem imbibiſſent. Quamobrem adjicitur *Apocalypſeos* cap. VII. verſ. 13. de ſanctis Martyribus: *Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκὰς τίνες εἰσὶ, καὶ πόθεν ἦλθον; καὶ εἶπον αὐτῷ, [illegible], καὶ εἶπέ μοι, οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης, καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν αὐτὰς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀρνίου.* [illegible] hoc loco, non *dealbare* eſt (quomodo enim in ſanguine?) ſed *mundare*; quod ait B. Joannes *cap.* I. *verſ.* 7. *καθαρίζειν*, hoc eſt [illegible], clarum ac pellucidum, atque omnibus maculis deterſis purum & nitentem, *λευχειμονα*, candidatum ſeu candidum (qui *καθαρὸς* exponitur in vetuſto *Gloſſario* Edit. Stephan. col. 30. *Latin. Gr.* & in *Græco-Lat.* col. 527.) reddere; unde Martyrum candidatus exercitus: itemque *στολαὶ λευκαὶ*, ob id quod de purpureo cruore, puro, in quam illo Agni ſanguine ibidem adjicitur, ſic accipiendæ ſunt fortaſſe (non enim affirmare mihi quidem [illegible] aliquid fas eſſe duco) juxta [illegible] qua ſimplex vice compoſiti uſurpatur; ut [illegible], [illegible] aut *μεσολευκοι* deſignentur: quando *μεσολευκον χιτῶνα πορφυροῦν* [illegible] apud Lucianum legi; & cum chlamyde purpurea [illegible] ab Ephippo apud Athenæum [illegible] *D[illegible]* coriurgi; [illegible] Plutarcho in *A[illegible]* Perſarum Regibus [illegible] (vide H. Steph. [illegible] *Gr.*) [illegible] vero cum veſtimenta [illegible] tranſ[illegible] dicantur alba eſſe [illegible] ſplendida & candentia, in *Ev[illegible]* Matthæum cap. XVII. verſ. 2. *[illegible] ὡς τὸ φῶς*, & a B. Luca cap. IX *Ev[illegible]* 29. *veſtitus [illegible] fulgens*, *[illegible] αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων*. quæ a B. Marco cap. IX. *Evang.* verſ. 3. ſplendentia & candida nimis, hoc eſt, valde alba ſicut nix, qualia fullo ſuper terram candida facere non poſſit, quo loco, *καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα λευκὰ λίαν ὡς χιὼν, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι*: cum denique apud B. Lucam *Evang.* cap. XXIII. verſ. 11. veſtis alba vocetur a Latino Interprete, qua indutus Dominus ad Pilatum remiſſus eſt; eamque authenticum Græcum *λαμπρὰν [illegible]*, *[illegible]*, *ſplendidam*, aut *pellucidam*, Verſio Syriaca *coccineam* Latino [illegible] referat. Quamobrem hodieque in Eccleſiæ Romanæ ritibus (vide *Pontif. Romanum*, juſſu Gregor. XIII. excuſum Venet. apud Juntas ann. 1582 fol. 2[illegible]. pag. 2. & 244. in cap. *de diverſi[illegible]*) [illegible] eſſe comperimus, ut BB. Martyrum feſtis diebus qui ſacra peragunt, & altari adſtant presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, non aliis quam purpureis ſive rubeis amiciantur indutis: quemadmodum ad feſtos virginum dies, itemque confeſſorum, aliorumque ſanctorum qui Martyres non ſunt, albis ornamentis, quæ puritatem nempe atque munditiam carnis & cordis eorum [illegible]gnificant. Nec tamen neſcio juxta Tyconium *[illegible]* quæ inter *Opera* Auguſt. extat, & Bedam de omnibus electis, qui vel poſt baptiſmum, vel poſt pœnitentiam peractam perſequutionibus atque tentationibus quibuſcumque fortiter & ſedulo reſtiterunt, nec veſtimenta ſua ſordidarunt, non de Martyribus, quod hi ſanguine proprio, illi Agni ſanguine laventur, de quo B. Jo. loquitur; crudite ac pie admodum, [illegible] doct[illegible]

Apo-

Petri cum subdiaconis, auditoribus, scriniariis, id est, cum secretariis & advocatis: quibus in duas acies distributis ita ut in qualibet acie sint ex omnino ordine, faciunt laudes Pontifici, &c. Et in ipso *Ordine Rom.* fol. 4. *& cæteri per ordinem disposita acie*, & in *eodem* ubi *de officio Missæ*, fol. 11. & 13. & *notarii regionarii & defensores regionarii descendunt de aciebus ut stent in loco suo*. Et statim: *Tunc finito offertorio Episcopi stant post Pontificem primus in medio, deinde per ordinem & Archidiac. a dextris Episc. secundus diaconus a sinistris, & cæteri per ordinem disposita acie) in choro per ordinem ab utroque latere: & mox incipit prior scholæ antiphonam ad introitum. Subdiaconi vero de schola levant planetas cum sinu: quorum vocem diaconi dum audierint continuo intrant ad Pontificem in secretarium*. Et aliquanto post: *Archidiaconus evacuato altari oblationibus, respicit in scholam, & innuit eis ut dicant, Agnus Dei*, &c. *& stat in schola incipit antiphonam ad Communionem*, & ubi de officio Missæ (fol. 11. *Ordinis Rom.* & similiter, fol. 16. col. 2. item, fol. 56. col. 2. *Cantor autem & schola statim ut jussum fuerit imponant introitum ad Missam*: item in *Ordine de Sabbato sancto*, fol. 68. 73. 75. in quibus dicitur schola facere Litan. fol. 86. & 88. de schola cantorum, & cantorum schola, fol. 96.) *deinde subdiaconus regionarius*, &c. *exiens ad regiam secretarii dicit; schola? respondet, adsum: & ille, qui psallit? respondet, ille & ille: & rediens ad Pontificem subdiaconus porrigit ei mappulam inclinans se ad genua ipsius, & dicens: servi Domini mei talis subdiaconus regionarius legit Apostolum, & talis & talis de schola cantat*. Et postea: *non licet alterum mutari in locum lectoris vel cantoris*. Præterea in *Ordine diei Palmarum* fol. 46. scholasticorum nomine ii cantores, quos appellari scholares diximus, quod e cantorum schola sint, designatos scias: quo loco, respondet schola ex parte populi, *decurrunt turbæ*, &c. Tunc scholiastici e regione crucis lento gradu veniant ante eam, & cum omni reverentia casulas vel cappas in terram jactantes proni adorent crucifixum. Itemque in *Ordine* alio in die Palmarum fol. 49. *Ordinis Rom. de Offic. Divin.* Tunc scholiastici lento gradu ambulent e regione crucis. Atque hactenus de cantorum schola, scholaribus atque scholasticis, scholæ prioribus, & magistris dictum esto.

—— in summ. cap. VII. lin. 2. post *congesti*, adde, *Unus Tertulliani aliter atque ab Hadriano Junio expositus*.

—— ibid. lin. 7. post *scammate*, adde, *Discessum ab Hadr. Junii sententia quibusdam Veterum locis*.

Col. 1964. lin. 11. post *loqui*, adde, Eustathius etiam *ad primum Odysseæ Homericæ*, in pag. 1404. Edit. Ald. num. 57. ad istud Homeri, ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν, ubi περὶ τῶν βαλβίδων, eo loco quem integrum hujus *Agonistici* sermone XXXIV. adferam, τοῦ τῶν πεντάθλων σκάμματος commeminit.

Col. 1965. lin. 2. post δρομέων, adde, nec aliter Suidas vel etiam Eustath iis locis, quos inferius *Agonistici* hujus quarto & tricesimo sermone, ubi de balbide subtilius agetur, exhibere statui: nam eorum uterque τῆς γραμμῆς eandem cum balbide sive carceribus facit,

Col. 1966. lin. 15. post *memorat*, adde, Ad lineas, quibus aut captarentur aut continerentur feræ, allusisse Cassianum *collat.* V. *cap.* VI. puto de tentationum lineis loquentem sic fere: *Ut iisdem quibus ille tentationum lineis est appetitus, nos quoque quemadmodum tentatorem vincere deberemus suo docet exemplo*.

—— lin. 27. post *revelatum*, adde, & *adversus Hermogenem*: ubi: *Et hic a lineis tuis excidisti, quibus circa personam Dei usus es*. Cur enim e Geometria, quamvis ea lineis omnia perficit, sumptam hoc loco translationem existimet clariss. Junius in *Adagiorum* centur. VI. adagio LXXV. *a lineis excidere*, (ubi & ab eadem metaphora fluxisse has loquendi formulas apud Ciceronem existimat *pro Pub. Quintio, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipsi circumdedi*; & lib. *de Oratore* I. *& quasi certarum artium forensibus cancellis circumscriptam scientiam*: sed metaphoram hic ductam aliunde, hoc est, a foro & judicum cancellis, non vidisse mirum est mihi) dispicere non possum: præsertim quem alii de lineis apud Tertullianum loci non latuerint, quibus ductam metaphoram a certantium luctantiumve lineis quas intra decertent, ipse quoque agnoscat: indeque manasse urbanum Cassii Severi dictum, qui adversus eos qui in diversa subsellia transeunt lineam poposcit, (ut est apud Fabium) velut obicem certum & præfinitum limitem, quem transgredi non liceat. De istis utique in scammate lineis quod ipsi non ignotum,

Col. 1967. in summ. cap. VIII. lin. 4. post ἅμη, adde, *Rutrum*.

—— ibid. lin. 14. post *exponitur*, adde, *Abantes sincipite tonsi. Theseus quoque agonum Olympicorum & Atticorum instaurator. Græci adversus Darium depugnaturi capillum & barbam in procinctu Alexandri Macedonis jussu ad Arbela totonderunt*: *e Plutarcho, ipsumque illustrante Synesio*,

—— ibid. in fin. post σκάφιον, adde, *Imo plures. Laertii de Menedemo illustratus, & cum priore illo Plutarchi de Arato compositus locus: ad habitum athleticum æque ut eandem uterque sententiam præferat, pertinens*.

Col. 1968. lin. 20. post *solitam*, adde, & apud Arrianum lib. III. in *Epicteto* cap. XII. περὶ ἀσκήσεως, ὅτι, περὶ τὸ πολὺ πίνειν ἐπαέριστεροὶ ἀσκηταί εἰσιν.

Col. 1969. lin. 16. post κάλει, &c. adde, Quin & idem ipse libro ὑγιεινῶν tertio athletas ut remiges atque viatores ita fossores tanquam diversos, immoderatis tamen omnes exercitiis & laboribus (ut *apotherapeia*, de qua loquitur, egerent postea) vefatigari atque lassari solitos adjunxit; nihilo interim addito, unde majorem cum fossoribus quam cum cæteris, quos dixi, similitudinem, familiaritatem aut conjunctionem athletas habuisse quispiam possit colligere: Ὁ δὲ ἴδιος τῆς ἀποθεραπείας σκοπὸς (ait) ἐνστῆσαί τε καὶ διακωλῦσαι τοὺς εἰωθότας ἐπιγίγνεσθαι τοῖς ἀμετρήτοις γυμνασίοις κόπους, ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀθλητῶν οἷον, ἤτοι σκαπτόντων, ἢ ὁδοιπορούντων, ἢ ἐρεσσόντων, &c. quæ *libri sequentis cap.* XV. adferam.

—— lin. 40. post &, adde, apud

—— lin. 43. post *ovibus*, adde, tale illud quod in Lango Nicephori Interprete notavit Junius in *Adagio, Dissidii pomum*, ex *Eccles. Hist.* lib. XIV. cap. XLIX. vide Leopard. cap. XXIII. lib. III. *Emendat*.

Col. 1970 lin. 22. post *videatur*, adde, Plane si eam τοῦ σκαφίου significationem, quam ii de ligone adferunt, non (ut ipsi) ad rem athleticam, sed ad rem rusticam atque agriculturam aliquis retulerit, minus incommode facturum arbitror: hoc sensu scilicet, ut vultus Arati quamlibet majestatis aut gravitatis plenus, obesi tamen aliquid, quo voracitas athletica illa ostenderetur, ipsis intuentium oculis objiceret; simulque obdurati operum assiduitate rusticorum rugosi puta vel pilosi quidpiam, minimeque omnium delicati ex continuis & improbis agricolturæ laboribus: quibus, & venationi simul, ut corpus robustum & agile redderet; ipsum

quoque Philopœmenem athletico rejecto studio animum adjecisse ut cum vinitoribus plerunque ac aratoribus summo mane opus in suburbano rure, quo se per dies singulos a prandio vel a cœna recipiebat, faceret, posteaque in urbem reversus amicorum & publicis officiis nihilominus pacis tempore vacaret, ab ipso Plutarcho, fol. 654. & 655. Edit. Stephan. in *Philopœmenis Vita*, in hæc verba scriptum est: Σχολὴν [illegible] ἀπὸ τῶν [illegible] ἀγρὸς αὐτῷ καλὸς [illegible] εἴκοσι [illegible] τὸ δεῖπνον, &c. πρωῒ δ' ἀναστὰς καὶ συνεφαψάμενος ἔργου τοῖς ἀμπελουργοῦσιν ἢ βοηλατοῦσιν αὖθις εἰς πόλιν ἀπῄει, &c. Veruntamen (id ut dicam quod sentio) cum non agricolarum more, sed ingenue Argis educatum fuisse in hospitum & amicorum paternorum contubernio Aratum, ibique ad meditationem se palæstræ contulisse, quod insurgere corpus in bonum habitum & proceritatem videret, illo de cujus explicatione satagimus loco scriptum sit, in priore illa persto sententia, rurrumque ac ligonem istum inde, ubi agriculturæ nulla mentio, sed rei tantum athleticæ, (in qua usum ipsius fuisse nullum, ostendi supra) equidem ab Arato ad aratores fossoresque aliquos in ultimas terras projiciendum censeo.

Col. 1971. lin. 12. post *pulverem*, adde, hunc locum illis adjungito, quos περὶ ἀφῆς adfero *lib.* III. *cap.* XXII.

—— lin.24. post ἀποκεκαρμένη, adde, Sic Thesei Atticorum & item Olympicorum agonum (id quod hujus *Agonistici* lib. I. cap. XVI. & lib. III. cap. XXIX. doceo) instauratoris, cujus habitum oris & faciem referre simili corporis cura prorsus adhibita, præstantissimos quosque studuisse, laudique sibi duxisse athletas simile vero est, tonsum sinciput solummodo fuisse: uti de Abantibus insulam Eubœam Achaiæ (ubi sacri agones exhibebantur) pene contiguam incolentibus Homerus ipsos

Μὴ [illegible] θοὸς ὄπιθεν κομόωντας
Αἰχμητὰς

nominans, cecinit, (*Iliad.* β.

Τῷ δ' ἅμ' Ἄβαντες ἕποντο θοοὶ ὄπιθεν κομόωντες
Αἰχμηταὶ μεμαῶτες ὀρεκτῇσιν μελίῃσι
Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι,

ubi περὶ τῶν Κουρήτων & Ἀκαρνάνων videndus Eustath. fol. 282. quo etiam loco de Abantibus Eubœam insulam incolentibus hoc adjicit, οἱ δὲ παλαιοὶ λέγουσι [illegible] βαθείας [illegible] ὄπισθεν κόμας ἀνδρείας χάριν) atque hoc genus tonsuræ *Thesin* ab illo nominatum Plutar. in *Vita Cleomenis* eundem de Alexandri præcepto, juxta quod Macedones depugnaturi barbam raserint: quod ipsum a Camerario proditum video *Meditation. Histor.* cap. XXXVI. ubi de Abantibus, Curetibus, Ætolis) memorat, Abantes vero ita primos non aut ab Arabibus edoctos, aut Mysorum æmulatione detonsos fuisse: sed quoniam bellatores forent, cominusque pugnarent, & præter cæteros conserere manus cum hostibus didicissent, (id quod Archilochi exhibitis versibus comprobat) ut in decertando scilicet nexum hostibus capillorum ne præberent, ab illo ipso Plutarcho traditur. Nempe id Alexandrum quoque Macedonem animadvertentem edixisse ducibus suis, ut Macedonum barbas raderent; quod ansa sit hæc in præliis promptissima, qua de re auctoris præstantiss. verba proferam, ut soleo, cujus me moris pigebit nunquam: Ἐκείροντο δὲ τῆς κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος [illegible] τοὺς Ἄβαντας, καὶ τοῦτο τῆς κου-

A ρᾶς [illegible] Θησηΐς [illegible], οἱ δὲ Ἄβαντες [illegible] τρόπον [illegible], &c. [illegible] πολεμικοί, [illegible] μάλιστα [illegible] χεῖρας [illegible] τοῖς ἐναντίοις [illegible], & reliqua: Ὅπως [illegible] ἀντίληψις [illegible] ἀπεκείραντο [illegible] Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα [illegible] στρατηγοῖς ξυρεῖν [illegible] Μακεδόνων [illegible] ταύτην ἐν ταῖς μάχαις [illegible]. Sane non Macedonas modo, (quod Plutarchus refert) verum cæteros etiam exceptis Lacedæmoniis Græcos, militares utique (ut cum Polybio ac Diodoro loquar, quorum locos a me allatos vide lib. III. *Agonist.* cap. VI. ad finem) & perfectos verosque bellicorum operum athletas, Alexandrum ad Arbela Imperatorem sequutos, ipsius jussu, antequam de summa rerum cum immensis illis Darii copiis confligerent, barbam simul & capillum quoque sub pugnæ tempus præcidisse, ne quam apprehendendi sui ansam hosti relinquerent: adeoque fortiter fecisse, ut ipsum denique superarint, cum alioquin usu rerum & experientia satis comprobatum Macedonibus & damno quidem suorum foret, nihil ad pugnam committendam e proximo incommodius barba & capillo reperiri posse, quando Persæ jam olim ipsos barba capilloque apprehensos abjectis etiam clypeis prostrassent: a Synesio allata pereleganti & jucunda in eam rem historia quodam loco traditur ἐν τῷ φαλακρᾶς ἐγκωμίῳ sub finem in fol. 54. & 55. (huc ergo pertinet quod Alexandri tantum seculo morem radendi barbam invectum Chrysippi e libro *de honesto & voluptate* allato testimonio Athenæus tradit lib. XIII. *Deipnosoph.* fol. 236. Aldini lib. versionis Dalechampii, fol. 419. & 420. Antiphanis Comici tempore Lacones [illegible] labro superiore barbam alebant, ut indicant versus illius ab Athenæo relati lib. [illegible] *Deipnosoph.* fol. 53 Aldini libri) Ex quo, ubi de Macedonibus cæterisque militibus Græcis sub Alexandro Magno stipendia facientibus loquitur, hæc potissimum usui nostro decerpenda duxi, cætera vero indidem pro sua quisque animi sententia, cui erit commodum, hauriet; me certe non invito, qui digitos ad fontem alioqui depressum satis atque abstrusum intenderim: Οὕτω πρὸ τῆς ἐν Ἀρβήλοις μάχης, [illegible] μέγαν προσαγορεύσειε, [illegible] στρατιώταις αἱ τρίχες, [illegible] τύχης [illegible] ἀρετῆς [illegible] Μακεδόνας [illegible] Πέρσας [illegible] ἀγωνιστάς, τοῖς ὅπλοις κρίνοιτο.

Col. 1972. lin. 6. post [illegible], dele, *Quos*, & adde, Quibus adjungenda tertia species cinædicæ turpisque adeo tonsionis, quæ μοιχὸς dicebatur, quemadmodum Aristophanis adhibito testimonio Suidas *in* μοιχὸς, cætera quæ diximus etiam illustrans, docuit his omnino verbis: Μοιχὸς εἶδος κουρᾶς κιναιδώδους. Ἀριστοφάνης. Κουρὰς [illegible] μοιχὸς [illegible] κιναιδώδης, [illegible] παροιμία, ἕλκει μοιχὸς ἐς μοιχόν. ῥηθεῖσα ἡ παροιμία τῷ Καλλίᾳ. Hujus nulla (quod mirum) ab Eustathio *ad Homerum* fit mentio; qui tamen superioribus duabus alias præterea duas alio quodam loco (in *Commentar ad Iliad.* ψ. fol. 1292. istud Homericum explicans, Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην) adjicit, Alanicam (quæ

Apocal. Interpretib. (Franciſ. Riber. Hiſpan. præ alíis, cujus eruditiſſ. *Comm. in Apocal.* cum quinque libris *de templo, & iis quæ ad templum pertinent* Salmanticæ impreſſi ann. 1591.) eum, in quem aſcendere auſi fuimus, locum exponi: ſed hoc cum bona ipſorum venia dictum volo, ita uti ſentio; magis placere, ut cum BB. Auguſtino *ſermone* XI. *de Sanctis*, & Gregorio *homilia* XVII. *in Ezechiel.* non ætate modo, ſed auctoritate propter doctrinam in Theologicis literis inſignem ſpectatamque morum probitatem apud me quidem antiquioribus (præſertim cum aliorum quos ante nominavi, duorum alterum, Tyconium ſcilicet, hæreticum Donatiſtam fuiſſe, D. ipſe Auguſtinus *de doctrina Chriſtiana* prædicet) de Martyribus accipiamus; qui non ita in proprio, ut non magis, aut non aliter niſi & in ipſo illius immaculati Agni ſanguine lavantur, hi quoque cum cæteris electis, atque mundantur. Non enim ad Martyres minus, quam ad alios electos hoc verbi apud eundem Joannem paulo antea *verſ.* 5. *cap.* I. ubi, *τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo:* aut iſtud alterum ex ultimo *Apocal.* capite XXII. verſ. 14. (ubi verba Græca ſic habent, nimirum expoſitionis loco, nam Latina non ſunt propria, ſed figurata, ut per ſtolarum ſuarum lavationem puritatis animæ cura & conſervatio, per mandatorum ſcilicet Dei obſervationem intelligatur, quam Græcorum a Latinis diverſitatem non animadvertit Hiſpan. doctiſſ. qui nuper *in Apocal. Comment.* alioquin accuratos edidit *μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς*) *Beati qui lavant ſtolas ſuas, ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ;* aut illud denique quod ab eodem ſcriptum I *Joan.* I. verſ. 7. *& ſanguis filii ejus emundat nos ab omni peccato; καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας*, merito duxerit pertinere: Martyres autem hic proprie deſignari, vel ſequentia demonſtrant; in quibus deductam a carnalium, ſive ſecularium athletarum rigido inſtituto translationem, ex iis intelligetur manifeſtiſſime, quæ *capite* potiſſimum ſexto, ſed & totis ſeptem aut octo primis *libri* proximi *ſermonibus* explicare ſtatui. Nam ita B. Joannes *Apocal.* cap. VII. verſ. 16. *non eſurient*, ait, *nec ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus, οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδ' οὐ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα:* quibus tamen verbis ab *Iſaiæ* cap. XIX. peti commodam interpretationem non inficior. Illo igitur *Apocal.* loco de palma & candida veſte Martyrum, quod dicimus aſpexiſſe B. Apoſtolum ad hieronicas Gentilium, ut inde ſimilitudinem duceret: noſtram conjecturam juvat quod antea ſcriptum fuerat *cap.* III. *verſ.* 5. ſic fere, *qui vicerit, hic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen ejus de libro vitæ, ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς.* Et ipſe potiſſimum Tertullianus auctor longe graviſſimus teſtimonio ſuo apertiſſime confirmat, his *Apocalypſeos* locis deductam a re athletica ſimilitudinem aut metaphoram ſtatuens, ubi ſic ſcribit in *de fuga in perſecutione* ſub initium in pag. 434. exempl. Lutetiæ impreſſi cum Barræi *Commentariis: Agno certamen edicitur, niſi a quo corona & præmia proponuntur? Legis edictum agonis iſtius in Apocalypſi, quibus præmiis ad victoriam invitat*, &c. *Ita agnoſces ad eundem agonothetam pertinere certaminis arbitrium, qui invitat ad præmium.* Duo denique Doctores, extra omnem ſuſpicionem hæreſeos poſiti, utpote ſancti, graves, & a S. Spiritu edocti BB. Ambroſius atque Auguſtinus, eo gratiarum actionis Eccleſiaſticæ cantico, cujus initium, *Te Deum laudamus*: cum hæc proferunt; *Te Martyrum candidatus laudat exercitus.* Quod ſi quiſpiam albas prorſus, minimeque coloratas initio fuiſſe veſtes hieronicarum apud antiquam Græciam, ubi ſolemni triumphantium more in patriam inveherentur, ideo exiſtimet, quoniam quadrigæ ipſæ quibus inſiderent ab equis albis traherentur, quemadmodum initio decimi *capitis* comprobatum fuit, non valde reſtitero, qui hac de re certi quod ſtatuem adhuc non habeo; nec vero in eo poſitas literarum fortunas eſſe cenſeo, aut quamobrem cætera doctrina illuſtres viri ex harumce rerum ignoratione ſuo capiti quidpiam vereri (apud æquos certe judices) debeant. Sane tanto commodius ille *Apocalypſeos* locus ſimpliciter, ut verba ſonant, de albis veſtimentis expoſitus, iis adnectetur, quæ hactenus de albo hieronicarum amictu dicenda exiſtimavimus.

Col. 1983. lin. 36. poſt *eſt*, adde, Virtutis athletas Chriſtianos, cum nihil feciſſe ut fortes haberentur, ac ſtrenui ob vanæ cupiditatem gloriæ, ſed boni & recti habita ratione virtutem in receſſu & ſolitudine, longeque a vicis & urbibus conſectantes; uti ſe ſoli agonothetæ oſtenderent Deo, atque approbarent a Theodoreto Cyrenſi *ſermone de virtute activa* lib. XII. *de curat. Græcar. affection.* fol. 170. Editionis anni 92. his verbis traditur: *Καὶ ταῦτα δὲ ὡσαύτως τοῖς ἡμετέροις ἁρμόττει τῆς ἀρετῆς ἀθληταῖς· οὐ γὰρ Ἀντισθένει καὶ Διογένει καὶ Κράτητι παραπλησίως κενῆς ἕνεκα δόξης, ἀλλ' αὐτοῦ γε ἕνεκα τοῦ καλοῦ δρῶσιν ἃ δρῶσιν. διὸ δὴ καὶ πόλεων καὶ κωμῶν πόῤῥω διάγουσι τὴν ἀρετὴν κατακρύπτοντες καὶ μόνῳ γε τῷ ταύτης ἀγωνοθέτῃ δεικνύντες*; illam nimirum e contrario gloriam, carnales Ethnicorum athletas fuiſſe conſectatos, aperte ſatis oſtenſum arbitror.

Col. 1984. lin. 4. *qui*, lege quin.

—— lin. 18. poſt *ἄκυρος*, adde, apud Julianum Cæſarem, in hæc omnino verba ſcribentem in lib. *περὶ βασιλείας*, ſive *περὶ τῶν αὐτοκράτορος πράξεων*, fol. 48. *Καὶ γὰρ ἐστὲ λίαν αὐτῶν ἤδη διακορεῖς, καὶ ὑμῶν ἐστὶ τὰ ὦτα πλήρη, καὶ οὔποτε ἐπιλείπουσιν οἱ τούτων ποιηταὶ πολέμους ὑμνοῦντες καὶ νίκας ἀνακηρύττοντες λαμπρᾷ τῇ φωνῇ* (ſic lege, pro, *φονῇ*) *κατὰ τοὺς Ὀλυμπιάσι κήρυκας*,

—— lin. 16. poſt *ἐπισήμονας*, adde, quo ſane ſpectat illud Heliodori, *καθάπερ σάλπιγγι τὸ ἐπινίκιον ἀνακηρυττόμενος*, quod undecimo *capite* hujuſce *libri* probatum fuit:

—— lin. 45. poſt *adjunctum*, adde quomodo apud Theodoretum Cyrenſem eo *ſermonis de Martyrib.* loco in lib. VIII. *de curat. Græcar. affection.* ſub finem in pag. 122. Edit. Græco-Latinæ ann. 1592 quem ſequentis *libri cap.* XVII. in *Notis* circa finem capitis, proferam;

Col. 1978. (1987.) lin. 28. poſt *proferam*, adde, victricem iſtam ſive triumphalem cantilenam *ἐπινίκιον ᾠδὴν*, appellatam *καλλίνικον ᾠδὴν* idem Athenæus prodidit lib. XIV. *Deipnoſ.* fol. 263. adde Euripidem *Medeæ Prologo* & *Hercule Furente* actu I. choro II. & in *Electra* chor. act. IV. quos in eam rem locos ut Athenæi locum emendaret Muretus lib. II. *Variar. Lect.* cap. XI. attulit, de epiniciis decantatis vide Suetonium *Nerone* cap. XLIII. ubi, *cantaturum epinicia*: videto quæ adfero infra *cap.* XX.

—— in ſumm. cap. XIV. lin. 7. poſt *Sophocles*, dele, *explicatus*, & adde, & *Euſeb. imprimis, nec non Ælianus explicantur.*

Col. 1989. lin. 33. poſt *ſubjicitur*, adde, ſicut ab Heliodoro lib. X. *Æthiopicon*, fol. 234. apud quem Calaſiris de Theagene Pythionica ſic ad Charicleam fatur, id quod ante circa finem *c.* XI. hujus *lib.* monui: *Ὡς μὲν Θετταλὸς τὸ γένος ἔφθης ἀκούσασα καὶ τοῦ κήρυκος ὅτε αὐτὸν ἀνηγόρευσεν:* ita imprimis

Col. 1989. lin. 56. post [illegible] ἐπηγοῖς, adde, Postremo quod de Apphiano, qui apud Cæsaream sub Valerio Maximino Imp. vicesimum annum agens tanquam hieronica pietatis generosus & strenuus martyrio coronatus est, ab Eusebio Pamphilo ita traditur in *appendicib.* octavi lib. *Eccles. Histor.* fol. 93. ut Pagis urbi Lyciæ (unde illi origo fuit) multum splendoris & commendationis ab ejus virtute ac nomine (quem circa Ethnicos athletas usurpatum morem ab Historico eruditissimo tacite notari equidem sentio) accessisse significet: Εἰ δὲ χρὴ μὴ μὴν παιυσάμενος (inquit) [illegible] πατρίδος αὐτῷ, κοσμῆσαι [illegible] τῆς θεοσεβείας ἀθλητῇ, [illegible] σομεν· εἴτις ἄρα Παγας ἐπίσαται τῆς Λυκίας ἐκ ἄσημον πόλιν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ νεανίας. Et tamen ob istam Martyrum cum diabolo colluctationem atque victoriam, non tam eorum secularem (ut ita loquar) patriam, quam ipsam Christi Ecclesiam veluti spiritualem quandam Christianorum omnium patriam coronari, Deumque ipsum collaudari sensit Chrysostomus, quo loco, Περὶ τοῦ μὴ καταφρονεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας *oratione de non contemn. eccles.* in ipso initio: sic admodum scribit: Μνήμη μαρτύρων, καὶ σὺ ῥαθυμεῖς καὶ ἀναπέπτωκας· [illegible] καὶ μάρτυρα [illegible] στεφανουμένην. Quibus ex locis facile cognoscitur, quid Ælianus lib. II. *Var. Hist.* cap. XXII. voluerit sibi, cum Nicodorum olim pugilem, & qui in præcipuis Mantineensium & probatissimis civibus fuerit, ut in devexa ætate post athleticam artem desitam leges ipsis Diagoræ Melii studio, qui (ut quidam volunt) ipsum adamabat, adhibito, condiderit atque sanciverit; longe meliorem & utiliorem patriæ ista ratione navans operam, quam per præconias victoriarum suarum renuntiationes in stadiis: per quas ipsa quoque patria coronabatur scilicet, omnique commendationis genere in athletæ persona ornabatur: Νικόδωρος δὲ ὁ πύκτης (inquit ille) ἐν τοῖς ἐνδοκιμωτάτοις Μαντινέων γενόμενος, ἀλλὰ ὀψὲ τῆς ἡλικίας καὶ μετὰ τὴν ἄθλησιν καὶ νομοθέτης αὐτοῖς ἐγένετο, μακρῷ [illegible] ἄμεινον πολιτευσάμενος τῇ πατρίδι ἢ [illegible] κηρυγμάτων τῶν ἐν τοῖς σταδίοις, φασὶ δὲ αὐτῷ Διαγόραν τὸν Μήλιον συνθεῖναι τοὺς νόμους ἐραστὴν γενόμενον. Ubi considerandum *cerugmatum* vocabulum, de quo plenissime x. hujus *libri cap.* loquuti sumus.

Col. 1990. in summ. cap. XV. lin. 7. post *hieronica*, adde, *Hermodoro, ubi cum Athenæo comparatus.*

—— Ibid. lin. 12. post *illustrato*, adde, *Sacra diptycha ecclesiastica. & unde ipsis origo, atque commemorationi defunctorum vetustæ in sacris precibus.*

—— lin. 41. post Ἠλείοις, adde, (sic enim legendum pro Ἠλίοις)

Col. 1991. lin. 52. post ἐκφράζουσι, adde, si addideris præclarum Luciani testimonium in *Demonactis Vita* ad fin. ubi de ipsius obitu, in quod feliciter, ista dum retractarem, incidi: ex quo ad finem agonibus imponendum, cœtumque totius Græciæ frequentissimum dimittendum, usurpatam fuisse videri præconiam illam Pedis pronuntiationem colligitur; cujus etiam formula solemnis ibi exhibetur: Ὅτε δὲ συνῄκεν (ait Lucianus de Demonactis obitu) οὐκ ἔθ' οἷός τε ὢν αὐτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸ ἐναγώνιον τὸ κηρύκων πόδα. Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας. Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

Col. 1992. lin. 24. post δεκάκις, adde, quæ omnia & a Julio Polluce in eandem sententiam *Onomastici* lib. IV. cap. XI. περὶ σάλπιγγος col. 217. enarrata deprehendi: nisi quod cum tubam inflasset ad cum accedere cuiquam durum fuisse propter vehementiam soni ac spiritus, vastitate corporis fuisse tali, ut non ad tres dumtaxat ac dimidii, sed ad quatuor cubitorum magnitudinem ascenderet; decies vero & septies coronariis agonibus periodonicam fuisse, non modo decies, ut apud Athenæum est, memorat: Καὶ μὴν ὁ Μεγαρεὺς Ἡρόδωρος ὁπότε σαλπίγξοι (ait) [illegible] αὐτῷ πλησιάζειν [illegible] περιόδους [illegible].

—— lin. 32. post *censuit*, adde, De ista quidem Olympica tuba, cujus sonus aut strepitus acutus vehemensque fuerit, unum adhuc locum habeo: a Philostrato scilicet, ubi de dictione in Polemone Sophista sic scriptum: Εναγώνιος καὶ τορὸν ἤχει [illegible] Ὀλυμπικὴ σάλπιγξ, (attulit hunc locum Hadrianus Junius *Adagiorum* centur. v. proverb. LVIII. *instar Olympicæ tubæ*) Neronem denique (quando de periodonicis musicis & præconio certamine verba cœpi facere, hoc quoque ut absolvam) non athleticæ rei gratia, nec vero, ut majores sui, bellicæ, sed saltandi, citharæ pulsandæ, agendæ tragœdiæ, ac præconii faciendi causa Græciam oberrasse: cum istiusmodi expeditionem sibi ad consequendum periodonicæ nomen & honorem ab ipso plurimi factum, necessaria esse diceret, a Zonara *Nerone* sub initium in Tom. II. *Annal.* fol. 18[illegible] proditum [illegible] his verbis: Ἐπεραιώθη δὲ [illegible] Ἑλλάδα, [illegible] πρόγονοι αὐτοῦ, ἀλλ' [illegible] καὶ πυθιονίκης [illegible] ἀλλ' [illegible] στρατείας [illegible] καὶ περιοδονίκης [illegible].

Col. 1993. lin. 22. post ἀνάστασιν, adde, Usum quidem Christianorum antiquorum fuisse pervetustum in solemnibus Missarum sacris, sicut etiam usque hodie Romana agit Ecclesia; ut statim recitarentur e diptychis & tabulis nomina defunctorum (veluti justorum & legitimorum hieronicarum scilicet) atque ita post lectionem nominum subjungerentur verba sequentia, ipsis videlicet quorum nomina memorantur & cæteris omnibus in Christo quiescentibus indulgeas locum refrigerii: ex Alcuini libro *de divinis officiis* cap. *de celebrat. Missæ*, fol. 89. alii prodidere, (Durantus Protopræses istius supremæ Curiæ Tolosanæ lib. II. *de ritib. eccles.* cap. XLIII. num. 8. & 9. ubi de sacris diptychis ex *Liturgiis* D. Marci & Innocentio Papa *ad Arcadium Imp.* apud Georgium Alexandr. Episcopum in *Vita Chrysostomi*, & aliis locis: post prudentissimum tamen Jacob. Pamelium, qui ab ipso citari debuit de mystica sacrorum diptychorum recitatione in Missæ sacrificio, ad illud, *& offertur nomen eorum*, ex D. Cypriani Martyris *epistola* x. fol. 26. adferens eximia non pauca e Dionysii *E... Hist. Hierarch.* cap. III. Innocentii *epistola ad De[illegible] & Eu[illegible]*: & quod duæ fuerint tabulæ, quarum uni vivorum, alteri defunctorum nomina inscriberentur, unde nominata diptycha, & de D. Chrysostomi nomine obliterato, & rursum relato in sacra diptycha ex Theodoreto, Nicephoro & aliis) ac diligenter quidem, ita ut non sit quamobrem in eo plenius aut planius explicando insumatur opera. Hoc tantum quod ipsi non advertere, illa Dionysii freto ac fulto auctoritate, quam attuli, admonere visum est; diptychorum Ecclesiasticorum ad mortuos Martyres scilicet, eosve qui suis confessionibus Ecclesiam Christianam illustrassent, aut liberalitatibus atque munificentiis mactam reddidissent, itemque ad vivos, non episcopos modo, (de quibus dumtaxat Jacob. Pamelius apud Cyprianum in *sup. dicto*) sed & ad reges, [illegible] confessores potius, atque ad Episcopos regesque, isto potissimum confessorum (ut equidem

reor) atque profectorum dotatorumque titulo pertinentium originem, a vetustis Ethnicorum sive carnalium athletarum atque hieronicarum commentariis repeti (mea quidem sententia) oportere.

—— in summ. cap. XVI. lin. 5. post *Horatium*, adde, *& Suetonium tribui*:

A

—— ibid. lin. 6. post *anathemata*, adde, *& meretricum, honori Veneris adductio*.

Col. 1994. lin. 1. post *tum*, adde, Plutarchus in *comparat. Cimonis & Luculli*, fol. 955. Edition. Stephan. ubi Lucullum cum Cimone comparat, unde sumpta verba in hujusce *libri caput* XIV. sub finem conjeci: & vero

F I N I S.



TESTIMONIA

DOCTORUM VIRORUM.

DIONYSIUS LAMBINUS,

ad Lucret. lib. II. *pag.* 179.

De quibus locis me admonuit Petrus Faber Tolosanus vir doctissimus, cum una Romæ essemus: idque se a Cujacio JC. nostræ ætatis clarissimo accepisse addidit.

M. VERTRANIUS MAURUS,

ad Varr. lib. V. *pag.* 287.

Petrus Faber, vir ingenii divitis & amœni, cum una Romæ essemus. Idem, *ad Tacit.* VI. *annal.* II. illustris ingenii vir, censor scriptorum omnium optimus.

JAC. CUJACIUS,

Observ. lib. II. *c.* XXII.

Cæterum inspecta re omni diligentius, & cum P. FABRO [illegible] studiorum nostrorum comite communicata, sic potius eum locum restituendum esse animadvertimus lib. II. observ. III. Hunc legis utriusque sensum P. FABER excogitavit, summo judicio præditus adolescens; ego probavi.

JAC. GRETSERUS,

lib. I. *de Cruce cap.* XVI.

De quo [illegible] plura ex Antiquorum monumentis P. FABER vir & genere & doctrina clarissimus.

ISAACUS CASAUBONUS,

appendic. annot. in Suet. Domit. cap. XVII.

Ut testatur Clarissimus Doctissimusque Petrus Faber III. Semestrium, vide & *ad Claudium pag.* [illegible]

JOHANNES WEITZIUS,

ad II. *Ovid. de Pon. el.* III. *pag.* 307.

PETRUS FABER vir nunquam satis laudatus III. Semestr. cap. XXIII.

FRID. TAUBMANNUS,

ad Stich. Act. V. *Sc.* IV. *vers.* 35.

De tibiarum cantu selectissima habet P. FABER, Agonistico lib. I. cap. IV. & de his omnibus accuratissime tractavit P. FABER Agonistico.

JUL. CÆS. BULINGERUS,

Eclog. in Arnob. cap. III. *pag.* 63.

Vir clarissimus PETRUS FABER Sanjorianus Tholosani Senatus olim princeps, hanc partem in suo Dodecameno diligenter exsecutus est.

JUSTUS LIPSIUS,

ad I. *Annal. Taciti p.* 92.

Vir egregius, cujus memoriam amo, colo, in Semestribus suis censuit, cui: Abi Vir Maxime, lucrifac reliquæ virtutis tuæ causa censoriam notam. Et *ad lib.* XVI. *pag.* 471. Clarissimus FABER bis hunc locum attigit. Quod postremum magni vatis effatum jure placet.

JANUS GRUTERUS,

ad lib. II *Vell. cap.* XI. *pag.* 527.

Videsis præclare multa istis illustrandis apud eruditionis omnis honestæ antistitem PETRUM FABRUM, libro Semestrium primore.

THOMAS DEMPSTERUS,

ad X. *Rosini pag.* 1672.

De castrensi disciplina multa eruditissimus PETRUS FABER Sanjorianus lib. I. Semestrium.

GEVER. ELMENHORSTIUS,

ad Arnob. pag. 29.

Observavit plura de hac re lectu digna Amplissimus vir P. FABER JC. lib. II. Semestr. cap. VIII.

JO. A WOUWER,

ad Minut. pag. 145.

Eruditissimus vir P. FABER lib. III. Semestrium.

GASPAR SCHOPPIUS,

de Arte Critica.

Nam de inlustri viro P. FABRO Senatus Tholosani Præside, ut nulla unquam ætas tacitura sit, tribus Semestrium libris & uno ejus Agonistico perfectum est: in quibus infinita, quæ omnes Critici discere & admirari possint, proposuit.

FRID. LINDENBROGIUS,

ad Amm. pag. 15. *&* 59.

Vide quæ notat Amplissf. & Clarissimus vir PETRUS FABER Semestr. I. cap. XXII. Agon. lib. II. cap. XXII.

JO. SAVARO,

ad lib. II. *ep.* IX. *Sidon.* I. *pag.* 146.

Hunc locum obiter consignavit PETRUS FABER lib. I. Semest. cap. VI. salvo tamen tanti viri judicio.

TH. SITZMANUS,

ad lib. I. *Rutil. pag.* 103.

Quod variis exemplis & authoritatibus demonstrat vir ingenii monumentis & fama notissimus PET. FABER lib. I. Semestr. cap. IX.

PETRUS SCRIVERIUS,

ad Sen. I. *de Ben. cap.* III.

Nec aliter citat vir Clarissimus PETRUS FABER Semestrium lib. I cap. XVI.

CASPAR BARTHIUS,

ad Claud. pag. 10

Cujus dignitatis summum splendorem enarravit splendidissimus ipse dignitatis & doctrinæ P. FABER lib. I. Semestrium.

FR. JURETUS,

ad X. *Symmach. ep.* X.

Qua de re doctissime egit V.C. Petrus Faber, Sem lib. I. cap. IX.

P. PITHOEUS,

lib. II. *Adv. Subsec. cap.* XVII.

In eo memini nec unquam obliviscar P. FABRUM V.C. & doctissimum dixisse aliquando.

IS. CASAUBONUS,

ad Suet. Ner. cap. XLV.

Scio tamen P. F. τὸν πολυμαθῆ in Agonistico suo illud Turnebi traderet acriter defendere: sed quam toto illo capite vir doctissimus fallatur, cum in explicandis Plutarchi & Theocriti locis, tum etiam in isto, alio in opere disputamus.

SAM. PETITUS.

Quam præceptoris quondam sui sententiam Amplissimus & quod pluris facimus, eruditissimus Faber in Agonistico amplectitur.

FINIS.

INSCRI-

INSCRIPTIONES ATHLETICÆ

NUPER REPERTÆ,

EDITÆ ET NOTIS ILLUSTRATÆ

A B

OCTAVIO FALCONERIO.

QUIBUS ACCESSERUNT ALIAE

E X

AFRICANIS MARMORIBUS

RECENS DESCRIPTÆ.

JACOBO ROSPIGLIOSIO
S. R. E. CARD. AMPLISSIMO.


UNQUAM profecto ausus essem, JACOBE Cardinalis Amplissime, te reipublicæ administrandæ, pro sublimi, quem in ea locum obtines, maxime intentum, utcumque interpellare, atque ex adytis Pontificiæ cortinæ, in Athletarum palæstram spectatum avocare; nisi compertum haberem, ad cæterarum laudum cumulum, quibus te eximie florentem non modo Italia nostra, sed Europa ipsa universa suspicit, singularem quoque insitum tibi erga literas amorem; ut proinde non dubitem, quin tibi tot, ac tantis negotiis occupato, ut ocium desit tractandis humanioribus disciplinis, quibus vehementer delectaris, studium certe patrocinio tuo alendis, fovendisque minime sit defuturum. Qua in re habes non paucos, quos imitere in eodem olim, quo tu fastigio collocatos, ac non tam autoritate, atque opibus, quam clarissimorum ingeniorum monimentis æternitati commendatos: quorum nonnulli parentum nostrorum memoria, nostraque hac ipsa ætate, egregiam sibi laudem patrocinio literarum, ac literatorum hominum peperere. Atque illi quidem e tam multis, quibus promoveri solet id genus doctrinæ, quam Philologiam vocant, id in primis curaverunt, ut e ruderibus veteris Romæ, antiquis monimentis, inter quæ literata marmora non postremas obtinent, erutis, atque in lucem evocatis, præsidium viris doctis, illudque non leve pararent ad ea ipsa studia, quæ, ut ut aliter sentiant ineruditi homines, atque inelegantes, & præclara semper sunt habita, & vero rei etiam publicæ maxime utilia, ac propemodum necessaria. Horum exempla (nam præclarissima quæque facta, quæ non æquet modo, sed etiam superet, tuum istum animum veræ gloriæ avidum perpetuo secum agitare nemo ignorat) cum tibi cognita, & probata scirem, facile me adduci sum passus, ut marmora hæc Athletica brevi commentario illustrata tibi dicarem, tum ut operi commendatio, & gratia ab amplitudine nominis tui accederet; tum autem, ut eo a te, pro tua humanitate, in tutelam recepto, favori auspicium fieret, quem sibi a te optimæ quæque artes, atque hæc ipsa antiquitatis studia pollicentur. Jam vero quæ me præterea impulerint caussæ, ut hunc qualemcumque ingenioli mei fœtum tibi datum, dedicatumque esse vellem, facile intelliges, Cardinalis Amplissime, nisi oblitus fueris insignium beneficiorum, quæ in fratrem olim meum auspiciis Catholici Regis in Hispania militantem, dum tu quoque illic ageres, contulisti, aliorumque, quibus familiam nostram singulari benignitate cumulare pergis. Ea cum meo alte animo hærant, haud cunctandum esse duxi, quin eo, quo potissimum in præsentia liceret obsequii genere, observantiam erga te meam aperirem, summamque, quam cepi animo lætitiam, te ad sublimem adeo dignitatis gradum evecto, publico hoc testimonio declararem. Deus Opt. Max. te patruo tuo CLEMENTI, Optimo, Sanctissimoque Pontifici diu servet incolumem, utrumque reipublicæ, ut illo imperante, te pulcherrimorum facinorum administro, ea nobis felicitate diutissime frui liceat, quam boni

omnes ab auſpicatiſſimi Pontificatus initiis augurantur ſibi, doctique homines non aliam magis ſcribendi materiam ſumant, quam prædicationem laudum veſtrarum. Quod ad me attinet, toto vitæ meæ, ſtudiorumque meorum decurſu id in primis operam dabo, ut appareat apud me veſtri nominis, & veſtrorum erga me meritorum nunquam intermorituram eſſe memoriam.

L E C T O R I S.



IDEM meam libero, candide Lector, quam in Diſſertatione de Nummo Apamenſi *anno ſuperiore edita publice obligaveram de noſtris* in Inſcriptiones Athleticas Notis *aliquando evulgandis: Eas hic habes cum illis ipſis Inſcriptionibus; ad quarum lectionem antequam accedas, patere me nonnulla præfari, quæ cum ad earum hiſtoriam pertineant, a te ignorari minime oportebat. Atque illa quidem præclara marmora ante octennium effoſſa in Hortis Canonicorum Regularium, (vulgo S. Petri ad Vincula) circa quos fuiſſe Titi Thermas creditur. Prope eas Thermas extitiſſe olim Gymnaſium Athletarum, quorum mentio in his Inſcriptionibus, vel locus ipſe ſuadet, in quo reperta ſunt hæc marmora: indeque id confirmatur, quod peritiores Antiquarii crediderunt, Titi Thermas unas eaſdemque fuiſſe, atque illas, quæ Trajani, aut Hadriani appellantur in monimentis Veterum; nam id evinci videtur ex marmore Farneſiano, cujus Inſcriptionem damus: in eo ſiquidem Antoninus Pius locum Ædi conſtruendæ his ipſis Athletis adſignari jubet prope Thermas Divi Trajani avi ſui. Facit quoque ad adſtruendum hujus Gymnaſii ſitum, quod Inſcriptiones e ſex hiſce marmoribus eodem loco effoſſis non ejuſdem ævi ſunt, quod colligitur tum ex aliis multis, tum ex ipſa ſcriptura: ut inde inferre liceat, tot Athletica monimenta diverſarum ætatum vix alibi in unum cogi potuiſſe, quam in Gymnaſio Athletarum. Neque quicquam veriſimilius, quam hujuſmodi monimenta eorum memoriæ gratia, qui inſignes Athletæ fuiſſent, extitiſſe olim in Xyſto ejuſdem Gymnaſii, ſive illud Latina ſignificatione accipias pro ambulatione ſubdiali, ſive, qua notione eſt apud Græcos, Vitruvio autore, pro porticu, ampla latitudine, in qua Athletæ per hyberna tempora exercerentur. Utrobique enim belle collocari potuerunt, tum ornatus cauſſa, tum ut Gymnaſii Athletæ alieno exemplo vehementius ad gloriam inflammarentur. Cæterum illuſtria hæc marmora publico adſpectui reſtituit Flavius Chiſius Cardinalis ampliſſimus, qui ea decori eſſe voluit ædibus elegantiſſimis, quas nuper magnificis ſumptibus inſtauravit. De eorum autem Inſcriptionibus, ut paucis omnia complectar, haud verebor affirmare, vix præclarius quicquam hac tempeſtate ex antiquæ Romæ ruinis prodiiſſe eruditis hiſce marmoribus, e quibus adeo multa ad Athletarum appellationes, officia, dignitates explicandas erui poſſe cognoſces; ut, ſi iis Farneſiana tria adjungantur, illud præſertim celeberrimum, quod eſt de victoriis M. Aurelii Aſclepiadis, ex ſolis lapidibus non ultimam rei Athleticæ partem illuſtrari poſſe facile mecum ſentias: quod ego ſane præſtare tibi pro mea tenuitate conatus eſſem, niſi hanc meſſem diligenter adeo feciſſent viri ſuperiore ſæculo eruditiſſimi, Petrus Faber, ac Hieronymus Mercurialis, ut vix aliis quicquam relictum ſit ad ſpicilegium. Mihi autem ea tantum in obſervationibus ad has Inſcriptiones adnotare conſilium fuit, quæ non tam ad rem Athleticam enucleandam, quam ad Inſcriptiones ipſas obſcuris in locis explicandas, facere videbantur. Inſcriptionibus Athleticis bina addidimus Epigrammata, utraque e marmorea baſi anno ſuperiore effoſſa in Cœnobio Carmelitarum, quod vocant S. Martini in Montibus, quibus, ſi minus argumenti ſimilitudine, ob id certe non male cum his Athleticis convenire arbitratus ſum, quod eodem fere loco ſint reperta, ac mihi tanquam fato quodam oblata, ut Inſcriptionibus hiſce Athleticis mantiſſæ loco adderentur.*

INSCRIPTIONES ATHLETICÆ

NUPER REPERTÆ,

EDITÆ ET NOTIS ILLUSTRATÆ

A B

OCTAVIO FALCONERIO.

I.

Η ΙΕΡΑ ΞΥϹΤΙΚΗ ϹΙΝΟΔΟϹ ΤΩΝ
ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟΚΑΤΑΛΥϹΕωϹ
ΕΝ ΤΗ ΒΑϹΙΛΙΔΙ ΡωΜΗ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤωΝ
ΜΟΥΛΠΙΟΝ ΔΟΜΕϹΤΙΚΟΝ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥϹΤΑΡ
ΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ϹΥΜΠΑΝΤΟϹ ΞΥϹΤΟΥ ΠΕΡΙΟ
ΔΟΝΕΙΚΗΝ ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙωΝ ϹΕΒΑϹΤΟΥ
ΤΟΝ ΕΑΥΤωΝ ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΡΕϹΒΕΥϹΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΑΙΤΗϹΑΜΕΝΟΝ ΤΟ ΤΕΜΕΝΟϹ Τω ϹΥΜΠΑΝΤΙ ΞΥ
ϹΤω ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΘΕΝΤΟϹ Μ. ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ
ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤωΝ
Α. ΟΥΑΝΝΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΙΑΝΟΥ Μ. ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ

Sacra Synodus Xyſtica (Athletarum) *ad Herculem ab hoſpitio in Regina* (urbium) *Roma habitantium M. Ulpio Domeſtico, Xyſtarchæ perpetuo, atque totius Xyſti Pontifici, Paradoxo, Balneis Aug. Præfecto, Moderatori ſuo, ad petendam Ædem univerſo Xyſto legatione functo, ſtatuam dedicante M. Mettio Amerimno.*

Archontibus L. Vannio Agrippiano, & M. Mettio Amerimno.

Mirificam noſtræ huic Inſcriptioni lucem commodant, ac viciſſim fœnerantur geminæ aliæ, quæ extant in Ædibus Farneſianis, e quibus cum tota inſignis hujus marmoris hiſtoria facile conſtet, eas ante omnia in medium afferre opportunum ducimus.

I.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ. ΚΑΙϹΑΡ. ΘΕΟΥ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ.
ΠΑΡΘΙΚΟΥ. ΥΙΟϹ.
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΟΥΑ. ΥΙωΝΟϹ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. ϹΕΒΑϹΤΟϹ. ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ
ΜΕΓΙϹΤΟϹ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ.
ΤΟ. ΙΗ. ΥΠΑΤΟϹ. ΤΟ. Γ.
ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟϹ. ϹΥΝΟΔω. ΞΥϹΤΙΚΗ. ΤωΝ.
ΠΕΡΙ. ΤΟΝ.
ΗΡΑΚΛΕΑ. ΑΘΛΗΤωΝ. ΙΕΡΟΝΕΙΚωΝ. ϹΤΕΦΑΝΕΙΤωΝ. ΧΑΙΡΕΙΝ.
ΚΑΙ. ΤΟΠΟΝ. ΕΝΘΑ. * ΒΟΥΛΕϹΘΕ. ΚΕΛΕΥϹω. ΔΟΘΗΝΑΙ. ΥΜΕΙΝ. ΚΑΙ. ΟΙΚΗΜΑ.
ωϹ. ΤΑ. ΓΡΑΜΜΑΤΑ. ΑΠΟΤΙΘΕϹΘΑΙ. ΤΑ.
ΚΟΙΝΑ. ΚΑΙ. ΕΙ. ΤΩΝ. ΔΙΠΛωΝ. ΤΑΝ.
ΜΕΤΑΠΟΙΗΣΙΝ. ΑΝΑΝΚΑΙΑΝ. ΝΟΜΙΖΕΤΕ.
ΤΟΥΤΟ. ΕΦ. ΥΜΕΙΝ. ΕϹΤΙΝ.
ΕΠΡΕϹΒΕΥΕΝ. ΟΥΛΠΙΟϹ. ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ.
ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ.
ΠΡΟ. Γ. ΝωΝωΝ. ΜΑΙωΝ. ΑΠΟ. ΡωΜΗϹ.

. . . .

* F[illegible] *hic pro* βούλεσθε *legiſſe videtur Faber, qui hæc de* [illegible] *liberarent, ac veluti Curia Athletarum, interpretatur lib.* I. Agoniſt. *cap.* XVI.

II.

ΑΓΑΘΗΙ. ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ. ΚΑΙϹΑΡ. ΘΕΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΥΙΟϹ.
ΘΕΟΥ. ΤΡΑΙΑΝΟΥ. ΠΑΡΘΙΚΟΥ. ΥΙωΝΟϹ. ΘΕΟΥ. ΝΕΡΟΥΑ.
ΕΓΓΟΝΟϹ. ΤΙΤΟϹ. ΑΙΛΙΟϹ. ΑΔΡΙΑΝΟϹ. ΑΝΤωΝΕΙΝΟϹ.
ϹΕΒΑϹΤΟϹ. ΑΡΧΙΕΡΕΥϹ. ΜΕΓΙϹΤΟϹ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗϹ. ΕΞΟΥϹΙΑϹ
ΤΟ. Γ. ΑΥΤΟΚΡΑΤωΡ. ΤΟ. Β. ΥΠΑΤΟϹ. ΤΟ. Γ. ΠΑΤΗΡ. ΠΑΤΡΙΔΟϹ. ϹΥΝΟΔω
ΞΥϹΤΙΚΗ. ΤωΝ. ΠΕΡΙ. ΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΑ.
ΑΘΛΗΤωΝ. ΙΕΡΟΝΕΙΚωΝ. ϹΤΕΦΑΝΕΙΤωΝ. ΧΑΙΡΕΙΝ.
ΕΚΕΛΕΥϹΑ. ΥΜΕΙΝ. ΑΠΟΔΕΙΧΘΗΝΑΙ.
ΧωΡΙΟΝ. ΕΝ. ω. ΚΑΙ. ΤΑ ΙΕΡΑ. ΚΑΤΑ
ΘΗϹΕϹΘΕ. ΚΑΙ. ΤΑ. ΓΡΑΜΜΑΤΑ. ΠΡΟϹ.
ΑΥΤΑΙϹ. ΤΑΙϹ. ΘΕΡΜΑΙϹ. ΤΑΙϹ. ΥΠΟ.
ΤΟΥ. ΘΕΟΥ. ΠΑΠΠΟΥ. ΜΟΥ. ΓΕΓΕΝΗΜΕΝΑΙϹ. ΟΠΟΥ. ΚΑΙ. ΜΑΛΙϹΤΑ. ΤΟΙϹ
ΚΑΠΙΤΟΛΕΙΟΙϹ. ϹΥΝΕΡΧΕϹΤΕ. ΕΥΤΥΧΕΙΤΕ. ΕΠΡΕϹΒΕΥΕΝ.
ΟΥΛΠΙΟϹ. ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΜΟΥ
ΕΓΡΑΦΗ. ΠΡΟ. ΙΖ. ΚΑΛ. ΙΟΥΝ. ΑΠΟ ΡωΜΗϹ. ΤΟΡΚΟΥΑΤω. ΚΑΙ. ΗΡωΔΗ. ΥΠΑΤ.

Has neſcio quis ita Latine reddidit apud Gruterum *pag.* CCCXV. 9. & CCCXVI. I.

I.

Bonum Factum.

Imperator Cæſar Divi Trajani Parthici filius, Divi Nervæ nepos Trajanus Adrianus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ poteſtatis XVIII. *Coſ.* III. *P. P. Congregationi Paleſtricæ eorum qui circa Herculem Athletarum ſacrorum victorum coronatorum, ſalutem. Etiam locum ubi vultis jubebo dari vobis & domum ad recondendas tabulas publicas, & ſi * duplicium tranſmutationem neceſſariam putatis, hoc in vobis eſt. Legationem obiit Ulpius Domeſticus. Valete. Pridie* III. *Non. Majarum. Romæ.*

II.

Bonum Factum.

Imperator Cæſar Divi Adriani filius, Divi Trajani Parthici nepos, Divi Nervæ pronepos, T. Ælius Adrianus Antoninus Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ poteſtatis III. *Imperator* II. *Conſul.* III. *Pater Patriæ Conventui Paleſtricæ, qui ſunt circa Herculem Athletis, ſacris victoribus coronatis, ſalutem.*

* *Rectius Faber* Agoniſt. *lib.* III. *cap.* XXVII. libros, *ſeu* regeſta publica, *hic vertit.*

Jussi vobis demonstrari locum, in quo & sacra deponatis, & Tabulas prope ipsas Thermas, quæ a Divo avo meo extructæ sunt; ubi etiam maxime (in ludis) Capitolinis convenitis. Feliciter valete. Supplicavit Ulpius Domesticus * *in Balneis meis.*

Scripta ante XVII. *K. Jun. Romæ Torquato, & Herode Coss.*

Habes itaque a duobus Farnesianis marmoribus nostris hujus dedicandi occasionem, atque ejus etiam ætatem, si illa cum isto conferas. Obierat legationem apud Hadrianum M. Ulpius Domesticus nomine Athletarum ad Herculem habitantium (eos posthac brevitatis gratia Athletas Herculaneos appellabimus) ad petendum locum sacris, ac tabulis etiam publicis Synodi Athleticæ condendis, ut conjicere est ex priori Inscriptione, in qua Imperator locum, & tabularium Athletis nostris benigne pollicetur. Sed re tunc, nescio quo casu, ad effectum minime adducta; non nisi sub Antonino Pio anno ejus Imperii III. Athletæ voti compotes facti, quibus, ut habet Inscriptio secunda Farnesiana, Antonini ejusdem Rescripto a. XVII. Kal. Jun. dato Torquato, & Herode Coss. locus adsignatus est prope Thermas Divi Trajani. Ex quo manifestum est monumentum hoc M. Ulpio Domestico a Synodo Xystica Herculaneorum positum fuisse non Hadriani quidem temporibus, ut censuit Vir doctus, sed imperante Antonino, a quo demum, quod Hadrianus Athletis Herculaneis pollicitus antea fuerat, impletum est; nisi quis sibi persuadeat decretam ab ipsis statuam M. Ulpio Domestico, antequam ejus opera quod petebant ab Imperatore obtinuissent, quod nequaquam verisimile est. Quod vero in hoc ipso marmore Torquatus, & Herodes Coss. habentur, admonet me, ut usum, qui insignis est veterum lapidum in ratione temporum explicanda, aut illustranda, hoc loco non contemnam: ejus namque testimonio evincitur in Consulatu Torquati, & Herodis cum annis Antonini comparando Scriptores omnino omnes errasse, quotquot in Fastis componendis, aut corrigendis operam navarunt; quorum alii illum in annum imperii Antonini primum conjecerunt, ut Cassiodorus, atque ejus interpres Cuspinianus; alii vero in sextum, ut Autor *Fastorum Siculorum*, & *Chronici Alexandrini*, atque ex recentioribus fere omnes; cum interim manifesto hinc constet Torquatum, & Herodem Coss. fuisse anno Trib. Pot. Antonini, hoc est, ejus Imperii III. adeoque anno Christi non CXLIII. ut volunt Petavius, Calvisius, & alii passim, aut CXLV. ut apud Cuspinianum in *Commentariis ad Cassiodori Chronicon*; sed CXL. si sentiendum sit cum Scaligero *in Eusebian.* pag. 354. *ad Num.* MMCLIV. qui initium Antonini confert in annum Christi CXXXVII. aut CXLI. si Petavio adstipulari præstet, qui Antoninum imperare cœpisse anno Christi CXXXVIII. certissimis argumentis ostendit, lib. II. *de Doctr. Temp.* cap. XXI. Hinc etiam turbatum aliquid in Fastis circa priores tres Antonini annos haud dubie colligitur. Nam inter Consulatus Antonini II. & Brutii Præsentis, ac Torquati, & Herodis tria vulgo Consulum paria conjiciuntur, Antoninus nempe III. & M. Aurelius; Severus, & Silanus; Rufinus, & Quadratus: cum tamen non nisi unum (de Ordinariis loquor, quorum in digerendis Fastis ratio habetur) inter geminos hos Consulatus intercedere potuerit; Antonini enim II. & Brutii Præsentis Consulatus ita ad annum primum ejusdem Antonini referendus est, ut tamen non nisi a Kalendis Januariis anni Juliani sequentis, cujus dimidium ad primum imperii Antonini pertinet, cœpisse dicendum sit. Præcedenti quippe anno, quo Ha-

A driano vita functo VI. Id. Jul. imperium capessit Antoninus, Sulpicium Camerinum, & Quinctium Nigrum Coss. recte habent Fasti; neque alias in Nummis, & Lapidibus primo Imperii anno COS. DES. II. Antoninus appellari possit. Ac proinde recte Scaligerum notat Petavius *loco proxime citato*, quod Antonini II. & Brutii Præsentis Consulatum ex Censorino comparaverit ad annum Christi CXXXVIII. cum vere in CXXXIX. inciderit. Cum igitur annus Antonini primus juxta ordinem Fastorum Consules suos habeat Antoninum II. & Brutium Præsentem, tertius vero Torquatum, & Herodem testimonio marmoris hujus Farnesiani; B inter hæc duo Consulum paria non nisi alteri, qui secundum Antonini annum impleat, locum fieri potuisse planum fit. Illud vero decernere quodnam ex tribus his, quæ vulgo in Fastis nominantur, retinendum sit, anceps sane negotium est. Nam Consules ordinarios a suffectis distinguendi incerta admodum ratio; neque semper tutum Consules ex veteribus lapidibus asserere, cum in iis eos aliquando Consules notatos reperire sit, quos suffectos tantum fuisse aliunde constat; idque conjicere etiam liceat ex nonnullis Inscriptionibus, in quibus ordinarii Consules a suffectis aperte distinguuntur; C ut in Inscriptione Romana apud Grut. *pag.* DCVII. I. in qua:

FERETRVM. FIERI. PLACET. IVBENTIVS. CELSVS. PROMAGISTER. SVBSCRIPSI. III. NON. NOEMB. ANTIO. POLLIONE. ET. OPIMIANO. KOS. ORDINARIS. SEVERO. ET. SABIANINO. COS.

Illud autem mirari subit, cur Panvinius in *Com. Fast.* Cassiodori potius, & Fastorum Græcorum autoritatem secutus, quam hujus ipsius Inscriptionis, quam profert ad annum DCCCCVIII. Severum, & Sabinianum Consules ordinarios fecerit, non D Pollionem, & Opimianum, quos Consules ordinarios fuisse diserte testatur hic lapis; ipse vero nescio quibus rationibus adductus Consules suffectos ponit ex Kal. Novembr. In eodem vero lapide ea deprehendere est, quæ de Consulibus notat Dio: *Τότε δὲ ἐνιαύσιος μὲν οὐδεὶς ᾑρέθη, πρὸς δὲ δὴ τὰ τοῦ χρόνου μέρη ἄλλοι, καὶ ἄλλοι ἀπεδείχθησαν· καὶ οἱ μὲν πρῶτοι καὶ τὸ ὄνομα τῆς ὑπατείας διὰ παντὸς τοῦ ἔτους, ὥσπερ καὶ νῦν γίνεται, εἶχον. τοὺς δ' ἑτέρους αὐτοὶ μὲν οἱ ἐν τῇ πόλει, τῇ τε ἄλλῃ Ἰταλίᾳ ἐν ἑκάστῳ τῷ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν χρόνῳ ὠνόμαζον (ὃ καὶ νῦν ποιεῖται) οἱ δὲ λοιποὶ ἢ τινὰς αὐτῶν, ἢ οὐδένας ᾔδεσαν, καὶ διὰ τοῦτο σμικροτέρους σφᾶς ὑπάτους ὑπεκάλουν.* *Tum vero* (Augusto nimirum imperante) *annus Consul nullus est* E *creatus; sed alii ad alias partes temporis designati, quorum primi nomen Consulum per totum annum gerebant, ut nunc quoque fit: alios ii, qui Romæ, aut in Italia erant sui quemque magistratus tempore Consulem nominabant, quod ipsum etiam hodie observatur; reliqui aut nonnullos eorum, aut nullos noverant, ideoque eos Consules minores appellabant.* Hujusmodi est quod in hac Inscriptione Pollio, & Opimianus tamquam ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμοι notantur, Severus vero, & Sabinianus tamquam Consules ejus temporis, quo monumentum illud positum est. Perperam igitur fecerunt qui promiscue Con- F sules illos, quorum mentio in antiquis marmoribus, veluti ex Tabulis Capitolinis prolatos, Fastis adscripserunt. Quod si & hujus Dionis loci, & ejus ipsius Inscriptionis, quam citat, rationem habuisset Panvinius, non unico veteris lapidis testimonio de Consulibus ad Fastos ordinandos creandis statuendum sibi esse cognovisset, quod ille sæpius quidem fecit, & in his ipsis Consulibus, de quibus nunc quæstio est: nam anno Urbis DCCCXCIV. M. Peducæum Sylogam Prisci-

* *Balneis meis Præf.*

num,&T. Hœnium Severum,anno vero DCCCXCV. L. Cuſpium Rufinum, & L. Statium Quadratum Conſules ſtatuit indicio lapidum antiquorum, in quibus illi quidem Conſules nominantur; ſed ordinarii ne, an ſuffecti incertum. Huic vero uſui ab uſque Auguſti temporibus recepto, ut ex Dione vidimus, intermedium anni tempus diverſis Conſulum nominibus notandi tribuendum videtur, quod non raro ſuffecti Conſules pro ordinariis in Faſtos irrepſerint, ut jam obſervarunt Viri docti, atque inter eos præcipue is, qui in ratione Temporum illuſtranda inſignem operam navavit, Joannes Fridericus Hervart in ſuis *Chronologicis* cap. CCIV. Idque ſane malum eo altius invaluit, quod cum inveteratum jam eſſet ab antiquis temporibus, ei quoque obnoxii fuerunt veteres Scriptores, quibus præcipue utimur in Faſtis adornandis, aut corrigendis. Vetus namque eſt Dionis de Julio Cæſare querela, quod ſufficiendo ſibi in Conſulatu Q. Fabium, ac C. Trebonium, Fabioque extremo magiſtratus ſui die Caninium illum, in quem de Conſulatus brevitate celebre extat Ciceronis cavillum, inſtituta majorum primus labefactaverit, ex quo factum ut deinceps perpauci toto anno Conſulatum gererent; ſed alii pauciores, alii plures menſes, dieſque. Quæ quidem Conſulum eodem anno multiplicitas, (nam ad XXV. uno anno Commodum creaſſe narrat Lampridius) cum non parum, ut eſt veriſimile, iis, qui res geſtas literis mandabant, negotii faceſſeret, Dionem impulit, ut poſt narratum ſæculi ſui morem in Conſulatu gerendo, quem nemo ad integrum annum, aut duobus amplius menſibus retinebat, quo huic confuſioni, quantum ad diſtinguenda hiſtoriarum ſuarum tempora opus erat, occurreret, in hæc verba præfaretur *lib.* XLIII. Καὶ ἐγὼ μὲν ἂν τῶν ἄλλων τῶν τοῖς πράγμασιν ἀναγκαίως ὀνομάσω, πρὸς δὲ δὴ τὴν τῶν πραττομένων δήλωσιν, τοὺς πρώτους ἄρξαντας, κἂν μηδὲν ἔργον ἐς αὐτὰ παράσχωνται. *Atque ego quidem alterutrum Conſulum, quoties id res ipſæ exigent, mentionem faciam. Ad ea vero, quæ curſu rerum ordinario fiunt, explicanda Conſules illos ponam, qui anni initio Magiſtratum obtinuerunt, licet nihil ipſi ad eas res contulerint.* Quod ſi mihi teſtituendis hic Faſtis conjectura agere liceat, e tribus illis Conſulum paribus, qui vulgo ponuntur ante Torquatum & Herodem Conſules, nullum aliud libentius retinuerim, quam quod eſt Antonini III. & Aurelii Cæſaris, adductus ad id diſerto Capitolini teſtimonio, qui hæc de M. Antonino in *ejus Vita*: *His ita geſtis adhuc Quæſtorem & Conſulem ſecum Pius Marcum deſignavit, & Cæſaris appellatione donavit, & Sevirum turmis Equitum Romanorum jam Conſulem deſignatum creavit.* Quæ non niſi de tertio Antonini Conſulatu intelligi poſſunt; nam paulo poſt de eodem Capitolinus: *Secundum etiam Conſulem (* Antoninus *) deſignavit, cum ipſe quartum pariter iniret.* Tertium vero Conſulatum ab Antonino initum ante annum ejus Imperii tertium, aut eo ſaltem labente, indicat marmor Farneſianum, in quo ille III. Coſ. III. Trib. Pot. anno appellatur. Neque illud magnopere ſane moror; quod ad conjecturam meam labefactandam objiciat fortaſſe aliquis, Antoninum & M. Aurelium Conſules ſuffectos fuiſſe, non ordinarios; quod adſtrui etiam poſſit Domitiani exemplo, quem in ſex Conſulatibus unum tantum ordinarium geſſiſſe narrat Suetonius in *ejus Vita*. Nam præterquam quod Imperatores raro admodum Conſulatus alios quam ordinarios ſuſcipere erant ſoliti, idque præſertim uſque ad M. Antonini tempora, ſub quo nondum cœperant ludibria illa Conſulatuum; eum Conſulatum, ſi quem alium, ordinarium geſſiſſe Antoninum veriſimile mihi videtur, quem cum M. Aurelio ſuſcepit paulo ante Cæſare renunciato, ac tum primum Conſule. Vix enim credibile eſt, eum, qui adoptionis lege ab Hadriano data, ac Cæſaris appellatione ad ſucceſſionem Imperii deſtinabatur, iis ſe primum Conſulibus adſcribi voluiſſe, quorum ne nomina quidem Faſtis adſcribebantur. Quod autem in ſex Conſulatibus unum tantum ordinarium geſſerit Domitianus, ut rem ſane inuſitatam refert Suetonius: notandumque præterea Conſulatus illos geſtos a Domitiano adhuc Cæſare, ut conſtat ex Nummis, in quibus nunquam ille ante VI. Conſulatum Auguſti, ac Trib. Pot. titulis inſignitus legitur; falſuſque eſt Occo, ut alias ſæpe, qui unum aureum profert cum Inſcrip. IMP. DOMIT. AVG. P. M. COS. II. Poſtea vero quam ad Imperium pervenit, Conſulatus non niſi ordinarios cepiſſe Domitianum ſuadent illa Suetonii ejuſdem de ipſo: *Conſulatus* XVII. *cepit, quod ante eum nemo, ex quibus ſeptem medios continuavit, omnes autem pene titulo tenus geſſit, nec quemquam ultra Kalendas Maii, plures ad Idus uſque Januarias.* Ubi quod omnes pene Conſulatus titulo tenus geſſerit, haud aliter accipiendum reor, quam illum Conſularis dignitatis appellatione contentum auctoritatem & munia Conſulatus neglexiſſe; quemadmodum eodem plane loquendi modo de Cæſare narrat Suetonius idem in *ejus Vita*, his verbis: *Tertium & quartum Conſulatum titulo tenus geſſit, contentus Dictaturæ poteſtate decretæ cum Conſulatibus ſimul, atque utroque anno binos Conſules ſubſtituit ſibi in ternos noviſſimos menſes.* Quos igitur Conſulatus titulo tenus geſſit Domitianus, non alios quam ordinarios fuiſſe rationi conſentaneum eſt, qui quod in Faſtis notarentur proprie appellationem Conſulis dabant; atque hinc erat quod ordinariorum Conſulum nomina, ut ex Dione didicimus, per integrum annum retinerentur. Jam vero quando opportune hic hujus Suetonii loci mentio incidit, haud abs re fuerit inveſtigare, quænam ejus ſit mens in illis: *ex quibus (* Conſulatibus nempe XVII.*) ſeptem medios continuavit*, quæ cum haud parum obſcura ſint, ſilentio tamen prætereuntur ab omnibus ejus Autoris Interpretibus. Quinam igitur Conſulatus illi ſeptem, quos medios continuaſſe Domitianus a Suetonio dicitur? An quos aliis ſuffectus ad reliquum anni tempus medios, hoc eſt, dimidiatos, geſſerit? an potius quos Kalendis Januaris initos ad anni dimidium continuaverit, hoc eſt, retinuerit? Sed præterquam quod uterque loquendi modus barbariem plane ſaperet, atque a Suetonii ſtylo abhorreret; neque ſepties ſuffectus eſſe Conſul potuit Domitianus, qui ſemel in ſex Conſulatibus, quos cepit ante Imperium ſuſceptum, poſtea vero, ſi Dioni fides, ἔτι δέκα ἐφεξῆς Conſul, non alius veriſimiliter, quam ordinarius fuit; neque ſepties Conſulatum ad anni dimidium retinuiſſe, qui, Suetonio ipſo teſte, nullum ultra Kalendas Majas retinuit. Igitur, quod ſupereſt, Domitianus Conſulatus ſeptem medios continuavit, hoc eſt, a ſexto ad duodecimum continenter geſſit; ſed his aperte reclamat Dio, qui non ſeptem, ſed decem, ut diximus, perpetuos Conſulatus Domitiano adſcribit, & Auſonius, cujus hæc ſunt in *Gratiarum actione* pro Conſulatu ad Gratianum; *Scis enim, Imperator doctiſſime, rurſum enim utar laude privata, ſcis, inquam, ſeptem ac decem Domitiani Conſulatus, quos ille invidia alios provehendi continuando conſeruit, ita in ejus aviditate deriſos, ut hoc eum pagina faſtorum ſuorum, immo faſtidiorum fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem.* Cui vero memoratorum Scriptorum fides habenda, & num germana hæc ſit hujus loci interpretatio, videant doctiores, quibus nodi hujus ſolvendi partes relinquimus;

nobis illum indicasse, atque aliquatenus tentasse sufficiat. Ut vero tandem ad lineas nostras Athleticas redeamus, observatione dignum, quod Anonymus in *Catalogo Olympiadum*, quem Scaliger edidit in *Eusebianis*, veluti ex hac ipsa Inscriptione Farnesiana de loco, atque æde Athletis Herculaneis concessa, hæc adnotat ad annum III. Olympiadis CCXXX. *Συνόδῳ Ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονικῶν στεφανιτῶν τόπος καὶ οἴκημα ἐδόθη πρὸς Θέρμαις Τραϊαναῖς*, *Synodo Xysticæ Athletarum ad Herculem* (habitantium) *hieronicarum coronatorum locus, & ædes data est apud Thermas Trajanas*. Fallitur vero quod hæc refert ad annum III. Olympiadis CCXXX. non ad IV. Olympiadis CCXXIX. quo illa vere contigerunt. Atque illi quidem erroris occasio, quod Consulatum Torquati & Herodis, communi cum veteribus etiam Chronologis metachronismo, ad sextum Antonini annum comparat, non ad tertium, ut in marmore Farnesiano. Neque alioquin noster in ratione temporum observanda adeo diligens, ut ejus auctoritatem morari valde debeamus. Nam ad ejusdem Olympiadis CCXXX. annum primum hæc ille: *Ἔμβης πατὴρ τῆς τῶν Παιανιστῶν τάξεως ἐτιμήθη προτομῇ μαρμαρίνῃ τῇ* ΙΑ *Παχών*. *Embes pater Ordinis Pæanistarum honoratus est protome* (hoc est, effigie umbilico tenus) *marmorea* (die) XI. (mensis) *Pachon*. Quod quidem falsum esse ex Inscriptione ipsa colligitur, illi olim monumento apposita, cujus exemplum extat apud Gruterum *pag.* CCCXIV. 2.

Η ΙΕΡΑ ΤΑΞΙC ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙCΤωΝ
ΤωΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟC ΗΛΙΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC ΚΑΙ ΘΕωΝ
CΕΒΑCΤωΝ ΕΤΕΙΜΗCΑΝ ΕΜΒΗΝ
ΠΡΟΦΗΤΗΝ. ΠΑΤΕΡΑ ΤΗC ΠΡΟ
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗC ΤΑΞΕωC ΠΡΟΤΟ
ΜΗ ΜΑΡΜΑΡΙΝΗ. Η. ΑΝΑΤΕΘΕΙCΑ
ΕΝ Τω ΟΙΚω ΤωΝ ΠΑΙΑ
ΝΙCΤωΝ ΤΗ Π. Α. ΝωΝωΝ
ΜΑΙωΝ. Η. ΕCΤΗΝ ΚΑΤΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙC. ΠΑΧωΝ ΙΑ
ΕΠΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΟC ΜΕΤΕΙΛΙΟΥ
ΑΜΠΛΙΑΤΟΥ ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟΥ
CΕΞΤω ΕΡΟΥΚΙω ΚΛΑΡω
Β. ΓΝΕω. ΚΛΑΥΔΙω
CΕΒΗΡω. ΚωC.

Sacer Ordo Pæanistarum, qui Romæ Jovis Solis Magni Sarapidis, & divorum Augustorum (appellantur) *honorarunt Emben Prophetam Patrem suprascripti Ordinis protome marmorea; quæ posita est in domo Pæanistarum pridie Non. Maii, qui dies secundum Alexandrinos Pachon* XI. *Curatore Meteilio Ampliato Seniore, Sex. Erucio Claro* II. *Gn. Claudio Severo Cos.*

Consulatus Sexti Erucii Clari II. & Gnei Claudii Severi, cujus hic mencio, congruit anno II. Olympiadis CCXXXI. adeoque eodem anno notanda erant illa de Embe Propheta, quæ perperam noster quinquennio ante acta refert. Ejusdem farinæ est quod Severi Natalem refert ad annum IV. Olympiadis CCXXX. quem his ipsis Consulibus accidisse autor est Spartianus. Illud recte quod *Πάχων ια'.* habet, non *Παχωνια*, quemadmodum legisse oportet qui in Latina hujus Inscriptionis interpretatione *Pachonia* reddidit, non Pachon XI. ut oportuerat, cujus quoque imperitiæ est quod ΔΙΟΣ *Dei*, non *Jovis* vertit, *προτομὴν μαρμαρίνην stemma marmoreum*, pro *protome* seu effigie marmorea umbilico tenus, & *πρεσβύτερον presbyterum*, pro Seniori, qui hic, ut suspicor, honoris appellatio, qualem hodieque vulgo Decanum vocant. Sed neque hac accuratiores sunt Græcarum Inscriptionum interpretationes, quæ passim extant in *Thesauro* Gruteri, cujus sane diligentia in hoc vehementer desideratur. Nos ad Athleticæ nostræ explicationem pergamus.

Η ΙΕΡΑ ΞΥΣΤΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ) Sacram olim rem Veteribus fuisse Agones Gymnicos notum est. Hinc *ἱεροὶ ἀγῶνες*, *ἱερὰ γυμνάσια*, *ἱερονῖκαι*: & alia hujusmodi apud Scriptores, ubi de ludis Græcorum sermo, ut & ΙΕΡΟΣ ΑΓΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ in Nummo Commodi ex Museo Gottifredi. Hinc & Synodus ista Xystica Athletarum Herculaneorum *ἱερὰ* appellata, quam quidem appellationem Ordini etiam Pæanistarum tributam vidimus in Inscriptione paulo ante allata. Cæterum Synodus apud Græcos idem aliquando, quod apud Romanos Collegia, aut Corpora. Sic in marmore Veneto apud Gruterum *pag.* CCCIX. I. Η ΣΥΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ. ΜΥΣΤΩΝ, ΤΗΣ. ΜΕΓΑΛΗΣ. ΘΕΑΣ. ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΟΣ. *Collegium Sacerdotum magnæ Deæ legiferæ Cereris*; Sic Strabo *lib.* XVII. ubi de Museo Alexandrino: *Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα ἱερὰ, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ μουσείῳ τεταγμένος*. *Est huic Synodo pecunia sacra, & Sacerdos Museo præfectus*. *Σύνοδον* vocat Collegium Philologorum, qui in Museo Alexandrino alebantur, de quibus opportunius suo loco. Synodum vero absolute Xysticorum, ac etiam Scenicorum dictam fuisse auctor est Salmasius in *Commentario ad Historiæ Augustæ Scriptores pag.* 39. Ac de Xysticis quidem argumento est sequens Inscriptio ex *Thes.* Gruteri, *pag.* CCCXIII. 8.

L. AVRELIO
APOLAVSTO ΜΕΜΦΙΟ
AVGG. LIB. HIERONICAE
CORONATO. ET. TON. ΔΙΑΠΑΝ
DON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARXIERI
SYNHODI ET AVGG
L. AVRELIVS
PANNICVLVS. QVI ET
SABANAS. PATRONO
OPTIMO

Et *σύνοδον* quidem in Inscriptionibus Farnesianis *congregationem* vertit earum Interpres. Nos proprium rei ipsius vocabulum retinere maluimus, quo & usus est Tertullianus in *Apologetico* cap. XIII, si vera est Salmasii lectio; quo loco de Antinoo loquens: *quum de Pædagogiis* (ait) *nescio quem Synodi Deum facitis*. Ita veteris Codicis testimonio legit ille, non *cinædum*, ut habent vulgati. Hunc ipsum vero locum fuit cum aliquando de Synodo Xystica intelligendum voluit idem Salmasius, apud quam nimirum Antinous pro Deo coleretur, cui & Templa decreta ab Hadriano, & Agones Gymnicos institutos haud ignorant eruditi. Verum mutata deinde sententia ad Antinoum in Synodum Deorum relatum hæc referenda esse maluit in iisdem *ad Historiam Augustam Commentariis*, ubi multa erudite de CONCILIO, COLLEGIO, CONSESSU DEORUM ex Monumentis Veterum: sed hæc nihil ad nos.

ΤωΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ) Non fefellerunt Petri Fabri diligentiam effossa superiori sæculo marmora Farnesiana, quorum jam meminimus. In iis, ut vidimus, eorumdem, quorum hic *τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν* mentio fit. Horum ille *Σύνοδον*, *Collegium Herculaneorum*, aut eorum qui circa Herculem essent interpretatur, neque vero alios esse putat, quam quos cultorum Herculis vocabulo significatos profert ipse ex antiqua hac Inscriptione in *Thes.* Grut. *pag.* CCCXV.

LOCA
SEPVLTVRAE
CVLTORVM
HERCVLIS
VICTORIS
IN FVNDO
DOMITIANO
IN. FR. P. CXX.
IN. AGR. P. LV.
M. M. ANIMISI
PRISCVS
PRISCIANVS
DONAVERVNT

Itaque in Farnesiana Inscriptione huic Athletarum Synodo Herculaneorum, quod ipse iis tribuit, cognomen, non aliunde petitum, quam a cultu, aut tutela Herculis credidisse videtur Faber *Agonist.* lib. I. cap. XVIII. in eam opinionem adductus, dum, ut fit, omnia ad propositum suum trahere conatur. Multa namque ille, ac sane præclara in *Agonistico* suo de Ludorum Gymnicorum origine, atque etiam religionibus habet, ubi de Mercurio atque Apolline Enagoniis, hoc est, Gymnicorum Agonum præsidibus, tum vero de Amore, seu Cupidine, cujus signum non vulgari Theologiæ Gentium mysterio Herculi & Mercurio in Gymnasiis adjunctum ex Eustathio & Pausania in *Messenicis* docet, apud quem, Theseum quoque inter Deos Palestræ tum a Græcis, tum a Barbaris habitum ipse obiter observo. Præcipuum vero rei Athleticæ autorem ac præsidem Herculem, & recte quidem, agnoscit Faber: quamobrem ut ludos Gymnicos ab Hercule Herculaneos, Herculeos, Heracleoticos vocatos fuisse compertum habuit; ita Athletas, qui in iis se exercebant, ab eodem cognomen accepisse facile sibi persuaderi passus est, conjectura ducta ex marmore Farnesiano. Quam sane Fabri conjecturam minime veram esse ex alia quoque e nostris hisce Athleticis Inscriptionibus evincitur, in qua mentio, ut hic, Synodi τῆς περὶ τὸν Ηρακλέα ἀπὸ καταλύσεως ἐν τῇ βασιλίδι Ρώμῃ κατοικούντων; quibus verbis, vel ipse contextus orationis clamat, locum habitationis illorum Athletarum designari, non simplicem a cultu, aut tutela Herculis denominationem. Neque alias insolitum in monumentis Veterum, Collegia aut Corpora ab aliquo Deorum cognominari, ut ΙΕΡΑ ΤΑΞΙΣ ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙΣΤωΝ ΤωΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟΣ. ΗΛΙΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC ΚΑΙ. ΘΕωΝ CΕΒΑCΤωΝ in Inscriptione supra citata, & CΥΝΟΔΟC ΤωΝ ΜΥCΤωΝ ΤΗC ΜΕΓΑΛΗC ΘΕΑC ΘΕCΜΟΦΟΡΟΥ ΔΗΜΗΤΡΟC in lapide Veneto apud Grut. *pag.* CCCIX. & SYNHODVS APOLLINIS in sequenti Inscriptione apud eundem *pag.* CCCXXX. 3.

M. AVRELIO. AVG. LIB.
AGILIO. SEPTENTRIO
NI. PANTOMIMO. SVI
TEMPORIS. PRIMO. SACERDO
TI. SYNHODI. APOLLINIS. PA
RASITO. ALVMNO. FAVSTINAE
AVG. PRODVCTO. AB. IMP. M
AVREL. COMMODO. ANTONI
NO. PIO. FELICE. AVGVSTO
ORNAMENTIS. DECVRIONAT
DECRETO. ORDINIS. EXORNATO
ET. ALLECTO. INTER. IVVENES
S. P. Q. LANIVINVS

Cur vero Scaligerum notet Salmasius, quod SYNHODVM APOLLINIS ex hac ipsa Inscriptione retulerit in Indicem Thesauri Gruteriani, ego sane non video, aut quid ille velit non satis assequor: *Nam Synodus* (ait ille censuræ suæ rationem reddens) *simpliciter & absolute de Scenicorum Collegio*; quasi vero aliud quidpiam innuere voluerit Scaliger, quam SYNHODI in veteribus lapidibus fieri mentionem, quæ, quorumcumque illa tandem esset, ab Apolline denominaretur. Contra vero a Collegiis, aut Corporibus, quorum tutelam gererent; Deorum nonnulli denominari soliti, quemadmodum, CONCORDIA COLLEGII BRACTEARIORVM INAVRATORVM in antiquo marmore, & FORTVNA VIATORVM, cujus Templum, teste Rufo, fuit in Regione prima. Neque a vero fortasse aberrem, si moris hujus antiqui exemplum eruerim ex Inscriptione Aricina, quæ cum nunquam antea edita sit, rem haud ingratam iis me facturum existimo, qui priscis hujusmodi monimentis delectantur, si eam in lucem proferam:

DIANAE. AVG
COLLEG. LOTOR
SACR.
PRIMIGENIVS. R. P
ARICINORVM. SER. ARC
CVRATOR. II. CVM
M. ARRECINO. GELLIANO
FILIO. CVRATORE. T
D. D

In hoc marmore omnino legendum DIANÆ AVGVSTÆ COLLEGII LOTORVM SACRVM; non COLLEGIVM LOTORVM SACRVM, quæ lectio alicui fortasse verisimilior videatur, quasi sensus sit Collegium Lotorum monumentum hoc Dianæ Augustæ dedicasse, quod sane perperam esset, cum illud a Primigenio & M. Arrecino Gelliano R. P. Aricinorum Curatoribus dedicatum Inscriptio ipsa doceat. Et vero observationem merentur quæ vetus hic lapis habet de Collegio Lotorum, cujus nescio an alibi mentio in antiquis monimentis. Lotores itaque non nisi a *lavando* dictos ipsa vox suadet. Igitur & Collegium Lotorum eorum fuit, qui eadem de caussa ita appellarentur. Verum, quid Lotoribus commune cum Diana Aricina? ad quam referendam esse hanc Inscriptionem vix dubitari potest. Aut igitur, quantum mihi conjectura assequi licet, Collegium Lotorum Sacerdotum, aut Ministrorum quorumlibet sacrorum fuit, qui advenis Templum olim Dianæ celeberrimum in crepidine lacus Nemorensis positum adeuntibus, ac religionis, aut morbi fortasse alicujus depellendi caussa in lacu Dianæ sacro lavantibus, præessent, ac rei sacræ peragendæ ritus monstrarent; aut ideo Collegium Lotorum dictum, quod ejus Collegii Sacerdotes Dianæ illius Aricinæ seu Nemorensis simulacrum certis anni diebus ob veterem aliquam religionem, cujus notitia ad nos minime pervenerit, in subjecto lacu lavarent. Fateor equidem nullum hujus rei vestigium in antiquitate deprehendi; sed neque omnia, quorum nulla mentio apud Veteres, omnino incredibilia; & conjecturæ nostræ alioquin favet non unum in antiquitate exemplum hujusmodi lavationum. Nam de simulacro Cybelis, quo a XV. Viris quotannis in Almone lavabatur, noti illi versus Lucani lib. I. *Pharsal.*

Tum qui fata Deum secretaque carmina servant,
Et lotam parvo revocant Almone Cybelem.

Cujus rei originem doctissimus rituum Romanorum Ovidius lib. II. *Fast.* jam antea aperuerat, quo loco advecti Pessinunte Romam matris Deum simulacri pompam describit:

Et

Est locus in Tiberim, quo lubricus influit Almo,
Et magno perdit nomen in amne minor,
Illic purpurea canus cum veste Sacerdos
Almonis dominam, sacraque lavit aquis.

De Palladis vero simulacri lavatione extat Callimachi *Hymnus*, qui numero quintus inscribitur, εἰς τὰ λουτρὰ τῆς Παλλάδος. Ejus namque occasionem Poeta sumit a solemni Palladii lavandi more apud Argivos, de quo hæc Græcus Scholiastes: *Εν τινι ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ ἔθος εἶχον αἱ Αργεῖαι γυναῖκες λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τῆς Αθηνᾶς, καὶ τὸ Διομήδους, καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ιναχον, κἀκεῖ ἀπολούειν. Mos fuit Argivis mulieribus certo quodam die accipere simulacrum Palladis, & Diomedis, eaque ad Inachum perducta in ipso flumine lavare.* Quamobrem eum ritum Dianæ quoque Aricinæ sacerdotibus fuisse, ut ejus simulacrum certis temporibus lavarent, nihil prohibet suspicari; immo & id suadet proclive Deæ ipsius ingenium ad hujusmodi lavationes, ut docent veteres fabulæ, quo allusum fortasse est ejusmodi ritu; & opportune in proximo lacus Nemorensis, qui & ipse antiqua religione sacer (ut Ovidii verbis utar) simulacri hujus Dianæ Aricinæ lavationi occasionem facile præbere potuit. His adde Dianam tanquam Thermarum præsidem apud Veteres cultam, ut liquet ex Aristide, qui Θερμαίαν Αρτεμιν, quæ nempe, ut ipse innuit, πηγὰς τὰς θερμὰς ἔχει, hymnis celebrasse narrat *Sac. Serm.* IV. & ex vetustis lapidibus, in quorum uno apud Gruter. *pag.* MLXVI. 14.

ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΘΕΡΜΙΑΙ. ΕΥΑ
ΚΩΔΙΤΑΣ

Et in altero apud eumdem, *ibid.* 15.

ΩΣ. ΤΑΝ. ΚΡΑΝΝΑΝ
ΚΑΙ. ΤΟ. ΥΔΡΑΓΩΓΙΟΝ. ΑΠ
ΟΚΓΧΡΕΑΝ. ΑΡΤΕΜΙΔΙ. Θ
ΕΡΜΙΑ. ΕΥΑΚΩΔΙΤΑΣ

Fuerunt quoque Athenis πλυντήρια, quorum meminerunt Xenophon lib. I. Ελληνικῶν, & Plutarchus in *Alcibiade*. De iis ita Hesychius: Πλυντήρια, ἑορτὴ Αθήνησιν, ἣν ἐπὶ τῇ Αγραύλῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ ἄγουσιν. *Plynteria festum Athenis, quod Agrauli Cecropis filiæ celebrant*. In eo festo detracta Deæ ornamenta lavabantur, unde & nominis origo. Sed de hoc plura qui volet, videat apud Meursium in *Græcia Fer.* nos eo unde digressi sumus revertamur.

ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥCΕωC.) Ita omnino legendum, non ΑΠΟΚΑΤΑΛΥCΕωC, ut in marmore, lapidarii incuria. Id enim vocabuli nusquam apud Græcos, κατάλυσις vero *hospitium*, *diversorium*, a quo cognomentum huic Herculi, apud quem habitabant Athletæ nostri; qui quidem Hercules a loco denominabatur, ut Janus *ad Theatrum Marcelli*, Mars *Castrorum*, Venus *Hortorum Sallustianorum*, ideo fortasse, quod prope esset Templum hospitium esset, quo Athletæ Agonum sacrorum occasione in Urbem adventantes diverterent; seu quapiam alia de caussa, ut sæpe in hujusmodi locorum appellationibus contingit. Neque cæteroquin insolitum apud Veteres, ut Collegia, aut Corpora apud Templum ejus Dei, in cujus tutela essent, Ædes haberent, in quibus, quæ solemnis legitur in antiquis marmoribus formula, COIRE iis LICERET sacrorum faciendorum caussa, aut aliis etiam de rebus, quarum Collegii, aut Corporis interesset, ibique fortasse erant hujusmodi Hospitia, aut Contubernia, quale illud MARTICULTORUM in hac Augustana Inscriptione, quam publici juris fecit Velserus in *Inscript. August.* pag. 29.

IN. H. D. D
DEO. MARTI
ET. VICTORIÆ
CONTVBERNI
VM. MARTICV
LTORVM. POSV
ERVNT. V. S
L L. M

Atque id genus Ædes venisse arbitror nomine Ædificiorum juris Templorum, quorum mentio in *Cod. Theodos. tit. de Oper. Public.* Cæterum fuisse Romæ Ædes complures Herculi sacras colligitur ex Antiquariorum monimentis. Nec me fugiunt quæ de Templo Herculis legere est apud Horatium *lib.* I. *epist.* I. illis versibus:

. . . . *Vejanius armis*
Herculis ad postem fixis latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.

Verum de eo statuere quænam Ædes illa fuerit, apud quam Synodus ista Athletarum *ad Herculem* habitaverit, neque mihi consilium est, neque hac de re laborandum magnopere duco; cum præsertim id cognomenti Gymnasio huic Palæstritarum fieri potuerit, non a Templo aliquo, aut Æde Herculis; sed ab alio quopiam ejus Dei monimento, quod prope esset, qualia nonnullis in Urbe locis nomen fecisse ex Rufo & Victore disco, ut *Hercules Silvanus*, alias *Sullanus* in Regione v. *Hercules Olivarius* in XI. & *Hercules Cubans* in XIV.

ΕΝ ΤΗ ΒΑCΙΛΙΔΙ ΡωΜΗ.) Magnifici profecto sunt illi tituli, quibus Urbem Romam insignitam legimus apud Latinos Scriptores, a quibus SACRA, ÆTERNA, VENERABILIS, TERRARUM, GENTIUMQUE DEA certatim appellatur. Græci vero unica tantum appellatione, quæ quidem omnium instar esset, eam ornasse contenti; vix enim alio nomine Urbem Romam in eorum monimentis appellatam reperias, quam ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ, aut, quod idem est, ΒΑΣΙΛΕΥΟΥΣΗΣ ΠΟΛΕωΣ. hoc est, *Reginæ*, atque, ut cum Horatio loquar, *Urbium Principis*. Quo allusum etiam videtur magnifica illa Inscriptione, quam Proæresii statuæ appositam narrat Eunapius in *ejus Vita:* Η Βασιλεύουσα Ρώμη τὸν Βασιλεύοντα λόγων. *Regina Roma Regi Eloquentiæ*. In geminis quoque Puteolanis marmoribus, *Stationariorum* ΕΝ ΤΗ ΒΑΣΙΛΙΔΙ ΡωΜΗ mentio habetur. Nec diffiteor tamen haud ita antiquis temporibus illustrem eam appellationem usurpatam de quacumque Urbe, quæ opibus ac potentia inter primarias haberetur; quo sensu Constantinus Porphyrogenneta de Basilio Macedone in *ejus Vita:* Ηδει γὰρ ἐν ταῖς μεγάλαις, καὶ μάλιστα ταῖς βασιλευομέναις τῶν πόλεων τὰς δεξιὰς φύσεις εὐδοκιμεῖν. *Noverat enim in magnis Urbibus, & potissimum Regiis industria ingenia nominis gloria inclarescere*. Eademque ratione Creta Βασιλεύουσα τῶν νήσων dicitur in veteri Inscriptione, factumque postea, ut Imperii sede Byzantium translata, Βασιλίδος quoque titulus in eam sit delatus, quo Urbem C. P. passim appellant historiæ Byzantinæ Scriptores: eoque respexit Sidonius Apollinaris *Carm.* II. illis versibus:

Salve Sceptrorum columen Regina Orientis,
Orbis Roma tui.

Quod de veteri etiam Roma ante ipsum sic cecinerat Rutilius Numatianus *lib.* I.

Exaudi Regina tui pulcherrima mundi
Inter sidereos Roma recepta polos:
Exaudi genetrix hominum, genetrixque
Deorum;
Non procul a cælo per tua templa sumus.

Neque vero ſolum Conſtantinopolis, ſed urbes etiam aliæ celebriores Romæ appellationem obtinuerunt apud Scriptores, ut obſervat Savaro in *Notis ad Sidonium*. Sic Salviano Maſſilienſi lib. VII. *de Provid.* Carthago univerſarum Africæ urbium princeps, & quaſi mater, & *in Africano orbe quaſi Roma*. Sic Auſonio in *Urbib.* Capua *Roma altera*, & Arelas *Gallula Roma*; ſic demum Sigeberto in *Chron.* Ædui *Celtica Roma*, & Leandro Aquileja *Roma ſecunda* dicitur: Romam vero Deæ appellatione inſignitam habet vetus lapis Athenienſis apud Gruter. *pag.* CV. 9. in quo: Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡωΜΗ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ. *Populus Deæ Romæ, & Auguſto Cæſari*: & Græcus præterea nummus ΕΛΑΙΤΩΝ ex Muſeo Regio, in quo Caput Romæ Galeatum cum inſcript. ΘΕΑ ΡΩΜΗ. *Pulchræ* quoque titulo appellatur Roma in ſingulari altero Græco nummo ex eodem Muſeo, cui ΚΑΛΗ ΡΩΜΗ inſcriptum, Autor mihi V. Cl. & veterum Nummorum peritia præſtantiſſimus Franciſcus Gottifredus.

Μ. ΟΥΛΠΙΟΝ ΔΟΜΕϹΤΙΚΟΝ.) Subintellige *ἀνέθηκε*, vel *ἐτίμησε*, quæ ſolemnes ſunt fomulæ dedicationis hujuſmodi monimentorum, occurruntque paſſim in antiquis marmoribus. Illas vero eleganter, ut Latini, Græci etiam ſæpius omittunt; quamobrem & in hujuſmodi Inſcriptionibus nomen ejus, cui monimentum dedicatur, quarto caſu donant Hunc quoque loquendi modum, quamvis non ita frequenter, habent veteres Nummi. Eorum aliquot raritate inſignium Inſcriptiones proferam ex celeberrimo, ac mihi alias laudato, Chriſtinæ Reginæ Muſeo, ut ΘΕΑΝ ΚΛΑΖΟΜΕΝΗΝ in Nummo ΚΛΑΖΟΜΕΝΙΩΝ, ΚΟΜΜΟΔΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. in alio Commodi, ΑΓΡΙΠΠΙΝΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ, ac ΦΑΥΣΤΙΝΑΝ ΝΕΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ in Nummis Agrippinæ, & Fauſtinæ, ΙΟΥΛΙΑΝ ΔΟΜΝΑΝ in uno Juliæ Domnæ, ac denique ΘΗΣΕΑ ΝΙΚΕΙΣ in rariſſimo Nicæorum, in quo ſane illuſtre hujus loquendi modi exemplum, quale & in illo Commodi, cujus paulo ante mentionem fecimus; in ejus namque averſa legitur ΣΙΛΒΑΝΟΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ. quibus addo ſingularem, ac quantivis pretii, æreum Liviæ Nummum, cujus in anteriori parte circa caput Liviæ ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, in averſa vero, quæ Juliæ Auguſti filiæ caput habet, ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ. Idem quoque obſervo in duobus Latinis Nummis, in quorum uno, qui ad Juliam Severi pertinet, inſcript. IVNONEM. in altero vero Vitellii, VRBEM RESTITVTAM, apud Angelon. in *Vitellio*, & in Gordiano paſſim, MARTEM PROPVGNATOREM.

ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥϹΤΑΡΧΗΝ.) De Xyſtarchæ quidem munere non eadem opinio fuit eorum, qui præclare ante omnes de re Athletica ſcripſerunt, Mercurialis, ac Fabri. Ille ſiquidem *lib.* I. *cap.* XII. Xyſtarcham ſecundum locum a Gymnaſiarcha inter Gymnaſiorum miniſtros tenuiſſe vult, eumque Victorum, & omnium præmiorum decernendorum Judicem ambobus Xyſtis ſtadio, ac cunctis Athletarum exercitationibus præfuiſſe; hic vero *lib.* I. *cap.* XXII. Xyſtarchæ cum Gymnaſiarcha idem, aut geminum, ac non abſimile munus, immo idem illius in Xyſto, quod hujus in Gymnaſio fuiſſe adverſus Mercurialem contendit, quod & Suidæ teſtimonio aſſerit, qui *ξυςαρχεῖν*, *γυμνασίυ ἄρχειν* interpretatur. Ego vero, ſi mihi tantis viris conciliandis ſequeſtrum agere fas ſit, fieri potuiſſe non abnuerim, ut Xyſtarchæ munus in prima ejus apud Athletas inſtitutione diverſum fuerit a Gymnaſiarchæ munere, quod ex ipſa utriuſque vocis origine, ac Scriptorum etiam locis colligitur; verum quod utrumque circa eaſdem fere res verſaretur, factum deinde paulatim crediderim, ut unum pro altero promiſcue uſurpare Scriptores cœperint, quod de aliis quoque rei Agoniſticæ officiis accidiſſe mihi perſuadeo. Cognata enim adeo ſunt munera illa Agonothetæ, Hellanodicæ, Alytarchæ, Brabeutæ, Gymnaſiarchæ, Xyſtarchæ, Proſtatæ, Epiſtatæ, ut mirum non ſit eorum aliquando notionem confuſam, quod apud nonnullos Scriptores obſervare licet: quamvis de uniuſcujuſque officio curioſius paulo inquirenti nonnihil inter ea diſcriminis extitiſſe pateat. Utcumque res fuerit, certum eſt non vulgaris dignitatis inter Athletica Xyſtarchæ officium fuiſſe, quem & purpura uſum ex Ammiano lib. XXI. *Hiſt.* colligitur, qui Julianum Xyſtarchæ purpurato comparat, quique jus virgæ habuit, ut Hellanodicæ, ac Brabeutæ, quibus dignitate haud inferiorem fuiſſe, ipſe ex hac Inſcriptione Cretenſi conjicio apud Gruter. *pag.* MXCIV. 5.

ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙϹ
Τ. Φ. ΛΕΟΝΤΙΟΥ. ΥΙΟΝ
ΚΥΡΕΙΝΑ. ΑΚΕϹΤΙΜΟΝ
ΠΡΩΤΟΚΟϹΜΟΝ. Β. ΑΓΟ
ΡΑΝΟΜΟΝ. Β. ΞΥϹΤΑΡΧΗΝ
ΙΕΡΟΥ. ΑΓΩΝΟϹ. ΠΕΝΤΑ
ΕΤΗΡΙΚΟΝ. ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝ. ΚΡΗΤΩΝ. ΑΡΕΤΗϹ
ΕΝΕΚΑ. ΚΑΙ. ΤΗϹ. ΤΗΝ
ΠΟΛΙΝ. ΑΔΙΑΛΕΙΠΤΟΥ. ΜΕ
ΓΑΛΟΨΥΧΙΑϹ. ΗΡΩΑ. ΚΑΙ
ΚΟϹΜΟΠΟΛΙΝ
Τ. Φ. ΧΑΡΜΑΤΙΩΝ. ΤΟΝ
ΕΑΥΤΟΥ. ΠΑΤΡΩΝΑ

Eam ita vertit Fabius Pacius apud Gruterum: *Lyttiorum Civitas T. Flavium Leontii filium tribu Cyrena Aceſtimum, Protocoſmum iterum, Ædilem iterum, Xyſtarcham ſacri certaminis quinquennalem, Communis Cretenſium virtutis ergo, & perpetuæ in Civitatem magnanimitatis Heroa, & Coſmopolitam T. Flavium Charmatiorum ſuum Patronum*. Hæc ita vertere oportuerat, *T. Flavius Charmatio, Patrono ſuo*.

En tibi Flavium hunc Aceſtimum, ſacri certaminis quinquennalis, quod a Communi Cretenſium celebrabatur, Xyſtarcham, hoc eſt, præſidem, quæ alibi Hellanodicarum, aut Agonothetarum partes erant. His omnibus accedit, quod inobſervatum minime prætermittendum, Xyſtarchæ munus perpetuum fuiſſe, quod ipſum non parum incrementi dignitatibus afferre Plinius agnoſcit, qui Arriano ipſi de Auguratu gratulanti, *l.* IV. *ep.* VIII. *Gratularis mihi quod acceperim auguratum, jure gratularis, & quod Sacerdotium ipſum cum priſcum, tum religioſum, tum hoc quoque ſacrum plane, ac inſigne eſt, quod non adimatur viventi*. Id vero de Xyſtarcha manifeſto conſtat ex Athletico hoc marmore, in quo M. Ulpius Domeſticus *διὰ βίυ ξυςάρχης* dicitur, quemadmodum & in alio Gruteriano, cujus Inſcriptionem integram alibi afferemus, M. Aurelius Aſclepiades. Dubitandi alioquin de Xyſtarchæ perpetuitate anſam præbent præclariſſimum illud marmor Farneſianum, quod eſt de victoriis ejuſdem M. Aurelii Aſclepiadis, & duo alia e noſtris Athleticis, in quibus illud *διὰ βίυ* ad dignitatem potius Ἀρχιερέως, quam Xyſtarchæ, videtur referendum, aut ſaltem de eo ambigi poteſt. Quamobrem me in eam opinionem facile adduci ſinam, Xyſtarchæ munus non ita perpetuum fuiſſe, ut Pontificatum, & Auguratum apud Romanos, qui viventibus adimi non poſſent; ſed nonnullis tantum Athletarum ob egregia in univerſitatem merita, aut in re Athletica præſtantiam, ut eo dum viverent fruerentur, concedi ſolitum.

ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ϹΥΜΠΑΝΤΟϹ ΞΥϹΤΟΥ.) A Agones Gymnicos rem olim ſacram fuiſſe, ac Religionis plenam jam adnotavimus; neque id cuipiam ignotum eſſe poteſt, qui in veterum Scriptorum lectione mediocriter ſit verſatus. Quamobrem merito B. Cyprianus in lib. *de Spect.* Idololatriam ludorum omnium matrem appellat: *Quod enim ſpectaculum* (ut cum eo loquar) *ſine Idolo, quis ludus ſine ſacrificio?* Atque hæc inanis ſuperſtitionis pars adeo olim invaluerat, ut vix demum, Arcadio & Honorio imperantibus, ſacrificia in ludis & Agonibus publicis fieri deſierint, ut habetur in *l.* B *ut Prophanos. Cod. de Paganis, & ſacrificiis.* Hinc, quod omnibus Collegiis ac Corporibus commune fuit, Synodis Scenicorum, Pantomimorum, Xyſticorum ſua quibuſque ſacra, eorumque miniſtri pro magnitudine Collegii plures. Iis qui præeſſent *Archieri Synodi* dicebantur, ut habet vetus Inſcriptio, quam paulo poſt afferemus, qui & Sacerdotales præſides Tertulliano, in lib. *de Spect.* Neque ſane erat cur in Inſcriptione illa Romana Demetrii Hermopolitæ circa explicationem illorum verborum Αρχιερέως τȣ͂ σύμπαντος ξύςȣ διὰ βίȣ tantum C ſe torquerent Viri docti, quos de ea non parum laboraſſe ſcribit Gaulminius in *Notis ad Euſtathium* pag. 27. cum facile iis in mentem venire debuiſſet, aliorum Collegiorum exemplo, Demetrium, qui ibi univerſi Xyſti Pontifex dicitur, non alium fuiſſe, quam qui in ritibus ac religionibus ejus Synodi obſervandis cæteris rei ſacræ miniſtris præeſſet, quod proprium erat munus Αρχιερέως, ſeu ſummi Sacerdotis. Nam quod narrat Pauſanias in *Eliacis*, apud Eleos Gymnaſiarcham Ætolo Oxyli filio tanquam Heroi ἐναγίζειν, hoc eſt, parentare, quotannis ſolitum fuiſſe, ita intelligendum eum locum D eſſe cenſeo, ut, cum Gymnaſiarchæ ac Pontificis eadem eſſet perſona, quæ ad Sacerdotium pertinerent, facile Gymnaſiarchæ officio tribui potuerint. Nam alioquin ſummi Sacerdotis dignitatem cum munere Xyſtarchæ, quem eundem cum Gymnaſiarcha fuiſſe vidimus, in iiſdem perſonis conjungi ſolitam ſuadent veteres Inſcriptiones, quotquot exſtant ad Athletas pertinentes. Nemo enim in iis Xyſtarcha, qui Αρχιερεὺς quoque, ſed ſummus Sacerdos non appelletur; quodque conjecturæ noſtræ non nihil ponderis afferre videtur, hos duos dignitatum titulos ſemper in iiſdem Inſcriptionibus conjunctim expreſſos obſervare eſt, ut inde E non leve indicium ſit, hos ipſos honores apud Athletas in eandem perſonam, ut plurimum, conferri ſolitos. Cæterum non dubie hic M. Ulpius Domeſticus, quemadmodum Xyſtarcha, ita perpetuus quoque Αρχιερεὺς dicitur. Illud enim διὰ βίȣ ad Αρχιερέα etiam referendum particula copulativa oſtendit. Id non æque manifeſtum de Demetrio Hermopolita, Aurelio Aſclepiade, Aurelio Demoſtrato, quorum elogia extant in aliis Inſcriptionibus Athleticis apud Gruterum, aut in illis, quas inferius illuſtrabimus, in quibus, ut ajebam, ambigitur illud διὰ βίȣ ad Ξυςάρχlω ne, an ad Αρχιερέα referri debeat. F Verum ut Αρχιερέως dignitatem apud Athletas quoque perpetuam fuiſſe credam, faciunt non rara in antiquitate exempla hujuſmodi Sacerdotum διὰ βίȣ, quales Sacerdotes etiam Chriſtianorum appellat Euſebius lib. x. *Hiſt. Eccleſ.* quod, ut animadvertit vir doctiſſimus Henricus Valeſius, eorum Sacerdotium non annuum eſſet, ſed perpetuum inſtar Sacerdotii Chriſti. Απολλοδώρȣ ἱερέως τῶ̄ χαρίτων διὰ βίȣ mentionem fieri in Tripode reperto in Cycladibus autor eſt Gaulminius modo memoratus, & in marmore Lesbio apud Gruterum *pag.* MLXXXIX. 5.

ΠΑΝΙΕΡΕΣ ΚΑΙ ΙΕΡΕΣ ΔΙΑ
ΓΕΝΕΟϹ ΤΩ ΣΩΤΗΡΙ
ΑΣΚΛΑΠΙΩ ΚΑΙ ΙΕΡΕΥΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΛΕΣΒΙΟΙΣ

Selecta nonnulla περὶ Αρχιερέως διὰ βίȣ Eruditiſſimus Spanhemius in Diſſertatione paulo ante citata, ad quam lectores libenter remittimus. Illud ipſe corollarii loco addam, etiam fæminis ſummæ Sacerdotis dignitatem ac titulum communem fuiſſe, quo inſignitur ΝΥΜΦΙΔΙΑ illa, quæ ΑΡΧΙΕΡΕΙΑ nominatur in marmore Arundel- B liano IV. Αρχιερέως autem vocabulum quaſi proprium ac ſolemne ejus, qui in hujuſmodi Synodis ſummo Sacerdotio fungeretur, obtinuiſſe etiam apud Latinos, ut videre eſt in ſequenti Inſcriptione, ex *Theſ.* Gruteri *pag.* CCCXIII.

L. AVRELIO
APOLAVSTO. MEMPHIO
AVGG. LIB. HIERONICAE
CORONATO. ET. TON. DIAPAN
DON. APOLLINIS. SACERDOTI
SOLI. VITTATO. ARCHIERI
SYNHODI. ET. AVGG
L. AVRELIVS
PANNICVLVS. QVI. ET
SABANAS. PATRONO
OPTIMO

Et in lapide Præneſtino apud Suareſ. *Præneſt. Antiq.* lib. I.

M. AVRELIO. AVGG. LIB
AGILIO. SEPTEMTRIONI
PANTOMIMO. SVI. TEMPORIS. PRIMO
HIERONICAE. SOLO. IN. VRBE. CORONATO
DIAPANTON. AB. IMPP. DD. NN
SEVERO. ET. ANTONINO. AVGG
PARASITO. APOLLINIS
ARCHIERI. SYNODI IIIIII. VIR. AV...
HVIC. RESPVBLICA. PRAENESTINA
OB. INSIGNEM. AMOREM. EIVS. ERGA
CIVES. PATRIAMQ
POSTVLATV. POPVLI. STATVAM. POSVIT.

Quibus accedit inſignis Lampridii locus in *Alexandro*: *Volebat videri originem de Romanorum* E *gente trahere, quia eum pudebat Syrum dici: maxime quod quodam tempore feſto, ut ſolent Antiochenſes, Ægyptii Alexandrini laceſſiverant convitiolis, Syrum Archiſynagogum eum vocantes, & Archierea.*

ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ.) Quinam περιοδονῖκαι dicerentur, quodque hujus vocis etymon ſit, docet Feſtus in *Peribodus*; *Et in Gymnicis certaminibus Peribodon viciſſe dicitur qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympica vicit a circumitu eorum ſpectaculorum.* Hinc περιοδικοὶ ςέφανοι, & Athletis præcipuæ laudis loco περιοδονίκας appellari, quem titulum in eorum monimentis, quotquot exſtant, raro non reperias. F Quamobrem qui multo plures etiam agones viciſſet ex eorum numero, qui in omnibus fere Græciæ urbibus celebrabantur, qui quidem non ἱεροὶ, nisi nonnulli Imperatorum indulgentia, ſed δωρῖται, aut ἀργυρῖται, & χρηματῖται dicti, neque περιοδικȣς ςεφάνȣς reportabant, neque merebantur, ut de ſe Epinicia canerentur; adeoque merito, ut habet Pindari Scholiaſtes, *ad Nem. od.* XI. contendebat Didymus Oden illam Pindari, quæ Νεμέων XI. eſt de laudibus Ariſtagoræ Tenedii, inter ἐπινικίȣς minime referendam, quod ille haud ἱερὸν ἀγῶνα, ſed περιχώρȣς, hoc eſt, circumvicinarum regionum, quamvis ex iis ſedecim, viciſſet. Neque tamen Περιοδονῖκαι Athletæ tantum dicti, ſed

ii etiam, qui in musicis, aut aliis id genus certaminibus obeundis, victores extitissent, ut jam monuit Faber *Agonist.* lib. II. cap. XV. Quo facit insignis Zonaræ locus, de Nerone *Annal.* II. Επεραιώθη δὲ καὶ πρὸς τὴν Ἑλλάδα, οὔτι γε ὡς οἱ πρόγονοι αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ ὀρχήσει, καὶ ἐπὶ κιθαρῳδήσει, κηρύξει τε, καὶ τραγῳδίας ὑποκρίσει. οὐ γὰρ ἤρκει αὐτῷ ἡ Ῥώμη, ἀλλ' ἐδεήθη καὶ ἐκστρατείας, ἵνα καὶ Περιοδονίκης, ὡς ἔλεγε, γένηται. *In Græciam quoque profectus est, non quo ejus majores animo, sed ut saltatorem, citharœdum, præconem, ac tragœdum ageret. Non enim ipsi Roma satis erat, sed expeditione quoque indigebat, quo Periodonica, ut dixit, evaderet.* De Herodoro quoque Megarensi, Buccinatore insigni, tradit Athenæus *lib* X. in Agonibus, qui στεφανῖται appellabantur, decies Periodum vicisse, qui, si Polluci *lib.* IV. *cap.* XI. potius habenda fides, septies ac decies vicit.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ.) Hoc est, παραδοξονίκαν, quem loquendi modum observare etiam licet in Arriano, *lib.* II. *cap.* XVIII. apud quem Epictetus magnificam illam Olympionicas salutandi formulam, χαῖρε παράδοξε, Socrati sui ipsius victori rectius convenire, quam putidis illis sui temporis Pugilibus ac Pancratiastis, jure contendit. Et apud Eusebium *Eccles. Hist.* lib. VIII. cap. VII. qui eo respexisse videtur, dum Martyres Tyrios ὡς ἀληθῶς παραδόξους appellavit, ut innueret, eos in sævissimis cruciatibus tolerandis admirabiles fuisse, solidamque constantiæ ac fortitudinis laudem, non umbratilem, ut Athletarum filios, esse consecutos. Quinam vero hi essent, qui Paradoxonicæ appellarentur, diserte ostendit Plutarchus in *Vita Cimonis*, quem Paradaxonicæ comparat his verbis: Ὥσπερ δὲ τῶν ἀθλητῶν τοὺς ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην ἅμα καὶ παγκρατίῳ στεφανουμένους ἔθει τινὶ Παραδοξονίκας καλοῦσιν· οὕτω Κίμων, &c. *Quemadmodum Athletas illos, qui eodem die lucta ac pancratio vincunt, more quodam Paradoxonicas vocant; sic Cimon*, &c. Qui sane Plutarchi locus, quod germanæ lectioni sit restitutus Petri Fabri diligentiæ atque eruditioni acceptum referri debet; vulgo enim pro πάλην ἅμα, πάλῃ μιᾷ, ac pro παραδοξονίκας, παραδόξου νίκας legitur, quæ utut placuerint viris doctis, qui hunc locum aliter interpretati sunt, certe ad Plutarchi mentem parum quadrant. Nescio autem an merito S. Augustinus lib. III. *Rhetor.* vulgi morem sugillet Paradoxonicas eos appellandi, qui eodem die lucta ac pancratio vicissent, quod iis Paradoxi vocabulum parum conveniat, cum illud κυρίως de iis usurpetur, quæ (ut ipse existimat) opinionis malæ sunt. *Tametsi quidam* (inquit ille) *parum diligenter Græce loquentes*, παράδοξα, *pro his, quæ sunt bonæ opinionis, accipiunt; unde vulgo, etiam Olympionicas, & cæteros victores sacrorum certaminum Paradoxos vocant, magis consuetudine, quam ratione ducti. Nam, ut opinor*, παράδοξον *est, quod est* παρὰ τὴν δόξαν, *hoc est, contra opinionem bonam.* In quo (si mihi fas sit de viro sanctissimo ac doctissimo hoc dicere) vereor ut ille verum sit assecutus. Nam si Græcis Grammaticis credendum, παράδοξον nihil aliud est, quam insperatum, inopinatum quidpiam, quod παρὰ δόξαν, hoc est, *præter opinionem* contingit. Quamobrem recte Plinius, *lib.* IX. *epist.* XXVI. *Sunt enim maxime mirabilia, quæ maxime insperata, maxime periculosa, utque Græci magis exprimunt* παράδοξα, *quæ grandi subjecta discrimini.* Locum hunc Plinii insigniter luxatum veræ lectioni in hunc modum restituebat vir doctissimus atque acerrimi judicii Alexander Pollinus: *Sunt enim maxime mirabilia, quæ maxime insperata, utque Græci magis exprimunt,* παράδοξα: *maxime periculosa, quæ grandi subjecta discrimini.* Sed ut ad propositum redeamus, egregie ad rem nostram

A faciunt illa veteris Interpretis *ad Juvenalis Satyr.* VIII. *Siparium velum est, sub quo latent Paradoxi cum in scenam prodeunt.* Non alia quippe de caussa histriones Paradoxos vulgari, ut videtur, appellatione hic vocari verisimile est, quam quod spectatoribus, ut plurimum, improvisos atque inexpectatos se prodere soliti essent.

ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ ϹΕΒΑϹΤΟΥ.) Male in Decreto Antonini, quod supra retulimus, nescio quis apud Gruterum, illa ΕΠΡΕϹΒΕΥΕΝ ΟΥΛΠΙΟϹ ΔΟΜΕϹΤΙΚΟϹ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ ΜΟΥ, *Supplicavit Ulpius Domesticus in Balneis meis* interpretatus est, quæ ita vertere debuisset: *legationem obiit Ulpius Domesticus Balneis meis Præfectus.* B Ibi enim, ut hic in nostra, illa ἐπὶ βαλανείων officium Præfecti, seu Curatoris Balneorum Augusti designant, quod quidem exerceri solitum fuisse, ab Athletarum præcipuis, ac quasi principibus illud non levi indicio est, in omnibus fere, quotquot adhuc vidi, monimentis illustrium Athletarum ejus fieri mentionem post Xystarchæ, & summi Sacerdotis titulos. Idque alioquin suadet conjunctus cum exercitationibus Gymnasticis Balneorum usus; nam adjuncta Gymnasiis Balnea quis paulo eruditior ignorat? ex eo autem oriri C potuit, ut Imperatores tanquam rem Athletarum exercitio affinem, Præfecturam Balneorum Augustalium iis inter ipsos concederent, qui Athleticæ artis laude cæteris præstarent.

ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ.) Prostatæ munus idem cum Epistata fuisse apparet ex simili utriusque vocabuli notione, quæ scilicet Præsidis, Præfecti, Moderatoris, aut hujusmodi cujuspiam est; tum vero ex promiscuo eorum usu apud Scriptores, ubi de his sermo, apud quos tamen frequentius Epistatæ, quam Prostatæ mentio. At Pollux *lib.* IV. *cap.* XI. inter Athletarum Præfectos προστάτην quidem, ἐπιστάτην vero nullum no- D minat. Epistatam igitur, aut Prostatam non alium ab eo esse, qui Galeno ἐπιστάτης τοῦ παλαίσματος, Hippocrati παλαιστροφύλαξ, aliis Pædotriba, Quintiliano Palæstricus Magister dicitur, jam Mercurialis, & Faber observarunt. Ac Mercurialis quidem *l.* I. *c.* XII a Xystarcha in eo vult differre Epistatam, quod hic perinde, ac Pædotriba quidam, luctantibus tantum præesset; Xystarcha vero, ut diximus, plurium exercitationum moderator, Victorumque, & omnium præmiorum decernendorum judex foret. Faber vero *l.* II. *c.* V. Epistatam, aut eumdem cum Gymnasiarcha, seu Xystarcha statuit, aut ab ipso in Palæstra, seu Gymnasio, in stadio autem E ab Agonotheta, sive Athlotheta, tam autoritate, quam munere proximum. Cæterum Prostatæ, seu Moderatoris præcipuæ in Gymnasiis partes fuerunt, ni fallor, Juventuti præesse, eamque ad disciplinam Athleticam instituere. Hujusmodi certe προστασίας vestigia agnoscere licet in celebri Anconitano marmore, apud Grut. *p.* CCCXXVII. ubi inter alia Batonis Gymnasiarchæ merita, ob quæ ille a Collegio Athletarum oleagina, atque aurea etiam corona donatus, legere quoque est, ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ ΕΥΣΧΗΜΟΝΑ ΤΕ ΚΑΙ ΠΡΕΠΟΥΣΑΝ. *Juvenum Præfecturam honeste, decenterque ab eo administratam.* Namque a vero a- F berrasse videtur Ægius, qui ναῶν hic pro νέων legens, *Templorum præfecturam* vertit, quæ quomodo Gymnasiarchæ, aut Athletarum moderatori conveniat, non video. Ac προστάτην quidem patronum etiam significare scio; sed multa sunt, quibus adducor, ut credam, M. Ulpium Domesticum apud Herculaneos moderatoris potius officium, quam patroni titulum obtinuisse. Προστάτης etiam pro Magistratu, aut Præside Provinciæ, in marmore Ancyrano, in *Thes.* Grut. *pag.* CCCCVI. 3.

Λ. ΦΑΒΙΟΝ
ΚΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΟΝ ΡωΜΗϹ
ΥΠΑΤΟΝ. ΤΟ. Β.
Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ
ΤΗϹ. ΓΑΛΑΤΙΑϹ
ΑΝΚΥΡΑ
ΤΟΝ. ΕΑΥΤΗϹ
ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ.

L. Fabio Ciloni Clarissimo Præf. Urb. (non *præclaro Principi Romæ*, ut in Latina interpretatione apud Gruterum) *Cos.* II, *Ancyra Galatiæ Metropolis præsidi suo*. Fuit hic L. Fabius Cilo legatus Augusti perpetuus Provinciæ Galatiæ sub Severo, ut constat ex alia Latina Inscriptione, quæ olim extitit in Hortis Carpensibus. Epistatæ vero mentio in Nummo æreo maximo Severi rarissimo, atque ob id ipsum observatione digno, ex Mus. M. Ducis, in cujus aversa inscript. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΕΠΙϹΤΑΤΟΥ ΤΕΜ. ΑΝΝΙΟΥ: *Pergamenorum Neocororum Præfecto Templi Annii*. Ubi obiter etiam animadvertas velim Epistatæ nomen huic Nummo adscriptum tanquam τῦ ἐνιαυτῦ ἐπωνύμυ apud Pergamenos.

ΚΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΡΕϹΒΕΥϹΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΙΤΗϹΑΜΕΝΟΝ ΤΟ ΤΕΜΕΝΟϹ.) Collegia ac Corpora artium sua olim Templa habuere, ut hodieque fit, quod jam supra monuimus. Id hoc loco observationem meretur, legationes ab iis ad Imperatores mitti solitas ad locum impetrandum construendo Templo. Quæ sane legatio ad earum genus referenda, quæ certis de rebus ab Universitate aliqua ad Principem mittebantur, qualem eam fuisse ex Strabone notat Paschalius, *in Leg. cap.* XIII. quæ ad Augustum cum esset Corinthi missa fuit a Corpore Piscatorum ad petendam tributi levationem. Et vero Ædes sacras privata auctoritate construere antiquitus minime licuisse indicio est celebris illa Asiaticarum Urbium de Templo Tiberio ædificando inter se certantium controversia apud Tacitum *Annal.* IV. Neque inde statuendum, quod malit fortasse quispiam, auctoritate publica solummodo opus fuisse, cum de Templo Imperatori, eoque in Provinciis ædificando quæstio esset, nam in Urbe ipsa Ædibus Deorum construendis eam requiri solitam ipse adverto, conjectura fretus, cujus mihi fundus est vetus lapis Romanus, apud Grut. *pag.* XXVI. 3. in quo:

LOCUS. ADSIGNATUS. AEDI. OPIS. ET. SATURNI
L. MUNATIO. VERO. ET. C. TERENTIO. FELICE
CURAT. OPERUM. PUBL.

Pertinebat scilicet ad Curatores operum publicorum locum Ædibus aut Templis construendis adsignare, quæ tamen nonnisi ex Imperatorum auctoritate construi poterant, ut patet ex Inscriptione sequenti, qua nihil illustrius ad rem nostram, ex *Thes.* Grut. *pag.* CXXVIII. 2.

EX AUCTORITATE
IMP. CÆSARIS
TITI. VESPASIANI. AUG.
IN LOCO. QUI
DESIGNATUS. ERAT. PER
FLAVIUM. SABINUM
OPERUM. PUBLICORUM
CURATOREM. TEMPLUM
EXTRUXERUNT
NEGOTIATORES. FRUMENTARI.

Obiit itaque legationem M. Ulpius Domesticus apud duos Imperatores, Hadrianum, & Antoninum, Athletarum Herculaneorum nomine αἰτησάμενος τὸ τέμενος, hoc est, *locum Ædi construendæ*, ut posuimus in Latina hujus Inscriptionis interpretatione, cujus ut rationem aliquam reddamus, quandoquidem non una hoc loco esse potest hujus vocabuli significatio, haud nos sane fugit, τὸ τέμενος, quasi τόπον ἀποτετμημένον, proprie significare portionem aliquam agri finitam, ac Deo, alicui, aut Heroi sacram, qua notione commode etiam accipi posset de loco, seu area, quam scilicet Athletæ Herculanei petiissent ad exercitationes Gymnasticas, qui locus cum Herculi, aut Diis aliis Enagoniis sacer esset, recte hoc nomine, τῦ τεμένυς vocabulo designari posset in Inscriptione nostra. Sed ne his acquiesceremus, Antonini Rescripto adducti sumus, a quo (cum illud postulatis Herculaneorum respondere par sit credere) germanam hujus loci explicationem petendam esse videbamus. Cum igitur in marmore Farnesiano Imperator Synodo huic rescribat se jussisse locum ipsis adsignari, in quo & sacra & Tabulas publicas collocent, liquido patet, non aream a M. Ulpio Domestico petitam fuisse ad Palæstram, aut Xystum, sed locum in quo Synodus, & Ædem sacris collocandis, & Tabularium Commentariis, seu Regestis publicis condendis extrueret. Τέμενος alioquin æque bene apud Græcos pro Delubro, aut Fano; unde τεμενωρὸς pro *Fani custode*, seu *Ædituo*, qui aliter ἐπιςάτης τῦ τεμένυς in insigni Nummo Severi, cujus paulo ante meminimus. Ut igitur ad Inscriptionis nostræ mentem quam proxime accederemus, & utriusque notionis, quæ huic voci congruit, rationem habuisse videremur, τὸ τέμενος *locum Ædi construendæ* vertimus, non simpliciter *Fanum*, aut *Delubrum*, quod non adeo cum Rescripto Antonini congruere existimabamus.

ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΘΕΝΤΟϹ Μ. ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ.) Τειμὴν, pro τιμὴν, ut supra περιοδονείκην pro περιοδονίκην. Hujus scripturæ non rara extant exempla apud Hesychium, atque in veteribus Glossis, quæ jam adverterunt Viri docti. Nos in antiquis marmoribus præter ἐτείμησαν, τειμηθέντα, τειμητὴς, pro ἐτίμησαν, τιμηθέντα, τιμητὴς, Γάειος quoque scriptum observamus pro Γάϊος, Εἰυλία pro Ἰυλία, Οὐείβιος pro Οὐίβιος, Εἴσιδι pro Ἴσιδι, Εἰωνικὸν pro Ἰωνικὸν, ὑμεῖν pro ὑμῖν, χείλια pro χίλια: & in Nummis, Αντωνεῖνος, Μακρεῖνος, Φαυςεῖνα, Οὐοπείσκυ, pro Αντωνῖνος, Μακρῖνος, Φαυςῖνα, Οὐοπίσκυ, ἐπεὶ pro ἐπὶ, ἐπινείκια pro ἐπινίκια, Αφροδεισιέων, Φιλιπποπολειτῶν, pro Αφροδισιέων, Φιλιπποπολιτῶν, & alia hujusmodi. Quæ sane recepta, ut apparet, apud Veteres scribendi consuetudo Salmasii opinioni non parum favet, in *Not. ad inscript. Herod. Att.* pag. 16. eos ει diphthongum ut ἰῶτα pronunciare solitos, contra quam alii censuerunt, atque is ipse Adolphus Mekerchus, qui *de recta Græcæ linguæ pronunciatione* commentarium scripsit. Τειμὴν vero hic statuam vertere non dubitavimus, id namque res ipsa per se loqui satis videbatur. Quidnam enim aliud super hac Basi M. Ulpio Domestico ab Athletis Herculaneis dedicatum fuisse credendum est, quam ipsam ejus statuam? sive ea ἀνδροτομὴ fuerit, seu, quod probabile est magis, statua, ut vocant, Iconica, quales Olympionicis, Isthmionicis, aliisque passim Athletis in locis Agonum positas nemo ignorare potest, qui Pausaniam saltem legerit; aut Plinium, a quo multi Athleticarum statuarum artifices, inter quos Mycon, *Athletis*, ut ejusdem verbis utar, *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *spectatus*, nominantur. Et scio equidem hanc vocem ita aliquando ab Herodiano usurpari, ut monimenta potius cujusvis generis, sive *honores*, ut vertit Politianus, quam κυρίως statuam

A significet, quemadmodum *lib.* VII. *cap.* VII. ἀνδριάντες οὖν καὶ εἰκόνες τιμαί τε πᾶσαι τοῦ Μαξιμίνου κατεσπῶντο, quæ ille recte vertit: *Igitur statuæ, atque imagines Maximini, cæterique honores statim convulsi*. Contra vero, interpretationem nostram adstruere videtur alius hujus scriptoris locus eodem *libro*, ubi hæc ille de Maximini avaritia: Ναῶν τε ἀναθήματα, Θεῶν τε ἀγάλματα, καὶ ἡρώων τιμὰς, καὶ εἴ τις ἦν κόσμος δημοσίων ἔργων, ἢ καλλωπίσματος πόλεως, ἢ ὕλης νόμισμα ποιῆσαι δυναμένης, πᾶν ἐχωνεύετο. *Ad hæc templorum donaria, statuæque Deorum, heroumque honores, tum quicquid publici operis, aut civilis ornamenti, aut materiæ denique* B *fuit nummis idoneæ conficiendis, omnia pariter ignibus conflabantur*. Neque sane aliud fuisse verisimilius est ἡρώων τιμὰς, quæ igni conflari possent, quam simulacra Heroibus dedicata. Cæterum quod hic M. Mettii Amerimni nomen legitur tanquam ejus, a quo statua posita sit M. Ulpio Domestico, consueti moris est, cujus vestigia agnoscere licet in compluribus Inscriptionibus statuarum, quæ alicui nomine publico Municipiorum, Coloniarum, aut Ordinum, Collegiorum, aç Corporum ponebantur, in quibus sæpe nomina eorum notantur, quibus curantibus id fiebat. Sic in insigni C illa Inscriptione Romana, ΗΙΕΡΑ ΤΑΞΙC ΤΩΝ ΠΑΙΑΝΙCΤΩΝ, Embæ Prophetæ decernit ΠΡΟΤΟΜΗΝ ΜΑΡΜΑΡΙΝΗΝ ΕΠΙ ΚΟΥΡΑΤΟΡΟϹ ΜΕΤΕΙΛΙΟΥ ΑΜΠΛΙΑΤΟΥ ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥ. De hoc vero M. Mettio Amerimno altum plane silentium in antiquis monumentis: Familiæ tamen Amerimnorum mentio in marmore Romano, apud Grut. *pag.* DCLXVII. 9. in quo:

ΑΜΕΡΙΜΝΩΙ
ΤΙΩΙ
ΤΑΤΙΟΝΗ
ΜΗΤΗΡ
ΕΤΩΝ. Η
ΜΗΝΩΝ. Ε

D Et in Inscriptione ex *Thes.* Gruteri, *pagina* XXXIII. 4.

DOMINO. SOLI. V. S. TI. CLAVD
AMERIMNVS. LICTOR. CVRIATVS

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤωΝ Λ. ΟΥΑΝΝΙΟΥ ΑΓΡΙΠΠΙΑΝΟΥ ΚΑΙ Μ. ΜΕΤΤΙΟΥ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ.) Præclare, si quicquam aliud, ad antiquitatem illustrandam in hoc insigni marmore, quod Archontas tanquam magistratum exhibet, a quo Fasti, ut ita dicam, Athletici ordinarentur; cujus rei vix alibi, quod sciam, vestigia extant. Nam quod ex Diogene Laertio evincere conatur Faber, *Agonist.* lib. III. cap. XXIII. in Commentariis publicis E apud Eleos, in quos Olympionicæ referebantur, Ἀρχόντων appellatione Agonothetas designari solitos, perperam meo judicio facit. Laertii verba sunt in *Xenoph.* Κατέστρεψε δὲ (καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν Ἀρχόντων, καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ) ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ἄρχοντος Καλλιδήμου, ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου ἦρξε. *Mortuus est Xenophon (ut ait Stesiclides Atheniensis in Archontum, & Olympionicarum commentario) anno primo quintæ & centesimæ Olympiados, Archonte Callidemo, sub quo etiam Philippus Amyntæ filius imperabat*. Xenophontem igitur primo quintæ & centesimæ Olym- F piadis anno obiisse narrat Laertius, hujusque rei auctorem adhibet Stesiclidem in Commentario Ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν. Quid vero hinc ad conjecturam suam adstruendam colligere possit Faber, sane non video. Illud enim Ἀρχόντων, non ad Agonothetas Eleorum, sed ad Archontas Atheniensium referendum esse, quorum unus fuit Callidemus, sub quo obiit Xenophon, procul dubio est. Id si minus aliunde, ex eo certe manifesto evinci

possit, quod eos Archontas una cum Olympionicis in Commentarios suos retulerit Stesiclides, more vulgato apud rerum Græcarum Scriptores, ad designandos Olympiadum annos nomina stadio victorum, cum nominibus Archontum Atheniensium conjunctim proferendi. Neque alias, quod sciam, apud Auctores Ἀρχόντων nomine acceptos Agonothetas, aut quod aliquis fortasse existimet ex Archontum Magistratu delectos reperire est. Illud potius ex Polluce constat, ad Archontas pertinuisse, Athlothetas, quos eosdem cum Agonothetis fuisse diximus, ex unaquaque tribu sortito eligere. Pollux quippe *lib.* VIII. *cap.* IX. ubi de Archontum officio, ac potestate, inter alia id recenset: τὸ κληροῦν δικαστὰς, καὶ ἀθλοθέτας ἕνα κατὰ φυλὴν ἑκάστην, *ex unaquaque tribu judices, & Agonum præsides sortiri*. Habuit itaque Synodus Xystica Athletarum Herculaneorum Archontas suos, quorum nomina ad rerum publice gestarum tempora distinguenda in Commentarios referrentur, quibus asservandis, ΟΙΚΗΜΑ ΕΙϹ ΤΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ, hoc est, *Archivum*, seu *Tabularium* ipsis ab Hadriano concedi, habet, ut vidimus, alterum ex marmoribus Farnesianis. Hunc Magistratum quo anno M. Ulpio Domestico statua decreta est, obiisse L. Vannium Agrippianum, & M. Mettium Amerimnum, noster hic lapis testatur. Agrippiano, inquam, huic L. Vannio cognomen fuit, non *Agrippillo*, ut legendum videatur in marmore, in quo Λ pro Α, ut frequenter in vetustissimis codicibus MSS. & in Inscriptionibus, tum Græcis, tum Latinis, recepto, ut apparet, scribendi more, cujus vestigia quoque extant in hoc ipso marmore, in quo ΚΛΙ pro ΚΑΙ, & bis ΛΜΕΡΙΜΝΟΥ pro ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ. Quando vero hic de Archontibus sermo, id in medium afferre non verebor, quod circa hujus Magistratus appellationem animadvertere mihi contigit in Nummo rarissimo Antonini, ex Mus. M. Ducis: cujus in aversa figuræ duæ, virilis una, muliebris altera, dexteram jungentes, circa quas ΕΦΕϹΟϹ ΚΥΖΙΚΟϹ, & in superiore nummi parte ΑΡΧΟΝΤΟϹ, post literas, quas quidem, quod extritæ nimium sint, legere minime licet, ejus vero nomen, qui Archon ibi dicitur, exhibuisse vix dubitari potest. Ex hoc vero nummo vehemens conjectura est alterutram harum duarum Urbium, Ephesum nempe, aut Cyzicum, quarum Urbium ὁμόνοιαν, seu fœderis societatem ejusdem aversa repræsentat, Archontes suos habuisse, quorum nominibus Fasti ejus urbis notarentur. Tales etiam Parii habuerunt, quorum unum Astyanactem ex vetustissimo marmore Arundelliano profert Seldenus, talesque Deliis, Melitensibus, Delphis fuisse produnt antiquæ Inscriptiones *Thes.* Gruteriani *pag.* CCCC. CCCCV. MXXI. ut Neapolim omittam, cujus Archon nominatur in lapide Neapolitano *ibid. pag.* CCCCXXVIII. 2. ΚΟΡΝΗΛΙΟϹ ΚΕΡΕΑΛΙϹ, & in altero itidem Neapolitano *ibid. p.* MXXVII. ΙΤΑΚΚΙΟϹ ΚΑΛΙΔΟϹ ΚΑΙ ΟΥΕΙΒΙΟϹ ΠΟΛΛΙΩΝ, nec non in alio apud Reinesium, qui lapis ΣΕΛΕΥΚΟΝ ΤΟΝ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΑΡΧΟΝΤΑ ΤΟΝ ΔΙΑ ΠΕΝΤΕ ΕΤΩΝ habet. Qui quidem Archontes in Republica Neapolitana non ea autoritate, & loco erant, quo Ἄρχοντες in Atheniensi, ut perperam Historici, & Antiquarii ejus urbis contendunt; sed Duumvirorum ejus Coloniæ, aut Quinquennalium, ut in cæteris, magistratum repræsentabant, quod multis probat Reinesius lib. III. *Var. Lect.* cap. XVI. Græcas alioquin Urbes alias aliis Magistratibus Fastos suos consignavisse, certum est, ut Ephoris Spartanos, Junonis Sacerdotibus Argivos, Stephanephoris Smyrnæos, quod tum ex illustri marmore Arundelliano apparet, in

quo fœdus inter ipsos ac Smyrnæos ictum incisum est; tum vero aperte docet Philostratus in *Heraclide*, his verbis: *Καὶ στεφανηφόρον ἀρχὼ παρ' αὐτοῖς ἦρξεν, ἀφ' ἧς τοῖς ἐνιαυτοῖς τίθενται Σμυρναῖοι τὰ ὀνόματα*. *Stephanephori magistratum apud eos obtinuit*, (Heraclides) *a quo Smyrnæi in Fastis nomen annis faciunt*. Idem ex veteribus quoque nummis constat, ac præter insignem illum Severi, quem in nostra *de Apamensi Nummo* Dissertatione exhibuimus, in quo ΕΠΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥ ΑΡΤΕ. ΜΑΓΝΗΤΩΝ ΑΠΑΜΕΩΝ. hoc est, *Sub Agonotheta Artemidoro Magnetum Apamensium*: alter quoque rarissimus occurrit in Museo Magni Etruriæ Ducis, in quo (pertinet is ad Gallienum) inscript. ΕΠΙ Π. ΑΙ. ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠΙΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ.. *Sub P. Ælio Demetriano Hipparcho Cotiensium*: ubi Hipparchum, seu Præfectum Equitum Magistratum ἐπώνυμον licet agnoscere, ut Ἀρχιερέας omittam, quorum nominibus consignatos passim videre est Græcarum Urbium Nummos Quando vero de Magistratibus Gymnasiorum præcipue hic sermo, haud prætereunda silentio Inscriptio XVI. marmoris Arundelliani, in quo, ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ ΤΟΥ ΕΥΜΟΛΠΟΥ ΚΗΦΕΙΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΚΓ. unde constat in eo Gymnasio, ad quod pertinuit vetus hic lapis, Pædotribarum etiam nominibus annorum seriem distingui solitam. Cæterum de L. hoc Vannio Agrippiano Archonte hujus anni in Gymnasio Herculaneorum altum silentium in monimentis Veterum, ut quid de eo dicamus, nihil omnino occurrat.

II.

Η. ΙΕΡΑ. ΞΥΣΤΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟΣ. ΤΩΝ
περὶ ΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΑ. ΑΠΟΚΑΤΑΛΥCEως
ἐΝ. ΤΗ. ΒΑΣΙΛΙΔΙ. ΡΩΜΗ. ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤων
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΔΗΜΟΣΤΡΑΤΟΝ. ΔΑΜΑΝ
ΣΑΡΔΙΑΝΟΝ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. ΑΝΤΙΝΟΕΑ. ΑΘΗ
ΝΑΙοΝ
ΕΦΕΣΙΟΝ. ΣΜΥΡΝΑΙΟΝ. ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΝ
ΝΕΙΚΟΜΗΔΕΑ. ΜΙΛΗΣΙΟΝ ΛΑΚ ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. ΣΥΝΠΑΝΤΟΣ. ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ. ΒΙΟΥ
ΞΥΣΤΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩΝ. ΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ. ΔΙΣ
ΠΥΚΤΗΝ. ΑΛΕΙΠΤΟΝ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ

Sacra Synodus Xystica (Athletarum) *ad Herculem ab hospitio in Regina* (Urbium) *Roma habitantium M. Aurelio Demostrato Damæ, Sardiano, Alexandrino, Antinoensi, Atheniensi, Ephesio, Smyrnæo, Pergameno, Nicomediensi, Milesio, Lacedæmonio, totius Xysti Pontifici perpetuo, Xystarchæ, & Balneis Augustorum Præfecto, Pancratiastæ, Periodonicæ, bis Pugili, Invicto, Paradoxo*.

ΣΑΡΔΙΑΝΟΝ) Egregius sane atque ætatis suæ præstantissimus Athleta fuit Marcus hic Aurelius Demostratus, cujus elogium extat in altero hoc monimento Athletico, quod ipsi dicatum a Synodo Xystica Herculaneorum, docet ejus Inscriptio. Illum namque, si quem alium, victoriis illustrem fuisse testantur Græcarum, atque aliarum etiam urbium nomina, a quibus civitate donatum constat, non alia sane de caussa, quam ob palmas ab eo reportatas in agonibus, qui in illis ipsis urbibus celebrabantur. Proclive siquidem fuit iis urbibus, quæ spectaculorum voluptate tenebantur, quales Græcæ præsertim, ut nedum Athletas, quorum conditio erat cum aliqua fortitudinis ac bellicæ, ut ita dicam, virtutis laude conjuncta, sed Scenicos etiam, atque alios id genus homines in hujusmodi artibus insignes adsciscerent in civitatem: idque est, quod tanquam omnibus in confesso usurpat Cicero, in Oratione *pro Archia Poeta*. Immo & Lycurgi lege decretum ex Plutarcho observat Meursius, *Attic. Lect.* lib. IV. ut Comœdi, qui in Chytris (erat id Feriarum nomen Athenis) certamine Comico victores evasissent, civitate donarentur, quod antea non licebat. Plutarchum hæc ipsa narrantem audire operæ pretium est: *Εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμον, τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν*. Et vero vix ulla fuit olim alicujus nominis urbs, in qua Agones Gymnici, seu musici, aut alterius generis non celebrarentur. Cujus de rei origine nihil verisimilius, quam quod censuit Seldenus, in *Not. ad Marm. Arundel.* III. referendam eam esse ad Augusti tempora, sub quo effusæ in adulationem Provinciarum pleræque (ut narrat Suetonius in *Aug.* cap. LIX.) super Templa & aras, ludos quoque quinquennales pene oppidatim constituerunt, quod inferre etiam licet ex illis Horatii, *epist. I. lib. I.*

Quis circum pagos, & circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmæ?

Hinc frequens adeo, ac multiplex apud Scriptores, atque in antiquis cujusvis generis monimentis sacrorum certaminum in tam multis urbibus mentio, quæ si hic enumerare velim, nunquam profecto dicendi finem faciam. Unum mihi omnium instar erit marmor Farnesianum, in quo M. Aurelius Asclepiades ΑΓΩΝΙΣΑΜΕΝΟΣ ΕΝ ΕΘΝΕCΙΝ ΓΡΙCΙΝ ΙΤΑΛΙΑ. ΕΛΛΑΔΙ. ΑCΙΑ, se omnia hæc certamina vicisse autumat. ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΝ ΠΕΙCΗ CΜ. ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙC. ΙCΘΜΙΑ ΔΙC. ΝΕΜΕΑ ΔΙC. ΚΑΠΕΤΩΛΙΑ ΕΝ ΡΩΜΗ ΔΙC. ΕΥCΕΒΕΙΑ ΕΝ ΠΟΤΙΟΛΟΙC. CΕΒΑCΤΑ ΕΝ ΝΕΑΠΟΛΙ ΑΚΤΙΑ ΕΝ ΝΕΙΚΟΠΟΛΙ. ΑΘΗΝΑC Ε. ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΑ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΔΙC. ΣΜΥΡΝΑΝ Ε. ΚΟΙΝΑ ΑCΙΑC ΔΙC. ΟΜΟΙωC ΕΝ ΣΜΥΡΝΗ ΟΛΥΜΠΙΑ ΚΑΙ ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ. ΠΕΡΓΑΜΟΝ ΑΥΓΟΥCΤΕΙΑ. &c. *Olympia Pisis Olympiade* CCXL. *Pythia Delphis, Isthmia bis, Nemea bis, Capitolinos Romæ bis, Eusebia Puteolis bis, Augustalia Neapoli, Actia Nicopoli, Athenas quinquies, Panathenæa Olympia Panellenia Adriania bis, Smyrnam quinquies, Communia Asiæ bis, item Smyrnæ Olympia, & Adriania Olympia, Pergami Augustalia*, &c. Quam magnifica illa quoque marmoris Arundelliani III. in quo Septimius Citharœdus sequentes Agones vicisse dicitur, nempe: ΣΜΥΡΝΑΝ ΟΛΥΜΠΙΑ Η. ΑΔΡΙΑΝΙΑ ΡωΜΗΝ Β. ΠΟΤΙΟΛΟΥΣ Β. ΝΕΑΝΠΟΛΙΝ Γ. ΑΚΤΙΑ Β. ΤΗΝ ΕΞ ΑΡΓΟΥΣ ΑΣΠΙΔΑ. ΝΕΜΙΑ Γ. ΣΜΥΡΝΑΝ ΚΟΙΝΟΝ ΑΣΙΑΣ. ΠΕΡΓΑΜΟΝ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ Γ. ΤΡΑΙΑΝΕΙΑ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ ΚΟΜΟΔΕΙΑ Β. ΠΥΘΙΑ ΤΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙC ΕΦΕΡΟΝ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ. ΕΦΕΣΟΝ ΕΦΕΣΗΑ ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ. ΕΠΙΔΑΥΡΟΝ ΑΣΚΛΗΠΕΙΑ. ΑΘΗΝΑΣ ΑΔΡΙΑΝΕΙΑ. ΣΑΡΔΕΙΣ ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΟΝ. ΤΡΑΛΛΕΙΣ ΠΥΘΙΑ. ΜΕΙΛΗΤΟΝ ΔΙΔΥΜΕΙΑ. ΡΟΔΟΝ ΑΛΕΙΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΑ. ΜΑΝΤΙΝΕΙΑΝ. *Smyrnæ Olympia* VIII. *Adriania Romæ* II. *Puteolos* II. *Neapolim* III. *Actia* II. *Clypeum ex Argo, Nemea* III. *Smyrnæ Commune Asiæ, Pergami Augustalia ter, Trajanalia Æsculapia Commodalia* II. *Pythia in Delphis, Ephesi Adrianalia, Ephesi Ephesia, Barbillea, Epidauri Æsculapia, Athenis Adrianalia, Sardis Chrysanthinum, Trallibus Pythia, Mileti Didymeia, Rhodo Halia, Lacedæmonem, Mantiniam*. Perperam vero, ni fallor, Seldenus in hujus Inscriptionis versione Septimium Citharœdum Adrianalia Romæ bis vicisse facit: nunquam enim, quod sciam, Adrianalia Romæ instituta. Reddenda illa potius Smyrnæ sunt, ad quam pertinent, atque ita legendum Σμύρναν Ὀλύμπια Η, Ἀδριάνια, Ῥώμην Β. hoc est, *Smyrnæ Olympia* VIII. *Adriania* (*Olympia ibidem*) *semel, Romam*, hoc est, Agonem Capitolinum, *bis*. Neque hæc aliter accipi

possint nisi marmore ipso aperte reclamante, in A quo, ubi nomina urbium Agonibus adjunguntur, illa his semper præmittuntur, ut in illis, Ἐφεσον Ἀδριάνεια, Ἔφεσον Ἐφέσεια Βαρβίλληα, Ἐπίδαυρον Ἀσκλήπεια, &c. Ῥώμη autem hic κατ' ἐξοχὴν rusticῶς pro Agone Romano, seu Capitolino, ut Ποτιολοι. Λακεδαίμων, Μαντίνεια, pro Agonibus, quæ in illis urbibus celebrabantur. In Capitolino vero Citharœdis etiam locum fuisse docent illa Juvenalis Sat. VI.

Quædam de numero Lamiarum, & nominis Appi
Et farre, & vino Janum, Vestamque rogabat,
An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere.

B Namque ad eum locum vetus Scholiast. *Idest, Sacrificabat nobilis matrona, utrum citharœdus Pollio coronatus in agone Capitolino corona a d superare posset*. Quando vero Barbilliorum origo, quorum hic & in marmore etiam Farnesiano mentio, Seldenum virum profecto eruditissimum fugit, eam ipse ex singulari Dionis loco aperiam. Dio itaque in *Excerptis* Peireschianis, quorum ob editionem multum sane Cl. Valesio debent eruditi, hæc de Vespasiano: Τοὺς τε ἀστρολόγους ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξώρισε, καίτοι πᾶσι τοῖς ἀρίστοις αὐτῶν χρώμενος, ὥστε διὰ Βαρβίλλον τινὰ ἄνδρα τοιοῦτον, ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις C ἱερὸν ἄγειν συγχωρῆσαι, ὅπερ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ πόλει ἔνειμεν. *Astrologos etiam Urbe expulit, etsi optimis eorum uteretur, ut in gratiam Barbilli cujusdam Astrologi Ephesiis sacrum Agonem celebrare concesserit, quod nulli alii Civitati indulsit*. Varia quoque ac multa Agonum nomina in Græcis Nummis occurrunt, ex Thes. Reg ut ΣΕΒΗΡΕΙΑ ΟΛΥΜΠΙΑ ΝΕΙΚΙΑ ΤΑΡCΟΥ in Severo, ΑCΚΛΗΠΕΙΑ CΩΤΗΡΕΙΑ ΙΕΡΟΠΥΘΙΑ ΑΝΚΥΡΑC in Caracalla, ΟΛΥΜΠΙΑ ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ in Elagabalo, ΠΥΘΙΑ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΩΝ in Gordiano, ΑΚΤΙΑ ΠΥΘΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ in Gordiano, & Caracalla, ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΑΥΓΟΥΣΤΙΑ CΕΒΗΡΙΑ in Philippo, CEBACMIA in Treboniano Gallo, & in altero Da- D masci rarissimo, qui ad Alexandrum Severum pertinet; ΠΥΘΙΑ ΜΑΓΝΗΤΩΝ in Gallieno. Quibus rarissimum quoque addo, quem in Museo Briennæ Comitis extare, mihi autor est antiquariorum nostræ ætatis facile princeps Petrus Seguinus S. Germani Antissiodorensis Decanus. In ejus anteriori parte caput Alexandri Macedonis, in aversa vero mensa cum vasis certaminum, & inscriptione, ΟΛΥΜΠΙΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ. Meminit hujus Agonis Alexandrini marmor Farnesianum paulo ante citatum, ubi de M. Aurelio Asclepiade, ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟ ΠΑΥCΑCΘΑΙ ΜΕΤΑ ΠΛΕΙΟΝΑ ΧΡΟΝΟΝ ΑΝΑΝΚΑCΘΕΙC ΕΝ ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ ΚΑΙ ΝΙΚΗCΑC ΟΛΥΜΠΙΑ ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ Ο- E ΛΥΜΠΙΑΔΙ ΕΚΤΗ: *Et postquam desiissem, post multum temporis coactus in patria Alexandria, & victor Olympia, Pancratio, Olympiade* VI. Notes obiter velim in dictione illa ΑΝΑΝΚΑCΘΕΙC, ν ante κ positum, contra quam tradiderunt Grammatici, ν ante γ, κ, χ, ξ literas, in γ migrare, quod præcipue observatum video in vetustissimis marmoribus Arundellianis, in quibus, Τὸγ χρόνον, ἐχθρὸγ καὶ, τῆγ πόλιγ καὶ, τὴγ γραφὴν, πάντων ὧγ καὶ, ἀφ᾽ ὧν ἀγ χρόνος, ἐγ Γρυνέῳ, ἐγ Κυζίκοις scriptum reperio, pro τὸν χρόνον, ἐχθρὸν καὶ, τὴν πόλιν καὶ, τὴν γραφὴν, &c. Cujus sane scripturæ rationem reddere F utut difficile sit, nihil de ea verisimilius dici posse existimo, quam quod suspicatus est Adolphus Mekerchus, ν ante γ atque alias literas, quas diximus, mutari in γ, non ut ipsum γ pronuncietur, quod fieri non potest; sed ut significetur illud ν peregrino quodam modo proferendum, quod nulla alia litera præstari opportunius potest, quam ea, quam, quicquid coneris, pronunciare legitimo suo sono non possis. Cæterum priscis illis temporibus Græcos ν sonum quam maxime vitare solitos, illud vehementi indicio est, quod ν in μ etiam ante ipsam μ mutarent. Hujus scripturæ exempla tum in vetustissimis Codd. MSS. reperias, tum in illis ipsis marmoribus Arundellianis, in quibus, ἐμ Μαγνησίᾳ, ἐμ Μαραθῶνι, τὴμ μὲν, τὴμ μητέρα scriptum reperio, pro ἐν Μαγνησίᾳ, ἐν Μαραθῶνι, &c. τὴμ μὲν βουλὴν, & τὴμ ὁμολογίαν, quod observatu dignius, cum id non alia magis de caussa factum appareat, quam ut literæ durioris soni cum adspirata concursus vitaretur. γ etiam pro κ passim substitutum in iisdem marmoribus observo, in quibus, ἐγ Λυκωρείας, ἐγ μὲν, ἐγ δὲ, & alia hujusmodi, pro ἐκ Λυκωρείας, ἐκ μὲν, &c. Hinc vero patet falso credidisse H. Stephanum in *Paralipom Gram. Græc.* in ἄγγελος, ἀγγεῖον, & similibus dictionibus librariorum errato invaluisse, ut γ pro ν alteri γ præponeretur, cum potius contrarium evincatur ex vetustissimis marmoribus, quorum autoritatem libentius sequar, quam MSS. Codd. in quibus ille ἄνγελος, & ἀνγεῖον scriptum testatur, quibus & addi alia possint e lapidibus recentioris ævi, quæ extant in *Thesauro* Gruteri, ἐντυχάνειν pro ἐντυγχάνειν, ex Arundelliano XI. & ἐνκτησιν pro ἔγκτησιν, ut in XV. Quod si hac de re statuere quicquam in præsentia liceat, commodius ad eam nihil dici posse crediderim, quam corrupta, aut certe mutata posterioribus temporibus veteri illa ν literam pronunciandi ratione, variasse etiam scripturam in ea litera cum aliis copulanda, quibus cum nulla illi antea communio erat. Verum de his hactenus. Illud vero præclarum, atque eruditorum observatione dignum quod ex hoc insigni monumento eruere licet de Olympiadibus Alexandrinis, quarum sexta vicisse pancratio Aurelium Asclepiadem diserte hic dicitur. Nam de Olympiadibus Eleorum hæc minime accipienda esse præter quam quod satis aliunde patet, illud in primis evincit, eundem M. Aurelium Asclepiadem vicisse pancratio ΟΛΥΜΠΙΑ ΤΑ ΕΝ ΠΕΙCΗ CΜ ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ. ut ex eodem marmore supra vidimus, & ad annum primum ejusdem Olympiadis adnotat Phlegontis Epitomator, sive alius quispiam Catalogi Olympiadum autor. Olympiadum vero Alexandrinarum nulla mihi, ut nunc est, probabilior origo, quam ab instituto Alexandriæ Agone Olympico, cujus & hic, & in Nummo Brienneo mentio, sive is Alexandrinus dictus sit, quod honorem Alexandri sit institutus, quemadmodum & ille, quem apud Clazomenios a Communi Ioniæ celebrari solitum narrat Strabo *lib.* XIV. sive ab urbe ipsa denominatus, qua de re liberum cujusque judicium esto. Plurima igitur (ut ad propositum redeamus) ac plane innumera erant certamina, quæ in Græcis, Asiaticis, Italicis urbibus celebrabantur, de quibus, ut paucis omnia concludam, unum Heræ Laodiceni Elogium afferam a Philippo Epigrammatario conscriptum his versibus, *Antholog.* lib. IV.

Ἴσως με λεύσσων ξεῖνε ταυρογάστορα,
Καὶ στερρόγυιον ὡς Ἄτλαντα δεύτερον,
Θαμβεῖς ἀπιστῶν εἰ βρότειος ἡ φύσις.
Ἀλλ' ἴσθι μ' Ἡρᾶν Λαδικῆα πάμμαχον,
Ὃν Σμύρνα, καὶ δρῦς Περγάμου κατέστεψεν
Δελφοί, Κόρινθος, Ἦλις, Ἄργος, Ἄκτιον.
Λοιπῶν δ᾽ ἀέθλων τὴν ἐρώτησιν κρατῶν,
Καὶ τὴν Λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν.

Nos eos totidem Senariis ita Latine reddidimus:

Fortasse me, hospes, mole quod tauro parem,
Validisque membris cernis Atlanta alterum,
Stupes, satumque sanguine humano haud putas.
At disce me Heran Laodiceum, pammachum,
Cui Smyrna quercu, & Pergamus cinxit comam,
Delphi.

Delphi, Corinthus, Elis, Argus, Actium.
Quod si alia quæris nosse agonum præmia,
Quæris Libyssæ & numerum arenæ noscere.

Cum itaque, ut diximus, infinitus plane fuerit numerus Agonum, qui in variis urbibus celebrabantur, non est jam cur miremur Aurelium hunc Demostratum, qui in Inscriptione nostra Sardianus, Alexandrinus, Antinoensis, Atheniensis, Ephesius, Smyrnæus, Pergamenus, Nicomediensis, Milesius, Lacedæmonius appellatur, tam multarum civitatum hominem fuisse. Sic Septimius ille Citharœdus, ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ. ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ. ΚΑΙ ΕΦΕΣΙΟΣ, ejusque Phonascus C. Ælius Agathemerus ΕΦΕΣΙΟΣ. ΚΑΙ ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ. ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ nuncupantur in marmore Arundelliano. Sic in Farnesiano M. Aurelius Asclepiades ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΣ. ΠΟΤΙΟΛΑΝΟΣ. ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΗΣ. ΚΑΙ ΗΛΕΙΟΣ. ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ. ΚΑΙ ΑΛΛωΝ ΠΟΛΕωΝ ΠΟΛΛωΝ ΠΟΛΕΙΤΗΣ. ΚΑΙ ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ. Hoc est, *Alexandrinus, Hermopolites, Puteolanus, Neapolitanus, & Eleus, & Atheniensis Senator, aliarumque urbium multarum civis, & Senator*. Vides hic Aurelium Asclepiadem multarum urbium non solum civem, sed etiam Senatorem, honorarium scilicet, qui honos viris de Republica bene meritis, aut in aliqua facultate insignibus, eorumque aliquando etiam posteris tribuebatur, qua de re duo extant Deliorum decreta in marmoribus Arundellianis, *Inscript.* XII. & XIV. in quibus ii Clinodemo Leboti filio, ac Mendiceo Dioclis, inter alios honores ipsis, eorumque posteris, ΚΑΙ ΠΡΟCΟΔΟΝ ΠΡΟC ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ, *accessum ad Curiam* decrevere: nam Seldeno haud assentior, qui illa, *εἶναι δ' αὐτοῖς ἐν Δήλῳ γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερὰ*, sic Latine reddidit: *Fore item eis in Delo, & prædii, & domicilii possessionem, & proventum, inter Senatum Populumque, primis post Sacra*. Hujusmodi fere honos hodieque apud Venetos viris principibus tribui solet, ut in Magnum, ut vocant, Consilium cum facultate quoque suffragii ferendi admittantur. Huc etiam pertinent illa Philostrati in *Damiano*: *Δαμιανῷ τοίνυν ἐλλογιμώτατον μὲν καὶ τὸ ἄνω γένος, καὶ πλεῖστα ἄξιοι τῇ Ἐφέσῳ. εὐδοκιμώτατοι δὲ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ φύντες. συγκλήτου γὰρ βουλῆς ἀξιοῦνται πάντες ἐπ' εὐδοξίᾳ θαυμαζόμενοι, καὶ ὑπεροψίᾳ χρημάτων*: *Damianus igitur & nobilissima stirpe ortus, ejusque posteri Ephesi in summo semper honore atque existimatione habiti, quippe qui in Senatum omnes adscribuntur, atque optima fama, ac divitiarum contemptu in admiratione sunt.*

ΠΑΝΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ) Pancratiastes qui sit paucis docet Aristoteles *Rhetor.* cap. V. ubi varia Athletarum genera definit in hunc modum: *Ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥίπτειν πως, καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόῤῥω, δρομικός. ὁ δὲ θλίβειν, καὶ κατέχειν, παλαιστικός. ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι, πένταθλος.* *Nam qui potest crura projicere certo quodam modo, & movere velociter & longe, cursor est: qui vero stringere, & tenere, luctator: at qui pellere plaga, pugil: qui autem utrisque his, Pancratiasticus: qui demum omnibus quinquertio.* Unde manifestum est pancratium, ut Plutarchus etiam docet lib. II. *Sympofiac.* qu. IV. quid mixtum esse ex lucta & pugilatu, pancratiastas vero, qui ejusmodi certaminis genere exercebantur, quibus, ut notat Nicephorus Gregoras *in lib. Synes. de Insomn.* licebat, *οὐ μόνοις τοῖς νόμοις τῆς πάλης, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς πυγμῆς χρῆσθαι πρὸς τὸ νικῆσαι*: & Pancratiastæ Suidæ *in* *Παγκρατιασταῖς*, ideo dicti, *ὅτι ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομαχοῦσι*. Hoc sane exercitationis genus adeo olim Gymnicis aliis præstare videbatur, ut *παμμάχιον*, hoc est, veluti certaminum omnium complexus diceretur, & Pancratiastæ *πάμμαχοι*, ut ex Platonis loco conficit Faber, *Agonist.* lib. I. cap. XXX. in quo Euthydemus, & Dionysodorus ita Pancratiastæ, & Pammachi appellantur, ut inde Pancratiasten, & Pammachum idem fuisse haud dubie pateat. Male vero Casaubonus ex Polybio *Calliam Quinquertionem* vertit, qui in Græco est *Καλλίας ὁ παγκρατιαστὴς*, quasi idem fuerit *παγκρατιαστὴς*, & *πένταθλος*, quod jam observavit doctissimus Valesius in *Præfatione ad Collectanea Constantini Porphyrogennetæ*. Cæterum duplex Pancratii genus fuisse ex Mercuriali *lib.* II. *cap.* XXVIII. disco, unum quod luctæ species erat, ac volutatorium nuncupabatur, quod ii, qui in eo se exercerent, humi prostrati, mutuoque implicati, dum alter alterum sibi subjicere nitebatur, humi volutarentur: alterum ex lucta & pugilatu constabat, a quo Pancratiastas proprie appellatos diximus. Atque hinc fluxisse reor, ut aut luctator pro Pancratiaste, aut Pancratiastes pro pugile, ac vicissim pugil pro Pammacho, seu Pancratiaste promiscue usurpentur ab Autoribus. In nostra vero atque aliis Athleticis Inscriptionibus Pancratiastæ vocabulum speciosissima notione usurpatum de iis, qui in luctæ ac pugilatus certaminibus, quibus constabat pancratium, excellerent, ut M. hic Aurelius Demostratus.

ΔΙC ΠΥΚΤΗΝ.) Quod huic M. Aurelio Demostrato peculiaris loco laudis tribuitur, Pugilem fuisse, haud congruere videtur cum iis, quæ de pugilatu scripta reperias apud non paucos Scriptores, ex quibus conjicere est, id genus exercitationis non eodem atque alias Athleticas in pretio habitum, immo non spectatorum modo, sed Poetarum etiam jocis atque dicteriis obnoxium fuisse, ut vel ex illis quatuor Lucillianis Epigrammatibus *Anthol.* II. abunde satis patet, cujus rei nulla sane alia potuit esse caussa, quam quod Pugiles cestibus pugnando miris modis os sibi vicissim cruentarent, atque ita exossarent, ut de Pugile, Epigrammate primo ex modo citatis, illud sit dictum.

Καὶ νίκειτο ἀλλότριος, μηδὲν ὅμοιον ἔχων.

eoque etiam allusum est illis versibus, qui in M. Pomponium Marcellum Grammaticum extant apud Suetonium, *De Clar. Gramm.*

Qui caput ad lævam didicit, glossemata nobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis!

Atque hinc Artemidorus, *lib.* I. *cap.* LXIII. *Πυκτεύειν παντὶ βλαβερόν. πρὸς γὰρ ταῖς αἰσχύναις, καὶ βλάβας σημαίνει. καὶ γὰρ ἄσχημον γίνεται τὸ πρόσωπον, καὶ αἷμα ἀποκρίνεται. ὅπερ ἀργύριον εἶναι νενόμισται.* *Pugilatu decertare omnino nocuum est, supra turpitudinem enim, etiam damnum significat; nam & facies deturpatur, & sanguis effunditur; qui pro argento accipitur.* Qualecunque vero de Pugilibus vulgi olim judicium fuerit, certum utique est, Pugilatum & antiquissimum fuisse, & inter *βαρεῖς* Agones numeratum, qui quod difficiles in primis, ac laboriosi essent, pluris fiebant quam ii, quos *κούφους*, hoc est, *leves*, appellabant. Ac Pugilatum sane magnificis in cælum laudibus extollit Dio Chrysostomus in geminis Melancomæ Pugilis illius celeberrimi encomiis, ubi rei militari Athleticam præferre non veretur, quam quidem, *τῶν πρὸς ἀνδρείαν ἔργων κάλλιστον ἅμα καὶ ἐπιπονώτατον*, *inter eas exercitationes, quæ ad fortitudinem conferunt, honestissimam simul, & laboriosissimam* prædicat: inter Athleticas vero exercitationes propterea Pugilatum elegisse sibi Melancomam, quod esset earum omnium difficillima, ac maxime laboriosa, ut re vera erat. Nam inde fortasse est, quod in illis Isidori, *lib.* XVIII. *Origin. cap.* XVIII. *genera Gymnicorum quinque, saltus, cursus, jactus, virtus, atque*

luctatio, Pugilatus . . . tutis nomine designetur, ut placuit Viro docto. Pugiles sane non alia de caussa, ut opinor, Athletæ veri a Galeno *De facult. Aliment.* lib. I. cap. . . . dicti, & . . . . . , Olympionicarum catalogo sæpe adscripti, ut Glaucus Carystius quinta & vigesima Olympiade, & alii. Quin & divinis honoribus Pugiles olim culti, quemadmodum de Pugile quodam Thasio, ac de Cleomede Astypalæensi tradit Oenomaus Philosophus apud Eusebium *Præparat. Evangel.* lib. v. cap. XXXIV. & Pugilis cognomentum Diis ipsis tributum, quo nomine & Apollini apud Delphos sacrificari solitum autor est Plutarchus lib. VIII. *Sympostac.* quæst. IV. Facit etiam non nihil ad astruendam Pugilatus dignitatem ea saltem ætate, qua monimentum istud positum est Aurelio Demostrato, quod ille ΔΙϹ ΠΥΚΤΗϹ in eo renunciatur; id enim indicio est, insigne in primis certamen illud fuisse, in quo victoriarum numerus inter Athleticos honores notaretur.

ΑΛΕΙΠΤΟΝ.) Aliud profecto agebat Mercurialis *D. Art. Gymnast.* lib. I. cap XII. cum ex Inscriptione Romana Demetrii Hermopolitæ ΑΛΕΙΠΤΟΝ *Aliptam* vertit: quod non alia sane ratione, seu potius errore ductus fecit, quam quod credidit fabrili errato, & ibi ἀλειπτον pro ἀλειπτὴν, & inferius ἄλειπτος pro ἀλείπτης scriptum, quod quam probabiliter sit suspicatus in præsentia non quæro. Unum certe ad priorem lectionem in marmore retinendam sufficere ei debuerat, Aliptæ officium, vel se autore, non ejus dignationis fuisse, ut ejus mentio esset facienda post magnificas appellationes Pancratiastæ, Periodonicæ, Paradoxi: cum & alioquin obvia satis esset in re Athletica notio hujus verbi λείπεσθαι pro vinci, & inferiorem esse in certamine, quod jam animadvertit Casaubonus in *Diatribe* ad Dionem Chrysostomum, ex Oratione priori de Melancoma. Locum ipsum Dionis, quoniam ad rem nostram egregie facit, huc adscribam. [illegible] (sic legendum, ut Casaubonum quoque legisse video, non [illegible], ut potissime in valgatis) [illegible] Μελαγκόμαν [illegible] Καρίας [illegible] Ὀλυμπίασι [illegible] ἄλειπτος. *Præmia ex quo cœpit certare in Pythiis ludis, promeruisse quos scimus, nunquam victus fuit, plures & maxima coronas reportans, adversarium neque . . . usus, neque . . . & patriæ, qui . . . , Melancomam illum a Caria, qui & alias agonibus, & ludis Olympicis vicerat, nondum . . . ingressus ætatem superavit. Nam enim ille nunquam non victor discessit.* Ἄλειπτος igitur idem ac ἀήττητος *invictus*, non *indefessus*, ut apud Gruterum in versione Inscriptionis Farnesianæ. Usitata vero quam maxime in re Athletica hujusmodi vocabula [illegible]. Sic in marmore Farnesiano Aurelius Asclepiades non ἄλειπτος modo, sed ΑΝΕΚΚΛΗΤΟϹ eloque, & ΑϹΥΝΕΞΩϹΤΟϹ vocatur. Ad postremi hujus vocabuli illustrationem pertinet quod narrat Reinesius *epist.* XXV. vidisse se apud Thomam Seghettum in tabula e marmore aliquo expressa picturam paris unius luctatorum disco insistentium, qui obversis dorsis, ac clunium potissimum oppositione & impulsu sibi contra niterentur, qualesque aliquis recte diceret προσαπτομένους . . . σωματωμαγεῖν. In hoc certaminis genere qui victor extitisset, eum proprie ἀσυνέξωστον appellatum iri facile mihi persuaserim, hoc est, quem adversarius deturbare statu & loco depellere non potuit, si hæc germana insolentis hujus Athletici vocabuli significatio, de qua meliora in præsentia non succurrunt.

III.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
Η ΙΕΡΑ ΞΥϹΤΙΚΗ ϹΥΝΟΔΟϹ ΤѠΝ ΠΕ
ΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΘΛΗΤѠΝ ΑΝΕϹΤΗ
ϹΑΝ ΕΝ ΤΗ ΒΑϹΙΛΙΔΙ ΡѠΜΗ ΜΝΗ
ΜΗϹ ΧΑΡΙΝ ΚΛ' ΡΟΥΦΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ Α
ΠѠΛΛѠΝΙΟΝ ΠΕΙϹΑΙΟΝ ΠΕΡΙΟ
ΔΟΝ ΚΑΙ ΥΙΟΝ ΚΛ' ΑΠΟΛΛѠΝΙΟΥ
ΖΜΥΡΝΑΙΟΥ ΟϹ ΚΑΙ ΔΙΑΔΟΧΟϹ ΕΓΕΝΕ
ΤΟ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΠΑΤΡΟϹ ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙΟ
ΔΟΥ ΤΕΛΕΙΟΥ ΑΝΔΡѠΝ ΕΝ ΤΟΙϹ ϹΚΑΜΜΑϹΙΝ
ΤΗϹ ΑΡΧΙΕΡѠϹΥΝΗϹ ΤΟΥ ϹΥΝΠΑΝ
ΤΟϹ ΞΥϹΤΟΥ ΟΥΤΟϹ ΔΕ ΕΓΕ
ΝΕΤΟ ΚΑΙ ΓΕΝΟΥϹ ΥΠΑΤΙΚΩΝ

Quod felix faustumque sit.

Sacra Synodus Xystica Athletarum ad Herculem (pertinentium) posuerunt (statuam) in Regina (Urbium) Roma memoriæ ergo Cl. Rufo, qui & Apollonius, Pisæo, bis Periodonicæ, & filio Cl. Apollonii Smyrnæi, qui & successor fuit patris sui, Periodonicæ . . . Athletarum in scammatis, in sacerdotio universi Xysti. Hic vero fuit & de genere Consularium.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ.) Solemni hac formula Græcos præfari solitos in suis Psephismatis tritum est, cui respondet altera itidem notissima apud Latinos, QVOD BONVM FELIX FAVSTVMQVE SIT: qua & nos in hujus Inscriptionis interpretatione usi sumus, Appiani *Bell. Civ.* lib. IV. autoritate ducti, qui hanc ipsam formulam Romanorum, ex edicto Triumviralis proscriptionis, atque alio Lepidi, quæ integra retulit, ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ reddidit, ut jam observavit Brissonius *De Form.* lib. III. Non eo tamen inficias posterioribus temporibus cum jam Latini sermonis elegantia consenuisset, illam etiam Edictis seu Decretis præfigi solitam, BONVM FACTVM, quo allusum manifesto est a Tertulliano *lib. de Pudic.* qui Zephyrini Pontificis Romani decretum sugillans de lapsis mœchis ac fornicatis ad pœnitentiam recipiendis, *o Edictum* (inquit) *cui adscribi non potest Bonum Factum.*

ΜΝΗΜΗϹ ΧΑΡΙΝ.) Sic in veteri lapide apud Gruterum *pag.* MCXXVII. 7.

ΕΥΣΤΟΧΙΟΣ
ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΣ
ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Eustochius & Athenais filiæ memoriæ gratia. Et in altero apud eundem *pag.* MCXXVII. 3.

ΕΤΕΙΜΗϹΑΝ
ΑΠΦΙΑΝ. ΓΟΝΕΙΣ
ΜΕΜΝΩΝ. Κ. ΔΙ
ΔΩ. Κ. ΑΔΕΛΦΟΣ
ΜΕΝΕΜΑΧΟΣ
ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡΙΝ

Appiæ Memnon & Dido parentes, & frater Menemachus posuerunt memoriæ gratia. Hujus quoque formulæ vestigia non raro occurrunt in Latinis monimentis, ut MEMORIÆ AGRIPPINÆ in veteribus Nummis, & in antiqua Inscriptione, in *Thes.* Grut. XLII. 3.

LVNAE. AVG. SACRVM
IN. HONOREM. ET. MEMORIAM
AEMILIAE. L. F. MATERNAE
L. AEMILIVS. MATERNVS
ET. FABIA. FVSCA. PARENTES
S. P. F. C

Hinc factum est, ut monimenta mortuorum, quo nomine Festo autore, in *Monimentum*, venit quicquid ob memoriam alicujus factum est, memoriæ appellarentur. Id diserte docet his verbis S. Augustinus, *De Cura pro Mortuis* cap. XL. *Sed non ob aliud, vel memoriæ, vel monumenta dicuntur ea, quæ insignia fiunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos, qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant, & admonendo faciunt cogitari. Nam & memoriæ nomen id apertissime ostendit, & monumentum, eo quod moneat mentem; id est, admoneat, nuncupatur. Propter quod & Græci* μνημεῖον *vocant, quod nos memoriam, seu monumentum appellamus.* Augustino vero adstipulatur vetus hæc Inscriptio, apud Gruter. *pag.* MCVII. I.

AVREL. VETERAN
NVS. BENEF. LATI
CLAVI. LEG. XIII. GE
M. IN. ACIE. DESI
DERATVS. QVI. VIX
IT. ANNOS. XXVI.
MENSES VII. DIES
XV. AVREL. SECV
NDIANVS. IMA
GINIFER. LEG. SS. CON
SVBRINO. BENEME
RENTI. MEMO
RIAM. POSVIT

Et alia Romana, *ibid. pag.* DCCCXXVII. 2.

D. M.
SEPONIA. PROCLINA CONIVGI
DVLCISSIMO. AVRELI. MERCVRIO
MEMORIAM. ISTAM. SE. VIBA
CONPARAVIT. SIBI. ET. SVIS. PO
STERISQVE. ITEM. LIBERTIS. LIBE
RTABVSQVE. EORVM. SI. QVIS. AVTEM
ISTAM. MEMORIAM. EX NVMERO
FILIORVM. SIBE. LIBERTORVM
DISTRAHERE. VOLVERIT. INF. ÆR

Neque vero tantum in monimentis sepulchralibus ejusmodi formulam, ut nempe fierent memoriæ gratia; sed in Inscriptionibus etiam, quæ statuis viventium apponebantur, observo, cujus sane vestigia deprehendere licet in veteri hac Inscriptione, nuper reperta. Extat in Ædibus Barberin.

CHEIONIO CONIVCIO V C
OB EGREGIA FACTA ET RA
RVM VETERIS SANCTITATIS
EXEMPLAR INLVSTRATVRI
PROSAPIAE SVAE CVIVS OPE
AVCTAM INSTAVRATAMQ
TOTA SE PICENI ET FLAMI
NIAE PROVINCIA GRATV
LATVR QVO IVDICANTE QVA
SI QVODAM PARENTE
PRIMEVO SINGVLAE CI
VITATES IN PRISTINAM FACI
EM REVOCATAS ESSE LETAS
TVR FORONOVANI
DESIDERIA TOTIVS
PROVINCIAE PRAE
CEDENTES STATV
AM AD VIVACEM RECOR
DATIONEM ET SEMPITERNAM
MEMORIAM POSVERVNT

ΚΛ. ΡΟΥΦΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛωΝΙΟΝ.) Sic in Inscript. Romana Demetrii Hermopolitæ:

A
M. ΑΥΡ. ΑϹΚΛΗΠΙΑΔΗϹ Ο ΚΑΙ ΕΡΜΟΔωΡΟϹ. & in alia, quam supra adscripsimus: L. AVRELIVS PANNICVLVS QVI ET SABANAS. Et Zonaras de Mauricio, Tom. III. *Annal.* ἐγγράφετο δ᾽ ἐν τοῖς συμβολαίοις Μαυρίκιος ὁ καὶ Τιβέριος. Veteres autem, & non uno nomine appellatos, & nomen etiam aliquando mutare solitos ex Aristide *Sacr. Serm.* IV. observo: nam præterquam quod ille sibi Theodori nomen adjunctum ab Æsculapio narrat, hominis cujusdam Nicæi meminit, τῶν ἐστρατηγηκότων Ῥωμαίοις, cui quidem Σηδᾶτος ὄνομα, τὸ δ᾽ ἀρχαῖον, Θεόφιλος: idemque colligi posse videtur ex illis Ciceronis *in Verrem: Non tibi
B
objicio, quod hominem dignissimum tuis moribus, Apollonium Niconis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argento optime facto spoliasti*, &c.

ΠΕΙϹΑΙΟΝ.) Pro Πισαῖον consueto, ut jam monuimus, ει, pro, ι, scribendi more, quemadmodum & ΠΕΙϹΗ in marmore Farnesiano, & ΠΕΙΣΑΙΩΝ in Arundeliano IX. Πισάον, cujus τὸ ἐθνικὸν Stephano, Πισαῖος, eidem urbs Πελαγονίας est. Sed ut illum minime audiamus facit præter alia, quod etiam in eo peccat, ut jam notarunt eruditi, quod illi Πελαγονία χώρα Σικελίας, quæ Geographis communiter Macedoniæ est, ideoque
C
Τριπολῖτις Straboni *lib.* VII. dicta, quod tribus urbibus constaret ea regio. Harum unam fuisse oportet Πισάον Stephani, si illa in Pelagonia statuenda sit. Sed haud temere ipsi credendum, cum nulla hujus urbis mentio sit apud veteres Geographos, & Πισαῖος commode alioquin sit Claudius hic Rufus a Pisa τῆς Ὀλυμπίας.

ΔΙϹ ΠΕΡΙΟΔΟΝ.) Περίοδος hic pro περιοδονίκης, ut in geminis Inscriptionibus antea illustratis, παράδοξος pro παραδοξονείκης; sic & πένταθλος, pro eo, qui quinque illis Athleticis agonibus certaret, ut apud Aristotelem loco in *Rhetoricis* jam ci-
D
tato, & Laertium, in *Democrito*, a quo Democritus ὡς ἀληθῶς ἐν φιλοσοφίᾳ πένταθλος, *vere in philosophia Pentathlus* dicitur. Eadem ratione a Theodoro Metochita, in *Hist. Rom.* atque aliis Græcis Scriptoribus recentioris ævi, Gregorius Magnus Διάλογος *Dialogus*, pro Dialogorum Scriptore appellari solitus. Quod diserte testatur Luitprandus Cremonensis Episcopus in Actis legationis a se obitæ Othonum Augustorum, & Adhelaidæ nomine ad Nicephorum Phocam: *Romanus enim clericus* (ait ille) *postmodum universalis Papa Gregorius, qui a vobis appellatus est Dialogus, Eutychium C. P. Patriarcham hæreticum, ab ejusmodi hæresi li-
E
beravit*, &c.

ΖΜΥΡΝΑΙΟΥ.) Vetus est τῆς Σῖγμα apud Lucianum in *Judicio Vocal.* querela de turbata sibi possessione ὑπὸ τοῦ Ζῆτα in Ζμύρνα. Ac Z quidem pro Σ non modo usurpatum reperias in voce ΖΜΥΡΝΑ, quod jam observavit Spanhemius, sed in aliis etiam, quod constat ex veteri lapide, Grut. *pag.* LXXXVI. 8. ubi ΚΟΖΜω pro ΚΟΣΜω. Nonnunquam vero etiam pro Ξ, ut in nummo Philippi, ex Mus. Chisio: in quo ΑΛΕΖΑΝΔΡΟΥ pro ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, & in alio Caracallæ, in Thes. M. Ducis: in cujus aversa inscriptio, ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΖΑΝ (hoc est, ΑΛΕΖΑΝΔΡΕΩΝ) ΕΝ ΦΙΛΙΠ-
F
ΠΟΠΟΛΕΙ. Neque vero Claudius hic Apollonius, quod Smyrnensis solummodo civis fuerit, contemnendus Athleta existimandus est. Multarum enim Civitatum loco illi est, vel civem natum esse, vel adscriptum (utroque enim modo Cl. Apollonius Smyrnensis dici potuit) in ea urbe, in qua nobilissimi totius Asiæ agones celebrarentur, cujusque Gymnasium Philostratus τὸ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγαλοπρεπέστατον, *omnium in Asia magnificentissimum* appellat in *Vita Polemonis*, cui, posterisque ejus in Adrianiis

præsidendi jus præcipui honoris loco a Smyrnæis tributum narrat.

ΟC ΚΑΙ ΔΙΑΔΟΧΟC ΓΕΓΕΝΕΤΟ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΠΑΤΡΟC.) Nimirum in Sacerdotio universi Xysti, nam huc referuntur illa, ΤΗC ΑΡΧΙΕΡΩCΥΝΗC ΤΟΥ CΥΝΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ, quæ a superioribus, interjecta parenthesi, aliquanto longius divisa sunt. Occurrunt & alia in antiquitate exempla hujusmodi Sacerdotiorum, quæ hæreditario jure in familiis continuarentur. Tale fuit illud Jovis Liberatoris, quod Mæandrius Sami Tyrannus sibi ac successoribus postulat apud Herodotum in *Thalia*, pag. 96 Tale etiam Pontificatus Hebræorum, quem [illegible] παρὰ τῶ παιδὸς διαδέχεσθαι, ut cum Photio loquar *Cod.* LXXVI. a quo & Josephus Historiarum Scriptor, [illegible] dicitur, hoc est, *& sacerdos ipse, & a sacerdotibus paternum genus ab origine [illegible]*. [illegible] vero [illegible] hic [illegible] dicitur, ut passim in Inscriptionibus in quibus, pater ΕΠΟΙΗΣΕ ΤΩ ΙΔΙΩ ΤΕΚΝΩ, vir ΤΗ ΙΔΙΑ ΓΥΝΑΙΚΙ, & alia hujusmodi.

ΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙΟΔΟΥ ΤΕΛΕΙΟΥ. A patre quoque Cl. Apollonio, Cl. huic Rufo decus quæritur, quale Polycrati cuidam Argivo tribuit Polybius, *l*. [illegible] Μνασιάδου τ̃ πατρὸς δόξαν ἐκ τ̃ ἀθλήσεως. Eo vero patre nasci, qui [illegible] τέλειος fuerit, non ultima laus putanda est illius, qui inter Athletas eximius prædicetur. Ita (ut ait Philostratus in *Hermocrate*) [illegible] Ὀλυμπιονικῶν [illegible], *Olympion[illegible] gloriosior quidem est, qui fit ex Olympionica [illegible]*. Paucos enim fuisse (ut fere in unaquaque re accidit) verisimile est, qui in omni genere certaminum consummati evaderent, quales qui τέλειοι audirent in Athletica, quod sane vocabulum frequenter occurrit apud Apostolum, ac plerosque SS. Patrum, ubi allegoria ducta ab Athletis homo Christianus ad veram absolutamque virtutem fingitur formaturque: τελείων certe titulum non nisi post multa laboris ac discriminis plena certamina Athletæ merebantur, atque eleganter Polybius Romanos Athletas consummatos vocat, quod (ipsum audire præstat) [illegible] κατὰ τὸ ἐπὶ τὴν συνήθειαν [illegible] ὑπὸ Γαλατῶν, [illegible] ἠδύναντο [illegible], [illegible] Πύῤῥον ἀθληταὶ τέλειοι [illegible] συγκατέστησαν, *assiduis per Gallos cladibus effecti, nihil deinceps terribilius, aut videre, aut pati poterant iis, quæ jam acciderant, unde adversus Pyrrhum Athletæ perfecti bellicorum certaminum evasere.*

ΑΝΔΡΩΝ ΕΝ ΤΟΙC CΚΑΜΜΑCΙΝ.) Ἄνδρες hic figurate pro Athletis: neque aliter in antiquo marmore apud Grut. *pag.* CCCVI. 2.

ΟΛΥΜΠΙΑ	ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΑ
ΕΝ ΑΘΗΝΑΙC	CΕΒΑCΤΑ
ΑΝΔΡΩΝ	ΑΝΔΡΩΝ
ΠΑΛΙΝ	ΠΑΛΙΝ

Σκάμματα vero Hesychio ἀγῶνες, στάδια, proprie locus, in quo Athletæ pugnabant, ut in Basi Farnesiana, ubi M. Aurelius Asclepiades, [illegible] τοῖς σκάμμασιν στεφανωθεὶς, *in ipsis Scammatis*, hoc est, in ipsa arena, seu certaminis loco, *coronatus* legitur. Σκάμμα vero ἀπὸ τ̃ σκάπτειν, quod fossæ leviter depressæ speciem præferret, extra quam Athletis transgredi non liceret, quo pertinent illa Ciceronis *Paradox.* III. *Siquidem est peccare tanquam transilire lineas*. Nam lineas καταχρηστικῶς usurpari pro Scammate apud Autores sæpius reperias. Corrigendus obiter Hesychius *in* [illegible], apud quem mendose, [illegible] σκῶμμα, pro Σίλλος ἔμμετρον σκῶμμα. Σίλλοι ἐπισκώμματα sunt Etymologici Autori, atque ipsi etiam Hesychio, apud quem Σ[illegible], [illegible], [illegible], quibus adstipulantur illa Æliani, lib. III. *Var. Hist.* [illegible]: ne quid de Timonis Sillis in præsentia dicam.

ΟΥΤΟC ΔΕ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΓΕΝΟΥC ΥΠΑΤΙΚΩΝ) Claudium nostrum hunc Rufum fuisse de genere Consularium verba ipsa Inscriptionis diserte adeo sonant, ut ὑπατικοὺς aliter interpretandi minime locus sit, licet, quinam hic Consulares intelligendi, jure ambigi possit. Illud parum verisimile videtur, [illegible] hoc loco accipiendos veteri illa notione, quatenus viros Consulares, hoc est, qui Consulatum gesserint, significant: non quod nesciam Consulatu Græcos etiam homines ab Imperatoribus dignatos, ut Fasti ipsi docent; sed quod a vero alienum videatur dignitatem omnium amplissimam viguisse adeo, ut ab ea quasi hæreditario jure appellaretur noster hic Athleta. Neque id arridet, ut Rufi hujus majores Consules municipales faciam, quales in coloniis & municipiis extitisse crediderunt Viri docti, qualesque Neapolim olim habuisse contendunt Autores præcipui, qui de antiquitatibus ejus urbis scripserunt, quos strenue confutat Reinesius lib. VI *Var.* Ut enim profligato demum imperio, quod voluit Berterius *Diatriba* I. *cap.* X. magistratus municipales Consules passim in Italia sint appellati, (quæ quidem opinio nescio an ita firmis argumentis innitatur) id etiam in Græcis coloniis obtinuisse, antiquioribus præsertim temporibus, nihil est quod suadeat. Sunt & ὑπατικοὶ, Consulares absolute, seu Rectores ac Præsides Provinciarum, quos aliter ὑπατικοὺς ἡγεμόνας, & ὑπατικοὺς [illegible] alicubi vocat Strabo, quique, ni fallor, Augusto imperante, occasione partitionis Provinciarum, is primum regendis tanquam propria magistratus appellatione adhibiti, subsecutis temporibus ad eam dignitatis amplitudinem pervenere, cujus vestigia licet agnoscere in Cassiodoro lib. VI. *Var.* Hac plane notione in Inscript. Cretensi apud Grut. *pag.* MXC. 2. ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΟΣ ΔΟΣΙΘΕΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΟΔΟΤΟΣ Ο ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΣ ΥΠΑΤΙΚΟΣ ΤΗΣ ΚΡΗ[illegible], *Oecumenius Dositheus Asclepiodotus clarissimus Consularis Provinciæ Cretæ*, & alii, *Consulares* appellantur in antiquis marmoribus apud Gruterum. Ex genere igitur τῶν ὑπατικῶν dici etiam potuit hic Rufus, quod nemo ex ejus majoribus Provinciam aliquam tanquam Consularis administrasset, aut, quod verisimilius etiam videatur, Consularitatem impetrasset per honorarios, seu vacantes, (ut cum Cassiodoro *Var.* lib. VI. loquar) codicillos, quibus, inclinato jam Imperio, dignitates etiam amplissimæ conferri solebant, ut qui hujusmodi codicillos obtinerent, magistratus, atque honores ἀπράκτως, seu titulo tenus adipiscerentur, quo pertinent illa Lampridii in *Alexandro*; *Pontificatus, & Quindecimviratus, & Auguratus codicillares fecit, ita ut in Senatu allegerentur*. De hisce vero honorariis dignitatibus multa in Cod. Theodos. *Tit. de Honor. Codicil.* ubi hujusmodi etiam Consularium honorariorum mentio, qui *insignibus Consularium emendicatis atque adsimulatis investiti dicuntur*, *leg.* 5. ejusdem *tituli*. Atque hinc jam intelligere facilius licet, cur e Græculis Sophistis tam multi ὑπάτοις adscripti, vel [illegible] genus ducentes occurrant apud Philostratum: nihil enim apud eum frequentius; apud quem aliquando ὕπατον etiam pro Consule, aut Consulari non *adumbrato*, sed in *actu posito* (ut lex loquitur) usurpari non negarim, ut in *Antipatro*: Ὑπάτοις [illegible] ἦρξε μὲν τ̃ τ̃ Βιθυνῶν ἔθνους, δόξας δὲ ἑτοιμότερον χρῆσθαι τῷ ξίφει τὴν ἀρχὴν παρελύθη. Quæ sic verterem. *Consularis*

factus, Bithyniæ quidem præfuit, sed quod jure gladii abuti visus esset, magistratu abdicatus est. Et in *Niceta*: Ἀνὴρ ὕπατος, ᾧ ὄνομα Ῥῦφος, τοὺς Σμυρναίους ἐλογίζετο πικρῶς καὶ δυστρόπως, *Consularis, cui Rufo nomen, aspere inclementerque a Smyrnæis rationes expoposcit*. Eademque ratione accipiendum esse Philostratum suspicor nonnullis aliis in locis, in quibus ὕπατοι non Consules, aut alii quipiam magistratus municipales videntur, ut voluit Casaubonus in *Not. ad Apuleii Apolog.* II. sed Consulares, aut Præsides Provinciarum, notione ea, qua metaphorice Consules tantum antiquioribus temporibus ὕπατοι dicti ob excellentiam dignitatis, ad Consulares translata, quorum in Provinciis supremum imperium erat: quo sensu ὕπατον etiam de magistratu municipali accipias per me licet, dummodo illinc Consulem municipalem non facias: ὕπατον vero a Græcis proprie dici quod in unaquaque re summum ac sublime sit, notum est; atque hinc evenisse arbitror, ut Proconsules tanquam magistratus amplissimus ὕπατοι etiam ab ipsis appellarentur; quemadmodum in Græco Epigrammate *Anthol.* III. Maximus, Ἀσίης ὕπατος, qui sane non alius, quam Proconsul fuit, ut Africæ Lollianus Avitus, quem in ea Provincia *Consulatus munere* functum scribit Apulejus *Apolog.* II. Non enim temere Maximum Asiæ Consulem ex eo epigrammate finxerim, qualem Achajæ Agorium Prætextatum fecit Berterius *Diatriba* I. *cap.* VIII. ex veteri lapide, in quo, VETTIO AGORIO PRÆTEXTATO V. C. CONS. DESIGNATO ACHAIAE PRÆF. VRB. ubi ego, si quid hac de re statuendum sit, CONSULARI potius legerim; nisi hic COS. pro PROCOS. quadratarii errato, aut ejus, qui Inscriptionem descripsit; in alio enim antiquo marmore apud Grut. *pag.* MCII. is idem Agorius Prætextatus, PROCONSUL ACHAJÆ nominatur: neque multum negotii facessit quod sequitur, DESIGNATO. Nam & olim stante Republica præter Consulatum, alios quoque magistratus designari solitos fuisse constat, idque sub Cæsaribus etiam usitatum, argumento est locus hic Capitolini in *M. Antonino*: *Octavo decimo ergo ætatis anno adoptatus, in secundo Consulatu Antonini jam patris sui, Adriano ferente, gratia ætatis facta Quæstor est designatus*; & in veteri lapide ex *Thes.* Gruteri, Severus PROCOS. DESIGN. legitur. Quoniam vero in explicanda vocabuli hujus ὑπάτου notione apud Philostratum versamur, illud eruditis proponere non verebor, num ὕπατοι interdum huic Scriptori sint, Summates, Magnates, ac quos dixeris, primores, principes civitatis, aut gentis alicujus. Ita sane accipiendus ille videtur in *Herode*, de quo: Γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδείας, seu, quod Romanæ nomenclaturæ congruit magis, Βραδούας, ὁ τῆς Ῥηγίλλης ἀδελφὸς, εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις, καὶ τὸ ξύμβολον τῆς εὐγενείας περιηρτημένος τῷ ὑποδήματι. Braduam hunc Regillæ fratrem insigni nobilitate fuisse narrat Philostratus, quamobrem nil verisimilius, quam dicere eum voluisse, illum inter Proceres Romanos summo loco extitisse, ac patricia familia ortum: huc enim spectat, quod ait, signum nobilitatis in calceis gerere, hoc est, lunatam fibulam, qua, Numæ instituto, Patricii a plebe distinguebantur. Dubitari etiam possit, num in eundem sensum accipienda sint, quæ de Herode habet in *Polemone*: Ἠρα μὲν γὰρ τοῦ αὐτοσχεδιάζειν μᾶλλον ὁ Ἡρώδης, ἢ τοῦ ὕπατός τε, καὶ ἐξ ὑπάτων δοκεῖν. Cum si ὑπάτους eadem utrobique, ut par est, notione Consules intelligas, qui commodior alioquin videtur esse loci hujus intellectus, haud omnino in promptu sit explicare qui sint Consules isti, ad quos genus suum referat Herodes. Quamobrem, si ut ex antea *citato* Philostrati *loco* notavimus, non ignotus eidem Scriptori est usus vocabuli ὑπάτων, pro summatibus, aut proceribus; non absurda prorsus fortasse erit in eum, quem dicebamus, sensum loci hujus interpretatio, ut sit: *Extemporanea dicendi facultate sibi magis placebat Herodes, quam quod & vir princeps, & a principibus genus ducere existimaretur*. Nam nobili in primis ac vetusta stirpe ortus Herodes, qui, teste Philostrato eodem, genus suum ad Æacidas referret, ac Cimonem & Miltiadem proavos agnosceret. Id vero non satis capio, quid sibi velint illa *ejusdem Vitæ* initio: ὁ σοφιστὴς Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους: haud enim satisfacit Casaubonus, qui in *Notis ad Apulejum* jam supra citatis hunc Philostrati locum inter eos profert, quos adducit ad sententiam suam, quam retulimus, adstruendam de Magistratibus municipalibus, quos vult Consules aliquando appellatos. Δισυπάτων certe vox, sive ea hic magistratum significet, sive honoris genus aliud quidpiam, de quo in præsentia non laboro, ut de re jure hæreditario ad Herodem delata usurpari videtur: quamobrem non video cur de Consulibus hoc loco sit accipiendus Philostratus, & si vocabulum ipsum proprie interpretari oporteat, δισυπάτους, *iterum Consules* intelligas, quo sensu hanc vocem usurpat etiam Epictetus apud Arrianum. Illud interim observo, δισύπατον cognominis loco nonnunquam usurpari apud recentiores Græcos Joannis siquidem τοῦ δισυπάτου, ab Imperatore ad Concilium Basileense legati, meminit Syropulus in *Historia Concilii Florentini* lib. IV. cap. I. & Manuelis τοῦ Δυσιπάτου (legendum, ni fallor, δισυπάτου) Archiepiscopi Thessalonicensis, mentio apud Pachimerem lib. I. *Hist.* cap. XI. quem nuper edidit vir doctissimus, ac de re literaria præclare meritus Petrus Possinus e Societate Jesu. Ὑπάτους etiam pro Summatibus, seu Proceribus usupasse censuerim Agathiam, *lib.* II. quo loco Tralles terræ motu eversas narrans, Augustum ait ὑπάτους ἑπτὰ τῶν ἐν τοῖς μάλιστα εὐπατριδῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἀνδρῶν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπολεξάμενον, ἅμα τῷ σφετέρῳ πλήθει στεῖλαι ἐς τὴν ἀποικίαν. Ὕπατοι hic non alii meo judicio quam primores, seu proceres urbis Romæ, e quorum numero aliquis nobilitate atque opibus in primis clarus, deducendis Coloniis, ut plurimum, præficiebatur, quos ὑπάτους appellare potuit Agathias, non eadem notione id vocabuli usurpans, qua Augusti ævo, ut jam loco supra memorato observavit Casaubonus idem, sed ea, quæ ipsius ætate interdum accipi consueverat: neque erit cur ὑπατικοὺς hic legatur pro ὑπάτους, ut eidem placuit, si vera est conjectura nostra, quam quidem æstimandam doctiorum judicio arbitrioque libenter relinquimus. Cæterum non est quod quispiam miretur Rufum hunc nostrum Consularium genere ortum Athletam fuisse, si meminerit Æneadas ipsos rerum dominos scenicam & gladiatoriam fecisse, idque Augusto imperante, a quo vix Senatores edictis ab arena exclusi; sub Nerone vero, autore Suetonio, quadringentos Senatores, sexcentos Equites Romanos, seu, quæ verisimilior est Lipsii lectio, *Saturn. Serm.* lib. II. cap. III. quadragenos, & sexagenos ad pugnam inter gladiatores exhibitos, neque, ut credere est, invitos; cum, Suetonio ipso teste in *Tiberio*, Tiberius ingentem Equitum Romanorum numerum exilio affecerit, qui, quominus in opera scenæ arenæque edenda S. C. tenerentur, famosi judicii notam sponte subibant. Athletarum autem conditio infamia omni caruit, si Ulpiano fides, a cujus ætate non multum absuit Rufus

hic Athleta, quantum ex Inscriptionis nostræ scriptura licet conjicere. Ulpiani testimonium extat *l. 4. ff. de iis, qui not. inf.* his verbis: *Athletas autem Sabinus, & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere, virtutis enim gratia hoc eos facere, & generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur, ut neque Thymelici, neque Xystici, nec agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cæteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserviunt, ignominiosi habeantur.*

IV.

. . . .
M. Αυρ. ΑσκΛΗΠΙΑΔΗΝ ΑΛΕξανδρεα Ερμοπολειτην
παγκρατιας ΤΗΝ ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗν αλειπτον ασινεξωςον
ανεκκλητοΝ ΝΕωΚΟΡΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛȣ
σαραπιδΟC ΚΑΙ ΤωΝ ΕΝ Τω ΜΟΥCΕΙω
σιτȣΜΕΝωΝ ΑΤΕΛωΝ ΦΙΛΟCΟΦωΝ
αρχιερεΑ ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ
διαβΙΟΥ ΞΥCΤΑΡ ΚΑΙ ΕΠΙ βαλανειων τȣ σεβαςȣ
. . . .

(M. Aurelio) Asclepiadi, (Alexandrino, Hermopolitæ, Pancratiastæ) Periodonicæ, (invicto, quem nemo de statu detrudere poterat, non provocato) Neocoro Magni Serapidis, & qui in Museo (aluntur) immunium Philosophorum (Pontifici) totius Xysti perpetuo, Xystarchæ, & (Balneis Aug. Præfecto) ....

Insigni huic marmori non eandem, atque aliis eodem loco repertis sortem fuisse magnopere dolendum, quod quidem & mutilum e terra effossum, prætereaque a fossoribus in varia statim frusta divisum est. Quod si illud integrum haberemus, non esset sane cur, quæ in eo incisa est Inscriptio, ulli aliarum Athleticarum Inscriptionum posthabenda esset. Eam, quanta quanta est, totam V. Cl. Ezechieli Spanhemio acceptam referre debent eruditi, qui præclarum hoc antiquitatis monumentum, ad instar Virgiliani illius Deiphobi

Laniatum corpore toto

fatis utique invitis in lucem asseruit, atque ejus fragmentis diligenter compositis, Inscriptionis quæ supererant descripsit, ejusque mihi copiam fecit. Illam nos, quantum fieri potuit, supplevimus ope sequentis Inscriptionis, quæ extat apud Gruterum, *pag.* CCCXIII. 10. cum ad ipsum M. Aurelium Asclepiadem, cujus in ea fit mentio, nostram quoque pertinere omnia plane clament:

.... ΜΗΤΡΙΟΝ ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗΝ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ
ΠΑΛΑΙCΤΗΝ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ. ΑΛΕΙΠΤΟΝ
ΤΟΝ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΤΟΥ. CΥΝΠΑΝΤΟC. ΞΥCΤΟΥ
ΔΙΑΒΙΟΥ. ΞΥCΤΑΡΧΗΝ. ΚΑΙ, ΕΠΙΒΑΛΑΝΙωΝ. CΕΒ. ΤΟΝ. ΠΑΤΕΡΑ.
Μ. ΑΥΡ. Α. ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗC. Ο. ΚΑΙ. ΕΡΜΟΔωΡΟC
ΝΕωΚΟΡΟC. ΤΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. CΑΡΑΠΙΔΟC
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥC. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗC. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗC. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗC. ΑΛΕΙΠΤΟC
ΑCΙΝΕΞΟCΤΟC, ΑΝΕΚΚΛΗΤΟC. ΞΥCΤΑΡΧΗC. ΔΙΑΒΙΟΥ. Ο ΥΙΟC
Ο. ΑΡΧΙΕΡΕΥC. ΤΟΥ. CΥΝΠΑΝΤΟC. ΞΥCΤΟΥ. ΔΙΑΒΙΟΥ
ΞΥCΤΑΡΧΗC. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΤΟΥ. CΕΒΑCΤΟΥ

Eam sic Latine interpretatus est Mercurialis *de Arte Gymnastica*, lib. I. cap. XII.

Demetrium Hermopolitam Alexandrinum Pancratiastem, Periodi victorem, Palæstritam, admirabilem, Aliptam, Pontificem totius Xysti perpetuum, Xystarcham, Balneis Augusti præfectum patrem.*

M. Aurelius Asclepiades, qui & Hermodorus, Alexandrinus, Hermopolita, Magni Sarapidis Æditus, Pancratiastes, Periodi victor, quem nemo detrudere poterat, inculpatus, Xystarcha perpetuus, Filius.

Pontifex totius Xysti perpetuus Xystarcha, & Balneis Augusti Præfectus.

Hoc quoque monimentum extitisse olim in Xysto, seu Gymnasio Athletarum Herculaneorum vehemens indicium est, fuisse illud repertum eodem loco, quo marmora alia Athletica, quæ illustramus; ac si quid nostri judicii est, illa Inscriptionis initio fortasse desiderantur; unde initium tribus aliis, quas dedimus, hoc est, Η ΙΕΡΑ ΞΥCΤΙΚΗ ΣΥΝΟΔΟC ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΚΑΤΑΛΥCΕωC ΕΝ ΤΗ ΒΑCΙΛΙΔΙ ΡωΜΗ ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤωΝ, aut eadem paucis mutatis. Nos ne quid temere egisse videremur, quod in aliis duobus Inscriptionibus ex *Thes.* Grut. ad Aurelium hunc Asclepiadem pertinentibus, nulla Athletarum Herculaneorum mentio est, ab indulgendo conjecturæ nostræ abstinuimus, ut de ea statuere integrum lectori sit.

Μ. ΑΥΡ. ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗΝ.) M. ille Aurelius Asclepiades hic est, cujus elogium habetur in celebri illo, ac quantivis pretii marmore Farnesiano, cujus Inscriptio primum a Lipsio edita, inter alias deinde *Thesauri* Gruteriani relata est. Ex ejus Inscriptionis contextu, qualis quantusque Athleta fuerit Aurelius hic Asclepiades satis constat; ut, si parva licet componere magnis, quod de Cn. Pompejo usurpavit Cicero in *Orat. pro Milone*, de eo dici haud ab re possit, plures ipsum inter Athletas victorias reportasse, quam alii certamina obierint. Ejus titulos, atque honores licet prolixius aliquanto enarratos, ex illustri hoc marmore cognoscere ne graveris erudite lector. Erit sane cur te suscepti laboris non pœniteat, si antiquitatis Athleticæ studio teneris. Namque audacter spondeo, vix te alibi usquam, plura ad eam illustrandam reperturum, quam in sola hac Inscriptione, quam eo libentius integram hic adscribimus, quod eam majori qua potuimus diligentia ad exemplar Farnesiani marmoris collatam, non uno in loco integriorem, ac correctiorem exhibuimus, quam est in vulgatis, ubi alia parum fideliter descripta, corrupta alia, nonnulla etiam ejus negligentia, qui illam exscripsit, omissa sunt:

Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ. ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ. ΑΡΧΙΕΡΕωC. ΤΟΥ. CΥΝΠΑΝΤΟC
ΞΥCΤΟΥ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΞΥCΤΑΡΧΟΥ. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΤΟΥ. CΕΒΑCΤ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕωC. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΟΥ. ΠΑΝΚΡΑCΤΟΥ. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚ
ΠΑΛΑΙCΤΟΥ. ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ. ΥΙΟC. ΜΑΡΚΟC. ΑΥΡΗΛΙΟC
ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗC. Ο. ΚΑΙ. ΕΡΜΟΔωΡΟC. Ο. ΠΡΕCΒΥΤΑΤΟC. ΤωΝ. ΝΕω
ΚΟΡωΝ. ΤΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. CΑΡΑΠΙΔΟC. Ο. ΑΡΧΙΕΡΕΥC. ΤΟΥ. CΥΝΠΑΝΤΟC
ΞΥCΤΟΥ. ΔΙΑ. ΒΙΟΥ. ΞΥCΤΑΡΧΗC. ΚΑΙ. ΕΠΙ. ΒΑΛΑΝΕΙωΝ. ΤΟΥ. CΕΒΑCΤΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥC. ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗC. ΠΟΤΙΟΛΑΝΟC. ΝΕΑΠΟΛΕΙΤΗC. ΚΑΙ
ΗΛΕΙΟC. ΚΑΙ. ΑΘΗΝΑΙΟC. ΒΟΥΛΕΥΤΗC. ΚΑΙ. ΑΛΛωΝ. ΠΟΛΕωΝ ΠΟΛΛωΝ
ΠΟΛΕΙΤΗC. ΚΑΙ. ΒΟΥΛΕΥΤΗC. ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗC. ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗC. ΑΛΕΙΠΤΟC

* *Invictum*,

ACINEΞωCTOC. ΑΝΕΚΚΛΗΤΟC. ΟCΟΥC. ΠΟΤΕ.
ΑΓωΝΑC. ΑΠΕΓΡΑΨΑΜΗΝ
ΠΑΝΤΑC. ΝΕΙΚΗCΑC. ΜΗΤΕ. ΕΚΚΑΛΕCΑΜΕ-
ΝΟC. ΜΗΤΕ. ΕΤΕΡΟΥ. ΚΑΤΕΜΟΥ. ΤΟΛΜΗ
CΑΝΤΟC. ΕΚΚΑΛΕCΑCΘΑΙ. ΜΗΤΕ. CΥCΤΕΦΑ-
ΝωΘΕΙC.ΜΗΤΕ.ΕΠΕΞΕΛΘωΝ.ΜΗΤΕ.ΠΑΡΑΙ.
ΤΗCΑΜΕΝΟC.ΜΗΤΕ.ΑΓωΝΑ.ΠΑΡΑΛΙΠωΝ. ΜΗ-
ΤΕ ΚΑΤΑ. ΧΑΡΙΝ. ΒΑCΙΛΙΚΗΝ. ΑΓωΝΑ
ΕΧωΝ. ΜΗΔΕ. ΚΑΙΝΟΝ. ΑΓωΝΑ. ΝΕΙΚΗCΑC.
ΑΛΛΑ. ΠΑΝΤΑCΟΥC. ΠΟΤΕ. ΑΠΕΓΡΑ-
ΨΑΜΗΝ. ΕΝ. ΑΥΤΟΙC. ΤΟΙC. CΚΑΜΜΑCΙΝ.
CΤΕΦΑΝωΘΕΙC. ΚΑΙ. ΤΑΙC.ΠΡΟΠΕΙΡΑΙC
ΤΟΥΤωΝ. ΠΑCΑΙC. ΔΟΚΙΜΑCΘΕΙC. ΑΓωΝΙCΑ-
ΜΕΝΟC. ΕΝ. ΕΘΝΕCΙΝ. ΤΡΙCΙΝ. ΙΤΑΛΙΑ
ΕΛΛΑΔΙ. ΑCΙΑ. ΝΕΙΚΗCΑC. ΑΓωΝΑC. ΤΟΥC.
ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΥC. ΠΑΝΤΑC. ΠΑΝΚΡΑ
ΤΙΟΥ. ΟΛΥΜΠΙΑ. ΤΑ. ΕΝ. ΠΕΙCΗ. CΜ. ΟΛΥΜ-
ΠΙΑΔΗ. ΠΥΘΙΑ. ΕΝ. ΔΕΛΦΟΙC. ΙCΘΜΙΑ. ΔΙC
ΝΕΜΕΑ. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. CΤΗCΑC. ΤΟΥC.
ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΚΑΙ. ΤΗΝ. ΑCΠΙΔΑ. ΗΡΑ-
CΕΜ
ΜΙ. ΚΑΠΕΤωΛΙΑ. ΕΝ. ΡωΜΗ. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕ-
ΡΟΝ. ΜΕΤΑ. ΠΡωΤΟΝ. ΚΛΗΡΟΝ. CΤΗCΑC
ΤΟΥC.ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC.ΕΥCΕΒΕΙΑ.ΕΝ.ΠΟΤΙΟ-
ΛΟΙC. ΔΙC, ΤΟ..ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ΜΕΤΑ. ΔΕΥΤΕ-
ΡΟΝ
ΚΛΗΡΟΝ. CΤΗCΑC.ΤΟΥC.ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC.CΕ-
ΒΑCΤΑ.ΕΝ.ΝΕΑΠΟΛΙ.ΤΟ.ΔΕΥΤΕΡΟΝ.ΜΕΤΑ
ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ΚΛΗΡΟΝ. CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑ-
ΓωΝΙCΤΑC. ΑΚΤΙΑ. ΕΝ. ΝΕΙΚΟΠΟΛΙ. ΔΙC.
ΤΟ. ΔΕΥ
ΤΕΡΟΝ.CΤΗCΑC.ΤΟΥC ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΑΘΗ-
Ν .C.Ε.ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ. ΟΛΥΜΠΕΙΑ.ΠΑΝΕΛ
ΛΗΝΙΑ. ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΔΙC. ΖΜΥΡΝΑΝ.Ε. ΚΟΙΝΑ.
ΑCΙΑC. ΔΙC. ΤΟ. ΔΕΥΤΕΡΟΝ. CΤΗCΑC
ΤΟΥC ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC.ΟΜΟΙωC.ΕΝ.ΖΜΥΡΝΗ.
ΟΛΥΜΠΙΑ. ΚΑΙ. ΑΔΡΙΑΝΙΑ. ΟΛΥΜΠΙΑ
ΠΕΡΓΑΜΟΝ. ΑΥΓΟΥCΤΕΙΑ. ΤΡΙC.ΤΟ. ΔΕΥΤΕ-
ΡΟΝ. ΕΞΑΡΧΗC. CΤΗCΑC. ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓω-
ΝΙCΤ.

A latere.

ΤΟ. ΤΡΙΤΟΝ. ΜΕΤΑ. ΠΡωΤΟΝ. ΚΛΗΡΟΝ. CΤΗ-
CΑC. ΤΟΥC
ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΕΦΕCΟΝ. ΤΡΙC. ΑΔΡΙΑΝΙΑ. Ο-
ΛΥΜ
ΠΙΑ. ΒΑΡΒΙΛΛΗΑ. ΜΕΤΑ. ΠΡωΤΟΝ. ΚΛΗΡΟΝ.
CΤΗCΑC
ΤΟΥC. ΑΝΤΑΓωΝΙCΤΑC. ΕΠΙΔΑΥΡΟΝ. ΑCΚΛΗ-
ΠΕΙΑ. ΡΟΔΟΝ
ΑΛΕΙΑ. ΧΡΥCΑΝΘΙΝΑ. ΕΝ. CΑΡΔΕCΙΝ. ΚΑΙ. ΘΕ-
ΜΑΤΕΙ
ΤΑC. ΠΛΕΙΟΝΑC. ΕΝ. ΟΙC. ΕΥΡΥΚΛΕΙΑ. ΕΝ.
ΛΑΚΕΔΑΙΝΟΝΙ
ΚΑΙ. ΜΑΝΤΙΝΙΑΝ. ΚΑΙ. ΑΛΛΟΥC. ΑΘΛΗ-
CΑC. ΤΑ ΠΑΝΤΑ. ΕΤΗ
ΕΞ. ΠΑΥCΑΜΕΝΟC. ΤΗC. ΑΘΛΗCΕωC. ΕΤωΝ.
ωΝ ΚΕ
ΔΙΑ. ΤΟΥC. CΥΝΒΑΝΤΑC. ΜΟΙ. ΚΙΝΔΥΝΟΥC.
ΚΑΙ. ΦΘΟ
ΝΟΥC. ΚΑΙ. ΜΕΤΑ. ΤΟ ΠΑΥCΑCΘΑΙ. ΜΕΤΑ.
ΠΛΕΙΟΝΑ. ΧΡΟΝΟΝ
ΑΝΑΝΚΑCΘΕΙC.ΕΝ.ΤΗ.ΠΑΤΡΙΔΙ. ΑΛΕΞΑΝ-
ΔΡΕΙΑ. ΚΑΙ
ΝΙΚΗCΑC. ΟΛΥΜΠΙΑ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ. ΕΚΤΗ

Hujus hæc Latina interpretatio est apud Gruterum:

M. Aurelii Demetrii universi Xysti Pontificis perpetui, Xystarchæ, & Balneorum Aug. Præf. Alexandrini, Hermopolitæ, Pancratiastæ, Periodonicæ, Pugilis, Paradoxi filius; Marcus Aurelius Asclepiades, qui & Hermodorus, senior omnium inter Æditυos magni Sarapidis, Pontifex universi Xysti perpetuus, Xystarcha, & Balneorum Aug. Præf. Alexandrinus, Hermopolites, Puteolanus, Neapo-

A *litanus, & Elcius, & Atheniensis Senator, aliarumque urbium multarum civis, & Senator, Pancratiastes, Periodonices*, invictus, quem nemo de statu detrudere poterat, *non provocatus*, quotquot unquam Agones descripsi omnibus victis, *nec provocans, nec altero audente me provocare, nec cum aliis coronatus, neque invadens, neque detrectans, neque certamen deserens, neque ex gratia Imperatoris certamen habens, neque* novi certaminis victor, *sed in omnibus quotquot unquam* descripsi, *in ipsis Scammatis coronatus, & præexercitamentis horum omnium exploratus, pugnans in tribus nationibus, Italia, Hellade, Asia, vincens certaminibus*
B *subscriptis omnibus, Pancratio, Olympia quæ in Pisa* CCXL. *Olympiade, Pythia in Delphis, Isthmia bis, Nemea bis, secundo sistens adversarios, & clypeum avellens.... Capitolinos Romæ bis, secundo post primam sortem sistens adversarios, Eusebeia Puteolis bis, secundo post secundam sortitionem sistens adversarios, Augustales Neapoli, secundo post secundam sortitionem sistens adversarios, Actia Nicopolibis, secundo sistens adversarios*, Athenas v. *Panathenæa Olympeia Panellenia Adrianía bis, Smyrnam* v. *Communia Asiæ bis, secundo sisten adversarios: similiter Smyrnæ Olympia, & Adriania Olympia, Pergamum Augusteia ter, secundo a*
C *principio sistens adversarios.*

A latere.

Tertium post primam sortem sistens adversarios, Ephesum ter, Adriania Olympia Barbillea, *post primam sortem sistens adversarios, Epidaurum Æsculapia*, Rhodum Halia, *Chrysanthina Sardibus, & themetheitas complures, in quibus Euricleia Lacedæmone*, & Mantinian, *multaque alia certamina certans in universum annos sex, desistens a Palæstra annos habens* XXV. *propter accidentes mihi difficultates, & invidias, & postquam desiissem post plurimum tempus coactus in patria Alexandria, & vin-*
D *cens Olympia Pancratio, Olympiade sexta.*

Meminit ejusdem Autor *Catalogi Olympiadum*, ubi ad Olympiadem CCXL. M. Αὐρήλιος Δημητρίου Ἀλεξανδρεὺς παγκράτιον. *M. Aurelius Demetrii Alexandrinus, Pancratio.*

ΝΕΩΚΟΡωΝ) Neocori quinam essent, ac quale eorum officium, jam vel leviter eruditi sciunt post tam multa, quæ circa vocabuli hujus explicationem scripserunt viri docti, ac nuperrime Albertus Rubenius Diatriba *de Urbibus Neocoris*, ut & de eo plura dicere nil aliud futurum sit, quam actum plane agere. Illud silentio minime prætereundum, Au-
E relium ipsum Asclepiadem, qui hic νεωκόρος τοῦ μεγάλου Σεράπιδος, in Inscriptione Farnesiana, πρεσβύτατον τῶν νεωκόρων, *seniorem*, seu, ut hodie vocant, Decanum, *Neocororum*, sive Æditυorum, ejusdem Dei appellari: ut inde inferre liceat, non unos singulis Templis fuisse æditυos, eorum vero seniorem speciali aliqua honoris appellatione ab aliis distingui solitum. Huc facit, quod innuit Julius Firmicus *de Errore Prof. Relig.* de multitudine Neocororum simulacrum Serapidis custodientium, his verbis: *Hic in Ægypto colitur, hic adoratur, hujus simulacrum Neocororum turba custodit, & ad memoriam vetustatis errans populus, ordinem sacrorum in ho-*
F *norem integerrimi ac prudentissimi hominis constitutum, contentiosa hodie animositate custodit.* Quod vero νεωκόρον (quem ἱερόδουλον interpretatur Theophylactus ad celebrem illum locum *Actorum* cap. XIX.) *Neocorum* vertendo retinuimus, non Firmici modo, quem citavimus, autoritate fecimus, sed etiam antiquæ Inscriptionis, in *Thes.* Grut. pag. MCII. 2. in qua Vettius Agorius Prætextatus, NEOCORVS legitur.

ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC.) Σαράπιδος æque ac Σεράπιδος scriptum in veteribus Nummis ac lapidibus reperio. ΜΕΓΑΛΟΥ item CΑΡΑΠΙΔΟC

mentio in Inſcriptione Farneſiana, & in Romana, quam ſupra attulimus, ubi H IEPA TAΞIC TωN ΠAIANICTωN TωN EN PωMH ΔIOC HΛIOY MEΓAΛOY CAPAΠIΔOC KAI ΘEωN CEBACTωN.

Magni quoque titulus Serapidi tribuitur in duabus ſequentibus apud Gruterum *pag.* LXXXV. 3. 4.

I.

VOTO. SVSCEPTO. PRO. SALVTE
IMP. CAESARIS. M. AVRELI
ANTONINI. AVG. PII. FELICIS
SEX. POMPEIVS. PRIMITIVVS. CVM
M. VIRRIO. STRVTTO. FIL
COLVMNAS. CVM. EPISTILIO
DEO. MAGNO. SERAPI
IN. INTROITVM. EXORNAVERVNT

II.

PRO. SALVTE. IMP. CAES.
M. AVR. ANTONINI. AVG
PII. FEL. P. P.
VOTO. SVSCEPTO
DEI. MAGNI. SERAPIDIS
TEMPLVM. COLVMNIS
. . . . ORNARI
SEX. POMPEIVS. PRIMITIVVS
M. VIBIVS. SATVRNINVS
S. P. C.

Hujus profecto Templi æditum fuiſſe Aurelium hunc Aſclepiadem crediderim. Aliter fortaſſe aliis videatur, quod nempe cum Alexandrinus fuerit Aſclepiades, accipienda potius hæc ſint de celeberrimo illo Serapidis Templo Alexandrino, de quo loquitur Eunapius in *Ædeſio*: H δὲ Ἀλεξάνδρεια διὰ τὸ Σεράπιδος ἱερὸν ἱερά τις ἦν οἰκουμένη, *Alexandria vero ob Serapidis Templum erat veluti ſacer Orbis terrarum*. Cæterum non unum fuit in Urbe Templum Serapidi dicatum: nam præter illud, quod Iſidis & Serapidis vocabatur, ab Auguſto proſcriptionis tempore extructum, ut autor eſt Dio *lib.* XLVII. a quo III. Regionem Iſidis & Serapidis denominatam veriſimile eſt, Iſium & Serapium in Regione VI. *Altæ ſemitæ* reperire eſt apud Victorem Panvinii, de quo fortaſſe Lampridius in *Alexand. Iſium & Serapium diligenter ornavit, additis ſignis, & deliciis, & omnibus myſticis*. Fanum quoque Serapidis ex Rufo & Victore in Regione prima. Celeberrimum vero Dei hujus Templum olim extitiſſe ubi nunc Ædes Divo Stephano ſacra (vulgo *S. Stefano del Cacco*) probabiliter ſuſpicatur Famianus Nardinus in ſuis *de veteri Roma Commentariis* lib. VI. cap. IX. atque ejus etiam ruderibus creviſſe tumulum illum arbitratur, qui eo loci aſſurgit. Neque ab hac ſententia adeo diſcrepare videtur Athanaſius Kirkerus in libro nuper edito *de Interpretatione Obeliſci* ante biennium in Cœnobio Patrum Dominicanorum effoſſi, ut quantum ad Serapidis Templum pertinet cum Nardino conciliari facile non poſſit.

EN Tω MOYCEIω) Pulchre hic Muſei, Alexandrini nempe, mentio, quæ non alibi in veteribus lapidibus, quod ſciam. De eo hæc apud Strabonem *lib.* XVII. Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐςὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον, καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἐςι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν Βασιλέων, νυνὶ δὲ ὑπὸ Καίσαρος. *Pars etiam Regiarum eſt Muſeum, quod ambulationem habet, & exedram, & magnam domum, in qua cœnaculum eſt eorum, qui Muſei conſortes ſunt, ac literis humanioribus ſtudium impendunt. Hoc Collegium publice pecunias habet, & Sacerdotem, qui Muſeo præeſt, olim a Regibus, nunc a Cæſare conſtitutum*. Ex hoc uno Strabonis loco quid fuerit Muſeum Alexandrinum, quodque hominum genus in eo aleretur Ægyptiorum Regum munificentia, ſatis conſtat. Id vero obſervatione dignum, pertinuiſſe olim ad Ægypti Reges, mox ad Cæſares, ad quos Ægyptiorum Regum jura delata fuerant, Sacerdotem, qui Muſeo præeſſet, conſtituere, in quo veſtigium aliquod juriſpatronatus noſtrorum temporum agnoſcere eſt. Ad Cæſares etiam ſpectaſſe Philologos deligere, qui Muſeo adſcriberentur, arguunt illa Philoſtrati in *Dionyſ.* Ἀδριανὸς γὰρ σατράπην μὲν αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ἀφανῶν ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις· τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους. *Hadrianus eum non humilium gentium Satrapam deſignavit. Item inter viros* * *equo publico donatos cenſeri voluit, & eos, qui in Muſeo alebantur: Muſeum autem Ægyptia menſa erat, quæ ex omni terrarum Orbe eloquentiſſimos quoſque viros convocabat*. Idem de Polemone: κατέλεξε δὲ αὐτὸν Μουσείου κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. *Eum quoque* Hadrianus *in Muſeo ad Ægyptiam menſam adlegit*, non *ad teſſeram frumenti Ægyptiacam*, ut Morellus vertit. Σίτησις quippe proprie victus quotidianus, τροφαὶ, δαπάναι Suidæ, hincque eſt, quod non aliud ferme vocabulum uſurpatur ab elegantiſſimis Græcorum Scriptoribus, ubi ſermo de victu, qui publice præbebatur in Prytaneo; quod non alio, ut opinor, a Muſeo differebat, quam quod ibi boni cives ac de Republica præclare meriti, in Muſeo vero, viri docti ac literati publice alerentur. Quod ſane liberalitatis genus, & laudabile ſemper fuit, & tum magnis Regibus, tum optime conſtituta Republica in primis dignum. Μουσεῖον τὸ ἐν Ἑλικῶνι mentio apud Athenæum *lib.* XIV. qui Amphionem Theſpienſem de eo libros aliquot ſcripſiſſe tradit, quod quidem Muſeum pueris alendis, qui ad ſaltationem & muſicam inſtituerentur, fuiſſe conſtitutum conjicitur ex eo ipſo Amphionis loco, quem citat Athenæus. Sed ut ad Alexandrinum noſtrum revertamur, fuiſſe in eo Ædem, aut Templum, in quo Philologi rei ſacræ operam darent, tum illa manifeſto evincunt, quæ de Sacerdote, qui Muſeo ab Ægyptiis Regibus, aut a Cæſaribus præficiebatur, paulo ante ex Strabone audivimus, tum id non parum ſuadet, quod in hoc marmore Aurelius Aſclepiades νεωκόρος, non ſolum magni Serapidis, ſed etiam τῶν ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένων ἀτελῶν φιλοσόφων, appellatur. De Muſeo Alexandrino Spartianus in *Hadriano* hæc narrat: *Apud Alexandriam in Muſio multas quæſtiones profeſſoribus propoſuit (Hadrianus) & propoſitas ipſe diſſolvit*. Muſeo veteri Alexandrino alterum a ſe appellatum addidit Claudius ea de cauſſa, quam prodit inſignis Suetonii locus in *Claudio* cap. XLII. *Denique & Græcas ſcripſit Hiſtorias* Τυῤῥηνικῶν XX. Καρχηδονιακῶν VIII. *Quarum cauſa veteri Alexandriæ Muſeo alterum additum ex ipſius nomine: inſtitutumque, ut quotannis in altero* Τυῤῥηνικῶν *libri, altero* Καρχηδονιακῶν *diebus ſtatutis, veluti in auditorio, recitarentur toti a ſingulis per vices*. Muſei hujus Claudiani meminit Athenæus *lib.* VI. apud quem philoſophos illos συσσίτους, paraſitos audire obſervo. Ejus verba ſunt: Ἀντίδοτος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιςεύουσιν, ὧν ἤδη μεμνῆσθαι καλόν: *Antidotus in fabula, cui titulus eſt Protochorus*, quen-

* Viros equeſtris ordinis ... Morellus.

quendam parasitum inducit iis similem, qui nunc in Museo Claudio Rhetoricam profitentur, vix digni quos memoremus.

ΑΤΕΛΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.) Philosophi hic non alii sunt, ni fallor, quam Sophistæ, quorum nunquam major proventus, quam Aurelii hujus Asclepiadis ætate, quem circa Antoninorum tempora vixisse ex Inscriptione Farnesiana constat. Horum præcipua sane prærogativa fuit ἀτέλεια, hoc est, immunitas a muneribus publicis, sive quæ Suidæ ἀλειτουργησία, uti etiam reponendum apud Hesychium *in* Ἀτέλεια, pro ἀλειτούργητα, ut nunc legitur; hancque potissimum esse sortem Sophistarum, seu professorum, τὸ ζῆν ἐν ἀτελείᾳ, innuit Libanius *Declam.* III. περὶ ἀτελείας. De Rhetorum immunitate extant in Codice Theodosiano insignes leges lib. VI. *de Professoribus, qui in Urbe C. P.* lib. XI. *de extraord. sive sordid.* & lib. XIII. *de Med. & Profess.* ad quas leges erudite multa de hac re, deque tempore concessæ primum Rhetoribus, aliisque Professoribus immunitatis, quod ad Vespasianum refert, Gothofredus observavit. Verum non unum Sophistis immunitatis genus, ut colligere est ex Philostrato, quod ille non obscure innuit, ubi in Hadriano prærogativas Sophistarum enumerat, δωρεὰς scilicet τάς τε σιτήσεις, καὶ τὰς προεδρίας, καὶ τὰς ἀτελείας, καὶ τὸ ἱερᾶσθαι. Harum ego diversarum immunitatum genera aliquot proferam ex eodem Philostrato: quæ inter, concessa primum occurrit Sophistarum nonnullis immunitas a portoriis, & publicis vectigalibus. Ejus insigne extat exemplum in *Polemone*, cui dedisse Trajanum narrat, ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάττης, *transitum terra, marique immunem.* Nonnunquam etiam immunitatem non uni tantum Sophistæ, sed ejus quoque posteris jure hereditario concessam apparet ex illis Hermocratis Sophistæ ad Severum: nam cum Imperator petendorum munerum ei fecisset optionem, στεφάνους μὲν (inquit ille) καὶ ἀτελείας, καὶ σιτήσεις, καὶ πορφύραν, καὶ τὸ ἱερᾶσθαι ὁ πάππος ἡμῖν τοῖς ἀπ' αὐτοῦ παρέδωκε: *Coronas, immunitates, victum e publico, prætextam, & Pontificatum, avus nobis suis posteris reliquit.* Demum tributam θρόνοις τοῖς σοφιστικοῖς, *cathedris Sophistarum*, iis scilicet, qui eas tenerent, immunitatem, argumento sunt verba illa Philisci ad Imperatorem: (Caracallam nempe) Σύ μοι λειτουργιῶν ἀτέλειαν δέδωκας, δοὺς τὸν Ἀθήνησι θρόνον. *Tu mihi immunitatem a publicis muneribus concessisti, cum Atheniensem suggestum dedisti.* Ad quæ lepide sane Imperator: Οὔτε σὺ (inquit) ἀτελὴς, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς τῶν παιδευόντων. οὐδὲ γὰρ ἄν ποτε διὰ μικρὰ καὶ δύστηνα λογάρια τὰς πόλεις ἀφελοίμην τῶν λειτουργησόντων. *Neque tu immunis es, neque hæc studia profitentium quisquam alius: neutiquam enim propter breves ac miseras quasdam oratiunculas, civitates iis, qui publica munera exerceant, privarim.* Athletarum vero etiam hoc privilegium fuit, ut a muneribus publicis immunes essent, quod habetur *l. unica C. de Athletis*: *Athletis ita demum si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis, ac redemptis probentur, civilium munerum tribui solet vacatio.* A tutela vero etiam excusabantur Athletæ, favore *l. Athletæ ff. de excus. tut. & temp. earum.* Neque tamen omnes, sed ii tantum, qui sacris certaminibus coronati essent.

V.

FILVMENVM

DDD. ET. PRINCIPES. N. VALENTINIAN
VALENS. ET. GRATIANVS. SEMP. AVGG
FILVMENVM. OMNI. ACLHETICO. CERTA
MINE. AB. ORIENTE. AD. OCCIDENTEM.
VSQ.
VICTOREM. PAMMACHO. LVCTA. PRAN-
CATI
CESTIBVSQ. ID. EST. PYGME. LOCATIO-
NE. STA
TVAE. IN. ACLETARVM. CVRIA. AETER-
NITA
TIS. GLORIA. DIGNVM. ESSE. IVDICA-
RVNT
QVOD. OMNES. XYSTICI. GRATANTER
ACCEPERVNT. SEN. PARITER. SIMVLQ
P. R. INGENTI. FABORE. PROSECVTVS.
EST.

FILVMENVM.) Filumenum hunc celebrem illum esse Athletam vix dubito, cujus elogium, quod sequitur, ab Anonymo additum est Catalogo Olympiadum *in Euseb. Scalig.* Ἐγένετο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου καιρῶν ὁ ἐκ Φιλαδελφείας τῆς Λυδῶν παλαιστής· Φιλούμενος ὄνομα αὐτῷ· χαλκοῦν ἀνδριάντα λέγεται πατάξας εἰς βάθος, συνιζῆσαι βιάσασθαι τὸν χαλκὸν, ἐφ' ᾧ ἀνδριάντος τετυχηκέναι, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐπιγράμματος οὗ τὸ ἀκροτελεύτιον.

Χαλκὸς ἐμῆς χειρὸς πολλὸν ἐλαφρότερος.

Fuit Theodosii magni temporibus Palæstrita ex Philadelphia Lydorum oriundus, cui Filumeno nomen: hunc fama est statua ænea alte percussa, æs coegisse ut subsideret; ob eamque rem statua donatum, atque Epigrammate, cujus extremus hic versus;

Æra mea longe sunt leviora manu.

Notes autem velim, quod barbariem eorum temporum in primis prodit, Filumeni nomen in vertice basis, eodem casu, quo in contextu Inscriptionis reperiri. Rectius sane est, quod in aliis ejusdem ævi, apud Grut. *pag.* CCCLXI. & CCCLXIII. locorum nomina apposita; ut, POPVLONII in quatuor basibus ad L. Aradium Valerium Proculum pertinentibus, &, PHOSPHORII in altera Symmachi, apud eumdem *pag.* CCCLXXIII. 3. ex qua etiam eruere licet morem ejus temporis haud sane silentio prætereundum, virorum illustrium statuas, quæ iis ob egregia in Rempublicam merita ab Imperatoribus decernebantur, in utraque Imperii sede, hoc est, Romæ, ac Constantinopoli poni solitas. Id certe diserte habetur in his, quibus desinit illa Inscriptio: QVORVM (Imperatorum nempe) PERENNE. IVDICIVM. TANTO. MVNERI. HOC. QVOQVE. ADDIDIT. VT. ALTERAM. STATVAM. PARI. SPLENDORE. ETIAM. APVD. CONSTANTINOPOLIM. COLLOCARET.

OMNI ACLHETICO CERTAMINE.) ACLHETICO pro ATLHETICO quadratarii imperitia, quæ passim in hac Inscript. elucet. Cæterum Filumenum hunc & Pentathlum, & Periodonicam ambitioso verborum circuitu designari manifesto vides, qui, victor OMNI ATHLETICO CERTAMINE, idque AB ORIENTE AD OCCIDENTEM VSQVE, appellatur. Imperite vero inferius Pammachum a Pancratio (quod perverse PRANCATIO scriptum) distinguitur, quæ unam eamdemque rem fuisse jam adnotavimus.

CESTIBVSQ. ID. EST. PVGME.) Pygmen Latine pro πυγμὴν, *pugilatum* usurpat Inscriptionis auctor; quemadmodum *Pycten* pro *Pugilem* Seneca, & Tertullianus. In eo vero quod cestus antonomastice pro pugilatu accipit, accurate parum facit; cestus enim pugilatus genus quodpiam erant, non proprie pugilatus ipse: Pugiles namque non semper cestibus, sed sæpius pugnis, aliquando ænea, aut marmorea pila pugnis conclusa certare consueverant, qua de re videndus diligentissimus rei Gymnasticæ investigator Mercurialis, *lib.* II. *cap.* IX.

IN. ATHLETARVM. CVRIA.) Quod Athletarum Curiæ in hac Inscriptione mentio,

id non parum confirmat, quod quidem locus ipse suadere videbatur, Basim quoque istam ad Xystum Athletarum Herculaneorum pertinuisse: nam ATHLETARVM CVRIA locum in Gymnasio designat, ubi illi de rebus publicis, ut de probandis Athletis, de præmiis tribuendis, de statuis, aut aliis honoribus decernendis, ac demum de totius Gymnasii administratione convenirent, cujusmodi loco Herculaneos nostros caruisse haud verisimile est, quos & ædem sacris custodiendis, & Tabularium habuisse ex Inscriptione Farnesiana constat. Id vero loci, in quo Collegia, aut corpora coirent, Curiæ etiam nomine appellatum docent monimenta Veterum. Et Curiæ quidem Saliorum Palatinorum meminit Cicero, quam in Palatio fuisse tradit lib. I. *de Divinatione*. Hujus de vero Sacerdotum Collegia Curiam habuisse, ex sequenti Inscriptione patet in *Thes.* Gruter. *pag.* CCCCLXXI. 5.

T. TADIVS
T. F. OVF
CATIANVS
VI. VIR. VRB
Q. COLLEGI
CENTONARIORVM
ANNI. QVO. CVRIA
DEDICATA. EST
SIBI. ET. TADIIS
CASSIANO. ET
SECVNDO. FIL.
VI. VIR. VRB. ET
TERENTIAE. VALERIANAE
VXORI. L. D. D. C
ET. IN. TVTEL. DED
H-S. X.

Quod enim in Indicem Inscriptionum *Curia Comensis* ex hoc lapide relata est, eo fortasse quod is in agro Comensi repertus sit, mihi sane non probatur: non video enim quid tam pertineat ad Quæstorem Collegii Centonariorum quæsturam obtinuisse eo anno, quo Curia urbis dedicata est, ut id, tanquam titulo res digna sepulcrali, ejus monumento incidi debuisset. Quam præclarius, ac peculiari quidem mentione dignius Centonario, Quæsturam gessisse quo anno Collegii Curia dedicata est! quod sane apud homines ejus universitatis in primis memorabile. Nobis certe conjectura nostra placet magis, quidem penes alios esto.

QVOD OMNIS. XYSTICI.) Athletas a Xysticis distinxisse videtur Faber in Semest. lib. I. cap. II. nam hos inter scenicos & notatos, de quibus sermo *l.* I. *Cod. de dignitat.* annotecere videtur, e quorum numero Athletas eximit, qui jus merito coronatis tributæ civilium munerum vacatio non ex *l. unica C. de Athlet.*, quam supra retulimus, ipse etiam observat, qui cum in *Agonisticis* Athletas, ac Xysticos eosdem plane esse pluribus locis affirmet, superest ut credamus, Xysticos ab ipso, eo, quem citavimus loco quod a vero alienum non omnino est, pro vilioribus ministris Xystorum accipi, qui & ipsi Xysticorum nomine aliquando venirent. Xystici hic certe Athletæ ipsi, ut passim apud Autores, & in veteri lapide ex *Thes.* Grut. *pag.* CCCXXXII. 6. in quo:

L. ATHENODORVS. XYSTICVS
PARIDI. THYMELICO. BENE
MERENTI. FECIT.

SENATVS. PARITER. SIMVLQ. P. R. suffragante, aut petente Senatu, ut hic Eulamenio huic Athletæ statuæ olim privatis, ab Imperatoribus decretæ. Id sane constat ex Symmachi epistola XXIV. lib. X. *Epist.* in qua ille nomine senatus, Agorio Prætextato honorem statuæ ab Imperatoribus, Theodosio, & Arcadio petit his verbis: *Etiam Senatus impatiens dispendii sui, solatium petit de honore virtutis, vestrumque numen precatur, ut virum nostra ætate mirabilem, statuarum diuturna vita tradat oculis posterorum.* Ipsi quoque Symmacho, Senatu petente, statua auro illustris decreta, cujus rei mentio in ejus Inscriptione supra citata, in qua: AVRO ILLVSTREM STATVAM QVAM A DOMINIS AVGVSTISQVE NOSTRIS SENATVS AMPLISSIMVS DECRETIS FREQVENTIBVS IMPETRAVIT IDEM TRIVMFATORES PRINCIPES NOSTRI CONSTITVI APPOSITA ORATIONE IVSSERVNT. Idem non raro favore etiam populi fieri solitum testantur veteres Inscriptiones, in quibus sæpius POSTVLANTE POPVLO statuam alicui dedicatam fuisse legitur.

FABORE.) Frequenter B. pro V. in lapidibus, in quibus IVBENTVTIS, PROBINCIA, BIXI, SERBVS, & alia hujusmodi, ut & in *Pandectis Florentinis*, VBAS, CABILLATIO, NEGATIBA, &c. Neque vero recentioris tantum ævi promiscuus harum literarum usus, siquidem utrumque scribendi morem usurpatum video in antiqua Inscriptione Prænestina *.

D. M.
AVRELIVS VITTALIO HANC
MEMORIAM. CVM. SOLARIO
ET. CVVICVLO. A. SOLO. FECIT
SIBI. ET. AELIAE. SOFIADI. CONIVGI
SVAE. ET. FILIIS. SVIS. ET. AVRELIO
MERCVRIO. FRATRI. SVO. CVM
FILIS SVIS ET. AVRELIO. BERNE. CVM
SVIS. ET. VLPIO. SECVNDINO. COGNATO. MEO
CVM. FILIIS. SVIS. MEIS. FRATRIBVS
ET. LIBERTIS PATERNIS ET. LIBERTABVSQVE
SVE. ET. MEIS. POSTERISQVE. OMNIVM
MEORVM. ET. QVIBVS. ME. VIVO. LOCA
DONAVI. IVVEO. ITVM. AMVITVM
VNIVERSOS. ABERE. ET. HOC. PETO
AEQVE SYNCRATIVS. A. BOBIS. VNIBERSIS
SODALIBVS. VT. SENE. BILE. REFRIGERETIS

SYNCRATIORVM
V I

IωANNHC ΠΑΛΑΙCΤΗC CΜΥΡΝΑΙΟC
ΑΠΤωΤΟC

OB FORTITVDINIS MERITA ET VIRTVTIS CV
MVLVM HOC QVOD EXCELLENS ARTIS RO
BVR EXEGIT PRAECEPTO INVICTISSIMORVM
PRINCIPVM DDD. NNN. FFF. III. VALENTI
NIANI. THEODOSII ET ARCADII. IOHANNES. MERVIT VT INTER OMNIS POLLENS
LOCATIONE STATVAE VIDEATVR.

IωANHC ΠΑΛΑΙCΤΗC CΜΥΡΝΑΙΟC.) Non sine caussa profecto est, quod in hac basi Joannis hujus Palæstritæ Smyrnæi nomen Græce scriptum; nam eo consilio id factum, opinor, ut honos statuæ Græco Athletæ ab Imperatoribus positæ Græcis hominibus Latinæ linguæ ignaris facilius innotesceret. Non alias vero insolitum in Inscriptionibus, hujus præsertim ævi, Græca Latinis permisceri: immo & voces meras Latinas Græcis literis scriptas, reperire est in marmoribus, ut jam advertit Reinesius *epist.* XLVI. quem talium curiosi adeant. Eodem, ni fallor,

* *Extat Prænest. in Palatio Principis.*

consilio idem quoque factum observo in duobus rarissimis Laodicenorum Tetradrachmis, quæ extant inter Numismata selecta Cl. Seguini cap. III. Horum inscriptiones partim Græce, partim Latine sunt. Sic enim habet altera. AP. PVLCHER. AP. F. PRO COS. ΛΑΟ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΥ ΖΩΣΙΜΟΣ. Altera vero, M. TVLL. IMP. ΛΑΟ ΛΑΒΑΣ ΠΥΡΡΟΥ. In iis quippe non alia de caussa Appii Pulchri, & M. Tullii nomina Latine scripta crediderim; quam ut exquisito obsequii genere eo potissimum sermone inscriptos a se nummos in honorem Romani Magistratus indicarent Laodiceni, quo magistratus ipse utebatur, quique ab iis, qui lingua eadem loquebantur percipi posset. Confusum quoque utriusque linguæ usum comperio in singulari Antinoi nummo (ex Museo Barber.) ut appellant *Contorniato*, cujus in anteriori parte Antinoi effigies pectore tenus, sinistra baculum retortum humeris innixum tenentis cum inscript. ΑΝΤΙΝΟΩ ΠΑΝΙ, in aversa vero Victoria gradiens, circa quam, VICTORIA AVG.

ΑΠΤωΤΟΣ.) Omnes præstantissimi Palæstritæ laudes concludit unus hic titulus *ἄπτωτος*, qui est, Hesychio interprete, *ὁ μὴ πίπτων, ἀλλ' ἑστὼς*, Suidæ vero, *ὁ ἄφοβος*. Nam qui in Palæstra valeat adeo, ut cadendi expers, ac veluti nescius dici possit, hunc tu absolutum, consummatumque Palæstritam jure dixeris. Quamobrem magnificum sane Athletæ cuidam, *ἀπτώτῳ* nomen fuit, quem Olympiade CLXXVII. lucta vicisse, ex Phlegonte tradit Photius *Cod.* XCVII.

PRAECEPTO INVICTISSIMORVM PRINCIPVM DDD. NNN. FFF. III. VALENTINIANI THEODOSII ET ARCADII.) Ne statuæ privatis in publico ponerentur sine decreto, aut permissione Imperatorum, jam inde a C. Cæsaris temporibus edicto cautum est, de quo Suetonius in *Jul. Cæs.* cap. XXIV. *Vetuit posthac cuipiam usquam statuam, aut imaginem, nisi consulto se, & autore poni*. Hunc vero morem posterioribus etiam temporibus viguisse prodit sequens Inscriptio ex Basi Romana, apud Grut. *pag.* CCCLXV. 8.

SATVRNINIO. SECVNDO. V. C
PRAESIDI PROVINCIAE AQVITANICAE
MAGISTRO. MEMORIAE. COMITI. ORDI
NIS PRIMI PROCONSVLI AFRICAE ITEM
COMITI ORDINIS PRIMI INTRA CON
SISTORIVM ET QVAESTORI PRAEF
PRAETORIO ITERVM OB EGREGIA
EIVS IN REMPVBLICAM MERITA
DD NN VALENTINIANVS ET
VALENS VICTORES AC TRIVMPHA
TORES SEMPER AVGVSTI
STATVAM SVB AVRO CONSTI
TVI LOCARIQVE IVSSERVNT.

Idemque constat ex aliis hujus ævi Inscriptionibus, quarum unam etiam adscribam, illustrem sane, ex qua scilicet, quæ essent Imperatorum partes, quæ Senatus, quæ demum Pop. Rom. in honore statuæ cuipiam decernendo planum fit, in *Thes.* Grut. *pag.* CCCXLIII. 4.

ANICII. IVN
ANICIO. PAVLINO. IVN. C. V
PRO. COS. ASIAE. ET. HELLESPONTI
CONSVLI. ORDINARIO. PRAEF. VRBI
VICE. SACRA. IVDICANTI. OB
MERITVM. NOBILITATES. ELOQVII
IVSTITIAE. ATQ. CENSVRAE. QVII
BVS. PRIVATIM. AC. PVBLICE
CLARVS. EST. PETITV. POPVLI. R
TESTIMONIO. SENATVS. IVDICIO
D. D. N. N. TRIVMPHATORIS. AVG
CAESARVMQ. FLORENTIVM
STATVAM. SECVNDAM. AVRO
SVPERFVSAM. LOCARI. SVMPTV
PVBLICO PLACVIT

Vides hinc Populo, ac Senatui quempiam ad honorem Statuæ promovendi partes relictas, jus Statuæ decernendæ una cum aliis imperii juribus ad Imperatores delatum, ut Figrelius etiam observat, Syntagmate singulari *de Statui illustrium Romanorum*, colligiturque ex Rescripto Arcadii, & Honorii Augg. lib. I. *Cod. de Stat. & Imag.* Quod autem in hoc marmore Valentinianus Junior, Theodosius, & Arcadius Augusti simul nominantur, quod alibi in Inscriptionibus non reperio, tempus tantum non acu designat, quo Joanni huic Palæstritæ statua posita est, quod sane annis iis octo concluditur, quibus Valentinianum Juniorem cum Arcadio imperasse constat. Arcadius quippe, Idatio teste, Imperator appellatus est a patre, Merobaude II. & Saturnino Consulibus A. V. MCXXXVI. Valentinianus vero Arbogastis perfidia oppressus, Arcadio II. & Rufino Consulibus A. V. MCXLIV. Idatio eodem, ac Zosimo autoribus.

NOTAE

AD DONARIUM

NICOMEDIS MEDICI.

Τω σωτΗΡΙ ΑCΚΛΗΠΙω CωCΤΡΑ ΚΑΙ
ΧΑΡΙCΤΗΡΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΗC Ο ΙΑΤΡΟC
ΤΑΝ ΠΑΙΔΟC ΚΑΛΛΙCΤΑΝ
ΕΙΚωΤΑΝΔΕ ΘΕΟΙΟ
ΠΑΙΑΝΟC ΚΟΥΡΟΥ ΜΑΤΡΟC
ΑΠΑΡΤΙΤΟΚΟΥ
ΔΑΙΔΑΛΛωΝ ΜΕΡΟΠΕCCΙΝ
ΕΜΗCΑΟ CΕΙΟΒΟΗΘΕ
ΕΥΠΑΛΑΜΟΥ CΟΦΙΗC
ΜΝΑΜΑ ΚΑΙ ΕCCΟΜΕΝΟΙC
ΘΗΚΕ ΔΟΜΟΥ ΝΟΥCωΝΤΕ
ΚΑΚωΝ ΖωΑΓΡΙΑ ΝΙΚΟ
ΜΗΔΗC ΚΑΙ ΧΕΙΡωΝ
ΔΕΙΓΜΑ ΠΑΛΑΙΓΕΝΕωΝ.

Τῷ σωτῆρι Ἀσκληπιῷ σῶστρα καὶ
Χαριστήρια Νικομήδης ὁ ἰατρός.
Τὰν παιδὸς κάλλισταν εἰκὼ τάνδε θεοῖο
Παιᾶνος κούρου ματρὸς ἀπαρτιτόκου
Δαιδάλλων μερόπεσσι ἐμήσαο Σειοβοηθὲ
Εὐπαλάμου σοφίης μνᾶμα καὶ ἐσσομένοις.
Θῆκε δ' ὁμοῦ νούσων τε κακῶν ζωάγρια Νικο-
μήδης, καὶ χειρῶν δεῖγμα παλαιγενέων.

Æsculapio Servatori Donarium pro salute restituta, & gratiarum actione, Nicomedes Medicus.
Pulcherrimam hanc imaginem pueri Dei
Pæanis filii matris, quæ recens peperit,
Adornans mortalibus extudisti Seioboethe
Artificiosæ scientiæ monimentum etiam posteris.
Posuit autem Nicomedes, ut sit simul pretium liberationis a malis morbis,
Et manuum specimen antiquarum.

Τῷ σωτῆρι Ἀσκληπιῷ.) *Soteris* appellatione insignitos Deorum plerosque, ac nonnullos etiam Regum Asiaticorum, obvium est ex Nummis, atque aliis Veterum monimentis: ne quid dicam de Verre, quem non solum Patronum, sed etiam *Sotera* inscriptum Syracusis se vidisse testatur Cicero *Act.* VII. *in Ver.* idque ita magnum esse, ut Latino uno verbo exprimi non possit. Nulli vero magis, quam Æsculapio debitus hujus appellationis honos apud Veteres, quem illi *ἀλεξίκακον, παντοδαπῶν ἀλεκτῆρα νούσων, ἰητῆρα πάντων* certatim prædicant; ut

ἀσκληπιὸν etiam dictum Phurnutus doceat, ἀπὸ τ ἠπιῶσθαι, [illegible] ἀναβάλλεσθαι [illegible] τὸν θάνατον γινομένην ἀπόκλησιν, si locus sanus est: de quo ut merito dubitem facit, quod ex eo quid ad deducendum etymon τ ἀσκληπιὸ erui possit sane non apparet, quodque pro ἠπιῶσθαι, ἐσκλῆσθαι legi in MSS. Phurnuti Cod. testatur Gyraldus, *Syntagmat. de Diis* pag. 243. ut sit, *ab excludenda, ac rejicienda mortis vocatione*. Certiora illa sunt, quæ de nominis hujus originatione docte more suo scribit Eustathius, *ad Iliad.* Δ. edit. Rom. pag. 463. Ἐκλήθη δὲ Ἀσκληπιὸς, ἢ διότι, Ἀσκλήπιον Ἐπιδαύριον ὀφθαλμιῶντα ἰάσατο [illegible], ἢ [illegible] παρὰ τὸ [illegible] ἀξίον, ἢ παρὰ τὸ [illegible] προσφερόμενον. B Observanda obiter quæ de hujus ipsius dictionis tono ibidem addit accuratissimus Grammaticus: Ἡ δὲ ὀξυτόνησις [illegible], [illegible]. [illegible]. [illegible]. Magnifici vero sunt illi Æsculapii tituli apud Arnobium, *lib.* VII. *D[illegible], Sanctus Deus, salutis autor, valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor, & extinctor*. Ceterum Æsculapium Σωτῆρα appellatum passim reperio in Nummis ΕΠΙΔΑΥΡΙΩΝ, & C ΚΩΙΩΝ, & in Inscriptione Tiburtina apud Gruterum, *pag.* LXIX. 8. in qua ΑCΚΛΗΠΙω ΘΕΩ CΩΤΗΡΙ, *Æsculapio Deo Servatori*. Quin & ex hac ipsa appellatione Agoni nomen fuisse, qui in honorem Æsculapii celebrabatur Ancyræ prodit insignis nummus Caracallæ ex Thesauro Christinæ Reginæ, in cujus aversa, figura sedens, dextra vas cum palmis, sinistra Templum gerit; inscriptio vero, ΑCΚΛΗΠΕΙΑ CΩΤΕΙΡΕΙΑ ΙΕΡΟΠΥΘΙΑ ΑΝ[illegible]ΥΡΑC. Ubi quod σωτείρεια pro σωτήρια, receptæ olim apud Veteres scripturæ est, cujus exempla extant in lapidibus, in quibus Ἐ[illegible], Ἀ[illegible], σωτ[illegible] etiam, pro Ἐ[illegible], D Ἀσκλ[illegible], σωτῆρα. Promiscue enim [illegible] & [illegible] utebantur Veteres, ut [illegible], & [illegible], quod jam observavimus ad Inscriptionem primam Athleticam.

Σῶστρα.) Σῶστρα proprie præmium, merces, quæ servatori datur. Magni Etymol. autor: Σῶστρα, [illegible] σωτήρια, τουτέστι μισθοὶ, οὓς διδόασιν οἱ σεσωσμένοι. *Sostra, Soteria, hoc est, merces, quam dant qui servati sunt*. Sic λύτρα, merces pro redemptione non modo a captivitate, sed a quavis re, quæ molestiam afferat: nam λύτρον καμάτων, & λύτρον συμφορᾶς apud Pindarum. Sic δίδακτρα, pretium pro institutione in litteris, quod Latinis *Minerval*, μαίωτρα merces, quæ obstetrici datur, pro qua festive Vulcanus, apud Lucianum, in *Dial. Vulc. & Jovis*. Jovi Minervam parienti malleo obstetricatus, ejus nuptias sibi deposcit; sic demum apud Apollonium Rhodium lib. I. *Argonaut.* ἐπίβατρα pro naulo, quod solvi consueverat a vectore, cum navim primum conscendebat, ut colligere est ex his Jasonis ad Apollinem:

Ναὶ δ' ἴθι, [illegible] ἐκηβόλε δέξο θυηλὼ,
Ἥν τοι [illegible] δ' ἐπιβάθρα χάριν προτετίμεθα νηὸς
Πρωτίστω.

Scholiastes ad locum: Ἐπίβαθρα, ἐπιβατήρια, χάριν ἢ μισθὸς νυνὶ, ὑπὲρ τ ἐπιβῆναι νῦν πρῶτον τ νεώς. F

Χαριστήρια.) Hesychius, χαριστήρια, χαρίεντα δῶρα, quasi dona pro gratiarum actione, quæ Diis pro accepto beneficio aliquo referebantur; ῥύσια aliter Magni Etymologici autori, cui illa sunt, τὰ ὑπὲρ ὑγείας, καὶ εὐτυχίας εὐχαριστήρια. In marmore Arundelliano VIII.

Ο ΙΕΡΕΥΣ ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ
ΦΙΛΑΙΝΕΤΟΥ ΙΣΙΔΙ
ΟΣΙΡΙΔΙ ΑΝΙΟΥΒΙΔΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

A Neque pro salute tantum χαριστήρια solvebantur sed quacumque de re, quæ alicui prospere accidisset, ut de Aspasia narrat Ælianus, *lib.* 12. *Var. Histor.* de qua: καὶ ἔθυε τῇ Ἀφροδίτῃ τελεστήρια, καὶ χαριστήρια, quod nempe se Cyro gratam, amabilemque reddidisset. Et pro libertate, cujusmodi Athenis peragebantur in memoriam restitutæ a Thrasybulo, ductis Phyla militibus, libertatis, quod narrat Plutarchus, *De Glor. Athen.* Τῇ δὲ δωδεκάτῃ (Βοηδρομιῶνος) χαριστήρια ἔθυον ἐλευθερίας. ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ ἀπὸ φυλῆς κατῆλθον. Ejusmodi quoque sunt quorum mentio in marmore Patavino B apud Pignorium *Symbol. epist.* XL.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗ ΝΕΜΕΣΕΙ
ΡΑΜΝΟΥΝ ΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑ
ΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Dignum autem observatu est, Neæram hanc, Ἀθηναίαν vocari in veteri hoc lapide, contra quam Athenis olim fieri consuevisse, est apud Scriptores, qui fœminas Athenienses non Ἀθηναίας, sed ἀστὰς, aut ἀττικὰς appellari solitas tradunt. Autor Magni C Etymol. Ἀθηναία ἡ θεός. ἡ δὲ γυνὴ, ἀττική. Aristophanis Scholiastes in *Avib.* ad τί ἐκ Ἀθηναίαν, ὅτι τ Θεὸν ἔπος ἔλεγον Ἀθηναίαν. διὸ καὶ πολῖτιν ἐκ ἀθηναίαν, [illegible] τ συνωνυμίαν, ἀλλ' ἀστήν. Et Εἰρήνη, ad Ἀθηναῖα. ὅπως τ Θεὸν. τὰς δὲ γυναῖκας ἀστὰς, ἵνα μὴ ὁμωνύμως. Antiquitus enim Minerva Ἀθηναία nominabatur, quæ postea Ἀθηνᾶ, non alia de caussa, quam ne appellatio, quæ antea ipsius erat propria, cum Atticis mulieribus communicaretur. ὅτε δὲ ἤρξαντο (inquit Eustathius *ad Iliad.* A. edit. Rom. p. 84.) αἱ ἀσταὶ ἤτοι ἀττικαὶ γυναῖκες ἀθηναῖαι λέγεσθαι, τότε δὴ [illegible] τὸ τ Θεοῦ μηκέτι Ἀθηναίην καλεῖσθαι, ἀλλὰ [illegible] συναίρεσιν Ἀθηνᾶν. Cur autem anti- D quioribus temporibus Athenienses fœminæ nequaquam Ἀθηναῖαι dicerentur, narrat ibidem autor doctissimus his verbis: Ἰστέον δὲ ὅτι παρασημειοῦνται οἱ παλαιοὶ, μὴ λέγεσθαι πότε Ἀθηναίαν γυναῖκα διὰ τ τοιαύτην Ὁμηρικὴν Ἀθηναίαν, ἤτοι Ἀθηνᾶν. ἀνὴρ μὲν γάρ φασιν Ἀθηναῖός ἐστιν, ὥσπερ καὶ Θηβαῖος, ἐ μὴν ὥσπερ Θηβαία, ἔτω καὶ Ἀθηναία γυνὴ, ἀλλὰ ἑτερωνύμως γυνὴ ἀττική. τὸ γὰρ Ἀθηναία ἤδη προκατείληπται. ὅθεν, ὡς θεῖόν τι τυγχάνον ὄνομα, καὶ ὑπερηρμένον, ἐ θέμις [illegible], καὶ θνητοῖς προσώποις ἐγκαθεσθῆναι, καὶ [illegible], θείαν κλῆσιν. *Sciendum autem est quod Veteres notant, mulierem nunquam* Ἀθηναίαν *dici ob hanc Homericam* Ἀθηναίαν, *seu* Ἀθηνᾶν. *Vir* E *enim, ajunt,* Ἀθηναῖος *est, ut* Θηβαῖος, *non autem ut* Θηβαία, *sic &* Ἀθηναία *mulier; sed aliter mulier Attica. Illud enim* Ἀθηναία *jam præoccupatum est; unde tanquam divinum quodpiam, ac sublime nomen haud fas est demitti, ac mortalibus imponi, & aliquo modo profanari divinam appellationem*. Aliam quoque apud eundem rei hujusce caussam proferunt ex Metaclide, Pausanias, atque Ælius Dionysius veteres Grammatici: ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσιν. Tertiam ex Varrone narrat S. Augustin. *de Civit. Dei* lib. XVIII. F cap. IX. fœminas decantata illa controversia, quæ Minervam inter ac Neptunum extitit de nomine Athenarum urbi faciendo, pro Minerva sententiam tulisse, quodque una plus est inventa fœminarum, quam virorum, qui pro Neptuno suffragium tulerant, vicisse Minervam, Neptunum vero iratum Atticam fluctibus populatum, quem ut placarent Athenienses, inter alias pœnas, quibus mulctari mulieres placuit, id quoque sanxerunt, ne quis eas Ἀθηναίας vocaret.

ΝΙΚΟΜΗΔΗC Ο ΙΑΤΡΟC.) Insignis profecto Medicus fuit hic Nicomedes, si is idem est, quod

ſuſpicari certe nihil vetat, cum eo, cujus elegantiſſimum hujuſmodi Epitaphium legitur in antiquo marmore nuper a tenebris vindicato:

Θ. Κ.

ΣΤΗΛΗΝ ΕΘΗΚΑΝ
ΝΙΚΟΜΗΔΕΙ ΣΥΝΓΕ
ΝΕΙΣ ΟΣΗΝ ΑΡΙΣΤΟΣ
ΙΗΤΡΟΣ ΕΝ ΖΩΟΙΣ
ΟΥΗΝ ΠΟΛΛΟΥΣ ΤΕ
ΣΩΣΑΣ ΦΑΡΜΑ
ΚΟΙΣ ΑΝΩΔΥΝΟΙΣ
ΑΝΩΔΥΝΟΝ ΤΟ ΣΩ
ΜΑ ΝΥΝ ΕΧΕΙ ΘΑΝΩΝ
ΕΥΨΥΧΩ ΝΙΚΟΜΗΔΗΣ
ΟΣΤΙΣ ΟΥΚ ΗΜΗΝ ΚΑΙ ΕΓΕΝΟ
ΜΗΝ ΟΥΚ ΕΙΜΙ ΚΑΙ ΟΥ ΛΥ
ΠΟΥΜΙΑ ΖΗΣΑΣ ΕΤΗ ΜΔ
ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΣ ΚΓ.

Θ. Κ.

Στήλην ἔθηκαν Νικομήδει συγγενεῖς,
Ὃς ἦν ἄριστος ἰητρὸς ἐν ζώοις ὅτ' ἦν.
Πολλούς τε σώσας φαρμάκοις ἀνωδύνοις,
Ἀνώδυνον τὸ σῶμα νῦν ἔχει θανών.
Εὐψυχῶ Νικομήδης. ὅστις οὐκ ἤμην, καὶ ἐγενόμην, οὐκ εἰμὶ, καὶ οὐ λυποῦμαι, ζήσας ἔτη ΜΔ. *καὶ ἡμέρας* ΚΓ.

D. M.

Cippum poſuerunt Nicomedi conſanguinei,
Qui optimus medicus erat dum viveret,
Quique multos ſervavit pharmacis dolorem tollentibus;
Corpus doloris expers nunc habet mortuus.
Bono animo ſum Nicomedes. Qui non eram, & fui; non ſum, neque ægre fero, cum vixerim annos XLIV. *dies* XXIII.

Quod autem in altera baſis hujus inſcriptione Nicomedes hic ipſe medicus Smyrnæum ſe prodit, ſuſpicari licet eum ſcholæ Eraſiſtrateæ addictum fuiſſe. Duæ ſiquidem in primis celebres extiterunt Medicorum ſectæ, ut notum eſt: alterius conditor fuit Herophilus, qui artem medicam eo ſubtilitatis perduxit, ut teſte Plinio *lib.* XXIX. *cap.* I. *in muſicos pedes venarum pulſum deſcriberet per ætatum gradus*. Alteram duxit Eraſiſtratus Julietes Ariſtotelis filia genitus, & Chryſippi diſcipulus, quem de univerſa medicina ſcripſiſſe tradit Athenæus *lib.* XV. quique cum Antiocho Rege ſanato, a Ptolemæo ejus filio C. talentis fuiſſet donatus, pretium arti facere cœpit; ut ex Plinio eodem colligitur. Sectæ autem hujus Eraſiſtrateæ inſignem olim Smyrnæ ſcholam fuiſſe docet ſequens Strabonis locus *lib.* XII. *Μεταξὺ δὲ τῆς Λαοδικείας, καὶ τῶν Καρούρων, ἱερόν ἐστι Μηνὸς Κάρου καλούμενον, τιμώμενον ἀξιολόγως. συνέστηκε δὲ καθ' ὑμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφίλειον ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος, καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου τοῦ φιλαλήθους, καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων ἐν Σμύρνῃ τὸ τῶν Ἐρασιστρατείων ὑπὸ Ἱκεσίου. νῦν δ' οὐχ ὁμοίως τι συμβαίνει. Inter Laodiceam, & Carura fanum eſt Menſis Cari nuncupatum, magna veneratione cultum. Noſtra ætate fuit ibi Schola magna medicinæ Herophileæ operam navantium a Zeuſide gubernata ac deinde ab Alexandro Philalethe, ſicut & patrum noſtrorum tempeſtate Smyrnæ Eraſiſtratea ſchola fuit præſide Hiceſio: nunc nihil ſimile evenit*. Nicomedis hujus Epitaphium facit ut alterius in mentem veniat, quo ab Empedocle decoratus eſt Pauſanias celebris ejus ætatis Medicus ſequentibus carminibus, apud Laert. in *Emped.*

Παυσανίην ἰητρὸς ἐπώνυμον, Ἀγχίτου υἱὸν,
Φῶτ' Ἀσκληπιάδην πατρὶς ἔθρεψε Γέλα,
Ὃς πολλοὺς μογεροῖσι μαραινομένους καμάτοισι,
Φῶτας ἀπέστρεψεν Φερσεφόνης ἀδύτων.

Pauſaniam medicum inclytum, Anchiti filium,
Hominem Aſclepiadem patria aluit Gela,
Qui multos moleſtis contabeſcentes laboribus,
Mortales avertit Proſerpinæ adytis.

Τὰν παιδὸς καλλίσταν.) Signum hoc Æſculapio puero a Nicomede dedicatum fuiſſe hinc non dubie liquet; qua quidem ſpecie illum apud Arcadas coli ſolitum ex Pauſania in *Arcadicis* diſco, a quo duo Æſculapii pueri Templa memorantur, alterum apud Ladonem fluvium, quo Trygonis ejus nutricis ſepulcrum, alterum prope Megalopolim, de quo hæc ille: *τούτου μὲν δὴ τὸ ἄγαλμα ὀρθὸν πεποίηται πηχυαῖον μάλιστα, hujus recto ſtatu ſignum nihilo eſt cubitali majus*. Ex quo inferre licet Æſculapium ne dum puerum, ſed propemodum infantem divinos honores promeruiſſe, idque eadem de cauſſa, quam ex veteribus fabulis prodit Pauſanias idem *Corinthiacis*. Æſculapium ſcilicet in agro Thelpuſio, ubi a Coronide editus, expoſituſque fuerat, ignis e capite micantis indicio proditum paſtori cuipiam, qui capras in vicinia paſcebat, famaque pervulgata ab eo morbos omnes ſanari, mortuoſque ipſos in vitam revocari, in Deorum numero ſtatim haberi cœpiſſe. Ejus facti religione adductum Nicomedem hunc cenſeo, ut Æſculapio puero donarium pro ſalute ſibi reddita dedicaverit.

Παιᾶνος.) Ob præſtantiam in arte medica, aut eam etiam inventam, ſi Phurnuto, & Arnobio fides: alii enim alios Medicinæ Inventores faciunt. Eadem quoque Æſculapio appellatio apud autorem Hymnorum, qui nomine Orphei circumferuntur, cujus eſt ille verſus in *Hymno Æſculapii*,

Ἰητὴρ πάντων Ἀσκληπιὲ δέσποτα παιάν.

Quod quidem non niſi *ἀπὸ τοῦ παίειν τὰς ἀνίας*, Macrobio autore, lib. I. *Saturn.* cap. X. qui Apollinem inde *Παιᾶνα* vocatum fuiſſe docet, eique etiam adſtipulatur Euſtathius *ad Iliad.* X. pag. 1275. edit. Rom. Neque erat cur in Theocriti *Comate*, *Παιὼν* mallet, quam *Παιὰν*, ut eſt in vulgatis, doctiſſimus Heinſius, in *lect. Theocr.* cap. IX. ſi ejus, quem citavimus, Euſtathii loci in mentem veniſſet; nam, ut ibi docet ille, *Παιὰν* æque bene, ac *παιάων*, *παιήων*, ac *παιὼν* dicitur.

Κούρου πατρὸς ἀπαρτιτόκου.) Hic ni fallor alluſum eſt ad id, quod narratur in fabulis, Coronide gravida ex Apolline, ob concubitum cum Iſchye Elati filio a Diana fraternæ contumeliæ ultrice interempta, Æſculapium ex utero extinctæ, ac jam rogo impoſitæ extractum Mercurii opera, aut Apollinis ipſius, ſi Ovidio potius credendum, qui hæc de Æſculapii natalibus, *Metamorph.* II.

Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina; ſed natum, flammis, uteroque parentis
Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum.

Quod autem *ἀπαρτιτόκου* hic legitur, non ſatis elegantis ac caſtigati Poetæ eſt, qui *ἀρτιτόκου* dicere debuerat, ſi probatos ſcriptores ſequi maluiſſet, quibus *ἀρτίγονος*, *ἀρτίγαμος*, *ἀρτιγένειος* dicitur, non *ἀπαρτίγονος*, *ἀπαρτίγαμος*, *ἀπαρτιγένειος*.

Εὐπαλάμου σοφίης) Sic, *εὐπάλαμοι ὕμνοι* in Græco Epigrammate, hoc eſt, artificioſi. Sic Siſyphum *πυκνότατον παλάμαις* vocat Pindarus *Olymp.* od. XIII. Hic proprie *εὐπάλαμος σοφία* ſtatuariam deſignat; quemadmodum *μηχανικὴ σοφία* Mechanicen apud Procopium *De Ædif.* lib. I. cap. I. qui Anthemium Trallianum inſignem Architectum, cujus præcipue opera uſus eſt Juſtinianus in ædificiis a ſe extructis, *ἐπὶ σοφίᾳ τῇ καλουμένῃ μηχανικῇ λογιώτατον* appellat.

Νούσων τε κακῶν.) Haud diſſimili ſane loquendi modo, quo *valetudines peſſimæ* Arnobio loco paulo ante allato. Quo quidem epitheto nihil verius: nulla enim cum adverſa valetudine boni cujuſquam ſocietas, ut merito autor Hymnorum ſupra memoratus de Hygia:

A Σὺ γὰρ [illegible] ἀνθρώποισιν.

Ζωάγρια) Ζωάγρια sunt [illegible] ζῶ δὲ [illegible] ἄποινα magni Etymologici autori: κυρίως pretium, dona, merces pro vita conservata; communiter autem, Eustathio docente *ad Odyss.* A. pag. 1425. edit. Rom. [illegible] πολέμου ὑπὲρ ζωγρήσεως λύτρα. *pretium, quod solvitur in bello ad captivitatem redimendam*. Latius autem id vocabuli accipitur Homericis illis verbis Odyss. Θ. Nausicaæ ad Ulyssem.

Χαῖρε ξεῖν' ἵνα καί ποτ' ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ
Μνήσῃ ἐμεῖ', ὅτι μοι πρώτῃ ζωάγρι' ὀφέλλεις.

B Et illis Vulcani ad Thetidem *Iliad.* Σ.

Ἀλλὰ Θέτις τε, [illegible]
Ἡ [illegible] μέτερον [illegible]
Πάντα Θέτι [illegible] ζωάγρια τίνειν.

Καὶ χειρῶν δεξιωμ. [illegible]) *Manus* pro opere ipso non raro usurpatur a Scriptoribus, ac Poetis præsertim, ut Notis eruditissimis *ad Apollonii Vitam* advertit V. Cl. Carolus Datus: quo sensu si nostrum quoque locutum fuisse alicui placeat, ipse haud invitus assentiar. Eodem fere genio Eunapius in *Prisco*. [illegible] ἀνδρα Βιθυνὸν [illegible] τὸ γένος, Ἀθήνησι δὲ [illegible] παιδείας [illegible] C ὑπὸ φιλοτιμίας [illegible] γερσὶν ὁ Εὐφράνωρ. *Hilarius quoque accessit hujus scripti autor Bithynum natione, qui Athenis consenuit, & præter alias ingenuas artes, adeo picturæ etiam studuit, ut in ejus manibus haud occidisse videretur Euphranor.* Locus hic corruptus in Farnesiano Cod. cujus exemplo usus est Junius in vet. edit. Antuerpiana, ubi πρὸς τῶν καθαρῶν legitur, eidem caussa fuit, ut ab Eunapii mente longe aberraret, nam [illegible] sic vertit: *Et in arte pingendi adversis [illegible] ita philosophatus est, ut appareret in [illegible] non esse extinctum Euphranorem.* Neque tamen ille oscitantiæ nota D omnino caret, qui saltem mendum ibi latens debuerat deprehendisse, cum nullus ex ea lectione in Græco contextu sensus constet. Sed non uno loco ab eo peccatum in Eunapio interpretando. Nam & in *Ædesio*, celebri loco, quo impius Scriptor veterem Ecclesiæ ritum exagitat Martyrum reliquias peculiari cultu ac veneratione prosequendi, mirifice hallucinatus est. Eunapii verba sunt: Ὀστέα γὰρ καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαλωκότων συναλίζοντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεοὺς τε ἀπεδείκνυσαν. Hæc ille ita reddidit: *Ii namque* (Monachi) *condita & salita eorum capita, qui ob E scelerum multitudinem a judicibus extremo supplicio fuerant affecti, pro divis ostentabant*. Ubi perperam συναλίζειν pro *condire*, ac *salire* accipit, cum eo loci id vocabulum *colligere*, aut *congregare* significet. Cæterum quando priori, quem attulimus, Eunapii loco Euphranoris mentio incidit, eximii illius, ut opinor, pictoris, ejusdemque fictoris celeberrimi, ac Praxitelis æqualis, haud prætermittendum silentio existimavi, effossum ante paucos menses in Clivo Scauri prope Templum SS. Joannis & Pauli Hermam cum inscriptione, ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ, qui postea in Hortos Jacobi Ninii Cardinalis translatus est. Eodem quoque F loco eruta sunt vestigia, eaque sane illustria veterum Thermarum, e quibus etiam supererat integrum calidarium lateritii operis. Ad hæc repertæ ibidem columnæ ex nobili marmore, sellæ plicatiles ex ære ad usum balneorum, sigilla ænea, aliaque nonnulla, quæ non vulgare eo loci ædificium olim extitisse indicio sunt. Sed omnia, ut alia multa antiquæ Romæ rudera, quæ non ob aliud sedulo investigantur, quam ut citius pereant, a redemptoribus solo æquata. Ejus calidarii orthographia una cum duabus æneis sellis extat in antiquario penu,

quo Franciscus Barberinus Cardinalis, optimarum omnium artium patronus, insignem ac plane regiam Bibliothecam suam instruxit atque auxit. quoniam vero de erutis nuper antiquorum ædificiorum vestigiis sermo incidit, operæ pretium erit nonnihil dicere de monimento venerandæ antiquitatis, quod in Tusculano anno superiore detectum est: Sepulcrum, inquam, gentis Furiæ, vetustæ in primis structuræ, quæque priscam illam Pop. Rom. simplicitatem maxime redolet. In sylva igitur, quæ ad Eremum Monachorum Camaldulensium pertinet, secus publicam olim viam, cujus vestigia adhuc supersunt, solo imbrium copia desidente, prodiderunt sese reliquiæ veterum murorum e lapidibus quadratis, quos muros vestibuli olim fuisse dignoscitur, per quod ad monumentum ipsum patebat aditus. Nam in conspectu, qua muri, quos diximus, desinebant, monumenti ostium, atque illud quidem non ea forma, qua nunc ostia fieri solent, sed parte superiore aliquanto arctius. Ejus antæ, ac superliminare ex Albano lapide (vulgo *Peperino*) omnia, sine ullo quidem ornatu, sed egregie compacta. Quod autem observatu dignum, valvarum, aut forium loco, ostii lumen ita unico lapide ad unguem occlusum, ut nihil fieri possit in eo genere exactius. In eo lapide, ut in foribus bipatentibus etiam num fieri solet, tympana utrinque impagibus ac coronis conclusa; ac quo loco manubria apponi solita, binæ exculptæ larvæ, muliebris capitis speciem exhibentes. Conditorium in ipso topho excisum, in cujus medio sarcophagus erat quinque circiter pedum, lapide fastigiato opertus, cujusmodi & aliæ, ad duodecim, longe minores urnæ in loculamentis ad utrumque conditorii latus positæ. In earum nonnullis cineres reperti, atque æreus etiam nummus humano capite signatus. Inscriptiones, quarum aliæ in ipsa urnarum fronte; aliæ in earum operculis extabant, quasque nos ipsi descripsimus, seq. *pag.* quam diligentissime fieri potuit expressas exhibemus.

Ultimæ Inscript. nobis copiam fecit Monachus quidam, cujus fidem sequi in ipsis describendis coacti sumus.

Aliquot etiam, quæ, ut ab eodem Monacho audivi, minio tantum scriptæ, non incisæ erant, imbribus dejectæ perierunt. Reperta in eodem conditorio vasa nonnulla ex iis, quæ vulgo *Tuscanica* antiqua esse creduntur, ac fragmenta etiam coronæ testacei operis, variis coloribus eleganter depictæ. Ex his omnibus nemini, ut opinor, non erit persuasum, id quod antea præfatus sum de monumenti hujus vetustate, quam in primis prodit obsoleta literarum forma, quibus scripta sunt sepulchralia hæc epigrammata, in quibus (ut mittam L illud uncinatum, & P ad Π Græcorum instar, quales cernere est in antiquissima illa Inscriptione L. Scipionis, Barbati F.) prisci illius ævi in scribendo rusticitatem præ se fert inusitata duarum literarum ꟷ & ⩓ species, ne quid de illa dicam, quæ primum in II. Inscriptione locum obtinet, qua in litera ejus ductus, quæ in vulgarem Q haud difficile exeat, licet agnoscere. Sed de his curiosius alii viderint, nobis in hujusmodi rebus hariolari non libet.

In altera Basis parte.

ΤΩ ΒΑϹΙΛΕΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ ϹΩϹΤΡΑ ΚΑΙ ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΗϹ ϹΜΥΡΝΑΙΟϹ ΙΑΤΡΟϹ

ΟΙΟΝ ΕΜΑΙΟϹΑΝΤΟ ΝΕΟΝ ΤΟΚΟΝ
ΕΙΛΕΙΘΥΙΑΙ
ΕΚ ΦΛΕΓΥΟΥ ΚΟΥΡΗϹ ΦΟΙΒΩ
ΑΚΕΙΡΕΚΟΜΗ

In fronte Aræ

Ibidem in Operculo.

ΤΟΙΟΝΤΟΙ ΠΑΙΑΝ ΑCΛΗΠΙΕ
ΣΕΙΟΒΟΗΘΟC
ΧΕΙΡΟC ΑΓΑΛΜΑΓΑΘΗC
ΤΕΥΞΕΝ ΕΑΙC ΠΡΑΠΙCΙΝ
ΝΗωΔΕΝΤωΔΕ ΖωΑΓΡΙΑ ΘΗΚΕΝ
ΟΡΑCΘΑΙ
ΠΟΛΛΑΚΙCΑΙC ΒΟΥΛΑΙC
ΝΟΥCΟΝ ΑΛΕΥΑΜΕΝΟC
CΟCΘΕΡΑΠωΝ ΕΥΧΗCΟΛΙΓΗΝ..
ΔΟCΙΝ ΟΙΑ ΘΕΟΙCΙΝ...
ΑΝΔΡΕC ΕΦΗΜΕΡΙΟΙ ΤΩΝ...
ΦΕΡΟΥCΙ ΧΑΡΙΝ

Τῷ Βασιλεῖ Ἀσκληπῷ σῶστρα, καὶ χαριστήρια Νικομήδης Σμυρναῖος Ἰατρός.

Οἷον ἐμαιώσαντο νέον τόκον Εἰλείθυιαι
Ἐκ Φλεγύου κούρης Φοίβῳ ἀκειρεκόμῃ.
Τοιόν τοι Παιὰν Ἀσκληπιὲ Σειοβοηθὸς
Χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς τεῦξεν ἑαῖς πραπίσιν.
Νηῷ δ' ἐν τῷδε ζωάγρια θῆκεν ὁρᾶσθαι
Πολλάκι σαῖς βουλαῖς νοῦσον ἀλευάμενος
Σὸς θεράπων, εὐχῆς ὀλίγην δόσιν, οἷα θεοῖσιν
Ἄνδρες ἐφημέριοι τῶν (δε) φέρουσι χάριν.

Æsculapio Regi donarium pro salute restituta, & gratiarum actione Nicomedes Smyrnæus Medicus.

Qualem recens natum obstetricatæ sunt Ilithyæ
Ex Phlegyæ filia Phœbo acersecomi,
Talem tibi, Pæan Æsculapie, Seioboethus
Opus doctæ manus sua industria fecit.
In hoc vero Templo conspiciendum posuit pro mercede vitæ servatæ
Morbo sæpe tuis consiliis evitato
Tuus servus, tenue pro voto donum, qualia Dii Mortales horum gratia offerunt.

D Τῷ Βασιλεῖ Ἀσκληπιῷ) Regis appellationem, ut hic Æsculapio, Jovi, Apollini, atque aliis etiam Deorum a Poetis Græcis tribui nemo nescit, qui in eorum lectione haud sit omnino hospes. Æsculapius autem Rex appellatur in veteri quoque lapide apud Gruterum *pag.* MLXXII. 4. in quo, ΣΟΙ ΠΑΙΗΟΝ ΑΝΑΞ ΑΣΚΛΗΠΙΕ, &c. legitur, ut in alio apud eundem, ΚΥΡΙΩ ΑCΚΛΗΠΙΩ. Cæterum regiæ appellationis Æsculapio tributæ causam repetere licet ex illis Eustathii *ad Odyss.* pag. 1425. edit. Rom. Σημείωσαι δὲ ὅτι οὐ μόνον Ὅμηρος Βασιλεῖς λέγει τοὺς ἐνδόξους καὶ βασιλικοὺς, ἀλλὰ οἱ μετ' αὐτόν. παρὰ E Σοφοκλέους γοῦν ἡ Ἰοκάστη τοὺς ἐν Θήβαις εὐγενεῖς χώρας ἄνακτας λέγει· καὶ Ἡσίοδος δὲ τοὺς δικαστὰς Βασιλεῖς λέγει ἐν τῷ, αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω. *Nota autem quod viros celebres, ac regiæ stirpis non solus Homerus Reges appellat, sed etiam alii post ipsum. Nam apud Sophoclem Iocasta proceres Thebanos, ejus loci Reges vocat, & Hesiodus judices, Reges nominat carmine illo,* αἶνον βασιλεῦσ' ἐρέω. Quod si apud Veteres ii reges vocabantur, qui nobilitate atque opibus cæteris præcellerent, quanto æquius erat eo titulo Æsculapium appellari, qui præterquam quod Apollinis filius erat, maternum etiam genus ad Phlegyam referebat, qui F & ipse Rex dicitur ab Homero in *Hymno Æsculapii*, & eo potentiæ genere floruit, quod ad divinitatem propius accederet, & mortalibus esset utilissimum.

Εἰλίθυιαι.) Ilithyias, seu Lucinas plures facit, Homeri exemplo his versibus *Iliad.* Λ.

Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα
Δριμὺ, τό τε προϊεῖσι μογοστόκοι Εἰλείθυιαι
Ἥρης θυγατέρες πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι.

Quos quidem versus non Homerum, sed Homeridem difficilem partum expertam composuisse,

vulgo a fœminis sui temporis creditum tradit Plu- A tarchus *de Amore Prolis*. Multa [illegible] ad Grammaticos pertinentia Eustathius ad locum, *pag.* 844. nos et huc afferre contenti erimus, quæ ille [illegible] ad allegoriam illustrandam, cur illæ Junonis filiæ dictæ sint, enarrat: Καὶ ἀπο [illegible] . Græcos autem Grammaticos deridendos proponit Seldenus Syntagm. II. *de Dis S.* pag. 249. quod Εἰλειθυίαν ab ea, quam ex Plutarcho audivimus, origine dictam volunt. Id vocabuli ipse ab *Allat* Arabum, seu *Li[illegible]* [illegible] Orientalium linguarum periti.

[illegible]) Coronidem Nympham, ex C qua natus hic dicitur Æsculapius, [illegible] princeps, *Homerus Æ[illegible]*.

[illegible]

Illud non ita certum, Coronidem ne, an Arsinoem matrem habuerit Æsculapius; nam utrumque credidisse veteres poetas, atque alios etiam scriptores comperio. Pro Coronide stant Homerus, Pindarus, Hesiodus. Pro Arsinoe autem Asclepiades, cujus de ea sequentes versus extant apud D Pindari Scholiast. *ad Pyth. od.* III. pag. 216.

Ἡ δ' ἔτεκ' ἐν μεγάροις Ἀσκληπιὸν, ὄρχαμον ἀνδρῶν
Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα, [illegible]

Et Socrates, (ille forte [illegible] ut Plutarchus *de P[illegible]*) apud eumdem Scholiasten, qui quidem Socrates Æsculapium Arsinoes natura filium, adoptione vero Coronidis fuisse tradit. Id autem inter Philologos dissidium facile conciliari posse ait auctore Aristidis [illegible], cujus hæc habentur in iisdem Scholiis, [illegible] Κορωνὶς *[illegible] Apollinis & Arsinoes filium, hac vero [illegible] habebat, Coronis [illegible]*. E

[illegible]) Nullum frequentius Apollinis epithetum [illegible] apud Poetas Græcos, quam [illegible], quod *intonsi* est apud Latinos. Nos [illegible] Latina quoque interpretatione [illegible], Juvenalem secuti.

Ναὸς δ' ἐν τῷδε. Æsculapii fanum a Diocletiano extructum in Thermis Trajani, ex Actis Martyrii S. Severi & sociorum profert Famianus Nardinus *Antiquæ Romæ* lib. III. cap. X. Quæ si vera sunt, vix est cur ambigi possit Do- F narium hoc Nicomedis Medici ad idem quoque fanum pertinuisse: nam & id in primis suadet reperti hujus nostri marmoris locus, circa quem extitisse olim Trajani Thermas Antiquariorum omnium communis opinio est; & conjecturæ alioquin nostræ suffragari videntur Rufus & Victor, qui in regione III. *Isidis & Monetæ*, cujus antiquitus pars fuerunt Thermæ Trajani, Æsculapii Æediculam recensent, quæ an eadem habenda sit cum Templo Æsculapii, de quo hic sermo, difficile dictu est. Video enim Ædiculæ vocabulum haud recte satis convenire alteri τῷ ναῷ quo usus est Epigrammatis hujus autor. Quid vero si ille Poetarum more loquatur, cum præsertim, quod [illegible] Thermis Ædem, qualiscumque tandem illa fuerit, Diocletianus extruxerit, illam haud ejus amplitudinis extitisse probabile est, ut, improprie saltem, Ædicula, aut Sacellum appellari non potuerit a Rufo & Victore. Majus negotium facessit, quod, cum eius Templi conditor Diocletianus afferatur, nec [illegible] Inscriptionis nostræ ætas saltem ad ejus tempora referenda sit, quod neque profecto negare, neque tamen, in præsentia, affirmare audim. Illud potius in medium proponam, B quo huic difficultati occurram, num fanum illud Æsculapii, quod Diocletianum ædificasse narrat autor Actorum, quod antea citavimus, ab eo, non a solo quidem excitatum, sed solummodo instauratum, aut ornatum fuerit; quæ res in veteribus sæpe ædificiis falsam de eorum conditoribus opinionem intulit. Cujus sane rei ne longius exempla petenda sint, hæ ipsæ Trajani, ut vocant, Thermæ, quæ primum a Tito extructæ, a Trajano atque Hadriano auctæ deinde, exornatæque sunt, nonne Antiquariis erroris causam præbuerunt, ut illas alii Titi, alii Trajani, alii demum Hadriani Thermas appellaverint? quæ tamen unæ C eædemque fuerant, ut recte monet Famianus Nardinus modo memoratus *lib.* III. *cap.* X. cujus & idem de Thermis Neronianis judicium est, quæ postea ab Alexandro Severo, qui eas amplificavit, aquam induxit, & oleum in nocturnos usus addidit, Alexandrinæ dictæ, Victore ipso teste, vere appellatione, si Cassiodorum audimus, odio Populi Romani in Neronem, oblitterata. Ubicumque vero tandem extiterit Ædes illa, in qua a Nicomede signum hoc Æsculapii pueri dedicatum, certum est, eam non ante Trajani tempora extructam fuisse, ut colligitur ex Plutarcho, qui cum in *Quæstionibus Romanis* id quærat, cur Æsculapii D unum extra Urbem, unicum ejus Dei Templum in Urbe agnovisse videtur, illud nempe celeberrimum, quod in Insula Tyberina fuit. Illi autem [illegible] temporibus non unam dicatam fuisse Æ[illegible] comperio. Nam præter Ædiculam illam, cujus modo meminimus ex Rufo & Victore, aliud etiam Æsculapii Templum memoratur apud eosdem in Regione V. *Esquilina*. Instaurati vero circa illa ipsa tempora Æsculapii cultus originem si curiosius investigare fas sit, illam haud perperam fortasse referre liceat ad ea, quæ multis narrat Lucianus de Alexandro quodam insigni sui temporis E impostore, qui serpentem cicurem nactus, quales Pellæ in Macedonia reperiebantur, ac sibi Cocconа quopiam ejusdem farinæ homine in societatem fraudis adscito, fabulam de Æsculapio, serpentis specie apud se degente, venditare opportune adeo scivit, ut fama statim pervulgata, Æsculapium inter mortales versari, qui & morbis mederetur, & oracula etiam ederet, non modo ex Asia omni, verum etiam ex Italia, atque Urbe ipsa, ad novam commentitii Æsculapii cortinam confluere statim cœpisse haud infimæ quidem sortis homines, sed eos inter Quirites, qui plurimum auctoritate atque opibus pollerent, ut vix ea tempestate sanctius, aut celebrius quidpiam fuerit.

Ἄνδρες ἐφημέριοι.) Respexisse videtur ad illud Pindaricum *Pyth.* od. VIII.

Ἐπάμεροι, τί δέ τις; τί δ' οὔ τις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.

Quo faciunt etiam illi Æschyli versus, apud Stobæum *Serm.* CCXLVII.

Τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφήμερα φρονεῖ
Καὶ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ καπνοῦ σκιά.

AV-

AUCTARIUM VETERUM INSCRIPTIONUM EX MARMORIBUS AFRICANIS

LECTORI.

QUOD *vetus adagium est, novi semper aliquid adferre Africam, mihi quoque usurpare in præsentia licet. Nam quis ab ea terra, in qua barbaries hac tempestate, non tam nomine, quam re, tanquam suo in regno consedit, aliquid præstari potuisse credat ad literas juvandas? quod tamen in ipso libri hujus limine ipse tibi, lector, statim, ni fallor, persuasisti, audita Africanarum Inscriptionum mentione, qua sane injectum tibi non mediocre desiderium arbitror rem novam, atque inopinatam propius cognoscendi. Ne te autem diutius expectatione suspensum teneam, scito usurpare tibi oculis hic licere veteres aliquot Inscriptiones, quæ in agro Tunetano, ac circumvicinis regionibus reperiri potuerunt, non tam numero, qui haud sane ingens est, quam aliis nominibus commendabiles. Utinam & integræ omnes, earum siquidem bona pars, sive ævi vetustate, sive operarum negligentia in amoliendis, asportandisque Marmoribus, corruptæ, mutilæque sunt. Ne quid vero hac in re desiderari possit, illa ipsa Marmora pro suo in literis promovendis singulari studio, ex Africa Florentiam transferri jussit Leopoldus Medices Cardinalis, qui avitæ laudis imitator egregius, quod olim ejus Majores fecerant eruditæ Græciæ thesauris, e barbarorum manibus vindicatis, & ipse præstitit in antiquis hisce monimentis, e jacentis Africæ ruderibus eruendis. Eas itaque Inscriptiones, quas ex iis Marmoribus, summa fide descriptas a viris doctis, ac diligentibus, Princeps humanissimus, atque antiquitatis omnis apprime studiosus, dum liber hic meus jam sub prælo esset, mecum communicavit, lubens auctarii vice tibi offero. Erat animus notas adjungere, quibus ex iis aliquot, quæ lucis indigere videbantur, illustrarem; ac nonnulla addere, quæ circa veteris Carthaginis Antiquitates, aliasque, quarum vestigia extant in agro Tunetano, observavit vir eruditus Joannes Pagnius in Gymnasio Pisano Medicinæ Professor, qui præsens huic Inscriptionum conquirendarum negotio præfuit: sed de his, Typographo urgente, cogitare vix licuit. Tu interim operam hanc nostram, qualiscumque tandem illa sit, boni consule.*

I.

IVLIAE. DOMNAE. AVG
MATRI. CASTRORVM
MATRI. AVGVST. . . .
IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. CONIVGI
Q. SILICIVS. VICTOR. ET C. STADIVS. FOR
TVNATVS. OB. HONOREM. FLAM
SVI. PERPETVI. STATVAM. CVM
BASE. EX. HS. BINIS. MILIBVS. N. LEGI
TIMIS. ADIECTIS-TERTIS. EX. DE
CRETO PAGANOR. PAGI. MERCVRIALIS
VETERANORVM. MEDILITANOR
S. P. F. IDEMQVE. DEDICAVERVNT

II.

. . . .
. . . .
. . . PECVNIA PERFECIT ET
DEDICAVIT. ET OB DEDICATIO
NEM PVGILVM CERTAMINA
EDIDIT. ET DECVRIONIBVS
SPORTVLAS. ET * POPVLO GYMNA
SIVM. EPVLVM DEDIT. ET HOC
AMPLIVS PRO SVA LIBERALITA
TE CAMERAM SVPERPOSVIT. ET
OPERE. MVSEO. EXORNAVIT
. . . . CVM. . A. . EIS. FELICE. ET
RVFINO. II. . . . . OB QVAM
DEDICATI... PV.. M. DEO. . .
. . . .
. . . .

III.

ANTONINI. . . . .
. . . . AVG. TOTIVSQ. DO
MVS EORVM. C. VOLCIVS. QVIE
TVS ARAM A SOLO EX. HS. D
N. S. P. F. IDEMQ. DEDICAVIT
ET OB * DEDICATIONE CON
GENTILIBVS. ET. SACERDOTI
. . . ISCERATIONEM. ET
. . . .

IV.

CAELESTI. AVG. SAC.
Q. MA.. TIVS. PRIMVS
AD. AMPLIATIONEM
TEMPLI. ET. GRADVS
DONAVIT)-(. CXXV
VOT. SOL. LIB. ANI

V

IMP. M. AVRELIO. AN
TONINO. AVG. PARTH. MAX
PRINC. IVVENT. TRIB. POTESTAT
IMP. II. CAES. L. SEPTIMI
SEVERI. PII. PERTINAC. AVG. ARAB
ADIAB. PART. MAX. F. DIVI. ANTONINI
GERM. SARM. NEP. DIVI. ANTONINI PRO
NEP. DIVI. HADRI. ANTONINI
PARTH . . . .
. . . .
. . . .
. . . .

* *Sic in Marmore.*

VI.

C.SVLGIO. L.F. PAP. CAECILIANO. PRAEF. A
LEG. III.
..AER. P.LEG.XX.VALERIAE. VICTRICIS....
OVATIONI. CLASSIS. PRAETORIAE. ME...
NATIVM . . . .
VINDICIS. ET. THENSAVRIS. DOMIN. . . .
RVM DIVEHENDARVM 7. LEG . . T. . . . .
. . PRIMAE PARTHICAE . . . ET XVIII
CLASSIS PRAEF. . . . . . RIAE
. . . .
. . . .
. . . . B
. . . .

VII.

IMP. CAES
M. IVLIVS. PHILIP
PVS. INVICTVS. PIVS
FELIX. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. COS
DESIG. P. P. PROCOS. ET
M. IVLIVS. PHILIPPVS
NOBILISSIMVS. CAES
. . . . . VIRTVTIS C
. . . . ILIA

VIII.

IMP. CAES. C. MESSIVS
Q. TRAIANVS * DECCIVS
INVICTVS. PIVS. FELIX. AVG
P. M. TRIB. P. COS. II. P. P. PROCOS
II. Q. HERENNIVS. ETRVSCIVS
MESSIVS. DECCIVS. CAES
. . . .

IX.

SAT. AVG. SAC D
LABIENVS. PV
DENS. CAECI
LIANVS. C. V
V. S. L. A

X.

S. D. S
L. SVLLIVS
FIRMVLVS
SACERDOS. D. S E
V. S. L. A

XI.

S. A. S
SEX. VALERIVS
FESTVS
SACERDOS
V. S. L. A

XII.

. . . . NTIANAM. BASILICAM F
. . . EROLIVS. CAECILIANVS. CVR. R. P.
FECIT

XIII.

. . . . STAE. SACRVM
. . . . I. MAXIMI. MEDICI. ET. L. AVRELII.
VERI. AVG. ARMENIACI. PARTH
. . . . PLVM. CVM. ARCV. ET. PORTICIBVS.
ET. OSTEIS. ET. OPERE. ALBARI. A FVND

* *Sic in Marmore :*

XIV.

. . . . I. HADRIANI. ABNEPOTIS
. . . TONIS. ET EXEDRIS. CVM STATVIS

XV.

D. M. S
M. AEMILIVS. RECEPTVS. ROGA
TIANVS. PIVS. VIXIT. ANNIS. LXIII. H. S. E
. . . VIC. AEMILIA. RECEPTA. VXOR. ET P.
SEXTICIVS. APOLLINARIS
ET. ÆMILIVS. SATVRNINVS .... HÆREDES
MONVMENTVM
FECERVNT

XVI.

D. M. S
ANNARIA
FRVCTA
CONIVNX
CARISSIMA
PIA. VIXIT
ANNIS. XXXV.
H. S. E. . . . .

XVII.

D. M. S.
APRONIA. VIC
TORIA. PIA
VIX. ANN. XLIIX
M. II. D. XI
H. S. E. . . .

XVIII.

D. M. S
M. IVLIVS. I
THIMBAL. A
MVLIANVS
VIX. ANN. LXXI

XIX.

D. M. S
GEMINA
A. FIL. ARTEM

XX.

D. M. S
CVRIA. FELI
CLA. PIA. VIX
IT. ANNIS
LXXXV
H. S. E

XXI.

D. M. S
M O D I A
SABINA
P. V. AN. XII
H. S. E

XXII.

D. M. S
INSTEIAE
DIOGENIAE
FEMINAE MERI....
INSTEIVS
TERTVLLVS. V. C

XXIII.

GVDDEM. SAT
VRI. PARDALI
PIVS. VIXIT. A
LXXXXIII. H. S. E

BARNABÆ BRISSONII,

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQUE SENATUS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

COMMENTARIUS AD L. DOMINICO, DE SPECTACULIS,

IN C. THEOD. ET L. OMNES DIES, COD. DE FERIIS.

VIRO CLARISSIMO

CHRISTOPHORO THUANO

PARISIENSIS

CURIAE PRIMICERIO PRAESIDI,

SACRIQUE AUDITORII ET CONSISTORII CONSILIARIO

BARNABAS BRISSONIUS S.



Era gratulatio, VIR CLARISSIME, æquiori longe animo atque sera consolatio excipi solet. Nam hæc quidem nisi in tempore, & in ipso molestiarum puncto articuloque adhibeatur, doloribus mederi non potest; qui cum longitudine temporis consenuerint, ad eos leniendos comparatam orationem qui tardius adferunt, aut curatoria vulneri remedia ferentes, ridiculos, aut ulcus commemoratione refricando, molestos se præbent. Argumento est scitum Augusti responsum, quo intempestivam Iliensium consolationem elusit: vice quoque mutua dolere se testatus, quod egregium civem Hectorem amisissent. Gratulationis vero quantumvis tardæ, alia causa est: quæ si delectationis minus, offensionis certe nunquam quicquam habet. Quorsum hæc, inquies? Nimirum ut serius hæc ad te perlata gratulatio tarditatis suæ vitium probabili aliqua excusationis specie deprecetur. Annus enim jam agitur, ex quo ejus, quæ tum recens tibi accesserat, dignitatis nomine gratulandi, nec voce modo, sed & scripto aliquo lætitiæ meæ declarandæ, ingens me cupido incessit. Atque illud quidem mihi cum universo populo, jure lætandum esse videbam, quod ea in te ornamenta collata essent, quæ virtus tua & industria, ingeniique præstantia suo quasi jure postulabant. Ipsaque adeo fori nostri subsellia idem mecum gestire videbantur: quæ eum ducem nacta essent, qui Herculis labores in forensi nostra ac togata militia adæquet. Nam quos ille in Augiæ stabulo perpurgando & Hydræ subinde renascentibus capitibus abscindendis exantlasse labores fertur, eosdem haud absimili in genere abs te in litibus ex omni malitiarum colluvione natis secandis, ac justo judicio dirimendis, perpetua & infracta animi contentione capi cottidie cernimus. Nec minora quam quæ illum exercuerunt monstra, tibi depugnanda populare nostræ Galliæ cacoethes objicit. Erat ergo communis hujus gaudii tibi testificandi non mediocris inflammatus ardor. Pungebant & me privati mei gaudii sensus, quod ad id honoris fastigium provectus is esset, cujus eximium & singulare erga me studium officiis plurimis perspexissem. Itaque cum primum positis armis, publice quies, & privatim mihi forensibus occupationibus festorum dierum beneficio otii vel tantillum contigit, cessandum non ultra ratus, quicquid & integri, & solidi & intercisi ac subsecivi temporis corradi potuit, id totum ad hoc opusculum contexendum, id est, ad officii debiti signi-

ficationem aliquam dandam contuli. Argumentum porro & materiam ſcribendi ex ipſa dierum, in quibus otiari mihi dabatur, ratione ſumpſi: nihil veritus ne me ſacra prophanis miſcere malevoli calumniarentur. Nam ſi divinarum ſibi atque humanarum rerum cognitionem Juriſprudentia vel ipſa teſte definitione vendicat, non video cur in alienas poſſeſſiones Juriſconſultus irruere, cum de rebus ſacris verba facit, dicatur. Poſſem ex vetuſtate memoria Labeonis Antiſtii, Attei Capitonis, aliorumque conſultorum exempla proferre, qui in divino jure explicando operam æque, atque in humano poſuere: ut quod illis in fictitia ſua & ementita religione licuit, idem nobis in vera noſtra, propter conjunctam utriuſque juris ſcientiam, citra injuriam denegari poſſe non videatur. Quod nec te improbaturum confido: eoque Commentationem hanc noſtram gratiorem tibi futuram ſpero, quod diebus ipſis, quibus elaborata eſt, accommodata, & e re nata ſuſcepta inſtitutaque fuerit. Plane ſi neque utilitate, nec venuſtate aut elegantia, at certe auctoris ſtudio, ac propenſa in laudes tuas voluntate, deditiſſimoque tibi animo libellus hic ſe tibi noſter ſatis commendabit. Vale. Pariſiis, Kalend Januar. MDLXIII.

L. DOMINICO,

DE

SPECTACULIS,

IN C. THEOD.



OMINICO, *qui ſeptimanæ totius primus eſt dies, & Natale, atque Epiphaniorum Chriſti, Paſchæ etiam & quinquageſimæ diebus, quamdiu cæleſtis lumen lavacri imitantia novam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur, quo tempore, & commemoratio Apoſtolicæ paſſionis totius Chriſtianitatis magiſtræ a cunctis jure celebratur, omni Theatrorum atque Circenſium voluptate per univerſas urbes earundem populis denegata, totæ Chriſtianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur. Si qui etiam nunc vel Judæi impietatis amentia, vel ſtolidæ paganitatis errore atque inſania detinentur, aliud eſſe ſupplicationum noverint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis exiſtimet in honorem Numinis noſtri veluti majore quadam Imperialis officii neceſſitate compelli, & niſi divina religione contempta ſpectaculis operam præſtat, ſubeundum forſitan ſibi noſtræ Serenitatis offenſam, ſi minus circa nos devotionis oſtenderit, quam ſolebat, nemo ambigat. Quod tunc maxime manſuetudini noſtræ ab humano genere defertur, cum virtutibus Dei omnipotentis ac meritis univerſis obſequium orbis impenditur. Dat. Kal. Feb. Conſtantinop. Theod.* XI. *& Valentiniano Cæſ. Conſs.*

BARNABÆ BRISSONII,

REGII CONSISTORII CONSILIARII, AMPLISSIMIQUE SENATUS PARISIENSIS PRÆSIDIS,

COMMENTARIUS AD L. DOMINICO, DE SPECTACULIS, IN C. THEOD. ET L. OMNES DIES, COD. DE FERIIS.



PERSTRINGUNTUR Conſtitutione hac præcipui Chriſtiani ritus feſti dies, ſumma ſemper, quantum ab ultima antiquitate repetere licet, obſervantia ac veneratione culti, & anniverſaria ſolennitate ab univerſis, quacunque ſe Eccleſia diffudit, celebrati: quemadmodum Origenes lib. VIII. *contra Celſum*, & B. Auguſtinus *epiſt.* CXVIII. *ad Januarium* teſtantur. In his primus *Dominicus dies* occurrit, qui ejuſmodi nomine a primis noſtræ religionis auctoribus donatus eſt, antiquata & abrogata ea appellatione qua Gentiles hunc diem ſignaverant. Conſtat quippe *Solis diem* a Paganis vocitatum. Id quod Tribonianus ad Valentiniani, Theodoſii & Arcadii Conſtitutionem quandam addidiſſe videtur, quæ in *l. omnes dies, C. de feriis*, refertur: ut ex ejus legis cum *l. 2. eod. tit. in Cod. Theodoſiano*, collocatione deprehendetur. Et hac prophana appellatione hunc diem nuncupant Impp. in *l. Omnes judices, C. de feriis, l. 1. eod. tit. in Cod. Theod. l. 2. de ſpectaculis, in eodem Cod.* Habemus etiam hujuſmodi appellationis teſtem non contemnendum Gregorium Turonenſem lib. III. *Hiſt. Francor.* cap. XIII. apud quem ita eſt: *Ecce dies Solis adeſt. Sic enim barbaries diem Dominicum vocitare conſueta eſt.* Maximus quoque Epiſcopus in ſermone *de Pentecoſte*, qui Ambroſii orationibus interſeritur, *Dominicum diem ab hominibus ſeculi Solis diem appellari* ſcribit. Sed ejus nominis piam magis & religioſam, quam veram atque rationi conſentaneam originem reddit. Solis enim diem inde dictam tradit, quod eam Sol juſtitiæ Chriſtus illuminet. Certiſſimum quippe eſt diebus nomina a ſeptem errantibus ſtellis (quas Græci *planetas* vocant) antiquitus indita fuiſſe. Quod etſi a Politiano *Miſcellan.* cap. VIII. jam ante me adnotatum eſt, non erit tamen inutile neque a propoſito alienum, omiſſis Dionis ex *lib.* XXXVII. & aliquot paucis ab illo congeſtis teſtimoniis, alios non minus aperte id ipſum teſtificantes veterum auctorum locos proferre. Quorum recenſendorum initium ab Auſonio faciam, cujus hi ſunt in *Eidylliis* verſus, p. 55. (ed. Varior.)

Nomina quæ ſeptem vertentibus apta diebus
Annus habet, totidem errantes fecere planetæ:
Quos indefeſſa volvens vertigine mundus
Signorum reliqua jubet in ſtatione vagari.
Primum ſupremumque diem radiatus habet Sol:
Proxima fraternæ ſuccedit Luna coronæ:
Tertius aſſequitur Titania lumina Mavors:
Mercurius quarti ſibi vindicat aſtra diei:
Inluſtrant quintam Jovis aurea ſidera zonam:
Sexta ſalutiferum ſequitur Venus alma parentem:
Cuncta ſupergrediens Saturni ſeptima lux eſt:
Octavum inſtaurat revolubilis orbita Solem.

Euſebius Emiſſenus homil. XI. *de Paſcha*: *Mortifera*, ait, *Idololatriæ conſuetudo in tantum homines occæcaverat, ut Solis, Lunæ, Martis, atque Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni, & diverſis elementorum ac dæmonum appellationibus dies vocitarent, & luci tenebrarum nomen imponerent.* Beda quoque in lib. *de Ratione temp.* cap. IV. *Hebdomada ſeptem diebus conſtat. Octavus autem dies idem primus eſt, ad quem reditur, eoque rurſus hebdomada orditur. His nomina a planetis Gentilitas indidit, habere ſe credentes a Sole ſpiritum, a Luna corpus, a Marte ſanguinem, a Mercurio ingenium & linguam, a Jove temperantiam, a Venere voluptatem, a Saturno tarditatem.* Idem in *Hymnis*:

Ordo planetarum variat ſeriem feriarum.
Quippe dies a diis placuit vocitare poetis.
Tertia Martis erat, Stilphontis quarta manebat.
Inde Jovi quintam tribuendo vocant Jovianam.
Sexta fuit Veneris, poſtrema Deum genitoris:
Has diis addebant, ſeque his conſtare putabant:
Juvit temperiem Jupiter Cyllenius artem.
Pneumate Sol, una Mars ſanguine, corpore Luna.
Vel dedit humorem, Venus ipſa libidinis ignem.

Nec non Iſidorus Hiſpalenſis lib. V. *Etymolog.* cap. XXX. *Dies*, ait, *dicti a diis, quorum nomina Romani quibuſdam ſideribus ſacraverunt. Primum enim diem a Sole appellaverunt, qui princeps eſt omnium ſiderum, ſicut & idem dies caput eſt cunctorum dierum. Secundum a Luna, quæ Soli & ſplendore & magnitudine proxima eſt, & ex eo mutuatur lumen. Tertium a ſtella Martis, quæ veſper vocatur. Quartum a ſtella Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintum a ſtella Jovis, quam Phaethontem ajunt. Sextum a Veneris ſtella, quam Luciferum adſerunt, quæ inter omnia ſidera plus lucis habet. Septimum a ſtella Saturni, quæ ſexto cælo locata triginta annis fer-*

tur explere cursum suum. Cujus Gentilium instituti eamdem ille cum Beda rationem reddit. Plane Solis & Saturni dierum Justinus Martyr *secunda pro Christianis* dicta *Apologia* meminit: Καὶ τῇ, inquit, τῇ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται. Id est, *Die qui Solis dicitur, omnium qui & in oppidis & qui ruri habitant in unum conventus fit*. Et paulo post: Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα, ἐπειδὴ πρώτη ἐστὶν ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην τρέψας κόσμον ἐποίησε· Καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἡμέτερος σωτὴρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐκ νεκρῶν ἀνέστη· τῇ γὰρ πρὸ τῆς Κρονικῆς ἐσταύρωσαν αὐτόν· καὶ τῇ μετὰ τὴν Κρονικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡλίου ἡμέρα, φανεὶς τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ μαθηταῖς ἐδίδαξε ταῦτα: Id est, *Solis autem die communes cœtus & concursus facimus: quandoquidem primus hic est dies, quo Deus caligine dispulsa orbem condidit. Et Jesus Christus servator noster eodem die a mortuis excitatus est. Nam eo die, qui Saturni diem antecedit, in crucem eum sustulerunt. Et eo die, qui Saturni diem sequitur, qui quidem Solis est dies, Apostolos suos & discipulos, quibus conspicuum se præbuit, hæc docuit*. Utriusque pariter diei Tertullianus *Apologet.* cap. XVI. meminit: *Æque*, inquiens, *si diem Solis lætitiæ indulgemus, alia longe ratione, quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi a Judaico more, quem ignorant*. Sed & Clemens Alexandrinus lib. VIII. *Stromat.* dierum Mercurii & Veneris mentionem facit, his verbis: Οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα, τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω· ἐπιφημίζονται γὰρ, ἡ μὲν, Ἑρμοῦ, ἡ δὲ, Ἀφροδίτης. Id est, *Novit ipse quartæ & sextæ feriæ jejunii abstrusos intellectus. Appellantur autem, illa quidem, dies Mercurii, hæc vero, dies Veneris*. Et lunæ hebdomadas, pro septimo quoque die lunæ, sunt qui interpretentur apud Gellium lib. XV. *Noct. Attic.* cap. XI. Sabbatum plane Judaicum *Saturni diem* appellat Dio, non modo *lib.* XXXVII. sed & *lib.* XLIX. quo Hierosolyma a Caio Sossio, Syriæ & Ciliciæ Præside, capta & expugnata, eo ipso religiosissimo eorum die narrat. Quem eumdem casum postea Vespasiano expugnatore passam eam civitatem Xiphilinus, qui Dionem in epitomen contraxit, ita scribit: Οὕτω μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα ἔτι καὶ νῦν Ἰουδαῖοι σέβουσιν, ἐξώλετο. Id est, *Hierosolymorum urbem expugnavit ipso Saturni, quem hodieque Judæi religiose colunt, die*. Quamquam Latinos auctores interdum *Sabbati* nomen in eo die designando usurpasse reperio. Seneca *lib.* XV. *epist.* XCV. *Accendere aliquem lucernas Sabbatis prohibeamus*. Suetonius in *Tiberio* cap. XXXII. *Diogenes Grammaticus disputare Sabbatis solitus*. Idem in *Augusto* cap. LXXVI. *Nec Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatis jejunium servavit, quam ego servavi hodie*. Ovid. lib. I. v. 219. *de Remedio amoris*:

> *Nec pluvias opta, nec te peregrina morentur*
> *Sabbata*.

Idem περιφραστικῶς eum diem sic expressit lib. I. *de Arte amandi*, v. 415.

> *Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis,*
> *Culta Palæstino septima festa viro*.

Juvenalis *Satyra* VI.

> *Observant ubi festa mero pede Sabbata reges*.

Meminit & Sabbati Justinus lib. XXXVI. *Epitomes*

A *Histor. Trogi Pompeii*. Cujus diei etymon (ut hoc obiter & per transennam admoneam) Lactantium, summum alioquin virum, ignorasse mirari satis non possum. Is enim lib. VII. *Instit. Divinar.* cap. XIV. *lingua Hebræorum hunc diem a numero septenario nomen accepisse* scribit: cum tamen vel mediocriter eruditis notum sit, a requie ita appellatum: quod post mundum sex dierum spatio consummatum, septimo die Dominus ab operibus suis requieverit. Nam ut Gregorius Nazianzenus in Oratione *de Pentecoste* scriptum reliquit, ἡ τοῦ σαββάτου προσηγορία κατάπαυσιν Ἑβραϊκῶς σημαίνει.

B Cujus originis locupletiorem Josepho testem citare non possem, qui lib. I. *Antiq. Judaicar.* cap. XI. ita scribit: Καὶ τὸν κόσμον ἐν ἓξ ταῖς πάσαις ἡμέραις Μωϋσῆς καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησὶ γενέσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι, καὶ λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐκεχειρίαν, ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων κατὰ ταύτην ἄγομεν τὴν ἡμέραν προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα, δηλοῖ δ' ἀνάπαυσιν κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. Quod & ante eum a Philone proditum erat in lib. περὶ τῶν Χερουβὶμ, his verbis: Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ σάββατον, ἑρμηνεύεται δ' ἀνάπαυσις, Θεοῦ φησὶν εἶναι Μωϋσῆς. Licet alias passim planioris intelligentiæ causa Sabbatum

C ἱερὰν ἑβδόμην vocat. Idque nec inferioris classis auctores latuit. Est enim a Zonara vera nominis hujus origo tradita, Tomo I. *Annalium*, ut & a Suida in verbo σάββατον, & Isidoro lib. *Etymologiar.* VI cap. XVIII. quorum verba referre nihil attinet. Sed ut Lactantii ignorantia excusatione nulla defendi potest, ita Plutarcho, qui propter eum, quem sibi rerum Judaicarum ignoratione finxerat, errorem ridiculam aliam & absurdam Sabbati notationem commentus est, facilius venia ab æquis judicibus tribuetur. Quis enim, nisi plane iniquus, a gentili & pagano homine exactam sacræ historiæ

D cognitionem desideret? Sic autem de Sabbati etymo ille lib. IV. *Symposiacor.* cap. ult. ratiocinatur, quasi ad Bacchi cultum hujus festivitatis ratio revocanda sit. Ait enim: Οἶμαι δὲ καὶ τὴν τῶν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι· σαββάτους γὰρ νῦν ὅτι πολλοὶ τοὺς Βάκχους καλοῦσι, καὶ ταύτην ἀφιᾶσι τὴν φωνὴν ὅταν ὀργιάζωσι τῷ Θεῷ. At Censorinus Judaicam hujus diei observationem mysticæ septenarii numeri observationi tribuisse videtur lib. *de Die natali* cap. XII. cum ita scribit: *Alter autem ille partus, qui major est, majore numero continetur: septenario scilicet, quo rota humana finitur, & ut Solon scribit, & Judæi in dierum omnium*

E *numeris sequuntur: & Hetruscorum rituales libri videntur indicare*. Prophani porro Scriptores fabulosa multa & a veritate aliena de Judaici populi origine, vita, majoribus, religioneque excogitarunt. Quale est, quod ab Ida monte extenso Barbarorum more vocabulo Judæos dictos Cornelius Tacitus lib. XVI. *Historiæ Augustæ* (l. v. *Hist.* cap. II.) scribit; quem tamen librum (ut hoc strictim attingam) pro quinto ejus auctoris libro citat Tertullianus cap. XVI. *Apologet.* Unde colligi potest aliter apud Antiquos ejus auctoris libros dispositos ac digestos fuisse, quam uti nunc leguntur; aut certe

F μνημονικῷ ἁμαρτήματι, quo nonnunquam peritissimi quique lapsi sunt, Tertullianum in numero librorum falsum. Extitisse etiam quosdam, qui *Hierosolymorum* urbem ἀπὸ τοῦ ἱερὰ συλᾶν nomen invenisse crederent, Josephus lib. I. *Antiq. Judaic.* adversus Appionem auctor est, ubi & multa a fide historiæ abhorrentia de Judæis ex Græcorum commentis prodita docet: quorum totam historiam valde Romanis incognitam fuisse, facile intelliget qui cum Moysis libris Justini *librum* XXXVI. Strabonis XVI. & Dion. XXXVII. contulerit. De Judæis plane & eorum Sabbato operæ pretium fuerit Rutilii Claudii versus ex *Itinerarii* lib. I. subjungere

ex quibus, quid ille de eorum religione senserit, liquido patet, vers. 383.

Namque loci curam querulus Judæus agebat,
Humanis animal dissociale cibis.
Vexatos frutices, pulsatas imputat algas,
Damnaque libatæ grandia clamat aquæ.
Reddimus obscœnæ convicia debita genti,
Quæ genitale caput propudiosa metit.
Radix stultitiæ, cui frigida Sabbata cordi:
Sed cor frigidius religione sua est.
Septima quæque dies turpi damnata veterno
Tanquam lassati mollis imago Dei.
Cetera mendacis deliramenta catastæ,
Nec pueros omnes credere posse reor.
Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset
Pompeii bellis, imperioque Titi.
Latius excisæ pestis contagia serpunt,
Victoresque suos natio victa premit.

Verum ille auctor non Judaicæ modo religioni, sed & cultui nostro infestus fuisse videtur. In Monachorum enim secessum, & paupertatis spontaneum studium ita ludit *eodem libro*, vers. 439.

Processu pelagi jam se Capraria tollit.
Squallet lucifugis insula plena viris.
Ipsi se Monachos Graio cognomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.
Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur.
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?
Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt factorum ergastula pœnas,
Tristia seu nigro viscera felle tument.
Sic nimiæ bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophonteis sollicitudinibus.
Nam juveni offenso sævi post tela doloris
Dicitur humanum displicuisse genus.

Sed ad propositum tandem aliquando redeamus. Dierum supra relatas Gentiliumque communi sermone usurpatas appellationes Christianæ fidei assertores abolere, earumque loco alias religioni nostræ magis convenientes substituere conati sunt. Solis certe diem *dominicum* vocarunt: Cujus appellationis origo si a capite arcessenda sit, quos potius quam Apostolos ipsos auctores laudare debeam non video. Etenim *Apocalyp.* cap. I. vers. 10. hæc verba leguntur: ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ. Reliquos vero dies *feriarum* nomine nuncuparunt, discretis ac distinctis pro numeri ordine earum appellationibus. Unde Beda in *Hymnis*:

Nostro more dies feriæ sunt nomen habentes.

Et post:

Sed primam, quartam feriam, sextamque vocantes,
Sabbat. [illegible] lege vocamen:
Mercurii Venerisque dies hos prisca vocabat
Ætas falsorum venerans portenta deorum.
Saturnique, patrem quem credidit esse Deorum.

Harum vero appellationem Silvestrum Pontificem auctorem Beda ciet. Quod ut in dubium vocare omnino non ausim, ita compertum habeo, τῆς τετράδος, πέμπτης, καὶ ἕκτης, καὶ παρασκευῆς nominibus, in hebdomadæ diebus exprimendis usos eos qui Silvestrum longo intervallo antecesserunt. Sic Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Episcopus, in *Epistola ad Philipp.* quartam feriam τετράδα, sextam autem παρασκευὴν nominat. Auctor etiam lib. *Responsionum ad Orthodoxos*: ἐρωτήσεως ἐπιλύσεις, inquit, τῇ μὲν τετράδι ἀλλὰ καὶ τῇ παρασκευῇ παραδέδοσθαι τὸν Χριστόν. Et Clemens Alexandrinus, quem constat Severi & Antonini filii ejus temporibus floruisse, quem vulgo diem Mercurii τετράδα, quem Veneris ἡμέραν παρασκευῆς, lib. VII. *Strom.* vocat. *Parasceves* quoque vocabulo in die Veneris significanda usus est Tertull. lib. IV. *adversus Marcionem*. Permansisse vero & ad posteros eorum easdem appellationes manasse, nunc ostendam. Socrates namque lib. *Hist. Ecclesiast.* VII. cap. XXI de Theodosio Juniore: Καρτερὸς δὲ οὕτως ἦν ὡς καὶ κρυοὺς καὶ καύματα γενναίως ὑπομένειν· νηστεύειν τε πολλὰ καὶ μάλιστα τὰς τετράδας, καὶ τὰς παρασκευὰς ἡμέρας· Quam postremam clausulam Cassiodorus lib. XI. *Hist. Tripartitæ* cap. XVII. ita reddidit: *Plerunque jejunabat, & maxime quarta feria & sexta, studio Christianitatis.* Idem Socrates *lib. V. cap. XXII.* Αὖθις δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ τετράδι, καὶ τῇ λεγομένῃ παρασκευῇ, γραφαί τε ἀναγινώσκονται, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταύτας ἑρμηνεύουσι. Et qui vulgo *dies Jovis*, ἡμέρα πέμπτη ab eodem appellatur *lib.* VII. cap. XI. παρασκευῆς quoque, & μιᾶς σαββάτων vocabula usurpavit Sozomenus lib. VII. *Histor. Eccles.* cap. XIX. Beatus vero Augustinus, Jovis diem, *quintam sabbati* appellat *epistola* CXVIII. *ad Januarium*: quo modo & B. Hieronymus *diem* vulgo *Martis* dictam, *tertiam Sabbati* nominat, in *Epitaphio Paulæ matris* ad finem. Eademque loquendi figura Eusebius l. VIII. *Hist. Ecclesiast.* secundum quorundam editionem, ἡμέραν τετράδα τῶν σαββάτων dicit. *Sabbati* plane nomen ex Judæorum lingua retentum est, Saturnoque desiit dies hic adscribi, & ita cum Ambrosio lib. IV. *de Sacramentis* cap. ult. reliquos omnes loqui invenias. Verum ut ad Dominicum diem redeamus, qui nobis totius diverticuli ansam præbuit, non dubium est quin is peculiari hac *Dominici diei* nomine designatus sit, quod in eo Dominus Salvator Jesus Christus a mortuis excitatus sit. Quapropter Ignatius ad hujus diei cultum Magnesianos excitans, eo illum ornat elogio, ut subjiciendum id nobis videatur, sed Latinis potius ex vulgari translatione, in qua quid [illegible] non habeo, sumptis, quam Græcis verbis, quo lectoribus peræque omnibus consulatur. *Dominicum*, ait, *diem omnis Christi amans festum celebret, diem resurrectionis, Regalem, omnium dierum supremum, quem exspectans propheta, dicebat: In finem pro octava in quo & vita nostra exorta est, & mortis in Christo victoria facta.* Eum quoque diem ἁγίαν κυριακὴν vocat Dionysius, Corinthi Episcopus, apud Euseb. lib IV. *Histor. Ecclesiast.* cap. XXVII. Plane Justinus Martyr cultus, qui huic diei impenditur, duplicem rationem reddit, ad finem *Apologiæ pro Christianis secundæ*, quod nimirum eo die tenebris discussis, lux in orbem recens conditum diffusa sit: & quod eodem Christus resurrexerit. Ebionæos etiam, licet Judaicæ legi in plerisque adhærentes, Christianis tamen consensisse in Dominicorum dierum observantia, Eusebius lib. III. *Hist. Eccl.* c. XXVII scribit, εἰς μνήμην (ut ille loquitur) τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως. Beatus quoque Augustinus in *epist.* CXIX. *ad Januarium*, & in lib. II. *de Peccato Originali*, contra Pelagium, *diem in hebdomadarum recursibus octavum resurrectione Domini declaratum esse, & ex illo cœpisse habere festivitatem suam* tradit. Necnon Maximus Episcopus sermone de *Pentecoste*, qui inter Ambrosianos Sermones est sexagesimus primus: *Dominica*, ait, *nobis ideo venerabilis & solemnis est, quia in ea Salvator velut sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit.* Eadem Isidorus lib. VI. *Etymolog.* cap. XVIII. & lib. I. *de Ecclesiasticis Officiis*, cap. XXIV. Augustini ex *epist. ad Januarium* a me jam prolatis

ver-

prolatis verbis tradit. In fidem vero & indicium resurrectionis Dominicæ stantes, atque erecto ad cælum vultu, non pronos & in genua procidentes, eo die majores nostros orasse mihi compertum est. Docet hoc, eaque, quam dixit, ratione institutum tradit Justinus Martyr in lib. *Responsionum ad Orthodoxos*, cap. CXV. Atque adeo nefas habitum *eo die de geniculis adorare*, Tertullianus in lib. *de Corona militis* prodidit. Idem suis temporibus observatum B. Hieronymus *adversus Luciferianos*, & B. Augustinus, *epist.* CXIX. *ad Januarium*, & Isidor. lib. I. *de Eccles. Offic.* cap. XXXIII. contestantur. Maximus quoque Taurinensis (ni B fallor) Episcopus in eo sermone *de Pentecoste*, ex quo jam ante testimonium protuli: *Dominicis diebus non ad exorandum Deum genibus succidisse Christianos, sed erectos & feriatos resurrectionem Domini celebrasse*, diserte scribit. Nec non Rabanus Maurus, qui abhinc octingentis annis vixit, lib. II. *de Instit. Cleric.* cap. XLII. *Unde etiam*, ait, *in Dominico die stantes oramus, quod est signum futuræ Resurrectionis*. In urbem sane eo die ex agris frequentem populum Justini temporibus precum causa convenisse, & ab omni opere quievisse, ex ejus Apologeticis orationibus patet. Ac eo quoque die jejunium vel ab ipsis nascentis Ecclesiæ exordiis est inhibitum, utpote *tristitiam omnem læt.* C *ejus diei festivitate respuente*, quemadmodum Tertullianus in lib. *de Corona militis* tradit. Quare & sexagesimo quarto capite *Canonum*, qui *Apostolici* vocantur, Clericis sub depositionis pœna Dominico die jejunare interdicitur. Itaque cum institu ta ab Ecclesia jejunia Eustathius Sebastensis Episcopus reprobaret, novaque induceret, Gangrensi Concilio dogma in hanc sententiam proditum est: *Si quis tanquam hoc continentiæ convenire indicans, aut in ejus diei contemptum, die Dominico jejunaverit, anathema esto*. Quod decretum ex ejus Concilii *capite* XVIII. Gratianus transscripsit in D *Can. Si quis tanquam*, *distinct.* X. Manichæos etiam ob istius diei jejunia jure damnatos pronunciat Ambrosius *Epist.* lib. X. *epist.* LXXXIII. Jam ut ad politicas sanctiones descendamus, exstant de cultu huic diei impendendo duæ Constitutiones: Ambæ Constantini ad Helpidium, eodem quidem anno, nimirum Crispo II. & Constantino Coss. propositæ: ceterum diversis mensibus. Prior Nonis Martii; posterior V. Non. Julii. Illa quidem relata est in *l. Omnes*, *C. de feriis*, in hæc verba: *Omnes Judices, urbanæque plebes, & cunctarum artium officia, venerabili die Solis quiescant. Ruri* E *tamen positi agrorum culturæ libere licenterque inserviant; quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur: ne occasione momenti pereat commoditas cælesti provisione concessa*. Posterior vero ejus Imperatoris Constitutio habetur in *l.* I. *de feriis*, in Cod. Theod. his verbis: *Sicut indignissimum videbatur diem Solis venerationis suæ celebrem, altercantibus jurgiis & noxiis partium contentionibus occupari; ita gratum & jocundum est eo die quæ sint maxime votiva compleri. Atque ideo emancipandi & manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, & super his rebus acta non prohibeantur*. Quibus conjungenda sunt F quæ de eo Imperatore Eusebius lib. *de Vita ipsius* IV. scribit: cujus verba, uti sunt a Musculo Latine reddita, paucis dumtaxat mutatis, in quibus auctoris mentem non satis expressit, subjiciam: *Omnes*, ait, *Imperio populi Romani subditos diebus Servatori nuncupatis feriari præcipiebat. Similiter ut & eas, quæ sunt Sabbati, venerarentur, propter memoriam (ut mihi videtur) eorum quæ in illis a communi Servatore gesta memorantur. Salutarem quidem diem, quam lucis & Solis agnominem*

A *esse contingit, a militaribus viris studiose coli docens, illis quidem, qui divinæ fuerant fidei facti participes, Ecclesiam Dei libere ac sedulo frequentandi, ut & preces absque ullo impedimento facerent, otium ac copiam dedit. Aliis vero, qui nondum divinam fuerant consecuti doctrinam, secundaria lege mandavit, ut Dominicis diebus in suburbiis in nudum ac purum campum meditatam precem ex uno symbolo cuncti simul Deo destinarent*. Sed & Præsidibus provinciarum legem de ejus diei observatione ab eo dictatam esse postea scribit. Ceterum Constantini ductus exemplo Theodosius, emancipandi quoque ac manumittendi diebus Dominicis licentiam, ceteris causis vel litibus quiescentibus, tribuit: ut ex *l.* 2. *Cod. de feriis* apparet. Sed hanc diei venerationem negligi aut intermitti (ut credibile est) Leo Imperator cernens, prædecessorum suorum vestigiis insistens, hunc quoque diem feriatum esse & ab omni legis actione liberum Constitutione sua sanxit. Sic enim in libello, qui Collectanea quædam ex Ecclesiastica Theodori Hist. continet, scriptum est: *Λέων νομοθετήσας τὴν κυριακὴν παρὰ πᾶσιν ἀργεῖσθαι, ἄπρακτόν τε εἶναι ὡς σεβασμίαν*. Quod ab eo Imperatore constitutum esse Nicephorus quoque lib. XV. *Hist. Ecclesiast.* c. XX. refert. Eaque est (nisi me animus fallit) Leonis Constitutio, quæ in *l. ult. Cod. de feriis* memoratur his verbis: *Dominicum diem ita semper honorabilem decernimus, & venerandum, ut cunctis excusetur, nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fidejussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat. Sit ille dies a cognitione alienus; præconis horrida vox silescat, respirent a controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum. Ad sese simul veniant adversarii*, & quæ sequuntur. Nec vero minorem huic diei reverentiam exhibendam Clotharius & Theodoricus reges censuere, qui eo in totum ab operibus rusticis subditos suos abstinere voluerunt. Alemannorum namque legibus, ut ex earum *tit.* XXXIX. patet, Clotharius in hunc modum cavit: *Die Dominico nemo opera servilia præsumat facere, quia hoc Lex prohibuit & Sacra Scriptura in omnibus contradicit. Si quis servus in hoc vitio inventus fuerit, vapulet fustibus: liber autem corripiatur usque ad tertiam vicem. Si autem post tertiam correptionem in hoc vitio inventus fuerit, & Deo vacare die Dominico neglexerit, & opera servilia fecerit, tunc tertiam partem de hereditate perdat. Si autem super hæc inventus fuerit, ut diei Dominico honorem non impendat, & opera servilia fecerit, tunc coactus, & convictus coram Comite, ubi tunc Dux ordinaverit, in servitium tradatur, & quia noluit Deo vacare, in sempiternum servus permaneat*. Baioariis vero Theodoricus ita edixit: *Si quis die Dominico operam servilem fecerit, liber homo, id est, si bovem junxerit, & cum curru ambulaverit, dextrum bovem perdat. Si autem siccaverit fœnum, vel collegerit, aut messem siccaverit, aut collegerit, vel aliquod opus servile fecerit die Dominico, corripiatur semel vel bis, & si non emendaverit, rumpatur dorsum ejus* L. *percussionibus*, & cætera. In vetusta etiam quadam manuscripta Canonum Ecclesiasticorum a majoribus nostris proditorum Rhapsodia, caput de hac re offendi, quod ita habet: *Inter cætera admonitionis nostræ officia satis illud nobis necessarium visum est, ut populis fidelibus terribiliter denuncietur, ut diem Dominicum, in quo auctor vitæ resurrexit a mortuis, honorabiliter colant. Nam si Pagani ob memoriam & reverentiam Deorum suorum dies colere, & Judæi more carnali Sabbatum carnaliter observare satagunt, quanto magis Christianæ religionis devotio ob memoriam Dominicæ resurrectionis eundem diem venerabiliter atque honorabiliter colere debet?* Sed & Matisco-

nensis Synodi secundæ, *cap.* I. de hoc die observando, ita Patres caverunt: *Custodite diem Dominicam, quæ nos denuo peperit & a peccatis omnibus liberavit. Nullus vestrum litium fomitibus vacet, nullus ex vobis causarum actiones exerceat, nemo sibi talem necessitatem exhibeat, quæ jugum cervicibus juvencorum imponere cogat. Estote omnes in hymnis & laudibus Dei animo corporeque intenti. Si quis vestrum proximam habet Ecclesiam, properet ad eandem, & ibi Dominica die semetipsum precibus lachrymisque afficiat. Sint oculi manusque vestræ toto illo die ad Deum expansæ: Ipse est enim dies requietionis perpetuus, ipse nobis per septimi diei umbram insinuatus & figuratus in Lege & Prophetis. Justum enim est, ut hanc diem unanimiter celebremus, per quam facti sumus quod non fuimus. Fuimus enim ante servi peccati, sed per hanc facti sumus filii justitiæ. Exhibeamus Domino liberam servitutem, cujus nos noverimus pietate ab ergastulis liberatos erroris: non quia Dominus noster a nobis expetit, ut corporali abstinentia diem Dominicam celebremus, sed quærit obedientiam, per quam nos calcatis terrenis actibus, ad cælum usque misericorditer provehat. Si quis itaque vestrum hanc salubrem exhortationem parvi penderit, aut contemptui tradiderit, sciat se pro qualitate meriti principaliter a Deo puniri, & deinceps sacerdotali quoque iræ implacabiliter subjacere. Si causidicus fuerit, irreparabiliter causam amittet; si rusticus aut servus, gravioribus fustium ictibus verberabitur; si clericus aut monachus, mensibus sex a consortio suspendetur fratrum. Hæc namque omnia, & placabilem erga nos Dei animum reddunt, & plagas morborum, & sterilitatem amovent, atque repellunt.* Gregorius Turonensis lib. x. *Histor.* cap. XXIX. *Sanctus*, ait, *hic dies est qui in principio lucem conditam primus vidit, ac Dominicæ resurrectionis testis factus emicuit. Ideoque omni fide observari debet, ne fiat in eo omne opus publicum.* Quibus consentanea Beda, in libello *de Ordinatione feriarum Paschalium*, per Theophilum Episcopum Cæsariensem ac reliquorum Episcoporum Synodum facta, tradit his verbis. *Quem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi Dominicum diem? Theophilus Episcopus dixit: Probate quod dicitis. Responderunt Episcopi: Secundum Scripturæ auctoritatem factum est vespere & mane dies primus; deinde, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, in quo septimo requievit Deus ab omnibus operibus suis, quem diem sabbatum appellavit. Ergo cum novissimum diem signet sabbatum, quis potest esse primus nisi Dominicus dies? Eidemque hunc diem multis benedictionibus a Deo sanctificatum Episcopi probant. Nam & in ipso tenebras remotas lucemque apparuisse, & eo die de terra Ægypti, velut de tenebris peccatorum quasi per fontem baptismi per mare rubrum Israeliticum populum liberatum, eodem die cælestem cibum manna hominibus datum: Primum quoque hunc Dominicum non secundo die observari Mosen ad populum mandasse, ac postremo eo die resurgere a mortuis Dominum [illegible] esse, ideoque hunc tot ac tantis benedictionibus sanctificatum [illegible] precatos esse mirum nemini videri debet, qui nobis & lucis & vitæ æternæ principia [illegible].* Quæ etiam compendiose Isidor. lib. *de Ecclesf. Offic.* I. cap. XXIV. & ab eo mutuatus Rabanus Maurus lib. *de Institut. Clericorum* XI. cap. XLII. ita perstringit: *Apparet autem hunc diem etiam in Scripturis sanctis esse solemnem. Ipse enim est dies primus sæculi: in ipso formata sunt Elementa mundi: in ipso creati sunt Angeli, in ipso quoque a mortuis resurrexit Christus: in ipso Spiritus Sanctus super Apostolos descendit: Manna eo die in eremo primum de cælo datum est.*

Sed ad Imperatores nostros revertamur. Ajunt illi: ATQUE NATALI.)

Hunc diem inter religiosissimis numerarunt & meliore lapillo notarunt prisci nostræ religionis antistites. B. Chrysostomus in Oratione *de B. Philogonio*: *Appetit enim festum omnium festorum maxime venerandum atque horrendum: quod si quis appellet omnium festorum metropolim, haud quaquam aberret: quod autem hoc est? Christi juxta carnem nativitas. Ab hoc enim illustratio Dei, festum videlicet Epiphaniorum ac sacrum Pascha, Ascensio & Pentecoste originem ac fundamentum ducunt: nisi enim secundum carnem natus esset Christus, nequaquam baptizatus esset: nam id est festum Theophaniorum: neque tum crucifixus fuisset; nam hoc est festum Paschæ: neque tum misisset Spiritum Sanctum, quod est festum Pentecostes. Itaque ab hoc, ceu fonte quodam hi diversi amnes orti. Nota sunt nobis hæc festa, verum non ob hoc tantum par est hunc diem cæteris anteponi, sed etiam ob id quod id, quod in hoc natum est, cæteris omnibus est venerabilius.* B. Ambrosius *Serm.* XVI. *Bene quodammodo sanctum hunc diem natalis Domini Solem novum vulgus appellat, & tanta sui auctoritate id confirmat, ut Judæi etiam atque Gentiles in hac voce consentiant. Quod libenter nobis complectendum est, quia oriente Salvatore non solum humani generis salus, sed etiam Solis ipsius claritas innovatur.* Possent & alia præclara hujus diei encomia ex veterum Theologorum scriptis proferri, sed superiora duo sufficere mihi visa sunt. Itaque mirum non est hunc diem inter feriatos & a judiciaria contentione strepituque forensi vacuos ab Impp. statui in *lib.* II. & *l. Omnes dies*, *Cod. de fer.*

Sequitur, ATQUE EPIPHANIORUM CHRISTI.) Est hic quoque dies ex eorum numero, quos publica religio jam olim consecravit. Ammian. Marcell. *lib.* XXI. *cap.* II. in fine: *Et ut hæc*, ait, *interim celarentur, feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphania dictitant, progressus in eorum Ecclesiam, solenniter numine adorato discessit.* Ob Christi autem numen manifestatum celebritatem hanc institutam, ipsa nominis origo satis declarat. Verum qua in re aut primum aut potissimum se Christi potentia patefecerit, quæque ejus apparitio huic celebritati locum dederit, non satis video inter antiquos convenire. Ambrosius enim *de die sancto Epiphaniæ* Serm. XXI. *Plerosque*, ait, *in Epiphaniæ die hactenus a Domino memorabilia facta esse commemorare scribit, ut rogatus ad nuptias aquæ substantiam in vini speciem commutarit, ac liquorem fontium in meliorem usum sui benedictione transtulerit: quo mirabili signo divinitatis suæ primum ille virtutem declaraverit. Nonnulli vero in ea die, a Joanne eum baptizatum in Jordane tradunt: Ejusque baptismi memoriam hac Epiphaniæ celebritate consignatam.* Idem *Serm.* XXII. utramque opinionem refert, & conciliare nititur, quasi aliud de alio signum contineatur. *Nam & cum baptizatus est Dominus*, inquit, *& mysterium lavacri instituit, & humanum genus velut vilem aquam in æternam substantiam divinitatis sapore convertit. Similiter & cum hydrias plenas liquore fontium vertit in vinum, utrumque operatus est: & speciem magis necessariam nuptiis præstitit, & demonstravit corpora hominum per lavacrum Sancti Spiritus esse replenda substantia.* Idem *Sermon.* XVIII. ordine factum docet, ut post Natalem Domini confestim festivitas hæc sequeretur. Idque ita rationem exegisse, ut post ejus diei quo natus est commemorationem alterius diei quo renatus est, quoque eum Pater colendum Gentibus manifestavit,

commemoratio consequenter subjungeretur. Clarius vero & crassiori (quod ajunt) Minerva hoc exponit Maximus Episcopus in *Sermone quodam* Ambrosianis Sermonibus interserto: *Epiphaniæ*, ait, *bodie procuramus gaudia. Quærat aliquis quid interpretetur hoc verbum, scilicet quia* ἐπιφαίνειν *Græce, Latine dicitur apparere: Ergo quia tunc primum apparuit Salvator in mundo, ipsa dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est. Quomodo autem apparuerit, requiramus, non quod in mundo ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit; sed quod tunc primum signis atque miraculis credentium cordibus Deus Christus illuxerit, & in tenebrosas conscientias hominum fidei splendor advenerit. Signum autem quod operatus fuit, ut divinitatem suam hominibus declararet, & humanis manibus tanquam novus & inopinatus appareret, fuisse aquæ in vinum mutationem tradit.* At Greg. Nazianz. ad baptismi Christi recordationem festivitatem hanc referendam censebat, ut ex ejus oratione, quæ εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶ Ἐπιφανιῶν inscribitur, perspicue colligimus. Unde Leo *epist.* LXII. *ad Episcopos per Siciliam constitutos*, quosdam existimasse scribit *Epiphaniæ festivitatem idcirco privilegium habere baptismatis debuisse, quod in eadem die Dominus ad baptismum Joannis accessisset.* Quam tamen sententiam improbat, illius baptismi aliam fuisse gratiam dicens, nec ad eandem pertinuisse virtutem. Isidorus vero lib. I. *de Ecclesiast. Offic.* cap. XXVI. tribus ex caussis solennitatem hanc *Epiphaniorum* nomen invenisse scribit: sive, quia tunc in baptismo suo Christus populis ostensus fuerit; sive quod eo die sideris ortu Magis sit proditus; sive quod primo signo per aquam vino facto, multis sit manifestatus. Quam triplicem hujus festivitatis rationem Pontius Paulinus his versibus conclusit, lib. *de natali Felicis* IX.

Ut veneranda dies cunctis, qua virgine natus
Pro cunctis hominem sumpsit Deus, utque deinde
Qua puerum stella duce mystica dona ferentes
Dupliciter videre Magi; seu qua magis illum
Jordanis trepidans lavit tingente Joanne,
Sacrantem cunctas recreandis gentibus undas.
Sive dies eadem magis illo sit sacra signo
Quo primum Deus egit opus, cum flumine verso
Permutavit aquas prædulcis nectare vini.

Isidorus porro ibidem, ex Cassiano adjicit, apud Græcos nativitatem Domini & Epiphaniorum solennitatem non bifarie, ut in occiduis provinciis, sed unius diei festivitate celebratam. Quibus addenda sunt quæ idem Auctor lib. VI. *Etymolog.* cap. XVIII. scribit. Epiphaniorum utique diem sine strepitu judiciali forensique contentione observari Imp. Theod. præcipit in *l.2 Cod. de feriis.* Rursusque eum diem feriatum esse habendum Impp. Valentin. Theod. & Arcad. Constitutio edicit, quæ in *l. Omnes dies. Cod. eodem tit.* refertur.

Sequitur, PASCHÆ ETIAM.)

Omnium Christianæ religionis celeberrimum augustissimumque habitum ab antiquis Paschalem diem observavi: quem illi præcipua quadam veneratione in memoriam Dominicæ resurrectionis semper sunt prosecuti. Beatus quidem certe Chrysostomus homilia VII. *De Resurrectione Domini*: *Licet*, ait, *omnes solennitates quæ in Ecclesiis pro Dei bonore celebrantur, sanctæ sint atque venerabiles, tamen bodierna dominicæ resurrectionis dies præcipuam quandam ac peculiarem festivitatem babet.* Greg. Nazianzenus in *Serm.* de hac festivitate: Αὕτη, inquit, ἑορτῶν ἡμῖν ἑορτὴ καὶ πανήγυρις πανηγυρέων τοσοῦτον ὑπεραίρουσα πάσας οὐ τὰς ἀνθρωπίνας μόνον, καὶ χαμαὶ ἐρχομένας, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰς αὐτοῦ Χρι-στοῦ καὶ ἐπ' αὐτῷ τελουμένας, ὅσον ἀστέρας ἥλιος. Inter cætera vero festivitatis hujus solennia, noctem ejus pervigilio transmitti consuevisse, sciendum est. Tertullianus in l. II. *ad Uxorem*: *Quis*, ait, (de gentili marito loquitur) *nocturnis convocationibus, si ita oportuerit a latere suo eximi libenter feret? Quis denique solennibus Paschæ abnoctantem securus sustinebit?* Quod & Eusebius *Hist. Ecclesiast.* lib. VI. c. XX. aperte indicat, de Narcisso agens: Κατὰ τὴν μεγάλην, inquit, ποτὲ τοῦ πάσχα διανυκτερεύσιν, τοὔλαιον φασὶ τοῖς διακόνοις ἀπολιπεῖν. Id est, ut Rufinus vertit: *Accidit aliquando in die solenni vigiliarum Paschæ oleum deesse luminaribus.* Idem ejusdem *lib. cap.* XXXIV. de Philip. Imp. Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι. Quæ verba ita Rufinus vertit: *De hoc traditum nobis est quod Christianus fuerit, & in die Paschæ, id est, in ipsis vigiliis, cum interesse noluisset & communicare mysteriis* (sic enim legendum est) *ab episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret.* De hoc etiam pervigilio accipienda sunt hæc ejusdem Eusebii verba: καὶ τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς παννυχίδας, quæ lib. III. *Hist.* leguntur. Lactantius l. VII. *Instit. Divin.* cap. XIX. *Et hæc est nox quæ a nobis propter adventum Regis ac Dei nostri pervigilio celebratur. Cujus noctis duplex ratio est, & quod in ea vitam tum recepit, cum passus est: & postea orbis terræ regnum recepturus est.* Quæ verba ex eo nonnullis additis Isidor. lib. VI. *Etymolog.* capite XVII. transscripsisse videtur. Huc pertinet quod de nocte diem festum Paschæ præcedente luminibus & flammis coruscante, Gregor. Nazianzenus in Serm. *de Pascha* ita scribit: Καλὴ μὲν οὖν ἡ χθὲς ἡμῖν λαμπροφορία καὶ φωταγωγία, ἣν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ συνεστησάμεθα. πᾶν γένος ἀνθρώπων μικροῦ καὶ ἀξία πᾶσα δαψιλεῖ τῷ πυρὶ τὴν νύκτα καταφωτίζοντες, καὶ τοῦ μεγάλου φωτὸς ἀντίτυπος. Idem in *Oratione funebri in patrem*, noctem quoque eam Paschalem vigiliis transactam, & luminum splendore illustratam, ostendit his verbis: Ὁ καιρὸς ἦν τὸ ἅγιον πάσχα καὶ περιβόητον, ἡ βασίλισσα τῶν ἡμερῶν ἡμέρα, καὶ ἡ λαμπρὰ νὺξ λύουσα τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας, καθ' ἣν ἡμεῖς ὑπὸ πλουσίῳ φωτὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν αὐτῶν ἑορτάζομεν. Gregorius quoque Nyssenus in oratione *de Festo Paschæ* hoc idem perspicue comprobat, cujus verba, si Latine quam Græce loquentem audire quis malit, sunt ejusmodi: *Quod oculis cernitur lumen, nocte nobis per lampadas in nube ignis præferebatur. Sermo autem per totam noctem aures nostras circumsonans in Psalmis, hymnis, cantionibusque spiritualibus, tanquam flumen quoddam gaudii per aures in omnium influens: nos optima spe replevit. Quoniam hæc igitur lucida nox commixta lampadum luminibus cum matutinis radiis Solis, unum continuum nullarum interpositione tenebrarum diremptum diem effecit*, &c. De hac etiam Paschali nocte versus Ausonii proferam, quibus Christum sic affatur:

Ad temet properant vigilatu convenientes.
Non lucem revehet funalibus anteferendam:
Nox lumen pariens credentibus indubitatum:
Nox flammis operum meditatrix syderiorum.

Socrates quoque *Hist. Ecclesiast.* l. VII. c. V. cum de Sabbato tractat, magnam ad eum confluxisse in festo Paschæ multitudinem τὴν κατὰ ἦθος παννυχίδα ποιούντων narrat. De hac autem nocte Matisconensis secundi Concilii *Canon primus* accipiendus est, in quo ita est: *Noctem quoque ipsam, quæ nos supernæ & luci inaccessibili reddidit, spiritualibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea, quemadmodum*

dormitant, qui nomine duntaxat Christiani esse noscuntur: sed oremus & vigilemus operibus sacris, ut digni habeamur in regno coheredes fieri Salvatoris. Hinc facilius intelligetur, quod B. Hieronymus Vigilantium scribit ideo vigilias & pernoctationes in basilicis martyrum existimasse respuendas, ne Pascha crebrius celebrari videretur. Plane Procopius lib. II. *de Bello Persico*, Christianos festum Paschæ diem magna festivitate celebravisse, & primo ejus die jejunos toto die, immo & in multam noctem perstitisse, commemorat. Unde Auson. in Carmine *de Dominica resurrectione:*

Sancta salutiferi redeunt solennia Christi:
Et devota pii celebrant jejunia mystæ.

At die ipso Paschæ jejunia dirempta, idem alio versu *Eidyllii* II. docet:

Tu mensis dirimis jejunia relligiosa.

Ideoque Pontius Paulinus *Epist. ad Amandum* solennitatem Paschalem revocasse dies prandiorum dicit. Nimirum quia olim non ad meridiem usque (ut fit hodie) sed ad vesperam usque jejunia observabantur. Quod ille auctor non uno loco indicat, veluti *Epistola eadem*, cum ait: *Nam cum in diebus Quadragesimæ advenisset, & eum ut Clericum fraterno excepissemus affectu; quotidiana jejunia non refugit, & pauperem mensulam vespertinus conviva non horruit.* Idem lib. III. *Epist.* ultima ad Severum: *Fraternitatemque Monacham vespertinus post jejunia cibus avidam duplici ministerio fermentatis utribus aut soluto ventre distentat.* Idem alia ad eumdem Severum *Epistola*: *Videant ergo nos non mane ebrii, sed vespere jejuni.* Idem lib. VII. *Natalis Felicis*:

Nostis eum morem, ut jejunare solemus
Ante diem, & sero libatis vespere sacris,
Quisque suas remeare domos: tunc ergo solutis
Cœtibus a templo Domini, postquam dat a fessis
Corporibus requies, sumpta dape cœpimus hymnos
Exultare Deo, & Psalmis producere noctem.

Huc etiam pertinet quod Aurelianensis IV. Synodi *cap.* II. quadragesimali toto tempore Monachis non nisi Dominico die prandere permittitur. Item quod Turonicæ Synodi II. *cap.* XVIII. a Pascha ad Quinquagesimam, quod quidem tempus a jejuniis vacuum est, prandium Monachis, solis Rogationum diebus exceptis, parari præcipitur. Jam vero Paschales ferias quo honore Christiani principes coluerint, præter eam, in cujus interpretatione versamur, Constitutionem, etiam ex aliquot aliis eorum Constitutionibus intelligimus, quas operæ pretium duxi secundum ordinis & temporis, quo emissæ, propositæ datæque sunt, rationem subjicere. Ac primum Impp. Valentiniani, Valentis & Gratiani Constitutio III. Non. Maii Lupicino & Joviano (sic enim non in Codicis modo *Theodos.* exemplari, sed & apud Socratem libro IV. *Histor. Eccles.* capite decimo posterioris Consulis nomen effertur, licet a Marcellino, Cassiodoro & Mariano Scoto *Jovinus* nuncupetur, qui perperam *Jovinianus* libro VII. *Hist. Tripart.* capite XXII. dicitur) Coss. id est, anno a Christo nato CCCLXVI. data in *Cod. Theodos.* refertur sub tit. *de indulgentiis crimin.* in hæc verba: *Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Attamen sacrilegus, in majestate reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communione istius muneris separen-*

A *tur.* Iidemque principes anno sequenti, secundo priorum duorum Consulatu, aliam Constitutionem ediderunt, quæ in eodem *Codicis Theodos. titulo* legitur. Ea sic habet: *Paschæ celebritas postulat, ut quoscunque nunc ægra exspectatio quæstionis pœnæque formido sollicitat, absolvamus. Decretis tamen Veterum mos gerendus est: nec temere homicidii crimen, adulterii fœditatem, majestatis injuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum, raptusque violentiam sinamus evadere.* Propter quas ea Constitutione comprehensas exceptiones Impp. Gratianus, Valentinianus, & Theod. in *l. Paschalis*, eod. tit. ajunt: *Paschalis lætitiæ diem ne il-* B *la quidem temere sinere ingenia quæ flagitia fecerunt.* Aliam deinde Impp. Gratian. Valentin. & Theodosius, Richomere & Clearcho Coss. qui anno salutis reparatæ CCCLXXXIII. Consulatum gessere, Constitutionem ad Martianum Vicarium emiserunt, quæ in eodem tit. *de indulgent. crimin.* exstat his verbis: *Religio anniversariæ observationis hortatur, ut omnes omnino periculo carceris, metuque pœnarum eximi jubeamus, qui leviore crimine rei sunt postulati. Unde apparet eos excipi quos atrox cupiditas in scelera compulit sæviora, in quibus est primum crimen & maximum majestatis, deinde homici-* C *dii, veneficiique ac maleficiorum, stupri atque adulterii, parique immanitate sacrilegii, sepulchrique violati, raptus, monetæque adulteratæ figuratio.* At anno post, id est, Arcadio & Bautone (vel, ut Cassiod. *Baudone*, & Socrat. lib. V. *Hist. Eccles.* c. XII. cum Mariano Scoto, *Baudone*) Coss. deinceps non expectanda indulgentiæ suæ Rescripta ad laxandas vinctis ob Paschalem festivitatem carcerum fores constituerunt. Sed ubi primum Paschalis dies extitisset, omnium confestim vincula solvi, nullumque carcere teneri inclusum: quemadmodum ex *l. Nemo, de Episcop. audient.* in *Cod. Justinian.* & *l. Nemo, de indulgent. crim.* in *Cod.* D *Theod* apparet. Non tamen id beneficii omnibus generaliter & indistincte reis indulgent. Ab iis enim secernunt eos, quibus dimissis lætitia communis contaminaretur. *Quis enim* (inquiunt) *sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non finit: patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque* (sic enim melius in *Codice Theodosiano* E quam in *Justinianeo* legitur) *monetæ, homicida quod fecit semper exspectet: reus etiam majestatis de domino, adversum quem talia molitus est, veniam sperare non debet.* Postmodum Timasio & Promoto Coss. id est, anno salutis instauratæ CCCLXXXIX. edita ab Impp. Valentiniano, Theodosio & Arcadio Constitutio est, qua sanctos Paschæ dies, qui septeno numero vel præcedunt vel sequuntur, feriatos manere constituerunt. Et eo amplius, in quindecim Paschalibus diebus compulsionem & annonariæ functionis, omniumque publicorum ac privatorum debitorum differri exactionem: ut plenius in *l. Omnes dies, Cod. de feriis* continetur. Se- F cuta est tribus post annis Arcadio A. II. & Rufino Coss. alia Constitutio, quæ in *l. Actus, Cod. de feriis* refertur, qua actus omnes sive publicos, sive privatos diebus quindecim Paschalibus conquiescere iidem Imperatores sanxerunt: ita tamen ut mancipandi & manumittendi libera cuique eo tempore esset potestas. His vero Constitutionibus apte Gregorii Nysseni verba adjungentur, ex oratione tertia *de resurrectione Christi*, quæ hoc Latine sonant: *Nullus a Deo ægritudine pressus & obnoxius est, quin per hujus festi* (de Pascha loquitur) *magnificentiam mali sui remissionem sentiat, atque*

levamen. Hoc die nexi solvuntur, debitor dimittitur, servus bono & humano præconio atque edicto Ecclesiæ manumittitur. Porro superiora decreta, quæ judiciarias quæstiones omnes a Paschalibus diebus submoverunt, Honorio & Theodosio visum est una exceptione temperare atque moderari. Provinciarum namque præsides in quæstionibus latronum, & maxime Isaurorum, nullum remittere tempus, ne Paschali quidem die excepto, voluerunt, *l. Provinciarum præsides, C. de feriis.* Quod nemini mirum videbitur, qui quanto odio quantaque invidia publica infames, quo vicinas sibi provincias infestabant, latrocinii ergo Isauri laborarint, reputabit. Latrociniis enim infamata jam inde a priscis temporibus ea gens fuit. Dion. *lib.* LV. Ἰσαυροί τε, ait, *ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν.* Namque ut Ammianus Marcellinus *lib.* XIV. scribit, *usitatum iis erat sæpe pacari, sæpeque inopinis excursibus cuncta miscere.* Cumque ex latrociniis occultis parta impunitas adolescentem in pejus audaciam aleret, ad bella gravia multoties proruperunt. Strabo libro XII. *Geograph.* Ἰσαυρία, ait, *κώμας δύο ἔχουσα ὁμωνύμους. τὴν μὲν παλαιὰν καλουμένην Εὔερκη· ὑπήκοοι δ' ἦσαν ταύταις καὶ ἄλλαι κῶμαι συχναὶ λῃστῶν δ' ἅπασαι κατοικίαι. παρέσχον δὲ καὶ Ῥωμαίοις πράγματα καὶ τῷ Ἰσαυρικῷ προσαγορευθέντι Πουβλίῳ Σερβιλίῳ, ὃν ἡμεῖς εἴδομεν, ὃς καὶ ταῦτα ὑπέταξε Ῥωμαίοις, καὶ τὰ πολλὰ τῶν πειρατῶν ἐρύματα ἐξείλετο τὰ ἐπὶ θαλάττῃ.* Id est: *Isauria duos pagos habet ejusdem nominis: veterem quidem ex his vocatum Euercem. His & alii frequentes pagi subjacebant latronum plane sedes & domicilia. Exhibuerunt autem negotia Romanis & Publio Servilio, qui inde cognomen Isaurici reportavit, quem nos vidimus, quia ea loca Romanis subdidit, & multa piratarum propugnacula ad mare sita expugnata evertit.* Eutropius *lib.* VI. *Ad Ciliciam & Pamphyliam missus est Publ. Servilius ex consule, vir strenuus. Is Ciliciam subegit, Lyciæ urbes clarissimas expugnavit & cepit. Et mox Isauros quoque aggressus, in deditionem coegit, atque intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanis in Isauriam iter fecit. Revertens triumphum accepit, & nomen Isaurici meruit.* Hoc & Florus testatur in *Epitoma* lib. XIV. Livii. Sed & Marcell. *lib.* XIV. *Isauriam antea mœnium potentem, olim subversam & rebellatricem intercinam ægre vestigia pristinæ claritudinis monstrare admodum pauca,* ait. *Eam vero bello Piratico catervis mixtam prædonum a Servilio Proconsule missam sub jugum.* Narrat & Trebellius Pollio sub Gallieno Trebellianum quendam factum in Isauria principem, ipsis Isauris sibi ducem quærentibus: quem cum alii *Archipiratam* vocassent, ipse se Imperatorem appellavit. Monetam etiam cudi jussit, palatium in arce Isauria constituit; qui cum se in intima Isaurorum loca munitus difficultatibus locorum & montibus contulisset, aliquandiu apud Cilicas imperavit. Hic tandem a Gallieni duce nomine *Causisoleo* victus & occisus est. Nec tamen postea Isauri, metu ne in eos sæviret Gallienus, ad æqualitatem perduci quavis humanitate potuerunt. Denique post Trebellianum pro Barbaris habiti sunt, & cum in medio Romani nominis solo regio eorum esset, novo tamen genere custodiarum quasi limes inclusa est, locis defensa, non hominibus. Non enim erant statura decori, non virtute graves, non instructi armis, non consiliis prudentes, sed hoc solo securi, quod in editis positi, adiri nequirent. Eos quidam Claudianus Imperator ad hoc perduxerat, ut a suis semotos locis in Cilicia collocaret, daturus uni ex amicissimis omnem Isaurorum possessionem, ne quid ex ea postea rebellionis oriretur. At Probus Imperator (ut ex Flavio Vopisco didici) cum Orientem petiisset, in itinere potentissimo quodam latrone Palfurio capto & interfecto, omnem Isauriam liberavit, populisque ac urbibus Romanis legibus destitutis, Barbarorum qui apud Isauros erant, vel per terrorem, vel per voluntatem, loca ingressus est; quæ cum peragrasset, hoc dixit; *facilius esse ab illis locis latrones arcere, quam tollere:* veteranisque omnia illa quæ anguste adeuntur loca privata donavit: addens, ut eorum filii ab anno octavo decimo, mares duntaxat, ad militiam mitterentur, ut ne latrocinari, quam militare discerent. At Gallo imperante perduelles spiritus irrequietis motibus erigentes e latebris suis prosiliere, & oram maritimam populati in Lycaoniam se contulerunt: quam historiam Marcellin. *lib.* XIV. exequitur. Et alias quoque sæpe, ut ex Zonara & Suida in voce *βρύχιος*, & aliis intelligimus, publicam pacem latrociniis suis turbarunt. Merito igitur in eos etiam diebus festis insurgere Præsides provinciarum jubentur; utpote qui nulla pœnarum vacatione frui debeant. Cujus rei alia commodior ratio proferri non posset, quam quæ a Marco Tullio redditur, cur accusatio Cælii ipsis festis diebus ludisque publicis, quibus lites & judicia interquiescebant, exerceretur. Verba illius hæc sunt. *Si quis, judices, forte nunc adsit ignarus legum, judiciorum, consuetudinis nostræ, miretur profecto quæ sit tanta atrocitas hujusce causæ, quod diebus festis ludisque publicis omnibus forensibus intermissis, unum hoc judicium exerceatur; nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto civitas stare non possit. Idem cum audiat legem quæ de seditiosis sceleratisque civibus, qui armati senatum obsederunt, magistratibusque vim intulerunt, Rempublicam quoque oppugnarunt, quotidie quæri jubeat, legem non imploret, crimen quod versatur in judicio requirat.* A quo non abhorret quod Prosper in *Epigrammatis* ita canit:

Nulla dies actus hominum non damnat iniquos;
Conveniunt omni tempora justitiæ.

Sed ut hostium publicæ tranquillitatis supplicia ac pœnas differri vetantes Imperatorum Constitutiones laudandæ sunt, ita nunquam satis damnabitur Levigildi Arriani Gothorum regis quavis barbara feritate superior immanitas, qui Hermigildum filium suum ob fidei Catholicæ inexpugnabilem confessionem ipso Paschæ die securi percuti jussit; quemadmodum a Freculpho lib. ultimo *Chronicorum* c. XXV. & Beda in lib. *de Temp. rat.* refertur. Cæterum de constituendo Paschalis festivitatis die summa olim Episcoporum dissensione certatum est. Verum (ut Beda in lib. *de sex ætatibus* tradit) Pio Romæ Episcopatum tenente, Hadriano imperante, Hermes librum scripsit, in quo *Pascha die dominico celebrandum* docuit. Victor deinde duodecimus urbis Romæ Episcopus, late datis libellis constituit, *Pascha similiter die Dominico celebrari.* Eleutherus vero a decima quarta luna primi mensis usque in vicesimam primam: cujus decretis favens Theophilus Cæsareæ Palæstinæ Episcopus scripsit adversus eos, qui decima quarta luna cum Judæis Pascha celebrabant, cum cæteris Palæstinæ Episcopis synodicam epistolam. Idem Beda Hippolytum Episcopum decemnalem Paschæ circulum reperisse scribit, Eusebioque qui super eodem die decemnovennalem circulum composuit occasionem dedisse: Dionysium denique temporibus Justiniani *Paschales circulos* scripsisse: aliosque quamplurimos, quos ibidem recenset, quoad ea res vulgo innotuit, scriptis suis hanc quæstionem illustrasse commemorat. Quæ si quis plenius copiosiusque

ſcire, & Epiſcoporum de hac re contentiones accuratius intelligere volet, ei legendi ſunt Euſeb. lib. v. *Hiſtor. Eccleſiaſt.* & lib. III. *de Vita Conſtantini*, Ambroſ. *epiſt.* LXXXIII. *lib.* x. Socrates lib. v. *Hiſt. Eccleſ.* cap. XXII. Beda in *Chronicis*, Iſidorus lib. VI. *Etymologiar.* cap. XVII. Plane propter diei hujus incertum, ne qua vel ignorantia vel præſumptione diverſitas in ejus celebritate incurreret, futurus Paſchalis dies Epiſcopis denunciari ac ſignificari ſolebat, ut ex Leonis *epiſtola* XCVI. ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarum miſſa, & ex *epiſtola* Vigilii Papæ ad Eleutherum liquet. Atque adeo Synodi Aurelianenſis IV. cap. I. cautum fuit, *ut Paſchæ feſtivitas ſingulis annis ab Epiſcopo Epi[illegible] d.e in Eccleſiis denun[illegible]*. Carthaginenſis vero Concilii III. *cap.* XLI. & Carthaginenſis v. *cap.* VII. formatarum ſubſcriptione eam omnibus intimari placuit: quod a Gratiano relatum eſt in *Can. Placuit, de conſecratione, diſtinct.* III. Formatas autem (nam vox ea interpretationem deſiderat) mos Latinus *Canonicas Epiſtolas* appellavit, quarum certam a Patribus Nicææ congregatis præſcriptam, & ab omnibus obſervari juſſam conceptionem ac formulam idem Gratianus exponit, exemplisque planam facit, *diſt.* LXXIII. Unde illuceſcit, quod Optatus Milevit. Epiſcopus *l.* II. *formatarum commercio in una communionis catholicæ ſocietate totum orbem Chriſtianum concordaſſe* ſcribit: & quod Concilio Laodicenſi conſtitutum fuit; *Ne quis etiam laicus ad peregrinandum ſine formata proficiſceretur*, ut habetur in *Can. Non oportet, de conſecratione, diſtinct.* v. Hujuſmodi vero Epiſtolæ a commendatitiis & pacificis ſeparantur in *Can. Eccleſiæ*, LXVIII. *diſtinct.* Porro cur anniverſarius dies celebrandæ Dominicæ reſurrectionis non ad eundem redeat anni diem, ſicut dies qua traditur natus, propter Dominici diei & Lunæ obſervationem fieri B. Auguſtinus, *epiſt.* CXIX. *ad Januar.* & ab eo doctus Iſidorus lib. I. *de Eccleſiaſt. Offic.* c. XXXI. declarant. Præterea cur ſolo verno tempore feſtivitas ea celebretur B. Ambroſius *Exaemer.* l. I. c. IV. explicat. Sed & de varietate rituum, quibus feſtivitas iſta in Eccleſiis & Orientalibus & Occidentalibus celebrabatur, fuſe Socrates agit lib. v. *Hiſtor. Eccleſ.* c. XXII. & Sozomenus *lib.* VII. *cap.* XIX. Extremum illud erit, quod tamen prius eſſe debuerat, *Paſchæ* vocabulum non a paſſione Domini & verbo Græco [illegible] (quod quibuſdam videtur) deſcendere, ſed ab Hebræo idiomate, quo *tranſitus* ſignificatur, originem ducere: quod Gregorius Nazianz. ita exponit: Τὸ πάσχα, ait, [illegible] προσαγορεύεται, [illegible] ἱστορικῶς μὲν [illegible] Αἰ[illegible] Χαναναίων [illegible] Et mox: [illegible] Quod & Iſidorus admonuit lib. VI. *Etymologiar.* cap. XVII. & lib. I. *de Eccleſiaſt. Offic.* cap. XXXII. Unde B. Ambroſius libro I. *de Cain & Abel*: *Paſcha Domini*, ait, *tranſitus eſt, a paſſionibus ad exercitia virtutis. Et ideo paſcha Domini dicitur; quoniam & tunc in typo illo agni veritas dominicæ paſſionis annunciabatur, & nunc ejus celebratur gratia.* Et tamen idem ipſe in libello de myſterio Paſchæ, (ſi modo fœtus ille Ambroſianus eſt) *Paſchæ ſacrum nomen a Domini paſſione deſcendere* ſcribit.

Sed reliqua Conſtitutionis noſtræ verba perſequamur. ET QUINQUAGESIMÆ.) Sic appellant Pentecoſtes diem, qui Latine loquentibus *Quinquageſimam* ſonat. Erat vero vel Iſidoro lib. VI. *Etymologiar.* cap. XVIII. teſte, apud Hebræos quoque celebris hic dies, & poſt quinque decadas Paſchæ celebrabatur. Unde & nomen ſumpſit: in quo die ſecundum legem panes propoſitionis de novis frugibus offerebant. Maximus Epiſcopus Sermone *de Feſto Pentecoſtes*, hunc diem non minore lætitia, quam ſanctum Paſchæ diem celebrari & utrobique jejunari ſabbato, vigilias celebrari, orationibus pernoctanter inſiſti tradit. Beatus quoque Auguſtinus *epiſt.* CXIX. *ad Januar.* Pentecoſten & adventum cælo Spiritus Sancti anniverſaria ſolennitate in toto orbe Chriſtiano a fidelibus univerſis celebrari ſcribit. Sane per totum quinquaginta dierum, qui a Paſcha ad Pentecoſten intercedunt, ſpatium, nec genua in orando flecti, nec jejunia agitari ſoleant. Cujus obſervationis ut ab Apoſtolis per manus traditæ auctor lib. *Reſponſi. ad Orthodoxos*, cap. CIX. meminit, his verbis: Εἰ τὸ κλίνειν τὸ γόνυ ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἢ τοὺς ἑστῶτας εὔχεσθαι μᾶλλον Θεῷ τοὺς εὐχομένους παριστησι, καὶ πλεῖον ἐφέλκεται τὴν θείαν συμπάθειαν. διὰ τί ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις καὶ ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἕως τῆς Πεντηκοστῆς γόνυ οὐ κλίνουσιν οἱ εὐχόμενοι; Id eſt, *Si genu flexo orantes, Deum ſibi potius conciliant magiſque propitium reddunt, quam qui ſtantes precantur; quid cauſæ eſt quod dominicis diebus, & per eos dies qui inter Paſcha & Pentecoſten interpoſiti ſunt, genua in orationibus minime flectuntur?* Quam obſervationem in Eccleſiam duabus de cauſis invectam ſcribit, quod videlicet duarum rerum nos perpetuo meminiſſe oporteat; Noſtri nimirum in peccatum lapſus, & gratiæ Chriſti, per quam jacentes ſublevati & erecti ſumus. Itaque genuflexionem, quæ in ſex hebdomadæ diebus uſitata eſt, lapſus noſtri ſignum & indicium eſſe ſcribit. Quod vero Dominica ſtantes oramus, ſymbolum eſſe reſurrectionis, per quam Dei gratia a peccatis & in ipſis contrita peremptaque morte liberati ſumus. Ab Apoſtolicis autem temporibus morem iſtum initium duxiſſe adſerit: teſtemque producit Irenæum Lugdunenſis Eccleſiæ Epiſcopum, quem in oratione *de Paſcha* (cujus nec ab Euſebio, nec a B. Hieronymo in libris Irenæi recenſendis mentionem fieri miror, niſi quis id ſcriptum eſſe, quod ab Euſebio *libro* v. *capite* XXVI refertur, malit) etiam Pentecoſtes meminiſſe ſcribit, in qua nec genua ab orantibus curvarentur: quod eandem cum Dominica die vim, poteſtatem, ac rationem haberet. Atque hic vel unus locus (quanquam ſunt & alia multo certiora apertioraque ejus rei argumenta) ſatis abundeque ſufficeret ad eorum refellendam convincendamque opinionem, qui Juſtino Martyri, quem Irenæo paulo antiquiorem fuiſſe conſtat, illum *Reſponſionum ad Orthodoxos* librum tribuunt: qui ad alium quemvis potius, quam Juſtinum auctorem referendus eſt. Ex diverſo plane Irenæum quinto *adverſus Hæreſes* libro Juſtini teſtimonio uſum, Euſebius lib. IV. *Hiſtor. Eccleſiaſt.* capite XVIII. nec non B. Hieronymus in *Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum* notant. Enimvero quando in Irenæi mentionem incidimus (licet πάρεργα noſtra τῶν ἔργων πλείω futura malevoli criminentur) tacitus tamen prætere non poſſum, Græce ne ille an Latine ſcripſerit, vulgo quæri & dubitari ſolere. Eraſmus enim nutat, &, ut fit, dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Nam quæ circumferuntur Irenæi ſcripta, rudia & impolita eſſe, Græciſmiſque, imo vero & Solœciſmis ſcatere non negat: & quod majus pondus habet, a B. Hieronymo *Ezechielis capite* XXXVI. enarrante, inter Scriptores Græcos eum recenſeri non ignorat. Levibus vero conjecturis a vera ſententia,

quam audacius Rhenanus amplexus est, abducitur. Equidem Græca lingua scriptos fuisse ejus libros, eos vero, qui nunc extant *adversus Hæreses*, de Græcis elegantibus Latinos factos rudes adfirmare, omnique adeo adseveratione contendere, & contra sentientes sacramento provocare non dubitabo. Itaque operæpretium fuerit, quæ ejus verba Græca reperiuntur, cum Latina interpretatione, quæ pro genuinis auctoris verbis passim recepta est, conferre. Eusebius quidem lib. IV. *Hist. Ecclesiast.* capite XI. ex libro I. Irenæi *adversus Hæreses*, verba quæ subjeci profert, quæ in Latinis codicibus sub *cap.* XXVIII. & XXIX. collocantur: *Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβὼν, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Υγίνου ἔνατον κλῆρον τῆς ἐπισκοπῆς διαδοχῆς* (sic enim legendum, non Irenæi modo versio convincit, sed & Eusebio familiaris loquendi mos, qui *ἐπισκοπῆς* vocem semper absolute usurpat) *ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἔχοντες ἐδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ Νόμου καὶ Προφητῶν κεκηρυγμένον Θεὸν, μὴ εἶναι πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τὸ μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ ἀγνῶτα εἶναι· καὶ τὸν μὲν δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν· διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικὸς ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν.* Ea vero Latio ne dicam, an barbarie addubito, sic ab Interprete donata sunt: *Cerdon autem quidam ab iis qui sunt erga Simonem occasionem accipiens, cum venisset Romam sub hoc Hygino, qui nonum locum Episcopatus per successionem ab Apostolis habuit, docuit eum, qui a Lege & Prophetis annunciatus sit Deus, non esse patrem Domini nostri Jesu Christi. Hunc enim cognosci, illum autem ignorari, & alterum quidem justum, alterum autem bonum esse. Succedens autem & Marcion Ponticus adimplevit doctrinam impure blasphematus.* Idem Eusebius *libro* IV. *capite* penult. ex eodem Irenæi libro primo, hæc verba promit: *Ἀπὸ Σατορνίνου καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι Ἐγκρατεῖς, ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἠρέμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος. καὶ τῶν λεγομένων παρ᾽ αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι Θεῷ· ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ, καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη παρ᾽ αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινὸς πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν, ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς ἐφ᾽ ὅσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο. αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας. τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ᾽ ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν ποιησάμενος.* Ea apud Interpretem reperiuntur *capite* XXX. & XXIX. quæ capita imperite ille sensus continentia divisa disjunxit. Sic autem habent. *A Saturnino & Marcione, qui vocantur Abstinentes, abstinentiam a nuptiis annunciaverunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, & oblique accusantes eum, qui & masculum & fœminam ad generationem hominum fecit: & eorum, quæ dicuntur apud eos animalia, abstinentiam induxerunt, ingrati existentes ei qui omnia fecit Deo: contradicunt quoque ejus saluti qui primus plasmatus erat, & hoc nunc adinventum est apud eos, Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam, qui cum esset Justini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarravit tale; post verum ejus martyrium abs sistens ab ecclesia, & præsumptione magisterii elatus & inflatus, quasi præ cæteris esse proprium characterem doctrina constituta: non quasdam invisibiles, similiter atque hi qui a Valentino sunt, veluti*

A *fabulam enarrans: nuptiarum autem corruptelas fornicationes similiter ut Marcion & Saturninus dicens; Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens.* Præterea alia quædam Irenæi ex eodem libro hausta (tametsi ille numerum libri non designat) verba Eusebius nobis suppeditat *libri* IV. *cap.* XI. quæ ita habent: *Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ᾽ ἐπιρρήσεών τινων τοῖς τελουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ᾽ αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω συζυγιῶν. οἱ δὲ ἄγουσι τῶν πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν, ἄλλοι δὲ εἰς ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου* B *πατρὸς τῶν ὅλων εἰς ἀλήθειαν μητέρα Ἑβραϊκὰ ὀνόματα ἐπιλέγουσι πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι τοὺς τελουμένους.* Deprehendi vero eum locum apud Interpretem *libri* I. *cap.* XVIII. his verbis conversum: *Quidam enim ex ipsis sponsale cubiculum quoddam adaptantes, & quasi mysticum conficiunt cum quibusdam prophanis dictionibus iis qui sacrantur, & spiritales nuptias dicunt esse id, quod ab eis fit, secundum similitudinem supernarum conjugationum. Alii autem adducunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt: In nomine ignoti patris omnium in veritate matris omnium, & in nomine descendentis Jesu ad unitionem &* C *redemptionem & communionem virtutum. Alii autem & Hebraica nomina superfantur, ut stupori sint vel perterreant eos qui sacrantur.* At ex secundo Irenæi *contra Hæreses* libro idem Eusebius libro V. *Histor. Ecclesiast.* capite VII. hæc verba refert: *Τοσοῦτον δὲ ἀποδέουσι τοῦ νεκρὸν ἐγεῖραι καθὼς ὁ Κύριος ἤγειρε, καὶ οἱ Ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀδελφότητι πολλάκις διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς κατὰ τόπον ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης μετὰ νηστείας πολλῆς καὶ ἁγνείας, ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα τοῦ τε τελευτηκότος, καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων.* Quorum verborum sententia in Latino codice Irenæi *libro* II. *capite* VV. ita red- D dita reperitur: *Tantum absunt ab eo ut mortuum excitent, quemadmodum Dominus excitavit, & Apostoli per orationem, & in fraternitate sæpissime propter aliquid necessarium ea quæ est in quoquo loco Ecclesia universa postulante per jejunium & supplicationem multam, reversus est spiritus mortuo, & donatus est homo orationibus sanctorum.* Ex eodem libro secundo alius ab Eusebio itidem locus profertur his verbis: *Εἰ δὲ καὶ τὸν Κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες αὐτοὺς ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν, πάντα οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ προειρῆσθαι καὶ γεγονέναι βεβαίως. [illegible] μόνον εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· διὸ καὶ ἐν τῷ ἐκείνου ὀνόματι οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ* E *μαθηταὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν ἐπιτελοῦσιν, ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, καθὼς εἷς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν εἴληφε παρ᾽ αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς καθαρισθέντας ἀπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· οἱ δὲ καὶ πρόγνωσιν ἔχουσι τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας, καὶ ῥήσεις προφητικάς. Ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται καὶ ὑγιεῖς ἀποκαθιστᾶσιν. ἤδη δὲ καθὼς ἔφαμεν καὶ νεκροὶ ἠγέρθησαν καὶ παρέμειναν ἡμῖν ἱκανοῖς ἔτεσι. καὶ τί γάρ; οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ ἐκκλησία παρὰ* F *Θεοῦ λαβοῦσα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου ἑκάστης ἡμέρας ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ. μήτε γὰρ ἀπατῶσά τινας μήτε ἐξαργυριζομένη, ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ Θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ.* Quæ ita sunt ab Interprete Latine exposita *libro* II. *capite* LVIII. *Si tamen & Dominum per phantasmata hujusmodi fecisse dicunt, ad reducentes eos, ex ipsis monstrabimus, omnia sic Deo & prædicta esse & facta firmissime, & ipsum solum esse Filium Dei: quapropter & in illius nomine, qui vere illius sunt discipuli, ab ipso accipientes gratiam,*

A *perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, quemadmodum unusquisque accipit donum ab eo. Alii enim dæmones excludunt firmissime & vere, ut etiam sæpissime credant ipsi qui emundati sunt a nequissimis spiritibus, & sint in ecclesia: alii autem & præscientiam habent futurorum, & visiones, & dictiones propheticas. Alii autem laborantes aliqua infirmitate per manus impositionem curant & sanos restituunt. Jam etiam, quemadmodum diximus, & mortui resurrexerunt & perseveraverunt nobiscum annis multis. Et quid autem? Non est numerum dicere gratiarum quas per universum mundum Ecclesia a Deo accipiens in nomine Christi Jesu crucifixi sub Pontio Pilato per* B *singulos dies in opitulationem gentium perficit: neque seducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quemadmodum enim gratis accepit a Deo, gratis ministrat.* Ex III. vero libri c. I. eodem Eusebio *l.* v. *c.* VIII. locum proferri animadverti, in quo ita fuisse scribit: Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε, καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος Παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο. ἔπειτα Ἰωάννης C ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ εὐαγγέλιον ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. Quæ sic Interpres reddidit: *Ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent & fundarent Ecclesiam. Post vero horum excessum, Marcus discipulus & interpres Petri, & ipse quæ a Petro annunciata erant, præscripta nobis tradidit. Postea & Johannes discipulus Domini, qui & supra pectus ejus recumbebat, & ipse edidit Evangelium Ephesi Asiæ commorans.* Hic amplius ex eodem Irenæi libro locus ab Eusebio lib. v. *Histor. Ecclesiast.* cap. VI. citatur; qui, prout Latinus In-D terpres in capita eos libros digessit, ad caput tertium pertinet. In eo ita fuisse scribit: Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν, τούτου καὶ Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται. διαδέχεται δ' αὐτὸν Ἀνάκλητος, μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος. ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων δεδιδαγμένοι· ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ E Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν τῇ Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. Et aliquot paucis interpositis versibus, hæc quæ sequuntur, ibidem Irenæum scripsisse subjicit: Τὸν δὲ Κλήμεντα τοῦτον Εὐάρεστος, καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος, εἶθ' οὕτως ἕκτος τῶν Ἀποστόλων καθίσταται Ξυστος, μετὰ δὲ τοῦτον Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν, ἔπειτα Ὑγῖνος, εἶτα Πίος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος· διαδεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων κατέχει F κλῆρον Ἐλεύθερος, τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διαδοχῇ ἥτε ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς. Quæ Latine in nostro vulgari Irenæo sic habentur: *Fundantes igitur & instruentes beati Apostoli Ecclesiam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt: hujus Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum Epistolis meminit. Succedit autem & Anacletus, post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens, qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc insonantem prædicationem Apostolorum & traditionem ante oculos haberet. Non solus enim, adhuc multi supererant tunc ab Apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente dissensione non modica inter eos qui Corinthi erant fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans eorum fidem, & annuncians quam in recenti ab Apostolis receperant traditionem.* Et mox: *Huic autem Clementi succedit Euarestus, & Euaresto Alexander, ac deinceps sextus ab Apostolis constitutus est Sixtus, & ab hoc Telesphorus, qui etiam gloriosissime martyrium fecit, ac deinceps Hyginus, post Pius, post quem Anicetus. Cum autem successisset Aniceto Soter, nunc duodecimo loco Episcopatum ab Apostolis habet Eleutherus; hac ordinatione & successione ea quæ est ab Apostolis in Ecclesia traditio & veritatis prædicatio ad nos pervenit.* Reliqua vero ejus capitis verba apud eundem Eusebium lib. IV. *Hist. Ecclesiast.* cap. XIV. referri observavi; quæ si superioribus annectamus, pene integrum caput sumus habituri. Scripta fuisse in hunc modum ait: Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπ' Ἀποστόλων μαθητευθεὶς καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ· ἐπιπολὺ γὰρ παρέμενος, καὶ πάνυ γηραλέος ἦν ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου. ταῦτα διδάξας ἀεὶ ἃ καὶ παρὰ τῶν Ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ, μαρτυροῦσιν αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν τοῦ Πολυκάρπου θρόνον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Πολύκαρπον; Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος, καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων. Ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παρειληφέναι τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην· καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι ὁ Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι· καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπών, φύγωμεν, μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ ἔνδον ὄντος Κηρίνθου, τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ Πολύκαρπος Μαρκίωνι ποτὲ εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι. Ἐπιγίγνωσκε ἡμᾶς, ἀπεκρίθη, Ἐπιγιγνώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. τοσαύτην οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Μαθηταὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν, πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινὶ τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν· ὡς καὶ Παῦλος ἔφησεν, Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος· ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν. Quæ Interpres ita convertit: *Et Polycarpus autem non solum ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea quæ est Smyrnis Ecclesia, constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra ætate; multum enim perseveraverat, & valde senex gloriosissime & nobilissime martyrium faciens exivit de hac vita. Hic docuit semper, quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesia tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium his perhibent, quæ sunt in Asia Ecclesiæ omnes, & qui usque adhuc successerunt Polycarpo, qui vir multo majoris auctoritatis & fidelioris veritatis est testis quam Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt perversæ sententiæ. Is enim est qui sub Aniceto cum venisset in urbem, multos ex his, quos prædiximus, hæreticos convertit in Ecclesiam Dei, unam & solam hanc veritatem*

ritatem annuncians ab Apoſtolis percepiſſe ſe, quam eccleſiæ tradidit. Et ſunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Johannes Domini diſcipulus in Epheſo iens lavari eum vidiſſet intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat ne balneum concidat cum intus eſſet Cerinthus inimicus veritatis. Et ipſe autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti ſibi & dicenti: Cognoſce nos; *reſpondit*, Cognoſco te primogenitum Satanæ. *Tantum Apoſtoli & horum diſcipuli habuerunt timorem, ut neque verbo tenus communicarent alicui eorum qui adulteraverant veritatem, quemadmodum & Paulus ait*: Hæreticum autem hominem poſt unam correptionem devita; ſciens quoniam perverſus eſt qui eſt talis, & a ſeipſo damnatus. *Eſt autem Epiſtola Polycarpi ad Philippenſes ſcripta perfectiſſima, ex qua & characterem fidei ejus prædicationem veritatis qui volunt & curam habent ſuæ ſalutis, poſſunt diſcere.* At ex ſequenti ejuſdem libri capite idem Euſebius *lib.* IV. *cap.* XI. verba hæc in medium producit: Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου· ἤκμασε ἐπὶ Πίου καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου. Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου, ὃς ἦν ἔνατος ἐπίσκοπος, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐλθὼν, καὶ ἐξομολογούμενος οὕτως διετέλεσε, ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν, ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος, ποτὲ δὲ ἐξελεγχόμενος ἐφ᾽ οἷς ἐδίδαξε κακῶς, καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας. Hæc vero ſic Anonymus ille Interpres vertit: *Valentinus enim venit Romam ſub Hygino: increvit vero ſub Pio, & prorogavit tempus uſque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, & hic ſub Hygino, qui fuit octavus Epiſcopus, in eccleſiam veniens, exomologeſin faciens ſic conſummavit; modo quidem latenter docens, modo vero exomologeſin faciens, modo vero ab aliquibus traductus in iis quæ docebat male, & abſtentus eſt a religioſorum hominum conventu.* Aliud inſuper libri III. fragmentum notavi apud Euſebium *lib.* I. *cap.* VIII. in quo ita κατὰ λέξιν ab Irenæo ſcriptum refert: Ὁ Θεὸς οὖν ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ αὐτὸς Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς, δοὺς τὸ τῆς παρθένου σημεῖον, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τῶν νῦν τολμώντων μεθερμηνεύειν τὴν γραφὴν, Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν ὡς Θεοδοτίων ἡρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικὸς, ἀμφότεροι Ἰουδαῖοι προσήλυτοι, οἷς κατακολουθήσαντες οἱ Ἐβιωναῖοι, ἐξ Ἰωσὴφ αὐτὸν γεγενῆσθαι φάσκουσι. Et mox ab eodem ſcripturam refert: Πρὸ γὰρ τοῦ Ῥωμαίους κρατῆσαι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἔτι τῶν Μακεδόνων τὴν Ἀσίαν καθελόντων, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου φιλοτιμούμενος τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαν βιβλιοθήκην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κοσμῆσαι, τοῖς πάντων ἀνθρώπων συγγράμμασιν ὅσαγε σπουδαῖα ὑπῆρχεν ᾐτήσατο παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον σχεῖν αὐτῶν μεταβεβλημένας τὰς γραφάς. οἱ δὲ ὑπήκουον γὰρ ἔτι τοῖς Μακεδόσι, τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς ἐμπειροτάτους τῶν γραφῶν καὶ ἀμφοτέρων τῶν διαλέκτων ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἔπεμψαν Πτολεμαίῳ, ποιήσαντος τοῦ Θεοῦ ὅπερ ἐβούλετο. ὁ δὲ ἰδίᾳ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν θελήσας εὐλαβηθείς τε μήτι ἄρα συνθέμενοι ἀποκρύψωσι τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς διὰ τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν, χωρίσας αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἐκέλευσε τοὺς πάντας τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν γράφειν. καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν βιβλίων ἐποίησε, συνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρὰ τῷ Πτολεμαίῳ, καὶ συναντιβαλόντων ἑκάστου τὴν ἑαυτοῦ ἑρμηνείαν, ὁ μὲν Θεὸς ἐδοξάσθη, αἱ δὲ γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν, τῶν πάντων τὰ αὐτὰ ταῖς αὐταῖς λέξεσι, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀναγορευσάντων ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους, ὥστε καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι, ὅτι κατ᾽ ἐπίπνοιαν τοῦ Θεοῦ εἰσὶν ἑρμηνευμέναι αἱ γραφαὶ, καὶ οὐδέν γε θαυμαστὸν τὸν Θεὸν τοῦτο ἐνεργηκέναι, ὅσγε καὶ ἐν τῇ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ λαοῦ διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῶν Ἰουδαίων ἀνελθόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, ἔπειτα ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐνέπνευσεν Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ, τοὺς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάντας ἀνατάξασθαι λόγους, καὶ ἀποκαταστῆσαι τῷ λαῷ τὴν διὰ Μωσέως νομοθεσίαν. Quæ apud Interpretem tribus capitibus, viceſimo tertio nimirum, viceſimo quarto, & viceſimo quinto diſtincta diviſaque legere eſt. *Deus igitur homo factus eſt, & ipſe Dominus ſalvabit nos, ipſe dans virgini ſignum. Non ergo vera eſt quorundam interpretatio, qua ita audent interpretari Scripturam: Ecce adoleſcentula in ventre habebit, & pariet filium, quemadmodum & Theodotion eſt interpretatus Epheſius, & Aquila Ponticus, utrique Judæi proſelyti, quos ſectati Ebionæi, ex Joſeph generatum eum dicunt, tantum diſpoſitionem Dei diſſolventes quantum ad ipſos eſt, fruſtrantes Prophetarum teſtimonium, quod operatus eſt Deus. Prophetatum eſt quidem priuſquam in Babylonem fieret populi tranſmigratio, id eſt, antequam Medi & Perſæ acciperent principatum. Interpretatum vero in Græco ab ipſis Judæis multum ante tempora adventus Domini noſtri, ut nulla relinquatur ſuſpicio, ne forte morem nobis gerentes Judæi, hæc ita ſint interpretati. Qui quidem ſi cognoviſſent nos futuros & uſuros his teſtimoniis, quæ ſunt ex Scripturis, nunquam dubitaſſent ipſi comburere Scripturas, quæ & reliquas omnes manifeſtant participare vitæ, & eos qui gloriantur Dominum ſe eſſe Jacob, & populum & Iſrael exhæreditari oſtendunt a gratia Dei. Prius enim quam Romani poſſiderent regnum ſuum, adhuc Macedonibus Aſiam poſſidentibus, Ptolemæus Lagi filius cupiens eam bibliothecam, quæ a ſe fabricata eſſet in Alexandria, omnium hominum dignis conſcriptionibus, petitas Heroſolymis in Græcum ſermonem interpretatas habere eorum ſcripturas. Illi vero obaudiebant tunc adhuc Macedonibus, eos quos habebant perfectiores Scripturarum intellectores, & utriuſque loquelæ* LXX. *Seniores miſerunt, Ptolemæo facturos quod ille voluiſſet. Ille autem experimentum eorum ſumens, volens & metuens, ne forte conſentientes eam veritatem, quæ eſſet in Scripturis, abſconderent per interpretationem, ſeparans eos ab invicem, juſſit omnes eandem interpretari Scripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Convenientibus autem ipſis in unum apud Ptolemæum & comparantibus ſuas interpretationes, Deus glorificatus eſt, & Scripturæ vere divinæ creditæ ſunt, omnibus eandem, & iiſdem verbis, ac iiſdem nominibus, recitantibus ab initio uſque ad finem, uti præſentes gentes cognoſcerent; quoniam per aſpirationem Dei & interpretatæ ſunt Scripturæ, & non eſſe mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi quæ facta eſt a Nabuchodonoſor corruptis Scripturis, & poſt ſeptuaginta annos Judæis deſcendentibus in regionem ſuam, & poſt deinde temporibus Artaxerxis Perſarum Regis inſpiravit Eſdræ ſacerdoti tribus Levi Prophetarum omnes rememorare ſermones, & reſtituere populo eam Legem, quæ data eſſet per Moyſen.* Ex quinto vero Irenæi libro duos nobis locos ſubminiſtrat Euſeb. l. III. *Hiſt. Eccl.* c. XVII. & l. V. c. VIII. quorum prior ita habet: Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων καὶ ἐν πᾶσι δὲ τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου, καὶ μαρτυρούντων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ᾽ ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων, καὶ τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς, ὅτι ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ψῆφον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων ἐμφαίνεται. Sic autem Interpres tranſtulit: *His autem ſic ſe habentibus & in omnibus antiquiſſimis & probatiſſimis & veteribus ſcripturis numero hoc poſito, & teſtimonium perhibentibus his qui facie ad faciem Johannem viderunt, & ationem docentibus, quoniam numerus beſtiæ ſecundum Græcorum computationem per literas quæ in eo ſunt ſexcentas habebit & ſexaginta ſex.* Alterius vero loci hæc verba ab Euſebio memorantur: Ἡμεῖς οὖν οὐκ ἀποκινδυνεύομεν περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Αν-

τιχρίστου ἀποφαινόμενοι βεβαιωτικῶς. Εἰ γὰρ ἔδει ἀναφανδὸν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεσθαι τοὔνομα αὐτοῦ, δι' ἐκείνου ἂν ἐρρέθη τοῦ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἑωρακότος. οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἑωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς. Quorum verborum loco Latina translatio ita scriptum habet: *Nos tamen non periclitabimur in eo, nec asseverantes pronunciabimus, hoc eum nomen habiturum, scientes quoniam si oporteret manifeste præsenti tempore percontari nomen ejus, per ipsum utique editum fuisset, qui & Apocalypsin viderat. Neque enim ante multum temporis visum est, sed pene sub nostro seculo ad finem Domitiani imperii*. Hactenus ille. Sed quid fragmenta consector, & in laceris tabulis colligendis diutius immoror, cum bonam prioris *adversus Hæreses* Irenæi libri partem transscriptam apud Epiphanium in *libro* ejusdem argumenti I. Tomo II. habeamus? Ab ipso enim procemio ad caput usque sextum, & eo plus liber primus Irenæi, Græce, id est, nativo suo sermone descriptus inde restitui potest. Reliqua vero ejus libri pars a capite nono ad decimum nonum, apud eundem Epiphanium transscripta est *lib.* I. Tomo III. quo Marcosiorum hæresim oppugnat. Verum quia huc transferri commode propter versuum multitudinem non possunt, quæcunque Epiphanius nobis suppeditat, digitum ad fontes intendisse contentus, describendi labore supersedebo. Tantum procemii initium unius literulæ detractione corruptum referam; quod inde deceptus Epiphanii Interpres dici non potest quam longe a scopo aberraverit. Sic autem orsum fuisse Irenæum Epiphanius recitat: ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ἀποπεμπόμενοι τινες. Quæ verba Cornarius ita male interpretatus est, *quidam ad veritatem emissi*. Non dubito autem vocula ἐπὶ, cui ε deest, in fraudem inductum, sic in ipso, quod ajunt, limine impegisse. Legendum enim est ἐπεί; & hoc significat Irenæus. Quandoquidem veritatem quidam rejicientes vel amandantes & ablegantes. Nam eam esse verbi, ἀποπέμπομαι, significationem, exemplis idoneisque testimoniis, quæ recenseri nihil attinet, demonstrat Budæus in *Commentariis linguæ Græcæ*. Ceterum ex Epiphanio non inelegans Homeri Cento restituetur, quem valde sinistro Apolline Interpres ille vetus convertit. Citatur & alius ab Irenæo *lib.* I. *cap* V. versus: quem Homeri esse Erasmus quidem subolfecit, non tamen sedem ejus patefecit, quæ detegente me cuivis prodetur. Credo enim ex ea, quam apud Homer. lib. II. *Iliad.* Thersites habet, oratione ab Irenæo depromptum fuisse hoc carmen:

Ω' πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

Ubi Eustathius vocabulum, πέπονες, quod integrum, uti invenerat Interpres, fortasse vim ejus ac potestatem ignorans, retinuit, ἀνέκλυτοι interpretatur, id est, *dissoluti, molles, effœminati*. Posteriora vero verba tantumdem valere ait, quantum hæc, *Mulieres & non viri*. Jam vero illa adjurationis clausula, qua veluti sanctione quadam suos περὶ τῶν ὀγδοαστῶν libros adversus librariorum injurias errataque Irenæus munierat, Latine quidem a B. Hieronymo, cui in Latino sermone Græce loqui non placebat, expressa est, ab auctore tamen hisce Græcis verbis scripta fuerat, quæ sunt ab Eusebio lib. V. *Hist. Eccles.* cap. XX. prodita: Ορκίζω σε τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ, ἧς ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς, καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. Sophronius tamen vestigiis verborum B. Hieronymi, quem vertendum susceperat, insistens, paulo aliter hanc obtestationem extulit: qui utique diligentior ac curiosior in ipsismet Irenæi investigandis verbis esse debuerat. Ex quibus nemini jam dubium relictum iri credo, quod probare instituerамus, Irenæi libros Græco sermone conscriptos fuisse. Nec movere nos oportet quod procemio libri primi orationis ornatum a se minus requirendum protestatur. Hujus enim rei causam in Græci sui sermonis dissuetudinem, cujus usum propter alienam ac peregrinam eorum, quibus cum in Galliis versabatur, linguam, intermittere cogebatur, rejicit: ipsaque adeo præfatio Græce ab Epiphanio relata, hoc quod adstruimus, citra omnem dubitationem comprobat. Inscriptionem porro eorum quinque librorum, qui nunc *adversus Hæreses* prænotantur fuisse hujusmodi: Ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, βιβλία πέντε, Euseb. lib. V. *Hist. Eccles.* cap. VII. perspicue indicat. Unde conjicere possumus sermonis compendio & brevitatis caussa eis titulum, quem nunc præferunt, inditum fuisse. Verum longior hæc & a proposito alienior digressio, reprehensionem invidorum vix effugiet. Ego tamen dum in commune consulam, reique litterariæ prosim, delicatorum istorum morsus nauci non facio. Ut autem unde divertit, eo revocetur oratio, illam qua de agebamus Ecclesiasticam observationem jam inde a Tertulliani temporibus invaluisse declarant ejus verba, quæ ex libro *de Corona militis* subjungam: *Die*, ait, *Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare: Eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus*. Nicæni quoque Concilii *capite* XX. firmatam hanc fuisse observationem, constat. Sic enim a Patribus CCCXVIII. qui in eo Concilio convenerunt, statutum fuisse accepimus: Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν πεντηκοστῆς ἡμέραις, ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ. Id est: *Quoniam sunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecostes, propterea utique statutum est a sancta synodo, quoniam consona & conveniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem vota Domino reddamus*. Quod tamen caput a Rufino lib. I. *Appendicis ad Euseb.* cap. VI. in Nicænæ Synodi Canonibus recensendis prætermissum est. Facere plane non possum, quin tota hac de re egregium Basilii Magni locum subjiciam, ad quem nos Photius *Nomocanonis* Tit. VII. cap. V. ad intelligendam hujus ritus rationem rejicit: Habetur autem in capite vicesimo septimo libri *de Spiritu Sancto* ad Amphilochum, quo περὶ τῶν ἀγράφων Ecclesiæ νομίμων agens, ita scribit; Καὶ ὀρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς ἐν τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου, τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν· οὐ γὰρ μόνον ὡς συναναστάντες Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλοντες ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς δεδομένης ἡμῖν χάριτος, διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως ἑαυτοὺς ἀπομιμνήσκομεν, ἀλλ' ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκών. διὸ καὶ ἀρχὴ οὖσα ἡμερῶν, οὐχὶ πρώτη παρὰ Μωϋσέως, ἀλλὰ μία ὠνόμασται. Ἐγένετο γάρ φησιν ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία, ὡς τῆς αὐτῆς ἀνακυκλουμένης πολλάκις, καὶ μία τοίνυν ἡ αὐτὴ, καὶ ὀγδόη τὴν μίαν ἐκείνην, καὶ ἀληθινὴν ὀγδόην, ἧς ὁ ψαλμῳδὸς ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν ἐπεμνήσθη. δι' ἑαυτῆς ἐμφανίζουσα, τὴν μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον κατάστασιν τὴν ἄπαυστον ἡμέραν, τὴν ἀνέσπερον, τὴν ἀδιάδοχον, τὸν ἀλήκτον ἐκεῖνον, καὶ ἀγήρω αἰῶνα. Ἀναγκαίως οὖν τὰς ἐν αὐτῇ προσευχὰς ἑστῶτας ἀποπληροῦν τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἡ ἐκκλησία παιδεύει, ἵνα τῇ συνεχεῖ ὑπομνήσει τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς τῶν πρὸς μετάστασιν ἐκείνην ἐφοδίων μὴ ἀμε-

λῶμεν. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ πεντηκοστὴ τῆς ἐν τῷ αἰῶνι προσδοκωμένης ἀναστάσεώς ἐστιν ὑπόμνημα. ἡ γὰρ μία ἐκείνη καὶ πρώτη ἡμέρα ἑπτάκις ἑπταπλασιασθεῖσα τὰς ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας ἀποτελεῖ. ἐκ πρώτης γὰρ ἀρχομένη εἰς τὴν ἀρχὴν καταλήγει, διὰ ὁμοίων τῶν ἐν τῷ μέσῳ ἐξελιττομένη πεντηκοντάκις. διὸ καὶ αἰῶνα μιμεῖται τῇ ὁμοιότητι ὥσπερ ἐν κυκλικῇ κινήσει ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχομένη σημείων, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταλήγουσα. ἐν ᾗ τὸ ὄρθιον σχῆμα τῆς προσευχῆς προτιμᾶν οἱ θεσμοὶ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν, ἐκ τῆς ἐναργοῦς ὑπομνήσεως, οἱονεὶ μετοικίζοντες ἡμῶν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα. καὶ καθ' ἑκάστην δὲ γονυκλισίαν καὶ διανάστασιν, ἔργῳ δείκνυμεν ὅτι διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν κατεῤῥύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν. Id est, secundum Interpretis versionem: *Et erecti perficimus preces in una sabbati: rationem autem non omnes novimus. Non enim solum ut qui resurreximus cum Christo, & qui superna quærere debeamus in resurrectionis die datæ nobis gratiæ per hoc quod stamus in precando nos ipsos commonefacimus: sed quod etiam venturi seculi is dies quodammodo imago esse videatur. Quapropter etiam cum principium sit dierum, non prima a Mose, sed una appellata est. Factum est enim, inquit, vespere & mane dies una, velut eadem sæpe revolvatur: una itaque eadem & octava unam illam revera ac veram octavam, cujus Psalmographus in quibusdam Psalmorum inscriptionibus meminit, per seipsum demonstrans, statum videlicet post hoc tempus, diem non desituram, vesperam non habentem, & successionem non admittentem, ævum illud nunquam finiendum ac senii expers. Necessario igitur Ecclesia erudit alumnos suos, ut stantes preces absolvant, quo per assiduam commonefactionem vitæ non desituræ viaticorum ad illam transmigrationem parandorum non negligentes simus. Sed & totus quinquaginta dierum numerus Pentecoste appellata, resurrectionis, quam in illo sæculo expectamus, monumentum. Una enim illa & prima dies septies septemplicata septem sacræ Pentecostes hebdomadas efficit. Ex prima enim initium sumens in principium desinit, per similes intermedios quinquagies evoluta, unde & ævum similitudine refert, velut in circulari motu ab iisdem signis initium sumens & in eadem desinens. In qua erectam figuram in adoratione præferre Ecclesiæ leges nos erudierunt, ex manifesta commonefactione velut transferentes mentem nostram a præsentibus ad futura. Quin & quoties genua flectimus & rursus erigimur, reipsa ostendimus quod propter peccatum in terram delapsi sumus, & per benignitatem ejus, qui condidit nos, ad cælum revocati sumus.* Epiphanius etiam circa finem lib. III. *contra Hæreses* capite, quo compendiariam fidei catholicæ doctrinam seorsim complexus est: Καὶ δι' ὅλου, ait, μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ προσαββάτῳ, ἕως ὥρας ἐνάτης, δίχα μόνης τῆς πεντηκοστῆς, ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν. ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται. Id est: *Et per totum quidem annum jejunium hoc servatur in eadem sancta Catholica Ecclesia, quarta, inquam, & sexta feria usque ad horam nonam, excepta sola Pentecoste, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque jejunium imperatum ordinatumque est.* Beatus quoque Hieronymus in l. *adversus Luciferianos* inter ea, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatemque sibi scriptæ legis usurpant, hoc quoque commemorat, die Dominico & per totam Pentecosten de geniculis adorare, & jejunium solvere. Idemque, in l. *adversus Montanum*, a jejuniis tempus Quinquagesimæ excipit. Sed & B. Augustin. *epist.* CXIX. *ad Januar.* de Pentecostes diebus tractans: *Ut autem* (inquit) *alleluia per illos solos dies quinquaginta in Ecclesiis canetur, non usquequaque observatur. Nam in aliis diebus varie cantatur alibi atque alibi. Ipsis tamen diebus ubique. Ut autem stantes in illis diebus & omnibus Dominicis oremus, verum ubique servetur, ignoro.* Maximus Episcopus in Sermone *de Pentecoste*, qui inter Ambrosianos est sexagesimus primus, Christianis per quinquaginta dies, quorum intervallo Pascha a Pentecoste disjungitur, jugem ac continuatam fuisse festivitatem tradit, ita ut hoc toto tempore neque ad observandum jejunia indicerentur, neque ad exorandum Deum genibus succiderent, sed sicut Dominica solebat fieri, & erecti & feriati resurrectionem celebrarent: instar denique Dominicæ eorum dierum curricula celebrari & omnes eos dies velut Dominicos deputari scribit, quod post resurrectionem tota Quinquagesima Christus cum hominibus sit commoratus. Isidorus lib. I. *de Ecclesiast. Offic.* cap. XXXIII. Idcirco autem totius Quinquagesimæ dies post Domini resurrectionem resoluta abstinentia in sola lætitia celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis: ubi jam non labor, sed requies erit lætitiæ. Ideoque nec genua in orationibus flectuntur; quia, sicut quidam Sapiens ait, inflexio genuum pœnitentiæ & luctus indicium est. Unde etiam per omnia eandem in illis solemnitatem, quam die Dominico custodimus, in qua majores nostri nec jejunium agendum, nec genua esse flectenda ob reverentiam Dominicæ resurrectionis tradiderunt. Exceptis vero Dominicis & Pentecostes diebus, Christianos non nisi genibus pronis supplices Deo preces fudisse, nemini obscurum est: eumque fuisse nostris proprium ac peculiarem precandi morem, Eusebius lib. v. *Histor. Eccles.* cap. v. de Christianis, qui in legionibus Romanis sub M. Aurelio stipendia merebant, agens, ita scribit: Ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν, κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας τράπεσθαι. Id est: *In procinctu in ipsaque acie genu flexo in terram usque (qui nostrarum precationum proprius mos est) ad supplicandum Deo esse conversos.*

QUANDIU CÆLESTIS LUMEN LAVACRI IMITANTIA NOVAM SANCTI BAPTISMATIS LUCEM VESTIMENTA TESTANTUR) Ex hoc loco duo notanda sunt ad sacramentum baptismi pertinentia. Unum est, administrandi olim baptismi duo stata ac solemnia tempora fuisse, Pascha scilicet & Pentecosten: extra quæ non nisi ægrotantes, vel infirmi, & qui mortis, ægritudinis, obsidionis, naufragii necessitate periculoque urgebantur, tingi consueverant: quinimmo reliquis omnibus festivitatibus baptismi celebrationem interdictam fuisse, ex Gerundensis Concilii *cap.* IV. Compendiensis *cap.* III. Wormatiensis *c.* X. Burchardus lib. IV. *Decret.* cap. VI. & VII. Yvo Carnutensis primæ partis *Decretorum*, quibus Pannoniæ titulum præscripsit, cap. LX. Et Gratianus in Can. *de Catechumenis*, *de consecrat. distinct.* IV. docent. Idem etiam Siricii Papæ ad Himerum Taraconensem Episcopum, Leonis ad Episcopos Siculos, Gregorii ad Clerum & plebem Taraconensem Rescriptis fuisse prohibitum, referunt Burchardus *ejusdem libri cap.* v. Yvo *cap.* LVIII. LIX. & LXIII. Gratianus in Can. *Non sine ratione*, Can. *Duo tempora*, Can. *Venerabilis*, Can. *Baptizandi*, *de consecrat. distinct.* IV. Tertullianus in lib. *de Baptismo*: *Diem*, ait, *solemniorem baptismo Pascha præstat, cum & passio Domini, qua tingimur, adimpleta est.* Exinde Pentecoste ordinandis lavacris latissimum spatium est: quod & Dominica resurrectio inter Discipulos frequentata est, & gratia Spiritus Sancti dedicata, & spes adventus

Domini subostensa. B. Ambros. in libello *de mysteriis Paschæ*: *Hæc*, inquam, *est illa cælestium mysteriorum gratia. Hoc Paschæ donum: hæc optabilis anni festivitas: hæc exordia gignentium: hinc vitalis lavacri sacra Ecclesiæ editi puerperio infantes parvulorum simplicitate renati, barathro innocentiis perstrepunt innocentiæ*. Hujus etiam observationis Ecclesiasticæ Niceph. *Hist. Ecclesiast.* lib. XIII. cap. XIX. testis adduci potest. Sed & Matisconensis secundæ Synodi c. III. ita constitutum fuit: *Relatione quorundam fratrum nostrorum comperimus Christianos non observantes legitimum diem baptismi pene per singulos dies ac natales martyrum filios suos baptizare, ita ut vix duo vel tres reperiantur in sancto Pascha, qui per aquam & spiritum regenerentur. Idcirco censemus ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare præter illos, quos infirmitas nimia, aut dies extremus compellit filios suos baptismum percipere.* In Thessalia plane Paschæ duntaxat diebus baptismata fieri consuevisse, eoque evenisse ut plurimi absque baptismo morerentur, Socrates l. V. *Histor. Ecclesiast.* c. XIX. auctor est. In reliquis vero pene omnibus orbis Christiani partibus baptismatis prærogativam Paschæ & Pentecostes celebritates, specialiter ac proprio jure sibi vindicasse, in Ecclesiaque longa sæculorum successione morem hunc constanter retentum invenio. Nam & Gregorius Turonensis in usu id suis temporibus fuisse non uno loco indicat: Libro siquidem V. *Hist.* cap. XI. *Sacerdos*, ait, *orans, ut conversi ad Dominum velamen ab eis litteræ rumperetur, quidam ex his ad sanctum Pascha ut baptizaretur expetiit*. Rursus eodem cap. *Gaisus autem nuntio Pontifex nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis ad baptisterium extramuranum egressus est: ibique omnis multitudo populi coram eo prostrata baptismum flagitavit.* Idem *lib.* VI. *cap.* XXVII. *Diesque Paschæ cum multa jocunditate tenuit filiumque suum baptismo tradidit.* Quod & Annonius Monachus, aut, ut quibusdam placet, *Aymonius*, lib. III. *de Gestis Francor.* cap. XLIX. referens: *Chilperico*, ait, *filius nascitur, quem sequente anno Parisiis in Paschali festo baptizari fecit.* Necnon Otho Phrisingensis lib. VI. *Hist.* c. I. *Northmani*, inquit, *per mare Ligerin intrantes, civitatem Nannetas irrumpunt, ac in sancto sabbato Paschæ Episcopum ex more generali baptismum celebrantem cum clericis interficiunt.* Rupertus quoque Tuicensis more hoc paulatim propter auctam fidelium multitudinem abrogato, vestigia tamen ejus sua ætate vel in paucis, qui ad baptismum in Paschali festivitate offerrentur, usurpata l. IV. *de Divinis Officiis*, cap. XVIII. ita scribit: *Moris quippe erat olim in sancta Ecclesia non alio tempore regenerationis hujus celebrari sacramentum, nisi in his quibus forte superveniente infirmitate vel ægritudine mortis immineret periculum. Cuncta pene Ecclesiæ proles quam per annum verbo prædicationis novam gignere poterat, instante Paschali hac die sua nomina dabat & per sequentes dies usque ad Paschæ solemnitatem, audiens quisque regulam fidei* (unde & catechumenus dicitur, catechumenus namque auditor interpretatur) *lactatus & grandescens tandem, in plenitudine temporis postquam luna plena est, plena fide in solemnitate sancti baptisterii symbolum reddens Christo commoriebatur, & conresurgebat. At postquam Christianitas crevit & sagena illa verbi Dei piscibus impleta est, quia periculosum erat tantam multitudinem differre propter occasiones mortis, quæ in multitudine hominum multæ sunt, propter turbam infantium ex Christianis parentibus succrescentium, quorum vita persæpe levi occasione succiditur: Visum est sanctæ Ecclesiæ passim indulgentia baptizandi concessa, imo oblata, cuncta antevenire pericula. Baptismi tamen solennitatem vel in paucis cum Dominica resurrectione, cui similis est, celebrare.* Hactenus ille. Ex quibus nemini jam obscurum erit, quod B. Ambrosius in *Epistola ad Ephesios*, c. IV. scribit, non quocunque die credentes tinctos nisi ægros. Quanquam in ipsis nascentis Ecclesiæ initiis definita distinctaque non fuisse baptizandi tempora ibidem notat, sed petentibus quibuslibet baptismum datum, quibuscunque diebus vel temporibus occasio se offerret. Causam vero cur hos potissimum dies baptismo olim Ecclesia dicaverit, præter eam quæ ex Tertulliani supra allegato loco colligitur, hanc Leo Pontifex in *Epistola ad Siculos* missa adsignat, quod B. Paulus, quicunque baptizati sunt in Christo, in morte ejus baptizatos esse tradat: consepultosque nos esse cum illo per baptismum in mortem, ut quo modo surrexit Christus a mortuis per gloriam, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Quandoquidem si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simus & resurrectionis. Ex cujus doctrinæ spiritu regenerandis filiis hominum & in filios Dei adoptandis, illud tempus electum, in quo per similitudinem mysterii ea quæ geruntur in membris his, quæ in ipso capite gesta sunt congruerent, dum in baptismatis regula & mors intervenit, interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis elevatio, resurgentis adinstar est de sepulchro: ipsaque operis qualitas docet celebrandæ generaliter eum esse legitimum diem, in quo orta est virtus muneris & species actionis. Subjicit addi huic observantiæ etiam Pentecostes ex adventu Spiritus Sancti sacram solennitatem, quod ea de Paschalis festi pendeat articulo, & cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eundem qui resurrectione Domini insignis est, occurrit, porrigens quodammodo auxilianti gratiæ manum; ut hi quos a die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit invitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii sui effectum dono Spiritus Sancti consequantur. Eumque receptum morem Apostolicæ auctoritatis exemplo niti docet, quando B. Petrus eo die quo omnem credentium numerum promissus Spiritus Sancti replevit adventus, trium millium populum sua prædicatione conversum lavacro baptismatis consecravit. Unde generaliter definiens baptizandis in Ecclesia electis sola illa duo tempora esse legitima, Episcopos per Siciliam constitutos monet, ut nullos alios dies huic observantiæ misceant: non interdicta tamen licentia periclitantibus & his, quorum vita in has duas sibimet cognatas & conjunctas festivitates differri non possit, quocunque tempore subveniendi. Totus autem hic Leonis locus integrior atque emendatior in Gratiani *Decretis*, quam in vulgatis Epistolarum Leonis exemplaribus reperietur. Accedat & Basilii Mag. auctoritas, qui in *Homilia exhortatoria ad sanctum baptisma*, ita scribit: Τί δ' ἂν γένοιτο τῆς ἡμέρας τοῦ πάσχα συγγενέστερον πρὸς τὸ βάπτισμα; ἡ μὲν γὰρ ἡμέρα μνημόσυνόν ἐστιν ἀναστάσεως. τὸ δὲ βάπτισμα δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν ἀνάστασιν. ἐν τοίνυν ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως τὴν χάριν ὑποδεξόμεθα. διὰ τοῦτο πόρρωθεν ἡ ἐκκλησία ἑαυτῆς τροφίμους ὑψηλῷ κηρύγματι συγκαλεῖ, ἵν' οὓς πάλαι ὤδινεν, ἀποκυήσῃ τότε, καὶ ἀπογαλακτίσασα αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς κατηχήσεως, γεύσῃ τῆς στερεᾶς τῶν δογμάτων τροφῆς. Id est, ut Interpres vertit: *Quid vero magis cognatum baptismati esse possit quam dies Paschatis? Dies enim ipsa memoriale est resurrectionis, Baptisma vero potentia est ad resurrectionem. Itaque in resurrectionis die resurrectionis gratiam suscipiemus. Quapropter Ecclesia alumnos suos alto præconio eminus convocat, ut quos olim parturit, tunc*

pariat : & catechiſmi inſtitutione prima velut lacte remotis ſolidum dogmatum alimentum guſtandum præbeat. Atque hæc prima eſt, quæ ex his ad quæ pedetentim pervenimus, Conſtitutionis noſtræ verbis duci eliciique poſſe viſa eſt obſervatio. Alterum, quod ex hoc loco colligitur, eſt, albatos & candidatos fuiſſe eos qui baptiſmo initiabantur. Hoc enim ſignificant ea verba; CÆLESTIS LUMEN LAVACRI IMITANTIA NOVAM SANCTI BAPTISMATIS LUCEM VESTIMENTA.

B Quod ex Pontio Paulino & Fortunato Beatum Rhenanum antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſum indagatorem jam adnotaſſe ſcio in lib. Tertulliani *de Corona militis*. Confirmari vero ſequentibus teſtimoniis poteſt. B. Ambroſ. lib. ſingulari *de his qui myſteriis initiantur*: *Accepiſti poſt hæc veſtimenta candida, ut eſſet indicium quod exueris involucrum peccatorum, indueris innocentiæ caſta velamina*. Greg. Turonenſis *lib. v. cap. xi*. *Renatuſque Deo per baptiſmi ſacramentum cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit*. Et poſtea: *Flagrabant cerei lampades: albicabat tota civitas de grege candido*. Paulus Diaconus lib. vi. *Hiſt. Longobard*. cap. xv. de Codrate Rege Anglo. Saxonum: C *Is*, ait, *cum Romam perveniſſet, a Sergio Papa baptizatus, Petruſque appellatus & adhuc in albis conſtitutus, ad regna cæleſtia migravit*. Idem & Nicephorus perſpicue docet lib. vii. *Hiſt. Eccleſ.* cap. xxxiii. Socrates etiam lib. vii. *Hiſt. Eccleſ.* cap. xxii. de Paulo Novatianorum Epiſcopo, a quo Judæus baptiſmum petiit: Εὐτρεπίζει, ait, τὰ πρὸς βάπτισμα, ἐσθῆτά τε αὐτῷ λαμπρὰν ὠνησάμενος, καὶ τὴν κολυμβήθραν τοῦ βαπτιστηρίου πληρωθῆναι κελεύσας ἦγεν ἐπ' αὐτὴν τὸν Ἰουδαῖον ὡς βαπτίσων αὐτόν. Id eſt, *Quæ ad baptiſmum pertinent, parat, veſtemque illi ſplendidam coemit, ac fonte baptiſterii impleri jubet & Judæum tanquam illum jam baptizaturus adducit*. D Verum enim vero, quoniam non quæſito, ſed oblato ab ea, in cujus interpretatione verſamur, Conſtitutione, argumento, in baptiſmi quæſtionem ingreſſi ſumus, non erit a propoſito alienum, rituum in baptiſmo receptorum antiquitatem veterum ſcriptorum auctoritate teſtimoniiſque comprobare. Qua in re ut aliquis ordo teneatur, parvulos, eoſque, qui a primis cunabulis tingebantur, ab iis, qui adulta jam & provecta ætate ad religionem noſtram accedebant ſeparandos duco. Parvulos quidem parentum manibus ut plurimum geſtari, & ab iis baptiſmo ofE ferri conſueviſſe, B. Auguſt. lib. *Hypognoſticon* vi. indicat cum ait: *Novimus etiam parvulos, quibus uſus liberi arbitrii non eſt, ut de bonis aut malis eorum meritis judicemus, parentum manibus ad gratiam ſacri baptiſmatis deportatos, & cum in uno eorum per manus ſacerdotis myſterium fidei adimpleretur, alterum in parentum manibus factum exanimem*. Hoc æque aperte expreſſit idem auctor *epiſt.* xxiii. *ad Bonifac. Sic enim*, inquiens, *ſcribens dicis: ut ſicut parentes fuerunt auctores ad eorum pœnam, per fidem parentum identidem juſtificentur, cum videas multos non offerri a parentibus, ſed etiam a* F *quibuslibet extraneis, ſicut a dominis ſervuli aliquando offeruntur. Et nonnunquam mortuis parentibus ſuis, parvuli baptizantur ab eis oblati, qui illis hujuſmodi miſericordiam præbere potuerunt. Aliquando etiam quos crudeliter parentes expoſuerunt, nutriendos a quibuslibet, nonnunquam a ſacris virginibus colliguntur, & ab eis offeruntur, ad baptiſmum, quæ certe proprios filios non habuerunt ullos, nec habere diſponunt*. Baptiſmum plane eorum, qui jam adulta ætate tingebantur, præcedebat κατήχησις, qua per aliquod tempus myſterio ſubſecuturo initiabantur, ut ejus fidei ac religionis, ad quam aditus eis

A per baptiſmum dabatur, præceptis inſtituti atque informati, in Eccleſiam rectius introducerentur. Socrates lib. vii. *Hiſt. Eccleſ.* cap. xvii. de Paulo Epiſcopo, ad quem Judæus baptiſmum expetens acceſſit: Ὁ δὲ, ait, ἀποδέχεται μὲν αὐτοῦ τὴν προαίρεσιν· οὐ πρότερον δὲ ἔφη δώσειν τὸ βάπτισμα, εἰ μὴ κατηχηθείη τὸν περὶ πίστεως λόγον, μετὰ τοῦ νηστείαις σχολάσαι ἡμέρας πολλάς. ὁ οὖν Ἰουδαῖος παρὰ γνώμην νηστεύειν ἀναγκαζόμενος σπουδαιότερον ἐνέκειτο βαπτισθῆναι παρακαλῶν. Id eſt, *Laudavit quidem ille Judæi propoſitum: verum baptiſma illi ſe daturum* B *negavit, niſi prius in doctrina fidei inſtructus eſſet ac complures dies jejuniis vacaſſet. Judæus itaque præter animi ſententiam, jejunare coactus, diligentius urgebat obſecrans ut baptizaretur*. Sic Nicephorus de alio Judæo paralytico, quem baptiſmi cupiditate captum & incenſum fuiſſe narrat: *Hoc ubi*, ait, *Attico Epiſcopo renunciatum eſt, de rebus ſacris more noſtro eum inſtituit & ſpem bonam in Chriſtum habere per Evangelium rite docuit*. Ac tribus quidem appellationibus diſtinctos fuiſſe eos qui ad fidem accedebant, Iſidor. lib. ii. *de Origine Eccleſiaſticor. Officior.* cap. xx. tradit. Quorum gradus primus erat, C Catechumenorum: Secundus, Competentium: Tertius, Baptizatorum. Catechumenos vero eos dictos ibidem docet qui primum de Gentilitate veniebant, ducti voluntate credendi in Chriſtum, quos *Audientes* appellatos a Latinis ſcribit. Unde Rabanus Maur. libro i. *de Inſtitut. Clericor.* cap. xxvi. Catechumenus autem dicitur pro eo quod adhuc doctrinam fidei audit, necdum tamen baptiſmum accepit. Nam κατηχούμενος Græce, Latine *auditor* interpretatur. Et ita ſane a Tertulliano in lib. *de Pœnitentia* & Cypriano *lib.* iii. *epiſt* xvii. & xxii. Catechumeni *Audientes* vocantur, & a Beda *novæ vitæ Auditores* in lib. ii. D *Commentarior. Eſdræ*. Solebant autem Catechumenis per totam Quadrageſimam præcipua fidei noſtræ capita tractari atque exponi, ut ita lavacro futuro, cujus præſtatio in Paſchales ferias differebatur, præpararentur. Hoc indicat B. Hieronymus *ad Pammachium* adverſus errores Johannis Hieroſolymitani, cum ait: *Conſuetudo apud nos hujuſmodi eſt, ut iis qui baptizandi ſunt per* xl. *dies publice tradamus ſanctam & adorandam Trinitatem*. Brancarenſis utique Concilii ſecundi *capite* i. conſtitutum fuit, ut ante viginti dies baptiſmi ad purgationem exorciſmi, Catechumeni concurrerent, in quibus diebus omnino Symbolum fidei ſpeciali- E ter docerentur. Quod ab Burchardo *lib.* iv. *cap.* viii. & Yvone Carnut. lib. i. *Pannomiæ*, cap. lxxv. & Gratiano in *Can. Placuit*. x. *quæſt.* refertur: rurſuſque ab eodem Gratiano repetitum eſt in *Can. Ante*, de conſecratione, diſtinctione iv. ubi pro *ſpecialiter*, *ſpiritualiter* perperam, ut quidem exiſtimo, ſcriptum eſt. Beda etiam, in *Commentariis Eſdræ*, lib. i. *Novæ*, ait, *vitæ auditoribus ſymbolum fidei tradimus quod per duodecim Apoſtolos ordinatum eſt & totidem ſententiis compreſenſum*. Nec vero ſola Catechumenis fides inſinuabatur, ſed & de moribus ad Chriſtianam vitam pertinentibus monebantur. Itaque B. Augu- F ſtinus lib. unico *de Fide & Operibus*, eos qui baptizandis fidei duntaxat, non etiam morum præcepta tradenda ac docenda credebant, reprehendit. Et B. Ambroſius lib. i. *de his qui myſteriis initiantur*, his qui ad ſacri lavacri petitionem venerant, ſe de moralibus cottidianum ſermonem habuiſſe profitetur: cum vel Patriarcharum geſta, vel proverbiorum legerentur præcepta: ut his informati aſſueſcerent majorum ingredi vias, eorumque iter carpere, ac divinis obedire inſtitutis: quo renovati per baptiſmum, ejus vitæ uſum tenerent, quæ ablutos deceret. Sed &

Beda in *Commentariis Esdræ* lib. II. *Pulchre*, ait, *in Ecclesia habet consuetudinis doctrina Patrum inolevit, ut in quadragesima in quatuor Evangeliorum sacramentum explanetur ac recitentur exordia*. Post Catechumenos secundus Competentium gradus erat. Competentes autem, ut Isidorus exponit lib. II. *de Origine Ecclesiasticor. Officior.* cap. XXI. dicebantur, qui jam post doctrinam fidei, post doctrinam vitæ ad gratiam Christi percipiendam festinabant. Ideoque appellabantur *Competentes*, id est, gratiam Christi petentes. Nam Catechumeni tantum audiebant, nec dum petebant. Erant enim quasi hospites & vicini fidelium, de foris audientes mysteria, audientes gratiam, sed adhuc non appellabantur fideles. Competentes autem jam petebant, jam accipiebant, jam catechizabantur, id est, imbuebantur instructione sacramentorum. Istis enim salutare symbolum tradebatur, quasi communicatorium fidei & sanctæ confessionis indicium, quo instructi agnoscerent, quales jam ad gratiam Christi exhibere se deberent. Quod autem ait foris stetisse Catechumenos, ex eo confirmatur, quod auctor libri *de Cælesti Hierarch.* cap. III. tradit, Catechumenis, Energumenis & Pœnitentibus Psalmorum quidem cantus & Sacrarum Scripturarum lectionem audire licuisse: ad ea autem quæ deinde peragebantur mysteria, non fuisse admissos, sed exclusos. Isidori vero illa verba, ut ferme omnia, transcripsit Rabanus Maurus in lib. I. *de Institutione Clericorum*, cap. XXVI. Traditam vero ab utroque Catechumenorum & Competentium differentiam Augusti, ex libro unico *de Fide & Operibus*, subjecta verba comprobant: *An usque adeo*, ait, *dissimulamus a sensibus nostris, ut vel nos ipsos non recordemur quam fuerimus attenti atque solliciti, quid a nobis præciperent a quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus, atque ob hoc Competentes etiam vocaremur: vel non intueamur alios qui per annos singulos ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus quibus catechizantur, exorcizantur, scrutantur, quanta vigilantia conveniant, quo studio ferveant, qua cura pendeant*. Et mox: *Quod autem fit per omne tempus quod in Ecclesia salubriter constitutum est, ut ad nomen Christi accedentes Catechumenorum gradus accipiant: hoc fit multo diligentius & instantius his diebus quibus Competentes vocantur, cum ad percipiendum baptismum sua nomina jam dederunt*. Idem libro unico *de cura pro mortuis gerenda*: *Post ista convaluit, perrexit Hipponem, Pascha jam appropinquabat, dedit nomen inter alios Competentes*. Ex quibus apparet baptizandos nomina dedisse: quemadmodum ex Carthaginensis quarti Concilii *cap.* LXXXV. relato in Can *Baptizandi*, *de consecrat. distinct.* IV. & ex ejusdem Augustini *epist.* CLX. *ad Martianum* liquet, in qua ita est: *Tua mihi est perfecta desidero, & te nomen dedisse inter Competentes, audire laturum esse jam jamque cognoscere*. Competentibus vero tenendam memoriter fidei & symboli contextionem datam fuisse idem auctor indicat lib. I. *Retractationum*, cap. XVII. Quod & Cyprianus, sive quis alius ejus libri auctor est, ostendit in Opusculo *in Symbolum Apostolorum*: In Ecclesia, inquiens, tamen urbis Romæ hoc non invenitur factum, pro eo arbitror, quod neque hæresis ulla hinc sumpsit exordium, & mos ibi servatus antiquus apud eos, qui gratiam baptismi suscepturi sunt publice, id est, fidelium populo audiente, symbolum reddere, & utique ad lectiones unius saltem sermonis eorum qui præcesserunt in fide non admittit auditus. Quinetiam Synodi Laodicenæ *cap.* XLVI. Burchardus citat, quo eos qui ad baptisma veniebant fidem discere, & quinta feria septimanæ majoris Episcopo aut

A Presbyteris reddere videbantur. Quod *caput* Græce sic habet: *Ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἐκμανθάνειν, καὶ τῇ πέμπτῃ τῆς ἑβδομάδος ἀπαγγέλλειν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις*. Refertur autem & a Gratiano in Can. *Baptizandos*, *de consecrat. distinct.* IV. qui verbum *ἑβδομάδος*, non ut Burchardus *majoris*, sed *ultimæ septimanæ* vertit. Similiter & Agathensis Concilii XII. Symbolum octo dies ante Dominicam resurrectionem publice in Ecclesia Competentibus tradi decretum fuisse, Burchardus *lib.* IV. *cap.* XXIX. & Gratian. *Can. Symbo-*
B *lum*, *de consecrat. distinct.* IV memorant. Idemque sextæ Synodi, quæ in Trullo habita est, *c.* LXXIX. postea renovatum est: in cujus interpretatione Balsamon institutoribus suis, qui *κατηχισταὶ* dicebantur, reddidisse significat. Ceterum Catechumeni, ut Isidorus lib. I. *de Orig. Ecclesiast. Officior.* capite XXI. scribit, exorcizabantur primum. Nam ut B. Augustinus libro unico *de Ecclesiasticis dogmatibus* auctor est, in universis Ecclesiis uniformiter id observabatur, ut sive parvuli, sive juvenes ad baptismum venirent, non prius fontem vitæ adirent quam exorcismis & exsufflationibus Clericorum spiritus ab eis immundus abigeretur. Exorcismum
C autem Isidorus definit sermonem increpationis contra immundum spiritum in Energumenis sive Catechumenis factum: per quem ab illis nequissima diaboli virtus & inveterata malitia vel violenta incursio expulsa fugabatur. Quem ritum in baptismum inductum lunatici exemplo docet, quem increpavit Dominus, & exivit ab illo dæmonium, ut habetur *Matthæi* XVII. *cap.* Potestatem autem diaboli exorcizari & insufflari in Catechumenis idem scribit: ut ei renuncient atque eruti a potestate tenebrarum in regnum Domini sui per sacramentum baptismatis transferantur. Quod in parvu-
D lis, quia per se renuntiare non possunt, per corda & ora gestantium adimpletur. Optatus Milevitanus Episcop. *lib.* IV. *Neminem fugit quod omnis homo qui nascitur, quamvis de parentibus Christianis nascitur, sine spiritu immundo esse non possit, quem necesse sit ante salutare lavacrum ab homine excludi, & separari. Hoc exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur & fugatur*. Et postea: *Vos baptizando exorcizatis hominem fidelem, & dicitis, Maledicte exi foras*. Exsufflatos plane & exorcizatos fuisse infantes, in eumque ritum omnes per totum orbem diffusas Ecclesias unanimiter consensisse, B. Augustinus aliis insuper locis testatur. Libro quidem secundo *de Nuptiis &*
E *Concupiscentia* ad Valer. Comit. *Ac sic*, inquit, *accusat Ecclesiam toto orbe diffusam: in qua utique omnes baptizandi infantuli non ob aliud exsufflantur, nisi ut ab eis princeps mundi mittatur foras, a quo necesse est vasa iræ possideantur, cum ex Adam nascuntur si in Christo non renascuntur*. Idem lib. II. *ad Cælestium* de peccato originali: *Ipsa sanctæ Ecclesiæ sacramenta satis indicant parvulos a partu etiam recentissimos per gratiam Christi de diaboli servitio liberari. Excepto enim quod in peccatorum remissionem non fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, etiam prius exorcizatur in eis & exsufflatur potestas*
F *contraria, cui etiam verbis eorum a quibus portantur sese renunciare respondent*. Idem lib. III. *contra Julian. Pelagian. Lavantur, sed non abluuntur, exorcizantur & exsufflantur, sed a potestate diaboli non eruuntur*. Et rursus lib. VI. *contra eundem Julian. Sed verum est tamen quod antiquitus veraci fide catholica prædicatur & creditur per Ecclesiam totam: quæ filios fidelium nec exorcizaret, nec exsufflaret, si non eos de potestate tenebrarum & a principe mortis erueret*. Idem August. lib. III. *contra epist. Parmeniani* ad fin. *Orbis terrarum baptismis exsufflatur*. Idem lib. II. *contra Crescontum*, cap. III.

Quid exufflatis? quare rebaptizatis? Et *cap.* IV. *Cum apud nos jam baptizatum nec cœpisse dicunt esse Christianum, eum tanquam Paganum exufflant, cum Catechumenum faciunt*. Et lib. v. *Hipognostic.* contra Pelagianos: *Falsum de parvulis conticesce, qui propterea catechizantur & exufflantur ac baptizantur, ut princeps mundi hujus diabolus ex eis foras mittatur, aut si non in illis diabolus exufflatur, cujus opere, id est, vitio peccati per Adam tenentur obnoxii, dicite, cur imagini Dei fit injuria? verum opinor quod eis baptismo vestro baptizandis minime exuffletis, ne non imagini Dei, sed diabolo faciatis injuriam*. Idem *epist.* CV. *ad Sixtum*: *Circumstipantur enim & divinarum auctoritate lectionum & antiquitus tradito & retento firmo Ecclesiæ ritu in baptismo parvulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes & cum exorcizantur, & cum per eos a quibus gestantur renunciare respondent, a diaboli dominatione liberari*. Et mox: *Quid ad hoc respondeam quod exorcizantur & exufflantur infantes? hoc enim proculdubio fallaciter fit, si diabolus in eis non dominetur*. Huic exorcismorum muneri præerant olim in Ecclesia quos *Exorcistas* appellabant: quos Isidor. lib. VII. *Etymologiarum* cap. XII. Latine *adjurantes* verti posse ait, indeque nomen accepisse, quod super Catechumenos vel super eos qui spiritu immundo torquerentur, nomen Domini nostri Jesu Christi invocarent, adjurantes per eum, ut egrederetur ab eis: cujus verbi vim etiam B. Augustinus in lib. *de Beata Vita* sic explicat: *Vel ille*, ait (de spiritu autem immundo loquitur) *qui extrinsecus invadit acumen, sensusque conturbat, & quendam hominibus infert furorem: cui excludendo qui præsunt manum imponere, vel exorcizare dicuntur, hoc est per divina eum adjurando expellere*. Cyprianus *epist.* VII. *lib.* IV. *Quod hodie etiam geritur ut per exorcistas voce humana potestate divina flagelletur & uratur ut torqueatur diabolus*. Quod eorum officium Pontius Paulinus in carmine *de Natali Felicis* I his versibus declarat:

Inde gradum cepit cui munus voce fideli
Admirare malos & sacris pellere (sic enim emendo) *verbis*.

Unde idem auctor *epist.* V. *ad Amandum* ad fin. Exorcistam dæmoniis terribilem dicit. Cui rei Julius quoque Firmicus, religionis licet nostræ expers, testimonium dat lib. II. *Mathes.* cap. v. *Erunt*, inquiens, *omnibus dæmonibus terribiles, quorum adventum pravi dæmones fugiant: & qui sic laborantes homines non vi verborum, sed sola sui ostensione liberent, & quamvis sit violentus dæmon qui corpus hominum, animumque quatiat, sive ille aereus sit, terrenus aut infernus, istius hominis jussione fugiet, quia præceptis cum quadam veneratione tenebitur. Hi sunt qui a vulgo Exorcistæ dicuntur*. Idem ejusdem *lib. cap.* IX. *Faciet Exorcistas, & qui laborantes dæmonum incursione homines aptis remediis liberent*. Exorcismis ergo Catechumeni ab immundi spiritus potestate liberantur. Unde Beda in *Commentariis Regum*, lib. IV. *Recti*, ait, *ordinis est, ut doctores veritatis prius ab auditorum præcordiis omnem spiritum immundum exsufflando, & catechizando abigant: & sic eos qui fuerant castra dæmonum, sed facti jam possessio spiritualis Israel, societati fortis sanctorum, mysteriis salubribus imbuendo aggregent*. Sed & jejuniis Catechumenos purgari & ad baptismum præparari consuevisse, non Socratis modo a me supra ex lib. VII. *Histor. Eccles.* prolatus locus, verum etiam Burchardus cum Gratia-

A no indicant, qui ex Concilii Carthaginensis IV. *cap.* LXXVII. dogma proferunt, quo baptizandi nomen suum, dare & diu sub abstinentia vini & carnium & manus impositionis crebra examinatione baptismum percipere jubebantur, ut refertur in *Can. Baptizandi, de consecratione, distinct.* IV. Hinc Tertullian. in lib. *de Baptismo*: *Ingressuros*, ait, *baptismum orationibus crebris, jejuniis & geniculationibus, & pervigiliis orare oportet & cum confessione omnium retro delictorum*. Idem etiam Balsamon in *Commentariis ad cap.* XLV. *Synodi Laodicenæ* comprobat: Sal præterea in mysterio Catechumenis dari a patribus institutum, Isidorus

B lib. II. *de Ecclesiast. Offic.* cap. XX. testis est, ut ejus gustu condimentum sapientiæ perciperent, neque dissiparentur a sapore Christi, nec essent fatui & retro respicerent, sicut uxor Loth. Et ideo sale initiari solitos Catechumenos Beda in *libros Regum* scripsit, ut est a Gratiano relatum in *Can. Sal cælestis, de consecrat. distinct.* IV. Aquam autem baptismatis udituri, sed & aliquanto prius, in Ecclesia sub antistitis manu contestabantur se renuntiare diabolo, & pompæ & angelis ejus, quemadmodum Tertullianus in lib. *de Corona militis* scribit: ex quo idem in lib. *de habitu muliebri*:

C *Hi sunt*, ait, *nimirum angeli quos judicaturi sumus. Hi sunt angeli quibus in lavacro renunciamus*. Idem in lib. *de Spectaculis*: *Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur, renunciasse nos diabolo & pompæ & angelis ejus ore nostro contestamur. Angelos enim quosdam a Deo ob liberum arbitrium profugos factos, quorum princeps est qui dicitur diabolus*. B. Augustinus in lib. *de Corrupt. & Grat.* scribit, quibus utique in baptismo abrenuntiari consuevisse, Basilius Magnus in lib. *de Spiritu Sancto*, cap. XXVII. tradit his verbis: Ἀλλὰ δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ

D γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὰ σεμνὰ σιωπῇ διασώζεσθαι: ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν θριαμβεύειν ἐν γράμμασιν; Quorum verborum hujusmodi apud Gratian. in *Can. Ecclesiasticor. distinct.* II. translatio reperitur. *Huc accedit quod ter immergimus* (sic enim legendum est) *quod baptizatos oleo ungimus, verbis abrenunciare Satanæ & angelis ejus informamur. Unde & hæc, & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita ac mystica tradi-*

E *tione a patribus Ecclesiastico more, reverentiori diligentia, sunt in mysteriis observata silentio, quam publicata scripto?* Hujus quoque ejerationis Origenes *Homilia* VIII. *in Exod.* meminit. B. Ambros. *Exaemeri* lib. I. cap. IV. *Deserit*, inquit, *qui abluitur, intelligibilem illum Pharaonem principem istius mundi, dicens, Abrenuncio tibi, diabole, & angelis tuis, & operibus tuis & imperiis tuis*. Idem Ambrosius in libro singulari *de his qui mysteriis initiantur*, cap. I. *Ingressus es jam regenerationis sacrarium, repete quid interrogatus sis: recognosce quid responderis: renuntiasti diabolo, & operibus ejus, mundo, & luxuriæ ejus ac voluptatibus*. Et

F mox: *Ingressus igitur, ut adversarium tuum cerneres cui renuntiandum mox putares, ad orientem converteris. Qui enim renuntiat diabolo, ad Christum convertitur, illum directo cernit obnutu*. Ex quo colligitur post abrenuntiationem ab Occidente ad Orientem converti solitos baptizandos. Quod paulo copiosius Dionys. lib. *de Ecclesiastica Hierarchia*, cap. I. exponit, cujus verba Latinæ potius, ut sunt ab Interprete reddita, quam Græce, planioris intelligentiæ causa, referam: nec

verebor ipsum pene integrum caput referre, quod ad baptismalium ceremoniarum, de quibus agimus, tractatum apprime pertineat. Sic autem habet: *Porro qui tam sublimium ac tam cælestium munerum sacro fuerit desiderio & amore captus, accedit ad aliquem ex fidelium numero, oratque ut se ad Pontificem ducat, secuturum omnia quæ sibi tradentur penitus atque ex toto animo spondens: precaturque, tum ut se adducat, tum ut reliquæ deinceps gerendæ vitæ suæ suscipiat curam. Illum, & si salutis ejus sacro amore succenditur, celsitudinem tamen rei humanamque infirmitatem metientem continuo horror & angustia difficultatis invadit. Postremo tamen facturum quod ille postulat benignissime pollicetur: assumensque hominem ad Pontificem ducit: Ille magna cum lætitia (non secus quam ovem perditam) in humeris virum suscipiens primum quidem secretus ex corde gratias agit, tum in orantis quoque habitum sternitur, adoratque supplex, atque veneratur summum illud beneficumque principium, a quo & vocanda vocantur, & salvanda salvantur: denique sacros omnes gradus ut sibi cooperentur, ac pro salute viri simul congaudeant agantque divinæ clementiæ gratias, [illegible] Ecclesiam cogit: atque initio quidem [illegible] sacris libris insertum simul cum omnibus [illegible] ordinibus canit. Post hæc [illegible] altaribus ad virum astantem proficiscitur, percontaturque ab eo quidnam volens convenerit. Illo autem (juxta quod a susceptore suo fuerat doctus) impietatem & veri boni ignorantiam accusante, ac divinæ vitæ opere tamdiu se fuisse destitutum ingemiscente, atque orante, ut ejus sacratissimo munere ac prece, Deo divinisque mysteriis frui mereatur, contestatur ei, oportere ex integro totoque corde accedere ad Deum per cuncta perfectum & immaculatum. Tum divinæ quoque conversationis ac vitæ illi explicans rationem, an ita velit deinceps vivere sciscitatur. Quod ubi ille pollicitus fuerit, imponit ejus capiti manum, consignansque illum, sacerdotibus mandat, ut virum susceptorem describant. Postea vero quam illi descripsere, sacram effundit precem, quam cum secum omnis Ecclesia terminaverit, discingit quidem ipsum, ac ministrorum manibus exuit. Deinde occidentem versus illum statuens, intendentem, manusque impingentem ad eandem regionem conversas, insufflare illum ter Satanam jubet, ac præterea abrenuntiationem profiteri. Et cum post trinam abrenuntiationis contestationem, tertio se illa abrenuntiare professus fuerit, ad orientem illum traducit, aspicientemque in cælum, atque intendentem manus, Christo sacrisque omnibus divinitus traditis consentire jubet.* Ad Orientem sane converti eos qui Deo preces fundunt, Ecclesiæ non scripta, sed ab Apostolis profecta traditione, auctor libri *Responsionum ad Orthodox.* quæst. CXVIII. & Basil. Magnus cap. XXVII. *de Spiritu Sancto* ad Amphiloch. memorant. Ut autem ad illam, a qua divertimus, abrenuntiationem redeamus, Chrysostomus Homilia XXI. *ad populum Antiochenum*, qua baptizandos instruit: *Vocis*, ait, *recorderis quam cum sacris instituereris, emisisti, Abrenuntio tibi Satana & pompæ & cultui tuo.* B. Augustinus lib. I. *de Nupt. & Concupiscent.* ad Valer. Comit. *Ab hac igitur potestate tenebrarum, quarum est diabolus princeps, id est, a potestate diaboli, & Angelorum ejus quisquis erui cum baptizantur, negaverit parvulos ipsorum, Ecclesiæ sacramentorum veritate convincitur.* Et mox: *In veritate itaque, non in falsitate potestas diabolica exorcizatur in parvulis: eique renunciant, quia per sua non possunt, per ora gestantium, ut eruti a potestate tenebrarum in regnum sui Domini transferantur.* Tractat & de hac in baptismo usurpata abrenuntiatione B. Bernardus in sermone *de duplici Baptismo*: *Non tantum autem diabolo abrenuntiare, sed & fidei suæ professionem edere baptizandum jussum certissimum est.* Tertullian. in lib. *de Spectacul. Cum aquam ingressi Christianam fidem in legis suæ verba profitemur.* Cyprianus ep. XII. *l.* I. *Sed & ipsa interrogatio quæ fit in baptismo, testis est veritatis. Nam cum dicimus, Credis in vitam æternam, & remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam? intelligimus remissionem peccatorum non nisi in Ecclesia dari. Apud hæreticos autem ubi Ecclesia non sit, non posse peccata dimitti.* Ambrosius lib. unico, *de his qui mysteriis initiantur*, cap. IV. *Tu autem baptizatus es in nomine Trinitatis: confessus es Patrem, recordare quid feceris, confessus es Filium, confessus es Spiritum Sanctum.* Et cap. V. *Descendisti igitur, recordare quid responderis, quod credas in Patrem, credas in Filium, credas in Spiritum Sanctum.* Proinde duabus in baptismo pactionibus fideles adstringi, Isidor. lib. II. *de Offic. Ecclesiast.* cap. XXIV. notat. Una quidem pactione diabolo & pompis ejus renuntiari: altera vero fidei in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum contestationem confessionemque fieri. Pro parvulis autem parentes aut alios, a quibus baptismo offerebantur, ad ejusmodi interrogata respondisse, ostendit B. Augustinus epist. XXIII. *ad Bonifac. Quando*, inquiens, *ad baptismum offeruntur* (de infantibus loquitur) *pro eis parentes tanquam fidei doctores respondent: & dicunt illos facere, quod illa ætas cogitare non potest, aut si potest occultum est. Interrogamus enim eos a quibus offeruntur, & dicimus, Credit in Deum: de illa ætate quæ utrum Deus sit, ignoret. Respondent, credit, & ad cætera sic respondetur, singula quæ geruntur.* Unde miror parentes in istis rebus tam fidenter pro parvulis respondere, ut dicant eum tanta bona facere, quæ ad horam qua baptizatur, baptizator interrogat. Ideoque eos qui parvulos offerrent & sponsores pro eis fierent, periculo ingeri Tertullianus dicit in lib. *de Baptismo*, quod proventu malæ indolis falli possent. Jam quo certius exploraretur an post Satanæ renuntiationem sacra verba datæ fidei radicitus corde Catechumeni defixissent, Scrutinia fieri olim solita Rhenanus ex Burchardo admonuit. Qua de re Ruperti Tuiciensis, ex lib IV. *de Divinis Offic.* cap. XVII. subjungam, ex quibus verbi non ita triti ac pervulgati vis ac potestas innotescet: *Scrutinia, ait, dicuntur a scrutando, videlicet quia perscrutandum erat in his qui accedebant, ne aliqua radix amaritudinis subesset, veluti fuit in Simone Mago, in Hæreticis & Hæresiarchis quam plurimis, ut sancta non illis darentur nisi prius Christiana fides in mentibus eorum radices altas fixisset.* Et *cap.* XXI. *Juxta ordinem, ait, usque in sabbatum in vigilia Paschæ septem agebantur Scrutinia, ut dum septenario numero implerentur Catechumeni, daretur illis gratia septiformis Spiritus Sancti. Quorum primum erat, tertia quadragesimæ hebdomada feria secunda, qua magnum quartæ feriæ scrutinium sic erat ad Catechumenos pronuntiandum. Scrutinii diem, dilectissimi fratres, quo electi nostri divinitus instruantur, imminere cognoscite: ibidemque sollicita devotione sequenti quarta feria circa horam tertiam convenire dignemini, ut cæleste mysterium, quo diabolus cum sua pompa destruitur, & janua regni cælestis aperitur, inculpabili mysterio peragere valeamus. Item feria quarta a finitis missarum solemniis annuntiabat presbyter, ut in ipsa hebdomada reverterentur ad Scrutinium, ita dicendo; die sabbati venientes, colligite vos temporius ad Ecclesiam illam. Iterum atque iterum annuntiabat presbyter qualem diem novisset, ita dicendo; Illa feria venientes colligite vos temporius ad Ecclesiam illam, donec septem (ut dictum est) Scrutinia complerentur.* Atque eo sensu scrutari Catechumenos B. Augustinus dixit. Enimvero in Paschali festivitate Catechumenos conten-

ta

ta voce citari atque ad baptismum convocari moris fuisse Basilius Magnus homilia *de Baptismo* significare videtur. Quin etiam eos cervice inclinata in humilitate pedum cum cilicio in Ecclesiæ conspectum singillatim productos, B. Augusţ. lib. II. *de Symbolo*, cap. I. significat, cum ait: *Hac nocte circa nos actum est, quod ceteris noctibus actum non est, quod ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiæ: ibique cervice humiliata, quæ male fuerat ante exaltata, in humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extirparetur diabolus superbus, dum super vos invocatus est humiliter altissimus Christus.* Idem lib. IV. *de Symbolo*: *Omnia*, ait, *sacramenta quæ acta sunt & aguntur in vobis per ministerium servorum Dei exorcismis, orationibus & canticis, spiritualibus insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicum, humilitate pedum, pavor iste securitatem appetentibus. Hæc omnia, ut dixi, escæ sunt quæ vos reficiunt in utero, ut renatos in baptismo hilares vos mater exhibeat Christo.* Ita Cathecumenos, priusquam ad baptismi gratiam admitterentur, deprimendos humiliandosque Veteres censuerunt: quos & a fidelibus separatos nec Ecclesiæ precationum participes factos Chrysostomus *Homil.* LXXIX. Tom. V. & *Homilia* XXIV. *in caput Johannis* III. docet. Laodicenæ utique Synodi *cap.* XIX. *μετὰ τὰς ἐπισκόπων ὁμιλίας ἰδίᾳ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι* constitutum fuit: Id est, *Post Episcoporum homilias Cathecumenorum precationes separatim fieri: deinde Ecclesia eos abigi.* Merito autem *μετὰ τὰς ὁμιλίας*, quoniam Episcopos verbum veritatis tractantes Catechumeni audiebant, ut ex B. Augustini lib. VI. *Confession.* cap. III. liquet. Arausicani insuper Concilii *cap.* XVIII. & XIX. & XX. Catechumenis Evangelia non legi: a baptisterii quoque aditu eos repelli & segregatos præceptis fidei informari; signandosque ac benedicendos seorsim a fidelibus offerri, præceptum est. Quin etiam ab altari penitus exclusos, & dum sacris operarentur Ecclesiæ ministri, procul ire eos Levitarum voce jussos, indeque Missæ vocabulum fluxisse, Isidorus lib. VI. *Etymologiarum*, cap. XVI. tradit: *Missa*, inquiens, *tempore sacrificii est quando Catechumeni foras mittuntur: clamante Levita, Si quis Catechumenus remansit, exeat foras: & inde Missa, quia sacramentis altaris interesse non possunt qui nondum regenerati noscuntur.* Quod & Dionys. l. *de Ecclesiast. Hierarch.* testatur, qui post Psalmorum cantus, & Sacræ Scripturæ lectionem *ἔξω γίνεσθαι τῆς ἱερᾶς περιοχῆς τοὺς κατηχουμένους* scribit, ut & Arreptios ac Pœnitentes: remansisseque duntaxat *τοὺς τῆς τῶν θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἀξίους*. Cruce plane signatos fuisse Catechumenos B. Ambrosius testatur lib. unico *de his qui myst. initiantur*, cap. IV. B. Augustinus lib. V. *de catechizandis rudibus*: *His dictis interrogandus est, an hæc credat atque observare desideret.* Quod cum responderit, solemniter utique signandus est, & Ecclesiæ more tractandus. Idem lib. II. *de Symbolo* Catechumenos alloquens: *Nondum quidem adhuc per sacrum baptismum renati estis: sed crucis signum in utero sanctæ matris Ecclesiæ jam concepti estis.* Et iterum lib. III. *de Symbolo*: *Dum per sacratissimum crucis signum vos suscepit sancta mater Ecclesia: quæ sicut & fratres vestros cum summa lætitia spiritualiter pariet: nova proles futura tantæ matris, quousque per lavacrum sanctum regeneratos mox luci restituat.* Theodoritus quoque idem signaculum (quod *δεσποτικὴν σφραγῖδα* vocat, & Dionysius *σταυροειδῆ σφραγῖδα*, l. *Eccles. Hierarch.* c. V.) his, qui gratiam Christi accepturi erant, imponi solitum ostendit lib. IV. *Hist. Ecclesiast.* cap. XVIII. Dextræ vero id signaculum imprimi in Ecclesia receptum admonet auctor libri *Responsion. ad Orthodox.* in respons. ad quæst. CVIII. Quando autem de catechismi solemnibus hactenus sparsim ac promiscue egimus, ut ejus tota ratio lectoribus constet, Rabani Mauri verba, quibus catechismi formam sua ætate (vixit autem ad annum usque DCCCLV.) observatam describere, subjicere, & quatenus antiquorum Patrum traditionibus consentiant, quæ ab eo traduntur, excutere non pigebit. Hunc vero ille lib. I. *de Institutione Clericorum*, cap. XXVII. catechizandi ordinem fuisse scribit, ut primum interrogaretur Paganus, an abrenuntiarent diabolo & omnibus damnosis ejus operibus atque fallacibus pompis. Deinde Apostolicæ fidei Symbolum ei ostensum: quæsitumque ab eo, an crederet in Deum Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum, & in Spiritum Sanctum, unum Deum trinitate, & unitate, an confiteretur unam esse Ecclesiam catholicam, & an crederet remissionem peccatorum & carnis resurrectionem. Posteaquam vero ita se per confessionem veræ fidei in alterius commendasset dominium, & per abrenuntiationem prioris possessoris se alienasset servitio, exsufflatam tum ab eo fuisse sævam potestatem, ut per pium Sacerdotis mysterium Spiritui Sancto cederet fugiens spiritus malignus. Signatum mox signaculo sanctæ crucis tam in fronte, quam in corde, ut ipse diabolus in vase suo pristino interemptionis suæ cognoscens signum jam sibi deinceps sciret illud esse alienum. Exinde dictas super eum orationes ut fieret Catechumenus. Tunc datum esse ei sal benedictum in os, ut per sal typicum sapientiæ sale conditus fœtore careret iniquitatis, & nec a vermibus peccatorum ultra putrefieret: sed magis illæsus servaretur ad majorem gratiam percipiendam. Dehinc iterum exorcizatum fuisse diabolum, ut suam nequitiam agnoscens & justum judicium Dei timens, recederet ab eo, nec jam contenderet cum arte sua subvertere. Postea tactas ei nares & aures cum saliva, dictumque ei illud verbum Evangelicum, quod Jesus quando surdum & mutum sanavit, tangens cum sputo linguam ejus, & mittens digitos suos in auriculas ejus, dixit, *Ephata*, quod est, *adaperire*. Nimirum, ut per salivam typicam Sacerdotis & tactum sapientia & virtus divina salutem ejusdem Catechumeni operaretur, ut aperirentur ei nares ad accipiendum odorem notitiæ Dei & aures ad audienda mandata Dei, sensusque intimo cordis reponenda. Deinde benedictione sacerdotali munitum, ut ad sacrum baptismum cum fide accepta custodiretur: unctum illius tunc pectus de oleo sanctificato cum invocatione Sanctæ Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentes inimici in eo residerent: sed in fide Sanctæ Trinitatis mens ejus confortaretur. Unctum & inter scapulas oleo fuisse refert, ut undique muniretur & ad bona opera facienda per Dei gloriam roboraretur. Quas omnes cerimonias fontis consecrationem præcessisse narrat. Sed an ejus demum ævo ritus isti in baptismum inducti sint, an vero vetustiorem originem habeant, videamus. De abrenuntiatione quidem & ejeratione diaboli, satis multa priscorum & melioris notæ auctorum testimonia supra protulimus. Quibus addi interpretationis loco velim quæ B. Augustinus lib. III. *de Symbolo*, cap. I. scribit. Initiatos vero fidei nostræ rudimentis, primisque instructionum sacramentis imbutos, nomina sua dedisse ut per baptismum regenerarentur, Competentesque exinde vocatos, jam ante diximus: & B. Augustinus lib. III. *Confessionum*, cap. II. & lib. IX. cap. VI. planum facit. His fidei Christianæ

summam certis ac conceptis Symboli verbis comprehensam traditam fuisse, quam memoriæ mandarent, mandatamque postea redderent, idem B. August. innumerabilibus prope locis, maximeque quatuor suis *de Symbolo* libris, testatum reliquit. Et quidem Dominica in ramis Palmarum (ut vocant) Symbolum Competentibus traditum, propter confinem Paschæ solennitatem, ut, qui jam ad Dei gratiam festinabant, quam confiterentur, fidem cognoscerent, Isidorus lib. VI. *Etymologiarum*, cap. XVIII. & lib. I. *de Ecclesiast. Offic.* cap. XXVII. tradit. Itaque inter Beati Augustini Opera Sermo refertur eo Palmarum die habitus, cujus hujusmodi est exordium: *Simbolum, quod vobis tradituri sumus,* (fratres charissimi) *comprehensio est fidei nostræ, atque perfectio: simplex, breve, plenum, ut simplicitas consulat audientium rusticitati, brevitas memoriæ, plenitudo doctrinæ. Quod enim Græce Symbolum dicitur, Latine Collatio nominatur. Collatio ideo, quia collata in unum totius catholica legis fides Symboli colligitur brevitate, cujus textum vobis Deo annuente dicemus.* Alius etiam ad Competentes inscriptus Sermo eodem die prolatus legitur, cum tali proœmio: *Hodie, fratres charissimi, specialiter ad Competentes humilitatis nostræ sermo dirigitur. Et quamvis omnibus etiam fidelibus baptizatis admonitio nostra conveniat, & unusquisque qui de animæ suæ salute sollicitudinem gerit, unde proficere possit, credimus quod in ista humili suggestione nostra reperiat, peculiariter tamen eos qui nunc baptismi sacramenta desiderant, volumus adornare. Primum ergo Competentes isti, quare hoc nomine vocentur, agnoscant. Competentes dicuntur, simul petentes: quomodo considentes nihil est nisi simul sedentes, & colloquentes nihil aliud nisi simul loquentes, concurrentes sine dubio non intelliguntur nisi simul currentes, ita & Competentes non possunt aliud intelligi nisi simul petentes. Sic autem traditum Competentibus Dominica palmarum Symbolum, eis per ultimam Quadragesimæ hebdomadam ediscendum altaque mente reponendum relinquebatur.* Exigebatur vero ab eis sabbato Paschali, quo die Competentes symbolum reddidisse, ex sermonibus a B. August. eo die habitis, patet. Nec non ex Homilia XLII. *de commendat. Orationis Dominicæ*, in qua ita eos alloquitur: *Quicunque autem vestrum non bene symbolum reddiderunt, habent spatium, teneant, quia die sabbati audientibus omnibus qui aderunt, reddituri estis, die sabbati novissimo, quo die baptizandi estis.* Romæ autem Competentes fidem suam ex loco editiori in conspectu populi fidelis profiteri consuevisse auctor est B. August. lib. VIII. *Confession.* cap. II. quo de Victorino rhetore in hunc modum scribit: *Denique ut ventum est ad horam profitendæ fidei, quæ verbis certis, conceptis, retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romæ reddi solet, ab eis qui accessuri sunt ad gratiam, tum oblatum esse dicebant Victorino a Presbyteris, ut secretius redderet, sicut nonnullis, qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat: illum autem maluisse salutem suam in conspectu sanctæ multitudinis profiteri.* Quam etiam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem Cypriani ex lib. *de Symbolo* a me supra prolatus locus testatur. Post redditam vero a Competentibus fidei regulam eodem sabbato Paschali protinus Orationem Dominicam, quam ad octo dies redderent, eis traditam fuisse, indicat Sermo IV. sabbato Paschæ ab eodem August. *de expositione Orationis Dominicæ*, post redditum symbolum habitus. Indicat & ejusdem homilia XLII. *de commendatione Orationis Dominicæ*. Jam signaculi Dominici impositionem, quam Rabanus exsufflationi subnectit, ipsis Ambrosii & Augustini temporibus observatam usitatamque fuisse supra probavimus. De salis vero in os ingestione haud scio (nec enim temere quicquam adfirmare ausim, ac ne si ausim, velim quidem) an certa aliqua possit ex vetustiorum monumentis auctoritas proferri: sale quidem certe initiatos Cathecumenos Isidorus, qui circiter annum DCXXX. floruit, & Beda, qui usque ad annum DCCCXXXII vixit, docent, ut testimonia a me ex eorum scriptis supra prolata comprobant. Eoque forte (non enim satis liquet) pertinet Concilii Carthaginensis III. Cæsario & Attico viris clarissimis Coss. id est, juxta Mariani Scoti supputationem, anno Christi CCCXCVIII. Syricii Pontificis temporibus gesti, caput V. in quo ita est: *Item placuit ut per sollennissimos Paschales dies sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitum sal: quia si fideles per illos dies Sacramenta non mutant, nec Cathecumenis oportet mutari.* Eodem etiam videntur referenda B. Augustini ex lib. I. *Confessionum* cap. XI. verba: *Audieram enim ego adhuc puer de vita æterna nobis promissa per humilitatem Domini Dei nostri descendentis ad superbiam nostram, & signabar jam signo crucis ejus, & condiebar ejus sale.* Quod vero ad narium atque aurium contrectationem attinet, ejus ritus, sine ulla tamen sputi adhibiti mentione, Ambrosius non uno loco meminit; veluti lib. I. *de Sacramentis*, cap. I. *Ergo*, ait, *quid egimus sabbato? Nempe apertionem. Quæ mysteria celebrata sunt? Apertionis, quando aures tibi tetigit Sacerdos & nares: quod & significat Dominus noster Jesus Christus in Evangelio: cui cum oblatus esset surdus & mutus, tetigit aures ejus & os ejus. Aures, quia surdus erat: os, quia mutus, & ait, Ephata, quod Hebraicum verbum est, quod Latine dicitur, Adaperire. Ideo ergo Sacerdos aures tibi tetigit, ut aperiantur aures tuæ ad sermonem & eloquium Sacerdotis.* Fit & hujus apertionis rursus mentio apud eundem lib. unico, *de his qui mysteriis initiantur*, cap. I. in quo ita est: *Aperite igitur aures & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere sacramentorum carpite: quod vobis significavimus cum apertionis celebrantes mysterium diceremus, Effata, quod est, Adaperire, ut venturus unusquisque ad gratiam, quid interrogaretur, cognosceret, quid responderet, meminisse deberet: hoc mysterium celebravit Christus in Evangelio, sicut legimus cum mutum curaret & surdum. Sed illi os tetigit, quia & mutum curabat & virum. In altero, ut os ejus infusæ sonum vocis aperiret: in altero, quia tactus iste virum decebat, fœminam non decebat.* At Beda, ut ex ejus lib. I. *Homil.* XIX. Yvo Carnut. refert, morem in Ecclesia inolevisse scriptum reliquit, ut Sacerdotes illius his, quos percipiendis baptismi sacramentis præpararent, prius inter cetera consecrationis exordia de saliva oris sui nares tangerent & aures, dicentes Ephata. Per salivam quidem oris sui gustum quo initiandi sunt supernæ sapientiæ designantes. Per tactum vero narium, ut abjectis delectationibus noxiis solum Christi semper amplectantur odorem. Sequitur de Catechumenorum unctione oleique illitu dicere: de cujus ritus probatione non laboraremus, si de Epistola, quæ Beati Clementis nomine circumfertur, inter omnes conveniret. Sic enim illic, prout Clementem Latine loquentem nobis Ruffinus reliquit, scriptum est: *Baptizetur unusquisque in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis invocato super se: perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum post hæc consecratus possit percipere locum cum sanctis.* Similiter

Dionysius, cui vel stylus ipse orationisque gravitas magnum vetustatis specimen præbet, libro *de Ecclesiastica Hierarchia*, Antistites oleo baptizandos inunxisse, unctioneque inchoata eum qui baptizabatur toto corpore inungendum Sacerdotibus tradidisse scribit. Basilius Magnus *de S. S.* ad Amphiloch. cap. XXVII. Εὐλογοῦμεν δὲ ait, τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν, τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; Id est, *Benedicimus autem aquam baptismatis, & oleum unctionis, insuperque eum qui baptizatur, ex quibus scriptis? nonne a tacita & arcana traditione? Ipsam vero olei illitionem quæ doctrina scripta docuit?* Nicephorus de Constantini Imperatoris baptismo tractans *lib.* VII. *c.* XXXIII. *Et jam*, ait, *oleo unctus, lavacrum ille ingreditur, atque more recepto sanctissimæ Trinitatis fit invocatio.* Sed & B. Augustini ex *Homilia ad Neophytos* verba Yvo Carnutensis I. *Decretorum* Part. cap CXCIII.& Gratianus in *Can. Prima igitur, de consecrat. distinct.* IV. longam verborum seriem citant, ex qua baptizatorum, priusquam ad fontem sanctum venirent, aures, & nares oleo benedictionis oblitas unctasque fuisse secundum Ecclesiasticam traditionem, quæ tunc temporis ab omnibus catholicis Sacerdotibus observaretur, apparet. Quod ea nimirum ratione factum exponitur; quia introitus totius sanctæ doctrinæ ad animum per aures admittitur & de auditu intellectus exoritur. Adhibita ergo auribus unctio hoc significabat, ut omnes extra disciplinam sermones quasi doctrinæ Christi obloquentes aversarentur ac fugerent, & ad solius Dei verba audienda aures suas eloquiis Christi consecratas accommodarent. Nares vero eodem modo unctas, ut, qui ad baptismum veniebant, admonerentur tanti mysterii sacramentum usque ad mortem inviolatum & integrum custodire: ut, quamdiu spiritum naribus traherent, a Christi cultu non recederent. Ad hæc illius olei, quod in Christi nomine & virtute benedictum esset, odorem baptizandos ad odoratum provocasse spiritalem, ut ad corporei sensus similitudinem mentis sensibus Christi suavitatem odorarentur ac perciperent. His igitur præviis ceremoniis baptizandus ad fontem accedebat: quem auctor lib. *Responsion. ad Orthodox.* quæst. CXXXVII. & Socrates lib. VII. *Histor. Ecclesiast.* cap. XVII. & Zonaras in *Leone Isauro*, & alii κολυμβήθραν vocant. Dionysius allegorice μητέρα τῆς υἱοθεσίας in lib. *de Cælesti Hierarchia*. Fons porro in basilicis proprio & baptismi officio specialiter dicato loco concludebatur: cujus appellationem Latini verborum inopes, a Græcis mendicantes, locum eum *baptisterium* nuncupant: Græci suum illud Latinis commodatum verbum intempestive repetere nolentes, φωτιστήριον dicunt. Ambrosius *regenerationis sacrarium* appellat, lib. unico *de his qui myster. initiant.* cap. XI. Extat Paulini *ad Severum* Epistola, qua duas ab eo factas basilicas, baptisterio, quod utriusque pariter usibus deserviret, interposito, narrat. Quam in dispositionem ac structuram ludit his versibus:

Iste duas inter diversi culminis aulas
Turrito fontem tegmine constituit.
Læta novos geminis partus Ecclesia mater
Excipiet sinibus, quos aqua protulerit.
Aula duplex tectis, Ecclesia testamentis,
Una sed ambobus gratia fontis adest.

Alios præterea de ipso baptisterio a se conditos ver-

A sus idem Paulinus memorat, quos itidem adscribam:

Hic reparandarum generator fons animarum
Vivum divino lumine flumen agit.
Sanctus in hunc cælo descendit spiritus amnem,
Cælestique sacras fonte maritat aquas.
Concipit unda Deum, sanctamque liquoribus almis
Edit ab æterno semine progeniem.
Mira Dei pietas! peccator mergitur undis,
Mox eadem emergit justificatus aqua.

B Id vero baptisterium Severus aliquot picturis virorum sanctitate præstantium exornarat, ut emergentibus e sacro fonte sequenda imitandaque eorum facta ob oculos proponerentur. Fons autem hic, ubi tingendorum Competentium dies cesserat, aqua replebatur, ut Socrates lib. *Hist. Ecclesiast.* VIII. cap. XVII. & Paschasius Episcopus apud Marian. Scot. lib. II. *Chronic.* ostendunt. Plane priusquam in fontem descenderent, orationibus ac benedictionibus Sacerdotum consecrari sanctificarique aqua consueverant. Testis est Dionysius lib. *Ecclesiast. Hierarch.* c. I. ὕδωρ, inquiens, ταῖς
C ἁγίαις ἐπικλήσεσι καθαγίσας. Et Basilius Magnus, cap. XXVIII. *de Spiritu S.* ad Amphiloch. εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος. Ambrosius lib. I. *de Sacramentis* cap. V. *Quare prior Christus descendit, postea Spiritus, cum forma baptismatis & usus hoc habeat, ut ante fons consecretur & tunc descendat qui baptizandus est? Nam ubi primum ingreditur Sacerdos, exorcismum facit: Secundo super creaturam aquæ invocationem: Postea precem defert, ut sanctificetur fons & adsit præsentia Trinitatis æternæ.* Idem lib. uni. *de his qui mysteriis init.* cap. III. aquam baptismatis salutari crucis mysterio consecrari dicit. Quinetiam infusum in aquam fuisse unguen-
D tum Dionysius lib. *de Ecclesiast. Hierarchia* cap. II. indicat. Similiterque oleum aquæ miscuisse in baptismo quosdam Valentiniani sectatores Irenæus lib. I. *adversus Hæreses* capite XVIII. narrat. In fonte autem baptizandi interrogabantur: an in Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum crederent. Ad quæ interrogata singulatim respondebant, tum mergebantur: ut ex Augustini verbis patet, quæ ex ejus Homiliis *ad Neophyt.* ab Yvone Carnutensi & Gratiano referuntur, in hunc modum: *In hoc ergo fonte antequam vos toto corpore tingeremus, interrogavimus, Credis in Deum Patrem omnipotentem? Respondistis, Credo. Rursum interrogavimus,*
E *Credis & in Jesum Christum Filium ejus, qui natus est de S. Sancto ex Maria Virgine? Respondistis singuli, Credo. Iterum interrogavimus, Et in S. Sanctum? Respondistis similiter, Credo. Subjicit etiam interrogator, An in Ecclesiam & remissionem peccatorum crederent.* Cujus interrogationis meminit Cyprianus *epist.* XII. lib. I. Et hoc est quod Tertullianus in lib. *de Spectaculis*, aquam ingressos Christianam fidem in suæ legis verba professos ait. Hinc & B. Hier. *epist.* I. *Recordare*, ait, *Tyrocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus es, in sacramenti ejus verba jurasti.* Eodemque pertinet a B. Augustino lib. I. *de adultis conjug.* ad Pollent. cap. XXVI.
F proposita quæstio: *An Catechumenis in hujus vitæ ultimo constitutis, si morbo, seu casu aliquo sic oppressi sint, ut quamvis adhuc vivant, petere sibi tamen baptismum vel ad interrogata respondere non possint: prosit eis quorum in fide Christiana jam nota voluntas est, ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur infantes, quorum voluntas adhuc nulla patuit.* Ex illis autem August. ab Yvone Carnut. relatis verbis patet in fontem penitus demitti ac mergi totoque corpore tingi consuevisse eos qui baptizarentur. Quod

& Tertul. in lib. *de Baptismo* subindicat, cum ait: *Quoniam tanta simplicitate, sine pompa, sine apparatu novo aliquo, denique sine sumptu homo in aquam demissus, & inter pauca verba tinctus, non multo vel nihilo mundior resurgit*. Indicio est etiam quod Laurentius homil. [illegible] *de Pœnitentia* scribit. Aut forte quærere debeo dexteram sacerdotis, quæ me mergit in fontem, & inde iterum purificet. Et hac de causa baptizandum vestibus exutum apud Dionysium l. *de Eccles. Hierarch.* cap. I. & Nicephorum lib. III. *Histor. Ecclesiast.* cap. XXXVIII. legimus. Quanquam idem Dionysius capite sequenti baptizandum [illegible] idemque eo [illegible] Episcopo [illegible], omnia ad mysticam rationem referens, ait, quo vitam se priorem exuere fertur. Eaque una fuit olim disputandi causa, an qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequerentur, habendi essent legitimi Christiani. Qua de re dubitatum, dubitationemque [illegible] quod aqua [illegible] [illegible] essent loti, sed perfusi, C. [illegible] *præcipit* VII [illegible]. In eoque infirmitatis articulo baptizati [illegible] appellati, [illegible] indicat: [illegible] [illegible]: quemadmodum apud Eusebium lib. VI. *Histor. Eccles.* cap. XLIII. Cornelius Papa loquitur, id est, [illegible] *in quo ægri decumbebant*, [illegible]. Quo ex [illegible] Clinicorum [illegible] Novatiani ex eodem Eusebii loco patet. Eunomiani utique (quemadmodum a Theodorito lib. IV. *Compend. hæretic.* proditum est, baptizantes ad pectus usque duntaxat aqua madefaciebant, reliquis autem partibus tanquam abominandis aquam adhibere prohibebant. Qua de causa quando in solio [illegible] baptizabant, quam hominem [illegible] ejus caput usque ad pectus [illegible] in aquam deprimebant: [illegible] ad solium impacto [illegible] excogitarunt aliud genus baptismi [illegible] quo enim subsellio pronum hominem [illegible] caput sublime erigentes, effundebant [illegible] nulla in aliam partem attingebat. Alii [illegible] aliam quoque modum baptizandi invenerant. Maximam [illegible] vitam comprehendebant, eamque consecrabant, & ea hominem ad ungues usque involvebant, a pectore incipientes, deinde [illegible] aquam infundebant. Cæterum non semel, sed iterum, ac tertio, ad singula Trinitatis nomina & in singulas Personas [illegible] mergebantur: sicut Tertullianus lib. *adversus Praxeam* docet. Idem in l. *de Corona militis*: *Dehinc*, ait, *ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit*. Dionysius in l. *de Ecclesiast. Hierarch.*: Τρὶς [illegible] : Id est, *Ter illum Episcopus mergit, ac trina illius mersione & emersione, tres beatitudinis divinæ personas inclamans*. Basil. Magnus *de S. Sancto* ad Amphiloch. cap. XXVII. [illegible]; Id est, *At ter immergi hominem unde*? Trinam etiam mersionem in baptismo factam Canon Apostolorum XLIX. comprobat, in quo [illegible] est: Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα [illegible] τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω· οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος: Id est: *Si quis Episcopus aut presbyter non tres unius initiationis mersiones fecerit, sed unam quæ fiat in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus, In mortem meam baptizate, sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & S. Sancti*. Beatus Hieronymus *adversus Luciferian. Nam &* *multa alia quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scriptæ legis usurpaverunt: Velut in lavacro ter caput mergitare*. Ambrosius lib. II. *de Sacrament.* cap. LXII. *Interrogatus es, Credis in Deum Patrem omnipotentem? Dixisti, Credo, & mersisti, hoc est, sepultus es. Iterum interrogatus es, Credis in Dominum nostrum Jesum Christum & in crucem ejus? Dixisti, Credo, & mersisti, ideo & Christo es sepultus. Qui enim Christo consepelitur, cum Christo resurgit. Tertio interrogatus es, Credis & in Spiritum Sanctum? Dixisti, Credo, & tertio mersisti, ut multiplicem lapsum superioris ætatis absolveret trina confessio*. Leo quoque Pontifex Epist. *ad Episcopos per Siciliam constitutos*: *Dum*, inquit, *in baptismatis regula & mors intervenit, interfectionem [illegible] sepulturam triduanam imitatur trina [illegible] & ab aquis elevatio resurgentis instar est de sepulcro*. B. Bernardus in sermone *de Cœna Domini*: *Denique [illegible] baptismo initium sacramentorum [illegible], in quo complantamur similitudini mortis ejus, [illegible] quod nunc celebramus, [illegible]*. Rabanus Maurus lib. I. *de Institutione Clericorum* cap. XXVIII. *Post hæc igitur [illegible] baptismum Catechumenus [illegible] Sanctæ Trinitatis trina submersione [illegible]. Et [illegible] homo [illegible] Sanctæ [illegible] conditus est, per invocationem Sanctæ Trinitatis ad eandem renovatur imaginem, ut qui tertio [illegible] peccati, id est, [illegible] tertio elevatus de fonte per gratiam resurgat [illegible]. Potest & hæc trina mersio triduanam Domini sepulturam significare, maxime cum dicat Apostolus, Quicunque baptizati sumus in Christo Jesu in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim [illegible] cum illo per baptismum in morte, ut quomodo [illegible] Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus, & reliqua. Oportet ergo cum invocatione sanctæ Trinitatis [illegible] mersione baptismum [illegible], ut secundum Personarum differentiam mysterium baptismi celebretur, & secundum unitatem substantiæ unum baptisma fiat*. Atque ob triduanæ Christi sepulturæ imaginem, trinam illam in baptismo mersionem institutam. Dionysius capite II *de Ecclesiast. Hierarch.* credit, [illegible], dicens. Quam hujus ritus rationem Gregor. Pontifex epist. [illegible] lib. I. sequitur. Beatus vero Hieronym. in *Comment. in Epist. ad Ephes.* cap. IV. Ter mergi eos, qui baptizantur, propter Trinitatis mysterium opinatur. Quod [illegible] notat Gratian. in *Can.* [illegible] *modo, de* [illegible] *distinct.* IV. Utrumque vero probat & copulat B. August. *homilia* IV. in qua duplici mysterii significatione tertio in fonte capita eorum qui baptizantur demergi ait: recte enim tertio mergi, ut qui baptizentur in nomine Trinitatis; & qui baptismum accipiant in nomine Jesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis. Illam enim tertio repetitam demersionem typum gerere dominicæ sepulturæ, per quam Christo consepulti in baptismo, & cum eo surgimus in fide. At hunc ritum unanimi totius Ecclesiæ consensione [illegible] receptum, cujus etiam testimonium exemplumque ex Nicephoro lib. III. *Histor. Ecclesiast.* cap. XXXVII. peti potest, subvertere primus Eunomius ausus esse dicitur, ter immergi debere negans eum qui baptizaretur, nec Trinitatem invocari, semel duntaxat in mortem Christi tingendum esse asserens, ut a Theodorito refertur lib. IV. *Compend. hæreticorum*. Quod & Sozomenus lib. VI. *Histor. Eccles.* cap. XXVI. narrat his verbis: Φασὶ δέ τινες πρῶτον [illegible] Εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν

θείαν βάπτισιν καὶ παραχαράξαι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων εἰσέτι νῦν ἐν πᾶσι φυλαττομένην παράδοσιν. Et posta, de Eunomianis agens: *Καὶ περὶ τὴν θείαν βάπτισιν ἐνεωτέρισαν, οὐκ εἰς τριάδα, ἀλλὰ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον βαπτίζεσθαι εἰσηγησάμενοι:* Id est, *Primum hunc Eunomium introducere ausum ferunt, & una simpla mersione sacrum baptismum celebrare & adulterare ab Apostolis ad hæc nostra usque tempora ubique servatam consuetudinem.* Et post: *Innovarunt,* ait, Eunomiani *aliqua circa baptismum, non in Trinitatis nomen, sed in Christi mortem tingere introducentes.* Tandem tamen Concilii Toletani IV. cap. V. simplam teneri baptismatis mersionem placuit, ut a Gratiano refertur in *Can. Propter vitandum, de consecrat. dist.* IV. Id quod Concilii quoque Wormaciensis capite V. adprobatum invenio. Nocte plane Paschali lavacri mysteria peracta fuisse ostendit Epistola Paschalini apud Marianum Scot. lib. II. *Chronicor.* Quod & B. Augustin. conjiciendum relinquit lib. *de Symbolo*, cum ait: *Nocte Catechumenos in aspectum Ecclesiæ prolatos ac productos.* Nec obscure hoc idem designat in concione *ad Catechumenos* contra Judæos, Paganos & Arrianos, cujus ipsamet verba promam: *Exigit enim* (ait) *a nobis ratio hujus tantæ congregationis, & noctis transactæ, vobis reddere rationem, & istiu diei de tanto sacramento percepto veram sempiternamque demonstrare salutem. Si enim, dilectissimi, opera tenebrarum transactæ noctis consideremus, & quid egerimus Domino donante explicare valuerimus, inveniemus nos in nocte, non opera noctis, sed diei peregisse. Neque enim delectatione somni sopitos sensus nostros agnovimus, nec vanis phantasmatibus animas nostras illusas, nec ipsa corpora nostra stramentorum calore depressa in alio sopore requies inclinavit: sed vigilando, orando, psallendo, contra adversarium diabolum dimicando, & lucem infusam cordibus nostris sensimus, & in nocte opera Dei peregimus. Quid enim egimus in hac nocte? Tenebras diabolicas a cordibus vestris excussimus, lumen verum hauriendum esse demonstravimus. Quid enim actum est in hac nocte? Veniens vera fortitudo alligavit fortem, & vasa domus ejus diripuit. Quid actum est in hac nocte? Extirpata est superbia, introducta est humilitas. Quid actum est in hac nocte? Princeps omnium vitiorum expulsus est, fons omnium bonorum susceptus est. Videtis, dilectissimi, quæ bona habeatis præparata, & ex quo onere, vel ex quibus sarcinis peccatorum relevamini ab isto qui vos vocat, ut suscipiatis jugum ejus suave, & sarcinam ejus levem. Deponentes itaque opera tenebrarum, induite vos arma lucis. Quid sit hoc ex verbis symboli, quod modo accepistis, vobis expositum esse cognoscitur. Quid est deponere opera tenebrarum, nisi renunciare diaboli pompis & angelis ejus? Et quid est, induite vos arma lucis, nisi credite in Deum Patrem omnipotentem?* Ac ne solis conjecturis niti videamur, aperte hoc ipsum nos docet Rabanus Maurus, lib. XI. *de Instit. Cleric.* cap. XXXVIII. quo de sabbato sancto Paschæ ita scribit: *Hac autem die inclinante ad vesperam, statuta celebratio noctis Dominicæ in Ecclesia incipitur, & primum secundum institutionem Zosimi Papæ, Archidiacono cereum benedicente, apte quidem fit ut in consecratione luminis Paschalis celebratio incipiat, quæ æternæ lucis nobis contulit claritatem. Deinde lectionum veteris Testamenti & orationum ordo peragitur, ut innotescat quanta expectatione a primordio mundi per Patriarchas & Prophetas salus nostra præsagiebatur, quæ in Salvatoris nostri passione & resurrectione completa est. Deinde litaniæ aguntur, ut communicatio & memoria & oratio Sanctorum nos ad ventura gaudia consequenda adjuvet: quas sequitur baptismi sacramentum: & ascendit grex dealbatorum de lavacro.* Et mox: *Notandum vero quod apud Hieronymum legimus, quod in Orientalibus mos sit in hac nocte, ante mediam noctem fideles ab Ecclesia non recedere, horam illam expectantes in sacris vigiliis, de qua scriptum est: Media nocte clamor factus est,* & reliqua. Rupertus Tuiciensis lib. VI. *de Divinis Offic.* cap. XXIV. de eadem nocte tractans: *Quis enim dies nocte hac insignior? Quæ alia nostra est neomenia, nisi illa qua hac nocte in Christo per baptismum renascitur nova Ecclesia?* Et cap. XXV. *Dicitur autem sabbatum hoc* (de Paschali agit) *sanctum, tum propter alia plura, tum maxime propter hoc, quod ad suscipiendam tantam luminis claritatem nova Ecclesia sacri baptismi fonte sanctificatur. Hac enim die solenne est juxta veram & Evangelicam Patrum traditionem fontes benedici, & præparata per fidem tam corporum, quam animorum credentium vasa regeneratione nova sanctificari.* Hanc vero noctem pervigilio transactam, cereisque & funalibus accensis ita illustratam, ut splendore ipso cum die certaret, supra docuimus. Quod & hi, quos auctarii loco subjiciam, Prudentii atque Drepanii vatum Christianorum versus indicant. Prudentius namque in carmine, *de Sabbati Paschalis luminibus*, hujus noctis talem facit mentionem:

Nos festis trahimus per pia gaudia
Noctem conciliis, votaque prospera
Certatim vigili congerimus prece,
Extructoque agimus liba sacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ suffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perspicuo flamma jacit vitro.

Drepanii vero hi sunt de eodem argumento versus:

Aspice constructam tanta in mysteria plebem,
Unum quæ trino celebrat sub nomine Numen,
Non sic Idæis simulantur Didyma Gallis,
Attica nec Graiis nuribus vigilatur Eleusis,
Orgia Thebanus vel agit nocturna Cithæron,
Nil habet insanum strepitu, nil thure vaporum,
Sanguine nil madidum, nil cursibus immoderatum

Et post:

Hunc (de Christo autem sentit) *ut per totam*
possimus dicere noctem,
Inferimus claros sanctis altaribus ignes,
Vestibus innumeris tereti circumflua gyro,
Æquoream cohibet formatrix cera papyrum,
Cera domus mellis jam cætera turba colentum
Nigrantes tenuat vario splendore tenebras,
Ubertat stuppas, fervet discordia concors,
Ut dum sacra pio peraguntur mystica ritu,
Æmula sidereis vigilent funalia flammis.
Hæc tibi Christe (sic enim emendo) *tui patris in-*
discreta propago
Multa luce micans, terra nox splendet in omni
Nox claro mage clara die.

Unde & eam festivitatem *τὴν ἁγίαν τῶν φώτων ἡμέραν*, id est *sanctam luminarium diem*, a Gregorio Nazianz. in oratione *de sancto baptismate* vocari existimo, ut & a Nicephoro *ἐπιλύχνιον ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως*, lib. VIII. *Hist. Ecclesiast.* cap. XXXVII. Nam quod illic Nicephorus narrat ex Sozomeni lib. XII. *Hist. Ecclesiast.* cap. XI. hausit: apud quem edictum Saporis propositum dicitur *κατὰ τὴν ἡμέραν ἣ τοῦ μὲν πάθους τοῦ Χριστοῦ ἡ ἀνάμνησις,* (ita quippe legendum esse, non tantum sensus exposcit, sed &

Cassiodori versio lib. III. *Hist. Tripart.* cap. II. docet) [illegible]. Quo verborum ambitu septimanam diem [illegible] hebdomadæ [illegible]. Meminit & hujus festivitatis Alcimus Avitus, Homilia *de [illegible]* [illegible] ad populum Viennensem, his verbis: [illegible] *fidem* [illegible] *quæ celebratur festum* [illegible] [illegible] *Illa* vero nocte Israeliticæ gentis per mare rubrum transitus historiam [illegible], indicat idem Avitus lib. v. sui *Poëmatis*, cum ait:

[illegible] carmine [illegible]
D[illegible]
[illegible]:
[illegible] lavacri
Prolem, post veteres quos [illegible].

Per illum [illegible] maris rubri transitum typum baptismatis præfiguratum, Ambrosius lib. I. *de Sacramentis* cap. ult. & lib. unico *de his qui mysteriis initiantur* cap. III. & Augustinus tractatu *in Joannis* XI. *cap.* interpretantur. *Egressi porro de lavacro*, ipsamet [illegible] Tertulliani verba [illegible] *benedicta unctione* [illegible]. Itaque Synodi Laodicenæ c. XLVIII. constitutum legimus: [illegible]. Quæ verba [illegible], *oportere* [illegible] *baptizandos* [illegible] *lavacrum* [illegible] *Christi*. Cyprianus [illegible] XII. lib. I. Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est, unctione, unctus esse Dei, & habere in se Christi gratiam possit. Porro autem Eucharistia, & unde baptizati unguntur oleum, in altari sanctificatur. Quæ non unius Cypriani, sed LXXXIV. Episcoporum, qui Carthagine Decio imperante convenerunt, verba sunt: quemadmodum Græca epistola, quæ huic Concilio (cui non interfuit modo, sed præfuit Cyprianus) præponitur in lib. *Conciliorum* a Balsamone compilatorum, ostendit, quæ de Latina Cypriani Græca facta videtur. Ac proinde commodius non potuisse etiam Cypriani illius modo prolatæ epistolæ transscriptione verti. Ad Jovianum autem scripta dicitur, nisi in nomine error sit, & in *Jubaiani* locum *Jovianus* irrepserit. Nam de Hæreticorum baptismo Iubaianum per literas Coepiscopos consuluisse, ex multis Cypriani locis liquet. Quærit autem auctor lib. *Responsionum ad Orthodoxos*, cum ante sepulturam Christus a Maria unguento [illegible], nos autem in baptismo passionis Christi & resurrectionis signa celebremus: cur tandem primum quidem oleo ungimur, deinde his quæ in fonte peraguntur impletis chrismate postea consignamur. B. Augustinus lib. XV. *de Trinitate* donum gratiæ visibili significari unguento dicit, quo baptizatos ungit Ecclesia. Et Laurentius Presbyter homilia *de Pœnitentia*: *Ex illo die, illaque hora qua egressus es de lavacro, ipse tibi es fons jugis & [illegible]. Non opus habes [illegible], non [illegible] Sacerdotis. Mox [illegible] sacrosancto [illegible], & unctio [illegible] super te [illegible], & te [illegible] super te trina virtus, quæ novam [illegible]* *nova doctrina*. Et alias: *[illegible] in his tribus speciebus [illegible], & capillis, & [illegible] pedibus Christi [illegible]. Nam in [illegible] quid [illegible], [illegible] mulier pro aqua fletu [illegible], pro chrismate oleum, pro [illegible]*. Baptismati quoque chrismatis unctio adjici præcipitur Concilii Arausicani primi *cap.* I. Unctum plane fuisse baptizatorum caput, docet Ambrosius lib. unico *de his qui mysteriis initiantur*, cap. VI. Et lib. III. *de Sacramentis* cap. I. *Hesterno die*, ait, *de fonte disputavimus, cujus species veluti quædam sepulchri forma est, in quem credentes in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum recipimur, & demergimur, & resurgimus, hoc est, resuscitamur. Accipe autem mysterium, hoc est, unguentum supra caput: quare supra caput? quia sensus sapientis in capite est*, ait Salomon. Et ideo credo Isidori temporibus in Hispania infantium capita lavari invaluerat, ne Quadragesimæ observatione sordidati ad unctionem accederent, quem diem in de *Capitilavii* vulgare nomen accepisse, scribit Isidorus lib. VI. *Etymolog.* cap. XVIII. & lib. I. *de Origine Offic. Ecclesiast.* cap. XXVII. De hac etiam lavacro copula [illegible] chrismatis unctione aliquot ex veteri quodam carmine de [illegible] versus, quorum incertus est auctor, subjiciam:

[illegible] flumina vitæ
[illegible] fudit Episcopus amni.
[illegible]
[illegible] fragrans
[illegible]
[illegible] sentiat in sua labi
[illegible]
[illegible] nomine Christi
[illegible]

Gregorius Turonensis lib. V. *Histor.* cap. XI. *Ibique omnis multitudo populi coram eo prostrata baptismum flagitavit. At ille præ gaudio lacrymans, [illegible] te liniens, in sinum matris Ecclesiæ congregavit.* Tractat & de [illegible] in baptismo unctione Rabanus lib. I. *de Instit. Clericor.* cap. XXVII. ubi & illud ex gestis Pontificum memorat, Sylvestrum Papam in Ecclesia Romana constituisse, ut sicut Episcopo soli chrismatis conficiendi & baptizati per manus impositionem cum ipso baptismate consignandi potestas data est, ita Presbyteris liceret eodem chrismate linire baptizatum levatum ex aqua propter occasionem transitus mortis. Quod & Rupertus Tuitiensis lib. [illegible] *Divinis Offic.* cap. XVI. narrat in hæc verba: *Legitur autem in [illegible] quod Sylvester Papa constituit, ut baptizatum liniat Presbyter [illegible], propter [illegible] mortis, ne propter absentiam Episcopi, & difficultatem [illegible] baptizati migrent*. Presbyteris itaque baptizatos chrismate ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem, (quod solis debetur Episcopis) sed verticem. Ex his admonendi sumus, duplicem in baptismo unctionem intervenisse. Quarum una lavacrum antecedebat, altera sequebatur. Illam Græci auctores ἐλαίου ἐπίχρισιν, hanc ἁγίου μύρου σφραγῖδα [illegible] factam dicunt. Hac enim nominum differentia utramque unctionem auctor libri *Respons. ad Orthodoxos*, quæst. CXXXVII. distinguit. Verba ejus, quæ nos hoc docent, [illegible] Idem in [illegible] *sione* eadem quæstioni subjecta:

χριόμεθα δὲ τῷ παλαιῷ μύρῳ, ἵνα γινώμεθα Χριστοὶ, τῷ δὲ μύρῳ πρὸς ἀνάμνησιν τοῦ τὴν χρίσιν τοῦ μύρου ἐνταφιασμὸν ἑαυτοῦ λογιζομένου. Ubi χρίσιν ἐλαίου καὶ μύρου separari videmus. Quod autem Latini auctores *unguentum*, & Græco verbo, quo tamen jam consuetudo pro Latino utitur, *chrisma* dicunt, id ἅγιον μύρον ab illo auctore dici patet ex *Quæst.* XIV. quo loci baptisma ab Hæreticis datum τῇ ἐπιχρίσει τοῦ ἁγίου μύρου διορθοῦσθαι scribit, id est, (ut Isidorus lib. II. *de Ecclesiast. Offic.* cap. XXIV. scribit) *chrismate purgari.* Similiter Dionysius lib. *de Cælesti Hierarch.* τοῦ ἐλαίου καὶ μύρου χρίσιν in baptismi ritibus recensendis diverso ordine collocat. Nec vero dubium est, quin chrisma balsami atque aromatum mixturam jam olim habuerit, ut ex Ruperto Tuiciensi lib. *de Divinis Offic.* V. c. XVI. & Concilii Cabilonensis II. *cap.* XVI. & Tribunensis *cap.* XXII. intelligimus. Unde chrisma arte myropolica compositum fuisse unguentum dicitur lib. II. *Recognitionum* Clementis. Et in l. *de Eccles. Hierarch.* cap. IV. ἡ τοῦ μύρου σύνθεσις dicitur esse συναγωγή τις εὐπνόων ὑλῶν, ἐν ἑαυτῇ πλουσίως ἔχουσα ποιότητας εὐόσμους, ἧς οἱ μετασχόντες εὐωδιάζονται. Id est, *Chrismatis compositio quæ dicitur, est collectio quædam odorum & suave fragrantium materiarum, abundanter continens qualitates odoriferas, cujus qui participes fiunt, odoris suavitate replentur.* Unde in illis de Bebiano paulo ante a me prolatis versibus chrismatis odor prædicatur. A mystica autem Judæorum unctione ad nos chrismatis usum manasse B. Augustinus lib. I. *de Consensu Evangelistarum*, cap. XIII. & Isidorus lib. VII. *Etymologiar.* cap II. docent. Cœnæque Dominicæ die etiamnum sua ætate confici solitum chrisma, idem Isidor. auctor est lib. VI. *Etymologiar.* cap. XVIII. Eductos vero de lavacro veste candida statim amictos fuisse Dionysius lib. *de Eccles. Hierarch.* cap. I. significat. Hoc enim est quod ait, περιβάλλοντες ἐσθῆτα τῷ τετελεσμένῳ κατάλληλον. Quod planius expressit *cap.* II. ejusdem *libri*, cum ait, ἑξῆς δὲ φωτοειδεῖς ἐσθῆτας περιβάλλουσι τῷ τετελεσμένῳ. Id est *Baptizato autem confestim candore lucidas vestes injiciunt*. Albatos enim recens baptizatos fuisse jam supra monuimus. Inde est quod Laurentius Presbyter, homilia *de Pœnitentia*, vestem albam inter baptismi externos ritus ponit. Qua de re qui plura scire desiderat, legat Rabanum Maurum ejus ritus causas pertractantem lib. I. *de Institut. Clericorum*, cap. XXIX. & Rupertum Tuiciensem lib. VII. *de Divinis Offic.* cap. IX. Addit Rabanus tectum post sacram unctionem baptizati caput mystico velamine fuisse, ut intelligeret se diadematis regalis & sacerdotalis dignitatis (sicut loquitur) portitorem. Cujus cerimoniæ suo tempore observatæ Nicephorus lib. III. *Hist. Ecclesiast.* cap. ult. meminit, qui cereum quoque baptizatorum dextræ sua ætate inseri solitum docet. Cerei plane Paschalis benedictionem a Sozimio Eccles. Rom. XXXIX. ut ille ait, ut vero Marian. Scotus, XLI. Pontifice institutam. Rupertus Tuiciensis lib. VI. *de Divinis Offic.* cap. XXVIII. auctor est. Quod & ante eum Rabanus lib. II. *de Institut. Clericorum*, cap. XXXII. prodiderat. Enimvero post egressum de lavacro lactis & mellis concordiam prægustasse baptizatos, ad infantiæ significationem, Tertullian. in libro *de Corona militis*, & B. Hieronymus *adversus Luciferian.* tradunt. Alia insuper baptismi solennia Gregorius Nazianzen. perstringit Oratione *de Sancto Baptismate*, ad finem: Ἡ στάσις, inquiens, ἣν αὐτίκα στήσῃ μετὰ τὸ βάπτισμα πρὸ τοῦ μεγάλου βήματος, τῆς ἐκεῖθεν δόξης ἐστὶ προχάραγμα. ἡ ψαλμῳδία, μεθ' ἧς δεχθήσῃ, τῆς ἐκεῖθεν ὑμνῳδίας προοίμιον· αἱ λαμπάδες ἅσπερ ἀνάψεις, τῆς ἐκεῖ φωταγωγίας μυστήριον, μεθ' ἧς ἀπαντήσομεν τῷ νυμφίῳ, φαιδραὶ καὶ παρθένοι ψυχαὶ φαιδραῖς ταῖς λαμπάσι τῆς πίστεως. Id est, *Statio, inquam post baptisma ante magnum altare constitueris, venturæ gloriæ est præludium: Psalmodia, cum qua suscipieris, laudis venturæ est anteambulatrix. Lampades, quas accendimus, venturæ sunt illuminationis mysterium, cum qua obviabimus sponso, splendidæ & virginales animæ splendidis lampadibus fidei.* Ad extremum ait Rabanus lib. I. *de Instit. Cler* c. XXIX. corpore & sanguine Dominico baptismi sacramentum confirmatum, ut baptizatus Deum haberet in se habitatorem. Nam qui tincti fuerant & regenerationis lavacro renovati, protinus ad Cœnam quoque Dominicam vocabantur, ut ostendit Dionys. lib. *de Eccl. Hier.* his verbis: Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱερωτάτην εὐχαριστίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, καὶ τῆς τῶν τελετικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας. Id est, *Tandem autem Episcopus initiatum baptismo ad sacratissimam Eucharistiam vocat, participemque facit sacrorum mysteriorum.* Quod & B. Ambros. clare expressit l. unico *de his qui myst. init.* cap. VIII. *His*, ait, *abluta plebs insignibus ad Christi contendit altaria, dicens: Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam. Depositis inveterati erroris exuviis, renovata ut aquila juventute, cæleste illud festinat adire convivium. Venit igitur & videns sacrosanctum altare compositum, exclamans, ait, Parasti in conspectu meo mensam.* Hanc Sacramentorum conjunctionem etiam aperte Pontius Paulinus his versibus describit:

Inde parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes niveos corpore, corde, habitu.
Circumdansque rudes festis altaribus agnos,
Pura salutiferis imbuit ora cibis.

Inde Ambrosius lib. VI. *de Sacramentis* cap. II. post antecedentia baptismi solennia exposita: *Sequitur*, ait, *ut venias ad altare*. Et *cap.* III. *Venisti ad altare, vidisti Sacramenta posita super altare.* Itaque cap. ult. *de his qui mysteriis initiant.* ita concludit: *His igitur sacramentis pascit Ecclesiam suam Christus, quibus animi firmatur substantia.* Hinc & B. Hieronymus *adversus Luciferianos*: *Hilarius*, ait, *cum diaconus de Ecclesia recesserit, solusque, ut putat, incola mundi sit, neque Eucharistiam conficere potest Episcopos & Presbyteros non habens: neque baptisma sine Eucharistia tradere.* Sed & B. Augustinus lib. V. *Hypognosticωn*: *Quomodo igitur vitam æternam promittis non renatis ex aqua & Spiritu Sancto, non cibatis carne, atque potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum.* Nec vero dubium est quin vel infantibus ipsis ad salutem necessariam Eucharistiæ cum baptismate sumptionem Veteribus nonnullis persuasum fuerit. Unde in *Legum Francicarum capitulis* ab Ansegiso Abbate collectis libro I. cap. CLV. ita constitutum legitur: *Ut Presbyter semper Eucharistiam habeat paratam; ut, quando quis infirmaverit, aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.* Quin etiam Mediolani post baptismum, unguentique mystici tactum, Evangelium lectum, quo Apostolis pedes lavisse Christus narratur, exindeque succinctum Sacerdotem pedes baptizatis lavisse B. Ambros. lib. III. *de Sacramentis*, cap. I. & lib. unico *de his qui mysteris initiant.* cap. VI. indicat. Quam tamen consuetudinem Romanam Ecclesiam non habuisse dicit: idque adeo Elibertini Concilii *cap.* XLVIII. prohibitum fuisse videtur. *Novissime autem*, inquit Rabanus libro primo, *de Institutione Clericorum*, cap. XXX. *a summo Sacerdote per impositionem manus baptizato tradebatur Spiritus Sanctus, ut roboraretur per Spiritum*

ad prædicandum aliis idem donum, quod ipse in baptismo consecutus erat, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signabatur enim baptizatus cum chrismate per Sacerdotem in capitis summitate, per Pontificem vero in fronte, ut priori unctione significaretur Spiritus Sancti super ipsum descensio ad habitationem Deo consecrandam; in secunda quoque, ut ejusdem Spiritus Sancti septiformis gratia cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis venire in hominem declararetur. Et postea: *Nec mirum*, ait, *si homo bis eodem chrismate ad accipiendum Spiritum Sanctum ungatur, cum idem Spiritus bis ipsis Apostolis datus fuerit*, id est, *in terra semel, quando post resurrectionem suam Dominus insufflaverit in eos & dixerit, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: & de cœlis semel, quando post ascensionem Domini in die Pentecostes in linguis igneis super Apostolos venit, & omnium gentium linguis eloqui concesserit*. Hoc vero antiquorum auctorum testimoniis nunc comprobandum atque confirmandum est. Tertullianus in lib. *de Baptismo*: *Dehinc manus imponitur per benedictionem advocans & invitans Spiritum Sanctum*. Cyprianus in lib. *de Hæreticis baptizandis*: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, per præpositos Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur*. Idem in lib. *ad Pompejum contra epist. Stephani*: *Aut si effectum baptismi majestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Christi Jesu ubicunque & quomodocunque baptizantur, innovati & sanctificati judicentur, cur in ejusdem Christi nomine illic & manus baptizato imponitur ad accipiendum Spiritum Sanctum?* Eusebius Emisenus homilia *de Pentecoste*: *Quod nunc in Neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc Spiritus Sancti descensio in credentium populo donavit universis*. Quo loci de manus impositione & confirmatione gratiæ, quam regeneratis per baptismum inde conferri dicit, copiose tractat Beatus Hieronymus, Epistola *adversus Luciferianos*. *An nescis etiam hunc Ecclesiarum esse morem, ut baptizatis postea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus Sanctus?* B. Ambrosius lib. III. *de Sacrament.* cap. ult. *Sequitur spiritale signaculum, quod audistis hodie legi; quia post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad invocationem Sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur, Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii atque virtutis, Spiritus cognitionis atque pietatis, Spiritus sancti timoris, septem quasi virtutes Spiritus*. Isidorus etiam lib. II. *de Ecclesiast. Offic.* cap. ult. post baptismum per Episcopos dari Spiritum Sanctum cum manuum impositione scribit. Chrismate utique in fronte signatos fuisse baptizatos perspicue tradit Syntagma Caroli Magni auspiciis, adversus Synodum in Græcia pro adorandis imaginibus gestam, compositum: in quo *lib.* I. *cap.* XVIII. ita est: *Et non in materialibus imaginibus est accipiendum, quæ utique sicut & cæteris dignitatibus lumine carent: sed in vexillo crucis, quod accepto baptismatis sacramento per sacrosanctum unguinis liquorem nostris frontibus imprimitur, & per id Sancto Spiritui, qui est lumen inenarrabile, qui etiam super Discipulos in igne apparuit, ad nos veniendi aditus aperitur. In crucis enim impressione lumen est vultus Dei, id est, Spiritus qui a Patre Filioque procedit, quia semper in eis creditur radiare, qui suam innocentiam vel sanctitatem pravis operibus non patiuntur violare. Ut ergo ejus in nobis habitaculum non violemus, admonet nos Apostolus dicens: Nolite contristare Spiritum Sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis*. Et iterum *lib.* II. *cap.* XVII. *Signati itaque sumus in eo, quando secundum Apostolum in morte ejus baptizati sacrosancti unguinis liquore delibuti sumus, & accepimus Christiani nominis prærogativam*. Unde Laurentius Presbyter homilia *de Pœnitentia*: *Violavi*, inquit, *Symbolum meum: corrupi pactum in ipso vestibulo frontis conscriptum*. Pari de causa Prudentius in *Hymno ad omnes horas* ait:

—— die, triumphalem crucem,
Pange vexillum, notatis quod refulget frontibus.

Quo pertinent & sequentes versus ex ejus *Hymno ante somnum* prompti:

Cultor Dei memento
Te fontis, & lavacri
Rorem subisse sanctum,
Te chrismate innotatum.

Idem in *Psychomachia*:

Post inscripta olei fronti signacula: per quæ
Unguentum regale datum est & chrisma perenne.

Ex quo perspicuum est, Prudentii temporibus, qui sub Gratiano Imperatore floruit, baptizatorum frontes chrismate consignare moris fuisse. sed & hunc consignationis morem jam ante ea tempora in Ecclesia receptum testatur Epistola Cornelii Papæ apud Eusebium lib. VI. *Histor. Ecclesiast.* cap. XLIII. Quo loci de Novato, quem in lecto tinctum narrat, ita scribit: Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου, τούτου δὲ μὴ τυχών, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; Quæ verba ita Ruffinus convertit: *Addit autem etiam hoc, quod ipse Novatus in juventute spiritu immundo vexatus sit, & cum tempus aliquantum consumpsisset apud Exorcistas, ægritudinem incurrerit gravem, ita ut desperaretur, & quod jacens in lecto, pro necessitate perfusus sit, nec reliqua in eo quæ baptismum subsequi solent, solemniter adimpleta sunt, nec signaculo chrismatis consummatus sit, unde nec Spiritum Sanctum unquam potuerit promereri*. Hujusmodi porro consignationis jus potestatemque sibi soli Episcopi vindicarunt atque adrogarunt: Presbyteris vero idem jus denegatum est Isidor. lib. VII. *Etymolog.* cap. XX. *Presbyteri*, ait, *licet sint Sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent, quia nec chrismate frontem signant, nec Spiritum Sanctum dant*. Quod solis Episcopis deberi lectio *Actuum Apostolorum* indicat: necnon Beda *in cap.* VIII. *Actuum Apostolorum*, Prebyteris concedi ait, sive extra, sive præsente Episcopo, chrismate, quod tamen ab Episcopo fuerit consecratum, ungere: non tamen frontes ex eodem oleo signare; quod solis Episcopis competere scribit, cum tradunt Spiritum Sanctum baptizatis. Idem ex *Decretis* Innocentii Papæ refertur in Can. *Presbyteros, de consecrat. distinct.* IV. Cui & Gregorii Pontificis suffragium ex lib. III. *Registri Epistol. ad Januar.* accedat. Ceterum solos ab initio Episcopos baptismi dandi jus habuisse, Presbyteris vero & Diaconis postea id concessum, ea tamen lege ut his qui ab illis baptizati essent ab Episcopis postea manus imponerentur, Tertull. cum B. Hieronymo ostendit. Ille quidem lib. *de Baptismo* sic ait: *Superest ad concludendam materiolam de observatione quoque dandi & accipendi baptismum commonefacere. Dandi quidem habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus. Dehinc Presbyteri & Diaconi: non tamen sine Episcopi*

au-

auctoritate, propter Ecclesiæ honorem: quo salvo salva pax est. Et ita baptismi munere fungi apud Dionys. *de Cælesti Hierarch.* non alius narratur, præter τὸ ἱεράρχην: qua appellatione, secundum Tertulliani interpretationem, Episcopus exaudiendus est. Quod & Theodoritus lib. II. *Hist. Eccles.* cap. XXVII. comprobat: quo loci pretiosæ cujusdam stolæ mentionem facit, quam Constantinus, Hierosolymitanam Ecclesiam honorans, ejus Episcopo dono dederat, ut ea indutus baptismatis munia obiret. B. vero Hieronymi *adversus Luciferianos* verba hæc sunt: *Non quidem abnuo hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos, qui longe in minoribus urbibus per Presbyteros & Diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Spiritus Sancti manum impositurus excurrat.* Isidor. lib. II. *de Ecclesiast. Offic.* cap. ult. *Spiritum autem Sanctum accipere possumus, dare autem non possumus, sed ut detur, Deum invocamus.*

Hoc autem quod post baptisma fiat, quemadmodum Papa Innocentius scribit, subjiciam. Dicit enim non ab alio, quam ab Episcopo, fieri licere. Nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis Pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut Paracletum Spiritum Sanctum tradant, non solum ecclesiastica consuetudo demonstrat, verum & illa lectio Apostolorum, quæ asserit Petrum & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Itaque Wormaciensis Concilii *capite* VIII. ita constitutum memoratur: *Similiter Presbyteris non liceat per impositionem manus Paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare.* Hæc enim omnia illicita esse Presbyteris cognoscuntur, quia pontificalem apicem non habent. Enimvero in baptismo dando certis ac conceptis verbis Episcopos usos fuisse, ex eo intelligimus, quod Ambrosius in *Commentario Epistolæ ad Corinth.* cap. I. ait: *Non omnem qui baptizat idoneum esse & evangelizare: propterea quod verba solemnia sunt, quæ dicuntur in baptismate.* Idemque in unctione facienda hæc effatum Sacerdotem lib. II. *de Sacrament.* cap. ult. dicit: *Deus Pater omnipotens, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu Sancto concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat ad vitam æternam.* Atque hæc sunt baptismi solennia, quæ quidem Veterum scripta non incuriose legendo observare potui, fere omnia: quorum bonam partem Cyprianus, in libro *de baptismo Christi*, hujusmodi verborum compendio complexus est. Verborum solemnitas, & sacri invocatio nominis, & signa institutionibus Apostolicis Sacerdotum ministeriis attributa, visibile celebrant sacramentum: rem vero ipsam Spiritus Sanctus format & efficit, & consecrationibus invisibilibus invisibiliter manum totius bonitatis auctor apponit, & plenitudinem gratiæ unctionis divinæ pinguedo sanctificationibus officialibus infundit, & rem sacramenti consummat & perficit. Eaque sunt τὰ νόμιμα, quæ Eusebius in Constantini baptismo ab Episcopis peracta libro *ipsius Vitæ* quarto scribit.

Recens autem baptizati a Græcis νεόφυτοι & νεοφώτιστοι vocantur. B. Augustinus Neophytum recentem dixit lib. II. *Confession.* cap. III. cum de utroque parente agens, ita scribit: *Nam ille adhuc Catechumenus, & hæc recens erat. Ex ea vero die, qua baptizati erant, lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinebant*, ut Tertullianus in lib. *de Corona milit.* auctor est. Et ideo B. Augustinus *Sermone* in die dominica Palmarum III. baptizatis non modico post baptismum tempore voluptatibus abstinendum monet.

A Ajunt deinde Imperatores, OMNI THEATRORUM ATQUE CIRCENSIUM VOLUPTATE PER UNIVERSAS URBES EARUNDEM POPULIS DENEGATA, TOTAE CHRISTIANORUM AC FIDELIUM MENTES DEI CULTIBUS OCCUPENTUR.) Vetant ergo Imperatores festis, de quibus supra egimus, diebus theatrales ac circenses ludos edi. Ejusmodi namque ludorum celebrationem ab eorum dierum religione alienam merito existimarunt. Scenica certe spectacula, ut irritamenta vitiorum & ad corrumpendos animos potentissime valentia, caute ac studiose fugienda divinæ Legis Interpretes semper admonuere: longeque ab his primos Christianos animo & voluntate abhorruisse, Tertullianus cap. XXXVIII. *Apologetici* indicat: *Æque*, inquiens, *spectaculis vestris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum: quas scimus de superstitione conceptas cum ipsis rebus, de quibus exiguntur, prætermus. Nihil est nobis dictu, visu, auditu, cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenæ, cum xysti vanitate.* Fœditatem quoque eorum, quæ in theatris ac scena de Gentilium diis repræsentabantur, ridet cap. XV. ejusdem *libri*. Omniaque adeo spectacula proprio libro, quem *de Spectaculis* inscripsit, acerrime exagitat Cyprianus quoque, epist. II. lib. II. *Converte*, ait, *hinc vultus ad diversi spectaculi non minus pœnitenda contagia. In theatris quoque conspicies, quod tibi & dolori sit & pudori. Cothurnus est Tragicus prisca facinora carmine recensere, de parricidis & incestis horror antiquus expressa ad imaginem veritatis actione replicatur, ne seculis transeuntibus exolescat quod aliquando commissum est. Admonetur omnis ætas auditu fieri posse, quod aliquando factum est. Nunquam ævi senio delicta moriuntur, nunquam crimen temporibus obruitur, nunquam scelus oblivione sepelitur. Exempla fiunt quæ jam esse facinora desiterunt. Tunc delectat in mimis turpitudinum magisterio, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere possit audire. Adulterium discitur cum videtur, & lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo revertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes, quæ probrorum fomenta, quæ alimenta vitiorum, histrionicis gestibus inquinari? videre contra fœdus jusque nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam? Evirantur* (sic enim lego) *mares, omnis honor & vigor sexus enervati corporis dedecore emollitur, plusque illic placet quisquis virum in feminam magis fregerit. In laudem crevit ex crimine, & eo peritior, quo turpior judicatur. Spectatur hic, proh nefas! & libenter.* Arnobius etiam l. IV. *adversus Gentes*, ipsismet Paganis velut pudendum objicit, quod theatra non dissolverent, in quibus infamię numinum propudiosis cottidie publicarentur in fabulis. Effundit & eloquentiæ suę flumen in theatris insectandis Lactant. l. VI. *Divin. Inst.* c. XX *In scenis*, ait, *quoque nescio an sit corruptela vitiosior. Nam & Comicę fabulę de stupris virginum loquuntur & amoribus meretricum: & quo magis sunt eloquentes qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent, & facilius inhærent audientium memoriæ versus numerosi & ornati. Item Tragicæ historię subjiciunt oculis parricidia, & incesta regum malorum, & cothurnata scelera demonstrant. Histrionum quoque impudicissimi motus, quid aliud nisi libidines docent, & instigant? quorum enervata corpora, & in muliebrem incessum habitumque mollita impudicas feminas inhonestis gestibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus disciplinam? qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis erudiunt ad vera? Quid juvenes aut virgines faciant, cum & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt?*

Admonentur utique quid facere possint, & inflammantur libidine, turpi aspectu maxime concitatur, ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat: probantque illa dum rident, & adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula [illegible] *nec pueri modo, quos prematuris vitiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare jam non decet, in talem vitiorum semitam dilabuntur.* Et mox: *Vitanda ergo spectacula omnia non solum ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata & pacifica esse debent, sed ne cujus nos voluptatis consuetudo delinat, & a Deo atque a bonis operibus avertat. Nam ludorum celebrationes deorum festa sunt. Siquidem ob natales eorum, vel templorum novorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa sunt, ludi autem scenici Libero, circenses Neptuno. Paulatim vero & cæteris diis idem honor* [illegible] *cœpit, singulique ludi nominibus eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito in libris spectaculorum docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quæ religionis gratia convenitur, discessit a Dei cultu, & ad deos se contulit, quorum natales & festa celebravit.* Idem Lactantius cap. VI. *Epitomes: Quid nenam* [illegible] *in qua Comœdia de stupris & amoribus; Tragœdia de incestis & parricidiis fabulatur. Histrionum etiam impudici gestus, quibus infames feminas imitantur,* [illegible] *an non minus corruptela disciplinarum est, ea quæ fiant per imaginem, quæ non sunt, et fiant sine pudore quæ vera sunt. Spectant hæc ad lecentes, quorum lubrica ætas, quæ frenari* [illegible] *ac vitia & peccata* [illegible] *Et mox: Fugienda igitur omnia spectacula, ut tranquillum mentis statum tenere possimus, renuntiandum noxiis voluptatibus, ne* [illegible] *feræ in mortis laqueos incidamus.* Et Augustinus lib. II. *de Symbolo*, cap. II. [illegible] *Deo* [illegible] *Et tu* [illegible] *Deum Jovem, & adulterantem, & tonantem.* Et paullo post: [illegible] *cantio Pantomimi elicit auditum,* [illegible] *aspectum.* Idem tragicorum spectaculorum vanitatem ridet lib. III. *Confession.* cap. II. Sed non est quisquam qui acrius acerbiusque theatra insectetur, quam B. Chrysostomus, cujus vix ulla homilia hujusmodi spectaculorum reprehensione vacat. Nam & homilia XXIX. *in cap.* VI. *Matthæi, Scenicos ludos civitati pestem* vocat, & homilia LXIX. *in cap.* XXI. *ejusdem Matthæi, Theatralem* [illegible] *omnium fontem, scaturiginem ac fomitem*, & homilia VIII. *de Pœnitentia* homiliaque LXII. *ad populum Antiochenum, Theatra pestilentię cathedram, incontinentiæ gymnasium, luxurię officinam, impudicitiæ orchestram, Babylonicam fornacem* vocat. Idem a Theatris abstiendum districte pręcipit, spectatoresque scenicorum ludorum graviter objurgat & increpat: sed & theatrorum ingressum Christianis interdicit, homilia *in Psalmum* I. & homilia *in Psalm.* CXVIII. & homilia I. *in verba Esaiæ*, Vidi Dominum, & homilia II. & VI. *in caput* II. *Matthæi*, & homilia XXXI. *in caput* IV. *Johannis*, & homilia XLII. *in cap.* XIX. *Actor. Apostol.* & hom. XIII. *ad populum Antiochenum*, & in oratione *de Ecclesia Dei* Epiphanius quoque ad fin. librorum, quos *contra Hæreses* scripsit, Ecclesiam catholicam spectacula ut equestria certamina vituperare ac damnare scribit. Et B. Augustinus theatra caveas turpitudinum & publicas professiones flagitiorum vocat lib. I. *de Consensu Evangelistar.* cap. XXXIII. Nec vero Christianorum duntaxat ista fuit de spectaculorum corruptela opinio. Prisci namque Massilienses, quorum disciplinam atque gravitatem, non solum Græciæ, sed & cunctis gentibus anteponere, Cicero in oratione *pro Flacco* non dubitat, antequam fando ad eorum aures nomen Christi pervenisset, Mimis, quorum argumenta majore ex parte stuprorum continebant actus, nullum in scenam aditum dabant, ne (quemadmodum eleganter Valer. Maxim. *lib.* II. *cap.* I. scribit) talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumeret. *Vitis enim nostris*, ut præclare Quintilianus *declamat.* I. ait, *in animum per oculos via est*, & ut Chrysostomus homilia I. *in Psalm.* L. loquitur, *Oculi nostri tanquam fenestræ sunt animæ*. Promptissime ergo celerrimeque animos irritant & accendunt quæ oculis objiciuntur: ac vel solo tabularum pictarum aspectu ad talia admittenda perpetrandaque hominum mentes inflammari certum est, qualia sunt quæ spectantur. Hinc enim se libidine incensum, audacioremque ad eam explendam factum, apud Terentium in *Eunucho* Act. III. Sc. V. Chærea sic narrat:

—— Virgo, ait, *in conclavi sedet,*
Suspectans tabulam quandam pictam, ubi inerat
pictura hæc, Jovem
Quo pacto Danaæ misisse ajunt quondam in
gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id spectare cœpi: & quia con-
similem luserat
Jam olim ille ludum, impendio magis animus
gaudebat mihi
Deum sese in hominem convertisse, atque per
alienas tegulas
Venisse clanculum per impluvium: fucum fa-
ctum mulieri.
At quem Deum? qui templa cæli summa con-
cutit.
Ego homuncio hoc non facerem? Ego illud ve-
ro ita feci ac lubens.

Quod exemplum etiam a B. Augustino in eandem sententiam adducitur lib. I. *Confession.* cap. XI. Merito ergo secularibus spectaculis Christiani interdicti sunt Synodi Carthaginensis I. *cap.* XV. & aliis plurimis Conciliis, quorum aliquot in *Nomocanonum* libro capita citantur.

Nec vero Circensibus minus, quam Scenicis spectaculis veteres Theologos infestos fuisse comperio. Lactantius namque libro VI. *Divinarum Institutionum* cap. XX. ita in Circi insaniam invehitur: *Circensium quoque ludorum ratio, quid aliud habet, nisi vanitatem, novitatem, insaniam? Tanto namque impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur: ut jam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, cum clamore efferri & exilire cœperint.* Idem rursus *Epitomes* cap. VI. *Circus non innocentior æstimatur: sed major hic furor est. Siquidem mentes spectantium feruntur insania, ut non modo in convitia, sed etiam in rixas, nec non & in prælia & contentiones sæpe consurgant.* B. Augustinus lib. II. *de Symbolo*, cap. II. *Amator est quispiam Circi? Quid delectat in Circo? Aurigas videre certantes, populos insana furia anhelantes, quemlibet celerem præcedentem, adversarii sui equum frangentem. Ista est omnis delectatio, clamare quia vicit, quem diabolus vicit, & exultare & insultare quod adversa pars perdiderit equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, jam perdiderit animum.* Et mox. *Sed si te pompa illa, & figura, equorum compositio, curruum ornatus, & aurigæ superstantis equos regentis, vincere cupientis: si te hæc, ut dixi, pompa delectat, nec hanc tibi denegavit, qui pompis diabo-*

li renuntiare præcipit : habemus & nos ſpiritalem noſtrum aurigam , ſanctum prophetam Heliam . Idem etiam libro VI. *Confeſſionum*, cap. VII. Circenſium ſubſannat inſaniam . Accedat Iſidorus lib. XVIII. *Etymologiar.* cap. XXVII. *Ludi*, ait , *Circenſes ſacrorum cauſa deorum , ac Gentilium celebrationibus inſtituti ſunt . Unde & qui eos ſpectant, dæmonum cultibus inſervire videntur . Nam res equeſtris antea ſimplex , & utique communis , uſus hujus reatus non erat . Sed cum ad ludos coactus eſt naturalis uſus , ad dæmoniorum cultum tranſlatus eſt. Itaque Caſtori & Polluci deputantur hæ ſpecies , quibus equos a Mercurio diſtributos hiſtoriæ docent. Sed & Neptuni Equeſtris ludus eſt , quem Græci ἵππιον vocant . Sed & Marti & Jovi in ludis equi ſunt conſecrati , & ipſi quadrigis præſunt .* De Circenſium autem ludorum pompa totoque apparatu alius , ſpero , dabitur aliquando commodior dicendi locus .

Jam vero gladiatorios ludos (ut omnia Gentilium ſpectacula comprehendam) ſumma verborum atrocitate Cyprianus proſequitur , *lib.* II.*epiſtol.* II. *Paratur* , inquit , *gladiatorius ludus , ut libidinem crudelium luminum ſanguis oblectet. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus , & arvina aſſidui nidoris membrorum moles robuſta pingueſcit , ut ſaginatus in pœnam carius pereat . Homo occiditur in hominis voluptatem : & ut quis poſſit occidere , peritia eſt , uſus eſt , ars eſt . Scelus non tantum geritur , ſed docetur . Quid poteſt inhumanius , quid acerbius dici ? Diſciplina eſt , ut perimere quis poſſit , & gloria eſt quod peremit .* Lactantius lib. VI. *Divinar. Inſtitution.* cap. XX. *Nam qui hominem quamvis ob merita damnatum in conſpectu ſuo jugulari pro voluptate computat , conſcientiam ſuam polluit : tam ſcilicet , quam ſi homicidii , quod fit occulte , ſpectator & particeps fiat . Hos tamen ludos vocant , in quibus humanus ſanguis effunditur . Adeo longe ab hominibus ſeceſſit humanitas , ut , cum animas hominum interficiunt , ludere ſe opinentur ; nocentiores iis omnibus , quorum ſanguinem voluptati habent . Quæro nunc , an poſſint pii & juſti homines eſſe , qui conſtitutos ſub ictu mortis ac miſericordiam deprecantes non tantum patiuntur occidi, ſed efflagitant , nec vulneribus ſatiati , nec cruore contenti . Quin etiam percuſſos jacenteſque repeti jubent , & cadavera ictibus diſſipari , ne quis illos ſimulata morte deludat. Iraſcuntur etiam pugnantibus , niſi celeriter e duobus alter occiſus eſt , & tanquam humanum ſanguinem ſitiant , oderunt moras : alios illis compares dari poſcunt recentiores , ut quam primum oculos ſuos ſatient . Hac conſuetudine imbuti humanitatem perdiderunt . Itaque non parcunt etiam innocentibus , ſed exercent in omnes , quod in malorum trucidatione didicerunt . Hujus igitur publici homicidii ſocios & participes eſſe non convenit eos qui juſtitiæ viam tenere nituntur.* Idem *Divinarum Inſtit. Epitomes* cap. VI. *Quid tam horribile , tam tetrum , quam hominis trucidatio ? Ideo ſeveriſſimis legibus vita noſtra mulctatur , ideo bella execrabilia ſunt ; inventa tamen conſuetudo , quatenus homicidium ſine bello ac ſine legibus faciant , & hoc ut ſcelus vindicent . Quod ſi intereſſe homicidio ſceleris conſcientia eſt , & eodem facinore ſpectator obſtrictus eſt quo & admiſſor ; ergo & his gladiatorum ſceleribus non minus cruore perfunditur qui ſpectat , quam ille qui facit: nec poteſt eſſe immunis a ſanguine qui voluit effundi : aut videri non interfeciſſe qui interfectori & favet, & præmium poſtulavit .*

Itaque munerum editiones gladiatoriaque ſpectacula Conſtatinus Magnus , poſtquam ad fidem noſtram converſus eſt , ſuſtulit : quemadmodum Euſebius lib. IV. *de ipſius Vita* ſcribit : Ἔνθεν , ait , *εἰκότως ἐπαλλήλοις τε νόμοις καὶ διατάξεσι τοῖς πᾶσι διεκελεύετο μὴ θύειν εἰδώλοις , μὴ μονομάχων μιαιφονίαις μολύνειν τὰς πόλεις .* Id eſt , *Unde reciprocis legibus & conſtitutionibus omnibus inhibuit idolis ſacrificare , & gladiatorum inter ſe commiſſionibus polluere atque inquinare civitates .* Sozomen. lib. I. *Hiſt. Eccleſiaſt.* cap. VIII. *παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τότε πρῶτον ἡ τῶν μονομάχων ἐλύθη θέα* , ubi vulgo male legitur *μοναχῶν* , ut & *ἐν κεφαλαίοις* IV. lib. Euſebii *de Vita Conſtantini* , *μοναχιῶν* , pro *μονομαχιῶν* . Hac de re extat in *l. un. de gladiatoribus . lib.* XI. *Cod.* Conſtantini ad Maximum Præfectum Prætorio Conſtitutio , propoſita Kal. Octob. Paulino & Juliano Coſſ. in hæc verba : *Cruenta ſpectacula in otio civili & domeſtica quiete non placent . Quapropter omnino gladiatores eſſe prohibemus .* Cujus Conſtitutionis reliqua , quæ in Juſtiniani Codice deſunt , ex Theodoſiano ſuppleri poſſunt .

Quamquam autem ſimul cum ſacrificiis gladiatoria ſpectacula interdicta fuiſſe Euſebius innuere videatur , tamen prius ea , quam cruenta ſpectacula , prohibita fuiſſe ſciendum eſt. Nam Conſtitutio ad Valerium Maximum Præfectum urbis (ſic enim *l.* I. *de paganis in Codice Theod.* reſtituenda eſt) Criſpo II. & Conſtantino II. Coſſ. data jam ante prohibita fuiſſe ſacrificia domeſtica demonſtrat . At quadriennio demum (ut ex ſerie Coſſ. liquet) poſt eam Conſtitutionem data illa eſt , qua gladiatorii ludi tolluntur . Poſt Conſtantini tamen obitum in uſum revocata gladiatoria ſpectacula fuiſſe , indicio eſt Conſtantii A. & Juliani Cæſar. ad Orfitum urbis Præfectum , relata in *l.* 2. *de gladiatoribus , Cod. Theodoſii* , Conſtitutio ; qua Munerarios prohibent , auctoratos militiæ vel palatina præditos dignitate in ludum producere , multa propoſita iis qui contra tentaverint . Ex quo colligitur ad gladiatorum ludum alias perſonas impune licitoque jure vocatas fuiſſe . Quod & aliud Conſtantii Reſcriptum ad Catullinum Præfectum urbis , relatum in *l. Quanquam , de paganis in Codice Theodoſ.* indicat .

Habemus vero certum & indubitatum teſtimonium ex B. Auguſtini lib. VI. *Confeſſionum* cap. VIII. quo ſua ætate gladiatorios ludos exhibitos Romæ doceti. Sic enim de Alypio agens , qui Romam juris diſcendi cauſa venerat , ſcribit : *Et ibi gladiatorii ſpectaculi inhiatu incredibiliter abreptus eſt . Cum enim averſaretur & deteſtaretur talia , quidam ejus amici & condiſcipuli , cum forte de prandio redeuntibus obvius eſſet , recuſantem vehementer & reſiſtentem , familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium & funeſtorum ludorum diebus hæc dicentem : Si corpus meum in illum locum trahitis & ibi conſtituitis , nunquid & animum & oculos meos in illa ſpectacula poteſtis intendere ? Adero itaque abſens , & ſic , & vos , & illa ſuperabo . Quibus auditis , illi nihilo ſecius eum adduxerunt ſecum , id ipſum explorare cupientes , utrum poſſet efficere . Quo ubi ventum eſt , & ſedibus , quibus potuerunt , locati ſunt , fervebant omnia immaniſſimis voluptatibus : Ille clauſis foribus oculorum interdicit animo , ne in tanta mala procederet , atque utinam & aures obturaſſet . Nam quodam pugnæ caſu , cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulſaſſet , curioſitate victus & quaſi paratus quidquid illud eſſet , etiam viſum contemnere & vincere , aperuit oculos . Et percuſſus eſt graviore vulnere in anima , quam ille in corpore , quem cernere concupivit : ceciditque miſerabilius , quam ille , quo cadente factus eſt clamor .* Denique Prudentius ad ea abroganda & ex omni memoria evellenda ſpectacula ita Honorium cohortatur , lib. II. *contra Symmachum* , ad fin.

Arripe dilatam tua dux in tempora famam,
Quodque patri superest, laudis successor habeto.
Ille urbem vetuit taurorum sanguine tingi
Tu mortes miserorum hominum prohibeto litari.
Nullus in urbe cadat, cujus sit pœna voluptas,
Nec sua virginitas oblectet cædibus ora.
Jam solis contenta feris infamis harena.
Nulla cruentatis homicidia ludat in armis.
Sit devota Deo, sit tanto principe digna.
Et virtute potens, & criminis inscia Roma.
Quemque ducem belli sequitur, pietate sequatur.

Atque adeo alia tandem ratione motus Honorius ludum gladiatorium sustulit, quemadmodum a Theodorito lib. v. *Histor. Ecclesiast.* cap. XXVI. proditum est. Cujus verba Cassiodorus lib. x. *Tripart. Histor.* cap. II. ita Latine reddidit: *Honorius itaque suscipiens Occidentis imperium, ludum gladiatorium, qui dudum Romæ celebrabatur, hujusmodi causa removit. Quidam Tilemachius, conversatione monastica, pro hac causa ab Oriente venit ad Romam. Dumque nefandum illud spectaculum ageretur, & ipse intravit in stadium & descendens nitebatur pugnantes adversum se gladiis separare. Cumque spectatores adversum eum sævirent, & in effusione sanguinis grassarentur, provisorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc agnoscens mirabilis Imperator, illum quidem inter victores martyres numeravit: nefandum vero spectaculum penitus abscidit.* Sola vero cruenta spectacula Christiani Principes legibus suis prohibuere: at ludicras artes, reclamarent licet Antistites, in civitatibus exerceri atque agitari, ne ex nimia earum restrictione tristitia generaretur, Impp. Arcadius & Honorius permisere: Majumæ dumtaxat (cujus vocis interpretatio ex Suida petenda est) fœdo atque obscœno spectaculo interdicto, ut ex *l. ult. de Majuma, in Codice Theodos.* apparet. Qua Constitutione revocata est Majumæ celebrandæ licentia, quam aliquot ante annos iidem Principes Provincialibus indulserant. Atque ita ea Constitutio illam eorumdem Imperatorum Constitutionem abrogat, quæ sola a Triboniano in *Justinianeo Cod.* relata est. Id quod utriusque legis inscriptio planum facit. Nam quæ in *Justinian. Codice* extat, ea quidem data est Arcadio IV. & Honorio III. AA. Coss. ac proinde anno Christi tricesimo nonagesimo sexto, secundum Mariani supputationem. Altera vero, qua Majuma interdicitur, tribus post annis, nimirum Theodoro viro clarissimo Consule, data est. Theodorus autem is cum Eutropio Eunucho eodemque Arcadii Cubiculario Consulatum una gessit. Verum Eutropio capitali pœna affecto, ac memoria ejus damnata, nomineque ex Consulum fastis expuncto, nec quoquam in ejus locum suffecto, solius collegæ nomen remansit. Testis est Socrates lib. VI. *Hist. Ecclesiast.* cap. V. cujus verba ipsa, errati cujusdam emendandi causa, simul & quod scitu dignam historiam continent, adscribam. Sic autem habent: Εὐτρόπιος γὰρ εὐνοῦχος προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, καὶ τὴν τοῦ ὑπ' αὐτοῦ ἀξίαν πρῶτος εὐνούχων παρὰ βασιλέως λαβών. ubi pro ὑπ' αὐτοῦ, ὑπάτου proculdubio legendum est. Significat enim primum ex Eunuchis Consulem Eutropium factum. Quod Sozomenus ita dilucide scribit lib. VIII. *Histor. Ecclesiast.* cap. VII. Οὗτος, ait, (de Eutropio autem verba facit) μείζων ὢν τῶν βασιλέως εὐνούχων, μόνος καὶ πρῶτος, ὧν ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν, ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη. Id est, *Hic Eunuchorum Imperatoris major, primus & solus ex his, quos unquam vidimus aut audivimus, consulari & patricia dignitate ornatus est.* Similiter Marcellinus Comes, in *Chronico*: *Hic Eutropius*, ait, *omnium spadonum primus atque ultimus Consul fuit.* De quo Claudianus poeta ait.

Omnia cesserunt Eunucho Consule monstra.

Eum autem sacri palatii Cubicularium fuisse, idem Marcellinus alio loco scribit: Sequitur apud Socratem: Ἀμύνασθαί τινας προσφεύγοντας τῇ ἐκκλησίᾳ βουλόμενος, σπουδὴν πεποίητο νόμον παρὰ τῶν αὐτοκρατόρων προτεθῆναι, κελεύοντα μηδένα προσφεύγειν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀλλὰ τοὺς ἤδη προσφεύγοντας ἀφέλκεσθαι· δίκη δὲ εὐθὺς ἐπηκολούθει· προὔκειτο γὰρ ὁ νόμος, καὶ μετ' οὐ πολὺ προσκρούσας τῷ βασιλεῖ ὁ Εὐτρόπιος, ἐν τοῖς πρόσφυξιν ἦν, ὁ οὖν ἐπίσκοπος, τοῦ Εὐτροπίου ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον κειμένου, καὶ ἐκπεπληγότος ὑπὸ τοῦ φόβου, καθεσθεὶς ὑπὸ τοῦ ἄμβωνος, ὅθεν εἰώθει καὶ πρότερον ὁμιλεῖν χάριν τοῦ ἐξακούεσθαι, λόγον ἐλεγκτικὸν ἐξέτεινε κατ' αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ πλέον ἐδόκει προσκρούειν τισὶν, ὅτι τὸν ἀτυχοῦντα οὐ μόνον οὐκ ἐλέει, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου καὶ ἤλεγχεν. Εὐτροπίου μὲν οὖν τὴν ὑπάτου ἀξίαν ἐγχειρίζοντος, διά τινα πταίσματα ὁ βασιλεὺς τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι ἐκέλευσεν· ἐκ δὲ τοῦ καταλόγου τῶν ὑπάτων περιῃρέθη τὸ ὄνομα, καὶ μόνον τοῦ συνυπατεύσαντος Θεοδώρου ἐγέγραπτο. Quæ verba Cassiodorus lib. x. *Hist. Trip.* cap. IV. ita in Latinum convertit: *Eutropius enim Eunuchus præpositus cubiculi* (hoc enim vocabulum addendum esse patet) *Imperatoris, & habens Cos. dignitatem, volens in quibusdam refugientibus ad ecclesiam vindicare, studuit ab Imperatoribus legem poni, jubentem ut nullus ad ecclesiam confugeret: imo qui dudum refugerent, traherentur. Sed Dei secutum est repente judicium. Erat ergo proposita lex: post paucos vero dies cum ille Eutropius offendisset Imperatorem, inter refugas erat apud ecclesiam: Episcopus vero, Eutropio sub altari jacente, nimioque repercusso timore residens super ambonem, ubi solebat prius facere consulte sermonem, homiliam increpatoriam fecit adversus eum. Unde magis plurimos offendebat, eo quod hominem in infelicitate positum non solum miseratus non est, sed etiam nec objurgare desisteret. Igitur Eutropii tunc Consulatus dignitatem habentis propter quædam vitia caput Imperator jussit auferri, & ex ordine Consulum ejus nomen penitus abrogari. Quamobrem Theodori solummodo, qui cum eo Consul fuit, nomen adscriptum est.* Quam eandem historiam Sozomenus lib. VIII. *Histor. Ecclesiast.* cap. VII. refert: additque legem illam auctore Eutropio latam, abrogatam, & ex tabulis actisque publicis deletam & obliteratam fuisse; ut proinde frustra sit eam quis in *Theodosii* vel *Justiniani Codice* requisiturus. Eadem de Eutropio narrantur a Suida in verbo Εὐτρόπιος. Marianus quoque Scotus in *Chronicis*: *Anno*, ait, *Christi tricesimo nonagesimo nono, & imperii Arcadii* IV. *Manlius Theodorus*, (sic enim lego, inducta particula, & qua duo hæc nomina velut diversa male disjunguntur) *cum hoc Consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox & honore & vita dejectus est.* Sed ut ad ludos revertar, eorum festivitati interesse & eorum editione favorem populi demereri, Honorius & Theodosius magistratibus concessere, ut ex *l. ult. de expensis ludor. in Cod. Theodos.* patet. Ad gymnici quoque agonis spectacula populum cohortari se profitentur Imperatores Valens, Gratianus, & Valentinianus in *l. non invidemus, de scenicis, in eod. Cod.* aurigarumque adeo, agitatorumque factionibus multos tumultus esse Constantinopoli concitatos, ex historiis notum est. Verum hanc Scenicorum & Circensium spectaculorum libertatem una exceptione, quæ nostra Constitutione continetur, Imperatores tem-

perandam censuerunt, dies festos, de quibus egimus, ejusmodi spectaculis impendi vetantes. Data est autem hæc Constitutio Theodos. II. & Valentiniano Cæs. Coss. Id est, anno Christi quadringentesimo vicesimo sexto, secundum Mariani Scoti supputationem. At jam ante Gratianus, Valentinianus, & Theodosius Senior die Dominico spectacula edi prohibuerant. Ad finem namque eorum Constitutionis, quæ in *l. II. de spectaculis in Codice Theodosii* refertur, hæc verba subdita sunt: *Illud etiam præmonemus, ne quis in legem nostram, quam dudum tulimus, committat. Nullum Solis die spectaculum præbeat, nec divinam venerationem confecta solemnitate confundat.* Quæ Constitutio data est Honorio N. P. & Evodio V. C. Coss. quorum Consulatus anno Christi 384. secundum Mariani chronologiam gestus est. Notæ autem hæ *N. P. nobili puero* significant. Ex quarum vitiosa interpretatione fœdum apud Prosperum mendum commissum animadverti, quod utrum librariis, an ipsi auctori adscribi debeat, addubito. Nam illic duabus vocibus in unam inepte conflatis, *Nepote*, pro *Nobili puero*, scriptum est. Idcirco autem *Nobilis pueri* epitheton Honorio additum est, quod tum vixdum trimus esset, annumque, ad summum, tertium ageret. Utique enim *Richomere* (non ut perperam aud Prosperum *Nicomede*) & Clearcho Coss. editus fuit, quemadmodum cum Marcellino Comite Cassiodorus in *Catalogo Coss.* & Marianus Scot. in lib. II. *Chronicor.* consentiunt. Qui Consulatus, juxta ejusdem Scoti supputationem incidit in annum Christi 384. Eodemque modo hæ notæ interpretandæ sunt in subscriptione *l. Nemo Martyres, Cod. de sacr. sanct. Eccles. leg. unic. Cod. de his qui ad statuas confug. leg. un. Cod. si de momentan. possessio. fuer. appellat. l. Solis die, de exactionibus in Cod. Theod.* quæ omnes hoc quoque Honorii & Evodii Consulatu datæ sunt. Igitur ut Constitutiones supra dictæ ad veram temporum rationem revocentur, Constitutio illa, quæ & aliam dudum ante de ea re latam memorat, quadraginta, & quod excurrit, annis ante hanc, quam interpretamur, data est. Qua Constitutione insuper magistratibus interdictum est, Theatralibus ludis, aut Circensium certaminibus, aut ferarum cursibus vacare, nisi illis tantum diebus quibus in lucem editi Principes, vel Imperii erant sceptra sortiti; & hoc amplius ante meridiem duntaxat ad solemnitatem illam conveniri: post epulas vero ad spectaculum redire vetitum fuit. Postea simili modo Zeno die Dominico ita laxari otia concessit, ut tamen non pateretur privatis quemquam voluptatibus detineri. Itaque nec licentiam aliquam sibi eo die vindicare scenam Theatralem, aut Circense certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula, pœna statuta in eos qui præceptum hoc transgrederentur, constituit, ut ex *leg. ult. Cod. de feriis* plenius cognoscetur. Sed & cap. LXVI. Synodi in Trullo habitæ Circense vel aliquod aliud spectaculum publicum Paschali hebdomada edi nominatim prohibitum fuit. Reliqua Constitutionis nostræ verba, quia per se clara sunt, nec interpretatione nostra planiora fieri possunt, omittam: aliam vero ei ad finem, propter argumenti conjunctionem, Constitutionem adjungam. *Ad l. omnes. C. de feriis:*

IMPP. VALENTIN. THEOD. ET ARCAD. A. A. A. ALBINO P. V.

Omnes dies jubemus esse juridicos, illos tantum ma- A *nere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit: æstivos quidem dies fervoribus mitigandis, per autumnos fructibus decerpendis. Kalendarum quoque Januariarum consuetos dies otio mancipamus. His adjicimus natalitios dies urbium maximarum, Romæ atque Constantinopolis. In quibus debent jura differri, quia & ab his ipsis nata sunt.* Sacros quoque Paschæ dies, qui septeno numero, vel præcedunt, vel sequuntur: dies etiam Natalis, atque Epiphaniarum Christi, & quo tempore commemoratio Apostolicæ passionis totius Christianitatis magistræ a cunctis jure celebratur; in quibus etiam prædictis sanctissimis B diebus neque spectaculorum copiam referamus, in eadem observatione numeramus. Et dies Solis, quos dominicos rite dixere majores, qui repetito in sese calculo revolvuntur, in quibus parem necesse est habere reverentiam: ut nec apud ipsos arbitros, vel a Judicibus flagitatos vel sponte electos, ulla sit cognitio jurgiorum. Nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia vel ortus imperii protulerunt. In quindecim autem Paschalibus diebus compulsio annonariæ functionis & omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio. Dat. 2. Id. Augus. Romæ Timasio & Promoto Coss. Ut C semel definiret Tribonianus, quinam essent feriati, & a strepitu forensi, judiciariisque cognitionibus vacui dies, tres Impp. Constitutiones in unam contulit. Est enim caput hoc ex tribus, quæ in *Cod. Theod.* distinctam seorsimque referuntur, compositum atque coagmentatum, ut ex *leg. 2. de Feriis, & leg. Solis, de exactionibus, & leg. ult. de spectac.* conjunctione liquet. Generaliter autem, omnes esse utiles & sessionum dies pronuntiant Impp. præter eos quos specialiter excipiunt. Quorum paucitatem nec abs re mirabitur, qui vel cum nostris, vel Paganorum feriis eos contulerit: nam in Romana Republica, antequam falsorum deo- D rum cultus religio nostra evertisset, innumerabiles prope fuisse ferias privatas & publicas, veterum Auctorum scripta testantur: de quibus alius erit dicendi locus. Nunc quosnam Christiani Principes, qui una cum Paganorum sacrificiis eorum plerasque ferias aboleverunt, feriis adscribi dies voluerint, discutiamus. Ac primum ajunt;

ILLOS TANTUM FERIARUM MANERE DIES FAS ERIT, QUOS GEMINIS MENSIBUS AD REQUIEM LABORIS INDULGENTIOR ANNUS EXCEPIT: E ÆSTIVOS QUIDEM DIES FERVORIBUS MITIGANDIS, PER AUTUMNOS FRUCTIBUS DECERPENDIS.

Quorum verborum involucris feriæ messium vindemiarumque causa indulgeri solitæ significantur: quarum originem Ulpianus ab Oratione divi Marci repetere videtur. Sic enim *in leg. I. ff. de feriis* scribit: *Ne quis messium vindemiarumque tempore adversarium cogat ad judicium venire, Oratione di-* F *vi Marci exprimitur: quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt.* Sed vel ante divi Marci tempora eas ferias observatas & usu receptas fuisse, Statius Papinius, quem constat Domitiani temporibus floruisse, ostendit lib. IV. *Sylvar.* in carmine ad Marcellum, quo hujusmodi ferias ita scite describit:

Certe, jam Latiæ non miscent jurgia leges,
Et pacem piger annus habet, messesque reversæ

Dimisere forum: nec jam tibi turba reorum
Vestibulo, querulique rogant exire clientes:
Cessat centeni moderatrix judicis hasta.

Atque ad has messium ferias referendum est quod Plin. *Epist. ad Arrianum* lib. VIII. epist. XXI. Julio mense lites maxime interquiescere scribit. Idem quod Gellius *lib.* IX. *cap.* XV. per feriarum tempus æstivarum, Neapolin se concessisse narrat profectum. Vindemialium vero feriarum meminit B. Aug. lib. IX. *Confess.* cap. II. De quibus etiam creditur mentio fieri apud eundem Gellium, *lib.* XVI. *cap.* IV. cum ait: *Deinde ita concipiebatur jusjurandum, ut adessent, his additis exceptionibus, nisi harumce quæ causa erit, funus familiare, feriæ vindemiales.* Sed ille locus corruptus est. Emendandum namque est, *feriæve denicales*. Quam, ut ita loquar, sexagenariam vocem ponte temere dejecit Ægidius Masserius, expunctaque ea vulgatiorem aliam constituit: rectius Mosellanus veterem, & quidem probam lectionem retinuit. *Denicales* namque appellatas *ferias*, quibus mortui hominis causa familia purgabatur, Cicero lib. II. *de Legibus*, & Sext. Pomp. *lib.* IV. & Columella lib. II. *de Re Rust.* cap. ult. ostendunt. Curandum ergo cuique est, in antiquam ut possessionem, a qua pulsa est, vox ista posthac restituatur. Verum quot dies olim hæ feriæ occuparent, non satis liquet. Paulus quidem præsides provinciarum, ex consuetudine cujuslibet loci, solitos messis vindemiarumque causa tempus statuere scribit, in *leg. præsides, D. de feriis*. At Imp. Theodosius certis finibus temporumque intervallis eas ferias circumscripsit. Nam a die octavo Cal. Julii usque in Calend. Aug. messis ferias, a decimo vero Kalendarum Septembris usque in Idus Octobris vindemiales ferias concedi constituit, in *leg. ut in die Dominico, Cod. de feriis*. Quanquam eam legem legitimam & genuinam esse præstare non ausim, ut quæ nec in *Cod. Theod.* nec in vetustis aliquot *Justiniani Codicis* libris extet. In geminos utique menses has ferias sese extendisse declarant Imperatores, non in hoc modo capite, sed in *leg. publicas, Cod. eodem tit.* Ab hoc vero feriarum otio certæ causæ excipiuntur, de quibus etiam messis vindemiarumque tempore jus dici poterat: quæ ab Ulpiano, in *leg.* I. & II. & *leg. Solet, D. de feriis*, & *Impp. in d. l. publicas*, enumerantur.

KALENDARUM QUOQUE JANUARIARUM CONSUETOS DIES OTIO MANCIPAMUS.)

Dat ergo Kalendis Januariis a forensibus negotiis vacationem. Quam suis etiamnum temporibus eis indultam testatur Ovidius *Fastorum* lib. I. de hoc die agens, his versibus:

Postera lux oritur: linguisque animisque favete,
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia: differ opus livida turba tuum.
Cernis odoratis ut luceat ignibus æther,
Et sonet accensis spica Cilissa focis?
Flamma nitore suo templorum verberat aurum,
Et tremulum summa spargit in æde jubar.
Vestibus intactis Tarpejas itur in arces:
Et populus festo concolor ipse suo est.
Jamque novi præeunt fasces, nova purpura fulget,
Et nova conspicuum pondera sentit ebur.
Colla rudes operum præbent ferienda juvenci,
Quos aluit campis herba Falisca suis.
Jupiter, arce sua totum cum spectet in orbem,
Nil nisi Romanum quod tueatur habet.
Salve læta dies, meliorque revertere semper,
A populo rerum digna potente coli,

Constat autem hoc die magistratum iniisse Consules, sicuti vel unus Suetonius, ut alios missos faciam, indicat in *Augusto*, c. XXVI. Ex quo Martialis jocus in eam, quæ a marito prætore designato Calendis Januariis diverterat, quo sumptus, qui in purpuram novi magistratus impendendi erant, vitaret. Vota quoque eo die nuncupabantur. Itaque Ælium Verum e provincia reversum, cum calendis Januariis per somnum periisset, votorum causa ab Adriano lugeri vetitum, Spartianus in *Adriano* & *Ælio Vero* refert. Eum quoque diem lætis precationibus faustum sibi invicem Romanos ominatos Plin. lib. VIII. *Hist. Natur.* cap. II. auctor est. Et strenas eo die ultro citro missitatas nemini est ignotum. Et ita Augusto absenti Calendis Januarii strenam jactam Tranquillus memorat in *Augusto* cap. LVII. Alexandrum quoque Severum Ælius Lampridius, Calendis Januariis lautius ac sumptuosius solito, ut & festis aliis præcipuis diebus, cœnasse narrat. Sed nec pridie eas Calendas magistratus jus dicere, vel sui potestatem facere consueverant, quemadmodum Ulpianus scribit in *leg. pridie, D. de feriis*. Extat vero in *Sermonibus Ambrosianis* aspera & acerba eorum increpatio, qui cum Gentilibus Calendas Januarias celebrabant. Ac plane Synodi Turon. II. *cap.* XXIII. Kalendarum Januariarum cultus nominatim prohibitus fuit. Sequitur in Constitutione:

HIS ADJICIMUS DIES NATALITIOS URBIUM MAXIMARUM, ROMÆ ATQUE CONSTANTINOPOLIS.)

Natalitios dies urbium accipe, quibus eæ conditæ sunt: quo genere loquendi Capitolinus in *Pertinace* utitur. Sane, inquiens, nullum ex his, quos Commodus rebus agendis imposuerat, mutavit, exspectans urbis natalem: quod eum diem rerum principium volebat esse. Græci similiter γενεθλίους ἡμέρας dicunt. Sozomen. lib. 5. *Histor. Ecclesiast.* cap. XVII. Ἐπεὶ γὰρ καιρὸς παρῆν βασιλέα δωρεῖσθαι στρατιώταις. γίνεται δὲ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ἐν ταῖς Ῥωμαίων ἱερομηνίαις καὶ βασιλέων καὶ βασιλίδων πόλεων ἐν γενεθλίοις ἡμέραι. Quæ sic Cassiodorus *Hist. Tripartitæ* lib. VI. cap. XXX. convertit: *Cum venisset enim tempus quo imperialia milites solent dona accipere. Hoc enim agitur plerumque die Kalendarum Januariarum, & natali principum & urbium regiarum.* Mamertinus in *Panegyrico Maximini*: *Tibi potissimum Imperator invicte laudes canimus & gratias agimus, quem similitudo ipsa stirpis tuæ, ac vis tacita naturæ ad honorandum natalem Romæ diem tam liberalem facit, ut urbem illam colas conditam, quasi ipse condideris.* Sic & natalem annum urbis Romæ dixit Orosius *lib.* VII. *cap.* XIII. Quis autem fuerit utriusque Romæ veteris & novæ natalis dies, explicemus. Romam quidem certe Palilibus conditam fuisse non est ignotum. Varro lib. II. *de Re Rustica*, cap. I. de Remo & Romulo agens. Nam ipsos quoque, ait, fuisse pastores obtinebit, quod Palilibus potissimum condidere urbem. Cicero lib. II. *de Divinatione*: Lucius quidem Tarutius Romanus familiaris noster, in primis Chaldaicis literis eruditus, urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Palilibus, quibus eam a Romulo condi

accepimus: Romamque, cum esset in jugo Luna, natam esse dicebat, nec ejus fata canere dubitabat. O vim maximam erroris! Etiamne urbis natalis ad vim stellarum & lunæ pertinebat? Ovidius lib. IV. *Fastorum*;

Apta dies legitur, quo mœnia signat aratro:
Sacra Pales aderat: inde movetur opus.

Vellejus Paterculus in *Fragmentis Hist. Sexta Olympiade post duos & viginti annos quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius, ultus injurias avi, Romam urbem Palilibus a Palatio condidit*. Propertius lib. IV. *Elegiar*.

Urbi festus erat, dixere Palilia patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Eusebius quoque in *Chronicis* Palilibus urbem Romam conditam scribit. Quo autem die Roma sit condita, liquidius ita Plutarch. in *Romulo* exponit: Ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλενδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. Quem locum sic Interpres reddidit: *Urbem igitur ad XI. Kal. Maii condi cœptam esse opinione omnium satis constat, eumque diem festum Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes*. Ex quo apparet Romæ natalem diem fuisse XI. Kalend. Maii. Quod & idem auctor in *Numa* tradit, his verbis: Ἡμέρα δὲ γεγονὼς (κατὰ δή τινα θείαν τύχην) ἐν ᾗ τὴν Ῥώμην ἔκτισαν οἱ περὶ Ῥωμύλον. αὕτη δέ ἐστιν πρὸ δεκαμιᾶς καλενδῶν Μαΐων. ubi male Interpres *urbem Romam* XIV. *Kalend. Majas conditam* vertit. Natalem siquidem ejus diem fuisse XI. Kalend. Majas Latini auctores testantur. Plinius lib. XVIII. *Natur. Hist.* cap. XXVI. Assyriæ autem XII. Kalendas. Hoc est vulgo *Sydus Palilicium*: quoniam XI. Kalend. Maii urbis Romæ natalis. Solinus *Polyhistor*. cap. II. *Ibi*, ait, *Romulus mansitavit, qui auspicata murorum fundamenta jecit, duodeviginti natus annis, XI. Kalend. Majas hora jam secunda ante tertiam*. Eutropius *lib.* I. *Is cum inter pastores latrocinaretur, decimo octavo anno nativitatis suæ, urbem exiguam in Palatino monte constituit XI. Kalendas Maii, Olympiadis sextæ anno tertio*. Zonaras Tomo II. *Annalium*: Ἡ δὲ κτίσις τῆς πόλεως ταύτης ἡμέρᾳ τετέλεστο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλενδῶν Μαΐων, ἢ ἂν εἴη εἰκοστὴ Ἀπριλλίου, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. Id est, *Urbis ædificatio XI. Kalendas Maii, hoc est, vicesimo Aprilis, est absoluta: qui dies Romanis festus est, & patriæ natalis appellatur*. Constantinopolis vero natalem V. Id. Majas fuisse, Zonaras nos docet Tom. III. *Annalium* de Constantino agens: Τὴν πόλιν φιλοτίμως οἰκοδομεῖ, Κωνσταντινούπολιν αὐτὴν ἐπὶ τῷ ὀνόματι οἰκείῳ καλεῖ, καὶ ἀνατίθησιν αὐτὴν τῇ παρθένῳ θεομήτορι. ἤδη δὲ ἀπαρτισθείσης τῆς πόλεως, κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Μαΐου μηνός, τελεῖ τὰ ταύτης γενέθλια ἢ ἐγκαίνια, ἔτους ἐνισταμένου πεντακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ὀγδόου. Id est, *Urbem studiose condit, a se Constantinopolim vocat, & matri Dei consecrat. Urbe ad XI. Maii absoluta, natalem ejus seu dedicationem celebrat anno ab orbe condito quinquies millesimo octingentesimo tricesimo octavo*. Est autem Constantinopolis Pacatiano & Hilariano Coss. condita auctore Cassiodoro in *Consulum Catalogo*. Ceterum plura de Constantinopolis constructione scire desideranti, legendi sunt Socrates lib. I. *Hist. Eccles.* cap. XVI. & Sozomen. *lib.* II. *cap.* III. Indeque petenda est ejus interpretatio, quod Justinianus eam Deo propitio, melioribus quam veterem Romam auguriis conditam scribit in *l.* I. *Cod. de vetere jure enucleando*. Nimirum quia non ut illa vulturum auspiciis, sed divino oraculo, ut & Zonaras notat, condita est. Nisi eo allusisse Justinianus existimandus est, quod idem Zonaras scribit, Chalcedone opere inchoato aquilas devolasse, fabrorumque funiculos raptos freto superato juxta Byzantium dejecisse. Fit deinde in nostra Constitutione earum festivitatum mentio, de quibus satis superque supra diximus. Itaque omissa proxime sequentium verborum interpretatione, ad eum locum veniam, quo in feriatis diebus ponunt Impp. eos quibus in lucem editi, vel ad imperii fastigium evecti erant, his verbis:

NOSTRIS ETIAM DIEBUS QUI VEL LUCIS AUSPICIA VEL ORTUS IMPERII PROTULERUNT

Natales plane suos dies præcipua quadam religione ac lætitia privatim quisque olim prosequebatur. Cujus moris infinita prope possunt ex Veterum libris testimonia proferri, quæ nos in aliam jam mente conceptam scriptionem differimus. Itaque mirum nemini videri debet Principum natales in feriatorum dierum ordinem ac numerum referri. Natalis quidem certe Augusti, cum is in Apollinares ludos incidisset, celebrationem in sequentem diem Senatum rejecisse Dio lib. XLVIII. *Hist.* scribit, propterea quod Sibyllinis versibus alii Deo quam Apollini eam diem festam esse interdictum esset. Idem Dio *lib.* LIII. refert natalem Augusti diem Julium Antonii F. Prætorem equestri certamine & venatione celebrasse, & ex Senatusconsulto epulum Augusto & Senatoribus in Capitolio præbuisse. Natalitiis namque Principum epulum cum ludis populo datum indicio est, quod apud eundem Dionem *lib.* LIV. in gratiam Augusti concessum legimus, ut natalitiis ejus cælibes inter alios spectare, epulisque interesse possent. Natalem etiam Caii ludis & certaminibus celebratum idem narrat *lib.* LIX. Natalem tamen suum Claudius honorari minime passus est, ut idem auctor est *lib.* LIX. Sed & hi dies, quibus principatum adepti erant Imperatores, hilaritate summa publicoque adeo gaudio transmitti consueverant. Inde Plinius ad Trajanum *lib.* X. *epist.* CVI. *Diem*, ait, *in quem tutela generis humani felicissima successione translata est, debita religione celebravimus, commendantes diis imperii tui auctoribus & vota publica, & gaudia*. Cui *Epistolæ* ita Trajanus respondet: *Diem imperii mei debita lætitia & religione a commilitonibus & provincialibus præeunte te celebratum, libenter mi Secunde charissime cognovi literis tuis*. Atque ad has, quæ in Principum gratiam publice agitabantur, festivitates referendum videtur quod Tertullianus *Apologetici* cap. XXXV. in hæc verba scribit: Propterea igitur publici hostes Christiani, quia Imperatoribus neque vanos, neque mentientes, neque temerarios honores dicant: quia veræ religionis homines etiam solemnia eorum conscientia potius quam lascivia celebrant. Grande scilicet officium focos & choros in publicum educere, vicatim epulari, civitatem tabernæ habitu adolefacere: vino lutum cogere, catervatim cursitare ad injurias, ad impudentias, libidinum illecebras. Siccine exprimitur publicum gaudium per publicum dedecus? hæccine solenneis dies Principum decent quæ alios dies non decent? Verum apertius usitatam in Principum natalibus lætitiam exprimit Maximus Episcopus *Sermone* qui inter Ambrosianos est decimus quartus: *Lætitia*, ait, *quanta sit, quantusque concursus, cum Imperatoris mundi istius natalis celebrandus est, bene nostis: quemadmodum duces ejus & principes omnes etiam militantes accurate sericis vestibus accincti, operosis cingulis auro fulgente pretiosis ambiant solito nitidius in conspectu regis incedere. Credunt enim majus esse*

Imperatoris gaudium, si viderit majorem suæ apparitionis ornatum, tantoque illum lætum futurum, quanto ipsi fuerint in ejus festivitate devoti: ut, quia Imperator tanquam homo corde conspicit, affectum eorum circa se probet, vel habitum contuendo. Ita fit ut splendidius se accuret, quisquis regem fidelius diligit. Deinde, quia in die natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima vel ministris suis, vel iis qui in domo ejus abjecti putantur & viles, tanta prius thesauros ejus replere divitiarum varietate festinant, ut in quantum prorogare voluerit, in A *tantum prorogatio copiosa non desinat, & ante voluntas donandi deficiat, quam substantia largiendi.* Ad horum etiam dierum festivitatem pertinet, quod in *leg.* 11. *de Spectacul. in Cod. Theod.* Impp. præcipiunt, nullum omnino judicium aut Theatralibus ludis, aut Circensium certaminibus vacare, nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi, vel imperii essent sceptra sortiti. In honorem quoque Principum ferias extra ordinem nonnunquam indictas Ulpianus testatur in *l. Sed & si*, *§. Si feriæ. D. Ex quibus causis majores.*

F I N I S.



JOSEPHI LAURENTII,

Lucensis,

D E

AGYRTIS, HISTRIONIBUS,

ACCLAMATIONIBUS, ET OSCULIS,

INUESTIGATIO.

AD AUGUSTINUM FONTANAM JURISC.

AUDITOREM EPISCOPI BERGOMI.

INDEX CAPITUM.

JOSEPHI LAURENTII,

Lucensis,

DE

AGYRTIS, HISTRIONIBUS, ACCLAMATIONIBUS, ET OSCULIS,

INVESTIGATIO.

AD AUGUSTINUM FONTANAM JURISC. AUDITOREM EPISCOPI BERGOMI.

CAP. I.

Expiatio porris & apio quid? Apio coronati victores ubi & cur? Proverbium, Apio opus est, *unde? Apium ad quid aptum? Ubi illud satum? Adagium*, Nondum in apio, *quid denotat? Apii corona sepulcralis quæ? Apio ubi opus erat? Agyrtæ & Æruscatores qui? Coronistæ qui? Chelidonistæ qui? Eorumdem cantilena. Histriones qui? Actores Attellanarum qui? Arescon quid? Attellanæ quid?*



UT in Musica e diversis vocibus concentum quærimus & probamus, ita e varietate lectionis eruditionem: sed quidam adeo glande barbarica distenti, ut uni tantum quercui addicti, alios a frugibus Latinis bonorum Scriptorum arceant. Præ cæteris Arbiter ille, me arbitro, sermone phalerato, amœnitate poetica, varietate historica adeo scatet, ut nec Athenæ magis Atticæ, nec Musæ magis musicæ habeantur. Qui aliter sentitis, extra pomœria Latinæ urbis nati videmini. Ita censeo.

E

Ritum priscum ex eodem eruo, nulli (quod sciam) observatum, expiandi impuratas manus, ac pollutos digitos novo piaminis genere, dum hæc habet: *Infra manus meas camellam vini posuit, & cum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset, avellanas nuces cum precatione mersit in vinum.* En apio & porro utitur ad februa peragenda. De porro nil compertum habeo. Omnes mussitant. Porro Nero quotidie æstivo tempore ad vocem servandam vescebatur. Per initia ex olea corona facta dataque ad Medici belli usque tempora. Deinde olea cum apio commutata, quem fruticem infelicem putarunt funeribus idoneum; idcirco judices pullati sedebant, ut notat Scal. *Poet.* De apio nil nisi coronas lego. Horatius *lib.* II. *od.* VII.

F

——— quis udo
Deproperare apio coronas,
Curatve myrto?

Idem *lib.* IV. *od.* XI.

—— est in horto
Phylli nectendis apium coronis.

Et *lib.* I. od. XXXVI.

Neu desint epulis rosæ,
Neu vivax apium, &c.

In ludis Isthmiis victores apio coronatos lego. Hujus & meminit Hor. *lib.* I. *Sat.* VI.

Ad porri & ciceris refert, laganique catinum,

loquens de parabili cibo frugique mensa: nam porrum pro oleribus posuit, quæ vilissima sunt cibaria, & cicer legumen est quo pauperiores vescebantur. Itaque viles homines fricti ciceris emptores ab eodem in *Poetica* vocantur. Item in *epist.* XII. *lib.* I.

Verum seu pisces seu porrum & cæpe trucidas.

pisces enim delicatorum & divitum, porrum vero & cæpæ pauperum, ut alibi innuo.

An quia semper viret, ita gloria victoris semper vivax? an quia exhilarat, & ebrietatem coercet? ideo in epulis hujus plurimus usus. Sed unde natum adagium, *Apio opus est*, cum morbum capitalem innuimus, aut supremum vitæ discrimen. Num, quia defunctorum sepulchris fere coronas (ut refert Plutarchus in *Timoleone*) ex apio imponebant? Hinc & Plutoni hæc herba sacra.

Duris Samius refert apium esse lugubre, luctibusque magis quam hilaritati convenire, quamobrem tumulorum thecas, ut ajunt, antequam in illis mortuorum imponerent corpora, apii foliis sternere consuevere; unde ex omnibus passim herbis floribusque convivales texere coronas, præterquam ex apio solebant. Apium quoque satum in ambitu hortorum & aditu, hinc proverb. *Nondum in apio*, id est, in principio. In Græcia recens nati in apio ponebantur, Romæ humi, si vitales erant tollebantur a parentibus, aut patronis, Buleng. *de Imper. Rom.* Apii corona sepulcralis dicta, ut refert Alex. ab Alex. *lib.* V. *cap.* VIII. qua coronati victores in ludis Nemeis, quod super hanc herbam reptantem puerum a dracone interemptum ferant. Inde Graiis hæc corona funeralis habita, majorumque sepulchris apposita: hinc intelliges Cic. *ad Cœlium* locum, *Togam prætextam texi apio* id est, funebrem indui togam ob. reip. ruinam. Vide Alex. ab Alex. *Gen. Dier.* lib. I. cap. VIII. In mala valetudine, & rebus accisis, deploratisque apio opus esse dicebant. Prov. Quare Scyllam inter, & Charibdim æstuo, fluctuante cymba, adverso æstu in brevia, & Syrtes rapior, te unum imploro numen.

Quid vero dicam de Agyrtis, & Ærufcatoribus, qui passim reperiuntur, monstrum aliquod, vel animal nunquam nusquam visum ostentantes, ad crumenas emungendas, qui mos a Rhodiis usque ad nos manavit, ut innuit Athenæus *lib.* VIII. de quibusdam Rhodiis, Matri Deum, sive Pessinuntiæ Deæ stipem cogentibus, singula oppida lustrantibus. Alii ex his aliud quid prætexebant In his fuerunt Coronistæ cornicem circumferentes, doctam verba humana eloqui, huic se stipem cogere dicebant, non sibi: sic & Chelidonistæ dicti, quod mense Martio, cum hirundo ver loquitur, exirent; isti igitur frugiperdæ verno tempore circumibant, canentes, ἦλθ', ἦλθε χελιδών, ut docet Eustathius, & plenam volam hordei, vel portionem aliquam frumenti emendicabant.

Hi Coronistæ cornicem circumferentes puellæ nubili offerebant clamantes, *Exsatura o puella cornicem*: ut ominatas consequeretur nuptias, & ita prandium cornici offerebant puellæ. Accedebat virgo nubilis, & ficus afferebat pro prandio cornicis, ex quo Ærufcatores illi precantur, ut illustrem & locupletem maritum nanciscatur: quod cornicem connubii hieroglyphicum Antiqui colerent ob fidem maritalem, & cælibatum. Sane in nuptiis avium vocem ominis gratia repetitam auctor est Ælianus dicens: *In nuptiis earum audio post Hymenæum cornicem invocare solitos fuisse, hocque concordiæ signum dare iis, qui liberum quærendorum gratia convenissent.* Cleobulus Lindius primus hujus artis inventor, cum Lindios pecuniæ colligendæ necessitas urgeret. Mitto hujusmodi circumforanea mendicabula, qui præstigiis & circulatoriis strophiis plani plane, & impostores passim ludificantur tunicatum popellum, moriones morantur. Hi cynomya procaciores, quod impetrare non possunt, obtundendo extorquent, quod exorare & emereri, eblandiuntur, extundunt.

Perditissimis fuisse moribus & deplorata nequitia Histriones inde colligo, quod in civitate Romana pro civibus non haberentur, cujus erant tam multa millia hominum flagitiosorum & facinorosorum cives. Moveri tribu, & stipendia non facere histriones, authores sunt Livius & Valerius. D. Augustinus *de Civitate Dei* lib. II. cap. XIII. hæc habet: *Cum autem ludicram scenam totam probro ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere; sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerunt* Excipiuntur actores Attelanarum, quæ sunt fabulæ severiores, jocis Italicam priscam disciplinam redolentibus conditæ: ideo nec deponunt in scena personam, ut alii histriones.

Arescon virga erat Comicorum lenonum in scenam prodeuntium, amiculo florido indutorum. Quare ut Satyræ Græcis Tragœdiis interponebantur, ita Tragœdiis Latinis ad exhilarandum animum Attellanarum exordia interferebantur honestis juvenibus histrionibus e scena digressis, erantque hæ fabulæ urbanissimæ, urbis jocos imitantes.

CAP. II.

II. *Acclamatio plebis quando & erga quos usurpata? Apprecatio amantium & amicorum quæ? Acclamationes & Plausus quid & quomodo differant? Acclamationum faustarum formula quæ? Acclamationes infaustæ quæ? Acclamationes in acta relatæ. Acclamationes theatrales quæ? Plausus qui expressus? Orarium quid? Premere, & Vertere pollicem quid? Acclamationes infaustæ quomodo peractæ? Acclamationes Senatus quæ? Militares, Nuptiales, quæ? Formula acclamationis populi quæ? Congiarium unde dictum, & quid differt a donativo? Idem quibus datum? Clarissimi qui? Congiarium pro libris cudendis datum. Liberalitas Principum viros doctos facit. Strena quid, unde dicta, quando & qui peracta? Xenia quid? Adulatio quanta in Principes? Æternitatis titulus quando introductus?* Magnifici *nomen quale? Magnificus quis? Senatores magnifici qui? Senatusconsultum magnificum quid?* Magnifici, Illustrissimi, *&* Eminentissimi *titulus quibus proprius? Decoctorum cophinosis qualis pœna?*

OLIM acclamari a plebe solitum Imperatori congiarium impertienti, illo carmine celeberrimo,

De nostris annis tibi Juppiter augeat annos.

Hunc morem innuere videtur Ovidius lib. I. *Fastorum*:

Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos.

Quæ fausta apprecatio non solum usurpata erga Imperatores, sed etiam erga amicos, ut videre licet in Seneca, *de brevitate vitæ*, dicente: *Solent eis dicere, quos validissime diligunt, paratos se partem annorum suorum dare*. Ita Plautinus amator:

Ego vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam adaam.

Tibullus:

Vive diu, mi dulcis anus, proprios ego tecum,
Sit modo fas, annos contribuisse velim.

Sed pauca mihi altius indaganda, ut rem clariorem faciam. Acclamationes, de quibus eruditissimus Ferrarius pluribus, erant voces vel faustæ, cum laudes & bona vota concipiebant, vel infaustæ, cum imprecationes & convicia; hæ vocibus peractæ, at plausus manibus: illæ etiam absentibus, hi nonnisi præsentibus. Fausta vota in hosce modos concipi solita: *Dii te servent. Te cum tuis Dii custodiant. Dii immortales N. vitam. Dii te nobis dederunt. Dii conservent. Dii te ex manibus impuri eripuerunt. Dii te perpetuent. Dii vos Principes fecerunt. Dii vos conservent. Feliciter Felicissime. Vivas. Vincas. Valeas. Felix imperes. Multis annis imperes. Feliciter imperetis. Multi anni Regi. Multi anni Reginæ. Multos annos Imperatoribus Catholicis, Senatui, Episcopis, &c. Regnum in sæcula permaneat. Vestrum nobis duret imperium. Semper nobis imperetis. In perpetuum, in æternum, æternum permaneat vestrum imperium. Imperium vestrum Deus custodiat, pacificet, conservet. Cœlestis Rex terrenum custodit. Christus, quem colis, ipse te servet. Custode fide: Domine protegas. Imperatori vitam tribuat, custodiat. Æterna memoria Imperatori.* & hujusmodi.

Infausta vota, & imprecationes. *Unco trahatur. In spoliario lanietur. Statuæ detrahantur, Honores. Delatores ad leonem. Delatoribus metum, fustem. Memoria aboleatur. Cadaver in spoliario ponatur. Cadaver trahatur. In crucem tollatur. Ubicumque feriatur. Vivi exurantur. Caput in profluentem abjiciatur. In Tiberim. Corpus nemo sepeliat. Mortuo sedes nulla sit, nisi inter impios. Cadaveri uncus, & gemonia. Ad Leonem. Ad bestias. Areæ non fiant. Effodiantur ossa, exhumentur. Malos annos. Anathema sit. Anathema, Anathema. Tolle, Tolle. Tolle de terra. Crucifige.* Et sexcenta. Hæ acclamationes in acta publica relatæ, atque in ære incidi solitæ, tam sacræ quam profanæ.

Excitatæ, factæque in theatris cæterisque publicis spectaculorum locis, inter communes populi voluptates. Deinde in scholis, & auditoriis. Illustribus viris in Theatrum intrantibus a spectante populo honoris causa assurrectum, acclamatum plerumque, *Feliciter*, & plausum, *Plaudite* seu *Valete*, & *Plaudite*, in fine Comœdiarum, & Tragœdiarum. Demum *Favor*, & *Favere* maxime propria fuere spectaculorum verba, quæ gestu plerumque expressa, ut pollicis utriusque compressione, vestium agitatione, Orariorum concussione. Orarium enim linteum erat abstergendo ori paratum, longiusculum, modiceque latum ad fasciarum formam.

At infestæ acclamationes expressæ pollicis conversione, quam semper sequebatur interitus gladiatorum. *Premere Pollicem*, ut eruditissime idem Ferrarius astruit, nihil aliud est, quam manu utraque sublata, pugnoque facto, pollies ipsos intra pugnum arcte, vehementerque comprimere. *Vertere* vero *pollicem*, erat altera manu levata in sublime, inque pugnum pariter contracta pollicem a pugno attollere, atque vel in eum ipsum, qui manum elevarat, detorquere, ac retroflectere, vel circum agere, seu in gyrum ducere. Deinde infaustus favor sibilis, pastoritia fistula, vociferatione, seu incondito clamore, & sannis, hoc est, inepta oris depravatione, compressis dentibus, labiis parum diductis, lingua exerta, manibusque indecore motis, ac conformatis, pedum supplosione, manibus ciconias pinsentibus, Asini auriculas referentibus, aut in obscœnum modum formatis, verso, impudicoque digito erecto, cæteris compressis, aut pollice inter medium, & indicem interposito. Lapidibus aliquando in theatro appetitos, ab infeste favente populo, & ludorum actores, & malos poetas (ut a me alibi indicatum) at bonos ab amice faventibus varia accepisse dona, & florum, ac frondium conjectione fuisse honoratos legimus.

Verum in Senatu, senatusconsultis ita acclamatum. *Omnes, omnes. Æquum est, justum est, omnes idem rogamus, ad idem consentimus*. Benemeritis vero, *Fauste*.

Militaris acclamandi formula cum belli dux eligeretur, hæc perhibetur, *Dii te servent*, vel *Deus te servet*. Cum prælium ineundum; *Parati, Juva Deus*. Implorati & Dii tutelares, Imperatorumque nomina tanquam numina.

In triumphis, *Jo triumphe*.

Demum in sponsalibus, *Feliciter*, *Quæ res recte vortat*, *Dii bene vortant*.

In nuptiis vero, *Hymenæum*, & *Thalassium* inclamarunt, versusque etiam jactati Fescennini.

At pedem refero, reperoque unde cesseram. Veterum mos usu confirmatus, ut qui magnam vellent in aliquem amoris significationem verbis exprimere, palam edicerent, *Cupere se annorum, ad vivendum sibi constitutorum, partem aliquam ad illius vitam addi*. Nimirum populus olim congiario donatus ab Imperatoribus, ac locupletatus, ut memorem se muneris gratumque ostenderet; fausta multa consuevit identidem in largitores inter acclamandum emittere, atque illud in primis,

De nostris annis tibi Jupiter augeat annos.

Quo testabatur unusquisque, amoris, & grati animi ergo, se cupere, ex annis, ad vivendum sibi constitutis partem aliquam ad illorum vitam addi.

Subscriptio in litteris ad Imperatorem, *Vota pro te facimus Imperator*. Ingredienti Imperatori, *Devotus numini Majestatique tuæ*. Imperatores scribentes ad Senatum, qua formula uterentur plane M. T. in suis *Epistolis fam.* innuit. Dion. vero planius dicens: *Quamobrem Hadrianus cum scriberet ad Senatum, non est usus illo exordio: Si vos, liberique vestri valetis, bene est; ego quidem, exercitusque valemus*. Precabantur olim Cimonis liberalitatem, Agesilai victorias, Augusti felicitatem, Trajani bonitatem.

Congiarium nomenclaturam cepit a congio vasis & mensuræ genere, quo pecunia in populum dividenda non numerabatur, sed modio mensurabatur sine radio. Discrimen congiarii a donativo Seneca IV. *de Beneficiis* affert: *Congiarium nempe dici, quo populus; donativum, quo milites donabantur.*

Thesea festa in honorem Thesei, in quibus congiarium dabatur populo Athenis. Plinius laudat Trajanum, quod congiarium populus, donativum milites accepissent. Anathema vero munus, quod Diis offerebatur, Mendoza.

Nec solum principum benevolentia in populum universum congiario redundavit, sed præcipue in

singulos, & quosdam homines clarissimos ad paupertatis incitas redactos, & ad manticam; ut vitam honeste sustentare possent: quod Seneca *de Brevitate vitæ* cap. VIII. desertis verbis ostendit: *Annua congiaria homines clarissimi recipiunt, & his, aut laborem, aut operam, aut diligentiam, locant, nemo tempus æstimat, utuntur illo latius quasi gratuito*, &c. Quapropter ne illi citra arationem, & sementem messem facere viderentur, publico alicui officio addicti, aut magistratui, ut aliqua ex parte salarium meruisse viderentur. Clarissimi dicebantur, non tantum nobilitate, sed etiam virtute præfulgentes. Exempla passim leguntur in Suetonii *Nerone* cap. X. in *Vespasiano* cap. XVII. & XVIII. aliisque historicis.

Hæc vero munificentia congiarii latius emanavit, potissimum pro libris typis mandandis, & in publicum edendis, Athenæus *lib.* IX. refert, Congiarium datum ab Alexandro Magno ob libros edendos Aristoteli, his verbis: *Arbitratus vero apud doctissimum Aristotelem in opere talentorum multorum mercede famoso (nam Stagiritem rumor increbuit ab Alexandro donatum fuisse talentis octingentis ad impensam, edendis iis libris necessariam)* & quæ sequuntur: hæc summa, si bene subducatur, reddit quadringentos, & octoginta mille aureos. O auream ætatem, cum tanto auro rependerentur doctorum elucubrationes, & virorum illustrium inopia sublevaretur, & ita quasi manu supposita, cadentes virtutes, & probitas pressa, non in pædore, & fœtore jacerent. Exclamat Martialis *lib.* VIII. *epigram.* LVI.

Temporibus nostris ætas cum cedat avorum,
Creverit & major cum duce Roma suo:
Ingenium sacri miraris abesse Maronis,
Nec quemquam tanta bella sonare tuba.
Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

Strenam congiario superaddo. Strena dicta a Dea Strenia, quæ congiariis, xeniis, seu muneribus Kal. Jan. dandis præerat: ejus originem Turneb. *Adv.* lib. X. cap. XXVI. indagat, asserens a Tatio rege manasse, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit, ex Symmacho *lib.* I. *ep.* IV. dicente: *Ab exortu pene urbis Martiæ strenarum usus adolevit auctoritate Tatii regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni novi auspices primus accepit.* Hinc viri strenui dicti digni strena. Quo die strenas missitabant verba inomina, seu ominosa prodigii instar habebantur. Hanc offerebant clientes Patronis: Senatus, totaque civitas Imperatori, veluti suo parenti. Augusti seculo hæc consuetudo introducta. Tiberius edicto interdixit. Strena differebat a Xeniis, Xenia enim pro Minervali data advocatis, hospitibus, & præsidibus a provincialibus: Apophoreta autem data post epulas ad cœnam vocatis.

Mantissam addo, quæ, offea licet, dum gratis, non insuavis; si appendatur, non suavis; namque odore, atque vestigiis dum prisca scripta venor, veneror magis scriptores illos, qui fide historica, Romana libertate, aperto pectore locuti, non ranas, ut Poetæ in Minervam, Pygmæos in Polyphemum, res levissimas in cothurnos tragicos non sine risu, deformant. Quid mirum, si historici, alias & probati scriptores non verbis coquinariis de populari assentatione scribentes ad auram principum captandam, adeo cauda illis fuisse blanditos universos, caput prius demulcentes, ut illis in Deorum numerum relatis aras, & templa dicarent, ac veluti sacrosanctos æternarent. Horatius *Carm* lib. IV. ode XIV.

Quæ cura patrum, quæve Quiritium,
Plenis honorum muneribus, tuas,
Auguste, virtutes in ævum
Per titulos, memoresque fastos
Æternet?

Unde æternitatis titulus præ cæteris arrisit, & arrepsit ad Theodosii Imperat. usque tempora, quod indigetat Symmachus ille legum Romæ interpres, linguæ Latinæ candidatus candidissimus, jurisprudentissimus, qui *lib.* X. *epistol.* XXXVIII. hæc habet verba: *Cui æternitas vestra mandavit frumentarios commeatus.* Et *libr. eodem, epist.* XXXIII. *Justum est igitur, ut æternitati vestræ gratias agam.* Et *epistola* XLIII. *In qua reperiret æternitas vestra.* Unde enixissimum genus orandi erat per salutem, & æternitatem Imperatoris: quo precum genere cogebatur ille concedere quicquid petebatur. Ritershus. in epist. Plinii.

Magnum quid præterea loquor, dum magnifici nomen adeo quidam detestantur cane pejus & angue, ut irritant, ringantur, cum audiunt. Sed noscite causam, & statim ignoscite; si estis, qui auditis, & legitis, juris, & æqui consulti: tuque potissimum, qui omnium Tribuum suffragia tulisti in antiquitatibus rimandis, & indagandis. Et quidem quam inique comparatum, ut nomen tam honorificum ad tunicatum popellum, & fricti ciceris emptorem amandetur; nam auctore Aristotele, magnificus dicitur, qui in magnis pro dignitate sumptum facit, vel qui res præclaras gerit. Plautus *Asin.*

Extemplo facio facetum me, atque magnificum virum.

Ovidius ep. II. *Phill. Demophonti:*

Inter & Ægydias media statuaris in urbe:
Magnificus titulis stet pater ante suis.

Livius *lib.* I. *Inde exercitu victore reducto ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator*, &c. Sed Lampridius in *Alexandro Severo* his verbis facem mihi præbet: *Quiescite igitur* (hæc verba Alexandri Severi ad Senatores) *venerandi patres, & vos ipsi magnifici, unum me de vobis esse censete, quoniam Magni nomen ingeritis.* Hinc Senatusconsultum magnificum a Cicer. dictum. Labente deinde ævo, hic titulus reservatus in aula Præfectis Prætorio, Magistris militum, Magistris officiorum, Magistris inter agentes, Quæstoribus, Comitibus domesticorum, ut habetur *lege* 16. *Cod. de test. milit.* & alibi, quod ambitiosissimo sæculo nostro antiquum & antiquatum, quo non nisi divinos ferme honores arroganter quisque sibi præsumit.

Clarissimi titulus nudius tertius migravit in *Illustrissimum*, hic vero in *Eminentissimum*, nunc proprie Purpuratorum Patrum, seu Cardinalium, Titulos novos nova ætas si æque ambitiosa investigabit, divinitatemque fortasse cum Lucifero arrogabit. Adulantes mitto titulos, atque arrogantes, qui si pro meritis, jure dentur.

Qui intra dodrantem (ut habent Jurisperiti) legat, hæreditatem delibat; qui ultra, onerat; qui omnia, exhaurit: ne igitur nullis literis te offendam; nimis verbosus te obtundam; dodrantale hoc habeto amoris, & observantiæ monumentum, tuarum virtutum eximiarum ad aram statutum. Obsignet igitur mihi meum schedium ritus priscus Græcorum, ne talem subeam infamiæ notam, quam olim decoctores, qui cum non essent solvendo, in forum deducebantur, ibi considere jube-

bantur, capitique eorum sedentium cophinum imponebant ludibrii causa, & ita infamis ille evadebat, ex Casaubono *in Spartianum*, quod vocabant κοφινῶσαι. Ne itaque foro per te cedam, de tuo jure cede, neque mecum summo jure age, sed de æquo & bono, æquitatis, & boni arbiter: meque ut soles, ama, & quem in bonas artes ardorem, in bonos amorem præ te tulisti semper, fove, mihique ex corde fave.

CAP. III.

Osculum unde derivatum? Quid denotat? Os parvum muliebre ornamentum. Στομάτιον, σόμιον, φίλημα, φίλτρον, quid? Oscula libare, figere, ingeminare. *Oscula qui usurpata? Aures & crines apprehendebant osculaturi. Aurem substringere quid? Aures cum auro quale insigne? Eadem tactæ in jus ituris. Præcisæ quibus & cur? Quibus & cur perforatæ? Oscula per anulos missa. Epistolæ deosculatæ. Cogitabund. descriptio. Eidem labia exporrecta.*

NULLI ignotum, osculum [illegible], ab ore per diminutionem deflecti. Ovid. *Metamorph. l.* I.

> —— *Videt igne micantes*
> *Sideribus similes oculos, videt oscula, quæ non*
> *Est vidisse satis.*

Martialis II. *epig.* XCII.

> *Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.*

Subscribit Petronius *Satyr. Osculum quale Praxiteles habere Dianam credidit, jam mentum, jam cervix.* Omnes illius Deæ partes describit, inter quas osculum. Unde Beroaldi lapsum quis non videt? *ad* III. *Apul.* in illo loco: *renitentibus, & hiantibus osculis, & flagrantibus pupillis*, &c. qui interpretatur oscula ore patulo, & ritu pervio impressa, suavia; labra siquidem, atque os ipsum describit, in delineanda, aut ad vivum exprimenda pulchritudine illius. Quare hoc loco non φίλημα, sed στομάτιον, vel σόμιον, Apulejo, buccula, id est, parvum os. Unde illemet de Deo Socratis ait, *Lingua, & dentium vallum, & ipsius osculi venustas accessit*: sic ille locus interpretandus, *oscula libavit gnatæ*, id est, parva ora tetigit leviter, parvum enim os muliebre est ornamentum, sic Ovid. supra citatus I. *Metam.* & Virg. lib. XII. *Æneid.*

> *Summaque per galeam delibans oscula fatur.*

Non tamen inficias ibo, sumi plerumque pro ipsis basiis oscula, quoniam in basiando osculum coarctamus, atque minuimus, & quasi ex ore osculum facimus: hinc illa, *oscula libare, figere, ingeminare*, & alia poetis decantata, quibus supersedeo, ne, dum rabulam insector, garrulus audiam, & dum oscula explico, Osculanam patiar pugnam. Cedrenus vocat osculum amoris φίλτρον.

Oscula, ut habet Lipsius *Elect.* lib. II. cap. VI. in omni fere parte corporis usurpata. Primum in facie, ibique os, genas, oculos suaviabantur in abitu, & reditu, in gratulatione, imo in salutatione, & quotidiano occursu; qui mos invaluit maxime sub Augusto. Secundo manus osculabantur, sed non tamen, nisi potentiorum. Is mos etiam sub libera Republ. natus a blanditiis candidatorum prensantium, rogantium, alienas manus osculantium: parti autem aversæ manus dextræ osculum imprimebant, ex Plinio. Viliores tamen & servi manus; alii oculos, genas, collum osculabantur. Ab osculatione manus nata illa formula, *Ad manum accedere*. Tertio denique genua osculati, imo & pedes, Raderus *ad Mart.*

Ad aurium curam, culturamque commendandam osculaturi pueros prisci apprehendebant eorum auriculas, quod apud omnes tritum satis, pervulgatumque, at de crinibus apprehensis Plautus *Mostel.* Act. I. Sc. III.

> *Soli censeo gerendum morem, & capiendos crines.*

Amatorie enim osculandi gratia crines capiebant. Apud Plautum enim prehendere crines & auriculas, est amatorie & blande aliquem delinire & permulcere. Ita locus ille Horatii *Satyræ* V. lib. II.

> —— *aurem substringe loquaci*,

explicatur, aurem senis loquacis leviter tracta, vel molliter attinge; quod faciunt adulantes, & qui se amare simulant. Adnecto inaurem auriculæ, & noto ex Rhodigino *lib.* III. *cap.* XXIX. Aurum in auricula gestare nobilitatis insigne fuisse, ut a me alibi notatum quoque, & aurium imam partem, *lobon* dictam, memoriæ dicatam. Nato inde more, ut rapturi in jus adversarium, testes facerent, alias injectio manus non erat, interrogabaturque, *Licet Antestari?* quasi dicerent, *Memor esto*. Aurium summam, dictam πρόλοβον, in flagitio deprehensis, ignominiæ causa, Veteres præcidebant. Macrino Imperatori aurium alteram fuisse perforatam Maurorum ritu, unde erat oriundus, Dion ait.

Ideo aures perforatæ exprobratio fuere barbariæ. Sic Xenophon narrat quidem se vidisse aures Apollonidis, quæ ambæ essent, quales Lydorum, perforatæ. Erat & auris perforata signum perpetuæ servitutis, ut apparet ex XXI. cap. *Exod. Quod si servo dominus uxorem dederat, finito sexennio manumittebatur quidem, sed uxor ejus, & ex ea nati liberi, erant domini. Quod si amore captus uxoris & liberorum suorum nolebat a domino discedere, offerebat eum dominus Diis, id est, Judicibus, eique ad postem applicato subula aurem perforabat, ut ei perpetuo serviret.* Ab osculo ad salutem.

Novus ad hanc rem ritus salutandi mihi Dionem percurrenti occurrit, in *Ottone* ita referentem: *Hic ut cœpit placido & leni sermone, & ficto simul, atque cultu indicare modestiam. Ad hæc, oscula ad singulos fere per anulos mittere.*

Maximinus, ex Capitolino, junior porrigebat manum, genua sibi osculari patiebatur, & nonnunquam etiam pedes. Osculabantur & epistolas ab amicis missas, & ad oculos admovebant, Buleng. *de Imper. Rom.*

Ut interim Plautinum salem inspergam his meis schediasmatis, quo fastidium tuæ palæstræ veluti condimento detergam, tædium levem, ex ejusdem penu cogitabundi veluti succidiam expromo. At in antecessum tibi Virgilianum propono VII. *Æneid.*

> *Talibus Ilionei dictis, defixa Latinus*
> *Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret,*
> *Intentos volvens oculos: nec purpura regem*
> *Picta movet*, &c.

Labiorum exporrectio cogitabundi olim gestus, ita Pers. *Satyr.*

> *Atque exporrecto trutinantur fata labello.*

Livianum appono etiam *lib.* IX. *Cos. demissis in terram oculis tacitus, ab incertis, quidnam esset acturus, Legatis recessit.* Et *lib.* VIII. *Itaque veluti emerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent*, &c.

In bellariis ultimo loco appono Plautinum, tanquam suavissimum, τράγημα:

Vide quemadmodum astitit severa fronte, curas cogitans;
Pectus digitis pulsat, cor credo evocaturus foras:
Ecce autem avortit, nixus læva, in femore habet manum,
Dextera digitis rationem computat, feriens femur
Dextrum ita vehementer, quod facto opu'st, ægre suppetit.
Concrepuit digitis, laborat cerebro, commutat statum.
Ecce autem capite nutat, non exprimit, bene coctum aliquid dabit.
Ecce autem ædificat, columnam mento suffulcit suo.

Sales vides Plautinos nunquam satis laudatos. Hic ille (ex Lipsio) Musarum & Gratiarum hortus; linguæ & elegantiæ in verbis Latinæ Princeps, ex Gellio: ex Varrone, Musæ dictæ loquuturæ sermone Plautino, si loquuturæ Latine; cujus virtutes recensere si ante lucem occipiam, a primo mane, concubia sit nox prius, quam ad postremam perveniam.

CAP. IV.

Manus quorum & cur osculatæ? Adorare unde dictum? Pauperes qui adorabant? Adorare Deorum, salutare hominum est. Divites quomodo adorabant? Manus aversa osculata. Pectus deosculatum. Manus quando tactæ? Genii qui dicti? Muscarum abigendarum sacrum. Ἀπόμυιος quis? Proverbium, Musca importunior, *de quibus dictum? Myiodes quis? Muscæ quinam dicti? Muscæ absunt ab Olympiis. Acharon quis? Eidem sacrificarunt Cyrenaici. Myjagrus quis?*

In adoratione, manum priscos ad eos applicuisse, alibi a me dictum, religionis causa: jam honoris causa id factitatum dico, & quo gestu illi suos colebant Deos, eodem nos hodie dynastis & fortunatis hominibus in salutandis utimur. Nec solum viliores clientes, & servi, divitum, patronorum, & dominorum manus osculaturi tangebant, ut notant Lipsius in *Electis* lib. II. cap. VI. Muretus, Pithœus; sed hoc etiam observatum a candidatis. Seneca *epist.* CXVIII. optime candidatorum refert morem his verbis: *Quam putas esse jucundum, tribubus vocatis cum candidati in templis suis pendeant, & alius nummos pronunciet; alius per sequestrum agat; alius eorum manus dextras osculis conterat, quibus designatus contingendam manum negaturus est; omnes attoniti vocem præconis expectant.* At Deos veneraturi suam dextram ad os admovebant, unde adorare dictum, quasi ad ora dare dextras; ut significarent a Deorum dextra, quam eo gestu tangere se velle profitebantur, felicitatem omnem & secunda omnia sperare atque promittere. Lucianus Dial. *de Sacrificiis*: *At si quis pauper, is ita Deo litat, ut dextram dumtaxat suam ipsius osculetur.* Alii aliter verbum, adoro, explicant, ut adorare sit in terram procidere, & illam ore & osculo tangere, Græci cum προσκυνεῖν conjungunt illa πεσεῖν εἰς γῆν, *cadere in terram*. De Tigrane adorante Pompejum Dio *lib.* XXXVI. *Cadentem in terram, & adorantem.* Latini quoque; nam Livius *lib.* XLVI. *Submisit se, & osculo limen curiæ contigit.* Hæc potius adoratio, quæ propria Deorum; mortalium vero salutatio. Curtius *lib.* VIII. Justinus *lib.* XII. asserunt Alexandrum non se salutari, sed adorari jussisse. Quod videbantur facere tenuiores; opulentiores enim, ut ex eodem licet colligere, thure, libis, bobus, & aliis victimis litabant. Hinc nostra consuetudo invaluit dicendi, tibi manus deosculor: id est, salutem impertior. Suetonius in *Augusto* cap. XCIV. *Ad quem omnia sua desideria referrent, ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulissent.* Plinius *lib.* XII. *Quamdam religionem esse in dextra testatur, quæ osculis aversa petitur.* In hanc sententiam Apulejus *de Asino aureo* ait: *Tunc Juppiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os relata consuaviat.*

Pectus etiam osculabantur, ut ait Lucianus de *moribus Philosophorum*: *Quidam fastuosiores adorari etiam cupiunt.* Et infra: *pectus, & dextram deosculari*: in pectore enim consilii sedes, & cordis receptaculum, & animæ origo, ut multi asserunt.

Manus tactas in gaudio, & præcipue dexteram, lego in Plauto, *Menæch.*

—— Teneo dextera Genium meum
Qui me aluit, & quasi genuit.

Hinc etiam Patroni dicti Genii. Plautus *Capt.*

Cedo manum; manum? Gaude; quid ego gaudeam?

Et paulo infra:

Vin' te faciam fortunatum? cedo manum. hem manum.

In *Curcul.* vocat Phædromum Genium suum, & in eadem *Comœdia*:

Tuum gnatum, & Genium meum.

Huic homogeneo, ut dicunt, conglutinato, heterogeneum aliud de muscis abigendis, quæ nobis æstivo tempore tantam facessunt molestiam, quod a me notatum in Pausaniæ *Eliacis prioribus*, his verbis: *Proditum etiam est Herculem Alcumenæ filium Jovi porricientem, cum muscas abigere non posset, vel quod ei primum tunc in mentem veniret, vel quod tralaticium fuerit, Abactori muscarum,* Ἀπόμυιον *Elei vocant, hostiam mactasse, cum perlitatum esset, omnes repente muscas trans Alpheum devolasse. Unde servatum ab Eleis, ut ad abigendas ex Olympia muscas, idem sacrum usurparetur.* Quare importunus quilibet musca dictus. Hinc proverbium, *Musca importunior*. Harum Deus putatus Myiodes: ita Plinius *lib.* XIX. *cap.* VI. *Nullum animal musca minus docile putatur, minorisque intellectus. Eo mirabilius est Olympiæ sacro certamine nubes earum, immolato tauro, Deo, quem Myiodem appellant, extra territorium id abire.*

Antiphanes Syracusius poeta, eos, qui in urbibus, ut sæpe fieri solet, invocati, non invitati, ad convivia accedunt, muscis comparat, quæ in Olympiis advolantes bovem fœde feriebant. Musca aliquando dicitur importunus hospes, parasitus. Plauti *Merc.*

Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberi.

Ælianus lib. V. *de Animal.* c. XXVII. ait: *Muscas Pisatides, eo tempore, quo Olympiæ festum celebratur, inter tot sacrificia & sanguinis passim fluentis copiam, & carnes suspensas, quasi Dei reverentia motas discedere,*

ac ultra Alpheum flumen avolare conspici. Ac soluto jam festo una cum mulieribus, (quæ & ipsæ lege & imperio aberant:) tanquam decreto aliquo, exules revocatas in Elidem reversas esse. Achorem, alii Acharon muscarum Deum faciunt, cui Cyrenaicos (quibus muscarum multitudo pestilentiam afferebat) dicunt sacrificare fuisse solitos, ac simulatque illi Deo litatum fuerat, protinus omnes interiisse: appellatusque (teste Rhodigino *lib.* XXIII. *cap.* II.) ἀπόμυιος *muscarum abactor*, a fugandis pellendisque muscis. Videndus Plinius supra citatus *lib.* XIX. *cap.* VI.

Sacellum Herculis in foro Boario est, in quo ar-A gumenta convivii Potitiorum, & majestatis ipsius remanent, nam divinitus illo neque muscis, ex Solino, ingressus est: etenim cum visceratione sacrificii litaret, Myiagrum Deum dicitur imprecatus, clavam vero in aditu reliquisse, cujus olfactu refugerent canes, virtus enim vel solo sui odore terret & fugat calumniatores. Pausan. in *Arcad. In ea celebritate* (loquitur de ea, quæ Palladi Tritonidi agebatur) *ante Myiagro sacrificant, preces inter sacra Heroi effundunt, Myiagrum invocantes, atque ita facientibus nihil præterea molestiæ muscæ afferunt*. Meminit hujus Solinus, & Gyrald. *Synt.* I.

F I N I S.



JOANNIS MEURSII F.

DE

T I B I I S COLLECTANEA.

VIRO ILLUSTRI ET GENEROSO

D. HENRICO RHAMELIO,

ACADEMIÆ SORANÆ PRÆSIDI REGIO

DOMINO BECKESCHOVII, &c.

PATRONO SUO ÆTATEM COLENDO.

Illustris et inclite Heros,



QUANDOQUIDEM animum induxi, peregrinationem meam instituere, & ex hoc loco, in alia regna discedere; omnino necesse judicavi, ut pro acceptis beneficiis remunerationis aliquod signum Generositati Tuæ offerrem, ac ostenderem, me istius generis hominem natum non esse, qui accepta dissimulare vellet. Sed quia nulla alia penes me potestas jam consistit, quam promti ac volentis animi, idcirco libellum hunc, tanquam mnemosynon Gen. T. relinquere & inscribere volui, obnixe petens, offerentis animum potius inspicias, quam ipsum donum. Hisce vale, Generose Domine, & vive diu Regi, Regno, & Musis Soranis. Scribebam Soræ VIII. Id. Mart. Anni cIↃ IↃ CXLI.

Generositatis Tuæ

Observantissimus

Johannes Meursius Filius.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII F.
DE
TIBIIS
COLLECTANEA.

CAP. I.

De derivatione Tibiæ.


IBIA proprie est os cruris, oppositum suræ. Tibia item vocatur instrumentum musicum oblongum, teres, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modo adductis, modo reductis temperatum, non injucundam reddit symphoniam. Has primum ex gruum tibiis confectas existimant, & inde nomen accepisse. Horatius *de Arte*:

Tibia non, ut nunc, orichalco vincta, tubæque
Æmula, sed tenuis, simplexque foramine pauco.

Et de his plura apud Becmanum in *Manud. ad Latinam linguam*.

CAP. II.

De Tibiæ inventione.

FUIT Ardalus Vulcani filius, quem Tibiam adinvenisse opinantur: & ab eo Musas dici Ardalidas, in Pausaniæ relatum monumentis est. Diodorus Siculus tradit Minervam tibias, earumque cantum, & plurima instrumenta ad varias artes pertinentia adinvenisse, indeque eam ἐργάνην, id est, *operariam*, nuncupatam esse.

Plutarchus *de Musica*: Οὔτε γὰρ Μαρσύου, ἢ Ὀλύμπου, ἢ Ὑάγνιδος, (ὥς τινες οἴονται) εὕρημα ὁ αὐλός· οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς, καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. δῆλον δὲ ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν, ἃς προσῆγον μετὰ αὐλῶν τῷ θεῷ, καθάπερ ἄλλοι τε καὶ Ἀλκαῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ. καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἐχούσας· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δὲ αὐλούς, ἡ δ' ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο. οὕτω δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥς τε τοὺς ἐργασαμένους αὐτὸ τῶν καθ' Ἡρακλέα Μερόπων φασὶν εἶναι· ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ κατακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρομαρτεῖ αὐλητής· καὶ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἱερὰ μετὰ αὐλῶν, καὶ συρίγγων, καὶ κιθάρας εἰς τὴν Δῆλόν φασι τὸ παλαιὸν στέλλεσθαι. ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι, καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν. ἡ δὲ Κόριννα καὶ διδαχθῆναί φησι τὸν Ἀπόλλω ὑπ' Ἀθηνᾶς αὐλεῖν. σεμνὴ οὖν κατὰ πάντα ἡ μουσική, θεῶν εὕρημα οὖσα. *Non enim Marsyæ, aut Olympi, aut Hyagnidis, ut putant quidam, inventum tibia, neque sola cithara Apollinis est: sed idem Deus & citharæ & tibiæ cantum invenit. Manifestum hoc est e choris & sacrificiis, quæ tibiis interim canentes Deo adferebant: quod & alii, & Alcæus in quodam hymno narrat. Sed & simulacrum Apollinis in Delo positum in dextra manu arcum, læva Gratias habet, quarum quævis aliquod musicum instrumentum tenet: Lyram una, alia tibias, media fistulam ori admotam. Hæc præcedentia Anticles & Ister in illustrationibus suis retulerunt. Et simulacrum illud ita antiquum est, ut dicatur a Meropibus factum, qui Herculis ætate vixerunt. Sed & puerum, qui Tempicam laurum Delphos defert, comitatur tibicen. Quin & Hyperboreorum sacra adhibitis tibiis, citharis, & fistulis in Delum missa fuerunt antiquitus. Sunt qui ipsum Deum tibia cecinisse autument, ut narrat optimus cantilenarum conditor Alcman. Corinna a Minerva didicisse tibiis canere Apollinem ait. Itaque veneranda prorsus est musica, deorum inventum cum sit.* Nonnus *Dionys.* lib. III.

Canente Hecate Thyasum olentes fremebant tibiæ.

Hinc constat ab Hecate tibiam inventam fuisse. Plinius *Nat. Hist.* lib. VIII. ubi de instrumentorum inventoribus loquitur, hæc habet: *Fistulam & monaulum Pan Mercurii: obliquam tibiam Midas in Phrygia invenit: geminas tibias Marsyas in eadem gente.*

CAP. III.

De inventione cantus Tibiarum.

TELESTES in Asclepio tibiarum usum ita declarat, ut videre est apud Athenæum *l.b.* XIV. Ἢ Φρύγα αιλιπιόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα αὐδονος ἥρμοσε πρῶτος Δωρίδος ἀντίπαλον μούσης. νομοαίολον ὀρφναὶ πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις.

Phrygum Rex leniter personantium tibiarum sacrum
Cantum primus invenit, Doricæ musæ æquiparandum
Æmulum: varie modulatam tenebrosi spiritus
Auram levem atque pernicem arundine circumplectens.

CAP. IV.

De genere & differentia materiæ Tibiarum.

LOTUS, quia cavari facilis, tibiæ materies fuit: *Lotos arboris genus, ex cujus materia frequenter tibiæ fiebant*, inquit Festus. Sic Ovidius *Fastor.* IV.

—— sed me sonus æris acuti (Sistra loquitur)
Terret, & horrendo lotos adunca sono.

Et lib. IV. *Metam.* tibiam Minervæ, *Tritoniacam arundinem* dicit, quia Tritonis palus Libyæ non procul a Lotophagis, ubi materia tibiæ uberat. Adeo ut si fuit illa Minervæ tibia prima, e loto prima fuerit. Idem tamen in *Fastis* e buxo primam vult, inventamque Minervæ, quæ ibi fatur:

Prima terebrato per rara foramina buxo
Ut daret, effeci, tibia longa sonos.

Apud Theocritum *Idyll.* K. succinat tandem victor tibia Apollo ex Philippi στεφάνῳ:

Ηὕρον αὐλήσαντι πολυτρήτοιο διὰ λωτῶν,
Εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ἐπὶ γλαφύρᾳ.
Μαρσύῃ ἐψεύσω τὸν εὕρεμα· τὰς γὰρ Ἀθήνας
Αὐλὰς ἐκ Φρυγίης ἆρος ἐληίσατο.

Multiforis blandum cum lotina tibia cantum
Ederet, arguto Phœbus ait Glaphyræ:
Inventi vanus Marsyas: namque Minerva
Quam Phrygia tulerat tibiam, habes Glaphyra.

Tibia Phrygia in dextra parte unum habet foramen; in sinistra duo foramina. Sacra Cybeleia fiebant ex buxea tibia, & tympanis, cum maximo uullatu. Virg. lib. IX. *Æneidos*:

O veræ Phrygiæ, (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia matris
Idææ.

Tibia avenacea usi sunt pastores, ex qua carmen rusticum, oblectamenti causa, canere soliti fuerunt, ut satis videre est ex sequentibus versibus Virgilii *Eclogæ* I.

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Sylvestrem tenui Musam meditaris avena.

Plinius *Nat. Hist.* lib. XVI. *Orchomenius est continuo foramine pervius, quem auleticum vocant, hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius, crassiore ligno, & tenui foramine. Hunc totum fungosa replet medulla Alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque.*

Athenæus lib. IV. *Dipnosophistarum* refert tibiarum genus, quas Anacreon ἡμιόπους appellat, cæteris minores, sonoque minus claro, quod ipsum indicat cognomen.

Solinus *cap.* XI. mentionem facit de differentia tibiarum, ubi ait: *Thermitanis locis insula est arundinum ferax, quæ accommodatissimæ sunt in omnem sonum tibiarum: sive præcentorias facias, quarum locus est ad pulvinaria præcinendi: sive Vascas, quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt, sive puellatorias, quibus a sono claro vocamen datur: sive Gingrinas, quæ breviores licet, subtilioribus tamen modis insonant: aut Milvinas, quæ in accentus exeunt acutissimos: aut Lydias, quas & Turarias dicunt, vel Corinthias, vel Ægyptias, aliasve a musicis per diversas officiorum & nominum species separatas.*

CAP. V.

De Lydicarum, & Phrygiarum Tibiarum differentia.

NONNULLI produnt, Lydiis tibiis læta concinere, veteris fuisse moris, Phrygiis vero tristia: quoniam tres haberent tibiarum modos, Ionicum, Lydium, Phrygium, qui & barbarus. Ex iis vero innotescit amplius, quid sibi Papinius velit, quum *Thebaidos* lib. VI. ita canit:

Quum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia: cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mœsta.

Horatius oda XV. lib. IV. *Carm.* usum Lydii generis describens, ita canit:

Virtute functos, more patrum Duces,
Lydis remisto carmine tibiis,
Trojamque, & Anchisen, & almæ
Progeniem Veneris canemus.

CAP. VI.

De laudatione, existimatione & precio Tibicinum.

ATHENÆUS *lib* I. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Ἀντίοχος, τοὺς Σωστράτου τοῦ αὐλητοῦ υἱεῖς σωματοφύλακας ἐπεποίητο. *Sostrati vero tibicinis filii apud Antiochum ejusque patrem satellites fuerunt, & custodes corporis.* Theophrastus inquit, *Andronem Catanensem, tibicinem primum, cum tibia luderet, corporis motus aptos & concinnos addidisse, indeque veteres σικελίζειν, saltare dixisse.* Plutarchus in *Quæstionibus Romanis*: Διὰ τί ταῖς Ἰανουαρίαις εἰδοῖς περιϊέναι δίδοται τοῖς αὐληταῖς τὴν πόλιν ἐσθῆτας γυναικείας φοροῦντας; ἢ διὰ τὴν λεγομένην αἰτίαν; μεγάλας γὰρ (ὡς ἔοικε) τιμὰς ἐκαρποῦντο, τοῦ βασιλέως Νουμᾶ δόντος αὐτοῖς, διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον ὁσιότητα. *Cur Idibus Januarii tibicinibus permissum est per urbem circuire, vestem indutis muliebrem? An hoc fit propter causam quæ subjicietur? Magnos illis honores Numa Rex religionis causa contulerat.*

Apulejus *Florid.* I. *Tibicen quidam fuit Antigenidas omnis voculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Doricum bellicosum.* Locus insignis, in quo video & cæterarum usum. *Miles.* IV. *Sonus tibiæ Zygiæ*, (Parens meus *Phrygiæ* legendum putavit) *mutatur in querulum Lydii modum, cantusque lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu.* Sed & rebus lætis adhibita hæc harmonia. Idem *Miles.* X. *Jam tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.* Propertius *lib.* IV. *eleg.* VII.

Ecce coronato pars altera vecta phaselo,
Mulcet ubi Elysias aura beata rosas:
Qua numerosa fides quaque æra rotunda Cybeles,
Mitratisque sonant Lydia plectra choris.

Minerva laudans artem Tibicinum sic ait, ut testis est Athenæus *lib.* XIV. Τὰν οὖν περισσοτάταν Βρομίῳ παρέδωκε σεμνᾶς δαίμονος ἀερθὲν πνεῦμ' αἰολόπτερον σὺν ἀγλαῶν ὠκύτατι χειρῶν κομψῶ δέ.

Hanc artem igitur maxime divinam
Bromio concessit venerandæ Deæ sublimis & elatus spiritus,
Cum eleganti & arguta velocis manus celeritate.

Tacitus lib. XIV. *Annal.* meminit Eucari, cujus amor objiciebatur Octaviæ (quamvis per calumniam) Ægyptius erat, & tibiis canere doctus. Habebant Romani Tibicines ad cultum Deorum; & tibicinum collegium fuit in Vet. Rep.

Lucius Anitius Romani exercitus Imperator, debellatis Illyriis, & Gentio illorum Rege cum liberis capto, & Romam abducto, ludis victoriæ causa editis, quovis risu digna multa fecit, ac excogitavit, ut scripsit Polybius *libro* XXX. Nam accersitis e Græcia clarissimis artificibus, extructaque in circo maxima scena, primos induxit tibicines simul omnes, Theodorum Bœotium, Theopompum, Hermippum, Lysimachum, in Græcia celeberrimos. Eos in proscenio stantes simul omnes, cum choro tibiis jussit canere. Motu corporis tibiarum modis apto illis per scenam lente incedentibus, misit qui admoneret, non placere illam cantionem, itaque certarent vehementius. Dubitantibus ipsis quidnam mandaretur, significavit e lictoribus quispiam, ut in sese mutuo verterentur, ac pugnæ speciem repræsentarent. Quidnam vellet Anitius, tibicines ubi cognoverunt, tibias cantu inflantes, qui ardori pugnantium militum conveniret, omnia permiscuerunt,

medios choros perturbatos cum extremis confundentes, insanis modis ac temerariis complentes omnia, & tibiarum concentu dissoluto, in sese mutuo vicissim impetum fecerunt.

CAP. VII.

De contemptione Tibiarum.

PLUTARCHUS in *Alcibiade:* Alcibiades Τὸ δ' αὐλεῖν ἔφευγεν ὡς ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον. Πλήκτρου μὲν γὰρ καὶ λύρας χρῆσιν, οὐδὲν οὔτε σχήματος, οὔτε μορφῆς ἐλευθέρῳ πρεπούσης διαφθείρειν, αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι, καὶ τοὺς συνήθεις ἂν πάνυ, μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. ἔτι δὲ τὴν μὲν λύραν τῷ χρωμένῳ συμφθέγγεσθαι, καὶ συνᾴδειν, τὸν δ' αὐλὸν ἐπιστομίζειν καὶ ἀποφράττειν ἑκάστου τήν τε φωνὴν καὶ τὸν λόγον ἀφαιρούμενον. Αὐλείτωσαν οὖν (ἔφη) Θηβαίων παῖδες. οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. ἡμῖν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις (ὡς οἱ πατέρες λέγουσιν) ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων ἐστίν. ὧν ἡ μὲν ἔρριψε τὸν αὐλόν, ὁ δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν ἐξέδειρε. τοιαῦτα παίζων ἅμα καὶ σπουδάζων ὁ Ἀλκιβιάδης, αὐτόν τε τοῦ μαθήματος ἀπέστησε καὶ τοὺς ἄλλους. ταχὺ γὰρ διῆλθεν ὁ λόγος εἰς τοὺς παῖδας, ὡς εὖ ποιῶν ὁ Ἀλκιβιάδης βδελύττοιτο τὴν αὐλητικήν, καὶ χλευάζοι τοὺς μανθάνοντας. ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν, καὶ προεπηλακίσθη παντάπασιν ὁ αὐλός. *Tibiam ut rem sordidam & illiberalem refugit. Nam plectri quidem & lyræ usum nihil dicebat gestum vel formam depravare libero homini convenientem: tibiam vero inflantis hominis ore, vel intima familiaritate conjunctos, vix agnoscere vultum: præterea lyram non adimere pulsanti, quin simul loqui & accinere valeat; tibiam obturare & obstruere cujusque vocem & incidere sermonem. Ergo, inquit, canant tibia Thebanorum filii, nam dicere nesciunt. Nobis Athenienfibus (ut a majoribus accepimus) dux Minerva & præstes Apollo est, quorum superior tibiam projecit, alter excoriavit fistulatorem. Ita juxta joco ac serio se ipse Alcibiades, & cæteros ab eo studio abduxit. Statim enim dilata est inter pueros fama, merito Alcibiadem fastidire fistulam, & ejus studiosos deridere: unde ex oblectamentis liberalibus plane fuit explosa & prorsus irrisa tibia.*

CAP. VIII.

De appellatione Libycæ Tibiæ.

LIBYCAS tibias poetæ appellant, ut inquit Duris libro secundo *de rebus gestis Agathoclis*, quod Seirites primus, ut credunt, tibicinum artis inventor, e gente Nomadum Libycorum fuerit, primusque tibia Cerealium hymnorum cantor. Tryphon libro secundo *Nomenclaturarum*, has recenset cantiones tibiales: Comon, Bucoliasmum, Gingras, Tetracomon, Epiphallon, Choricam, Callinicon, Polemicam, Hedycomon, Sicinnotyrben, Thyrocopicon, quæ Crousithyros etiam dicitur, Cnismon, Mothona, quæ omnes cum saltatione canebantur.

CAP. IX.

De Thracibus, & Arcadibus, qui ad Tibiam armati saltabant.

SALTATIONIS hic modus est: Armis appositis quidam jugatos boves agit, seritque frugem, tanquam metu identidem se obvertens. Accedit prædo: quo prospecto raptis armis ante jugum arator pugnat tibiæ modis corporis motum adaptans. Ad extremum vero, prædo vinctum aratorem cum jugo abducit, & nonnunquam prædonem jugarius. Quidam, inquit Xenophon, & Persicam saltaturus exsurrexit, ceterarum, quas collidebat, fragore obstrepens & obtundens: eaque omnia faciens ad tibiæ numeros concinne. Arcades vero arma illi detracturi assurgunt, inquit, & ad numeros, quos bellicos appellant, convenienter incedentes, tibia canunt & saltant. In usu fuerunt Heroibus & tibiæ & fistulæ. Agamemnon fistularum tibiarumque sonos audit: ad convivia tamen illas poeta non inducit, in bellica saltatione cum celebrarentur nuptiæ, tibiarum tantum mentione habita, quas barbaris tribuit. Apud Trojanos igitur sonitus fistularum tibiarumque multus funditur.

CAP. X.

Quomodo Arcades præ omnibus nationibus pueros suos Tibia ludere assuefaciant.

POLYBIUS Megal. *Hist.* Lib. *Soli ferme sunt Arcades, apud quos pueri primo ab ipsa infantia ex legibus assuefiant hymnos & pæanes canere; quibus more patrio singuli suos heroas & Deos concelebrant. Deinde Philoxoni ac Timothei nomos addiscentes, quotannis per Liberalia ipsi in theatris cum saltatione & tibiis, summo studio puerilia quæ vocant ludicra pueri agitant, juvenes, quæ dicuntur virorum.*

CAP. XI.

De Choreis ad Tibias & fistulas.

MACRINUS, (ut Herodianus sui temp. *Hist.* lib. v. ait) sacra celebrans, choreas circa altaria barbarum in morem ad tibias fistulasque duxit. Præcedit etiam ad tibias & tympana Antoninus Elagabalus, velut numinis orgia concelebraret.

CAP. XII.

De Cantionibus ad Tibias ex Prolegomenis in Pythionicas.

SECUNDA Pythiade, αὐλῳδίαι, id est, *cantiones ad tibias*, fuerunt repudiatæ, quod οὐκ εὔφημον ἄκουσμα eas judicarent, quum σκυθρωπότατα, ἐλεγεῖα & θρῆνοι, ad tibias accinerentur: ut videre est. Pythiade prima vicerat Echembrotus, præmio, æneo videlicet tripode, Herculi Thebis dedicato, quem hac Inscriptione insignivit. Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκεν Ἡρακλεῖ νικήσας τόδε ἄγαλμα Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις, Ἕλλησι δ' ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους. *Echembrotus Arcas dedicavit hoc simulacrum Herculi, quum præmium Ludis Amphictyonum meruisset, decantatis inter Græcos modulis & elegis.* Ut Pausan. citat in *Phoc.*

CAP. XIII.

Tibia ad Bacchanalia, & lætitiæ signum usurpata.

CATULLUS Bacchantium cohortem describens, ita canit *eleg* LXV.

Barbaraque horribili stridebat tibia cantu.

Apud Hom. Trojani de suis rebus prosperis læti, sese ut oblectent, pernoctantes in campo tibias inflant. Olympiodorus a Phrygibus inventas fuisse tradit, usumque in certamine Marsyam tibia.

CAP. XIV.

De Præficis Tibicinis.

PRÆFICÆ tibicinæ sunt, quas *monumentarias ceraules* vocat Apulejus: quæque non vere plangunt, sed se plangere simulant, conductæ ad excitandum dolorem: & plerumque quas ipsæ non habent, ab aliis eliciunt veras, & intimas lachrymas. Plinius Nepos Epistola *Regulus lib.* IV.

Amissum luget insane: nec dolor erat, sed ostentatio doloris, id est, ut Tacitus ait lib. III. *Annal. doloris imitamenta*. Lucillius ex Nonio Marcello de præficis:

> *Conductæ flent alieno in funere præficæ,*
> *Multo & capillos scindunt & clamant magis.*

Etiam nænias canunt inconditum carmen compositum ab eis: canuntque illud ad tibias & fides. Nonius in verbo *Nænia*: & sic eliciunt lachrymas; sed *lachrymæ nunquam fluunt tam lubenter, quam finguntur turpiter*, ait Seneca *epist.* XCIX.

CAP. XV.

De Tibia funesta, sive usu Tibiarum in funeribus.

VETERES tibiam funeribus adhibuerunt, religio enim erat, ut *majoribus mortuis* tuba, *minoribus* tibia caneretur. Persius de divite.

> *Tibia funeribus convenit ista meis.*

Homerus in funere Hectoris dicit:

> *Tum pyra construitur, quo bis sex corpora Grajum,*
> *Quadrupedesque adduntur equi, currusque, tubæque.*

Ovidius:

> *Tibia, cui teneros solitum deducere manes.*

Funeribus, ut etiam sacrificiis, tibicines adhibiti. Varro *de Vita P. R.* lib. IV. Nam in tibia mœstum carmen, quod testantur authores, & Ovidius libro VI. *Fast.*

> *Cantabat mœstis tibia funeribus.*

Horatius in *Arte*:

> —— *Conducti plorant in funere, dicunt*
> *Et faciunt prope plura dolentibus ex animo.*

In exequiis Pertinacis, ut Xiphilinus refert, multi cecinere flebile carmen ad tibias. Sedulius *lib.* III.

> *Funereosque modos cantu lachrymante ferebat*
> *Tibicen.*

Athenæus lib. *Dipnosophist.* IV. Cares itidem ut Phœnices in luctu tibiis uti solent magnitudine palmi, lugubre quiddam & stridulum sonantibus. Eas autem tibias Phœnicum lingua, *gringas* vocari, quod iis in Adonidis luctu soleant uti. Porro Adonidem γίγγλω, id est, *gringam*, appellant. Hinc iisdem verbum γιγγραίνω.

CAP. XVI

Minervam usam fuisse tibia, lamentationis causa.

PINDARUS in *Pyth.* od. XII.

> —— ὦ ἄνασ-
> σ', ἵλαος, Ἀθανάτων
> Ἀνδρῶν τε, σὺν εὐμενείᾳ,
> Δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
> Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
> Αὐτόν τέ νιν, Ἑλλάδα νικά-
> σαντα τέχνᾳ· τάν ποτε
> Παλλὰς ἐφεῦρε, θρασειᾶν Γοργόνων
> Οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα.
> —— o Regi-
> *na, propitia Immortalium,*
> *Hominumque, cum benevolentia*
> *Accipe coronam hanc ex*
> *Pythone, glorioso Midæ concinnatam,*
> *Eumque adeo ipsum, Græciam qui superavit arte; quam quondam*
> *Pallas invenit, audacium Gorgonum*
> *Tristem lamentationem contexens Minerva.*

CAP. XVII.

De Tibia Nuptiali.

PROPERTIUS *lib.* II. *elegia* VII.

> *Nam citius paterer caput hoc discerpere collo,*
> *Quam possem nuptæ perdere amore faces.*
> *Aut ego transirem tua limina clausa maritus*
> *Respiciens udis prodita luminibus.*
> *Aut mea quum tales caneret tibi, Cynthia, somnos*
> *Tibia, funesta tristior illa tuba.*

Quos versus Jos. Scaliger Jul. Cæs. filius sequenti modo explicavit. Citius morerer, inquit, quam amorem meum nuptiis mutarem, aut transirem respiciens tua limina maritus factus, aut canente tibi somnos nuptiali tibia. Tibiam intelligit nuptialem, qua novam nuptam mariti domum deducebant noctu. Tunc enim deducebatur nupta, quum jam concubia nox esset. Ovidius pene idem de eadem re:

> *At subito nostras ut Hymen cantatus ad aures*
> *Venit, & accenso lampades igne micant;*
> *Tibiaque effundit socialia carmina vobis,*
> *At mihi funesta tristior illa tuba.*

CAP. XVIII.

De usu Tibiæ in bello.

SPARTANI ad tibiam & lyram inibant cum hostibus certamina, sicuti enim qui pondera deferunt, & qui remigant, vel aliud quiddam molesti laboris perferunt, concordi voci & tanquam gemitu conantur mentem avertere a laboris molestia considerandа: ita & tubis, & tibiis milites in bello usi sunt, non ut haberent aliquid ex harmonia quo mens excitaretur, aut inderetur fortitudo, sed propter agoniam & perturbationem revocare animum in sese studuerunt. Polybius Megal. *Hist.* lib. IV. *Veteres Lacedæmonii & Cretenses loco tubæ, tibiam & rythmum ad bella sine caussa usurparunt.* Omnes Lydi tibiarum ac fistularum sono usque adeo capiebantur, ut ad earum sonitum in bellis struerentur acies, inquit Herodotus.

CAP. XIX.

Usus Tibiarum in conviviis, spectaculis, & bello.

ATHENÆUS *lib.* XIV.

> Ποικιλόπτερον μέλος;
> Τᾶν ἀοιδᾶν.
> Κατέστασ' ἐπὶ Πιερὶς βασίλεια.
> Οὐ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω.
> Καὶ γὰρ ἐσθ' ὑπηρέτης κώμων μόνον
> Πυραμάχοις τε πυγμαχίαισιν
> Ἐων θέα, εἰς πάροινον ἔμμεναι στρατηλάτας.
> *Varii modi sunt accinendi.*
> *Tibiis cantiones præire gaudet Rex Dionysius.*
> *Post illas canat & saltet tibicen:*
> *Tibia tantum comessationum administra est,*
> *Spectaculis commoda, quibus pugnant ardentibus animis pugiles,*
> *Et ut quasi temulenti apud se non sint*
> *In conflictibus bellicorum agminum Duces.*

CAP. XX.

De longis Tibiis.

QUUM post arreptum Imperium Otho sacrificaret primo, dira portendi animadvertit: quamobrem facti pœnitens, τί γάρ με, inquit, ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν: *quid erat opus me tibiis longis incinere?* Tibiis incinuisse longioribus olim inter sacrificandum, Plutarcho credimus, & indicavit Dion. In tibicines illud est apud Græcos concinnatum,

> Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
> Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χ' ὡ νόος ἐκπέταται.

Id est,

> *Homini quidem tibicini mentem non ingeneraverunt dii,*
> *Sed simul ac tibias inflat, difflatur mens.*

Marius Victorius de spondeo: *Dictus a tractu cantus ejus, qui per longas tibias in templis supplicantibus editur: unde*, inquit, *spondulæ appellantur, qui hujusmodi inflare assueverunt.*

CAP. XXI.

De apertis Tibiis.

APERTAS *tibias* Fabius vocat, quæ apertis omnibus foraminibus sonant clarius. Nam clausis sonus redditur fuscior & obscurior, ut apertis candidior & clarior, quod & per adagionem usurpat. *Illa vero*, inquit *lib.* II. *cap.* III. *jam pene apertis, ut ajunt, tibiis*: id est, ajunt, jam clarissima voce. Rursus ibidem: *Nam tibiæ eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt.* Apertis tibiis invehi in quempiam, id est, non clanculum obtrectare, sed palam insectari, lacerareque conviciis: aut apertis tibiis laudes cujuspiam celebrare, id est, palam & magnifice.

CAP. XXII.

De Synaulia, & Monaulo Ægyptiorum invento.

Συναυλίαν Antiphanes in *Tibicine* lepide qualis esset ita declaravit:

> Ποίαν φράσον σὺ ἦ δὲ τὴν συναυλίαν;
> Ταύτην ἐπίσαται σὺ, ἀλλ' ηὔλουν ἔτι
> Μαθόντες ὥστε τοὺς αὐλοὺς, &c.

> A. *Quam, quæso, noverat is synauliam?*
> B. *Illam enimvero scit adhuc: sed & prætereà canebant tibia,*
> *Suorum docti concentuum numeros*
> *Simul jungere cum dulci tibiarum sono.*

Monaulus Ægyptiorum inventum est, hoc est, Osiridis, ut aliqui interpretantur, qui photinga excogitarit etiam, unde & photingia. Sunt autem ex loto, inde lotinæ tibiæ dicuntur. Meminit Monauli in *Thamyre* Sophocles. Censetur vero hæc nuptialis maxime, *Tityrinon*, quidam item vocant. Fuit vero Monaulus, qui postea dici cœpit *calamaules*, id est, *calamo incinens*. Nam *rhapaules* est, qui calamum inflat, id est, stipulam.

CAP. XXIII.

Pejus Babys Tibia canit.

A Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ, id est, *Pejus Babys cantat.* Hoc adagium jaci consuevit in eos, quorum exercitatio semper vergit in pejus. Quod genus sunt Oratores quidam, qui quo diutius dicunt, hoc dicunt indoctius. Refertur autem ad hujusmodi fabulam. Ferunt Babyn fratrem fuisse Marsyæ, qui non veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen evocare, a quo cum esset victus,
B ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. Deinde cum Apollo pararet Babyn quoque perdere, intercessit Pallas, admonens, hunc usque adeo infeliciter & indocte tibiis canere, ut omnino negligendus esse videretur, Κάκιον, inquiens, Βάβυς αὐλεῖ, id est, *Deterius Babys tibiis canit.* Quibus verbis commotus Apollo Babyn adeo contempsit, ut eum ne supplicio quidem dignum existimaret, sed suæ potius inscitiæ judicaret relinquendum.

CAP. XXIV.

C *De certamine Marsyæ cum Apolline de Tibiis.*

MARSYAS Phrygius tibicen ob similem huic temeritatem & petulantiam non leve supplicium subivit. Hic Hyagnidis fuit filius, ejus qui primus omnium mortalium leges musicas ad laudes Deorum, quibus in solennitatibus Græci usi sunt, accommodavit, qui Marsyas (cujus jam antea mentionem feci) ausus est cum Apolline de tibiarum peritia contendere. Fabulati sunt, hunc magna consuetudine cum Cybele fuisse conjunctum, sed diu postea pervagatum in Nysam civita-
D tem ad Dionysium, qui ibi regnabat, eo tempore pervenisse: ubi cum Apolline illic invento, qui cum ob alia multa præclara, tum ob inventam citharam, & artem pulsandæ citharæ magno in honore habebatur, ausus est contendere; cum ipse tibias a Minerva ejectas suscepisset, ut ajunt, iisque inflandis factus jam peritior sibi videretur. Apollinem igitur in certamen musices provocavit ea conditione, ut victor victo quodcunque libuisset, imperaret, ut testatur Pausanias in *Phocaicis*. Idcirco mansit ea consuetudo postea in magnæ Matris sacrificiis, ut adessent illis etiam tibiæ, ut ait Myrleanus Ascle-
E piades. In eo certamine igitur cum Apollo citharam pulsasset, mox ore cantabat: at Marsyas tibiis inflandis tantum erat peritus, quare etiam victus pœnas dedit suæ temeritatis.

CAP. XXV.

De tempore Sacrorum.

TIBIA sane rei sacræ signum erat, precationumque faciendarum tempus indicabat, quasi adesse jam Deum per eam admonerentur, qui sacris assistebant. Nos quoque cum in sanctis
F ædibus sacra facimus, æris tinnuli sono utimur. Sed quod ad tibiam spectat, minime recens, neque imperitæ plebeculæ dicterium est, de cessantibus, tibicinem exspectare, sed antiquum & nobile, quippe quo Scipio minor usus est in Pompejum qui tibicinis filius credebatur. Pompejus enim C. Lælio consulatum ambiente, cui Scipio maxime favebat, negaverat Scipioni se petiturum, adfuturum vero Lælio, eumque deducturum: quem dum expectat, auditum est eum jam candidatum prehensare obvios. Tum Scipio ridens: *Næ*, in-

quit, *nos egregie ſtulti ſumus, qui perinde ac Deos,* A *non homines precaturi ſimus, ſtamus tibicines expectantes*. Hinc anſam Cornelius Tacitus, ubi *libro* XIV. de Octavia Meſſalinæ filia loquens: *An quia,* ait, *veram progeniem penatibus Cæſarum datura ſit, malle populum Romanum tibicinis Ægyptii ſobolem imperatorio faſtigio induci?* Nempe propter Pompejum, qui, uti dicebamus, Tibicen a Scipione vocatus eſt. Octavia vero a Scribonia Augusti uxore deſcendebat.

F I N I S.



MUSONII PHILOSOPHI
OPUS
DE LUXU GRÆCORUM,
IN QUO
DE HELLUONIBUS, BIBACIBUS, GENERIBUS POCULORUM, VINO, CORONIS, QUIBUS IN CONVIVIIS VETERES UTEBANTUR, UNGUENTIS, MUSICIS INSTRUMENTIS, BELLARIIS, SALTATIONIBUS, PARASITIS, GENERIBUS PLACENTARUM, AC MERETRICIBUS INSIGNIBUS,
A B
STEPHANO NIGRO
CONGESTUM.

ILLUSTRISSIMO VIRO

ANTONIO PRATO

UTRIUSQUE GALLIÆ MAGNO CANCELLARIO

STEPHANUS NIGER

S. D. P.

IN referenda tuis erga me meritis gratia, Vir eminentiſſime, medicorum præſtantiſſimos æmulari conſtitui: nam ut illi pro morborum ratione remedia conantur adhibere, ita nos quoque pro Græcæ lectionis annuo ſtudio, quod Sublimitati tuæ acceptum referimus, de Græcis authoribus quam plurima memoratu digna excerpere, tuæque Excellentiæ dedicare pro virili conati ſumus. Quæ ſi tuis in me officiis non uſquequaque reſpondebunt, tuum erit cupienti quæ ſupra vireis erant ignoſcere: nec me, quod in debito officio exequendo tardus aliquantulum Sublimitati tuæ viſus fuerim propterea accuſes, eo namque morbo ſuperiore anno laboravi, ut vix publicis lectionibus vacare potuerim. Deinde Deo Optimo Maximo favente, alia ſub Excellentiæ tuæ nomine in lucem edemus, modo Excellentia tua det operam, ut ſi noſtri labores id merentur, ſtipendium noſtrum augeatur, quo me penitus in libertatem vendicem. Vale, & Stephanum tuum quantum debes, dilige.

INDEX CAPITUM.

INDEX CAPITUM.

MUSONII PHILOSOPHI OPUS DE LUXU GRÆCORUM,

IN QUO

DE HELLUONIBUS, BIBACIBUS, GENERIBUS POCULORUM, VINO, CORONIS, QUIBUS IN CONVIVIIS VETERES UTEBANTUR, UNGUENTIS, MUSICIS INSTRUMENTIS, BELLARIIS, SALTATIONIBUS, PARASITIS, GENERIBUS PLACENTARUM, AC MERETRICIBUS INSIGNIBUS,

AB

STEPHANO NIGRO

CONGESTUM.

CAP. I.

Gastrimargia, opsophagia, quid? Voluptatum omnium inexpugnabilis quæ? Gula ad quid nobis concessa? Venter cui usui datus? Opsoniorum gratia multa peraguntur. Hercules voracissimus fuit: ut & Lepreus: Ulysses: Theagenes: Milo Crotoniata: Titornus Ætolus: Astydamas Milesius: Athletæ omnes edaces: Philomachus: Herodotus Megarensis tubicen: Lityersas Midæ nothus. Cambles Lydorum Rex uxorem devoravit: Thys Paphlagonum Rex, maximus helluo: Chærippus quoque: Mithridates: Cantibaris Persa: Erisichthon. Bœoti ac Siculi gulæ deditissimi. Sicula mensa, *quale proverbium?* Bœotia sus *adagium. Ctesias, Philetærus, Damippus, Atrestidas ciborum maximi deglutitores. Pharsalii & Thessali πολυφάγοι. Ægyptii Artophagi. Cleomenes Spartanus ob quid in furorem actus? Anacreon, Homerus, Alcæus vinosi. Gentes multæ vino deditæ recensentur. Nestor ac Proteas bibacissimi. Alexandri M. ebrietas. Darii Regis epitaphium. Apud Indos Regi non licet inebriari. Persæ equitationibus & saltationibus student. Ebrietas trium mensium. Bibaces permulti enumerantur. Xenarchus cur* Metretes *cognominatus? Antiochi Epiphanis libido in conviviis.* Bryton *quale vinum & ex qua re confectum?*



URPISSIMUM est (inquit) gastrimargia & opsophagia, nec est invenire qui hoc audeat negare. Qui vero quonam pacto hæc effugiant atque declinent meditentur, oppido quam paucos novimus. Quinimo & absentia hujuscemodi esculenta appetentes, & præsentibus minime parcentes quamplurimos cernimus, adeoque intemperanter his perquam sæpe fruentes, ut maxima corpori inge-

A

rant detrimenta. Quid enim est aliud gastrimargia, quam ad cibum sumendum intemperantia quædam, cujus causa ciborum dulcedinem homines utilitati præponunt? Opsophagia quoque quid aliud esse dici potest, quam nullum in obsoniorum usu modum tenere? Quod cum ubique intemperantia evidentissimum sit malum, in hoc tamen suam præcipue ostendit naturam: quippe quæ exquisitissimis obsoniis deditos humanitatem exuere, in turpissimasque degenerare feras homines cogat, suibusque ac canibus simileis reddat. Usque adeo enim hac obsoniorum voluptate stupescunt, ut manus, oculos, pedesque deturpentur.

B

Quod autem ita sit facile, ex hoc datur intelligi, quod animalibus ratione carentibus potius, quam prudentibus viris nos simileis facit. Hoc itaque turpissimo existente, honeste moderateque vivere sit optimum necesse est: maximamque in hoc temperantiam ostendere, quod proculdubio haud facile est. Multa enim cum diligentia, tum exercitatione indigere videtur. Sed quid hoc? Quoniam cum multæ sint voluptates, quæ peccare atque errare hominibus persuadeant, sibique præter utilitatem parere impellant, hæc quæ ad alimenta spectat voluptas, cæterarum

C

omnium maxime inexpugnabilis esse solet: in aliis siquidem voluptatibus rarius versamur, & a nonnullis menseis integrosque annos nosmetipsos possumus continere. Hanc vero per singulos experiri dies necesse est, & frequenter bis unoquoque die nos lacessit, neque enim homini secus vivere datum est. Itaque quo sæpius ciborum voluptatem experimur, eo plura nobis ab ea imminent discrimina. Et profecto unicuique alimentorum oblationi non unum, sed multa insunt erroris pericula. Qui enim plura, quam conveniat, comederit, peccabit. Quique in edendo festinaverit, non minus: & qui se obsoniis magis

D

quam deceat inquinaverit, & qui dulciora suavioraque esculenta salubrioribus præposuerit, nec non & qui non eadem, quæ sibi, omnibus convivis apposuerit.

Est vero alius quoque circa dapeis error, cum præter tempus eas apponimus, cumque aliud agere oporteret, omisso eo, gulæ indulgemus. Tot ac tantis circa alimenta erroribus existentibus, his omnibus eum vacuum esse oportet, nullique omnino obnoxium quicunque modestus ac frugi & esse & haberi voluerit. Erit autem his omnibus penitus solutus ac liber, quicunque cibum, non ut gaudeat, sed ut vivat sumpserit: nec ut palato gulæque blandiatur, verum ut corpus confirmet ac stabiliat. Est enim gula nobis a natura propterea concessa, ut alimentorum sit transitus, non voluptatis instrumentum. Venter vero id humanis corporibus præstare videtur, quod arboribus radices. Quemadmodum enim illæ extrinsecus sumpta alimenta plantis suggerunt: ita & venter his, quæ in eum congeruntur, reliquas nutrit corporis parteis, utque his rursus subministrationis causa nutriri contingit, & non voluptatis; ita & nobis vitæ. Estque homini medicina cibus, quocirca nobis comesse, ut vivamus, non ut gaudeamus convenit, si Socratis ratione memoratu digna uti volumus, qui ait: *Multos quidem homines ut comedant vivere, se autem comesse ut vivat*. Neque enim si quis merito vir appellari voluerit, se turbæ similem reddere dignum judicabit, nec ut comedat, quemadmodum illa, vitam aget quæ undecunque lautissimorum, exquisitissimorumque ciborum voluptatem aucupatur. Quod autem Deus cum hominem formasset, salutis causa quam voluptatis cibum ac potum ipsi præparaverit, hinc maxime conjicere possumus, quod cum alimentorum præcipuum in coctione, digestioneque conficiatur opus, nulla tamen hominibus inde affertur oblectatio, & certe longe plus in eo temporis conteritur, quam cum comedimus. Oportebat autem si alimenta nobis Deus voluptatis causa machinatus esset, multo id majus, quo in edendo tantam concipimus suavitatem, tempus esse, cum contra quam minimum sit.

Obsoniorum autem innumerabilis fit comparatio. Navigatur eorum causa ad extremas usque orbis oras mare. Coqui multo sunt agricolis diligentiores. Nonnulli vero ut lautissimas sibi construant cœnas, prædiorum conterunt pretia, nullam corpore ex hac tam preciosa ciborum exquisitione sibi utilitatem contrahente. Quinimo multo hi quidem sunt robustiores, qui vilissimis, obviisque utuntur alimentis. Itaque plerunque dominis servos, urbanis rusticos, opulentis inopeis, fortiores valentioresque videres, multoque facilius labores tolerantes, minusque in opere faciundo defessos & rarius ægrotantes, æstusque ac frigoris, nec non vigiliæ & hujusmodi omnium patientiores. Et profecto licet pari modo ex lautissimo vilissimoque victu, corpus roboretur, facilimus tamen ac vilissimus eligendus est victus: quippe qui temperantia, modestiaque terminatur.

Ut autem omnia, quæ ad victum spectant, paucis colligam, ipsius terminum salutem ac fortitudinem statuendum censeo. Horum enim causa id demum edendum erit, quod nulla indiget pecuniarum profusione. Edentem vero curam adhibere ne frugalitatis transeat modum, in eoque laborare ut multos, id est, vulgus imperitum munditia, temperantiaque præcellat.

Hæc Musonium secuti ad Amplitudinem tuam scripsimus, quæ cum ad vescendi rationem pertineant, visus operæ precium facturus, si his Musonii saluberrimis præceptis, quoscunque apud Veteres edaces ac bibaces fuisse legerim, addidero. Incipiam autem ab Hercule, quem tantæ fuisse voracitatis Epicharmus in *Busiride* scriptum reliquit, ut inter edendum molaribus infrenderet,

A maxillæ striderent, aures moverentur, guttur intus resonaret, naribus sterteret, solidaque interdum membra inhærentibus adhuc carbonibus deglutiret, quæ utique spectantibus terrorem incutiebant. Hunc (ut Zenodotus scribit) Lepreus Cauconis filius, & ipse edacissimus, ad vorandi certamen ausus provocare, perquam facile superatus est. Matris (forte *Marius*) quoque scriptor præstantissimus, Zenodoto astipulatur, qui in Herculis laudatione ait, potionibus etiam cum Lepreo certasse Herculem, superioremque fuisse. Homerus Ulyssem edacem, helluonemque ostendit (inquit Athenæus) cum eum ita inducit loquentem,

Ἀλλ' ἐμὲ μὲν δορπῆσαι ἐάσατε.

B & cætera quæ sequuntur. Theagenes, Thasius athleta, solus taurum comedit: ut Posidippus in *Epigrammate* testatur. Milo Crotoniata (ut Hierapolites Theodorus, in libris *de Certaminibus* author est) minas viginti carnium edebat, totidemque panum, vini vero treis choas bibebat. In Olympia, cum per medium stadium taurum quatuor annos natum humeris tulisset, eundem uno die epulatus est. Titormus quoque Aetolus, sibi cœnaturo bovem apposuit, totumque (ut Aetolus Alexander prodidit (priusquam inde surgeret, devoravit. Astydamas Milesius, ter in Olympico certamine victor, ab Ariobarzane Persa ad cœ-C nam invitatus, quæ cunctis paraverat, omnia se esurum pollicitus est, idque re ipsa perfecit: nam quæ novem convivis fuerant parata, solus deglutivit. Persa autem petente, ut vireis suas aliqua re ostenderet (ut scribit Theodorus) *Φακόν τ' κλίνης τρίχαλκον ὄντα κλάσας ἐξέτεινε παλάξας*. Defuncti combustique ossium vix duæ capaces fuere urnæ. Omnes athletæ (ut author est Athenæus) post certamina multum esse docentur. Quocirca Euripides in *Autolyco* cecinit, *innumeris in Græcia malis existentibus nullum esse athletarum genere deterius: quippe, quod ventri obediret, atque inutile esset*. In Græcos quoque invectus est, quod ad D hujusmodi hominum spectaculum convenirent. Heraclitus *ἐν τῷ Ξενίζοντι* ait mulierem quandam nomine Helenem plurima edisse. Philomachum voracissimum fuisse, ostendit Posidippus in *Epigrammatibus*. Herodorus Megarensis tubicen, corporis proceritate trium fuit cum dimidio cubitorum; (ut Amaranthus Alexandreus in his quæ *de Scena* loquitur testatur) edebat autem panum chœnicas sex, carnium libras viginti, bibebat choas duas. Duabus canebat tubis: in leonis pelle solus dormire consueverat. Cum Demetrius Antigonis filius Argos obsideret, nec machinam quan-E dam, Ἑλέπολιν nomine, muris admovere milites possent, duabus illis inflatis tubis, tantam injecit vim militibus vocis plenitudine, ut eam confestim ad mœnia impulerint. Ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις, καὶ ἐδείπνει καθήμενος, id est, *superavit autem periodon decies, & sedens cœnabat*: ut Nestor in *Theatricis commentariis* testatur. Lityersas, Midæ nothus filius Celænorum in Phrygia existentium, rex visu terribilis, atque immanis fuit, nec non & voracissimus: ut in *Daphnide* Sositheus tragicus meminit. Cambles Lydorum rex, usque adeo, & bibax & edax fuisse a Xantho in *Lydiacis* proditur, ut uxorem noctu devoraverit, F & cum mane sibi ejus manum in ore invenisset, seipsum interfecit. Thys, Paphlagonum rex, maximus helluo, a Theopompo fuisse scribitur. Quid de Chærippi ingurgitatione dicam, qui (ut Phœnicides in *Phylarcho* pulcherrime scriptum reliquit) quicquid apponeretur edebat. Nicolaus, Peripateticus, in centesima tertia memorat historia, Mithridatem Ponticum regem, argenti talentum proposuisse, quod illi in præmium dare-

tur, qui edacitatis ac bibacitatis certamine victor extitisset, ipsumque regem in utroque superiorem factum asserit. Nepotum altissimum gurgitem se fuisse Timocreon Rhodius poeta, & athleta pentathlos, suo hoc testatur epigrammate:

Πολλὰ πιὼν, καὶ πολλὰ φαγὼν, καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
Ἀνθρώπους, κεῖμαι Τιμοκρέων Ῥόδιος.

Quam inexsaturabilis fuerit voracitatis Cantibaris Perses, hinc facile unicuique datur intelligi, quod (ut Clearchus ait) quoties maxillas nimium mandendo defatigatas sentiebat, haud secus cibos hianti infunderent familiares, atque in aliquod inanimatum vas aliquid infundere consuevimus. Erysichthon, Myrmidonis filius, nulla ciborum copia expleri poterat, (ut Hellanicus testatur, & multis carminibus noster indicat Ovidius) *Æthon* itaque dicebatur. Palemon in nono *ad Timæum* inquit, apud Siculos esse ἀδδηφαγίας ἱερὸν δὲ Σιτοῦς Δήμητρος ἄγαλμα ὥσπερ ἐν Σκολῶπι Βοιωτικῷ Μεγαλάρτου καὶ Μεγαλομάζου. Quod profecto indicat, tam Siculos quam Bœotios ventri ac gulæ fuisse inservientes, unde proverbium est Σικελικὴ τράπεζα. hoc est, *Sicula mensa*: quod in eos dicitur, qui in maxima rerum affluentia, summisque vivunt deliciis, quod Siculorum mensæ lautæ, adipatæ, opiparæque haberentur.

Quod autem Bœotii edaces fuerint, Eubulus in *Cecropibus*, Diphilus in *Bœotio*, Mnesimachus in *Busiride*, Alexis in *Trophonio*, & Achæus in *certaminibus* testantur. Pempellus quoque ab Eratosthene, quid sibi de Bœotiis videretur, interrogatus, respondisse fertur: Τί γὰρ ἄλλο, ἢ τοιαῦτα λαλοῦσιν, οἷα ἂν δὲ τὰ ἀγγεῖα φωνὴν λαβόντα, πόσον ἕκαστος χωρεῖ. Quæ verba significant, *ea tantum inter se loqui solitos* Bœotios, *quæ vasa, si orationis facultas esset, loquerentur: quantum scilicet unusquisque ciborum caperet*. Unde non immerito, Βοιωτία ὗς, id est, *Bœotia sus* inter adagia recensetur, quod in insensatos, ac penitus rudeis dici solet. Nam qui sensus, quæ eruditio, in his esse unquam potest, apud quos nulla alia de re, quam de esculentis poculentisve verba fiant? Alcman poeta seipsum edacissimum fatetur. Anaxilas comicus ait Ctesian quendam cœnæ principium novisse, ignorasse finem: nec non & Cranaum quempiam. Philetærus quoque in *Atalanta* seipsum edacem fuisse, his verbis ostendit: Κἂν δέῃ τροχάζω στάδια πλεῖω Σωτάδου τὸν Ταυρίτην δὲ τοῖς πόνοις ὑπερβαλῶ, τὸν Κτησίαν δὲ τῷ φαγεῖν ὑπερδραμῶ. Hoc est, *Si opus fuerit plura quam Sotades curro stadia, Tauriten laboribus supero, Ctesian vero edendo longe antecedo.* Damippus, qui κεραυνὸς, id est, *fulmen* cognominatus est, maximus fuit ciborum deglutitor, ut Anaxippus in *Cerauno* dramate ab ipso Damippo denominato testatur. Atrestidas quidam Mantineus, primipilus, omnibus edacitate præstitisse hominibus a Theophilo traditur. Pharsalii πολυφάγοι, hoc est, *multum edentes* & *voraces* a Mnesimacho in *Philippo* sunt appellati. Quod autem Thessali πολυφάγοι fuisse prodantur, Crates Thebanus in *Lamia* testatur: Ἐπεὶ τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα. Hoc autem ideo dixit, utpote Thessalis carnes in magna secantibus frusta. Dicebant præterea Θετταλικὴν ἔνθεσιν, hoc est, *Thessalicam magnam*. Ægyptios Hecatæus Artophagos esse memorat. Aristo philosophus ait, Palemonem academicum, monere ad cœnam proficiscentes solitum, ut suaveis biberent potiones: non in præsens tantum, verum etiam in crastinum. Cleomenes Spartanus, cum apud Scythas merum potare dedidicisset, in furorem redactus est, ut Lacones affirmant, quod Chamæleon Heracleotes, in libro *de Ebrietate* memorat. Anacreonti vitio datur, quod temulentus fuerit (ut inquit Athenæus) cum ejus poemata vino referta sint: ignorantibus multis quod cum esset in scribendo bonus ac sobrius, ebrietatem simulaverit nulla urgente necessitate:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,

inquit Horatius *epist.* XIX. *lib.* I. Alcæus quoque vini appetens propterea habitus, quod scriptum reliquerit:

Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρον ἀμπέλου.

Ad cujus imitationem Horatius *Carm.* lib. I. od. XVIII. inquit?

Nullam Vare sacra vite prius severis arborem
Circa mite solum Tyburis, & mœnia Catili.

Lydi, Persæ, Carthaginienses, Celtæ, Iberes, Thraces, Scythæ, ebrietate utuntur, ut in decimo *Legum* Plato testatur. Nestor ille Homericus, τριγέρων, heroum bibacissimus habitus est: nam omnium maxime potionibus inserviebat, quin etiam ipsum Agamemnonem, cui ebrietatem objicit Achilles, bibendo superabat. Proteas Macedo bibacissimus extitit, ut inquit Ephippus in libro *de Alexandri, Ephestionisque exequiis*: corpore tamen validissimo fuit, utpote potionibus assuetus. Alexander Magnus ποτήριον δίχουν cum petiisset, Proteæ propinavit, ac deinde porrexit, quod Proteas cum arripuisset, maximisque regem ipsum esset laudibus prosecutus, totum omnibus simul applaudentibus hausit. Mox Proteas ut idem poculum ad se ferretur mandavit, iterumque cum bibisset, regi propinavit. Alexander vero id quidem constanti arreptum animo ebibit: sed ferre non potuit, quin protinus caput in pulvinum demitteret, poculumque de manibus excideret, unde morbo correptus decessit: Dionysio, ut ajunt, in ipsum Alexandrum excandescente, quod Thebas sibi patriam diripuisset. Tantum autem vini Alexander ipsemet interdum ingurgitabat, ut præ ebrietate duos sæpenumero dies, totidemque noctes somno premeretur: quod tam Eumenes Cardianus quam Diodorus Erythræus in *Diariis* rerum ab Alexandro gestarum tradiderunt. Apud Medeum Thessalum cum cœnaret Alexander, viginti convivis discumbentibus, omnibus propinavit, ab omnibus æqualia recipiens, ut Nicobule testatur. Carystius quoque Pergamenus in *historicis monimentis* scriptum reliquit: Alexandrum usque adeo inebriari solitum, ut vehiculo ab asinis tracto, ad amicas proficisceretur, quod & Persarum reges (ut idem inquit) facere consueverunt. Dareus ille qui Magos interfecit in suo sibi monumento scriptum habuit (ut apud Athenæum legitur) ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολλὸν, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς, hoc est, *Poteram multum vini bibere, idque bene ferre.*

Ctesias ait apud Indos non licere regi inebriari: Persarum vero regi uno die permitti, quo sacra faciunt Soli, quem Mithran appellant: quod Duris in lib. VII. *Historiarum* his verbis affirmat: Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ βασιλεὺς μεθύσκεται, καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται. A qua saltatione omnes Persæ eodem die temperant. Nam Persæ ut equitationibus, ita & saltationibus maxime student.

Philippus Alexandri pater, φιλοπότης, hoc est, *potionis amicus* erat, ut tradit Theopompus XXVI *Histor.* libro χρὴ πίνειν, dicebat Philippus, hoc est, *bibere oportet*, cum plus quam satis esset, bibere optabat, ut tradit Carystius. Satis est enim ut Antipater sobrius sit. Μεθύσους appellabat Theopompus τοὺς φιλοπότας. Dionysium Juniorem Siciliæ tyrannum ait Aristoteles in *Syracusanorum politia* oculis vino laborasse; nam interdum nonaginta dies continuos ebrius erat. Nysæus Syracusarum tyrannus, & Apollocrates prioris Dionysii filius (ut Theopompus tradidit) plurimum bibebant. Timolaus Thebanus omnium maxime voluptatibus inservivit, ut Theop. ait. Charidemus, quem Athenien-

ses donarunt civitate, semper bibebat, semper erat ebrius, ut idem Theopompus scribit. Arcadion bibax fuit. Item Erisixenus & Alcetas Macedo, qui propterea χώνη denominatus est (ut inquit Polemon) quod *chone* ori inserta, infusum continue vinum biberet.

Cleomenes Lacedæmonius, cum esset ebrius, seipsum gladio interemit, ut Herodotus scribit. Ion philopotes fuit, ut testatur Baton. Xenarchus Rhodius, ob nimiam vini ingurgitationem, *Metretes* cognominatus est. Alexander Magnus in Calani exequiis, qui se sponte in pyram conjecerat, gymnicum, musicumque certamen constituit, & cum Indos vini appetenteis non ignoraret, meri quoque agona ita proposuit, ut certantium primus talentum, secundus triginta minas, tertius decem assequeretur. In quo certamine superior extitit Promachus, quod quatuor choas bibisset, ut Chares historicus Mitylenæus author est. Dionysius tyrannus (ut refert Timæus) in eo festo, quod Χοῶν ἑορτὴ dicitur, bibentium primo auream coronam in præmium proposuit, quam Xenocrates philosophus assecutus, Mercurio in aula stanti, statim imposuit, ut & florea serta sæpius imponere consueverat, qua de re omnibus admirationi fuit.

Anacharsis Scythes proposito apud Periandrum bibendi certamine, omnium primus factus est ebrius, victoriæque præmium petiit, tanquam illud esset victoriæ finis. Mycerinus Ægyptius, cum a vatibus audivisset, fore ut cito moreretur, omnibus sese tradidit voluptatibus, multis lucernis præparatis, ad quas noctu quoque biberet. Amasim & ipsum Ægyptiorum regem bibulum fuisse Herodotus testatur. Nicoteles quoque Corinthius philopotes in primis extitit, ut tradit Hermias Methymnæus. Item Scottas, Creontis filius, veteris Scottæ nepos, adeo vinolentus fuit, ut pro tribunali, in omnium conspectu vomuerit, domumque relatus fuerit: ut Phænias Eressius literarum monimentis mandavit, quod M. Antonio Triumviro accidisse his verbis testatur Cicero: *Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie.*

Aristus & Themison fratres, Cyprii genere, Antiochi regis imperium administrabant, ipse enim (ut Phylarchus memorat) majorem temporis partem ebrius jacebat. Polypotes, hoc est, multibibus erat & Antiochus, cognomine Επιφανὴς, qui obses apud Romanos extitit, quem Polybius propterea ἐπιμανῆ, non ἐπιφανῆ, hoc est, *insanum* non *insignem* appellat, quod omnia temere profunderet. Hic est, qui privatum quempiam iccirco unguenti liquidi *hydrisce* plus quam duas choas habente perfundi mandavit, quod cum cum vidisset unctum, dixerat:

Μακάριος εἶ ὦ βασιλεῦ, πολυτελὲς ὄζεις,

Hoc est,

Beatus es, o rex, preciosum oles.

Antiochus in Antiochia certamina cum celebraret, omneis spectatores unxit crocino unguento, cinamomino, nardino, amaracino. Convocans autem eos ad epulas interdum mille, nonnunquam mille quingenta, lautissimo preciosissimoque cum apparatu complebat triclinia: ministrabat etiam quandoque convivis, illisque epulantibus saltabat. Antiochus superioris cognominis, qui in Media contra Arsacen pugnavit, philopotes erat, ut Posidon. Apameus inquit, cui jam capto dixit Arsaces *Tua te spes frustrata est, o Antioche: sperabas enim magnis te poculis Arsacæ regnum exhausturum.* Antiochus cognomine Magnus, qui a Romanis, ut Polyb. tradit, victus est, cum jam quinquagesimum ageret annum Chalcida Eubœæ civitatem profectus, nuptias celebravit. Nam Cleoptolemi

A Chalcidensis filiam duxit uxorem, quam ipse Eubœam nuncupavit. Duabus igitur rebus maximis a se neglectis, libertate scilicet quam Græcis pollicitabatur, & bello adversus Romanos nuper suscepto, nuptiis vacabat, quod & philopotes esset & temulentia maxime oblectaretur. Quare a Romanis bello superatus, Ephesum cum sponsa confugit. Agron Illyriorum rex, ob superbissimos Ætolos a se domitos, temulentiæ deditus pleuritide morbo correptus, interiit, ut Polybius scribit. Tenthion, & ipse Illyriorum rex, temulentia impulsus, multa commisit delicta. Nam cum die noctuque ebrius esset, & Pleuraton fratrem, Menunii filiam uxorem ducturum interfecit, &

B in subditos carnificinam exercebat.

Demetrius (ut inquit Polybius, qui cum Romæ obses esset, aufugit) Syrorum rex polypotes maxima diei parte ebrius erat. Orophernes Cappadociæ rex induxit (ut Polyb. memorat) τὴν Ἰακὴν καὶ τεχνιτικὴν ἀσωτίαν. Cleo mulier fuit πολυπότης, ut scribit Phalæcus in *Epigrammatibus*. Xenarchus ad indicandam mulierum vini appetentiam, fœminam in *Pentathlo* ita non invenuste induxit loquentem: Ἐμοὶ γένοιτό σοῦ ζώσης, τέκνον ἐλεύθερον πιούσῃ οἶνον ἀποθανεῖν. *Sit mihi te vivente, o filia, ut liberum bibens vinum, inteream.* Addit præterea in eodem *Pentathlo* Xenarchus: ὅρκον δ᾽ ἐγὼ γυναι-

C κὸς εἰς οἶνον γράφω, quasi velit innuere, maximum tum esse mulierum jusjurandum, cum per vinum jurant. Alexis de Græcis loquens mulieribus:

Γυναιξὶ ἀρκεῖ πάντ᾽ ἐὰν οἶνος παρῇ.

Id est,

Mulieribus omnia sufficiunt, si vinum adsit.

Tapyri gens non procul ab Hircania adeo est vini avida, ut Bæton & Amyntas testantur, ut nulla alia utantur unctione. Ctesias addidit eos esse justissimos. Φιγαλεῖς Messeniorum finitimi potionibus maxime oblectantur. Byzantios adeo esse vinolentos atque imbelleis docet Phylarchus, ut & domos suas, cum uxoribus, hospitibus locan-

D tes, in diversoriis habitent, & bellicam tubam, ne in somnis quidem, audire patiantur. Argivi ac Tirynthii ab Ephippo in *Busiride* ut vinolenti carpuntur. Milesios temulentos, & contumeliosos esse dicit Eubulus. Eleorum ebrietatem Polemonis *Epigramma* satis manifeste nobis indicat:

Ἦλις καὶ μεθύει, καὶ ψεύδεται οἷος ἑκάστου

Οἶκος, τοίη δὴ καὶ συμπᾶσα πόλις.

Thraces omnes bibaces fuisse memorantur: unde Callimachus: Καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν οἰνοποτεῖν ὀλίγῳ δ᾽ ἥδετο κισσυβίῳ. Illyrii cœnant sedentes ac bibunt, uxoribusque propi-

E nare pulchrum existimant. Latissimis ventrem præcingunt zonis cum bibunt. Eumenes Pergamenus, Philetæri Pergami regis nepos, temulentia periit: ut Ctesicles in tertio *Temporum* tradidit. Ποτικὸν nuncupavit Alcæus Ganymedem. Anacharsis docet oculorum quoque aciem temulentia decipi. Nam cum in quodam convivio cœnantium quispiam dixisset: *Uxorem, o Anacharsi, deformem duxisti:* Mihi id quoque videtur, respondit, Ἀλλά μοι ἔγχεον ὦ παῖ ποτήριον ἀκρατέστερον ὅπως αὐτὴν καλὴν ποιήσω. Hoc est, *Sed mibi puer meracius infunde poculum, ut ipsam pulchram faciam.* Sperabat enim fore, ut tunc sibi venustior vide-

F retur, cum esset ebrius.

Aristoteles in libro quem *de Ebrietate* composuit, peculiare quiddam ac præcipuum illis accidere consuevisse ostendit, qui potionibus ex hordeo confectis inebrientur. Nam cum, inquit, ita usu evenire soleat, ut qui alia quacunque potione inebriantur, modo in dexteram, modo in sinistram, nunc proni, nunc supini cadant, hordeacea potione, quam πίνον vocant, ebriis factis, casus est semper supinus.

Hordeaceum autem vinum, *βρύτον* Sophocles in *Triptolemo*, Æſchylus in *Lycurgo* nominant. Hellanicus ex radicibus quoque Bryton fieri his verbis indicat: *Πίνουσι δὲ βρύτον ἐκ τῶν ῥίζων, καθάπερ οἱ Θρᾶκες ἐκ τῶν κριθῶν*. Quod ex frugibus potus fiant, docet Plinius quoque *lib.* XXII. ut zythum in Ægypto, celia & cera in Hiſpania, cereviſia & plura genera in Gallia, aliiſque provinciis. *Scitum eſt*, inquit Plinius, *Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis ſitire Parthos*. Sed de bibacibus atque edacibus ſatis dictum ſit, nunc ad pocula quibus veteres utebantur Græci recenſenda me utique convertam.

CAP. II.

Ποτήρια quis primus nominavit? Eorumdem etymon. Ceres Ποτηριοφόρος *ubi culta? Græci a quibus ingentia pocula acceperint? Neſtoris poculum quale? Heroes quibus poculis utebantur? Poculorum varia genera. Heracleotæ cur* Cylicrani *dicti?* Κύλικας *qualem locum ſic appellabant Illyrii? Pocula teſtacea deteſtanda. Lyſimachi Babylonii luxus. Megarenſes quomodo pocula vocant? Lebes* ἄπυρος *qualis? Cornibus boum bibebant Veteres. Dionyſius cur* Taurus *vocitatus? Athenienſes & Rhodii quibus poculis uſi? Herculeum poculum quale? Thericleus calix a quo ſic dictus? An differat a Carcheſio? Cantharus quid?* Ἐγχυτίλη *quid? In Metapontinorum templo qualia pocula fuere? Laphiſtæ qui? Dercyllidas Lacedæm. cur* Scythos *appellatus?*

NAM ut ſine poculis potare non licet, ita potores a poculis ſejungere absurdum eſt Ποτήρια, hoc eſt *pocula*, omnium primus Amorgius poeta nominavit. Dicta ſunt autem *ἀπὸ τῆς πόσεως*, hoc eſt, *a potione*, hinc Ceres Ποτηριοφόρος in Achaja colitur, *κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν*, ut Autocrates in ſecundo *Achaicorum* memorat. Chamæleon Heracleotes ſcribit Græcos ingentia pocula a Barbaris accepiſſe, cum prius modicis uterentur. Neſtoris poculum adeo fuiſſe ingens dicitur, ut juvenis vix ferret: ſenex vero ipſe facile tolleret: nam capacibus poculis utebantur heroes: unde non male mihi videntur dicere, inquit Athenæus, qui magnum poculum argenteum eſſe puteum dicunt. Κύλιξ, hoc eſt, *culigna*, ut Feſtus Pompejus interpretatur, teſtaceum eſt poculum *ἀπὸ τοῦ κυλίεσθαι τῷ τροχῷ*, *quod a rota volutetur*, ſic denominatum, unde *κυλικεῖον*, locus ubi calices reponuntur, quem nos *abacum* nominamus.

Olcœi meminit Antiochus, in quo pocula detergunt. Cyliſcion (ut Pollux ſcribit) parva eſt culigna. Cylichnos vero pyxis. Cyliſce quoque ab eodem inter pocula numeratur. Heracleotæ, qui ad montis Oetæ radices habitant Cylicrani (ut inquit Nicander) a quodam calicis genere nuncupati ſunt. *Λιβύων τῶν Νομάδων τινὲς*, nil aliud præter culignam, gladium & hydriam poſſident, ut Hellanicus teſtatur. Domos habent culmis confectas, quas umbrarum tantum cauſa ſecum ferunt. Philarchus in XXII. *Hiſtoria* tradit eum locum *Κύλικας* apud Illyrios appellari, ubi Cadmi atque Harmoniæ monumentum viſitur.

Renuenda ſunt nobis teſtacea pocula, inquit Athenæus. Nam (ut Cteſias ſcribit) quencumque rex apud Perſas contempſerit, is teſtaceis utitur poculis. Ariſtoteles in libro *de Ebrietate* inquit: *Αἱ Ῥοδιακαὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες*, id eſt, *ollulæ Rhodiæ denominatæ* cum voluptatis gratia ebrietatibus adhibebantur: tum vel maxime quod vinum calefacientes, minorem inducant ebrietatem. Myrrham enim aliaque hujuſmodi in aquam imponentes coquunt, quæ vino infuſa, minus inebriant.

A Pytheas ex Phigalea Arcadiæ civitate oriundus poculorum multitudine ſibi placebat, ut Harmodius Lepreates memorat. Ὁ *τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς* inquit, Oedipum in filios, poculorum cauſa, imprecationibus uſum, quod ſibi poculum quod abnuerat appoſuiſſent. Acriſius multa habuiſſe pocula a Sophocle in *Lariſſæis* traditur. Cæcilius rhetor Agathoclem inquit tyrannum aurea pocula oſtentantem amicis dixiſſe: *Ἐξ ὧν ἐκεραμεύσε, κατεσκευασμένα ταῦτα*, hoc eſt, *Quæ dum figulus erat finxerat, hæc fabrefeciſſe*.

Lyſimachus Babylonius Himerum, non Babyloniorum tantum, ſed & *Σελευκέων* regem, cum
B trecentis ad cœnam invitavit, ſinguliſque ſingula argentea pocula appoſuit, omnibus etiam propinavit, & ut ſecum inde pocula auferrent mandavit, ut Poſidonius hiſtoricus author eſt. Capuæ, quæ civitas eſt Campaniæ, poculum argenteum erat, ut Athenæus refert, ſimile Neſtoris poculo, literis inſcriptum aureis, tanquam Neſtoris fuiſſet.

Gyala appellant Megarenſes pocula, ut inquit Philetas. Dinos nomen eſt poculi, ut Dionyſius Sinopeus oſtendit dicens: *Δικότυλοι, τρικότυλοι, δεῖνος μέγας χωρῶν μετρητὴν*. Eſt & ſaltationis genus, ut Apollophanes ſcribit *ἐν Δαυλίδι*. Teleſil-
C la Argiva etiam *τὴν ἅλω*, hoc eſt, *aream*, appellat *dinon*. Cyrenæi vero, ut Philetas teſtatur, *τὴν ποδονιπτῆρα*, hoc eſt, *pelvim*, dinon nuncupant.

Depaſtra apud Clitorios pocula nominari Silenus ac Clitarchus in *Linguis* tradidere. Dactyloton poculum ſic appellatum apud Ionem in *Agamemnone* exiſtimat Epigenes, quod utrinque auritum eſſet *ἀπὸ τῶν δακτύλων*, hoc eſt, *a digitis*, quod per illas quaſi aureis digiti inſertarentur. Sunt qui velint dactyloton propterea dictum, quod circum ſe formas quaſdam digitos præſeferentes haberet.

Lebetem *apyron* appellant poculum ad aquam fri-
D gidam excipiendam accommodatum: vel ad frigidas potiones deſtinatum. Nonnulli pro cornua accipiunt, ut *ἀπύρωτον φιάλην*, quæ ex cornu ſit, neque ad eam conficiendam ignis adhibeatur. Nam circa Moloſſida boves adeo ingentia habentes cornua naſcebantur, ut inde pocula Theopompo teſte, conficerentur.

Veteres boum cornibus bibiſſe refert Athenæus: unde factum eſt, ut non ſolum cornua Dionyſio tradantur, verum & poetarum nonnullis Taurus vocitetur, & *ταυρόμορφος ἐν Κυζίκῳ* erectus ſit. Quod autem cornibus biberent, hoc maxime argumento facile datur intelligi. Nam
E cum aqua vino immiſcetur, nunc quoque *κεράσαι* dicitur, poculumque, in quo id fiat, *crater*, quaſi *cerater* nuncupatur. Æſchylus in *Perrhæbis* Perrhæbos inducit pro poculis utentes cornibus. Athenienſes quoque argentea conficientes cornua, inde bibebant.

Elephas poculum erat *δίχρυνον*, treis capiens choas, ut Damoxenus *ἐν αὑτῷ πενθοῦντι* teſtatur. Ἔφηβος, hoc eſt, *Ephebus*, nomen poculi eſt, ut Philemon Athenienſis literarum monimentis mandavit. Ἡδυποτίδες, Rhodiorum fuere pocula, ut Linceus inquit Samius, quod fortaſſe dulces inde potiones biberentur. Horum meminit & Epigenes,
F in *Heroina* ſic dicens: *Ψυκτήρια, κύαθον, κυμβία, ῥύτα τέτταρα, ἡδυποτίδας τρεῖς, ἠθμόν*. Cratinus tamen Junior *ἡδυποτίδας δώδεκα* dixit. Θηρίκλειοι. pocula erant Athenis, aureis habentia breveis, a culignis non multum diſtantia. Ἡρακλεῖον δέπας, *poculum Herculeum*, in quo Oceanum Hercules navigavit, Solis fuiſſe ſcribit Piſander, in ſecundo *Heracliæ*, id autem ab Oceano Herculem accepiſſe. Nunquid quod magnis poculis oblectaretur Hercules, ludentes poetæ atque hiſtorici navigaſſe ipſum in poculis fabulati ſunt? Panyaſis autem

autem in primo *Heracliæ*, a Nereo tradit Herculem Solis phialam accepisse, in Erythiamque navigasse. *Erythia insula est*, inquit Eustathius, *in Atlantico sita mari, in qua Geryon habitabat, ad quam Hercules æneo lebete dicitur trajecisse*. Theoclytus quoque (unde Eustathius illa fortasse, quæ de lebete dixit, accepit) in Erythiam Herculem lebete trajecisse testatur. Pherecydes, in secundo *Historiarum* de Oceano locutus, hæc identidem addit: Hercules autem in ipsum intendit arcum, perinde ac sagitta petiturus. Sol jubet ab incepto desistere. Hic autem timens quiescit mollitet. Quare hujus rei causa Sol Herculi aureum illud, quod secum ferebat, poculum tradit, quo Hercules in Erythiam navigat. Sed cum jam Hercules in altum pervenisset pelagus, Oceanus eum tentans, ipsius poculum concitat. Hic in Oceanum dirigit sagittam: quem Oceanus formidans quiescere jubet; quod autem Sol ad occasum poculo trajiciat, his verbis affirmat Stesichorus:

Ἅλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐς κατέβαινε χρύσεον, ὄφρα
Δ' ὠκεανοῖο περάσας ἀφίκηθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτός.

Hoc est,

Sol Hyperionis filius poculum ingrediebatur aureum,
Ut per Oceanum transiens sacræ adiret noctis profunda.

Antimachus addit illud Solis poculum a Vulcano fabrefactum. Mimnermus Solem ait *ἐν εὐνῇ χρυσῇ*, hoc est, *in lecto aureo*, a Vulcano ad hunc usum structo, dormientem, ad occasum transire, poculi concavam innuens partem.

Ethanium poculi nomen est, ut ostendit Hellanicus in *Ægyptiacis*, dicens: *In Ægiptiorum domiciliis jacet phiala ænea, cyathus æneus, ethanium æneum*. Hemitonos poculum erat Athenis, a figura denominatum, ut Pamphilus in *Linguis* testatur. Thericleus idem est quod cylix, ut Theophrastus in *Plantarum Historia* tradit. Nam de therminto loquens, ait ex ea thericleos calices tornari, quos nemo a testaceis discernat. Dicitur autem thericleus a Thericle Corinthio figulo, quod eos omnium primus finxerit. Sunt qui thericleum poculum inde nuncupatum velint, quod *δορὰς θηρίων*, hoc est, *ferarum pelleis*, in eo exprimerentur. Pamphilus Alexandreus, quod Dionysius hujusce poculi libatione τὰς θῆρας, hoc est, *feras*, concitaret, denominatum existimat. Adæus idem esse suspicatur thericleon & carchesium. Quod autem differant, ostendit Callixenus, in his quæ de Alexandria loquitur dicens: *nonnullos in pompa fuisse qui thericleos, alios qui carchesia ferrent*. Est & crater thericleus dictus, cujus in *Cycno* Alexis meminit: φαιδρὸς δ' ὁ κρατὴρ θηρίκλειος ἐν μέσῳ ἕστηκε λευκοῦ νέκταρος παλαιγενοῦς, ἀφρίζων. Menander fœminino protulit genere, ut Athenæus refert: τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια neutro genere dixit Polemon.

Isthmion apud Cyprios poculum appellari tradit Pamphilus. Cadum inter pocula recenset Epigenes in *Commentario* dicens: *Crateres, cadi, bolcea, crunea*. Cadiscus poculi species est, ut Philemon testatur. Chantharus nomen est tam navigii quam poculi. Quod autem cantharus poculum a Canthato figulo dicatur, Philetærus testatur in *Achille*. Præterea cantharus mundus est muliebris, ut Antiphanes in *Bœotia* memorat. *Cantharus*, inquit Plinius, *parvus est scarabæus, frumenta erodens*. Ælianus cantharon esse ait, *ἄθηλυ ζῷον*, hoc est, *sine fœminis animal*: legeque apud Ægyptios constitutum, ut fortissimus quisque cantharon in annulo sculptum gereret, legumlatore innuente, mareis minimeque effœminatos eos esse oportere, qui strenue sint pro patria dimicaturi, cum canthari fœminei sexus penitus expertes.

Carchesium, ut Callixenus Rhodius ait, poculum erat oblongum, circa medium compressum, aureis habens ad fundum usque deductas. Quod autem vetustissimum sit poculum, Pherecydes atque Herodorus Heracleotes testantur. Nam Alcmenem carchesio a Jove, utpote consuetudinis præmio, donatam tradiderunt. Asclepiades Myrleanus nomen id a navali quodam instrumento voluit accepisse: nam mali pars inferior, ut ipse inquit, *πτέρνα*; media *τράχηλος*; quæ ad verticem tendit, carchesium nuncupatur. Sunt qui velint *καρχήσιον* nominatum, διὰ τὸ τραχύσματα ἔχειν κεγχροειδῆ, καὶ κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ ε πρὸς τὸ α ἀντὶ τοῦ κερχήσιον. Homerumque iccirco siti detentos *κερχαλέους* appellasse. Charon Lampsacenus ait apud Lacedæmonios ostendi poculum, quod Juppiter in Amphitryonem conversus dederit Alcmenæ. Κελέβη poculum est, ut Anacreon his verbis testatur, ἄγε δὴ φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ κελέβην, ὅπως ἄμυστιν προπίω. τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους. Omne tamen poculum celebe appellari potest, ἀπὸ τοῦ χέειν εἰς αὐτὸ τὴν λοιβὴν, id est, *quod in ipsum liquor infundatur*: ἢ τὸ λείβειν, quod ad liquida referri solet: unde & lebes declinatum est. Silenus, nec non & Clitarchus, ait Æoles ita poculum appellasse. Pamphilus thermopotida vult esse celeben. Hoc poculum calidis potionibus accommodatum. Nicander Colophonius in *Linguis* vas esse ait pastorale *μελιτηρὸν*, hoc est, *condendo meli destinatum*. Κελέβειον ἔμπλειον μέλιτος, inquit Antimachus Colophonius.

Cernos vas erat testaceum, multa in se compacta continens acceptabula. Cissybium poculum erat *μόνωτον*, id est, *unicam habens aurem*, ut Philemon tradit. Neoptolemus Parianus ait in tertio *Linguarum* significare *κίσσινον ποτήριον*, id est, *hederaceum poculum*. Cissybion, inquit Pollux, cissos, id est, *hedera*, ambibat: unde poculo inditum nomen. Æoles, ut Clitarchus refert, scyphum cissybium appellant. Antiqua pocula cissybia vocabantur. Homerus *κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο*. Asclepiades Myrleanus in lib. de *Nestoride* inquit solos rusticos ac pastores scypho ac cissybio usos. Dionysius Samius apud Homerum pro cissybio cymbium reponendum autumat. Ciborion, inquit Didymus, poculi species est. Condy poculum erat Asiaticum decem cotylas capiens. Pancrates: αὐτὰρ ὅγε σπείσας ἐκ κόνδυος νέκταρ, ἐπ' ἀλλοδαπὴν οἶμον ἔβαινε πόδα. At κότυλοι τὰ μόνωτα ποτήρια, id est, *Cotyli unam habentia aurem pocula sunt*. Pamphilus ait cotylon peculiare esse Dioniso poculum.

Cotylen tenuissimum appellari poculum ait Simaristus. At Diodorus cotylon ab aliis nuncupatum cotylen poetam nominasse dicit: nec *κύλικα* esse confirmat, neque enim aureis habere. Cotylen appellant Athenienses mensuram quandam. Apollodorus ait antiquos omne concavum appellasse cotylen, ut & manuum cavitatem, unde *κοτυλήρρυτον αἷμα*, id est, *sanguis qui utraque manu exhauriri potest*. Et ἐγκοτύλη cujusdam ludi nomen est, in quo manuum cavitate victi, victorum genua excipientes, illos portant. Diodorus in *Linguis Italicis* scribit, τὴν κοτύλην heminam nuncupari: κοτυλίσκην dixit Pherecrates. Est & cotyle coxendicis cavitas, unde paragogice polyporum acceptacula *κοτυληδόνες* haud ineleganter nuncupantur. Cotyliscus nominatur ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος, quo mystæ utuntur, ut Nicander tradidit. Monoton inter pocula recenset Pollux, quem cotyliscum appellatum dicit.

Cratanion, poculi nomen, inquit Athenæus, quod fortasse nunc *κράνειον*, dicitur. Pocula hæc

in Metapontinorum templo fuere, ut inquit Polemon, phialæ argenteæ CXXXII. œnochoæ argenteæ duæ, apothyſanion argenteum. Erat & Byzantii templum, in quo ſtabat cupreſſeus Triton, habens cratanion argenteum, σειρὴν argenteam, carcheſia duo, cornua duo. In Junonis templo jacebant cratania argentea duo, chytros argenteus, apothyſanion aureum, crater aureus, donarium Cyrenæorum, batianion argenteum. Hipponax in *Synonymis* ſcribit, [illegible], ποτήριον, κύπελλον, [illegible], σκύφος, κύλιξ, κώθων, καρχήσιον, φιάλη. Κολιχνίδας dixit Archæus pro κύλικας.

Cymbion, ut Nicander Theiateirenus ait, eſt poculum quod caret auribus. Cymbia parva eſſe pocula & concava inquit Simariſtus: Dorotheus vero profunda eſſe voluit, nec rectum habentia fundum, & auribus carentia. Dionyſius Samius idem putat eſſe ciſſybium & cymbium. Didymus grammaticus ait cymbium oblongum eſſe poculum, & forma anguſtum, navigio ſimile. Cratera ſtatuebant diis non argenteum, inquit Athenæus, nec λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. Κύμβα. id eſt, *Cymba*, navigium eſt, ut in *Andromeda* oſtendit Sophocles dicens, ἵπποισιν ἢ κυμβαισι ναυστολεῖς χθόνα. Eſt & cymba calicis ſpecies, ut tradit Apollodorus.

Κύπελλον poculum ἀπὸ τῆς κυφότητος, hoc eſt, *a gibboſitate*, deductum eſt, ut legitur apud Athenæum, vel quod τῇ πέλλαις ſimile eſſet, ad gibboſitatem magis contractum, quam amphicypella, quæ inde nomen acceperunt, quod utrinque gibboſa ſint. Silenus auctor eſt cypella pocula eſſe ſcyphis ſimilia. Philetas Siculos ait cypella nuncupare panis καὶ μάζης in menſa reliquias.

Cothon, ut eſt apud Athenæum, poculum eſt Laconicum, rotundum, breveis aureis, ſed os craſſum habens. Ex hoc poculo qui bibunt multum meri, *acratocothonas* appellant. Hoc poculum maxime fuiſſe militiæ probatum Critias memorat. Nam quas aquas bibere milites cogebantur, aſpectuque abhorrebant, hujus poculi colore occultabantur, & cum turbidæ intus cohærerentur, ad horas ſubſidentes puriores eæ admovebantur.

Labronia Perſici poculi ſpecies eſt, ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πόσει λαβρότητος denominatum: eſt autem latum ac magnum, aures habens ingenteis.

Poculorum nomina apud Diphilum hæc ſunt, priſtis, batiace, labronios, bombylios quoque & batiacios pocula ſunt, ut eſt apud Athenæum.

Erat autem bombylios anguſtum poculum, ſic dictum, quod bombum in potione emitteret, ut Antiphanes in *Protreptico* ait.

Lacænæ κυλίκων εἶδος, ſic dictum, ut ait Athenæus, ἢ ἀπὸ τοῦ κεράμου, ὡς τὰ Ἀττικὰ σκεύη, ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος.

Laphyctes poculum unde licet λάψαι, hoc eſt, ἀθρόως πίνειν. Laphyctas appellant Græci eos, qui ad ebrietates atque aſotias multa impendunt. Lepaſten appellari τὴν οἰνοχόην Amerias ait. At Nicander Colophonius ſcriptum reliquit Dolopas ſic τὴν κύλικα nominare.

Lœbaſion poculum eſt quo in ſacris oleum libant, ſpondeon quo vinum, ut Clearchus teſtatur. Lesbion poculi ſpecies, inquit Hedylus in *Epigrammatibus*.

Luterium poculum, ut Epigenes oſtendit. Λυκιουργεῖς phialæ quædam ita appellantur a Lycone artifice, ut & κονώνιοι a Conone fabrefactæ. Λυκιουργῆ vero ſunt, ut legitur apud Athenæum, jacula quædam in Lycia confecta, luporum venationibus accommodata.

Metaniptron κύλιξ poſt cœnam ac lotas manus porrigebatur: idem & metaniptris dicitur, ut eſt legere apud Pollucem. Mathallis poculum eſt, inquit Athenæus.

Cætera pocula, ut Myrleanus ait, duas habebant aureis, Neſtoris vero poculum quatuor, ut Homerus teſtatur, quod ita poeta deſcripſit, ut cœli faciem indicaret. Nam argentum, inquit Athenæus, quo tantum erat conflatum poculum, cœli colorem indicat: clavi aurei ſtellas præ ſe ferunt: peliades, quæ circa aureis erant, Plejadas referebant: nam Peliadas pro Plejadas ſæpe poſuerunt poetæ, ut Simonides & Pindarus teſtantur, κατὰ πρόσθεσιν τοῦ γράμματος. Has cum Homerus peliadas, id eſt, columbas, inducit Jovi ambroſiam ferenteis, non de columbis intelligendum, ſed de Plejadibus. Quid autem ſibi velit, tam in ſceptris, quam in enſibus, & Neſtoris poculo, χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, docuit nos Apelles ὁ τορευτὴς, inquit Aſclepiades: oſtendebat enim nobis in quibuſdam Corinthiacis operibus clavorum poſitionem. Erant autem veluti clavorum capita a reliqua planitie paulum extantia.

Olmos poculum in modum cornu confectum. Oxybaphon parvi calicis ac teſtacei ſpecies eſt, ut oſtendit Antiphanes ἐν Μυσίδι: ἀρτίως δ' ἐξ ὀξυβαφίων κεραμέων ἐπίνομεν. Panathenaicum poculum eſt ligneum, ut Pamphilus in *Atticis* indicat *nominibus*. Proaron crater eſt ligneus, in quo vinum miſcent Attici, κοίλοις ἐν προάροις, inquit Pamphilus. Pelicæ calix, ut Calliſtratus memorat. Olpen ſalſamentum appellant Byzantii, Cyprii vas olearium, Theſſali vero τὴν πρόχοον, hoc eſt, *gutturnum*. Pelichnan nominant Bœotii τὴν κύλικα, ut ait Seleucus: Euphronius vero τὰς χόας. Pella vas eſt ſcyphum referens, fundo tamen latiore, in quo lac emulgebatur: Pellida nominat Hipponax cum ait, ἐκ πελλίδος πίνοντες, [illegible] κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε.

Clitarchus in *Linguis* ait Theſſalos & Æoles [illegible] ητῆρα mulctram appellare, pellam vero poculum.

Pentaploam vocant Bœotii τὴν κύλικα. Ariſtodemus in tertio de Pindaro ait, τοῖς Σκείῤῥοις, in Scirrhis prope Athenas epheborum curſu certamen celebrari: currere autem ipſos fructiferum vitis ramum tenentes oſchum nominatum, a Dionyſi delubro ad Scirrhados Minervæ templum: victoremque κύλικα præmium conſequi, quæ propterea pentaploa denominata eſt, quod quinque hæc, vinum, mel, caſeum, farinam, oleique nonnihil, contineret.

At Plemochoe vas erat teſtaceum, quod cotyliſcum nonnulli, ut Pamphilus ait, nuncuparunt. Utebantur autem hoc vaſe ἐν Ἐλευσῖνι, noviſſimo myſteriorum die, quem de ipſius vaſis nomine Plemochoas, eodem Pamphilo autore, appellabant. Eo namque die duas plemochoas implentes, alteram quidem verſus orientem, alteram vero occidentem verſus ſtatuentes, illas invergunt myſticis quibuſdam adhibitis verbis.

Prochytes poculi ſpecies eſt, ut refert Athenæus. Prochoides calices apud Xenophontem. Pruſias quoque poculum eſt, a Pruſia Bithyniæ rege denominatum.

Rhyton poculi nomen habet, choas duas capiens: ſolis autem attribuitur heroibus, ut in tractatu *de Ebrietate* memorat Theophraſtus. Sidonius Dorotheus ait, pocula rhyta nuncupata, cornibus eſſe ſimilia, ſed perforata, ex quibus tenuiſſime perfluentibus inferne bibunt. Verba tamen Græca, quod venuſtiora videbantur, addidimus, ἐξ ὧν κρουνιζόντων λεπτῶς κάτωθεν πίνουσι. Nomen autem accepit ἀπὸ τῆς ῥύσεως. Diceras ac dicrunon rhyton dicimus, ut Pollux teſtatur. Ab hoc fit diminutivum rhytion. Martialis *lib.* II. *ep.* XXXV.

Cum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras, Phœbe, lavare pedes.

Sannacra poculum eſt quo Perſæ utuntur. Seleucis poculum a Seleuco rege ſic denominatum,

ex Apollodoro. Κάλλιον κυλίκιον μικρόν, quo libant Æoles. Similia sunt pocula, inquit Polemo, Antigonis, Seleucis, Rhodias, sive Rhodiaca; quæ ab utentibus nomina sumpserunt, ut Pollux ait.

Scyphos dupliciter declinatur, ut Athenæus testatur, ὁ σκύφος τοῦ σκύφου, καὶ τὸ σκύφος τοῦ σκύφους, ut τὸ τεῖχος τοῦ τείχους. Hesiodus in secundo *Melamp.* σκύπφος scribit. Est autem scyphos vas ligneum, rotundum, lac serumve capiens, dictumque est ἀπὸ τῆς σκαφίδος, nisi fortasse scyphos quasi scythos appellatus sit, quod Scythæ præter modum inebrientur. Nam Hieronymus Rhodius in tractatu *de Ebrietate* σκυθίσαι pro *inebriari* usurpavit, συγγενὲς γὰρ τῷ φ τὸ θ. Procedente deinde tempore, testacei argenteique scyphi factitati: inter quos Bœotii nominati maxime probabantur: cum primus Hercules hoc genere usus sit; quocirca a nonnullis Heracleotici nuncupantur: differunt tamen a cæteris, quod nodus, Herculeus cognominatus, ipsorum auribus insit. Secundam palmam Rhodiaci consecuti, tertiam Syracusii. Scyphos ab Epirotis Lyrtos appellatur, ut Seleucus tradit, a Methymnæis Scythos, ut Parmeno testatur. Dercyllidas Lacedæmonius, διὰ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδες, Scythos appellatus est.

Tabætas poculum Asiaticum. Tragelaphus quoque poculi nomen est. Gaulos omnes appellant cados.

Hystiacon quoque inter pocula numeratur. Amphitheton phialam inquit Homerus, quod nonnulli non poculum ajunt significare, sed ahenum quoddam, geminas utrinque aureis habens. Parthenius ἀπύθμενον interpretatur, quasi sine fundo phialam. Apollodorus Atheniensis sic appellatam voluit, quod non fundo, sed ore deponeretur atque insisteret. Sunt qui velint ea ratione Amphitheton phialam a poeta dictam, quæ & calix ἀμφιφορεύς, quod utrinque auribus ferri possit. Aristarchus vero quod ex utraque parte τιθέσθαι, hoc est, *poni valeat*, fundo videlicet atque ore. Dionysius Thrax τὴν στρογγύλην τὴν ἀμφιθέουσαν κυκλοτερεῖ τῷ σχήματι. Dicta est autem phiale, ut Asclepiades testatur, κατὰ ἀντιστοιχίαν, quasi πιάλη, ἢ τὸ πιεῖν ἅλις ἔχουσα, μείζων γὰρ τοῦ ποτηρίου. Βαλανειόμφαλοι phialæ dicuntur, ut Myrleanus Asclepiades testatur, quod ipsarum umbilici balineorum tholis similes sint. Mesomphalos appellat Ion in *Omphale*, τὰς βαλανειομφάλους, balaniomphalos: Athenienses argenteas phialas ἀργυρίδας appellant, aureas vero χρυσίδας.

Psygeus sive Psycter poculum est octo capiens cotylas, ut Plato in *Symposio* memorat. Alexis tamen tricotylon Psygea dixit. At Heracleon Ephesius, quem nos, inquit, Psygea vocamus, psycteriam nonnulli appellant. Psyctera quam plurimi acratophon nominant, ut Pollux testatur. Dinon vocabant Veteres τὸν ψυγέα, ut inquit Dionysius Tryphonis filius. Nicander vero nemorosa, umbrosaque loca, ac numinibus dicata, Psycteria tradit nuncupari, in quibus videlicet frigus liceat captare. Ὠδὸς quoque poculorum auget numerum: Ὠὸν poculum esse, quo Persarum reges utebantur, Dinon in tertio *Persicorum* his verbis testatur, καὶ οἶνος κεκραμένος ἐν τῷ χρυσῷ, οὗ αὐτὸς βασιλεὺς πίνει. Chytridiis poculis Argivi maxime Æginensesque utebantur.

Pyelus poculi species est a Sybaritis inventa, ut Athenæus inquit. Amidas etiam, hoc est, matulas, ad convivia ridentes ferebant. Pollux *lib.* VI. inter poculorum species hæc quoque recenset, phialen, arecylen, phialen lepasten, chalcostoma, meston, thericlion ab artifice denominatum: phialen amphoton, abromios, domos, cepadocicum, besiachon, quod esse Persicum dicit. Geusterion, cujus Aristophanes quoque meminit. Monon, cujus Nicon in *Citharœdo* mentionem facit. Chrysastragalorum meminit Sappho. Asaminthus poculum est apud Homerum, nec non & apud Cratinum; ἐν χείρεσσι ἐξ ἀσαμίνθου κύλικος λείβων, ὑγίεια ἱερά, ut Jovis Soteris crater, ἀγαθοῦ δαίμονος, ὁ μετὰ τὰς τραπέζας ἄκρατος, & Mercurii, cui omnium postremo, ut Homerus ait, libabant. Sed noster jam de poculis sermo terminetur, & quæcunque de vino, cujus causa pocula excogitata sunt, apud Athenæum legimus, quam brevissime fieri potest, disseramus.

Cap. III.

Οἶνος unde dictus? Esculenta cur ὀνείατα *dicta? Dionysus cur Medicus appellatus? Potiones quibus tributæ apud Veteres? Domus quædam ob quid* Triremis *vocitata? Vinum cur* veritas *nuncupatum? Tripodum duo genera. Quis primus merum diluit? Dionysus rectus quis? Jupiter Salvator qualis? Nectar quid? Vinum quodnam præstat? Quinam primi vites coluerunt? Vinorum varia genera recensentur. Res plurimæ adinventæ, earumque inventores enumerantur. Themistocles quibus donatus a Persarum Rege? Varia epitheta Bacchi.* Trimma *qualis potio? Vini rara effecta. Vitis ubi primum inventa?*

NICANDER Colophonius τὸν οἶνον, hoc est, *vinum*, ab Oeneo quodam viro nomen commode ait accepisse. Melanippides quoque Milesius Oenon Oeneo cognominem autumat: at Hecatæus Milesius vitem in Ætolia repertam memorans, hæc etiam addit: Oresteus Deucalione genitus imperii causa in Ætoliam profectus est; cui canis pro catulo stipitem peperit; quem is defodi jussit, unde vitis uvis onusta edita est, quocirca suum sibi filium *Phytion* appellavit. Ex hoc natus Oeneus, a vitibus nomine accepto. Veteres enim, inquit, Græci Oenas appellabant viteis: ex Oeneo natus Ætolus. Plato autem in *Cratylo* vini etymologiam secutus, œnon quasi œonum dictum asserit, quod οἰήσεως, id est, *opinione* atque *existimatione*, τὸν νοῦν, hoc est, *mentem*, expleat nostram. Vel fortasse, ἀπὸ τῆς ὀνήσεως, hoc est, *ab adjumento* atque *utilitate*, nomen accepit: quam etymologiam respiciens Homerus ait:

> Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς ὀνήσεαι αἴκε πίνῃσθα.

Hoc est,

> *Postea autem & ipse adjumentum consequeris, si biberis.*

Etenim esculenta quoque ὀνείατα, quod utilitatem afferant, appellare consuevit. Chæremon tragicus vinum ait mortalibus risum, sapientiam, docilitatem, bonumque exhibere consilium. Diphilus autem de vini utilitate eloquens ait: Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε Διόνυσε καὶ σοφώτατ', ὡς ἡδύς τις εἶ, ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος. τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν, τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν. Id est, *O sapientibus omnibus amicissime Dionyse ac sapientissime, quam suavis es, cum humilem atque abjectum sese efferre impellas solus: supercilia tollentem ridere persuades, imbellemque aliquid audere, & timidum audacem reddis.* Mnesitheus, Vinum, inquit, mortalibus dii præbuere, quo nihil cum animis, tum corporibus utilius, si quis recte utatur: sin modus abit, nil perniciosius. Alimentum enim præstat atque hilaritatem modice sumptum: quin & medelis plurimum confert, vulneribusque confectis succurrit: quo fit ut Dionysus Medicus ubique appelletur, Pythiasque nonnullis præceperit, ut Dionysum Hygiatem nominarent. Epicharmus ait, ex thysia thœne, ex thœne posis genita, ex qua comus, ex como nata thyania, ex hac dice, ex catadice pedæ,

A sphacelus & zemia. Panyasis poeta primam quidem potionem Gratiis, Horisque, ac Dionyso tribuit: secundam vero Veneri ac rursus Dionyso: tertiam contumeliæ ac detrimento. Timæus Tauromenitanus Agrigenti in Sicilia domum esse ait propterea *Triremem* appellatam, quod temulenti quidam juvenes, præ vinolentia, ad eam redacti fuerint insaniam, ut se triremc navigare, turbulentissimaque agitari tempestate existimaverint, de menteque jam moti, domus omnia vasa, strata, lectosque, utpote gubernatore jubente, ut navis fluctibus agitata mercibus levaretur, extra domum, ut in mare dejecerint. Quare B cum multi convenirent, ac deturbata diriperent, ne sic quidem insanire juvenes desiere: postridie autem, cum imperatores domum adiissent, prostratosque adolescenteis, atque adhuc nauseantes, rei causam fuissent percunctati, responderunt illi, se tempestatis vi ad id fuisse compulsos, ut levandæ triremis causa superabundantia in pelagus ejicerent onera. Tantam autem virorum dementiam admirantibus ducibus, de juvenibus unus, se ob ætatem inter cæteros legationis munere fungi ratus, *Ego*, inquit, *viri Tritones, cum meipsum sub thalamos demisissem, quam maxime inferne fieri potuit jacebam*. Cum itaque eos de mente motos C percepissent, ne vino amplius exsaturarentur, increpitos reliquere: & hic gratias agens, si tanta, inquit, hyeme soluti portum consequemur, vos evidenter salvatores inter marina nomina in patriam erigemus, utpote decenter nobis apparentes. Hinc *Triremis* domus appellata.

Philochorus autem ait, Bibentes non modo seipsis, cujusmodi sint, indicare, verum etiam alios dicendi quadam libertate detegere, & hinc factum esse, ut vinum *veritas* appelletur: & ex Tripode dicere, verum fari significet. Erant autem duo tripodum genera, quorum utrique lebetes appellabantur: Empyribetes, qui & Lœtrochoos dicebatur, D ignique ad aquam tepefaciendam admovebatur: & crater, in quo vinum miscebatur, & hic veritatis proprius erat, Apollini quidem ob vera oracula, Dionyso vero ob certam ebrietatem dedicatus.

Amphictyon, ut Philochorus tradit, Atheniensium rex omnium primus a Dionyso edoctus merum diluit: quo factum est, ut homines prius mero incurvi, recti sint facti: quare in Horarum æde *Recto* Dionyso aram erexit; hæ enim vitis fructum enutriunt, ac juxta ipsum Nymphis extruxit aram, monimentum iis, qui diluto uterentur vino. Musæ enim Dionysi dicuntur nutrices. Instituit præterea, ut post cibos afferre- E tur solum merum, quo id tantum degustarent, indicium potentiæ Dei boni, reliquum jam esset dilutum, quantum quisque vellet: adderentque huic Salvatoris Jovis nomen: ut bibentium memoriæ subiret, se tuto fore salvos, dum ita biberent. Plato autem in II. *Legum* vini usum sanitatis causa existere autumat, ab eo, qui ex ebrietate proficiscitur, habitu, & tauro, ac pantheræ Dionysum assimilant, quod vino madidi ad violentiam convertantur.

Bene igitur Aristo Chius suavissimam eam esse ait potionem, quæ dulcedinis ac tranquillitatis F particeps sit: quocirca & nectar appellatum quosdam circa Lydiæ Olympum præparare, vinum ac favos, odoratosque flores in idem commiscentes. At Anaxandrides nectar non deorum potionem, verum alimentum esse dicens ita scribit: τὸ νέκταρ πάνυ μάττων ἐσθίω, διαπίνω τ' ἀμβροσίαν, hoc est, *nectar valde subigens comedo, ambrosiamque bibo*. Alcman quoque deos nectar esse ait, non bibere. Et Sappho Mercurium ambrosiæ cratera dis ministrantem inducit. Et Homerus quidem deorum potionem nectar novit. Ibicus ambrosiæ suavitatem exprimens, mel nonam esse ait ambrosiæ partem, si voluptatem ac dulcedinem respexeris. Sophocles inquit ebrietatem doloris ac solicitudinis esse solutionem.

Cæteri ferme omnes poetæ vinum lætum esse terræ fructum fatentur: comœdia quoque ac tragœdia, κατ' αὐτὸν τὸν τῆς τρύγης καιρὸν, hoc est, *circa ipsum vindemiæ tempus*, a temulentia in Icario Atticæ inventa est, ex quo comœdia trygœdia primum appellata. Vetus quidem vinum, flores vero recentiorum hymnorum commendat Pindarus. Eubulus vero ait, absurdum esse, annosum quidem apud meretrices semper probari vinum, virum vero senem minime, sed juniorem. Profecto autem vetus vinum non modo ad voluptatem, verum etiam ad sanitatem multo magis facit. Laudat & Homerus Maronis vinum, quod satis commistionis admitteret. Majorem autem vetustum vinum recipit dilutionem, quod quanto magis senescat, tanto magis tepeat. Nonnulli etiam Dionysi in mare fugam vini facturam jam diu cognitam ajunt significare: dulce enim esse vinum, marina interfusa aqua. Homerus autem merum nigrum laudibus prosequens ipsum sæpenumero etiam αἴθοπα, id est, *calidum*, vocat. Validissimum enim est, diutiusque in bibentium habitu moratur. Theopompus apud Chios primos nigrum fuisse vinum ait: & plantare ac colere viteis primos Chios ab Oenopione, Bacchi filio, insulæ conditore, edoctos, in cæteros mortaleis distribuisse. Album vero vinum infirmum est ac tenue.

Fulvum facilius concoquit, cum aridius sit. Falernum vinum (ut Galenus de Italicis vinis apud hunc Sophisten loquens ait) a decimo anno potui est, & a quintodecimo usque ad vigesimum: supra id capiti est noxium ac nervosis partibus. Duæ autem ipsius sunt species, austerum, & quod dulcescit. Tale autem fit, cum circa vindemiam notus flaverit, propter quod nigrius etiam redditur. Nam quod non ita colligitur, austerum est, ac colore fulvum. Albani quoque vini genera duo, dulcescens, & acerbum: utrunque autem a XV. anno viget.

Surrhentinum, quum quintum supra vigesimum excesserit annum, potui esse incipit: nam quum minime pingue, ac tenue sit, vix maturescit. Et quum ad vetustatem pervenerit, ferme solum perpetuo utentibus gratum.

At Rheginum Surrhentino pinguius existens, a quintodecimo anno utile. Privernum quoque Rhegino tenuius, minimeque capiti nocens, utile. Huic simile Formianum, sed cito viget, atque ipso est pinguius. Tardius autem Trifolinum viget. Setinum inter prima habetur vina, Falerno simile, sed levius. Tiburtinum tenue a decimo viget anno. Labicanum quanto magis senescit, tanto est melius: dulce enim ac gustu pingue, inter Falernum & Albanum. Ipsius autem potio a decimo incipit anno.

Gauranum modicum atque optimum est, intensumque ac pingue, Prænestino autem ac Tiburtino pinguius. Marsicum tenuius oppido quam austerum, ac stomacho utile. Circa Cumas Campaniæ civitatem leve nascitur vinum, Albanum appellatum, quod a quinto anno potabile est. Bicentinum in eo similitudinem habet cum Albano, quod acerbum sit: potens autem est, & stomacho confert. Veliternum potu dulce est & stomacho confert: cui hoc est maxime peculiare, ut alteri immixtum videatur.

Calenum leve est, & Falerno stomacho utilius. Generosum & Cæcubum, robustum, & quod percellat. Fundanum, robustum, multumque affert nutrimenti, sed capiti ac stomacho nocet: quo fit, ut non multum in conviviis bibatur.

His autem omnibus levius Sabinum, a septimo anno ad quintumdecimum potionibus idoneum. Signinum autem usque sextum annum inutile, sed inveteratum longe utilius. Numentanum quamprimum vigens, & a quinto anno potui est: cum nec admodum dulce, nec tenue sit. Spoletinum & potu dulce, & ad auri colorem accedit. Capuanum in multis Surrhentino simile. Barbinum sane quam austerum est, semperque seipso fit præstantius. Generosum & Caucinum, Falerno conferendum. Venefranum leve est, & stomacho confert. Quod autem Neapoli provenit Trebellicum viribus temperatum, stomacho atque ori confert.

Erbulum primum quidem est nigrum, non multos vero post annos candidum contrahit colorem: est autem admodum leve, ac deliciosum. Massiliense bonum est, sed modicum nascitur, pingue ac corpulentum. Tarentinum, & quæ ab hoc climate habentur, omnia mollissima, non stuporem, non tenorem habentia, dulcia ac stomachum juvantia. Mamertinum extra quidem Italiam nascitur, & in Sicilia proveniens, Jotalinum appellatur: dulce vero est, leveque ac generosum.

Chares Mitylenensis Indos ait dæmona quendam colere, qui Saroadeus nominatur: quæ dictio Romana voce *vinifactor* interpretatur. Antiphanes, quæ unicuique civitati peculiaria essent recensens, ait: Ex Elide cocus, ex Argis lebes, Phliasium vinum, ex Corintho strata, piscis ex Sicyone, ex Ægio tibicinæ, Siculus caseus, ex Athenis unguentum, ex Bœotia anguillæ.

Hermippus addit Cyrenensem thyrsum commendari, ac corium bubulum, ex Hellesponto scombros & salsamenta omnia: apud Ægyptios vela ac libros, in Syria thus, cupressum in Creta, in Lybia ebur, in Rhodo uvam passam & caricas, in Italia alicam & costas bubulas, ex Eubœa piros atque oves, ex Phrygia mancipia, ex Arcadia auxiliares, Pagasæ præbent servos ac plagiarios, Paphlagones juglandes & amygdala, Phœnicia palmarum fructus & siliginem, Carthago tapetes ac pulvinos versicolores. Pindarus Lacænam ex Taygeto in feras currentem canem celebrat, Argiva arma, Thebanos currus, & Sicula vehicula. Critias præterea Thessalicum memorat thronum, mollissimam sedem, & Milesium ac Chium cubile, Tyrrhenamque phialam & omne excolendis ædibus idoneum æs.

Phœnices, ut idem ait, literas invenere: & Thebani omnium primi curulem compegerunt sellam, ut oneraria Cares navigia: Athenienses figlinam rotam: Antiphanes sinapi Cyprium, & scammoniam laudat, nasturtium Milesium, cæpe Samothracium, thymum Hymettium, & ex Tenedo origanum. Persarum rex Chalybonium tantum bibebat vinum, quod in Syriæ Damasco nasci prodit Posidonius, cum Persæ ibi plantassent. Agatarchides ait in Isa Adriatici maris insula vinum gigni, quod cæteris commixtum melius redditur. Chii ac Thasii vini meminit Epilycus,

Χῖος καὶ Θάσιος ἠθημένος.

Lesbio vino nullum suavius inquit Alexis. Eubulus Psythii vini mentionem facit. Ephippus, *Amo*, inquit, *Pramnium vinum Lesbium*. Aristophanes in ea comœdia, quæ *Thesmophoriazusæ* inscribitur, Peparethium memorat vinum. Eubulus, Lesbium adest, inquit, & Milesium vinum, & Biblinum ex Phœnicia vinum laudo. Phœnicini vini meminit & Ephippus: & rursus Phœnicini Bicus quidam. Mendæum celebrat Cratinus. Hermippus Dionysium inducit multa memorantem vina, & imprimis Saprian appellatum, quod apertis doliis rosas ac hyacinthum oleat. Themistocles a Persarum rege donatus Lampsaco,

A ad vinum; Magnesia, ad panem; Myunte, ad opsonium; Percope & Palæscepsi ad strata atque indumenta.

Colitur autem apud Lampsacenos Priapus, idem qui & Dionysius existens, ex epitheto sic appellatus, ut Triambus ac Dithyrambus. Mitylenæi quod apud se est dulce vinum, Prodromum vocant, alii vero Protropum.

Celebratur & Icarium vinum, ut Amphis testatur. Nascitur in Icaro insula, ut Eparchides ait, Pramnium vinum, quod nec dulce, nec pingue, sed austerum, atque asperum. In Icaro Pramnion esse petram Semus ait, juxtaque ipsam ingentem

B montem, ex quo Pramnium vinum, quod nonnulli Pharmaciten vocant. Vitis autem, quæ Pramnium Icarium fert, ab externis quidem, ut Eparchides ait, sacra nuncupatur, ab Oenoensibus vero Dionysias. Est enim Oenoe in insula civitas: at Didymus Pramnium vinum a vite Pramnia appellata nomen accepisse autumat. Sunt qui velint nigrum vinum peculiari nomine Pramnium appellari: alii generali nomine, quod diu permaneat, Pramnium, quasi παραμένειν, dici existimant. Nonnulli, quod mite ac placidum efficiat robur.

C Laudat Amphis & Acanthium vinum, ex Acantho civitate. Corinthii vini meminit Alexis, utpote asperi. Archilochus Naxium vinum nectari confert; meminit & Ismarici. Strattis Sciathium commendat vinum colore nigrum. Achæus Biblinum a loco quodam sic denominatum, Epicharmus autem a quibusdam montibus Biblinis nominatum asserit. Armenidas Bibliam ait esse Thraciæ regionem, Tisaren rursus, atque Oesymen appellatam. At Hippias Rheginus vitem εἱλεόν appellatam Bibliam ait nuncupari, quam Pollis Argivus, qui Syracusanis imperavit, ex Italia Syracusas primum transtulit. Erit igitur & Siculis

D Biblinum vinum, dulce, Pollium dictum: quod ipse Syracusas induxerit, oraculum extat: *Bibe vinum fæculentum, quoniam Anthedone minime habitas: nec sacram Hyperem, ubi defæcatum vinum bibebas*.

Nominabantur autem apud Trœzenios, ut in ipsorum *politia* Aristoteles ait, vites Anthedoniæ & Hyperiæ, ab Antho quodam atque Hypero, ut & Althephiæ ab Althephio quodam de Alphei nepotibus uno. Alcman vero Apyrum vinum, ac floribus fragrans ait, quod ex quinque esset collibus, qui locus septem distat a Sparta stadiis. Apyron autem dixit, quod haud coctum est. Præte-

E rea Oenuntiadem vini nomen celebrat, & Onoglin, & Stathmitam, ab Oenunte, Onoglis, & Stathmis, quæ prædia a Pitane Æolica civitate non longe distant. Nec non Denthin a castello quodam, Carystiumque a Carysto, ab Arcadia haud procul existente.

Polybius vinum Capuæ nasci dicit præcipuum, Anadendriten appellatum, cui nullum conferatur. Mæandrius autem Alciphron circa Ephesiam montanum esse vicum ait, prius quidem Latoida, nunc vero a Latorea Amazone Latoream nuncupatum, in quo Pramnium nascatur vinum. Timachidas

F Rhodius ὑπόχυτον, quasi *suffusum* dicas, vinum quoddam in Rhodo appellat, a dulci minime distans. Glytris præterea vinum nominatur, quod *epsema*, id est, coctionem, habet. At Polyzelus Antiten vinum esse ait in Rhodo. Plato comicus Capnian celebrat: hoc autem optimum est Beneventi Italicæ civitatis.

Utebantur Veteres potione quadam ex aromatibus confecta, quod Trimma appellabant. Theophrastus in ea, quam *de Plantis* conscripsit, historia, vinum in Heræa Arcadia civitate nasci me-

A morat, quo epoto, viri quidem de mente moventur: mulieres vero ad partum excitantur: & circa Achaicam Ceryniam, vitis esse genus, cujus non modo vino hausto, verum & racemis esis, uterum ferentes mulieres, abortum facere coguntur. Trœzenium autem vinum, ut idem ait, sterileis reddit bibentes. Refert præterea in Thaso duo confici vina, quorum altero somnolenti, altero insomneis ac vigiles redduntur bibentes. Anthosmias vini species est, quod eo majores habet vires, quo recentiores fuerint vites, ex quibus fiat.

Hermes quoque potionis est species apud Strattidem. Chæreas in Babylone vinum ait nasci, quod nectar appellatur. Adrianum vinum penitus innoxium. Corcyrense vetustate gratissimum. Zacynthium, ac Leucadium, quod gypsum recipiant, capiti molestiam afferunt. Cilicum autem vinum, Abates appellatum, ventrem mollit. Coo vino Myndioque atque Halicarnasio, & eo, quod marina aqua satis conditum sit, duriores congruunt aquæ, quales, quæ ex fontibus ac pluvia, si modo fuerint defæcatæ, ac diu constiterint. Quo fit ut hæc vina optima sint Athenis, & Sicyone, ubi hujusmodi reperiuntur aquæ.

Mareoticum vinum, quod & Alexandreoticum dicitur, a Marea Alexandreæ fonte nomen accepit, & a cognomine ipsi fonti civitate, quæ prius quidem maxima, nunc vero vicus est. Appellationem autem sumpsit a Marone, qui una cum Dionysio expeditionem fecerat. Vitis autem circa hanc regionem plurimum nascitur, cujus uva esui est, & vinum optimum ac suavissimum & capiti minime noxium. Huic bonitate præstat Tænioticum appellatum. Est autem Tænia oblonga in his locis plaga, ex qua genita vina subpallescentia, nescio quid pinguedinis præseferunt, quæ aquæ mixtione brevi dissolvitur, ut mel Atticum temperatum. Tæniotico autem præter dulcedinem a- D romatici nescio quid inest.

Theopompus Chius historiæ mandavit, vitem juxta Alpheum in Olympia repertam, locumque esse ab Elea octo distantem stadia, in quo indigenæ tres æneos ac recenteis lebetes Dionysiis includentes coram popularibus signant, postea que resignantes, atque aperientes, vini plenos offendunt. Hellanicus autem ait in Plinthine Ægyptia civitate primum inventam vitem: quo factum est, ut Dion Academicus Ægyptios factos esse temulentos dixerit: inventumque apud eosdem fuisse, ut inopeis ac vino carenteis hordacea uterentur potione, qua canerent, ac saltarent, omniaque ea E facerent, quæ vino madidi facere consueverunt. Quod autem Ægyptii vino fuerint dediti, hoc esse indicio potest, quod apud ipsos solum in cœnis ante omnia esculenta ex instituto elixa crambe, quæ ebrietati adversatur, adhuc vescantur.

Aristoteles ait eos quidem, qui vino inebrientur, in faciem ferri, qui vero hordeacea potione, caput resupinare. Apollodorus autem ait cramben a Veteribus raphanum appellatam. Sed de Vino jam satis dictum sit: nunc quoniam vinum nymphis mitius reddere nos Amphictyon docuit, non ab re fore duximus, si de vario aquarum ingenio, F quibus vina temperantur, nonnulla strictim percurramus.

CAP. IV.

Aqua impense laudata Pindaro. Ejusdem virtutes. Aqua tepida quibus conferat? Fontes diversi, eorumque proprietates. Aqua inebrians ubi? Ὑδροπόται doctissimi. Aquæ optimæ quæ? Alimentum aquæ inesse probatur. Mellis utilitates.

PIndarus magniloquus omnium optimam esse aquam dixit. Homerus, divino poeta ingenio, maximum inesse aquæ alimentum novit, cum αἰγείρων ὑδατοτροφέων ἄλσος dicit, hoc est, *populorum ab aquis educatarum lucum*. Candorem præterea in aquis laudat, cum ait: κρῆναι πίσυρες ῥέον ὕδατι λευκῷ. Sed levitatem aquæ plurimi faciendam tunc evidentissime ostendit, cum Titaresium fluvium ἱμερτὸν, hoc est, *optabilem*, propterea dixisse videtur, quod ea levitate super Peneo flumine currat, ut ne ipsi quidem misceatur. Novit & tepidam aquam vulneribus conferre, cum vulneratum Eurypylum hac curat. Nec non & λιαρὸν ὕδωρ, hoc est, *calidam aquam*, ad placandos dolores facere non ignoravit. Frigidissimi quoque fontis meminit Homerus, quem ait æstivo tempore grandini ac nivi similem fluere.

Eratosthenes ait Athenienses tepidam aquam μετάκερας nuncupare. Tilphossa fons est in Bœotia, ex quo, ut Aristophanes inquit, cum Tiresias bibisset, nec ob senilem ætatem ejus frigiditatem sustinere valuisset, mortem obiit.

Theophrastus de aquis loquens, Nili aquam fœcundissimam ac dulcissimam esse ait, propter eaque bibentium ventres solvere, quod nitrum immixtum habeat. At in libro *de Plantis*, Thespiis aquam esse ait, quæ ad liberorum procreationem faciat. Pyrrhæ vero, quæ sterileis reddat; & ex dulcibus aquis nonnullas esse infœcundas aut non admodum fœcundas: ut quæ in Pheta, & quæ in Tarrha. Ariditate quandoque circa Nilum contracta, virosa fluit aqua, unde Ægyptiorum quam plurimi interiere. Profluentes aquæ stagnantibus pigrisque meliores, & montanæ campestribus, nam minus habent cæni: quod aquis ipsis colorem refert. Lacus igitur, qui in Babylone est, aqua certis diebus rubra efficitur: ut Boristhenis quodam tempore violacea, licet tenuissima sit: utpote quæ tantam habeat levitatem, ut super Hypanim fluvium labatur.

In Carthaginiensium ditione fons est, cujus superficies oleo similis, colore nigrior, quo excepto ad pecudum ac jumentorum scabiem utuntur. Sunt & apud alios hujusmodi pinguedinem habentes fontes, qualis ille, de quo Alexander loquens, olei se fontem scripsit invenisse. Ex aquis natura calidis, quædam sunt dulces, ut quæ in Ciliciæ Ægis, & quæ circa Tragasas in Troica Larissa, & quæ circa Magnesiam, & in Melo, ac Lipara, & in Pruse ad Mysium Olympum, basilicæ appellatæ. Quæ autem in Asia sunt circa Tralles, & Characometen fluvium, ac Nyssam civitatem, adeo sunt pingues, ut iis loti oleo haud egeant.

Athenæus ait se periculo comperisse Pirenes Corinthiaci fontis aquam omnium totius Græciæ levissimam, nec Antiphani comico fidem præstare, qui Atticam & aliis multis præstare cæteris, & aquam habere optimam contendat. In Teno fons est, cujus aquæ vinum non miscetur.

Herodotus in quarto ait Hypanim fluvium a fontibus quidem delatum, in quintum diem brevem esse, ac dulcem: post vero in alios quatuor dies fieri amarum, fonte in ipsum amaro irrumpente.

Theopompus juxta Erganen fluvium acrem esse aquam ait, qua æque ac vino bibentes inebriantur. Aristobulus Cassandreus fontem Achilleum appellatum Mileti esse ait, cujus fluxum quidem esse suavissimum asserit, quod vero consistat salsum: quo Milesii Heroem perfusum ferunt, cum Strambelum Lelegum regem interfecit. Ajunt præterea aquam, quæ multa ac pulcherrima circa Cappadociam est, non marcescere, licet exitum non habeat, nisi sub terram fluat.

Phylarchus in Clitore fontem esse ait, ex quo qui biberint, vini odorem minime sustineant,

Clearchus aquam quidem & lac candida dici, vinum vero æque ac nectar rubra, at mel & oleum flava, quod vero ex unguentis exprimitur, nigrum asserit. Eubulus eos ad inveniendum atque excogitandum idoneos reddi arbitratur, qui solam aquam bibant: prudentiam vero nostram vino obscurari atque obrui. Hinc est (ut Phylarchus ait) quod Theodorus Larissæus sola aqua contentus fuit, vino neglecto. Iberes quoque, ut idem ait, licet opulentissimi, aquam bibebant, semelque tantum in die ob parsimoniam edebant.

Aristoteles, vel Theophrastus, literarum monimentis mandavit Philinum quendam nullo nec esculento, nec poculento, per totam vitam, præterquam lacte, usum. Glaucon quoque, ut Pythermus scribit, aquam potabat. Hegesander Delphus Anchimolum ait ac Moschum, qui Elide docebant, tota vita aquam bibisse, solisque ficubus vescentes validissimis fuisse corporibus, sed ex ipsorum sudore tantam maleolentiam emanasse, ut ipsos in balneis omnes declinarent. Aristoteles in tractatu *de Ebrietate*, nonnullos ait salsis esculentis vescentes, nunquam potum appetisse, inter quos fuit Argivus Archonides.

Mago Carthaginiensis ter aquarum inopia laborantem regionem pertransivit, aridis farinis vescens, nec unquam bibens. Matris Atheniensis toto vitæ tempore nil aliud quam myrti paululum edebat, & a vino cæterisque deliciis abstinebat: aquam enim bibebat. Polemon Academicus (ut Antigonus Carystius ait) a trigesimo ætatis anno ad mortem usque aquam bibit. Demetrius Scepsius Dioclem Peparethium usque ad vitæ exitum frigidam bibisse aquam asserit. Demosthenes autem Rhetor locupletissimus de se testis est, aliquod tempus solam aquam se bibisse dicens. Persarum Rex (ut Herodotus ait) Choaspis fluvii, circa Susam fluentis, aquam solum bibit, coctam tamen, quam levissimam ac suavissimam asserit. Polybius scribit secundum Ægypti Regem, cognomine Philadelphum, cum Antiocho Syriæ Regi Berenicem filiam uxorem dedisset, curasse, ne Nili aqua ipsi deesset: ut ex hoc flumine solo filia biberet. Heliodorus autem ait Antiochum Illustrem, quem ab actionibus Polybius *insanum* appellat, fontem in Antiochia existentem æque vino miscuisse: quod Midas Phryx a Theopompo fecisse dicitur, cum Silenum ebrium capere vellet. Est autem fons ipse, ut Bion ait, inter Medos & Pæones Inna nominatus. Staphylus literarum monimentis mandavit Melampodem omnium primum vinum diluere instituisse. Non oportet Carmanorum more propinare, inquit Posidonius: hi enim in conviviis se benigne excipientes, faciei venas solvunt, poculisque effusum sanguinem miscent: mutuum gustasse sanguinem, amicitiæ finem arbitrantes. Quo facto, ad nescio quid a potione repellendum, vinique vapores reprimendos, unguento maxime Rhodino, sive Melino caput collinunt.

Hippocrates in eo tractatu, qui *de Locis* inscribitur, aquarum optimas esse ait, quæcunque ex locis editis aridisque collibus defluunt: esse enim candidas ac dulces, parumque ferre vinum posse. Hyeme quoque tepescunt, & æstate frigidæ sunt. Eas autem maxime commendat, quæ ad solis ortum fluxum conversum habent: orientales enim limpidas, beneolenteis, ac leveis esse ait.

Quod autem alimentum insit aquæ, ex eo maxime constat, quod sola aqua quædam alantur animalia, ut cicadæ. Nonnulla etiam alia de liquidis alimentum afferunt; ut lac, prisana, vinum. Itaque infantes lacte vivunt, multæque gentes lac bibentes degunt. Fama est Democritum Abderiten, cum ob senilem ætatem a vita decedere constituisset, sibique in dies magis alimenta subtraheret, sacris Cereris instantibus, a domesticis rogatum mulieribus, ne in festo mortem obiret: quo id possent celebrare, exoratum, ut ad se mellis vas afferretur, jussisse, soloque mellis haustu dies Deæ consecratos pervixisse: nam melle plurimum Democritus oblectabatur. Interrogatusque, quonam pacto sane quispiam degeret; *Si interiora*, inquit, *melle, exteriora oleo madefaceret*. Pythagoricorum quoque cibus solus erat cum melle panis, ut Aristoxenus ait: eos dicens absque ullo morbo vitam degere, qui hæc sibi in prandio apponant. Lycus Cyrnios, Sardiniam incolentes, propterea diu vivere autumat, quod perpetuo melle vescantur, plurimum enim hoc apud ipsos nascitur. Sed de aquis jam satis dictum sit: nunc videamus, quibus appellationibus bellaria apud Græcorum vetustissimos dicerentur, quæque placentarum, ac saltationum, necnon & musicorum organorum nomina fuerint, coronarumque, quibus in conviviis utebantur, originem recenseamus.

CAP. V.

Epiphoremata quid? Bellaria quæ? Ea non edebant Lacedæmonii. Fructuum diversa genera. Cerasa quis primus in Italiam transtulit? Helena cur ab ovo genita existimatur? Mulieres ova pariunt. Malvæ utilitates. Quænam ad Venerem excitant: Veteres cerebrum non mandebant, & cur? Venerem inter lactucas Adonin condidisse cur dicunt Poetæ? Placentarum varia genera.

EPiphoremata ea dicuntur, ut ex Herodoto colligimus, quæ in secunda mensa apponuntur: ait enim in primo: *σιτίοις μὲν ὀλίγοισι χρέονται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖς*. Dionys. Tryphonis filius: *Apud Veteres*, inquit, *priusquam convivæ adessent, unicuique sua in mensa apponebatur portio, quæ postea afferebantur Epiphoremata nuncupabant*. Philyllius: *Quæ*, inquit, *post cœnam apportabantur, ut amygdalæ, nuces, & hujusmodi, Epiphoremata dicebantur*.

Metadorpia quoque & Tragemata, necnon & Pemmata, secundæ mensæ bellaria nuncupabantur, lepores quoque, & turdi cum mellitis, ut tradit Antiphanes. Apion & Diodorus, ut inquit Pamphilus, testantur, *ἐπάικλα*, quæ post cœnam dantur, bellaria nuncupari. Pemmata & tragemmata non edebant Lacedæmonii: quare Thasiis ad Agesilaum Lacedæmoniorum Regem ea mittentibus, non admisit. Cum boves & pecudes nonnullas accepisset, rogantibus autem Thasiis, ut ea quoque acciperet, *Date*, inquit, *Ilotibus*: quibus Lacedæmonii pro servis utebantur.

Nonnullos quoque arborum herbarumque fructus, qui Veterum mensis apponebantur, carptim recenseamus. *Δαμασκηνὰ κοκκύμηλα*, id est, *pruna Damascena*, a Damasco magna atque illustri civitate nomen acceperunt: quod in Damascenorum regione ob diligentem cultum suaviora copiosioraque quam alibi proveniant. Clearchus Peripateticus ait, Rhodios ac Siculos, nec non & Syracusanum Theocritum, brabyla pruna nominare: est autem hic fructus minor quidem prunis, gustu vero idem: ni aliquanto esset asperior. At Seleucus in *Linguis* brabyla, ela, coccymela, & madrya, eadem esse asserit. *Κεράσια*, hoc est, *cerasa*, Lucullus Romanorum imperator, qui Mithridatem ac Tigranem vicit, primus Cerasunte Pontica civitate in Italiam transtulit: primusque, ut nonnulli volunt, a cognomine civitate cerasa denominavit. At Diphilus Siphnius, Lucullo longe ve-

tustior, cerasorum meminit. Cerasus arbor, ut Theophrastus ait, ad quatuor supra viginti cubitorum magnitudinem excrescit. Asclepiades Myrleanus, in Bithynorum, inquit, regione chamæcerasus arbor nascitur, cujus fructu si quis affatim vescatur, ut vino gravatur caput, ac dolore afficitur: quod memæcyla quoque, hoc est, unedines arbuti fructus comedentibus accidit; nam si quis supra septem comederit, is capitis dolorem confestim patitur. Hinc est quod Plinius ait, Pomum esse inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi.

Præterea quod Græci appellant his duobus nominibus comaron & memæcylon, alio nomine arbutus vocatur: sed comaros, ut Theophrastus ait, arbor ipsa est, quæ fructum memæcylon nuncupatum fert. Tantum igitur comaros a memæcylo distat, quantum ab arbore fructus, hoc est, unedo ab arbuto.

At sycamina a cæteris appellata Alexandrei soli, inquit Athenæus, mora nominant, & a fici Ægyptiæ fructu differunt, quem sycomora appellant, quæ indigenæ paululum ferro scalpentes, in plantis omittunt, ventisque & maxime zephyris agitata, intra triduum adeo matura, odorataque ac gustu suavia fiunt, ut sensim in ipsis conceptum frigus, cum oleo rosaceo subactum, febricitantiumque stomacho impositum, plurimum conferat. Fert autem fructum hunc morus Ægyptia a ligno, non a fructiferis ramis. Sycamina autem ab Æschylo quoque in *Phrygibus* mora nominantur. Nicander in *Georgicis* mora ante cæteros arborum fructus apparere ostendit, & μορέαν ipsam arborem, ut etiam Alexandrini appellant, pueris tenellis blandimento esse asserit, quod prima suavissimorum fructuum proventum mortalibus nunciet. At Phanias Eresius, Aristotelis discipulus, sylvestris mori fructum, mora appellat. Parthenius, abryna, inquit, sunt sycamina, quæ nonnulli mora nominant. Attici, aliique scriptores, omneis arborum fructus, κάρυα, hoc est, *nuces*, communi nomine appellant. At Epicharmus per excellentiam nuces amygdalas nominat. Heracleon Ephesius, *Nuces*, inquit, *appellabant amygdalas*, & quæ nunc castaneæ dicuntur. Quædam etiam nuces κάρυα μοσχηνα nominantur.

Amygdalæ Naxiæ apud Veteres celebrabantur; præcipue enim in Naxo insula nascuntur: a cæteris quoque differentes in Cypro insula proveniunt: sunt enim oblongæ, & ad extremum inflexæ. Seleucus in *Linguis* Laconas ait myceros magnas nuces, tenios dulces appellare. Cæterum Amerias amygdalam myceram appellari tradit: amygdalamque prægustatam ad potum maxime inducere asserit. Eupolis: Δίδυ μασᾶσθαι Ναξίας ἀμύγδαλας, οἶνόν τε πίνειν Ναξίων ἀπ' ἀμπέλων, hoc est, *Da mihi Naxias mandendas amygdalas, Naxiumque vinum bibendum*. Nam vitis erat quædam Naxia nominata. Plutarchus autem Chæronensis ait apud Drusum Tiberii Cæsaris filium, medicum fuisse quendam, qui cum in bibendo omneis superaret, quinque aut sex amaras amygdalas ante potum gustare deprehensus est: quas prægustare prohibitus, ne modicum quidem sustinuit potum. Causa igitur erat amaritudinis vis, quæ humorem desiccaret atque absumeret. Dictæ autem sunt amygdalæ, ut Herodianus Alexandreus ait, παρὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὡσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλάς, id est, *quod in osse multas habeat scissuras*. Diphilus amygdala neutro protulit genere.

Lopima nonnulli nuces Ponticas appellant, inquit Nicander. At Hermonax & Timachidas in *Linguis* Διὸς βάλανον, hoc est, *Jovis glandem*, Ponticam nucem ajunt nominari. Heracleoticæ quoque nuces Jovis glandes dicebantur. Persicæ nuces non minus Jovis glandibus capiti officiunt. Diphilus basilicas quoque, id est, *regias*, nuces, capiti dolorem afferre asserit. Idem castaneas Σαρδιανὰς βαλάνους, id est, *Sardianas Glandes*, appellat. Philostratus in *Iconibus*, cum Διὸς βαλάνων, id est, *Jovis glandium*, meminisset, addit: ἃς θρέφει λειότατον φυτὸν ἐν ὀξεῖ τῷ ἐλύτρῳ, hoc est, *quas levissima nutrit planta in acuto putamine*. Unde colligere licet, Jovis glandeis castaneas appellasse.

Ἐρέβινθος quoque, hoc est, *cicera*, vel, ut Festus, *erviliæ*, inter bellaria recensentur, inhonora tamen, ac vilissima: candidæ tamen nigris meliores, & quæ buxei sunt coloris, ut Milesiæ iis quæ Creæ dicuntur. Nam Theophrastus erviliarum quasdam κρείους appellat. Frictis quoque erviliis vescebantur; & virides aridis, madidæ siccis præponebantur. Erviliarum autem inventum Neptuno adscribitur.

Lupinis quoque vescebantur, quos θέρμους appellant. Diphilus thermocyamos memorat, quos lysilaidas Lacedæmonii nominant, ut Polemon testatur. Zeno Cittiensis, asper atque iracundus adversus familiareis existens, cum aliquanto plus, quam satis esset, adbibisset, placidior ac lenior factus est. Interrogatus autem, quidnam sic ingenium mutaret; se idem quod lupini pati dicebat: illos enim, priusquam madefiant, amarissimos esse, potos vero ac madidos, dulceis ac mitissimos.

Phaselos sive Phaseolos virideis Lacedæmonii inter bellaria, Polemonis testimonio, apponebant.

Oleæ quoque inter secundæ mensæ cibaria recensentur, quarum alias drypeteis vocant Græci, ut legimus apud Eupolim: Latini drupas, ut Plinius testatur, incipiente bacca nigrescere. Diphilus oleas ait modici esse alimenti, capitique dolorem inferre: nigras etiam stomacho perniciosas, caputque gravare: at stomacho conferre, ventremque sistere, quæ colymbades appellantur. Thlastarum olearum, id est, *fractarum*, meminit Aristophanes, quæ, si nigræ fuerint, stomacho conferunt. Sunt & halmades oleæ, quæ, ut Hermippus ait, fœniculo condiuntur. Pityrides, ut Philemoni placet, dicuntur oleæ phaulæ, stemphylides vero nigræ. Cæterum drypeteis oleas ischadas quoque ac gergyrimos vocant, ut Didymus ait. Athenienses tritas oleas, stemphyla vocabant, inquit Athenæus: Brytea vero quæ a nobis stemphyla dicuntur, hoc est, *vinaceæ*.

Rhaphanides, hoc est, rhaphani, sic appellati, διὰ τὸ ῥαδίως φαίνεσθαι, id est, *quod cito appareant*: secundis & ipsi mensis apponebantur. Aplyti autem rhaphani dicebantur, quos & Thasios nominabant. Plato in *Hyperbolo* rhaphanidion diminutive dixit. Theophrastus in *Plantarum* tractatu rhaphanorum quinque esse genera tradit, Corinthium, Leothasium, Cleonæum, Amoreum, Bœotium: Leothasium vero a nonnullis Thracium vocari, & Bœotium suavissimum, specieque rotundum. In summa rhaphanos dulcissimos ait, quibus levia sint folia. Callias rhaphanida rhaphanum dixit. Pineæ nuces procul dubio secundæ mensæ adscribuntur. Mnesitheus Atheniensis medicus in libro *de Eduliis* conorum nucleos ostracidas appellat, nec non & conos: at Carystius Diocles πιτύϊνα κάρυα, hoc est, *pineas nuces*. Myndius vero Alexander pineos conos. Theophrastus arborem quidem πεύκην, id est, *pinum*, fructum vero conum nominat. Nonnulli coccalos, multi πυρῆνας, id est, *nucleos* sive *ossula*, appellant. Ὠά, id est, *ova*, inter bellaria recensentur. Anaxagoras in *Naturalibus* ait, quod gallinæ lac dicitur, id esse ovi albuginem. Sappho trisyllabum protulit:

Φατ;

Φασι δή ποτε Λύδαν ὤιον εὑρεῖν.

Hoc est,

Ajunt quandoque Ledan oion, (id est, *ovum*) *invenisse.*

At Epicharmus ὤεα dixit. Simonides quoque in *Jamborum* secundo ait.

Οἷόν τε χηνὸς ὤεον Μαιανδρίυ.

Id est,

Ut anseris ovum Mæandrii.

Ova autem non modo anemia vocabant, verum etiam hypenemia, id est, subventanea. Quæ apud nos in ædibus ὑπερῷα, id est, *tabellata*, nunc appellant, ὦϊα, inquit Clearchus, nominabant: quo factum esse ait, ut Helene, in hujusmodi domiciliis educata, ab ovo genita a multis existimetur. Haud recte autem Neocles Crotoniata ovum id a luna cecidisse dixit, ex quo Helenen genitam ferant: σεληνίτιδας enim, hoc est, *lunaticas*, ut ita dicam, mulieres ova parere, & illic genitos quindecuplo nobis majores esse, Herodotus Heracleotes scribit. Sorbilium ovorum meminit Nicomachus. Epænetus autem & Heraclides Syracusanus, pavonis ova cæteris præferunt, mox vulpanserina, postremo loco gallinacea constituunt. Μαλάχλω Græci, malvam nostri appellant, cui magnam inesse utilitatem Hesiodus dixit, quam Antiphanes non *malachen*, sed *molochen* enunciavit: ac scripsit: τρώγοντες μολόχης ῥίζαν, hoc est, *edentes malvæ radicem*. Κολόκυντα cucurbita est, quam Euthydemus Atheniensis libro *de Oleribus*, σικύαν Ινδικλὼ propterea nominat, quod ex India semen ejus delatum sit: at Megalopolitæ Sicyoniam appellant.

Menodorus Erasistrateus, cucurbitarum, inquit, alia est Indica, eadem quæ & sicya; alia colocynthe: & Indica quidem plurimum elixatur, colocynthe vero etiam assatur: & adhuc apud Cnidios cucurbitæ Indicæ appellantur. Hellespontii longas quidem sicyas vocant, rotundas vero colocynthas. Diocles autem ait cucurbitas quidem pulcherrimas in Magnesia nasci: nec non & rapam admodum ingentem, ac dulcem, & stomacho conferentem: in Antiochia vero cucumerem: at in Smyrne ac Galatia lactucam, rutamque Myris.

Μύκητες fungi e terra nascuntur, quorum alii esui sunt, alii perniciosi: hinc est, quod Ephippus ait: ἵν' ὥσπερ οἱ μύκητες ἀποπνίξαιμί σε, id est, *ut tanquam fungi enecem te*. Eparchides ait, Euripidem poetam Icarum Atticæ locum adiisse, & cum in agris mulierem quandam una cum filiis duobus, filiaque una, quod fungos edissent, decessisse vidisset, epigramma hoc composuisse:

Ὠ τ̃ ἀγήραντον πόλον αἰθέρος ἥλιε τέμνων,
Αρ' εἶδες τοῖον δ' ὄμματι πρόσθε πάθος;
Μητέρα, παρθενικλώ τε κόρλω, διστὼς τε συναίμυς,
Εν ταὐτῷ φέγγει μοιριδίῳ φθιμένυς.

Hoc est,

O minime senescentem ætheris secans polum sol:
Nunquid antea hujusmodi oculo vidisti malum?
Matrem scilicet, filiamque virginem, ac consanguineos duos,
Eodem fatali periisse die.

Pezitæ, fungorum species, pediculo carent, ut Theophrastus scribit. Speusippus in secundo *Similium* ait, Sion in aquis nasci: esse autem apio sylvestri folio simile: quocirca Ptolemæus secundus Euergetes Ægypti rex apud Homerum scribendum censet:

Αμφὶ δὲ λειμῶνες μαλακοὶ σίυ ἠδὲ σελίνυ.

quod sic cum apio non ἴα, id est, *violæ*, nascantur.

Hydna, hoc est, tubera, e terra sponte nascuntur, locis maxime arenosis: dicitur & Ceraunium, ut Theophrastus scribit. Eodem modo nascitur circa Cyrenem quod appellant Mison, dulce ad-

A modum & carnis odorem præseferens. Et quod nascitur in Thracia, Iston nomine: de his peculiare quid dicitur, ajunt hæc tunc maxime oriri, cum autumnales pluviæ, tonitruaque fiant.

Hydnophyllum appellatur herba, quæ, ut Pamphilus in *Linguis* ait, super Hydnis, hoc est, tuberibus, nascitur: unde tubera dignoscuntur.

Asparagi alii palustres, alii montani appellantur: quorum optimi minime feruntur, qui omnibus conferunt intestinis. Hortenses asparagi in Getulia, calami Cyprii crassitudine, duodecim pedum longitudine, nasci dicuntur. At in Libyæ **B** montibus, juxtaque oceanum, crassitudine quidem magnarum ferularum, longitudine vero viginti fere cubitorum proveniunt. Cratinus aspharagum nominat.

Cochlian, id est, limacem, Hesiodus φερέοικον, id est, *domiportam* appellat. Hic est quod Anaxilas ait, ἀπιςότερος εἶ τ̃ κοχλιῶν πολλῷ πάνυ· οἳ περιφέρυσ' ὑπ' ἀπιςίας τὰς οἰκίας, hoc est, *longe minus quam limaces cuiquam credis; quæ quod nulli fidant, domos circumferunt*. Nonnullæ de limacibus sesili dicuntur, ut Athenæus ait. Lacedæmonii limacem *semelon* nuncupant, ut Apellas scriptum reliquit. Apollodorus in *Etymologiarum* secundo, li- **C** macum nonnullas *colysideipnos* appellari tradidit.

Bulbos minime esse edendos, in Eubuli *Amalthea* Hercules censet. Alexis bulborum vim ad Veneris pruritum excitandum indicans, pinnæ, inquit, locustæ, bulbi, limaces, buccinas, ova usque adeo ad excitandam faciunt Venerem, ut nihil supra. Heraclides Tarentinus in *Symposio*, *Bulbus*, inquit, *limaxque, & ovum, atque hujusmodi, genitale semen efficere videntur*. Bulbi, ut Diphilus ait, haud facile coquuntur, multum tamen alimenti afferunt, stomachoque conferunt. Visum præterea hebetant, ac Venerem excitant. At proverbium extat, ὐδέν σ' ὀνήσει βολβὸς, ἂν μ' ἄλφιτα **D** ἔχῃς Quæ verba significant, *bulbos nihil omnino, ni farinam habueris, prodesse*. Sed qui basilici dicuntur bulbi, ad excitandam Venerem cæteris habentur præstantiores: post quos sunt, qui pyrrhi, hoc est, *rufi*, nominantur: candidi vero ac Libyci σκυλλώδεις, id est, *scyllacei* sunt. Omnibus autem deteriores Ægyptii. At quæ dicuntur bolbinæ, succo quidem sunt bulbis præstantiores, non ita tamen propterea stomacho conferunt, quod dulcescentem quandam habeant pinguedinem, atque ob duritiem facile secernuntur. Hujus bolbines Matron in *Parodis* meminit, quam nive esse candidiorem asserit. Phænias author est, in Taurica **E** Cherrhoneso adeo dulceis esse bulbos, ut crudi mandantur. Philemon fatuos per se atque amaros esse bulbos asserit, ni caseo, melle, sesamo, oleo, aceto, cepa, silphioque condiantur.

Turdi quoque, præsertim assati, primis addebantur mensis, quos Syracusani *cichelas* appellant. Aristoteles treis esse turdorum species tradit: quarum primam ac maximam picæ magnitudinem esse ait, ixophagumque, quod viscum manducet, nominari: secundam trichada merulæ æqualem: tertiam prædictarum minimam, illada nuncupari, quam nonnulli, ut Myndius Alexander scribit, tylada nominarunt: quam gregariam esse, & ut hi- **F** rundines nidos struere asserit. Menæchmus in eo, qui *de Artificibus* loquitur libro: Opusculum, inquit, Homero attributum, propterea *Epicichlides* inscriptum est, quod Homerus pueris id canens, turdos dono reciperet.

Sycalides quoque, hoc est, *ficedulæ*, mensis adhibentur: quarum duo genera sycalis, & melancoryphos: capiuntur autem ficuum tempore. Sycalides modo Ampelides, modo Ampeliones nominantur, ut Pollux author est.

Spinis præterea ac struthariis, hoc est, passerculis, nec non & sturnis, aliisque innumeris avibus vescebantur. Illud scitu non indignum: Veteres cerebrum minime solitos mandere, quod ipsi omnes ferme inessent sensus. Quod autem caput, veluti sacrum sacellum colerent, indicio est jusjurandum, quod per ipsum fit, sternutamentaque, quæ ut sacra adorabant, nec non & nutus, quo pacta confirmari solita, Homericus indicat Jupiter, εἰ δ᾽ ἄγε τοι κεφαλῇ ἐπινεύσομαι.

Piper quoque, & phyllas, hoc est, arida laurus, foliis adhuc vestita, myrrha, cypirosque, id est, gladiolus, & unguentum Ægyptium, εἰς τὸ προπότιον, id est, ut ita dicam, *in præpotionem*, adhibebantur.

Piper fructus est, ut in *Plantarum Historia* Theophrastus scribit. Ejus duo genera, unum rotundum, ut ervi putamen, subrutilum: alterum oblongum, nigrum, semina continens papaveracea, multo superiore validius, sed utrumque calefactorium: quo fit, ut venenis occurrant.

Oleum quoque mensis ut nunc adhibebatur. Samici olei meminit Antiphanes, quod reliquorum esse candidissimum asserit, Carici Ophelion. Montes Persici, ut Amyntas ait, terebinthum ferunt, ac lentiscum, nec non & nuces Persicas, ex quibus olei multum regi conficiunt. In Carmania (ut Ctesias author est) acanthinum conficitur oleum, quo rex delinitur. Olei præterea ὠμοτριβὰς appellati in *Odorum* libro meminit Theophrastus, e pravis oleis atque amygdalis id fieri asserens. Amphis vero olei Thuriis confecti, ut a cæteris differentis, mentionem facit.

Gari meminit Cratinus: quod nomen masculini esse generis, Æschylus his verbis indicat, καὶ τὸν ἰχθύων γάρον. Pherecrates ταριχηρὸν. id est, *salitum*, dixit garum. Plato ἐν σαπρῷ, id est, *in putrido*, inquit, *garo immergentes me suffocabunt*.

Ὄξος, id est, *acetum*, Attici solum condimentorum speciem appellant. Chrysippus philosophus Ægyptium ac Cnidium acetum pulcherrimum esse ait. Aristophanes in ea comœdia quæ *Plutos* inscribitur, *Aceto*, inquit, *madidus Sphettius*: quod Didymus Interpres fortasse ab Aristophane dictum ait, quod Sphettii ingenio sunt acuto. Meminit & aceti Cleonæi, ut quod ab aliis differat. Heraclides Tarentinus in *Sympofio*, acetum, inquit, ut exteriora quædam confirmat, sic & quæ in utero tumida sunt, discutit, quod in nobis varii misceantur humores. Decelicum quoque acetum admirationi erat, cujus meminit Alexis. Vas, quo acetum continetur, oxybaphum appellant.

Quid de peponibus dicam, nonne & ipsi mensas adeunt, quos Cratinus σικυὸς σπερματίας, hoc est, *cucumeres seminarios*, appellat. Phænias, aliique quamplurimi, peponem a cucumere distinguunt.

Thridax, id est, lactuca, Thridacine ab Atticis appellatur, lactucas Strattis Thridacinidas dixit. Nicander Colophonius in *Linguarum* secundo ait, lactucam brenthina Cypriis nominari, quam cum Adonis gustasset, ab apro interemptus est. Callimachus quoque ait, Venerem in lactucis Adonin condidisse. Allegorice innuentibus poetis, eos ad Venerem esse imbecilles qui lactucis assidue vescantur. At Cratinus scribit Venerem Phaonis amore captam, in pulchris eum condidisse lactucis. Marsyas vero junior in viridanti hordeo, Pamphilus in *Linguis* ait Hipponacten Tetracinen lactucam nuncupasse. Cinaræ, id est, cardui, asparagi, modo jure decoctæ conviviis adhibentur. Hoc nomen modo neutri, modo fœminini generis invenitur. Legitur & Cinaros apud Sophoclem in *Phœnice*:

Κίναρος ἀκανθα πάντα πληθύει γύλιν.

Hoc est,

Cinarus spina omne complet jugerum.

Quem Sophoclis locum, cum Didymus Grammaticus interpretaretur, *Nunquid*, inquit, *cinarus spinæ* τὴν κυνόσβατον, hoc est, *caninam sentem*, significat, quod spinosa, asperaque sit planta: Pythia namque ξυλίνην κύνα. id est, *ligneam canem*, ipsam appellavit. Unde cum Locrus oraculum accepisset, ut ibi urbem conderet, ubi a lignea cane morsum accepisset: a canirubo tibiam perstrictus urbem condidit. Est canirubus inter fruticem & arborem, ut Theophrastus ait, rufumque habet fructum punicæ similem.

Phænias autem in *Plantarum* quinto cactum Siculam quandam ac spinosam appellat plantam, quam nonnulli eandem esse, quę & cinara, suspicantur. Est & Cinaros insula, cujus Semus meminit.

Est inter esculenta & Palmæ ἐγκέφαλος, id est, *cerebrum*, quem Dioscorides Eucardion, hoc est, medullam nominat. De quo Xenophon in *Ascensus* secundo hæc dicit: *Hic milites palmæ cerebrum primum comederunt, multique tam speciem, quam suavitatis proprietatem admirabantur.* Magnum tamen capiti dolorem inducebat: sed jam hæc omittamus.

Πλακοῦς placenta est: quod quidem nomen ἐκ τοῦ πλακόεις per contractionem deducitur. Optimæ in Pario Hellespionti civitate fiebant placentæ: nec non in Samo: unde πλακουντοποιὸν Samon appellat Sopater. Ἄμης placentæ genus, inquit Athenæus, quæ per diminutionem ametiscus quoque apud Iones dicitur. Diaconion species est placentæ. Ἀμφιφῶν placenta est Dianæ dicata: habet autem in gyro faculas accensas. Τοὺς βασυνίας placentas Hecatæ dicant Delii, in Irene insula, ut inquit Semus. Est autem triticea farina cum melle elixata. Et quæ appellantur Coccora ischas, & nuces tres Strepti & πέλανα, placentarum nomina sunt. Epichyton placentam esse Attaniten appellatam inquit Pamphilus. Κρῆτον placenta est, quam Argivi a sponsa ad sponsum ferunt: torretur autem in prunis, & ad eam vocantur amici. Apponitur cum melle, ut Philetas memorat. Glycinas placenta est apud Cretenseis, dulci & oleo constat, ut in *Linguis* refert Seleucus. Encrides placenta est ex oleo cocta, ac deinde melle illita, unde ἐγκριδοπώλης, qui eas vendit. Epicyclios placenta sic cognominata apud Syracusanos, cujus meminit Epicharmus. Guros placentæ species, cujus in *Jambis* mentionem facit Solon. Crimnites placenta est, ex ordeo confecta. Stætitas placenta, quæ adipe & melle constat. Charisios quoque nomen est placentæ. Nanos panis πλακουντώδης caseo atque oleo confectus. Itrion placentula est tenuis, ex sesamo & melle. Amoras dulciaria appellari Philetas ait. Ταγηνίτης placenta est in oleo frixa. Elaphos placenta, farina, melle, & sesamo constat: sic denominata quod cervorum venationibus subigatur. Nastos placentæ species, condimentis referta.

Choria, esculenta sunt melle & lacte confecta. Amorbites placentæ species apud Siculos. Sesamides placentæ rotundæ, melle, sesamo, & oleo confectæ. Heraclides Syracusanus in *Thesmophoriis* dicit, condiri ἐφήβαια γυναικεῖα ex sesamo & melle, quæ per universam Siciliam myli appellantur, & in spectaculis circumferuntur. Echinos quoque species est placentæ. Corylisci placentæ quædam sunt (ut Heracleon Ephesius refert) ex tertia chœnicis parte confectæ. Est autem chœnix nonnullis quædam modii species; Moschopulo vero quadragesima octava pars modi. Chœrinæ inter placentas annumerantur, quarum in libro *de Placentis* meminit Iatrocles, ut & illius quoque placentæ nomine πυραμοῦντος, a placenta py-

ramide appellata differre dicens, quod hæc ex tritico contuso & melle madefacto subigeretur: hæ autem in præmium illi darentur, qui ἐν ταῖς παννυχίσι pervigilasset. Chrysippus Tyaneus in eo libro, qui *Artocopicus* inscribitur, species ac genera placentarum hæc refert: Tarentinon, Crasianon, Sicelicon, Clustron, Julianon, Apicianon, Canopicon, Perlucidion, Cappadocicon, Hedybia, Marypton, Plicion, Guttaton, Montianon: hanc placentam, inquit, ex vino & caseo subiges: fit enim suavior. Clustron Cœrianon, Clustron Tuttaton, Clustron Taborianon: Mustacia ex mulso, Mustacia sesamata, Clustron porion, Gosglo-anion, Paulianon. Ex caseo autem fiunt (ut idem Chrysippus ait) placentulæ hæ: Enchytos, Scirbæteffos, Bicyllos, Spira, Lucolli, Argyrotryphema, Libos, Circos, Æxaphas, Oryzites, Φθοΐς, Catillos, a Romanis ornatus dictus, Ostracites, Attacitæ, Amylon, Tyrocossinon, Hypotyrides, Gastrin Cretenses appellant placentam ex nucibus Thasiis, amygdalis, papavere, melle & sesamo confectam. Pancarpia placenta est apud Alexandreos: Πόλτυ placentæ meminit Alcman. Sed de bellariis ac placentis satis sit dictum.

CAP. VI.

Saltationum plurima genera. Satyrica poesis ex quibus constabat? Quot ejus saltationes? Armatæ saltationes quæ? Impudicæ quales? Saltationum primus auctor.

NUNC ad saltationum nomina transeamus, quę ut variæ diversæque erant, ita variis ac multiplicibus appellationibus nominabantur. Apud Cretenses hæc fuere saltationum nomina, Orsites, Epicredios, Apocinos, quam postea Mactrismon appellatam multæ saltabant mulieres, quas Mactypias nominabant. Quæ vero stabiliores erant, ac magis variæ, simplicioremque præsefereb ant motum, appellabantur Dactyli, Jambice, Molossice, Emmelia, Cordax, Sicinnis, Persice, Phrygios, Nicatismos, Thracios, Calabrismos, Telesias, Macedonica fuit saltatio, qua utentes οἱ περὶ Πτολεμαῖον Alexandrum Philippi fratrem occiderunt, ut tradit Marsyas. Insanæ sunt saltationes Cernophoros, Mongas, & Thermaystris.

Erat & vulgaris saltatio Anthema vocitata: hanc saltantes hoc dicebant: Πȣ̃ μοι τὰ ῥόδα; πȣ̃ μοι τὰ ἴα; πȣ̃ μοι τὰ καλὰ σέλινα; πȣ̃ μοι τὰ δ᾽ἶτα ῥόδα, τὰ δ᾽ἶτα ἴα, τὰ δ᾽ἶτα καλὰ σέλινα; Apud Syracusanos Dianæ cognomento Chitoneæ, peculiaris est quædam saltatio, καὶ αὔλησις. Erat & Ionica saltatio Parœnios. Noverant & Angelicam Parœnion. Erat & alia saltatio, Κόσμȣ ἐκπύρωσις cognominata, cujus in *Symposio* meminit Menippus.

Joculares ac ridiculosæ sunt saltationes, Igdis, Mactrismos, Apocinos, Sobas, Morphasmos, Glaux, Leo, ἀλφίτων ἐκχύσεις, hoc est, *farinarum effusiones*, κρεῶν ἀποκοπὴ, hoc est, *carnium abscissio*, Stœchea, & Pyrrhiche. Ad tibias autem saltabant τὴν τȣ̃ κελεύσȣ, & quam Pinacida nuncupabant.

Schemata sunt saltationis, Xiphismos, Calathismos, Callacides, Scops, Scopeuma. Erat autem Scops considerantium quiddam, extremam manum super fronte incurvantium. Telesias saltatio est militaris, a Telesio quodam sic denominata, qui (ut Hippagoras tradit) omnium primus eam armatus saltavit. Satyrica saltatio, ut ait Aristoteles, Sicinnis cognominatur, & Satyri Sicinnistæ. Sunt qui velint Sicinnum barbarum hujusce fuisse saltationis inventorem. Alii Cretensem fuisse Sicinnum autumant. Nam Cretenses saltatores egregii fuere, ut Aristoxenus inquit. Scamon vero in primo *Inventorum* ait Sicinnen ἀπὸ τȣ̃ σείεσθαι dictam fuisse, primumque hanc saltasse Thersippum. Pedum, quam manuum, prius inventa est agitatio: nudabant enim Veteres pedes potius in certaminibus ac venationibus, quam manus. Cretenses celeres, quia venatores. Sunt qui dicant Sicinnem dictam poetice ἀπὸ τῆς κινήσεως: quam Satyri saltabant celerrimam existentem. Non habet *pathos* hæc saltatio, διὸ ȣ̓δὲ ἀναδύνει. Constabat enim omnis satyrica poesis ex choris, ut & tragœdia: quocirca nec histriones habebat. Tres autem sunt scenicæ poesis saltationes, Tragica, Comica, Satyrica. Lyricæ quoque poesis æque tres habentur saltationes, Pyrrhiche, Gymnopædice, Hyporchematice.

Similis est autem Pyrrhiche Satyricæ: utraque enim celeritatem exigit. Pyrrhiche autem bellica videtur esse saltatio: armati namque pueri eam saltant. Gymnopædice vero Tragicæ haud dissimilis est saltationi, quæ Emmelia nuncupatur. In utraque enim spectatur gravitas ac severitudo. At Hyporchematice adeo exacte refert Comicam, quæ Cordax dicitur, ut utraque ab altera nihil pene differat: sunt enim ludis jocisque refertæ saltationes. Aristoxenus ait Pyrrhichen a Pyrrhicho Lacone denominatam. Quod (ut inquit Athenæus) propterea non videtur esse absurdum, quod bellica sit saltatio, & Lacones semper habiti sint bellaces, quorum filii τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνȣσι, quæ & enoplia dicuntur; & ipsi Lacones Tyrtæi poemata canentes numerosum faciunt motum. Sunt qui velint, inquit Ephæstion, Pyrrhichen a Pyrrho denominatam, quippe qui ex equo saliens ligneo, hymnum Epinicion Pyrrhichio metro constantem composuerit. Cinesias dithyrambus poeta Pyrrhichen fecit, (ut Suidas testatur) quod celeri ac multo uteretur in choris motu. Pyrrhiche, inquit Athenæus, apud solos nunc celebratur Lacedæmonios, perinde atque belli præludium. Nam omnes Spartani a quinto anno discunt πυῤῥιχίζειν, hoc est, *Pyrrhichen saltare*. Quæ autem nunc est Pyrrhiche Dionysiaca, vetustiore illa placidior esse videtur: nam saltantes thyrsos pro hastis ferunt, ferulisque se invicem petunt, lampadasque gestant.

Similis autem est Gymnopædicæ saltationi, quæ a Veteribus Anapale dicta est: nudi enim in ea pueri saltant. Pyrrhiche appellatur etiam Chironomia: Hyporchematice autem est, in qua canens chorus saltat. Elegantissimi porro illi modi sunt quos saltant, nimirum Prosodiaci, qui & Apostolici, & Parthenii dicuntur. Armatæ saltationes sunt, inquit Pollux, Pyrrhiche, & Telesias; duobus Cretensibus saltatoribus cognomines, Pyrrhicho videlicet ac Telesio.

Erat & Xiphismos & Podismos, [illegible], quod *lumbrum turpiter circumagere* significat. Erat & Comos saltatio, & Tetracomos Herculi dicata, & bellica, & Comastice, pugnam ac plagas habens, & Hedycomos, & Cnismos, nec non & Oclasma; ita namque in *Thesmophoriazusis* appellatur saltatio Persica ac contenta, quam eandem & Hygram nominant.

Erat & Phalica saltatio Dionysi causa, nec non & Callinicos Herculis, Thracica saltatio, & Carica, quæ & ipsa armata erat. Cidaris saltatio erat σπȣδαῖα, hoc est, *seria* ac *gravis*, apud Arcadas, apud Sicyonios ἀλητὴρ, quæ & in Ithaca eodem nomine appellatur, ut Aristoxenus ait.

Multarum præterea saltationum meminit Pollux, inter quas est Baucismos, Bauco saltatori

cognominis, & Abratis. Bactriasmos autem & Apocinos, a lumborum circumductione, lascivæ atque impudicæ erant saltationes, & Strobilus. Mothon vero molesta ac nautica saltatio. Geranon multi in restem connexi saltabant, ducibus utrinque capita tenentibus, quam omnium primus Theseus circum aram Deliam, ad exitus Labyrinthi æmulationem, saltaverat.

Erat & Dipodia Laconica saltatio, & Gingras ad tibiam, chorea tibiali cantui cognominis: Hecaterides autem & Thermaystrides concitatæ erant saltationes, oportebat enim super humero calcitrare. Bibasis præterea species erat Laconicæ choreæ, cujus præmia non pueris tantum, sed & puellis proponebantur. Opus enim erat salire pedibus, nates attingere, ac saltus adnumerare. Pinacidas autem saltabant, pinacas fortasse ferentes. Nam Cernophoros saltatio κέρνα, hoc est, *craticulas*, ferebat. Ionicam autem Siculi Dianæ maxime saltabant. Angelica nunciorum habitus imitabatur. Morphasmus variorum imitatio erat animantium. Scops quoque, quæ & Scopias dicitur, species erat saltationis ad avium æmulationem, colli habens circumductionem. Leon vero terribilis erat saltationis species, nec non & Sileni, & Satyri, & Ithymoi in honorem Dionysii. Caryatides vero Dianæ, & Baryllica ab inventore Baryllicho denominata, quas mulieres Apollini ac Dianæ saltabant. Hippogynes scipionibus senes imitabantur. Gypones vero ligneis fustis incedentes, pellucida Tarantinide induti saltabant. Menes saltatio erat athletæ inventori cognominis. Tyrbasia Dithyrambica erat saltatio. Lamproteram nudi oratione turpi ac procaci saltabant.

Erant & Mimetice, Sime, Chirocalathiscos, Thermaystris, Cybisteſis, saltationum species. Rhea omnium prima, tam apud Corybantes in Phrygia, quam apud Curetes in Creta choreas fertur instituisse, ut Lucianus in tractatu *de Saltatione* testatur, quem si legeris, & quæ sit Hormos saltatio, & quanti apud omneis fere nationes semper fuerint saltationes, percipies. Sed de Saltationibus jam satis dictum sit. Nunc ad harmoniam, musicorumque organa, nostrum convertamus sermonem.

CAP. VII.

Harmoniæ quot? Græcorum quot genera? Sophistæ quinam dicti? Quis primus harmoniam tibiis cecinit? Sambyce quale instrumentum? Citharam quis primus excogitavit? Barbiton quis adinvenit? Monochordum quorum inventum? Varia instrumenta musica recensentur.

HERACLIDES Ponticus lib. III. *de Musica*, ait, non oportere harmoniam vocare, neque Phrygiam, neque Lydiam. Tres enim esse harmonias: tria namque fuisse Græcorum genera, Dores, Æoles, Iones. Dorica harmonia fortitudinem præsefert, τὸ μεγαλοπρεπές. Æolica animi elationem, τὸ γαῦρον. Ionica nec florida est, nec hilaris, sed austera & aspera.

Sophistas appellabant Veteres, inquit Athenæus, omnes, qui musica arte utebantur. Nam omnis Græcorum sapientia musicæ erat quam maxime dedita: hinc est quod Homerus majorem in suo poemate euphoniæ quam metri rationem habuisse dicitur. Pronomus Thebanus omnium primus (ut Athenæus testatur) tibiis cecinit harmoniam.

Sambyce (ut Masurius author est) musicum est instrumentum, acutam habens vocem. Euphorion tradit Parthos ac Troglodytas quatuor chordarum Sambyce usos. Est præterea Sambyce machina quædam bellica, ad expugnandas urbeis accommodata, quam Moschus esse Romanam fatetur; excogitatam tamen ab Heraclide Tarentino. Sambycæ, inquit Suidas, organa erant musica triangularia, ad quas jambos canebant.

Est & Jambice species triangularis citharæ, quam Ibycus omnium primus excogitavit. Addit Suidas, σάμβυκες εἶδος μηχανήματος πολιορκητικοῦ. Sambyce primam usam Sibyllam inquit Semus Delius, a Sambyce inventore sic denominata.

Magadis (ut Aristarchus litterarum monimentis mandavit) genus est tibiæ; cui Ion Chius adstipulatur, cum dicit in *Omphale*:

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Anacreon vero non tibiam, sed citharæ speciem esse Magadim his verbis testatur, ψάλλω δ' εἴκοσι χορδαῖσι μαγάδιν. Tryphon in secundo *de Onomasiis* ait:

Ο δὲ μάγαδος καλούμενος αὐλός.

Et rursus, Magadis acutum ac gravem præsefert sonum. Μαγαδίζειν *Magadi canere* significat, ut Theophilus testatur. Πηκτὶς eadem est quæ & Magadis, ut Aristoxenus & Menæchmus Sicyonius fatentur. Phillis tamen Delius eas inter se differre ostendit. Menæchmus ait Sappho, quæ Anacreonte vetustior fuit, primam Pectide usam. Duris Magadim vult nominatam ἀπὸ Μάγδιος Θρᾳκός. Apollodorus in ea, quam ad Aristotelem dedit, epistola scribit Magadim esse, quod nunc psalterium dicimus. Crembala musicum est instrumentum, quod digitis plectitur; unde κρεμβαλίζειν est eo personare.

Barbiton invenit Terpander, ἀντίφθογγον Lydiæ pectini, ut Pindarus ait, quod & Barymiton dicitur, ut Pollux testatur. Phœnix organum musicum, quo in cœnis Thracum Reges utebantur. Tripos instrumentum musicum, cujus meminit Artemon, sic nominatum, quod Delphico tripodi esset perquam simile; usum autem triplicis citharæ præstabat. Cynura species est lyræ; unde Cynuras Cypriorum Rex opulentissimus musices studiosus, qui ab Apolline superatus est, nomen accepit, ut Suidas testatur.

Psalterium, inquit Suidas, musicum est instrumentum. quod & Naula dicitur. Epigonion quadraginta habebat chordas, ut inquit Pollux, quemadmodum & Simicon quinque & triginta. Nomen autem accepit ab inventore Epigono, genere Ambraciote, qui omnium primus absque plectro pulsavit. Monochordum Arabum est inventum: Thrichordon Assyriorum, quod ipsi Panduram appellant: Pentachordon Scythæ excogitarunt. Erat autem loris junctum bubulis, in quo pulsando caprarum ungulæ plectri vicem obtinebant. Psithyra Libycum est inventum, maximeque Troglodytarum, cujus facies triangularis visebatur. Hanc nonnulli nihil ab Ascaro differre existimant. Hoc autem erat quadrangulari ac cubitali forma, distentas habens chordas, quæ circumvolutæ sonum edebant crotali similem.

Pelyx quoque non solum galeæ est conus, sed & musicum instrumentum. Scindaphos quoque inter musicorum organa numeratur, nec non & Pariambos, Clepsiambos, Lyrophœnicion, Spadix, Phorminges, Trigona, Chelys, Cithara, Lyra, & alia fortasse quamplurima, quorum investigationem aliis relinquamus, nostraque ad coronarum originem convertatur oratio.

Cap. VIII.

Coronam quis primus invenit? Janus æs primus signavit. Qua de causa coronæ repertæ? Quænam coronabant Veteres? Corona triplex. Naucratitarum coronarum origo. Ex quibus confectæ? Vitex cur inter coronamenta annumeretur? Tonea quænam sacra? Coronamenta diversa mulierum. Coronæ & unguenta mensis secundis adbibita.

JANUS, inquit Athenæus, qui apud nos deus appellatus est, pater omnium primus, στέφανον, hoc est, *coronam*, adinvenit, quod in tractatu *de Lapidibus* Draco Corcyrensis sic scribens testatur: Bicipitem Janum fuisse fama tenet: unde & Janus fluvius, & mons Janus, quod ibi habitaverit, denominatus. Hunc primum coronam invenisse, rates ac navigia excogitasse, æneum numisma signasse ferunt. Quocirca nonnullæ, tam Græciæ, quam etiam Italiæ ac Siciliæ, civitates, in altera stipis parte personam bicipitem, in altera ratem, vel coronam, vel navem imprimunt. Is cum in Italiam majorum rerum cupidus trajecisset, collem juxta Romam situm, & a suo nomine *Januclum* denominatum habitavit. Hæc Draco. Ovidius tamen (ut lectorem id obiter admoneamus) Janum in *Fastis* aliam facit reddere rationem, cur navis forma æs signetur. Ait enim:

Hac ego Saturnum memini tellure receptum:
Cælitibus regnis a Jove pulsus erat.

Aristoteles in secundo *Amatoriorum*, & Aristo Peripateticus, genere Chius, de coronarum inventione hæc referunt. Veteres ob eum, quem a vino capitis dolorem patiebantur, tempora obviis quibusque vincire vinculis auspicati sunt, cum id plurimum ad sedandas capitis perturbationes conducere videretur. Addiderunt deinde temporibus ornamenta quædam symposiis peculiaria, coronamque machinati sunt. Quidam nimio potu caput dolens, inquit Andreas, ipsum vinxit, sensitque capitis vinculum doloris esse remedium. Quare cœperunt hoc auxilium potionibus adhibere. Hederacea autem corona utebantur, quod & obvia esset, & ob virentia folia & corymbos aspectu jucunda, frontemque obumbraret, & intensiones in nectendo pateretur: præterea quod citra gravem odorem refrigeraret. Melius tamen, ac vero similius est, (inquit Athenæus) caput, propterea quod omnes ibi sint sensus, corona insigniri, quam quod tempora tegi ac colligari, contra vinolentiam remedio sit. Coronabant autem, ut author est Anacreon, & frontem, & pectora, & eadem unguentis deliniebant, quod ibi sit cordis sedes. Coronas, quibus collum cingebant, σεφάνȣς ὑποθυμιάδας nuncupabant, ut Alcæus testatur. Et Anacreon πλεκτὰς ὑποθυμιάδας περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθετο. Æschylus in *Prometheo soluto* aperte ostendit homines in Promethei honorem sertis uti solitos, ut coronæ illæ ipsius vinculis opponerentur.

Aristoteles in *Symposio* ait: Nihil mutilum ac diminutum diis offerimus, sed integra omnia atque absoluta. Coronatio autem plenitudinem quandam significat. Homerus:

Κȣ̃ροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.

Quod Virgilius imitatus dixit *Æneid.* II.

—— *Et vina coronant.*

Quocirca in luctu contrarium omnino facere consuevimus: quippe qui nosmetipsos, & crinium tonsura, & coronarum depositione mutilamus.

Triplici autem unusquisque utebatur corona: quarum duæ ex rosis conficiebantur, tertia Naucratites appellabatur: cujus originem Polycharmus Naucratites, in libro *de Venere*, sic refert XXIII.

A Olympiade, Herostratus civis noster, negociator, cum Cypro appulsus esset, Veneris ἀγαλμάτιον σπιθαμιαῖον, hoc est, *imagunculam dodrantalem*, artis vetustissimæ opus, mercatus est Paphi, quam cum Naucratim in patriam veheret, adeo ingens est orta circa Ægyptum tempestas, ut, ubi locorum essent, nautæ penitus ignorarent. Omnes itaque ad Veneris simulacrum salutem orantes confugerunt. Quibus precibus permota dea, erat enim Naucratitis propitia, omnia sibi adjacentia in myrtos repente convertit viridantes, totamque navim suavissimo replevit odore, salutemque nautis præ-B stitit. Quare in patriam, hoc est, Naucratim, reversus Herostratus, simulacrum illud una cum myrtis, quæ repente in navi apparuerant, in Veneris templo dicavit; ad epulasque convocatos amicos, myrtho coronavit, eamque coronam Naucratiten appellavit. Sunt qui velint Naucratiten coronam eam esse quæ fit ex sampsuco, quod flos hic plurimum in Ægypto proveniat.

Nonnulli λύγῳ, hoc est, *vitice*, coronantur, ut est apud Anacreontem. Tenarus ait λύγον esse rusticorum coronam. Cur autem inter coronamenta vitex annumeretur, Menodorum Samium audias Latine per me recitantem: Admete Eurysthei C filia, Argos cum fugisset, in insulam Samum trajecit, ibique Junonis templi, a Lelegibus ac Nymphis prius conditi, curam suscepit. Quare indignati Argivi pecuniarum pollicitatione Tyrrhenis piratis persuaserunt, ut Junonis simulacrum de templo auferrent: sperantes fore, ut si hoc fieret, Admete mali aliquid a Samiis pateretur. Tyrrheni, templum sine foribus offendentes, perquam facile simulacrum rapuerunt. Verum cum, & velis, & remis, e portu solvere frustra niterentur, divino id fieri numine rati, rursus statuam e navi tollentes in littore collocarunt, & libis placata dea, formidine pleni inde abierunt. Cæterum Admete D mane simulacrum abesse conspicata, dimissis inquisitoribus, id ipsam in littore λύγȣ, id est, *viticis*, ramis, a Caribus existimantibus sponte simulacrum eo fugisse, convolutum invenit, solutumque basi iterum in qua prius fuerat imposuit. Quamobrem singulis annis simulacrum ad littus ferunt, sacraque ibi faciunt, quæ Tonea propterea nuncupantur, quod συντόνως, hoc est, *contente*, & *arcte*, vinctum fuerit simulacrum. Datum est postea Caribus oraculum, ut λύγῳ, id est, *vitice*, caput coronarent, quo deæ vinxerant simulacrum.

Ægyptiæ loti geminus est color, inquit Callixenus Rhodius, quorum alter rosæ similis est, ex E qua corona contexitur, quæ *stephanos Antinoios* dicitur: alter est cyaneus, unde confecta corona lotina. Pyleon nomen est coronæ (ut Pamphilus inquit) quam Lacones Dianæ imposuerunt. Iaccham coronam esse apud Sicyonios testatur Timachidas in *Linguis*. Ellotida vocari coronam, ait Seleucus in *Linguis*, ex myrto confectam, viginti cubitorum ambitu, qua Europes ossa in Ellotiorum festo in pompa feruntur: ipsam enim Europen Ellotida nuncupabant. Celebrantur & Corinthi Ellotia.

Thyreatici stephani vocantur apud Lacedæmonios ex palma arbore, ut inquit Sosibius, moni-F mentum victoriæ in Thyrea partæ, ψιλινȣ̀ς vero postea nominatos. Melilotinarum coronarum meminit Alexis. Timachidas ait coronamenta varia, quæ ferunt mulieres, sic appellari.

Hypothymides, & hypothymiades coronæ erant apud Æoles, & Iones, quas ponebant circa collum, ut ex Alcæi & Anacreontis scriptis est colligere. Philetas tradit Lesbios hypothymiada nominare myrti ramum, circa quem violas aliosque flores contexebant.

Cylifton ftephanon celebrant Archippus & Antiphanes. Struthion ftephanon memorat Afclepiades: texitur autem flore, qui *ftruthium* dicitur, cujus meminit Theophraftus in fexto *de Plantis*. Pothos nomen eft coronæ, ut ait Nicander Colophonius in *Linguis*, & fortaffe, inquit Athenæus, a flore *potho* appellato, cujus meminit in fexto Theophraftus. Floret autem verno tempore. Egidion ftephanon memorat Eubulus. Valde varium præterea, [illegible], ἢ μυρρίνης [illegible], id eft, *[illegible], vel myrto confertas coronas*. Erant & ex philyra confectæ coronæ, ut Xenarchus teftatur dicens:

—— Φιλύρας εἶχε [illegible]
Ὁ παῖς [illegible].

Unde Horatius lib. 1. *Carm.* od. ult.

Difplicent nexæ philyra coronæ.

Sunt apud Alexandreos ftephani heliéri nuncupati. Choronon ftephanon Apion celebrat, fic denominatum, quod hiftriones in theatris eo coronarentur. Acinnii ftephani dicuntur, ut Andron medicus teftatur, qui ex acide planta contexuntur. *Xu-daiω* [illegible] mentionem facit Comicus, ait enim:

Στε[illegible] [illegible].

Timachidas florem effe quendam fcribit, *Ornεον* nomine, mollem, candidum, perquam pulchrum, malo fimilem, quem Thefeus maxime dilexit. Ex eo flore Ariadnes coronam contextam fuiffe dicunt.

Coronarum unguentorumque ad convivia aditus fecundis afferibebantur menfis, ut Nicoftratus tradit. Philoxenus tamen Dithyrambicus poeta epularum principium facit effe coronas. Pectori circumpofitas coronas [illegible] pothymiadas appellant poetæ, inquit Athenæus, [illegible] αὐτῶν ἀναθυμιάσεις, id eft, [illegible], non quod animi [illegible] vocetur, ut nonnulli fufpicati funt. Sed de coronis jam fatis fit dictum. Nunc ad unguenta, quæ coronas comitantur, noftra convertatur oratio.

CAP. IX.

Unguenti nomine quis primus ufus? Unguenta [illegible] olim [illegible]? Ea plurima adducuntur. Eorumdem [illegible]. Viri ne unguenta venderent quis prohibuit? Unguenta qui conficerent a Lacedæmoniis ab urbe fua expellebantur.

CHRYSIPPUS ait, τὰ μῦρα, hoc eft, *unguenta*, nomen accepiffe ἀπὸ τῆς μετὰ πολλῆς [illegible] [illegible]θαι. Archilochus omnium primus, τῷ τοῦ μύρου ὀνόματι, id eft, *unguenti nomine*, ufus eft, dicens, οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ᾽ ἠλείφετο. Myra unguenta apud Æoles dicuntur, quæ & fmyrna, quod maxima unguentorum pars fmyrna conficeretur. Quæ autem ftacte nuncupatur, fola confiftat fmyrna, ut inquit Athenæus.

Unguentorum alia floribus conficiuntur, ut Rhodinon, Leucoinon, & Sufinon, hoc enim liliis conftat. Item Sifymbrinon, & Herpyllinon. Alia foliis, ut Myrrhinum & Oenanthinon. Alia radicibus, ut Irinon, & Nardinon, & Amaracinon ex cofto.

Fiunt autem unguenta pro locorum qualitate præcipua, ut inquit Apollonius: Irinum in Elide, quod iris ibi optime proveniat; Rhodi non Phafelide Neapoli, & Capuæ; Crocinon e Solis Ciliciæ civitate, & in Rhodo; Nardinon Tharfi; Oenanthinon in Cypro; Amaracinon, & Melinon in Co infula; Panathenaicon Athenis Metopion vero, & Mendofion optimum in Ægypto conficitur. Fit autem Metopion ex amararum nucum oleo. Unguento Ægyptio pedes ungebant & crura; Phœnicino malas & mammas; Sifymbrio utrumque brachium; Amaracino fupercilia & comam; Herpyllino genu & collum.

Baccaris nomen eft unguenti apud nonnullos comicos, cujus meminit & Hipponax: βακκάρει δὲ τὰς ῥῖνας ἤλειφον. Æfchylus tamen baccarim ab unguento diftinxit dicens: ἐγώγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μῦρα. Sardianon cofmon pro unguento pofuit Ion. Brenthii unguenti meminit Pherecrates: βασιλεῖον vero, hoc eft, *regalis*, Crates; utriufque Sappho.

Plangonion unguentum eft quoddam apud Polemonem, a Plangone quodam inventum; μεγαλεῖον unguentum eft, ut inquit Sofibius, fic cognominatum a quodam Megalo Siculo, vel, ut quidam volunt, Athenienfi. Sagdas unguentum eft, cujus meminit Epilycus. Solon lege cautum voluit, ne viri unguenta venderent. Lacedæmonii (ut Athenæus ait) eos ab urbe fua expellebant qui unguenta conficerent, quod videlicet oleum perderent, ut & infectores quod lanarum candorem corrumperent. Certum eft, inquit Plinius, Antiocho rege, Afiaque devictis, urbis anno quingentefimo fexagefimo quarto, P. Licinium Craffum, C. Cæfarem Julium cenfores edixiffe, ne quis venderet unguenta exotica: fic enim appellaverent. Sed de unguentis fatis, reliqua apud Plinium legito. Noftra vero jam ad Parafitos, qui cœnas aucupantur, convertatur.

CAP. X.

Parafiti nomen olim honeftum. Eorum officium. Eorum item duo genera. Qualem parafitum primum [illegible] Homerus? Parafiti plurimi afferantur.

PARASITI nomen, ut Polemon ait, nunc quidem turpe eft atque infame, apud prifcos vero parafitum facrum effe quid invenimus & convivæ ac fodali fimile. In Cynofarge igitur, in Herculis templo columna quædam eft, in qua Alcibiadis eft decretum: in quo de Parafiti appellatione fic dicitur. [illegible] *facerdos cum Parafitis [illegible]*. Crates quoque in *Linguæ Atticæ* fecundo ait: Et Parafitus nunc quidem pro re infami ponitur, prius vero Parafiti appellabantur, qui ad facrum deligendum frumentum eligebantur. Eratque quoddam Parafitorum prætorium, quocirca in regis lege fcripta hæc erant, ut rex curaret, quonam pacto magiftratus conftituerentur, parafitique de populis deligerentur. Ariftoteles in *Methonæorum politia*: Bini, inquit, fingulis erant Magiftratibus parafiti, Polemarchis vero unus; conftituta autem & a quibufdam aliis, & a pifcatoribus obfonium accipiebant. Hunc autem, qui nunc Parafitus dicitur, Caryftius Pergamenus ab Alexide primum inventum ait, cum non meminiffet Epicharmum, ἐν Ἐλπίδι, ἢ Πλούτῳ, parafitum ad cœnam adduxiffe. Primus autem Homerus, ut nonnulli ajunt, parafitum induxit Podem, Hectori convivalem amicum appellans.

Alexis ἐν Κυβερνήτῃ, duo effe dicit parafitorum genera: unum a comicis exagitatum: alterum fatrapas, & infigneis duces, quos *Semnoparafitos* nominatos ait. Diodorus Sinopenfis: Alias, inquit, arteis deorum nullus indicavit, fed viri fapientes: τὸ δὲ παρασιτεῖν, hoc eft, *parafitari autem*, Jupiter Philios invenit, qui deorum eft maximus. Tithymalli parafiti meminit in *Milefia* Alexis. Corydi parafiti meminit Timocles, qui & rideri, & ridicula femper dicere cupiebat. Hunc Eucratem proprio nomine appellatum Lynceus Samius tradit. Fuit & Philoxenus parafitus, cujus mentionem in *Cecryphalo* facit Menander, *Pternocopida* ipfum ap-

pellans. Moschionem parasitum *Paramaseten* Alexis nominat. Chærephontis parasiti meminit in *Cecryphalo* Menander. Sed de Parasitis dicere finem faciam, & nostra jam ad delitiosos, mollissimosque, ac luxui maxime deditos convertetur oratio, ut inde quæ apud Veteres insignes fuerint meretrices recenseamus. Quæ omnia usque adeo inter se copulata, coacta, concretaque sunt, ut vix separari, ac sejungi possint: nam sine Cerere & Baccho friget Venus.

Cap. XI.

Hercules fuit mollissimus ac delitiosissimus. Balineæ cur eidem dicatæ? Persæ & Medi omnium maxime voluptatibus dediti. Susa urbs unde dicta? Aqua aurea ubi? Quinam ex ea bibebant? Solium Regum Persarum quale? Quinam primi mulieres emascularunt? Ancillæ nudæ Tyrrhenis ministrabant. Apud eosdem mulieres erant communes. Eorundem mores. Siculorum dapes quæ? Sybaritarum delitiæ incredibiles. Iidem immanissimi fuerunt. A quibus deleti? Japyges unde oriundi? Eorum mollities. Siris civitas unde dicta? Quinam primi legibus usi? Populi mollissimi ac delitiosissimi recensentur. Sardanapali monumento quid inscriptum? Cotyis Regis Thracum dementia. Ejusdem factum in uxorem suam. Themistoclis varia instituta. Philosophos de regno suo Antiochus exegit. Cimonis Atheniensis largitas. Allium quibus interdictum?

Quare ut hic quoque ab Hercule exordium sumamus, Megaclides increpat poetas, qui post Homerum Hesiodumque fuere, quicunque Herculem exercitus ducem fuisse, urbeisque expugnasse cecinerunt: quippe qui dum inter mortaleis versatus est, delitiosissime vixerit; multas uxores duxerit, & ex quamplurimis virginibus clam vitiatis filios susceperit. Hinc est, quod omnes calidæ balineæ humo erumpentes Herculi dicatæ produntur, strataque mollissima Herculis cubilia nominantur. Antisthenes voluptatem bonum esse cum dixisset, addidit, τὴν ἀμεταμέλητον, id est *quæ non sit pœnitenda*.

Persæ ac Medi omnium maxime voluptatem coluerunt. Quod Persarum capiti imponebatur, ex myrrha, labyzoque constabat, inquit Dinon. Est autem labyzos odorata, myrrhaque preciosior. Persarum reges voluptatis causa Susis hibernabant: Ecbatanis æstatem, Persepoli autumnum agebant: reliquum anni tempus Babylone versabantur. Dicta sunt autem Susa, ut inquiunt Aristobulus & Chares, διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου, hoc est, *pulchritudine loci*, atque *amœnitate*. Nam Græcorum lingua σοῦσον *lilium* dicitur. Chares Mitylenæus in quinta *de Alexandro* historia: *Eo*, inquit, *delitiarum Persarum reges deducti sunt, ut super lecti regii caput domicilium pentaclinon haberent, in quo auri talentorum quinque millia jacerent, quod quidem* βασιλικὸν προσκεφάλαιον, hoc est, *regius pulvinus dicebatur. Et ad pedes alterum triclinon, ubi argenti tria millia essent talentorum, quod regium hypopodion appellabatur. Erat & super lecto vitis aurea, cui, ut Amyntas ait, erant racemi lapillis preciosissimis acinorum vice distincti, & baud procul aureus crater, Theodori Samii opus.*

Agathocles inquit, aquam esse apud Persas auream nuncupatam, ex qua soli reges & liberorum natu maximus biberent: cum reliquis inde bibere capitale esset; εἶναι δὲ λιβάδας ἑβδομήκοντα. Μηλοφόροι dicebantur Persarum regis lectissimi ac nobilissimi satellites, mille numero, sic appellati, quod ἐπὶ τῶν συράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, id est, *in*

A *bastis aurea mala haberent*. Hanc μηλοφορίαν a Medis Persas accepisse tradit Clearchus. Psilotapides Sardiani Persarum regi per aulam incedenti substernebantur: per quos nemini transire præterquam regi licebat. Solum, cui Persarum rex insidens jus dicebat, aureum erat; quod quatuor aureæ columnæ preciosissimis compactę lapillis circumsteterunt.

Lydi omnium primi mulieres εὐνούχισαν, hoc est, *emascularunt*, & eorum primus Andramytes rex; quibus pro eunuchis utebatur, ut Xanthus Lydius testatur. Ἁγνεῶνα nuncupabant Lydi ab actione locum, in quem ductas alienas virgines vitiabant, ut in *quarto* Clearchus refert. Quod cum passa esset Omphale; B postquam imperium est consecuta, ut injuriam acceptam ulcisceretur, nobilium Lydorum virgines in eo cum servis conclusit loco, ubi vitium sibi illatum fuerat. Unde rei acerbitatem verbis lenire studentes Lydi γυναικῶν ἀγῶνα, γλυκὺν ἀγῶνα, ipsum appellabant locum.

Omnes Lydi tibiarum ac fistularum sono usque adeo capiebantur, ut ad earum sonitum in bellis struerentur acies, inquit Herodotus. Lacedæmonii quoque ad tibias in hosteis impetum faciebant, ad lyram Cretenses. Lydorum mulieres obvio cuique se faciles præbebant, quod & Locrorum Epizephyriorum, ac Cypriorum fœminæ fecisse produntur. C

Thuriferæ regionis rex, ut inquit Heraclides, ὁ Κυμαῖος, maxima fruitur libertate, nemini subditus; in balineis summis cum delitiis versatur, nullo penitus implicitus negotio; paucorum admodum utitur consuetudine; judices ipse declarat, quos si quis perperam sententiam protulisse existimaverit, catenam de summæ regiæ fenestra pendentem quatit: tunc rex causam audit, judices necantur, si male judicaverint: at si recte, qui catenam moverit, occiditur. Quindecim talenta Babylonica quotidie in regem & ejus mulieres, atque amicos expenduntur.

D Tyrrhenis nudæ ancillæ ministrabant, ait Timæus. Lege sancitum apud eosdem erat (ut inquit Theopompus) ut mulieres essent communes, & gymnasia cum viris frequentarent; nec turpe fuisse, si nudæ spectarentur; cœnasse eas non cum viris suis, sed cum quibuscunque contigisset, & quibuscunque voluissent permanere; Tyrrhenos educasse pueros, cujus essent omnino ignorantes; in propatulo nihil, nec facere, nec pati, turpe fuisse apud eos. Omnes ad Hesperum habitantes Barbari pice ad evellendos totius corporis pilos utebantur. Erant apud Tyrrhenos quamplurimæ officinæ, hujusque rei artifices, ut apud nos tonsores, ad quos accedentes quoquoversum se illis E præbebant, nec prætereuntes, spectatoresque verebantur. Præ delitiis autem Tyrrheni ipsi, ut Alcimus testatur, ad tibiam καὶ μάττουσι, καὶ πυκτεύουσι, καὶ μαστιγοῦσι.

Siculorum mensæ, utpote delitiosæ, omnium rerum copia exuberantes, celebrantur, qui & mare sibi propinquum esse fatentur dulce, eoque conditis eduliis maxime oblectantur, ut in *Vitarum* quinto memorat Clearchus.

Sybaritæ tantis fuisse dicuntur immersi delitiis, ut nullam omnino fabrorum artem, quæ sonum, strepitumque ederet, in urbem admitterent: ne F quid esset, quod somnum perturbaret. Quin ne gallum quidem in Sybaritarum urbe alere licebat; homunculis, Melitensibusque oblectabantur catellis, & Milesio vellere confectis vestibus utebantur. Equos ab tibias saltare instituebant, quod cum Crotoniatæ animadvertissent in prælio adversus Sybaritas tibiis usi superiores extitere. Eodem stratagemate, ut Charo Lampsacenus tradit, Bisaltæ Cardinos profligarunt. Nam Bisaltarum dux Onaris apud Cardianos serviverat, noveratque eos in

ſympoſiis equos ita ſaltare docuiſſe, ut poſterioribus inſiſtentes pedibus, anterioribus tripudiarent.

Heraclides Ponticus in libro *de Juſtitia*, impium hoc ac truculentiſſimum Sybaritarum facinus memorat. Nam cum, inquit, Telios tyrannidem tolleret, omnes conſiliorum ejus participes comprehenſos ad aras interfecerunt: quam impientiſſimam ac nefandiſſimam cædem & Junonis eſt ſimulacrum averſatum, & ab ipſo ædis pavimento ſanguinis fons emanavit: quare ut eam ſanguinis ſcaturiginem ſiſterent Sybaritæ, totum æneis feneſtris contiguum operuere locum. Quod profecto in cauſa fuit, ut Sybaritæ penitus everterentur: cujus everſionis aliam quidem, ſed ſceleris impietate ab hac paululum diſſentientem, cauſam refert Athenæus. Sybaritæ, inquit, triginta Crotoniatarum legatos interfecerunt, & eorum corpora ad muros contriverunt, & a feris dilaniari permiſerunt, quod malorum ſuorum extitit initium. Nam paucis poſt diebus, Sybaritarum omnes proceres eadem nocte per quietem videre Junonem in medium forum profectam, χολὴν, hoc eſt, *bilem*, evomuiſſe. Scaturiit præterea ſanguinis fons in ejus templo: nec tamen ſuam prius ſuperbiam, ac deorum contemptum contudere, quam omnes a Crotoniatis deleti ſint.

Tarentini adeo molles fuere, ut totum lævigaverint corpus, pilorumque evulſionem cœteris oſtenderint. Pellucentibus utebantur indumentis, quibus nunc, inquit Clearchus, mulierum vita deliciatur. Unam Japygum civitatem cum evertiſſent, pueros ac puellas, virgines, mulierefque omneis adhuc ætate florenteis in templa τ̃ Καρβινατῶν coegerunt, & interdiu nuda omnibus corpora dabant ſpectanda. Itaque non ſolum hominibus, verum etiam, quod ipſi fortaſſe non ſuſpicabantur, diis inſpicientibus, ſtuprum puellis inferebant. Quare indignatis ſuperis, qui tale facinus commiſerant, omnes fulmine icti pœnas dedere. Unde effectum eſt, ut adhuc Tarenti, inquit, ſingulæ ædes, tot habeant ante fores columnas, quot viri ab illa in Japyges expeditione ſe domum receperunt: ad quas, quo illi tempore deſiderati ſunt, parentant defunctis, ἔτε τὰς νομίμυς χέονται χόας, ἀλλὰ θύυσι Διὶ Καταιβάτῃ.

Japygum genus ex Creta eſt oriundum, ut Athenæus refert. Uſque adeo autem molle extitit, ac delitioſum, ut nihil agere ſibi turpe putaverint, multique eorum ampliora ſibi atria, quam deorum eſſent templa, conſtruxerint. Quare cum eorum principes deos quoque negligerent, de cœlo icti ſunt. Quorum prognati ad cutem uſque abraſi, lugubrique induti veſte, omniumque, quibus antea exuberaverant, bonorum indigi vitam poſtea traxere.

Sirin Italiæ civitatem incolentes, quam primum qui a Troja venerant, deinde Colophonii (ut Timæus & Ariſtoteles ajunt) tenuere, in tantam inciderunt molliciem, ut ne Sybaritis quidem cederent. Nam ἀνθινὰς χιτῶνας ferebant, quos latis cingebant mitris, unde a finitimis μιτροχίτωνες appellabantur, quod Homerus τὰς ἀζώςυς ἀμιτροχίτωνας nuncupet. Dicta eſt autem Siris (ut Timæus & Euripides in *Menalippe* teſtantur) a muliere quadam nomine Siride; ut vero Archilochus fatetur, a flumine nomen acccepit.

Mileſii, quandiu delicias contempſerunt, & Scythas bello ſuperarunt, ut ait Ephorus, & in Helleſponto civitates condidere, & Euxinum pontum inſignibus ornarunt urbibus. Poſtea vero quam voluptatibus delitiiſque ceſſerunt, totum effluxit robur. Unde adagium illud omnibus notiſſimum emanavit: Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Divites, ac populares, quos *Gergithas* appella-

A bant, inteſtina pernitioſaque inter ſe exercuerunt bella. Itaque populares, expulſis divitibus, eorum liberos in aream congeſtos bobus tradidere conculcandos, καὶ παρανομωτάτῳ θανάτῳ διέφθειραν. Contra divites ſuperiores facti, quoſcunque de popularibus cœperant, pice illitos combuſſerunt. Quo facto, & multa alia dicunt accidiſſe prodigia, & ſacram oleam ſponte exarſiſſe. Quocirca eos Deus diu ab oraculo expulit, interrogantibus cauſam reſpondit,

> Καί μοι Γεργίθων τε φόνος μέλει ἀπτολεμίςων,
> Πισσήρων τε μόρος καὶ δένδρον ἀειθαλές.

B Scythæ (ut inquit Clearchus) primi legibus communibus uſi, poſtea ob delicias atque incontinentiam, omnium mortalium infortunatiſſimi extitere. Ionia delicioſa fuit, & καλλιτράπεζος, ut Diocles teſtatur. Colophonii cum ſe deliciis dediſſent, cum Lydis amicitias contraxerunt: adeoque temulentiæ inſerviebant, ut multi, nec orientem, nec occidentem ſolem cernerent. Ombrici, qui & Ombri (ut Stephanus ait) dicuntur, in ſinu Adriatico habitantes, haud ſecus ac Lydi deliciis (ut Theopompus ait) inſervierunt. Pharſali omnium hominum otioſiſſimi. Reliqui præterea Theſſali ob-

C ſoniis ſtudebant, ut idem teſtatur Theopompus. Zacynthii bellorum expertes, propter nimiam bonorum affluentiam, inquit Agatharchides.

Perſarum regum molliſſimi fuere, præcipue Ninyas, Nini & Semiramidis filius, qui a nemine, præterquam ab eunuchis ſuis ac mulieribus, viſebatur. Et Sardanapalus Anacyndaraxæ, vel (ut alii volunt) Anabaxari filius, qui cum, & corporis mollicia, & oculorum laſcivia, omneis fœminas anteiret, ab Arbace Medo præfecto ſuo ſuperatus, pyram in regia tanquam domicilium ſtruxit: in qua ſe, cum uxore & pallacis, lectos aureos CL. totidemque aureas menſas, χρυσᾶς μυριάδας χιλίας, καὶ

D ἀργύρυ μυρίας μυριάδας ταλάντων, καὶ ἱμάτια, καὶ πορφυρας, καὶ στολὰς παντοδαπὰς, combuſſit; cum rebus jam deſperatis, duas filias ac treis filios & aureorum talentorum tria millia, εἰς Νίνον πρὸς τ̃ ἐκεῖ βασιλέα præmiſiſſet. Hujus ſepulchro inſcriptum erat: Σαρδανάπαλος Ἀνακυνδαράξεω Ἀγχιάλω ἔδειμε καὶ Ταρσὸν μιῇ ἡμέρῃ, ἀλλὰ νυῦ τέθνηκε.

Erat & in Nino civitate aliud Sardanapali monumentum, in quo, ut Amyntas refert, Chaldaicis litteris hæc impreſſa legebatur inſcriptio: Ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τῦ ἡλίυ φῶς ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃ ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβο-

E λὰς, καὶ κακοπαθείας, καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξυσι τὰς ἀπολαύσεις, διὸ κἀγὼ ἡμέραν ὐδεμίαν παρέλιπον τῦτο ποιῶν.

Alia præterea ejuſdem Sardanapali ſepulchri inſcriptio Aſſyriis conſcripta litteris fuiſſe traditur, quod haud procul ab Anchiale, quam uno die ipſe condiderat, erectum erat: Ἔσθιε, πίνε, παῖζε, ὡς τ' ἄλλα τύτυ ὐκ ἄξια, τῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν. Nam Ariſtob. inquit ſuper Sardanapali monumento fuiſſe, τύπον λίθινον συμβεβληκότα τ̃ δεξιᾶς χειρὸς τὺς δακτύλυς, ὡς ἂν ἐπικροτῦντα.

F Sed quid mirum eſt Perſas tantis affluxiſſe voluptatibus, cum apud Athenæum legatur præmium apud eos proponi ſolitum, ſi quis novam excogitaret voluptatem.

Androcotus Phrygius adeo erat delitioſus, ut floridam indueret veſtem, ſeque muliere decentius exornaret, ut Mnaſeas teſtatur. Ariſtoteles in Xenocratem, qui nedum mingeret quidem priapum tangebat, dixit: χεῖρες μὲν ἁγναὶ, φρὴν δ' ἔχει μιάσματα, id eſt, *manus quidem puræ, ſed mens habet pollutionem*. Annarus regis præfectus, ac Babylonis princeps, ut Cteſias refert, veſte ac mundo utebatur

A batur muliebri. Cœnabat centum ac quinquaginta mulieribus canentibus. In Nini monumento hæc erat inscriptio, ut inquit Phœnix poeta Colophonius:

Εγὼ Νίνος πάλαι ποτ' ἐγενόμην πνεῦμα·
Νῦν δ' οὐκ ἔτ' οὐδέν· ἀλλὰ γῆ πεποίημαι.
Εχω δ' οκόσον ἔδαισα, χ' ὠκόσ' ἤεισα,
Χ' ὠκόσ' ἐράσθην·
Τὰ δ' ὄλβι ἡμέων δήιοι συνελθόντες
Φερουσιν, ὥσπερ ἔριφον ὠμὸν αἱ Βακχαί·
Εγὼ δ' ἐς ᾅδην οὔτε χρυσὸν, οὔθ' ἵππον,
Οὔτ' ἀργυρῆν ἅμαξαν ᾠχόμην ἕλκων.
Σποδὸς δὲ πολλὴ χ' ὠ μιτρηφόρος κεῖμαι.

B Strato Sidonius (ut refert Athenæus) omneis mortaleis delitiis superavit. Nam ad se formosissimas quasque meretrices accersebat, quarum consuetudine ad tibicinarum, psaltriarum, citharistriarumque cantum fruebatur.

Cotys Thracum rex (ut Theopompus ait) universos Thraciæ reges, petulantia, lascivia, delitiisque antecessit. Unde in tantam incidit dementiam, ut & convivium paraverit, & thalamum ornaverit, tanquam Pallas sibi esset nuptura. Expectabat autem, ebrius factus, deam, & jam de mente penitus amotus misit de satellitibus quendam in thalamum, ut an dea venisset sibi nunciaret. C Qui cum nondum venisse retulisset, ab eo sagittis confossus est, item secundus, donec tertius regis temulentiam animadvertens, jam diu deam eum expectare nunciavit. Uxorem nimia in eam zelotypia a pudibundis incipiens dilaniavit.

Idomeneus tradit Hippian atque Hipparchum Pisistratidas, θαλίας καὶ κώμους adinvenisse. Quocirca, cum & equis & cæterarum rerum copia exuberarent, effectum esse, ut eorum imperium grave ac molestum Atheniensibus videretur.

Pericles Olympius (ut inquit Heraclides Ponticus) voluptati inserviens. cum Aspasia Megarensi meretrice, exacta uxore, habitabat, maximamD que bonorum suorum partem, ut ejus procacitati obsequeretur, profudit.

Themistocles, cum adhuc Athenienses ebrietatem ac meretrices nequaquam admisissent, per frequentissimum Ceramicum matutino tempore, τέθριππον ζεύξας ἑταιρίδων ἤλασεν, hoc est, *cum meretricularum quadrigas junxisset, vectus est*; quod esse ambiguum Idomeneus tradit. Nam ex his (inquit) verbis duplex potest erui sensus; sive quod quatuor, pro equis, ad currum junxerit meretriculas; sive quod in currum, quatuor equis tractum, admiserit meretriculas, cumque his per medium E vectus fuerit Ceramicum.

Posis in tertio *Magnaticorum*: Themistocles, inquit, in Magnesia stephanephoron magistratum instauravit, ac Palladi sacra fecit, idque festum Panathenæa nuncupavit. Dionysio præterea Choopotæ sacrificavit, & Choorum festum ibi quoque ostendit. Struxerat Themistocles pulcherrimum triclinium, ut Clearchus memorat, maximoque afficiebatur gaudio, cum amicis id refertum cernebat.

Alcibiades (inquit Satyrus historicus) in Jonia quidem cum esset, delitiosior videbatur. Thebis vero cum in gymnasiis corpus exerceret, ipsis Thebanis magis Bœotius. At in Thessalia, cum & F equos aleret, & aurigandi studio teneretur, Alevadis habitus est equestrior. Inter Spartanos fortitudinem ac tolerantiam cum exerceret, omneis Laconas superabat. Ad multum ætatis comam nutrivit. Calciamenta autem παρηλλαγμένα ferebat, quæ ab ipso Alcibiades appellabantur. Si quando peregre mittebatur, sociis civitatibus tanquam ministris utebatur, quarum Ephesii scenam Persicam, Chii equorum alimenta suggerebant: Hostias ad sacrificia, viscerationesque Cyziceni præstabant: Vinum vero, cæteraque ad victum quotidianum necessaria Lesbii sumministrabant. Clypeo utebatur auro atque ebore confecto, in quo insignis erat Cupido, κεραυνὸν ἠγκυλημένος, hoc est *fulmen incurvans ac flectens*. Pherecrates de Alcibiade loquens ait:

Οὐκ ὢν ἀνὴρ γὰρ Αλκιβιάδης, ὡς δόκει,
Ανὴρ ἁπασῶν τῶν γυναικῶν ἐστὶ νῦν.

Id est,

Cum Alcibiades vir non esse videretur.
Nunc omnium vir est mulierum.

Cum a nonnullis Alcibiades increparetur, quod Timææ Agidis Lacedæmoniorum regis uxori stuprum intulisset, nulla id se nequitia intemperantiaque fecisse respondit: sed ut qui ex se esset genitus, Spartanis imperaret: nec ab Hercule amplius, sed ab Alcibiade Spartani reges oriundi dicerentur. Hic cum Atheniensium esset imperator, Timandram Laidis Corinthiæ matrem, nec non & Theodoten Atticam meretricem, secum ducebat.

Chrysogonus stola indutus Pythica tunc τὸ τριηρικὸν tibia canebat: cum Alcibiades purpureis demissis velis, jussisque remigibus remis incumbere, navibus coronatis, ob victos Lacedæmonios Pyræeum portum ingrediebatur, dictum est hoc a nescio quo, inquit Athenæus: *Nec duos Lysandros ferre posse Spartam, nec duos Alcibiades Athenas.*

Pharax Lacedæmonius deleciis maxime deditus fuit. Archidamus quoque Lacon deliciosus extitit. Isanthes rex eorum Thracum, qui Crobyzi nominantur, deliciis sui temporis homines superavit. Callias ille Atheniensis, qui in tantis deliciis, tot circumseptus adulatoribus, vixit, coactus est tandem una cum ancillula barbara vitam agere, & in summa rerum inopia decedere.

Alexander Magnus, ut Ephippus ait, sacris vestibus in symposiis utebatur. Nam modo Ammonis habitum induebat, modo Dianæ, nonnunquam Mercurii, sæpe leonis pellem, clavamque ferebat, ut alter Hercules videretur. Inspergebat Alexander pavimentum, tam preciosissimis unguentis, quam vino bene olenti.

Clitus Aristotelicus in his quæ *de Mileto* scribit, Polycratem ait Samium tyrannum in tantis vixisse deliciis, ut undecunque ad suas explendas voluptates aliquid conduceret, canes ex Epiro, capras ex Scyro, ex Mileto oveis, ex Sicilia sueis. Alexis præterea scribit Polycratem in Samum caneis Molotticas, & Lacænas capras ex Scyro & Naxo, oveis ex Mileto & Attica. Is cum primus naveis struxisset, a patria Samias (inquit Athenæus) denominavit.

Alcisthenes Sybarita præ deliciis hujusmodi vestem Reipub. composuit, ut in Lacinio, cum Junonis sacra fierent, proposita, quo universa Italia concurrebat, maxime omnium, quæ proposita sunt, admirationi cunctis fuerit: quam Dionysius prius assecutus, Carthaginiensibus centum & viginti vendidit talentis, ut Aristoteles ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις tradit.

Smindyriden Hippocratis filium Sybaritam mille coci καὶ ὀρνιθευταὶ sequebantur, (inquit Herodotus) cum ad Clisthenis Sicyoniorum tyranni filiæ desponsationem navigaret. Satyrus Peripateticus, de junioris Dionysii deliciis loquens, ait Πληρῦσθαι παρ' αὐτῷ τριακοσίων κλινῶν τοὺς οἴκους ὑπὸ τῶν εὐωχουμένων.

Dionysius Dionysii ac Doridis Locrensis filius universæ Siciliæ ἀλάστωρ, ut inquit Clearchus: cum ad Locrensium civitatem venisset, serpyllis ac rosis amplissimam totius civitatis domum constravit, Locrensiumque virgines vicissim arcessebat: cum quibus denudatis nudus ipse super stratis volutatus, nihil omnino turpitudinis intemperatum relinquebat. Quare non multo post, qui injuriam acceperant, ejus uxorem, liberosque

comprehensos, in vita statuerunt, omneque contumeliæ genus in eos exercuerunt: qua demum exsaturati, acubus sub ungueis præfixis, interfecerunt: & ut in defunctos quoque sævirent, eorum ossa in mortariis contuderunt, carnesque reliquas partiti, eos, qui non degustassent, execrati sunt: reliquias in mare projecerunt. Ipse vero Dionysius τέλος μητραγυρτῶν δὲ τυμπανοφορούμενος: οἴκτρως τὸν βίον κατέστρεψεν.

Geloni κολυμβήθραν Agrigentini septem stadiorum latitudinis, & viginti cubitorum altitudinis struxerunt, in quam tum flumina, tum fontes confluebant, eratque variis piscibus referta ac cygnis. Κέρας Ἀμαλθείας locus est, inquit Duris, quem struxit Gelo in nemore amœnissimo, juxta Hipponium civitatem. Μῦθος quoque (ut Silenus Calatianus inquit) nomen est horti circa Syracusas, maximis impensis structi, in quo Hiero rex jus dicere consueverat. Tota autem Panormitis Siciliæ regio κῆπος, id est, *hortus*, nuncupatur quod (ut inquit Callias) tota sit domesticis arboribus referta.

Damophilus autem Siculus, per quem bellum servile motum est, delitiis ac maleficiis inserviebat. Demetrius Phalereus, ut in decimosexto *Historiarum* inquit Duris, mille ac ducentorum talentorum singulis annis dominus factus, cum pauca admodum in milites, ac Reipub. administrationem erogaret, cætera omnia ob innatam sibi intemperantiam dilapidabat. Moschion, Demetrii cocus, biennio tantum divitiarum ex reliquiis cœnarum sibi concessis adeptus est, ut treis continuas domos compararit. Idem Demetrius Theognim puerum cum summa cæterorum puerorum zelotypia dilexit. Lucullus Romanus duorum regum, Mithridatis & Tigranis, divitias consecutus, delitiosus est factus, inquit Athenæus. Sittius quoque apud Romanos delitiis ac mollitie insignis extitit, ut ait Rutilius.

Parrhasius autem pictor, purpurea indutus veste, aureaque vinctus corona, incedebat, ut Clearcus in *Vitis* refert. Is operibus a se perfectis inscribebat:

Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετὴν τε σέβων, τάδ' ἔγραψεν.

Hoc est,

Deliciose vivens vir, & virtutem colens, hæc pinxit.

In multis id quoque addidit:

Παῤῥάσιος κλεινῆς πατρίδος ἐξ Ἐφέσου.

Id est,

Parrhasius ex inclyta patria Epheso.

Is cum in Samo adversus inferiorem certasset, ac victus esset, amicis, ob eam rem mœrorem præseferentibus, inquit: *Ego quidem id parvifacio, doleo tamen Ajacis vicem, quod secundum ab indigno fuerit superatus.*

Aristippus Socraticus, Cyrenaicæ sectæ conditor, in summis vitam agebat deliciis. Laidis meretricis consuetudine aperte utebatur, de qua dicere consueverat: ἔχω, καὶ οὐκ ἔχομαι, *habeo, nec habeor*.

Speusippus quoque Platonis cognatus, scholæque ejus successor, φιλήδονος, hoc est, *voluptatis amator*, erat: cui, ut apud Athenæum legimus, Dionysius tyrannus avaritiam, nec non & Lastheniæ Arcadicæ, quæ Platonem audiverat, amorem objicit.

Quantopere autem Epicurus corporis voluptatibus deditus fuerit, ex ejus dictis unicuique facile datur intelligi: Ἀρχὴ δὲ ῥίζα παντὸς ἀγαθοῦ ἡ τῆς γαστρὸς ἡδονή, καὶ τὰ σοφὰ τὰ περιττὰ ἐπὶ ταύτην ἔχει τὴν ἀναφοράν. Quæ verba significant: *Principium ac radicem omnium esse bonorum, ventris voluptatem, omnemque sapientiam ad eam referri.* Præterea cum de fine loquitur ait: Τιμητέον τὸ καλὸν, καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰ τοιουτρόπα, ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ· ἐὰν δὲ μή, χαίρειν ἐατέον. Hoc est, *Venerari debemus, honestum, & virtutes, & id genus reliqua, si nobis voluptatem præparant: sin minus, valere sinamus.* Unde non immerito Alcium & Philiscum Epicurios ab urbe expulerunt Romani, Posthumio consule, quod voluptates prædicarent. Quid enim homini turpius esse potest, quam quod pecudum est, ventri ac gulæ inservire?

Messenii quoque, ut apud Athenæum est legere, Epicurios publico decreto exegerunt.

Antiochus autem rex omneis de regno suo abegit philosophos. Lycon Peripateticus, ob nimiam arrogantiam, in maxime illustri civitatis loco, in Cononis domo, εἰκοσίκλινον habebat οἶκον, qui πρὸς τὰς ὑποδοχὰς maxime erat accommodatus. Fuit autem Lycon, σφαιριστὴς ἀγαθὸς δὲ ἐπιδέξιος, hoc est *bonus pilæ lusor ac dexter*.

Anaxarcho nuda puella ministrabat, ut inquit Clearchus. Gorgias contra Leontinus, octuagesimum agens annum, cum a quodam interrogatus esset, qua utens diæta tam concinne, nullo penitus amisso sensu, tantum temporis viveret: *Nihil unquam*, respondit, *voluptatis causa faciens*. Idem rogatus (ut Demetrius Byzantius ait) quid fuerit in causa, quod supra centum vixerit annos, respondit, τῷ μηδὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκα πεποιηκέναι, id est, *quod nihil unquam alterius causa fecerim*.

Ochus quoque cum diutius imperasset, eorumque nihil defuisset, quæ ad hominis attinent vitam, interrogatus a maximo natu filio, quonam pacto & ipse idem assequeretur, τὰ δίκαια πράττων, ἔφη, πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ θεούς, hoc est, *si æquitatem, inquit, tam in homines quam in deos servaveris.*

Cimon Atheniensis suis agris nullum adhibebat custodem. Quicquid habebat, erat civibus commune. Duos pueros secum ducebat, qui petentibus pecunias erogarent. Patebat ejus domus omnibus esse volentibus, ut Theopompus ait. Pythagoras etiam Samius cibis adeo modicis contentus erat, ut Lycon Jasseus testatur, ut interdum solo vescaretur melle, nec tamen animatis abstinebat, ut Aristoxenus dixit.

Allium comedentibus Matris deorum templum ingredi non licebat. Stilpo tamen philosophus, allio exsaturatus, non veritus est in ejus templo dormire: cui dormienti, cum Mater deorum adstans visa esset per quietem dicere: *Quid, o Stilpo, cum Philosophus sis, leges transgrederis?* Respondisse & ipse his verbis visus est deæ: Σὺ δέ μοι πάρεχε ἐσθίειν, οὐ σκορόδοις οὐ χρήσομαι, id est, *Tu mihi*, dea, *præbe victum, & alliis non vescar*.

Sed ad deliciosos rursus nostra convertatur oratio. Cephisodorus Thebanus de Tithono Auroræ conjuge loquens, ait: Tithonum a mane ad vesperam dormientem vix cupiditates excitabant. Unde cum Aurora concubuisse dictus, quod cupiditatibus implicitus esset.

Dionysius Clearchi, qui primus Heracliæ regnavit, filius, & ipse patriæ imperans, ob nimias delitias, nimiasque crapulationes, adeo pinguis effectus est, ut præ pinguedine vix spiraret, & pene suffocaretur. Quare statuerunt medici, ut acus oblongæ ac tenuissimæ fierent, quæ tunc lateribus ac ventri adigerentur, cum profundissimo somno teneretur: tunc enim excitabatur, cum vivam carnem acus attingebant. Jus dicebat corpore arca ita condito, ut præter caput nihil penitus extaret. Quinque & quinquaginta vixit annos cum treis & triginta imperasset.

Ptolemæus quoque septimus Ægypti rex, qui se *Evergeten* voluit appellari, cum tamen ab Alexandreis κακεργέτης diceretur, præ deliciis crassissimus ac ventricosus effectus est, cujus filius Alexander, qui matrem simul regnantem sustulit, corpulentissimus & ipse fuit.

Magas Cyrenensium rex nimio pingui necatus est, ut Agatharchides inquit. Quid de Nauclide Polybiadæ filio dicam? qui præ deliciis tanta corporis obesitate laborasse dicitur, ut Lacedæmonii se ab urbe, ni vivendi mutaret rationem, expulsuros fuerint interminati. Deinia myropola (ut Heraclides Ponticus scriptum reliquit) ob delicias in amorem cum incidisset, multasque pecunias effudisset, postquam his cupiditatibus exsolutus est, sibimet genitalia præcidit.

Cephisodorus tradit fuisse Athenis morem, ut delicatorum pedes quoque unguentis delinirentur. Ungebant autem, ut inquit Antiphanes ἐν Θορυκίοις, (populus est Atticus Thorycos) μύρῳ Αἰγυπτίῳ quidem pedes & manus: Φοινικίῳ genas & ubera; Σισυμβρίῳ utrumque brachium; Ἀμαρακίνῳ supercilia & comam; Ἑρπυλλίνῳ genu & collum.

Sed jam tempus est, ut receptui canamus, & omissis deliciosis, ad insigneis meretrices recensendas, nostra convertatur oratio: quod profecto a nobis fieri non poterit, nisi & quamplurimi meretricibus dediti commisceantur. Quare ut a primo meretricio quæstu exordium sumamus.

CAP. XII.

Mercatus mulierum quis primus instituit? Earumdem festum quis constituit? Quænam mulier universam Græciam meretricibus implevit? Themistocles an nothus? Ejusdem meretrices quæ? Nothus quis? Pœcilen porticum quis struxit? Meretrices plurimæ enumerantur. Quot meretrices Athenis? Varia nomina meretricum. Nais quænam? Lais pulcherrima ac famosissima meretrix. Pericles valde proclivis in Venerem. Hyperidis meretrices. Phryne elegantissimæ formæ meretrix. Ejusdem statua & inscriptio. Duæ fuerunt Phrynæ. Demosthenes circa Venerea intemperantissimus. Naucratis urbs venustissimas meretrices habuit. Sappho meretrix celeberrima. Venus omnium, quæ generantur, causa dicitur. Ibicus Rheginus puerorum amator. Amores puerorum cur celebres? Παιδεραστεῖν *unde emanavit? Alexander puerorum amantissimus. Pæderastæ varii afferuntur. Amoris intemperantia. Animalia ratione carentia amore capiuntur. Delphinorum gratitudo. Mulieres formosissimæ multæ enumerantur. Mulieres pulcherrimæ ubi nascuntur? Certamina pulchritudinis ubi? Templum Veneris* Καλλιπύγε *cur ædificatum? Lacedæmonii cur virgines cum juvenibus in obscuro domicilio claudebant? Quis primus Athenis unicam mulierem uni viro junxit? Persarum Reges multas habent* παλλακίδας, *& unicam legitimam uxorem. Priamus multis utebatur mulieribus. Hercules maximus scortator. Ægeus* πολυγύναιος. *Theseus virginum raptor. Darei concubinæ. Mulieres plurimorum malorum causa. Multæ domus ob illas eversæ. Primum bellum quodnam? Lacedæmonii cur ante acies Cupidini sacra faciebant? Eleutheria quænam festa? Amatores quam corporis partem magis spectant?*

SOLON Atheniensis, cum videret adolescenteis contra fas delinquenteis, primus mercatus mulierum ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων, hoc est, *in fornicibus statuit*, ut Nicander Colophonius testatur. Meretrices ad se alliciebant atque trahebant seniores quidem, πατρίδια nuncupantes, juniores vero ἀπφάρια nominantes, inquit Xenarchus. Ἑταῖρα tam *meretricem* quam *amicam* significat. Athenienses Venerem Ἑταίραν appellant, ut Apollodorus Atheniensis inquit, quod amicos & amicas contrahat. Nam adhuc liberæ virgines ac mulieres eas omneis, quarum consuetudine atque amicitia utantur, ἑταίρας nuncupant, nec non & meretri-

A ces ἑταίρας nominant. Unde meretricium quæstum facere, ἑταιρεῖν dicitur. Ephesi quoque, ἑταίρας Ἀφροδίτης templa sunt, ut Evalces in *Ephesiacis* memorat. Ἑταιρίδια ἑορτὴν constituit Jason in Magnesia, cum Argonautas cogens Jovi Ἑταιρείῳ sacrificaret: quod quidem festum & a Macedonum regibus celebratur.

Πόρνης Ἀφροδίτης templum apud Abydenos visitur, (ut inquit Pamphilus) quod meretricis opera libertatem sibi ademptam Abydeni recuperarint. Venerem in Samo statuerunt Atticæ meretrices Periclem secutæ, cum Samum obsideret: quam οἱ μὲν ἐν Καλάμοις καλοῦσι οἱ μὲν ἐν Ἕλεσι τικαῖς, ut Alexis in-
B quit. Mos est apud Corinthios, ut cum de re magna Veneri supplicant, admittant etiam meretrices, ut chamæleon Heracleotes tradit. Nam cum Perses in Græciam expeditionem fecit, Corinthiæ meretrices pro Græciæ salute in templo Veneris supplicarunt.

Aspasia meretrix Socratica universam Græciam, ut Athenæus ait, meretricibus implevit.

Aristophanes ostendit bellum Peloponnesiacum a Pericle susceptum, ob Aspasiæ amorem & ejus ministras a Megarensibus raptas. Cottinæ meretricis simulacrum erat in Lacedæmone, inquit Polemon.
C Medontis meretrix Abydena maximo est amore Alcibiadem prosecuta. Alcibiades duas secum ducebat meretrices, Damasandram, Laidis junioris matrem, & Theodotem, quæ in Melissa Phrygiæ vico ei parentavit, cum Pharnabazi insidiis interfectus est: ad cujus sepulchrum bos singulis annis jubente Adriano, ut Athenæus inquit, immolabatur, qui Alcibiadis quoque statuam ex Pario lapide in ipso erexit tumulo.

Lamia, Scione, Satyra, Nanium, Themistoclis meretrices. Abrotonum meretrix, ex qua Themistocles dicitur natus, ut Amphicrates tradit: erat autem Thressa genere: at Neanthes Cyzicenus
D Euterpes filium fuisse Themistoclem tradit. Milto meretrix Cyri contra fratrem expeditionem facientis, quæ Aspasia postea (ut inquit Zenophanes) appellata est: sequebatur eum & Milesia pellex.

Thais post Alexandri mortem nupsit Ptolemæo primo Ægyptiorum regi, cui peperit Leontiscum & Lagum, filiamque Εἰρήνην, quæ Eunosto Soloni Cypriorum regi nupsit. Didyme, Bilistiche, Agathoclia, Stratonice, Myrtion, Clino Ptolemæi Philadelphi meretrices, ut refert Athenæus. At Pitho Hieronymi fuit Syracusanorum regis uxor, quam de lupanari acceperat.

E Timotheus, Atheniensium imperator, meretricis Thressæ filius fuit, inquit Athenæus. Quod cum ei objiceretur, *Maximam* (inquit) *ei gratiam habeo, quod per eam Cononis sim filius.* Ex Choride meretrice filios susceperat Aristophon Rhetor, qui legem sub Euclide principe tulerat: nothum eum esse, qui ex cive non esset editus, ut a Calliade convictus est comico.

Lamia meretrix tibicina, Atheniensis, Cleanoris filia, a Demetrio Poliorcete adamata, quæ Sicyone porticum struxit pœcilen. Leæna quoque Attica meretrix, ejusdem Demetrii amica fuit. Phi-
F linnam saltatricem adamavit Philippus Macedo, ex qua suscepit filium Aridæum, qui post Alexandrum regnavit, ut Ptolemæus Agesarchi scribit. Mania Attica Melita prius nuncupata a Demetrio Poliorcete dilecta est: Demo ab Antigono: a Seleuco Juniore Mysta & Nysa.

Gnathæne, Gnathænium Dexithea, meretricum sunt nomina, quarum Gnathænen, lepidissimam, ac facetissimam fuisse, ex unico ejus responso facile unicuique datur intelligi. Hæc etenim cum adolescentulo quodam cubabat: is mane cœpit ab ea petere, ut posteriorem sibi Venerem

semel tantum concederet: cui Gnathæne, *Τάλαν ἔπειτα τὴν πυγὴν με νῦν αἰτεῖς, ὅτε πᾶς ὗς ἐπὶ νομὴν καιρός ἐστιν ἐξάγειν*. Quorum verborum sensus est. *A me nunc demum miser podicem petis, cum sues ad pabulum exigendi jam tempus sit*. Glycerium Attica fuit meretrix.

Nico meretricula propterea *αἴξ*, hoc est, *capra* cognominata est, quod magnum amatorem, nomine *Θαλλὸν*, id est, *germen*, exederit. Hippo meretrix Theodotum habuit amatorem. Hæc Ptolemæi regis compotrix esse consueverat.

Aristophanes Byzantius centum & triginta quinque meretrices Athenis fuisse memorat. Apollodorus iis plureis. Georgias ait inter eas, quas Aristophanes reliquit, & has fuisse: Parœnum, Lampyrida cognominatam, Euphrosynen fullonis filiam, Megisten, Agallida, Theocliam, quæ Corone dicebatur, Lenætocyston, Astram, Gnathænam, Gnathenion, Sigen, Synorida, Lychnon denominatam, Eucliam, Grammæam, Tryallida, Chimæram, Lampada.

Callistum meretrix *Ptochelene* cognominata, a mastigia quodam conducta, cum nudum offendisset (erat enim æstivum tempus) plagarumque cicatrices animadvertisset; unde hæ, percunctata est. Cui ille: *παιδὸς ὄντος μου ζωμὸς κατεχύθη*; hoc est, *mihi puero existenti infusum est jus*: & ipsa, *δηλαδὴ μόσχειος*, statim subdidit, id est, *scilicet vitulinum*, lora ex vituli sive bovis pelle confecta, quibus fuerat cæsus, innuens.

Sinopes & Phanostratæ meretricum meminit Demosthenes: quarum Sinope quidem *Abydus* dicebatur (ut inquit Herodicus) quod esset anus. Phanostrata vero *Phthiropyle*, ut Apollodorus ait: *ἐπειδήπερ ἐπὶ τῆς θύρας ἑστῶσα ἐφθειρίζετο*, hoc est: *quod in porta manens pediculos quæreret*.

Stagonion & Anthis sorores *ἀφύαι* vocabantur, quod candidæ ac tenues existentes, oculos haberent magnos. Nicostratidem *Aphyan* eadem de causa cognominatam Antiphanes tradit. Theopompus de Glycera loquens, ait: Post Pythionices mortem, Harpalus Glyceram Athenis arcessivit, jussitque ut Tarsi in regia habitaret, reginaque appellata, a multitudine adoraretur. Interdictum prætera est, necubi Harpalus coronaretur, nisi & ipsa fuisset coronata. Statuamque æneam Rhosi habuit. Philyra, Scione, Hippaphesis, Theoclia, Psamathe, Lagisca, Antheia adhuc adolescentulæ (ut Athenæus refert) quæstum facere desierunt.

Neæra nomen est meretricis. Nais cognomen est meretricis, quæ proprio nomine Oia vocabatur, ut Aristophanes inquit in libro *de Meretricibus*, Anticyram quoque dicens appellatam, sive quod insanorum compotrix esset, sive quod Nicostratus medicus decedens ei multum ellebori reliquisset. *Εἰρηνίδος* meretricis mentionem fecit Lycurgus. Nemeadis tibicinæ meminit Hyperides: de qua mirum est, inquit Polemon, quo modo contempserint Athenienses meretricem panegyreos inclytæ nomine uti, quod servis non permittebatur, nedum meretricibus. Ocimum, Metanira, Aerope, Cercope, Telesis, Theolyte, Isthmias, Phylacos, Syphe, nomina sunt meretricum.

Menander in *Colace* has numerat meretrices: Chrysida, Coronem, Anticyram, Ischada, & Nannium. Galine quoque meretrix fuit.

Epicurus habuit Leontium amicam inter meretrices famigeratam, quæ ne tum quidem quæstum desiit meretricium, cum cœpit philosophari. Versabatur autem in hortis cum Epicureis, & maxime cum Epicuro.

Lais, quæ ex Hyccaris Siciliæ civitate oriunda, captiva Corinthum venit, dilecta est ab Aristippo, Demosthene rhetore, & Diogene Cynico, ut inquit Polemon. Hanc Apelles cum vidisset e Pirene fonte aquam ferentem, formæ pulchritudinem admiratus, adduxit in amicorum convivium. Ridentibus autem illis, quod virginem pro meretrice in convivium adduxisset, *Ne admiremini*, inquit, *Ego enim ipsam in futuram fruitionem ne peracto quidem triennio pulchram ostendam*. Quod autem simile quiddam de Theodote Attica meretrice sit Socrates vaticinatus, testatur Xenophon. Venus cognomento Melanis a Corinthiis colitur. Hæc per quietem Laidi nunciasse visa est, fore, ut maximam talentorum copiam sibi compararet. Erat autem Lais adeo formosa, ut pictores ad eam accederent, ut ejus mammas pectusque imitarentur. Hæc ad Phrynes æmulationem maximum quandoque habuit amatorum cœtum, divitem a paupere nequaquam secernens, nec adversus quenquam contumeliose se gerens. Nymphodorus Syracusanus ait, Laidem ex oppido Siculo, nomine Hyccaro, oriundam; Strattis vero eam vult esse Corinthiam. Timæus scribit eam in Thessalia per odium ac zelotypiam a quibusdam mulieribus fuisse interfectam, quod a Pausania Thessalo diligeretur, percussam enim testudinibus in templo Veneris. Quocirca templum illud *ἀνοσίης Ἀφροδίτης*, hoc est, *impiæ Veneris*, nuncupatum. Ostendi præterea inquit ejus monumentum juxta Peneum, signum habens hydriam lapideam, & hoc epigramma:

> Τῆς δέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
> Ἑλλὰς ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου,
> Λαΐδος, ἣν ἐτέκνωσεν Ἔρως, θρέψε δὲ Κόρινθος·
> Κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς Θετταλικοῖς πεδίοις.

Quæ verba significant, *Græciam jactabundam, & robore invictam Laidis divina pulchritudine superatam, quam Cupido genuit, Corinthus educavit, inclyti Thessaliæ campi tenent*. Commenta igitur existimanda sunt, si qui dicunt ipsam Corinthi fuisse sepultam. Pausanias in *Corinthiacis* ait: *Pro civitate nemus est cupressorum Cranion nominatum: in quo Bellerophontis est delubrum, & Veneris cognomento Melanidos templum, & Laidos tumulus, cui leæna imposita est, arietem in prioribus habens pedibus. Est & in Thessalia Laidis monumentum. Nam & in Thessaliam, cum ab Hippostrato amaretur, profecta est. Ab initio autem ajunt ipsam adhuc puellam existentem, Hyccaris in Sicilia existentibus, a Nicia & Atheniensibus raptam, & Corinthi venditam, sui temporis meretrices pulchritudine superasse*. Plutarchus quoque in *Niciæ Vita*: *Lais*, inquit, *formosissima postea meretrix, tunc vero capta, inque Peloponnesum devecta fuisse dicitur, cum Nicias Hyccarensem agrum in Sicilia a barbaris possessum populatus est*.

Herpyllida meretricem habuit usque ad mortem Aristoteles Stagirites, ex qua suscepit Nicomachum, ut inquit Hermippus. Archeanassam autem meretricem Colophoniam usque adeo adamavit Plato, ut de ea hæc dixerit:

> Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίρην,
> Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως.

Id est,

> *Archeanassam Colophoniam habeo meretricem,*
> *Cujus & in rugis amarus inest amor.*

Pericles Olympius propter Aspasiam non juniorem, sed eam quæ cum Socrate fuit, ut inquit Clearchus, universam Græciam perturbavit. Erat autem Pericles adeo in Venerem proclivis, ut cum filii uxore consueverit, ut Stesimbrotus Thasius refert illi coætaneus. Idem, cum Aspasia impietatis accusata fuisset, orationem pro illa habuit, ac plureis effudit lacrymas, quam cum de capite ac fortunis periclitatus est.

Melissa Proclis filia, uxor Periandri fuit, quam

cum vidiſſet operariis miniſtrantem, amore ſtatim captus, uxorem duxit. Odatis Omartæ ultra Tanaïdem imperantis filia, & Zariadres Hyſtaſpis Mediæ regis frater, ex nocturna tantum viſione ſe mutuo uſque adeo dilexerunt, ut cum Zariadres jubente patre eam aſſequi non valuiſſet, invito ſurripuerit.

Tigris Leucadia Pyrrhi Epirotarum regis amica, qui tertius erat ab eo, qui in Italiam expeditionem fecit, quam Olympias adoleſcentis mater veneno ſuſtulit. Hyperides rhetor, cum domo paterna ejeciſſet Glaucippum filium, Myrinem meretricem ſuſcepit, quam in urbe habebat: cum præterea Ariſtagoram in Piræeo, Philam vero Eleuſine haberet, quam multis emptam pecuniis manumiſit.

Phryne autem Theſpienſis meretrix fuit formæ elegantia laudatiſſima. Hæc ab Euthya in capitis judicium vocata, ob pulchritudinis venuſtatem abſoluta eſt. Nam cum Hyperides, qui Phryne patrocinabatur, nihil ſe penitus oratione judices moviſſe videret, eoſque ad damnationem propenſos animadverteret, ipſam ſtatim adduxit Phrynen, ſciſſis coram judicibus tuniculis ejus, denudata pectora omnibus oſtendit: & quod orationis non potuerit, id formæ elegantia conſecutus eſt. Judices enim corporis pulchritudinem miſerati, ut Veneris ὑποφῆτιν communi conſenſu abſolverunt, quare indignatus Euthyas, qui eam accuſaverat, nunquam aliam egit cauſam. Scriptum eſt tamen decretum, ne quis deinceps Rhetor rei præſentia judicum miſerationem quæreret. Hæc Phryne in Eleuſiniorum Neptuniorumque ſacrorum conventu, omnibus ſpectantibus cunctas exuta veſtes, ac ſoluta comas, mare ingrediebatur. Hanc Apelles imitatus, τὴν ἀναδυομένην pinxit Venerem. Praxiteles quoque ſtatuarius hujus amore captus, Gnidiam ab ea fecit Venerem, & in Cupidinis baſi, ſub theatri ſcena exiſtente, inſcripſit:

Πραξιτέλης, ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν ἔρωτα,
Ἐξ ἰδίης ἕλκων ἀρχέτυπον κραδίης.
Φρύνη μισθὸν ἐμοῖο διδοὺς ἐμέ. Φίλτρα δὲ βάλλω
Οὐκ ἔτ' οἰστεύων, ἀλλ' ἀτενιζόμενος.

Nam cum Praxiteles ſtatuarum optionem Phrynæ obtuliſſet (ut inquit Athenæus) ſatyrum ne τὸν ἐπὶ τριπόδων, an Cupidinem mallet; Cupidinem cum elegiſſet, Theſpiis dedicavit. Hujus Phrynes auream ſtatuam finitimi Delphis ſuper Pentelica columna dedicarunt. Ipſam autem ſtatuam fecerat Praxiteles, quam Crates Cynicus cum vidiſſet, *Incontinentiæ*, inquit, *Græcorum dedicatio*. Hujus autem ſtatuæ hæc erat inſcriptio: (ut Alcetas in II. *Delphis dicatorum* ait) Φρύνη ἐπικλέης Θεσπική. Duas fuiſſe Phrynas, unam Clauſigelota, alteram Sarpedion cognominatam, refert Apollodorus, in libro *de Meretricibus*. Herodicus in ſexto κωμῳδουμένων ait Phrynen apud rhetores celebratam Σηστὸν fuiſſe nuncupatam, διὰ τὸ ἀποσήθειν καὶ ἀποδύειν τοὺς συνόντας αὐτῇ, id eſt, *quod eos, qui ſecum verſabantur, exueret*. Alteram vero Theſpienſem. Tantis Phryne affluebat opibus, (ut refert Calliſtratus in libro *de Meretricibus*) ut pollicita ſit ſe Thebas condituram, modo Thebani inſcriberent, Ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα, hoc eſt, *Alexander quidem evertit, inſtauravit vero Phryne meretrix*.

Gyllion unus ex Areopagitis Phrynes fuit paraſitus, ut tradit Satyrus Olynthius hiſtrio in *Pamphila*. Ariſtogiton in tractatu *contra Phrynen* ait, proprium ipſius nomen fuiſſe Mneſareten. Diodorus ὁ Περιηγητὴς ait orationem in Phrynen apud judices habitam, Anaximenis eſſe, cum Euthyæ inſcripta ſit.

Demades rhetor ex meretrice tibicina filium Demeam ſuſcepit, cui pro tribunali quondam frementi, Hyperides inquit, οὐ σιωπήσῃ μειράκιον, μεῖζον τῆς μητρὸς ἔχων τὸ φύσημα, hoc eſt, *non tacebis adoleſcentule, matre majorem habens ſpiritum*. Bion Boryſthenites philoſophus, meretricis Olympiæ Lacænæ filius, ut inquit Nicias. Sophocles tragicus, jam ſenex factus, Theorida dilexit meretricem, quare cum Veneri ſupplicaret, ait:

Κλῦθί μευ εὐχομένου κουροτρόφε. δὸς δὲ γυναῖκα
Τὴν δε νέων μὲν ἀναίνεσθαι φιλότητα καὶ εὐνὴν,
Ἡ δ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν.

& cætera quæ ſunt apud Athenæum. Sed cum jam ad occaſum vitæ tenderet (ut inquit Hegeſander) Archippen adamavit meretricem, quam etiam reliquit hæredem, cujus prior amator Smicrines interrogatus, quid ageret Archippe, venuſte reſpondit: ὥσπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται, id eſt, *tanquam noctuæ in tumulis ſedet*.

Metaniram meretricem pulcherrimam habebat Iſocrates rhetor, ut Lyſias in *Epiſt.* ait. Demoſthenes, ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, Metaniram Lyſiæ fuiſſe amicam memorat. Lyſias victus eſt a Lagide meretrice: cujus laudem ſcripſit Cephalus rhetor, ut & Alcidamas Laites, Gorgiæ diſcipulus, Naidis meretricis laudem conſcripſit. Hujus Naidis meminit Lyſias, ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου, ſic dicens: *Eſt mulier meretrix nomine Nais: cujus dominus eſt Archias. Veſter autem* ἐπιτήδειος *Philonides amare ſe dicit*. Meminit ipſius & Ariſtophanes in *Gerytade*; ut Athenæus ait, & fortaſſe etiam in *Pluto*, ubi dicit: ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου: ut *Nais* pro *Lais* ſcribendum ſit.

Lagiſca meretrix, quam Iſocrates jam ætate provectus domi habuit, ex eaque filiam ſuſcepit, ut inquit Hermippus.

Demoſthenes rhetor filios ſuſcepit ex meretrice, quare ἐν τῷ περὶ χρυσίου λόγῳ, liberos ad tribunal duxit, ut judicum miſerationem moveret: uxorem autem non adduxit, ut calumniam declinaret. Erat autem circa venerea intemperantiſſimus (ut inquit Idomeneus) ad obſonia præterea, juveneſque ac mulieres fuiſſe profuſus traditur: unde ejus ſcriba ac diſpenſator nonnunquam dixiſſe fertur: *Quidnam quis de Demoſthene diceret: nam quæ toto anno ipſi cogitata ſunt, uni mulieri una nocte effundebat*. Quare adoleſcentulum quendam Cnoſionem nomine domi habebat, cum quo uxorem etiam invitam dormire cogebat.

Myrinam Samiam meretricem Demetrius ſucceſſionis ultimus habebat, imperii, præter diadema, participem, ut inquit Nicolaus. Ptolemæus Philadelphi filius Εἰρήνην habebat meretricem, cum Epheſi præfectus eſſet, cum qua inſidiis Thracum in Dianæ templo interfectus eſt.

Danaen Leontii, quam Epicuri meretricem fuiſſe diximus, filiam & ipſam meretricem Sophron Epheſi præfectus habebat: per quam Laodices inſidiis petitus, ſervatus eſt: ipſa vero Danae de præcipitio deturbata eſt, ut Phylarchus ſcribit. Fertur autem, cum a Laodice præceps daretur, hæc dixiſſe: Ὡς δικαίως οἱ πολλοὶ καταφρονοῦσι τοῦ θείου, ὅτε ἐγὼ μὲν τὸν γενόμενόν μοι ἄνδρα σώσασα, τοιαύτην χάριτα παρὰ τοῦ δαιμονίου λαμβάνω· Λαωδίκη δὲ τὸν ἴδιον ἀποκτείνασα τηλικαύτης τιμῆς ἀξιοῦται.

Myſta a Seleuco rege amata, (ut inquit Phylarchus) quæ poſt ſuperatum Seleucum a Galatis capta eſt, ac vendita. Sed cum Rhodum veniſſet, a Rhodiis ad Seleucum eſt remiſſa. Lampito meretrix Samia a Demetrio Phalereo adamata eſt, quæ (ut Diyllus ait) *Charitoblepharos* quoque dicebatur. Nicarete meretrix Stephani rhetoris amica fuit. Metanira vero Lyſiæ Sophiſtæ. Erant autem hæ Caſii Elei ſervæ cum aliis quoque meretri-

cibus Antia, Stratola, Ariſtoclia, Phila, Iſtmiade, Neæra. Erat autem Neæra Stratoclidæ amica, nec non & Xenoclidæ poetæ, & Hipparchi hiſtrionis, & Phrynionis: alternis autem diebus eam habebant.

Strobyle Neæræ filia fuit, quæ poſtea Phano vocitata eſt. Hanc Stephanus rhetor nuptum dedit Phaſtori, ut propriam filiam, ut inquit Demoſthenes, ἐκ τῷ κτ Νεαίρας. Plango meretrix Mileſia, quam Iones *Pamphilam* propterea (ut inquit Menetor) appellarunt, quod una cum Bacchide meretrice concordi animo amata, zelotypia Colophonium quendam obſervaverit.

Menander poeta amavit Glyceram, (ut Athenæus ait) a qua neglectus, amavit Philemonem, quam in quodam dramate χρηϛήν, hoc eſt, *probam* ac *frugi*, nuncupavit, cum contra ipſe alibi ſcripſerit, nullam eſſe bonam.

Pythionicen amavit Harpalus, qui Alexandri multis ſurreptis pecuniis Athenas fugerat: cui ſtruxit egregium monumentum defunctæ, cum ipſe ad ſepulchrum eam extuliſſet, ut in XXII. *Hiſtoriarum* inquit Poſidonius. Templum præterea & aram exædificavit inſcriptione Πυθιονίκης Ἀφροδίτης, ut Theopompus teſtatur. Fuerat autem Pythionice Bacchidis tibicinæ ſerva. Hæc vero Sinopes, ut idem ait Theopompus.

In Dorichen Naucratenſem invecta eſt Sappho, quod Charaxem fratrem mercatorem factum ſpoliaſſet. Hanc Herodotus Rhodopin vocat, inquit Athenæus, aliam a Doriche hanc eſſe ignorans, quæ celeberrimos obeliſcos Delphis dedicavit, quorum meminit Cratinus. Archedice autem meretrix ἐκ τ Ναυκρατέως fuit. Solet enim Naucratis Ægyptia civitas, ut Herodotus ait, venuſtiſſimas habere meretrices.

Sappho, quæ pulchrum adamavit Phaonem, celeberrima extitit, inquit Nymphis. Hujus amatores Archilochus & Hipponax, ut Diphilus Comicus teſtatur. Nicarete meretrix Megarenſis Stilponem audivit philoſophum. Biliſtiche Argiva meretrix nobilis fuit, ab Atridis originem ducens. Leæna ſcortum nobile (ut inquit Athenæus) quæ ab Harmodio tyrannicida admodum dilecta, ne ejus conſilia Hippiæ tyranno proderet, uſque ad mortem excruciata eſt. Lemen ſcortum amavit Stratocles *Paroramoi* denominatum, quod duabus drachmis ad volentem accederet, ut inquit Gorgias.

Lyden meretricem amavit Antimachus, cui cognomine alteram Lamynthius Mileſius, uterque poeta. Nanno tibicinam adamavit Mimnermus. Leontium Hermeſianax Colophonius, qui treis elegiacos libros conſcripſit, poſtquam eam cœpit deperire. Deceptus eſt Hermeſianax poeta (ut inquit Athenæus) quod eodem tempore Sappho atque Anacreontem fuiſſe exiſtimaverit, cum hic ſub Cyro & Polycrate, Sappho vero Alyatte Crœſi patre regnante vixerit.

Venus apud Æſchylum loquens ſe omnium, quæ generantur, cauſam eſſe oſtendit: ait enim:

Ερᾷ μὲν ἁγνὸς ὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
Ερως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμον τυχεῖν.
Ομβρὸς δ' απδυνάεντος ὐρανῦ πεσὼν
Εκυσε γαίαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον·
Δενδρὸν δὲ τις ὥρα ἐκ νοτίζοντος γάμυ
Τέλειος ἐςὶ, τ͂ δ' ἐγὼ παραίτιος.

Euripides autem de Amore hæc dixit: Ερωτα δ' ὅςις μὴ θεὸν κρίνει μέγαν καὶ τ͂ ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, ἢ σκαιὸς ἐςὶν, ἢ καλὸν ἄπειρος ὢν, ὐκ οἶδε τ͂ μέγιςον ἀνθρώποις θεόν. Alcman, ὃ γέγονεν ἡγεμὼν τ͂ ἐρωτικῶν μελῶν, Megaloſtraten adamavit poetriam, ut inquit Archytas Harmoniacus. Ibicus Rheginus puerorum amator fuit, ut Athenæus teſtatur. Timon ἐν τοῖς Σιλλοῖς ἔφη:

Ωρη ἐρᾶν, ὥρι δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Echemenes in *Creticis* ait non Jovem ſed Minoa Ganymedem rapuiſſe. Chalcidenſes, qui ſunt in Eubœa, Ganymedem dicunt apud ſe raptum fuiſſe a Jove, locumque oſtendunt *Harpagion* vocatum, unde myrti præcipue ortæ ſunt. Zenis ſive Zeneus Chius ait Minoa regem Theſei amore captum, inimicitiam adverſus Athenienſeis ob filii cædem contractam ſolviſſe, filiamque Phædram uxorem ei dediſſe.

Hieronymus Peripateticus ait puerorum amores propterea fuiſſe celebres, quod eorum cauſa multæ tyrannides ſublatæ fuerint. Pueris enim præſentibus, amatores quidvis potius paterentur, quam ut timidi ac formidoloſi videantur. Id autem re ipſa oſtendit conſtitutus Thebis ab Epaminonda ἱερὸς λόχος, & in Piſiſtratidas Harmodii atque Ariſtogitonis cædes. Menalippus τὰ παιδικὰ ἦν Charitonis: uterque deprehenſi in conjuratione contra Phalaridem, non ſolum non prodidere conſcios, verum etiam ipſum tyrannum ad miſericordiam compulere. Quare ab Apolline mors tyranno dilata eſt.

Τὸ παιδεραςεῖν a primis Cretenſibus in Græcos emanavit, ut Timæus inquit. Sunt qui velint Laium hujuſmodi mores inſtituiſſe, qui a Pelope hoſpitio ſuſceptus, Chryſippum ejus filium, & amavit, & raptum curru Thebas vexit. Praxilla tamen Sicyonia Chryſippum Pelopis filium a Jove raptum dixit. Ex barbaris Κελτοὶ licet pulcherrimas habeant mulieres, pueris tamen ita oblectantur, ut nonnulli interdum in pellibus cum duobus cinædis quieſcant. Perſæ, ut Herodotus inquit, pueris abuti a Græcis didicere.

Alexander rex uſque adeo puerorum erat amator, ut Bagoum eunuchum etiam ſpectante theatro oſcularetur, ut Dicæarchus refert. Ῥαδαμάνθυος τῦ δικαίυ Ἴβυκος ἐραςὴν φησὶ γενέσθαι Τάλων. Diotimus ait in *Heraclia*, Euryſtheum Herculis fuiſſe παιδικὰ, hoc eſt, *delicias*: & propter eum certamina ſuſtinuiſſe.

Agamemnona fama eſt Argynnum adamaſſe, cum eum in Cephiſo fluvio natantem vidiſſet: in quo cum vitam finiſſet, (nam ſæpe ſe ibi lavabat) eo in loco Veneris Argynnidos templum conſtruxit. Alcymnius Chius ait in *Dithyrambis* Hymenæum ab Argynno fuiſſe adamatum.

Ariſtocles citharœdus ἐρώμενος erat Antigoni regis. Sophocles quoque φιλομεῖραξ fuit, ut Euripides φιλογύνης. Sophocles (ut Hieronymus Rhodius in *Hiſtoricis Commentariis* memorat) formoſiſſimum puerum extra muros, ut eo abuteretur, duxit: quo cum perveniſſent, puer ſtatim ſuper herba veſtem ſuam explicuit; Sophocles vero chlanidium circumduxit: itaque poſt Veneris opus peractum, puer rapto Sophoclis chlanidio aufugit, puerili ibi veſte relicta. Aſopichus Epaminondæ catamitus, (inquit Theopompus) qui Leuctricum trophæum in ſcuto habebat impreſſum, quod Delphis in porticu poſitum eſt.

Cleonymus Spartanus, hominum primus mulieres ac virgines formoſiſſimas CC. obſides accepit, ut Duris Samius inquit. Cliſophus Selymbrianus amavit ſtatuam, Pario lapide confectam in Samo, Cteſiclis opus, (ut Adæus Mitylenæus ait) ſeque in templo ut coiturus incluſit. Poſtea vero & frigiditate lapidis, & duritie, quod appetebat perficere prohibitus eſt, tunc caruncluam protundens, admovit.

Polemon, qui fecit inſciptionem Hellanicam, *Delphis*, inquit, *in tabularum theſauro pueri ſunt lapidei duo, quorum alterum ſpectator quidam ap-*

petivit, ut Delphi ajunt, seque conclusit: consuetudinisque signum coronam reliquit. Sed cum a Delphis deprehensus fuisset, super ea re consultus Apollo respondit hominem esse dimittendum, quod præmium dedisset.

Quod autem animalia quoque ratione carentia amore capiantur, exemplis arguitur. Nam gallus gallinaceus, cognomine Centaurus, amavit Secundum, Nicomedis Bithyniæ regis aurigam, ut Nicander tradit. Ἐν Αἰγείῳ autem anser pueri amore captus est, ut Clearchus ait. Hic autem puer Amphilochus dicebatur, genere Olenius, ut Theophrastus ait. In Leuciada, ut author est Clearchus, sic dilexit pavo virginem, ut cum ea expiraverit. Delphinum præterea in Jaso amasse puerum fama est, ut tradit Duris. Qui cum a palæstra tum venientem in altum vehebat, rursusque littori restituebat. Cœranus Milesius (ut Phylarchus in duodecimo ait) cum vidisset piscatores retibus delphina cepisse, jamque in frusta secturos, numerata pecunia delphinum redemit, marique restituit. Paulo vero post circa Myconum naufragium cum fecisset, cæteris tempestate obrutis, solus Cœranus a delphine servatus est. Cum autem jam senio confectus decessisset in patria, efferreturque juxta littus, forte in Milesio portu, delphinum multitudo apparuit non procul a ferentibus Cœranum, perinde ac si & ipsi viro parentarent. Erubescant hoc legentes ingrati homines, qui multis magnisque affecti beneficiis, ut nullam penitus referant gratiam: defunctos amicos, aut aliqua oppressos calamitate destituant.

Thargelia Milesia quattuordecim viris nupsit, fœmina, & formosissima, & sapientissima, ut Sophistes Hippias inquit. Anutis Bagazi uxor, Xerxis ex patre soror, formosissima omnium Asiæ fœminarum, inquit Dinon. Xenopithia Lysandridæ mater Peloponnesiacarum mulierum fuit formosissima, (ut scribit Athenæus) quam Lacedæmonii una cum Chryse ejus sorore tunc interfecerunt, cum Lysandridam inimicum existentem Agesilaus Lacedæmone expulit. Pantica Cypria formæ pulchritudine maxime insignis extitit. Quæ cum apud Olympiadem Alexandri matrem esset, velletque eam Monimus Pythionis filius uxorem ducere, quod esset ἀκόλαστος, inquit ei Olympias, ὦ πονηρὲ, τοῖς ὀφθαλμοῖς γαμεῖς, κἀ ὐ τῷ νῷ, hoc est, *o scelesto, non mente, sed oculis uxorem ducis*.

Charmus amator fuit Hippiæ, qui primus Cupidinem ad Academiam statuit: cujus inscriptio est:

Ποικιλομήχαν' ἔρως σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν
Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Chalcida Euboicam καλλιγύναικα appellavit Hesiodus, quod formosas haberet mulieres. In Tenedo insula Troica omnium fœminarum pulcherrimæ nascuntur, inquit Nymphodorus. Cypselus, cum circa Alpheum urbem condidisset, templumque & aram Cereri statuisset, in ejus festo pulchritudinis certamen constituit: in quo Erodice, ipsius Cypseli uxor, primum superior extitit, ut Nicias in *Arcadicis* tradit. Adhuc autem hoc certamen perficitur, inquit Athenæus, in quo certantes mulieres Chrysophori nominantur. Theophrastus quoque ait pulchritudinis certamen apud Eleos fieri, ejusque certaminis judicium maximo perfici studio, in quo victores arma præmii vice accipiunt, quæ, ut Dionysius Leuctricus inquit, Palladi dicantur. Victorem coronatum ad Palladis templum amici comitantur. Myrtea dabatur corona, ut Myrsilus in *Historicis Paradoxis* scriptum reliquit.

Alicubi etiam (ut idem ait Theophrastus) de mulierum tam modestia ac temperantia, quam œconomia, judicium celebratur, ut apud barbaros ἱερὸν τῆς Καλλιπύγου Ἀφροδίτης, hoc est, *templum Veneris pulchras nateis habentis*, hujusmodi de causa exædificatum est, ut refert Athenæus. Erant rustico cuidam geminæ filiæ, satis venustulæ, quæ inter se de natium pulchritudine concertabant. Venerunt igitur εἰς τὴν λεωφόρον, id est, *in publicam viam*, seque adulescenti cuipiam ostenderunt, ut utra esset καλλιπυγοτέρα judicaret. Is utrunque diligenter conspicatus, majorem natu pulchriores habere nateis judicavit, ejusque amore captus est. Domum itaque reversus, totam rem ordine juniori fratri enarrat: qui cum relicta urbe ad hujusmodi spectaculum & ipse venisset, minoris venustatem adamavit. Quare invito patre, jam senio confecto, uterque rusticas illas uxores duxerunt, Quæ postea fortunis affluentes, Veneris templum condidere, quæ Καλλίπυγος nuncupata est: nam & ipsæ a civibus καλλίπυγοι appellabantur.

Lacedæmonii virgines in obscuro domicilio cum ipsis juvenibus concludebant, ut quam quisque caperet, eam indotatam abduceret: quocirca Lysandrum mulctarunt, quod cum priorem amicam reliquisset, pulchriorem ducere maluerit, ut Hermippus author est. In Lacedæmone (inquit Clearchus Solensis) in quodam festo fœminæ cælibes circum aram trahentes ῥαπίζουσι, id est, *alapis percutiunt*, ut hanc ignominiam declinantes, tempestive uxores ducerent.

Cecrops primus Athenis unicam uni viro junxit mulierem, cum antea his promiscue uterentur: διὸ καὶ ἔδοξέ τισιν διφυὴς νομισθῆναι. Quare cum duas Socrates haberet uxores, Xanthippen scilicet & Myrto, filiam Aristidæ, non qui δίκαιος dictus est, nam tempora non congruunt, sed tertii ab eo: id Socrati a Callisthene, Demetrio Phalereo, Satyro Peripatetico, & Aristoxeno objectum est; nisi forte decreto quodam permissum est, ut ob hominum raritatem duæ ducerentur uxores.

Persarum regina multas habet παλλακίδας, quibus tanquam servis utitur. Rex vero uxori velut dominus imperat.

Priamus multis utebatur mulieribus, nec id Hecuba ægre ferebat: cui xxx. erant legitimi filii, reliqui nothi. At Medea Glauces nuptias non potuit ferre, Clytæmnestra Agamemnonem propterea interfecit, quia Cassandram pellicem pati non poterat, quam Agamemnon jam barbaris assuetus moribus secum duxerat. Hercules septem diebus quinquaginta evirginavit Thestii filias, ut Herodotus tradit.

Ægeus πολυγύναιος fuit, ut Athenæus scribit: nam primam uxorem duxit Hopletis filiam, mox Chalcodontis: quas cum amicis concessisset, cum multis absque nuptiis consuescebat. Postea Aethram Pitthei filiam duxit, deinde Medeam.

Theseus rapuit Helenen, Ariadnam, Hippolyten, ac Cercyonis & Sinidis filias: legitime duxit Melibœam, Ajacis matrem, ut Istros tradit. Hesiodus addit Hippen & Æglen, propter quam jusjurandum Ariadnæ datum transgressus est, ut inquit Cercops. Pherecydes addit & Pherebœam. Ante Helenen ex Troja rapuit Anaxo, post autem Hippolyten Phædram habuit.

Dareus rex CCCL. habuit pallacas, quas in omnibus bellis secum ducebat, ut Dicæarchus tradit. Philippus rex Macedonum viginti regnavit annos, ut Satyrus ait; cui Audata Illyris Cynnam peperit. Philam quoque Derdæ & Machatæ sororem duxit. Habuit & Nicesipolim Pheræam, ex qua Thettalonicen suscepit. Nec non & Philinnam Larissæam, quæ ipsi Aridæum peperit. Olympiada præterea duxit, ut Molossorum imperium sibi vendicaret, ex qua Alexandrum suscepit. Medeam Cithelæ Thracum regis filiam Olympiadi superduxit, Cleopatramque Hippostratæ soro-

rem, Attali ἀδελφιδῆν; ex qua filiam habuit Europen. A Eubulus his verbis eum execratur, qui bis uxorem duxerit:

——————— Κακὸς
Κακῶς ἀπόλοιθ᾽ ὅστις γυναῖκα δεύτερον
Ἔγημε, τὸν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐρῶ κακῶς.
Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἄπειρος οἶμαι τοῦ κακοῦ.
Ὁ δ᾽ οἷον ἦν γυνὴ κακὸν πεπεισμένος.
——————— *Malus*

Male pereat quicunque iterum duxerit uxorem:
Nam ei qui primum non male dicam:
Hic enim, ut puto, malum expertus non fuerat.
Is vero, quale mulier esset malum, noverat.

B Quot autem mala mulierum causa mortalibus acciderint, haud facile esset recensere. Nam Trojanum bellum propter Helenem extitit: Pestis inter Græcos propter Chryseida: Achillis ira propter Briseida: Sacrum denominatum bellum, per decennium inter Thebanos & Phocenseis, ob Theano Thebanam mulierem, a Phocensi quodam raptam, gestum est, ut in *Historiarum* secundo Duris testatur. Præterea Megisto, Pelagontis Phocensis filia, cum Argivis mulieribus ab Apollinis Pythii templo revertentibus, capta a Cirrhæis causam belli præbuit, ut Callisthenes author est, quod C ad decimum usque annum inter Cirrhæos & Thebanos protractum est. Nam decimo tandem anno Cirrha a Phocensibus capta est.

Cambysæ in Ægyptum expeditio ob mulierem (ut Ctesias inquit) facta est. Nam cum Cambyses Ægyptias mulieres in coitu cæteris præstare intellexisset, ab Amaside Ægyptiorum rege de filiabus unam uxorem petiit. Qui veritus ne pro pallaca uteretur, in filiæ locum misit Νειτῆτιν, Apriæ gnatam, qui superatus a Cyrenensibus Ægyptiorum regno exciderat, & ab Amaside fuerat occisus. Qua re cognita, Cambyses, puellæ exhortatione patris ultionem exoptantis, bellum Ægyptiis intulit. D Dinon tamen in *Persicis*, & Lynceas in *Ægyptiacorum* tertio, Nitetin Cyro, non Cambysæ, ab Amaside missam tradunt, natumque ex ea Cambysen, qui ut matrem ulcisceretur, in Ægyptum expeditionem fecit.

Multæ quoque domus fœminarum causa eversæ, ut Philippi Alexandri patris ob Cleopatræ nuptias: Herculis propter Iolen Euryti filiam raptam: Thesei propter Phædram Minois filiam: Athamantis propter Themisto Hypsei filiam: Jasonis ob Glaucen Creontis filiam: Agamemnonis E Cassandræ Priamidis causa.

Duris Samius ait primum bellum duarum fuisse fæminarum, Olympiadis scil. & Eurydices, in quo alteram quidem Bacchico more cum tympanis in certamen scribit descendisse: Eurydicen vero ritu armatam Macedonico, utpote quæ apud Cynanen Illyrida se in bellicis armis exercuerat.

Lacedæmonii ante acies Cupidini sacra faciunt, (ut Athenæus ait) perinde ac victoria instructarum acierum amicitia posita sit. Cretenses quoque formosissimos in acie pueros exornant, qui Amori sacrificant, ut Sosicrates tradit. Apud Thebanos ὁ ἱερὸς λόχος vocatus, ex amantibus amatisque constat, τὴν τοῦ θεοῦ σεμνότητα ἐμφαίνων.

Samii (ut ait Erxias) gymnasium Cupidini dicarunt, cujus festum Eleutheria appellant, per quem deum Athenienses libertatem sunt assecuti. At Pisistratidæ excidentes regno primi cœperunt διαβάλλειν τὰς περὶ τὸν θεὸν τοῦτον πράξεις. Alexis eum arguens, qui amorem ut deum pingit, in *Phædro* scripsit:

Ἐστι γὰρ οὔτε θῆλυς, οὔτ᾽ ἄρσην, πάλιν
Οὔτε θεὸς, οὔτ᾽ ἄνθρωπος, οὔτ᾽ ἀβέλτερος,
Οὔτ᾽ αὖθις ἔμφρων, ἀλλὰ συνηνεγμένος
Πανταχόθεν, ἐν ἑνὶ τύπῳ πολλ᾽ εἴδη φέρων.
Ἡ τόλμα μὲν γὰρ ἀνδρὸς, ἡ δὲ δειλία
Γυναικὸς, ἡ ἄνοια μανίας, ὁ δὲ λόγος
Φρονοῦντος, ἡ σφοδρότης δὲ θηρὸς, ὁ δὲ πόνος
Ἀδάμαντος, ἡ φιλοτιμία δὲ δαίμονος.

Aristoteles ait, amatores nullam corporis amati partem magis spectare quam oculos, in quibus verecundia habitat. Licymnius Chius cum somni deum dixisset deperire Endymionem, non dormientis claudit oculos, sed diductis genis amatum sopit, ut penitus spectandi voluptate perfruatur; ait enim: Ὕπνος δὲ χαίρων ὀμμάτων αὐγαῖς ἀναπεπταμένοις ὄσσοις ἐκοίμιζε κοῦρον. Sappho præterea ei qui esse formosissimus existimabatur dicit: Sta e regione καὶ τὰν ἐπ᾽ ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.

Aurora pulchritudinis causa dilexit Cephalum, Cleitum atque Tithonum: Ceres Jasonem: Venus Anchisen, atque Adoniden. Juppiter amoris causa in aurum conflatus, in taurum transformatus est: sæpius in aquilam, ὥσπερ καὶ ἐπὶ Αἰγίνῃ. inquit Athenæus. Socrates quoque ob pulchritudinem amavit Alcibiadem, Aristoteles Phaseliten discipulum.

In judicio pulchritudinis, quod apud Eliden fit, primo (ut inquit Zeno) dantur arma, quæ Palladi ferat: secundo ut bovem ducat: tertius τὰς θυηλὰς ἐπιτίθησι. Mos est Spartanis, ut hospitibus virgines denudent. In Chio insula, juvenes cum puellis in gymnasiis luctantur.

Hæc sunt quæ ex Athenæo a nobis excerpta, & in Latinum conversa sermonem: ideo in medium protulimus, ut communi omnium studiosorum consuleremus eruditioni. In quibus legendis, si quid profeceris, tuum erit, candidissime lector, id totum non mihi soli, sed & illustrissimo Viro Antonio Prato, utriusque Galliæ magno Cancellario, acceptum referas: cujus de me bene meriti gratia hunc laborem libentissime subivimus.

F I N I S.

PETRI BELLONII,

CENOMANI,

DE ADMIRABILI OPERUM ANTIQUORUM ET RERUM SUSPICIENDARUM PRÆSTANTIA

LIBRI TRES.

AD REVEREND. ET ILLUSTRISS.
D. FRANCISCUM CARDINALEM TURNONIUM.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. FRANCISCO TURNONIO,

CARDINALI,

MECŒNATI ET HERO SUO

PETRUS BELLONIUS

S. P. D.



SI TE universus Gallorum populus, Amplissime Cardinalis, admiratur, suspicit, & tanquam terrenum quoddam numen reveretur: Si omnis omnium eruditorum cœtus tui animi egregias dotes virtutesque adamat & exosculatur: Si denique externæ nationes, ad quas rerum abs te sapienter gestarum fama pervenit, tanti te faciunt, ut velut præsens quoddam numen te habeant, id me hercule non temere & præter causam, sed merito tuo facere videntur. Te enim inter tot illustres Ecclesiæ proceres, non modo insigniter literatum, sed etiam literatorum amantissimum conspiciunt, quorum studia non tuo solum exemplo excitas, verum etiam fortunis tuis ac munificentia magnifice juvare soles, quæ quidem omnia, novem illas Sorores, bonarum literarum præsides, ita tibi conciliarunt, faventes ac propitias reddiderunt, cum ignorantiæ te hostem capitalem, philosophiæ autem & eloquentiæ acerrimum propugnatorem semper præstiteris, ut domum tuam quam doctissimis semper viris ornatam conspici fategerint, teque suo ordini præsidem & antistitem uno ore delegerint, adeo ut non minori jam esses illis ornamento quam illæ tibi, cum tu velut in amplissimo theatro constitutus, omnibus cæteris, quos nostra habet Gallia proceres, ita præluceres, ut merito Galliarum dulce decus, Pontificum ornamentum, Francisci Regis invictissimi, & bonarum artium cupidissimi, fidus esses Achates, studiosorumque omnium speculum, exemplar & regula, ab omnibus prædicareris, tum propter incomparabilem in rebus gerendis vigilantiam tuam, tum propter singularem illam tuam inauditamque eruditionem Græcarum Latinarumque literarum, quæ tibi tam familiares facilesque sunt, ut linguæ utriusque authores classicos tam prompte assequaris legendo, quam si Gallico idiomate conscripti essent. In quibus quoniam a teneris unguiculis ita sedulo es versatus, ut nunc ætate quoque jam affecta in eis ita libenter acquiescas, & jucunde bonas horas colloces, ut nunquam ab eis facile abduci possis, nisi si quando te imperii Gallici publica negotia avocent. Omnis qui tibi suscipitur aliqua de re sermo, aut de literis, aut de his quæ ad bene beateque vivendum pertinent, semper haberi solet. Sive enim spatiaris, sive quiescis, sive prandes, sive cœnas, tuum omne colloquium est de virtute, & disciplinis. Itaque profiteor, & præ me fero, earum omnium rerum argumentum quæ mihi præ manibus sunt, a doctissimis tuis sermonibus esse exceptum. Ego enim in tuam familiam accersitus ab ineunte adolescentia, ita sum apud te educatus, quo potissimum tempore, in aula Francisci non minus sapientis quam magnanimi Regis versabaris, tibique suæ totius Reipublicæ procurationem ille commendarat, ut non longe a te

diſcedens, aliquem ego ex tuis illis pene divinis ſermonibus fructum referre poſſem. Tunc autem cum non ſatis idoneum eſſe me illi muneri, cui præfeceras, exiſtimarem ob rerum imperitiam, precibus abs te contendi, ut mihi in ea peregrinatione, unde ſperabam comparatum iri mihi earum rerum peritiam, quarum eſſem neſcius, auxilio eſſe dignareris: tu ea fuiſti erga me animi propenſione, ut quamprimum pecuniam mihi, quanta ad tam longinquam peregrinationem opus eſſet, numerari juſſeris. Nunc autem quoniam hoc mihi vacui temporis tua largitur munificentia, ut literis mandare queam quæ ſedulo per me ſunt obſervata, dum Orientis plagas peragrarem, confido fore, ut quemadmodum illa mihi præclara cognitu viſa ſunt, ita quoque jucunda lectu tibi omnibuſque videri poſſint, eaque potiſſimum quæ hoc opere de admirabili præſtantia, & quadam veluti majeſtate rerum antiquarum perſcripſimus. Id ut ego quam accuratiſſime facerem, partim me impulerunt doctiſſimi tui hiſce de rebus ſermones, partim pegmatum, coloſſorum, ſubſtructionum, ſtatuarum ænearum & fuſilium juſſu Franciſci Regis nuper vita functi affabre factarum excellentia, & numeris omnibus abſoluta perfectio. Quin & hujus inſtituti operis hæc præſertim cauſa mihi fuit, quod cum adeſſem in tuo cubiculo per id tempus quo Romam proficiſci (mortuo Pontifice Paulo) parabas, teque tuo Pharmacopolæ imperantem audiſſem ut Mumiam, (ſic Arabes vocant) quam diligentiſſime poſſet, compararet, eamque famulo a cyathis tuo cum rhabarbaro, ut moris noſtratum eſt, traderet. Ego apud te diſſerui id non eſſe quod vulgus autumat, ſed id quod non incelebres autores, Mela & Plinius, medicatum cadaver, & ſervatum corpus appellitant. Quoniam autem id tibi gratum quod tum a me ea de re pronunciatum eſt, idque nunc noſtri ſeculi Æſculapio Vincentio Lauro Calabro Philoſopho perſpicaciſſimo, Medico tuo fidiſſimo, & tuæ ſanitatis tuendæ cupidiſſimo, non ingratum eſſe ſentio, ſumma ope ſum enixus, ut perample, perque copioſe ea de re aliquid conſcriberem, quo facilius Veterum authoritate meam ſententiam confirmatam relinquerem, ſequutus maturum Ariſtotelis conſilium, ut apud homines ea de re falſam olim conceptam opinionem prius convellerem, quam ad meam corroborandam accederem, ſedulos agricolas imitatus, qui ante ſemina noxia verruncant, quam bonorum ſementem faciant. Te interea, Here & Mecœnas optime, per ſuaves tuas Muſas obſecro, ut qualecunque eſt hoc meæ in te obſervantiæ pignus, rudes has ingenioli mei primitias dico, ea qua ſoles omnia, hilari fronte accipere digneris, neque unquam ex albo domeſticorum tuorum expungi patiaris. Ego enim ut arbuſcula, quæ a matre avulſa, & in aliud ſolum tranſlata, vel marceſcit, vel longo poſt intervallo æque radices agit, ita quoque ſi me alteri in clientelam dedere patiaris, vel ſum brevi periturus, vel certe nullam, aut quam minimam frugem laturus. Itaque tu Mecœnas optime, in quo ſpes omnes, opeſque meæ ſunt poſitæ, abs te etiam peto, ut cum annis plus minus duodecim tuam ſim ego non modo benevolentiam erga me, ſed etiam ſingularem munificentiam exper-

tus, velis nunc quoque eo me habere loco, quo semper antea habuisti, ut sic quorundam nasutulorum invidorum hominum calumnias effugiam, quum præsertim hoc nomine, quod tuus sim, tantum mihi nominis compararim, ut Henrici Regis Opt. Max. & Francisci Olivarii, Galliarum Cancellarii, factus sim in politioribus disciplinis alumnus. Bene vale. Ex tuo D. Germani a Pratis cœnobio, MDLIII.

PROŒMIUM.



NATURA *ita comparatum est, ut quamdiu homines sub hoc cœli circumflexu vita fruuntur, præteritorum memores, præsentium judices, futurorum præsagi, suis commodis prospicere & velint & possint. Qui cum mortales se agnoscant & corruptioni obnoxios, illam, quantum in se est, ut effugiant, summopere student. Sed cum non uno omnes eodemque desiderio teneantur, ac diversa quisque consectetur studia, fit ut variis illi ducantur opinionibus, ac singuli sua opera pro regionum morumque varietate contexant. Ægyptiis quidem & Arabibus, atque ferventium æstu regionum incolis, sese intra parietes ob vim algoris continere, aut nivem vel saltem nebulam cœlum obtegentem intueri, tam novum est, quam nobis, qui Septentrionem incolimus, aut Pyramidem, aut Colossum, aut Obeliscum contemplari.*

Q. sub dio degunt, astra et cælos discunt.

Mirum itaque nemini esse debet, Si illi qui per totam ætatem sub dio degunt, astrorum cursus & motum cœli longa observatione didicerint: quarum quidem rerum Septentrionales populos, qui perpetuo in domibus obversantur, & apud quos cœlum fere semper nubilum apparet, vulgo ignaros esse videmus. Quemadmodum igitur singulæ nationes pro variis naturis & syderum influxu, diversos mores induerunt, sic illæ non in iisdem omnes animi dotibus participes fuerunt. Nam eas, quæ altius mentem extulerunt, propius ad divinitatem accessisse, nemini dubium est: illas autem, quæ nihil arduum unquam molitæ sunt, prorsus degeneres, & ad pecudum ingenium quam proxime accedentes censeri volumus. Proinde cum ego operum quorundam antiquorum reliquias contemplarer, ejus temporis hominum, quo illa sunt posita, valde mentem mihi mirari contigit, cum animadverterem cuncta fere opera, quæ ab illis adfabre facta sunt, non aliam ob causam extructa esse, quam ut illi sese cæterorum hominum numero eximerent, seseque non sui seculi hominibus tantum, sed posteris etiam commendarent.

Non v sa [illegible]

At vero a quibusdam dissentiendum esse duxi, qui tum sibi, tum cæteris persuadere conantur ea nusquam extitisse, quorum memoria non sit literis prodita, vel oculis nostris subjecta, Sed quantum judicio fallantur, paucis aperiam. Fingamus molem arte factam, tantæ quidem magnitudinis alicubi jacere ut facile montem Olympum celsitudine superet, quæ tamen ignoretur, nec a quoquam sciatur: de ea profecto ita existimare non debemus, ut eam in rerum natura esse negemus. Itaque dum homines rerum gerendarum oportunitatem nacti, suos conatus omnes & nisus pro temporis qualitate, & regionis natura, ita collocarunt, ut unus alium excellere niteretur: consentaneum est, alios ab aliis ingenio longe superatos, perspicaciorique mentis acumine facile victos fuisse. Qui autem altius rerum naturam contemplati sunt, & quod æternum erat perspexerunt, reliquorum facta egregia, mea quidem sententia, anteverterunt, & illi quidem vehementius qui æternitati studuerunt.

AEgyptii hominem mori negabant.

Quemadmodum vero Ægyptii quondam hominem mori negabant, sic quoque apud eos vulgare fuit, cunctos æternitati studere. Ex quo Reges, qui populum opibus antecellebant, suæ animi excellentiæ indicium in excelsissimis operibus ostentare studentes, quam maxima, nobilissima, & difficillima opera moliebantur. Omnium autem mortalium primi Ægyptii diis aras, simulachra, & delubra statuisse, & animalia in saxis sculpsisse traduntur.

AEgyptiorum sculptores.

Ex quo eorum artifices in ea arte peritiores, merito cunctis nationibus præferendos censui. Illi enim in exscindendis molibus tam solertes fuerunt, Herodoto teste, ut cum permulti Colossum ex diversis lapidibus faciendum aggrederentur, hunc membratim ex diversis locis delatum, alius alibi caput, alius crus, alius brachium, alius corpus exscinderent: & tandem membra singuli in unum locum deferentes, illum totum concinne, & symmetria elegantissima in unum corpus coalescere facerent, ita ut ab uno eodemque artifice, atque ex solido lapide factum dixisses. Sed hoc in Ægyptiis majus habebatur, quod dum illi diis aras, statuas, simulachra, & animalia sculpebant, durissimos quosque lapides conquirebant:

Basaltes. Nili statua.

Basalten potissimum, qui ferrum duritie æquaret, ex Æthiopia accersebant. Ex quo eleganter exciso & perpolito, Nili quoque fluvium metiebantur, quem hoc modo repræsentabant. Gigantem quam maximum lapide Æthiopico, hoc est, Basalte, humi prostratum sculpebant:

Sphingis effigies.

sub cujus cubito Sphingis effigiem astruebant, cui is incumberet, Cornucopiæ manu tenentem: atque circa hunc sedecim infantuli cubitalis longitudinis veluti palantes spatiantur, quorum duo cæteris excelsiores coronam Cornucopiæ imponunt. Hac effigie Ægyptii intelligebant, cum soli ubertas ex Nili inundatione proveniat, eum ad sedecim cubitos excrescere necesse esse: alioqui regni annona non intelligeretur eo anno magni proventus fore.

Tiberis statua.

Romani magna orbis parte potiti, Ægyptiorum vestigiis inhærentes, quoties suum quoque Tiberim significare volebant, lapidem marmoreum molis intentis exscindebant, ac gigantem nudum aquam ex orca effundentem, bar-

PROOEMIUM.

bam prolixissimam & uliginosam præ se ferentem, dextra manu Cornucopiæ tenentem, lupæ dorso (quam sub cubito pulvini loco habet) incumbentem faciebant, circa quam duos infantes, Remum & Romulum, ubera lupæ lactantes effingebant. Hujusmodi autem fuit celebris illa & antiqua statua, quam nunc Romæ ridiculo nomine Marphorium nominant. De Ægyptiaca autem statua Plinius lib. XXXVI. cap. VII. ita meminit; Invenit eadem Ægyptus in Æthiopia (inquit) quem vocant Basalten, ferrei coloris atque duritiæ, unde & nomen ei dedit. Nunquam hic major repertus est quam in templo Pacis ab Imperatore Vespasiano Augusto dicatus, argumento Nili sedecim liberis circa Nilum ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur. Hactenus. Verum, quod sciam, lapis hic desiit amplius Romæ videri, sed alium huic prorsus respondentem in Vaticano maximum & conspicuum in summi Pontificis horto stratum videas, quo nihil prorsus Romæ antiquius conspexeris. Franciscus Galliarum Rex antiquitatis longe studiosissimus, magnificorumque operum admirator maximus, statuas permultas, cujusmodi est illa & Tiberis, de qua jam ante dixi, aliasque omnes quascunque antiquas undequaque conquisitas in Regia sua apud Fontanæblæum elegantissimo quam maxime fieri potuit opere, ex optimo orichalco & ære conflandas curavit. Illæ autem præter multos conflatiles Colossos illos, de quibus jam ante diximus, & Regias tum incboatas tum perfectas, immaniorem alium quam usquam ab ullo visus sit, ex ære conflare instituerat, ut hujus rudes delineationes, quæ adhuc Lutetiæ extant, nemo sine magna admiratione contemplari possit. Hoc unum asserere ausim, nihil unquam ab Ægyptiis, Romanis, Regibusque externis excogitatum fuisse, quod cum unico hoc Regis Francisci Colosso componi potuisset, si ex ære (ut decreverat) conflatus fuisset. Ille tamen immatura morte Rex præstantiss. præventus, ut absolveretur nunquam efficere potuit. Durat etiamnum Lutetiæ rude tantum illius lineamentum, quod quidem sine magna intuentium admiratione conspici vix potest. Herculis Colossus futurus erat pedum quinquaginta trium longitudinis, ex quo tanti Regis sublimitas facile posteris innotescere potuisset. Simulachra primum ab Ægyptiis in honorem deorum excogitata fuerant, tandem & ad hominum statuas atque imagines multis modis transierunt. Excepta deinde res est a toto orbe terrarum humanissima ambitione, & jam omnium municipiorum foris statuæ ornamentum esse cœpere, prorogarique memoria hominum, & honores legendi ævo basibus inscribi, ne in sepulchris tantum legerentur. Mox forum & in domibus privatis factum, atque in atriis. Honos clientum instituit sic colere patronos. Cum itaque hoc meum institutum sit, ut Antiquorum majestatem in eximiis eorum operibus comprobem, nihil majus atque antiquius duxi, quam ut doceam homines quondam æternitati studentes, dum animam illi quidem immortalem agnoscerent, nihil magis studuisse, quam ut corpora a putrefactione multis variisque medicamentis vindicarent. Quod ut consequerentur, multa excogitaverunt, quibus ea perennia ævis incorrupta adservarent: ut posthac suis locis latius explicabimus. Sed quia in his docendis certum ordinem sequi instituimus, atque momenta perennia quæ in posterum memoriæ causa produntur, ut perennia sint describere volumus, de operibus maximis & miraculo dignis primum, deinceps vero suis locis de minoribus erit dicendum: & quum hæc propter funera seu cadavera fiant, de funeribus & cadaveribus nihil omittentes, ceremonias quæ in sepulchris, sepulturis, rogis, parentationibus, mortuorum planctibus, & aliis ejusmodi rebus nostra commendatione dignis fiebant, adjicientur. Primi autem hujus nostri libri initio statim rationem, cur Antiqui tantam suorum funerum curam habuerint, adferemus. Deinde vero medicamenta, quibus illi defunctorum corpora ævis servanda condire soliti sunt, sequenti libro ostendemus. Cæterum quia nonnulla etiam sunt, quæ mutuo sese consequuntur, huicque rei affinia sunt, de iisdem libro tertio nonnihil differendum operæpretium putavimus.

Marphorium.

Basaltes.

Statuæ fusiles Francisci Galliarum Regis magni.

Francisci Regis colossus ingens.

Operis hujus institutum.

PETRI BELLONII, CENOMANI,

AD CANDIDUM ET BENEVOLUM LECTOREM

CARMEN.

Qui monimenta cupis Veterum pulcherrima nosse,
    Huc ades, & nostra hæc munera grata cape.
Hic videas curis quod nos vexavit amaris
    Externa quicquid vel regione patet.
Securus videas per tecta domestica quidquid
    Non sine quod licuit (crede) labore gravi.
Attamen iste labor facilis fuerit mihi, si te
    Qualiacunque juvent quæ tibi scripta damus.

INDEX CAPITUM.

PETRI BELLONII, CENOMANI, DE ADMIRABILI OPERUM ANTIQUORUM ET RERUM SUSPICIENDARUM PRÆSTANTIA LIBRI TRES.

AD REVEREND. ET ILLUSTRISS.

D. FRANCISCUM CARDINALEM TURNONIUM.

CAP. I.

De prisca operum gentium externarum majestate,



VETERES Orientis incolæ, præsertim Ægyptii, in arduis rebus ad sempiternam memoriam extruendis non minus valuerunt, quam in magnificorum operum molibus exscindendis,& rebus summa admiratione dignis, Quo fit, ut eorum animi sublimitatem & generositatem, atque etiam artificium, qui ad tam grande opus æternitati destinandum sese accinxerunt, jure miremur. Quid, quæso, unquam ad sempiternam memoriam comparandam Pyramide, Obelisco, Colosso, Tumulo, Mausoleo, Labyrintho, & id genus suspiciendorum operum miraculis majus cerni potest, quæ ante multa sæcula erecta, in hodiernum usque diem in permultis mundi regionibus extant? Quæ tamen omnia sepulchrorum causa excogitata fuisse indicabimus. Nam cum uni animantium homini Deus Opt. Max. sepulturæ curam, atque etiam post se de futuro cogitare tradiderit, non abs re homines qui de resurrectione pie sentiebant, corpora defunctorum variis modis ad ævum condiri, incorruptaque servari voluerunt, quod sua corpora se facilius ob id resumpturos sperarent. Alii sepulchris magnificentissime hæc opera dicabant, in quibus corpora condiebantur, donec id tempus laberetur, quod a suis Philosophis Astronomiæ peritis judicatum erat. Siquidem orientalium populorum doctores, ut Babyloniorum, Assyriorum, Gymnosophi-

Homo de ...uro cogi...

Ægyptii resurre...one pie ...tiebant ...ur Ægy... corpo... condi...

A starum, Chaldæorum, Indorum, Æthiopum, & Ægyptiorum, ita disciplinam suam vulgo incolis tradiderant, ut facile eis persuaserint, quicquid ab eis vel sepulchri causa extrueretur, id non temporarium, cujusmodi ea sunt quæ vulgo fieri solent, verum magnificum & ad æternitatem affabre faciendum, ut in multa secula perdurare posset. Putabant autem illi quindecim nostrorum annorum millibus mundum finitum iri: quod quidem ex Astronomiæ computatione didicerant.
B Emenso omni cœli circuitu, a certo loco in eundem locum reversionem, mundanum annum vocabant. Nam annus hic quia conversione plenæ universitatis efficitur, largissimis seculis explicatur: cui finem hoc modo statuunt, cum stellæ omnes omniaque sydera a certo loco ad eundem locum ita revocantur, ut ne una quidem stella in alio loco sit, quam in quo fuit, cum omnes aliæ ex eo loco motæ sunt, ad quem reversæ anno suo finem dedere sub eadem cœli totius descriptione.
C Itaque cum hoc peculiare habuerint, æternitati plurimum studuerunt: ob hoc enim Pyramides extruere, Colossos & Obeliscos exscindere, & lapidum molibus dignitates deorum exprimere sunt aggressi, quibus defunctorum corpora jam ante medicata significarent hic esse condita. Opera illa profecto cum inter maxime memoranda, sumptuosiore impendio quam ulla alia humana manu facta sint, ad hoc usque tempus etiam durant. Supra vero enumeratorum populorum Philosophi, (quemadmodum Sapientes apud Persas) Deo-
D rum cultibus & divinationibus studentes, docuisse feruntur, impium esse cremare mortuos, vel ab animalibus aut elementis absumi: hominesque semper futuros, eosque immortales prædicabant. Quorum doctrinam cum Babylonii, Assyrii, Gymnosophistæ, Chaldæi, Indi, Persæ, Æthiopes & Ægyptii sequerentur, corpora defuncta vel ab elementis,

Orientalium populorum doctores.

Mundanus annus.

Causa cur Pyramides et magnæ moles ... factæ sunt.

Cremare mortuos impium.

Homines immortales Ægyptii asseruerunt.

A vel ab animalibus absumi nefas esse ducentes, illa apud se condiri, atque magno lapidum acervo obsignari statuerunt. Nam cum ignem beluam esse putarent, quæ cuncta devoraret, quæ cum se rebus explevit, una emoreretur, corpora cremanda non censuerunt: sed nitro salita, & aliis multis modis servata conditaque curabant, seorsimque in sepulchro recondebant. Heraclitus tamen summus Philosophus, qui ignem rerum omnium principium prodiderat, in eundem corpora resolvi debere ajebat. Macedones, & post eos Romani, cum Ægypto & toto fere orbe potiti sunt, superba eorum ædificia admirati, hos imitari studentes, mirabilia ædificia instar illorum instituerunt, sed quæ nulla cum eis ratione conferri possent. Illi tamen in hac operum magnitudine aliud quam Ægyptii spectasse videntur: nempe gloriam in eximiis operibus quærentes, templa columnis adornantes diis dicabant, aliaque superba ædificia erigebant, quæ quidem suos in tantam admirationem rei novitate adducebant, ut Orientalium insignes illas moles longe superasse viderentur. Ex quo factum est, ut cum Martialis Cæsaris Amphitheatrum (quo nihil majus Romæ fuit) extollere vellet, nihil unquam majus habuerit quo illud commendaret, quam ut Ægyptiorum Pyramidibus (de quibus mox dicemus) magnitudine præferret: *Barbara*, inquiens, *Pyramidum sileat miracula Memphis*. Merito quidem Romanorum illi acervi cum extarent, otiosos & in magno loci silentio homines ad contemplationem sui alliciebant: sed nunc cum ita corruisse videamus, ut vix etiam ruinæ supersint, frustra authores, urbis miracula ostentare conantur, quæ vel minima temporis injuria deleta sunt. Hinc sane perspicuum est, Romanas res nihil cum Orientalibus illis habuisse quod conferri posset. Illæ enim adhuc integræ supersunt, harum autem ne vestigia quidem ulla apparent, quæ quidem nunc Romæ cernantur, præter illas quibus olim Imperatores populos orientales spoliaverant, & suam urbem decorarant, de quibus suo loco dicemus. A Colossis autem (quoniam sua amplitudine in majorem admirationem trahunt) initium dicendi faciemus, deinde ad Pyramides ascendemus, tertio loco de Obeliscis differemus: postea ad Labyrinthos, consequenter ad Tumulos, postremo ad alias minores substructiones minorum sepulchrorum.

Heraclitii sententia. Romani principes Ægyptiorum æmuli.

B C D E

CAP. II.

De vetustissima & omnium quæ ex solido lapide supersunt amplissima mole, hoc est, Ægyptio Androsphinge, & de aliis permultis ingentissimis Colossis majori admiratione dignis qui unquam extiterunt.

Androsphinx. Colossus.

ETSI moles a Romanis turribus pares extructæ fuerunt, quas Colossos vocabant, multorum cubitorum longas, & multis talentis factas, (cujusmodi erant quas Nero Cæsar, Lucullus & alii multi posuerunt) tamen quia earum nulla cum unica Ægyptia Sphinge fuit quæ componi posset, de ea primum differendum mihi visum est. Durat adhuc in Ægypto, cum aliæ omnes tum temporis, tum bellorum injuria deletæ sint. Mirabantur multi olim Rhodium Solis Colossum septuaginta cubitorum altitudinis; Apollinis & Jovis statuas triginta: quanto ergo Ægyptius ille Colossus, sub quo conditum est corpus Amasis, majori admiratione dignus censebitur? Cujus quidem altitudo a ventre ad summum apicem in capite sexaginta duorum est pedum, longitudo autem pedum centum quadraginta trium, cum tamen Colossus ille Rhodius integer centum & quinque pedes tantum porrigeretur. De Colosso hoc Ægyptio tam ingenti & vasto meminit Plinius, quem alio etiam nomine Sphingem vocat. *Libro* enim tricesimo sexto, *capite* duodecimo, hoc modo habet: *Dicantur obiter*, inquit, *& Pyramides*. Et paulo infra addit: *Ante has est Sphinx vel magis miranda, qua sylvestria sunt accolentium*, (alia exemplaria habent, *quasi sylvestre nomen accolentium*, sed prior lectio magis mihi placet) *Amasim regem putant in ea conditum:* (quomodo condirentur reges, postea dicetur) *& volunt invectam videri. Est autem saxo naturali elaborata, & lubrica. Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit. Longitudo pedum centum quadraginta trium est. Altitudo a ventre ad summum apicem in capite sexaginta duorum*. Hæc Plinius. Mirabar cur Plinius lapidem seu Colossum hunc, Sphingem nuncupaverit, cum tamen nihil aliud quam mulieris caput præ se ferre videatur. Sed cum ab authoribus classicis nihil temere, quodque authoritate careat, scribi viderem, ideo locum istum cum his quæ ab Herodoto dicuntur contuli, tandemque hunc esse deprehendi quem ille Androsphingem appellavit. Herodotus enim *libro* secundo de Amasi rege verba faciens ita scribit: *Quicunque dii eum furti absolverant, horum templa neque curæ habuit, neque ulla re ad stabilimentum donavit, neque adiens sacrificavit, tanquam nihil mererentur, quod redderent falsa responsa. Qui autem eum pronuntiaverant furem, hos tanquam vere Deos, nec mendacia reddentes oracula, maxime coluit. Præterea in Sai vestibulum Minervæ fecit, opus admirandum, & longe superans cætera tum sublimitate, tum magnitudine. Tanta est vastitas lapidum atque substructionum. Quinetiam ingentes Colossos, & immanes Androsphingas ibidem posuit*. Hactenus ille. Mihi itaque Plinii Sphinx cum illo Herodoti Androsphinge consentire videtur. Herodoti verba quæ sequuntur subjiciam, utpote quæ ad tractationem istam pertinent: *Alia quoque saxa prægrandia* (inquit) *in apparatum Amasis comportavit, ducta partim e lapidicinis quæ juxta Memphim sunt, partim* (utique quæ majoris molis erant) *ex urbe Elephantina quæ a Sai distat viginti dierum navigatione. Ad hæc, quod non minime sed maxime omnium admiror, attulit ædificium ex solido saxo ab urbe Elephantina: in quo adferendo triennium*

Colossus Rhodius. Ægyptius Colossus. Sphinx. Androsphinx.

F

ennium consumpserunt duo millia delectorum virorum, qui omnes erant gubernatores. Ejus tectum extrinsecus est unius & viginti cubitorum longitudo, quatuordecim latitudo, octo sublimitas . . . . . Domus hæc ad ingressum templi collocata est. Nam ob id ajunt in templum non fuisse pertractam, quod tecto advecto cum suspirasset ejus vehendi architectus, utpote pertæsus diutini temporis operæ, ea de re stomachatus Amasis, non permisit hominem ulterius trahere. Nonnulli ajunt quendam ex his qui vectibus lapidem agebant, ab illo fuisse oppressum, ideoque lapidem non introductum. Donavit prætereа operibus ob magnitudinem spectaculo dignis cum alia templa insignia, tum in Memphi templum Vulcani, Colosso supino ante illud posito, longitudinis quinque & septuaginta pedum. Superque idem pavimentum gemini Colossi stant ex Æthiopico lapide, vicenum pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi adsistentes, cujus instar est alter in Sai lapis eodem habitu jacens. Illud etiam quod in Memphi est templum Isidis ingens & spectatu dignissimum, ajunt Amasim ædificasse. Quæ Herodotus itaque Amasi tribuit, consentanea cum his esse videntur; quæ a Plinio de Sphinge ingenti Colosso illo Ægyptio referuntur. Cum vero Romæ nihil Sphingibus antiquius cernatur, pauca adhuc subjicienda esse duximus. De Sphingibus nihil prorsus ab authoribus certi statuitur, nec usquam animalis genus hoc visum a quoquam fuisse vivum puto. Siquidem de eo ne unquam quidem meminit Aristoteles. Sphingas diversis lapidibus insculptas, quæ in Romanis reliquiis supersunt, ex Ægypto tamen allatas sibi dissentire observavi, ut in diversis lapidibus diversas formas videre possis. Ubera siquidem in quibusdam pectori adjuncta, in aliis vero circa abdomen videas. Alias rursus his prorsus carentes: nonnullas etiam alis præditas cernere est, alias vero iis expertes. Ex quibus plane perspicuum est (quemadmodum & ex iis duabus insignibus, quas rex Franciscus, antiquarum rerum studiosissimus, in regia sua apud Fontanæblæum ex ære fuso a Romanis, quæ in Capitolio sunt, desumptis conflari jussit, deprehenditur facile) esse fabulosum hoc genus Ægyptiis, ut & de Chimæris ab eventu fuisse excogitatum. Nilus enim Ægyptum rigans, annonæ proventum pollicetur, quod quidem in Julio & Augusto fieri consuevit. Atqui cum illis duobus mensibus Leo & Virgo dominium gerant, Ægyptii simulachrum excogitantes, quod huic rei conveniret, animal effinxerunt, quod anteriori parte Virginem capite, collo & pectore æmularetur. Reliquum autem corpus Leonis esset, hoc Sphingem vocantes: idque hoc ipsum, quod a Plinio Sphinx, ab Herodoto autem Androsphinx vocitatur, esse reor. Cujus rei hanc probationem adferam, scilicet quod Romæ in summi Pontificis palatio trium sculpturæ videantur, quarum duæ ex Pfaronio lapide, tertia pulvini vice sub cubito Nili sternitur. Aliæ in Capitolio ex marmore nigro Basalte sculptæ sunt. Aliæ e regione Panthei in foro comperiuntur. Hæ omnes invicem dissident, cum tamen ex Ægypto Romam advectas fuisse sciamus, quod quidem ex notis Ægyptiis, quæ in basibus comperiuntur, literis scilicet hieroglyphicis, comprobari potest. Colossus itaque, Ægyptius Androsphinx, sive Sphinx, faciem ad Memphim conversam habet: estque inter Memphim & Pyramidem, paulo inferius, non procul ab ea distans.

Vulcani Colossus.

Nihil sphingibus Romæ antiquius cerni. Sphingis animalis nunquam meminit Aristot.

Insignes sphinges in Regia Fantanæblæi Sphinx fabulosum est excogitatum. Chimæra.

CAP. III.

De admiranda Pyramidalis amplitudinis mole ob regis cujusdam funus obsignandum extructa.

Igitur jure miremur lapidem tantæ molis ex tam longinquo invectam in sylvestri esse. Nihil ex Romanis reliquiarum vestigiis superest, quod cum eo componi possit. Sed parum quidem videretur de Sphinge meminisse, nisi de Pyramidibus paucula quæ vidimus adjiceremus: mirabiliores enim sunt, quam ut vel ab humana mente capi possint, nisi quis eas propius contemplatus fuerit. Inter authores nihil certi constare video, quanam illæ ratione tam mirabiles constructæ fuerint, aut ad quod officium seu munus essent delegatæ. Ego tamen sepulturæ gratia eas primum extructas fuisse asserere ausim, quod postea Antiquorum authoritate probaturus sum: miror tamen nullum ex tot authoribus, qui de Pyramidibus & Obeliscis scripserunt, quenquam extare, qui causam cur factæ sint certo tradiderit. Plinius multas quidem ejus rei adfert rationes, sed quæ omnino mihi non satisfaciant: ejus autem hæc sunt verba: *Dicantur obiter, inquit, & Pyramides in eadem Ægypto, Regum pecuniæ otiosa ac stulta ostentatio: quippe cum faciendi eas causa a plerisque traditur, ne pecuniam successoribus aut æmulis insidiantibus præberent, aut plebs esset otiosa.* Hæc Plinius. Ea certe causa, quam tradit, omnino mihi levissima videtur: nam cum multæ earum Pyramidum visantur, non potest dici a plebe otiosa sine ratione factas esse, quas omnes ex Arabicis lapidicinis constructas constat, quod etiam Plinius fatetur: *Pyramis amplissima, inquit, ex Arabicis lapidicinis constat, nulla præterea.* Alia insuper addit, quæ etiam apud Herodotum leguntur, cujus verba subjiciam: *Verum, inquit, in Pyramide amplissima annos viginti absumptos, cujus singulæ frontes (nam est formæ quadratæ) sunt octogenum jugerum, pari altitudine, saxis dolatis decentissimeque coagmentatis, quorum nullum est minus triginta pedum. Est autem extructa hæc Pyramis in speciem graduum, quas quidam scalas, quidam arulas vocant. Posteaquam eam principio talem fecerant, attollebant reliquos lapides brevibus machinis e ligno factis, ex humo in primum ordinem gradatim levantes: ubi super hunc gradum lapis erat, super alteram machinam imponebatur, quæ in ipso primo gradu stabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur super alteram machinam: nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, sive eandem machinam, quæ una & facilis ad ferendum esset, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amoliebantur. Di-*

Admiranda Pyramidis compages. Causa cur Pyramides extructæ sint, quæritur.

Descriptio Pyramidis.

ctum sit a nobis de utroque, quemadmodum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæque ex Pyramide ut erat altissima: deinde gradatim sequentia: novissime vero, quæ solo sunt juncta & infima. In ipsa Pyramide literæ Ægyptiacæ scriptæ indicant quantum sit erogatum in operarios pro apio, cæpis, & aliiis, quod interpres earum literarum (ut probe reminiscor) ajebat in summa mille & sexcenta talenta pecuniæ esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est fuisse consumptum vel in ferramenta, vel in cibos, vel in vestiarium operariorum? Hactenus. Ista omnia ex Herodoto adferre visum est, quod videam Plinium ea ab eo ad verbum pene transtulisse. Ille enim: *Amplissima Pyramis*, inquit, *octo jugera obtinet soli, quatuor angulorum paribus intervallis, per octingentos octoginta tres pedes singulorum laterum, altitudo a cacumine pedes viginti quinque*. Hæc ille. Pyramidem hanc a me diligentissime observatam, utrunque quidem bene descripsisse, sed in mensura altitudinis & latitudinis admodum hallucinatos esse video. Neque vero una Pyramis tantum est, sed multa inchoatarum vestigia extant. Nuper Eques quidam Rhodius me præsente ajebat talem se Pyramidem vidisse, qualem hic ab Herodoto & Plinio descriptam ostendimus. At ego tam insigne audaxque mendacium ferre non potui, omnibusque palam feci longe aliter rem se habere, multos etiam hujus rei testes habebam Galliæ Nobiles, in queis potissimum Dominum a Fumet, ex familia Regis, allegare poteram, qui tum aderat, cum eam dimensus sum. Amplissima hæc sola inter tot quæ adhuc supersunt, in speciem graduum assurgit, vocaturque vulgo *Pharaon*: nam reliquæ omnes glabræ sunt. Gradus in ea ab imo ad verticem plus minus ducenti & quinquaginta numerantur: quorum quilibet ita latus est, ut extensis ulnis vir utrasque oras vix pertingat: altus vero circiter quatuor pedes cum dimidio, licet Herodotus aliter triginta altitudinem ejus esse scribat. Crederem eam circiter mille pedes altam esse. Cum vero gradus seu areæ altiores sint, quam ut a scandentibus sine magno negotio possint superari, artifices ad singulos Pyramidis angulos tres minores gradus in qualibet arula exciderunt, quo facilius Pyramis conscendi posset. Hujus basis (ut omnium fere Pyramidum) quadrangula est & quadrata, cujus quidem anguli paribus intervallis singulorum laterum trecentos viginti quinque passus, quos homunculus gradiendo metiri potest, continet. Quod si quispiam hujus Pyramidis amplitudinem oculis sibi subjicere cupiat, ejusque veluti ideam quandam certam animo complexam tenere, palos quaternos in grandi planitie infigat, trecentis viginti quinque passibus paribus intervallis ab invicem distantes, ita ut in gyrum mille & octoginta passus numerentur: is Pyramidis hujus amplissimæ ideam habebit.

Pyramidum basis quadrangula.

Pyramis hæc intus concava est, foramen obliquum habens partem septentrionalem spectans, quadratum, per quod advenæ intromittuntur, quod tamen adeo obscurum est, ut sine lumine ingredi vix illi possint. Ideo qui Pyramides invisunt, antequam ex Memphi solvant, candelas cereas secum deferunt. Summo autem mane e Memphi solvunt, sursumque tendunt versus Nilum, quem navigio trajiciunt: super cujus aggerem diu iter est faciendum priusquam ad Pyramides accedatur. Illæ autem citra Nilum sitæ sunt pene sex millibus a Memphi; ad quas quispiam cum iturus est, comites secum accersat, oportet: nisi enim armata manu proficiscatur, maxime illi timendum ab insidiis Arabum: sic ejus loci latrones vocantur. In aggeris secessu Busiris oppidum situm est, ex quo comparantur quæ ad victum iter facientibus necessaria sunt: nisi quis ex Memphi prandium secum tulerit. Inde quoque itineris indices accersuntur, qui Pyramidem ingredi assueti sunt. Eo cum pervenimus, ignem ex silice excussimus, candelisque accensis mox in eam cavitatem descendimus, quæ est in Pyramidis centro. Paulum progressi, puteum ad dextram vidimus, cujus Plinius meminit, quem octoginta sex cubitorum flumine Nilo admisso scribit: nunc vero ea profunditate non conspicitur, nam lapidibus saburratus atque obturatus est. Est autem meatus unus ad putei sinistrum latus, angustus, per quem ad superiorem concamerationem ascendimus spatiosam, in ipsius Pyramidis centro in cubiculi modum constructam, passuum quatuor latitudinis, sex vero longitudinis, politissimis lapidibus adornatam, in cujus medio grandis arca ex marmore nigro excisa, duodecim pedes longa, ulnæ altitudine, sex pedum latitudine visitur: in qua, etiamsi a Veteribus nihil traditum sit, credibile est corpus Regis cujusdam Ægyptii conditum olim fuisse, quemadmodum & in Sphinge jam ante diximus. Multos in ea offendimus vespertiliones nostris in hoc dissimiles, quod caudam habent, ut mures, oblongam, multum extra alas prominentem: qui cum unicum, interdum binos pepererint catulos, hamis, quos in alis habent, de lapide suspendunt: eos deinde uberibus lactant, quæ in pectore hominum modo posita habent. Pyramidis pars, quæ ad Septentrionem vergit, caduca magis est atque absumpta, quam illæ quæ vel ad Orientem aut Occidentem atque adeo Meridiem spectant. Quod hac ratione accidisse censeo, quia Septentrionalis pars, quæ Ægyptum aspicit, humiditati magis est obnoxia, utpote quæ vento humido assidue afflari soleat: qui cum in nostra regione omnium siccissimus sit, ibi humidissimus est propter Nili inundationem, ita ut etiam durissimis corporibus infestissimus sit. Sed de majori hac Pyramide hactenus.

Pyramis amplissima intus concava est.

Puteus in amplissima Pyramide.

Arca marmorea in Pyramidis amplissimæ centro.

Vespertiliones in amplissima Pyramide

Ventus Septentrionalis in Ægypto humidissimus.

Antequam vero ad alias transeam, mihi visum est adjicere, quod Ægyptii sua monumenta edito loco multis de caussis statuebant: præcipua tamen fuit, ut sepulchra, quæ servata funera complecterentur, ab inundatione immunia essent, neque modo ullo mergi possent. Hujusmodi autem sunt tres illæ excelsissimæ,

Ægyptii sua monumenta edito loco statuebant.

de quibus Plinius scribit: *Sed Ægyptus inter mira ac memoranda narrat harum cacumina extrema, quæ eminere dicuntur. Reliquæ tres orbem terrarum implevere fama, sane conspicuæ undique annavigantibus*. Hactenus hoc loco Plinius de tribus illis excelsiori loco positis intelligit. Hic autem, ubi *annavigantibus* habet, non de mari est intelligendum, sed de Nilo. Longius enim a mari absunt, quam ut inde possint conspici: sed tempore sereno his, qui in Nilo navigant, etiam vel longius quam viginti milliaribus videri possunt, scilicet quod locus, in quo sitæ sunt, sit editus ultra Nilum, Ægyptus vero humilis ac depressa. At amplissima quam jam ante descripsi, eminus conspecta minor apparet, quia altera, quæ est ea inferior, paulo supra editiori loco sita est. Tres autem istæ Pyramides instar montium in aerem assurgere videntur, idque multo magis iis qui longius absunt, quam ad eas propius accedentibus. Non alibi vero quam ultra Nilum Pyramides in Ægypto reperiuntur. Quas autem Plinius enumerat, earum unam in Arsinoite nomo, duas in Memphi non procul Labyrintho esse dicit, mihi plane diu etiam vestiganti nunquam cognitæ sunt: nec video quomodo hæc ejus verba intelligi possint, cum scribit, *Reliquæ tres, quæ orbem terrarum implevere fama, sane conspicuæ undique annavigantibus*: nam de iis tribus tantum insignibus ille mihi dixisse videtur. Quarum maximam, amplissimam vocat, de qua jam ante diximus, de reliquis duabus paulo post dicturi. Nullus vero author reperietur, qui de pluribus maximis scripserit, quam de tribus illis quæ sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo sterilique, non tamen inter Memphim oppidum & quod appellatur Delta, ut Plinius scribit, sed supra Memphim & locum qui dicitur Delta. Itaque cum satis constet tres tantum esse Pyramides, quarum unam jam ante descripsimus, duæ supersunt, de quibus reliquum est ut differamus.

Longius a mari absunt Pyramides.

Tres tantum Pyramides excelsæ.

CAP. IV.

De altera antiquissima atque admirabili lapidea strue Pyramidali.

ALTERAM Pyramidem voco, quod magnitudine priori succedat. Ea procul major quidem apparet, quia editiori loco sita est. Sed propius contemplanti longe minor cernitur. Sunt ex Neotericis quidam, qui eam marmore incrustatam fuisse scribant, quod inde postea ablatum sit ad Memphis pontem exædificandum: quibus facile occurri ex hoc potest, quod Memphitici pontis ne vestigia quidem ulla usquam extent, neque pons unquam supra Nilum [ex]ædificatus fuerit. Hæc quoniam glabra est, nec externis areis seu gradibus scandi potest, paulo magis fastigiata apparet, fastigiumque ejus usque adeo in acutum desinens, ut in mucronem turbinetur, cum prior illa cacumine ita sit obtuso, ut etiam supra eam multi simul stare possint. Compacta hæc est & solida, nec

Altera Pyramis editiori loco sita.

A patentem habet aditum ut prior: servati autem cadaveris cujusdam sepulchrum esse constat.

CAP. V.

De tertia eaque vetustissima Pyramidali suspicienda mole in Ægypto.

EST & alia tertia nequaquam cum superioribus magnitudine comparanda, sed cæteris multo spectatior existimatur, quod Æthiopicis lapidibus assurgat. Aliis duabus supra descriptis longe
B inferior est, sed e longinquo, quia paulo altius in colle sita est, cæteris par videtur. Ætiopicus hic lapis, Basaltes marmor, alio nomine appellatur, quemadmodum paulo post in Sphingum formis docebimus, cujus tanta est duricies, ut ferro non cedat. Amplissima illa Pyramis æque ac secunda, lapidibus Arabicis assurgit. Solum in quo sitæ sunt arenosum est, quod Plinius non prætermisit. Arena, inquit, late pura circum, lentis similitudine. Minimam istam ex his tribus omnium ex-
C cellentissimam cum Plinio assevero. Hanc a Rhodope meretricula factam fuisse scribunt.

Tertia Pyramis cæteris spectatior.

Æthiopicus lapis. Basaltes.

CAP. VI.

De permultis aliis minoribus antiquis Ægyptiis Pyramidalibus molibus.

NISI infinitus, prope dixerim, aliarum Pyramidum numerus, in arenosa solitudine circum circa dispersus, me in diversum pertraheret, facile concederem, Pyramides ociosæ ple-
D bis causa factas fuisse. Sed cum tam multas, nunc majores, alias minores, & minimas viderem, circa quas Cryptæ, Busta, & Hypogea cernuntur, aliaque concamerata ædificia, lapidibus maximis constructa, in quibus corpora condita servarentur, facile concludi potest, omnes illas corporum jam servatorum hominum fuisse sepulchra. In earum rimis permulti stelliones versantur, qui medicamentum quoddam, quod Græci *Crocodileam* vocant, cacant. Muscas enim
E venantur, quarum pabulo stercora dura, levia, albaque conficiunt. Europæi *stercus Lacerti* nominant: cujus rei tam magnus est vulgo apud Turcas usus, ut nihil ad fucum mulierum sit vulgatius.

Pyramidum numerus pene infinitus.

Stelliones. Crocodilea.

Fucus mulierum Turcarum.

CAP. VII.

De Pyramidibus extra Ægyptum, tum Romæ, tum alibi.

ROMANI Pyramides etiam aliquando tandem conficere sunt aggressi, qualis illa C. Cestii est admodum
F negligenter facta, ineptissimi profecto opus artificis: nam inter trecentas plus minus quæ in Ægypto stant, ne unam quisquam hiantem viderit, licet absque ferro conjunctæ sint. C. autem Cestii Pyramis, quanvis ferruminata undique plumbo, validoque ferro nixa sit, tamen circum circa ita satiscit, ut Terebinthi, Caprifici, Genestæ, Capparis, Inodora laurus, Rubus, Cynosbatus, Absinthium

C Cestii Pyramis Stirpes enatæ in pyramide Romana.

in ejus rimis enascantur. C. Cestii Pyramis quinquaginta lapidum marmoreorum ordinibus assurgit, sed interna materia ex calce, lapidibus, & cemento est; externa ex albissimo marmore Thasio.

Thasium marmor albissimum.

Pyramidis moles ad angulos dissolvitur, quod basim internam non satis inter extruendum artifex firmaverit. Pyramidis namque interna materia tantæ moli sustinendæ non satis idonea, depressior tandem facta concidit: superficiem autem marmoream ferro & plumbo agglutinatam luxavit. Lapides non ubique æquales: alii siquidem aliis latiores sunt. Ea vero non ultra quinquaginta & centum pedes alta est, lata autem passuum triginta.

Pyramis Romana Ægyptiis dissimilis.

Est & alia Pyramis proxime Romam vetustissima, non tamen mole adeo ingenti ut superior, sed structura vetustiore, figura dissimili, neque ut in aliis quadrata. Ea non longe a collis supercilio inter locum, qui *Crotta rossa* dicitur, & urbem sita est. Tyberi pene abluitur. Basis lapidibus quadratis constat, sed vertex, ubi ipsam Pyramidis formam assecutus est, (nam basis est veluti cubus) gradatim ex lateribus consurgit, in cujus vertice Ariæ arbusculæ, Alinternus, & Teucrion nascuntur.

Pyramides, quas Pontifices deleri jusserunt.

Permultas etiamnum Pyramides alias circa Romam constructas fuisse constat: quæ tamen, ob id forte quod impedimento erant, a Pontificibus deletæ sunt, quemadmodum illa, quam Alexander sextus diruit, quæ juxta Adriani Sepulchrum stabat. Nuper etiam Paulus tertius alteram quadratam supra Mausoleum in via Flaminia campum versus, demolitus est. Quisquis autem has extruxit, imitatus videtur Ægyptios, qui procul ab urbe suas Pyramides construebant.

Exigua Pyramis in Viennensi agro.

Est & Pyramis spectatæ pulchritudinis, admodum parva, medio milliari ab urbe Vienna, sub Lugduno sita, quæ ad latus in vinea erecta stat: sed ea ab itinere longius non abest, quam ut uno lapidis jactu pertingi possit. Antiquissima est, sed forte hæc Pyramidis nomine propter exiguitatem digna non est, veram quoque Pyramidis formam non habet, neque Obelisci, quanquam ad Pyramidem magis accedat quam ad Obeliscum. Antiqui in victoria nihil celebrius excogitare potuerunt, quo de hostibus ex tempore triumphum ostenderent, quam ut ad Pyramidis formam trophæum erigerent, arma hostium in Pyramidis modum coacervantes.

Trophæa ad instar Pyramidis erigebantur.

Hactenus de Pyramidibus. Sed cum Obeliscus non minori miraculo dignus credatur, merito dubium commovi, utrum amborum majorem admirationem præ se ferat. Ego certe nihil Pyramide mirabilius unquam videri posse præ me fero, nisi suspicienda Obelisci moles me in diversum pertraheret. Quisquis itaque alterutrum magnificentia excellere voluerit, hunc vel illam per me licet: quapropter post Pyramides de Obeliscis differere institui.

CAP. VIII.

De suspicienda atque admirabili permultorum Obeliscorum majestate.

EST & in Obeliscis tanta majestas, ut majus nihil judicari possit, neque antiquius, neque quod homines in majorem admirationem rapiat.

Nihil Obelisco antiquius.

Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an authorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere, parere, an jubere? Itaque jure miremur Ægyptiorum vires, generositatem, tantamque magnitudinem, ut ea etiam tentare ausi sint, quæ neque concipi animo, neque humano sermone enarrari, nisi ab iis qui viderunt, possint. Quis, quæso, trabem lapideam quadratam centum & viginti cubitos longam, sex cubitos latam, viginti quatuor crassam, exscindi & perpoliri, deinde longius evehi, atque etiam per se ita stabilem rectam perstare posse crederet?

Trabes lapideæ.

Atqui ejusmodi quam plurimas Ægyptii propter sepulturam exciderunt, quæ omnem temporis injuriam superantes, adhuc illæsæ permanent. Quod autem Obelisci sepulturæ gratia excisi sint, vel ex hoc probari potest, quod & de Pyramidibus diximus.

Obelisci sepulchri causa excisi sunt.

Nam quemadmodum si tres tantum vel quatuor Pyramides excelsæ superessent, causa merito quæreretur, cur perpetuitati dicatæ in tantam altitudinem assurgerent: sic etiamsi perpauci Obelisci viderentur, dici quidem posset eos in honorem Solis, vel divi cujusdam excisos esse. Sed ut multæ Pyramides aliæ aliis majores supersunt, ut etiam multæ non excedant cubitos decem, ita & de Obeliscis dicendum: nonnulli enim tam exigui reperiuntur, ut viro altiores non sint. Hinc minime eorum sententiis subscribere censui, qui putant ob id excisos fuisse, ut Soli dicarentur. Nam ego, qui studiose singulos, quos vidi, observavi, jam supra triginta animadverti. Desinamus itaque causam inquirere, cur Obelisci & Pyramides factæ sint, cum jam satis probaverim sepulturæ causa factos fuisse. Habent Obelisci quod admiratione multo majori dignum sit quam Pyramides. Hæ etenim ex multis lapidibus constant: Obeliscus autem ex uno solo.

Obelisci Pyramides magnificentia superant.

Hinc Romani cum ex Ægypto Obeliscos Romam accersiverunt, (cujusmodi fuerunt ii, quos divus Augustus advexit) Soli dicandos voluerunt, ut fuit is quem divus Augustus in Circo magno statuit, & is qui in Circo maximo diu pro Gnomone stetit ad deprehendendas solis umbras.

Obelisci Romam accersiti.

Sed Ægyptii nunquam in tales usus eos destinarant. Antequam autem ad illum qui erat in campo Martio pro Gnomone positus, accedamus, primum de his quæ Plinius sentit dicere decrevi. Omnes enim ille Obeliscos ex Thebaico lapide esse his verbis annuit: *Thebaicus*, inquit, *intertinctus aureis guttis invenitur in Aphricæ parte, Ægypto adscriptæ, coticulis ad terenda collyria conveniens. Circa Syenem vero Thebaidis Syenites, quem ante Pyrrhopœcilon vocabant. Trabes ex eo fecere reges, quodam certamine Obeliscos vocantes, Solis*

Thebaicus lapis.

Syenites lapis.

Pyrrhopœcilon lapis.

numini sacratos. Radiorum ejus in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio. Hactenus. Plinii verba si scrupulosius perpenderimus, dubium in lapidum Syenites & Thebaici nominibus excitabimus, & in aliis permultis, quæ jam supra de trabibus regum ex Syenite lapide. Sed disputationem omittentes, ad Obeliscos redeamus. Mitres, qui in Solis urbe regnabat, primus Obeliscum instituisse Plinius scribit: Somnio, inquit, jussus, & hoc ipsum inscriptum est in eo. Etenim scalpturæ illæ effigiesque, quas videmus, Ægyptiæ sunt literæ. Postea & alii regum Sochis quatuor numero quadragenorum & octonorum numero. Ramises autem is, quo regnante Ilium captum est, quadraginta cubitorum: idemque digressus inde, ubi fuit Mnevidis regia, posuit alium, undecenis pedibus per latera, cubitis quatuor opus id fecisse dicuntur viginti millia hominum. Hæc ille. Nos infra rationes afferemus, quomodo fieri potuit, quod lapideæ trabes tantæ molis exscindi potuerint. Sed quum maxima rei difficultas in subrectura mole constiterit, idem author opportune hæc addidit: Ipse Ramises, inquit, cum subrecturus esset, vereretur que, ne machinæ ponderi non sufficerent, quo majus periculum curæ artificum denuntiaret, filium suum adalligavit cacumini, ut salus ejus apud molientes prodesset lapidi. Hac animadversione operis effectum est, ut cum oppidum id expugnaret Cambyses rex, ventumque esset incendio ad crepidines Obelisci, extingui ignem juberet molis reverentia, qui urbis nullam habuerat. Hæc ille. Deinde alios duos recenset sine notis, unum a Smarre positum, alterum ab Eraphio. Item alium Nectabis regis octoginta cubitorum, quem Ptolomæus Philadelphus Alexandriæ statuit. Item sex alios excisos Obeliscos, sed a quo, non dixit. Et alii duo, inquit, sunt Alexandriæ in portu ad Cæsaris templum, quos excidit Mesphees Rex, quadragenum binum cubitorum. Hæc ille. Sed nos de duobus ultimis paulo post. Semnofertei quoque Obeliscum addit, quem divus Augustus in Circo magno statuit, & Sesostridis alium, qui erat in campo Martio: de quo jamjam plura dicemus. Si porro quispiam Obeliscos, quos ex Plinio jam ante scripsi, enumeret, viginti fuisse comperiet, omnes ab Ægyptiis excisos: horum Imperatores multos Romam devehi curaverunt. Sed ex Plinio non constabit, aut ex alio quovis authore, qui plures, quam tres detulerint. Atqui, quoniam ille, qui in campo Martio pro Gnomone stetit, aliquid novi adfert, in ejus explicatione diutius insistendum operæpretium esse duximus. Habet is in contemplatione sui aliquid, quod quemcunque peritissimum Mathematicum forte remorabitur. Verum, quum meum institutum eo tendat, ut Obeliscos tantum explicem, Plinii verba mihi hoc loco apponenda fuerunt: Ei, inquit, qui est in campo, divus Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas solis umbras, dierumque ac noctium magnitudines, strato lapide ad Obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra Romæ confecto die hora sexta. Quomodo locum istum intelligam, antequam ad reliqua pergam, prius significandum mihi visum est. Puto enim Augustum circa Obeliscum stravisse humum lapidibus, sed non longius quam umbra horæ sextæ diei. Deinde sequitur: Paulatimque, inquit, per regulas (quæ sunt ex ære inclusæ) singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret: digna cognitu res, & ingenio fœcundo. Hæc ille. Ego regulas ex ære humi lapidibus inclusas putaverim, non autem sursum Obelisco. Manlius, inquit, Mathematicus apici auratam pilam addidit, cujus vertice umbra colligeretur in semetipsam alia atque alia incrementa jaculantem apice, ratione, ut ferunt, a capite hominis intellecta. Hactenus. Ænea pila aurata in vertice Obelisci imposita umbram ad stratas ex ære regulas ita jaculabatur, ut horæ in singulos dies ad solem & lunam deprehendi facile possent. Sed quid Plinium ex hoc remoretur, est quod, dum ille vivebat, non bene congrueret umbra, quod quidem ex sequentibus facile innotescet. Hæc observatio, inquit, triginta jam fere annis non congruit, sive solis ipsius dissono cursu, & cœli aliqua ratione mutato, sive universa tellure aliquid a centro suo dimota, ut deprehendi & in aliis locis accipio: sive urbis tremoribus ibi tantum Gnomone intorto, sive inundationibus Tyberis sedimento molis facto. Hæc ille. Ego vero Obeliscum minime intorqueri aut in latus procumbere posse nunquam crediderim: oportet enim eum omnino suo cubo erectarium stare, quod etiam satis ex his quæ sequuntur, liquet. Quanquam, inquit, ad altitudinem impositæ rei, in terram quoque dicantur jacta fundamenta. Ex hoc Plinii loco, nonnullos esse scimus, qui probare conantur epicyclorum rationem nondum fuisse intellectam. Mirum est, si in trecentis annis solis cursus ita sedem mutaverit, ut ab Augusti tempore ad Titum & Vespasianum Gnomon is ex Obelisco umbræ non bene congrueret: esse tamen authores qui persuasum habent solem cum cœlestibus orbibus terræ propiorem circa triginta millia Gallicarum leucarum esse factum a creatione mundi. Qui his refragantur, hoc contra illos habent, quod in rerum natura non possit dari vacuum dicant, & quod si, ita ut volunt, haberet, daretur vacuum: & ideo hoc non addmitti debere. Plinius ex Herodoto id mutuatus est, quod de Sesostridis Obelisco scripsit: Tertius Romæ, inquit, in Vaticano Caii, & Neronis Principum Circo, ex omnibus unus omnino fractus est in molitione, quem fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Ejusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post cæcitatem visu reddito ex oraculo Soli sacravit. Herodotus enim *libro* secundo scribit, *Pheronem Sesostris filium oculis captum, cum ea clade liberatus esset, cum alia in aliis templis donaria posuisse, omnia memoratu digna, tum maxime memorabilia, ac spectaculo digna in templis Solis gemina saxa, quos obelos vocant a figura veru, centenum cubitorum longitudinis, octo-*

Mitres obeliscus unus.

Sochis obelisci quatuor. Ramisis obelisci duo.

Smarris obeliscus. Eraphii obeliscus.

Nectabis obeliscus.

Obelisci sex excisi. Mespheis obelisci duo.

Semnofertei obeliscus.

Sesostridis obeliscus.

Obeliscus pro gnomone.

Aurata pila in apice Obelisci.

Obeliscos a figura veru dictos obelos.

A num latitudinis. Paulo post addit: *Sunt etiam sepulchra cujus nomen si nuncupavero hac in re, haud sancte fecero. Apud Saim in templo Minervæ post totum delubrum, prope Minervæ parietem, atque in phano, stant obeli, id est, verua lapidea, lacusque contiguus lapidea crepidine adornatus, & circumquaque probe elaboratus, magnitudine (ut mihi videtur) quanta in Delo qui dicitur Trochides*. Hæc Herodotus.

Trochides in Delo.

Multo plura apud Plinium de Obeliscis leguntur, quæ brevitatis gratia hic prætermisi. Multiplex fuit Obeliscorum exscindendorum modus. Diodorus namque B *libro* tertio, *capite* quarto scribit, *Semiramim reginam ex Armeniorum montibus lapidem excidendum curasse, longitudine pedum centum quinquaginta, latitudine vero spissitudineque quatuor & viginti: quem magna curruum multitudine ad flumen delatum, navique impositum, Babyloniam detulit, inque via insigniori erexit, rem inspicientibus admirabilem, a forma Obeliscum appellatum, inter septem miranda opera annumeratum*. Hæc ille.

Obeliscus Semiramidis.

Superstites obel[isci] Romæ.

Nullus eorum, quos Cæsares Romam vehendos C curaverunt, ab eis unquam excisus est. Sed jam in Ægypto excisos offendentes Romam deportarunt. E maximis unicus tantum superest integer erectarius, sed nullo charactere insignis, glaber est, & sine notis, dempta Claudii Cæsaris inscriptione. Is autem est quem Cajus Cæsar importaverat, de quo Plinius admodum multa verba fecit. Ejus latitudo tredecim palmos ab uno angulo ad alium colligit. Hunc hodie vulgus rude & imperitum *Virgilii acum* nominat, sed falso. Ejus autem Obelisci, quem divus Augustus in D Circo magno constituerat, (quem excisum a rege Semneserteo dixit, quo regnante Pythagoras in Ægypto fuerat) centum & viginti quinque pedum longi, nulla nunc extant vestigia. Vulgo autem creditur, eum terra alicubi defossum jacere.

Virgilii acus.

Obeliscus Pheronis.

Volui Obeliscum Pheronis recensere, quod alii non Pheronis, sed Pharaonis pronunciant; Reges enim Ægypti *Pharaones* vocabantur. Sunt & Romæ Obelisci plures, sed longe minores, quorum alii humi prostrati post templum E Minervæ jacent, alii adhuc erecti stant post Pantheon. Item duo in Capitolio juxta murum templi ad Aram Cœli visuntur. Obeliscorum crepidines in multis muris & quadriviis Romæ conspiciuntur. Nuper cum Romæ essem tempore Pauli tertii Pontificis Max. duo admodum parvi terra effossi sunt, qui antea obruti erant, & consepulti maceriis. Hactenus de Romanis.

Obeliscorum crepidines in quadriviis.

Obelisci duo in procinctu mœnium Alexandriæ.

Sunt & duo Obelisci insignes in urbe Alexandria Ægypti, circa palatium Alexandri magni, prope murum, quorum F alter humi procumbit in frusta, alter erectus est, sed semisepultus, ita ut nulla ejus pars præterquam media appareat. Is tamen multo major est, quam ille qui nunc Romæ in Vaticano cernitur, qui propter suam insignem magnitudinem a Cæsare nunquam Romam transferri potuit. Stat & alius excelsissimus in Ægypto, admodum insignis, erectus in agro, distans medio miliari ab horto Balsamorum, procul trium miliariorum spatio a Memphi. Locus ille vulgo *Materea* nominari consuevit. Cujus magnitudo tanta est, quanta illius qui nunc Romæ in Vaticano visitur.

Obeliscus excelsissimus circa Memphim.

Obeliscus Constantinopolitanus.

Est insuper & alius Byzantii in Hippodromo a Theodosio Imperatore collocatus, cubo marmoreo altissimo nitens, sub cujus quatuor angulis quaternæ subsunt tesseræ, quibus sustinetur. Ingentis eum fuisse magnitudinis, crassitudo indicio est. Mutilus enim in præsentia & veluti truncatus apparet, cujus longitudo non amplius extenditur, quam decies viri mediocris staturæ. Eam autem ad Solis umbram dimensus sum, meam decies ejus longitudini parem faciens. Characteribus maximis notatur, quemadmodum & alii Obelisci, in quibus multa serpentium genera, & quadrupedum, ut sunt Cerastæ, Viperæ, Chameleontes, Hippopotami, insculpi solerent. Fuisse etiam trilaterales Obeliscos, authores prodiderunt: quod quidem facile credidi. Mihi enim hoc ex crepidine unius admodum insignis visa constitit: nam quemadmodum artifices quadrangulum excidere valuerunt, eodem quoque modo triangularem facere potuerunt, cujusmodi is fuit, in cujus fastigio statuam impositam scribunt.

Trilaterales obelisci.

Mentitus Obeliscus.

Mentiri quoque Obeliscos ex cæmentis marmoreis homines aggressi sunt. Hujusmodi Obelisci mentiti moles gracilis, sed admodum excelsa, marmoreis lapidibus ferro & plumbo invicem junctis Byzantii in Hippodromo adhuc extat. Is vero qui eam fecerat, bracteis æreis convestiverat, atque auro illeverat, qua mole Obeliscum aureum repræsentare posset. Quem quidem tunc conspicuum fuisse nemo dubitaverit, sed quia nunc suis bracteis nudatus conspicitur, vili æstimatur: nam marmor tantum reliquum est undique perforatum, quod ideo factum erat, ut laminæ æreæ illi junctæ melius hærerent, dum plumbo vel ferro conglutinarentur.

Obeliscus bracteis aureis contectus.

Quemadmodum autem Romani olim Obeliscis cæterisque Ægyptiorum superbis opibus illustrem reddebant: sic etiam nunc Principes externi Romanis reliquiis regias suas exornare student. Quod ni a summo Pont[ifice] gravissimo indicto supplicio excecrationisque pœna irrogata interdictum esset, ne quis lapides marmoraque illa admirandæ vetustatis alio transferret, nunc Roma illis prorsus quibus olim gloriabatur opibus spoliata esset. Tamen cum tantæ Ægyptiarum reliquiarum moles supersint, vulgus lapidem, ex quo Obelisci excisi sunt, varie distinctum animadvertens, atque etiam ex eo columnas ingentis crassitudinis & altitudinis immensæ, factitium lapidem esse putat, imo vulgo etiam credit arte fusum. Sed rem aliter habere, erroribusque causam indicabo.

Factitius lapis. Fusilis lapis.

Lapidis enim hujus natura ea est, ut totus granulis veluti compunctus nigris, cæsiis, subrubris, & cinereis appareat: ut signinum opus esse tibi facile persuaseris. Homines ob ejus magnitudinem in admirationem adducti, vix credunt arte humana ex solido lapide excidi unquam potuisse. Sed hoc facilius ferunt, rem tam mirabilem videntes,

cum audiunt ex diversa materia factam nempe fusilem, & quod materia illa, ex qua conflatur, paulatim superindita, lapidem in immensum insurgere faciat, ut quantumlibet altus in turris modum evehatur. Id tamen esse falsum, vel ex hoc probari potest, quod lapis hic, quem jam ante ex Plinio a maculis sturni Psaronium, vel (quod ex lapidicinis Thebanis excidatur) Thebaicum nominavi, supra omnes lapides duriori corporis callo constet. Siquidem is verus lapis est ex solido monte excisus: sed ea est lapidicinæ natura, ut totus mons lapideus multa milliaria longus, ex solidissimo & compactissimo lapide sine venis constet: ex quo Colossi, Obelisci, Trabes, & id genus miraculo res dignæ, duo, tria, vel quinque milliaria longe (si humana arte fieri posset) excidi possent. Proinde non est quod miremur lapidis hujus naturam. Ita enim a summo omnium rerum artifice ab initio mundi comparatum est. Sed artificum industriam, & hominum ausum magnifaciamus. Continuis enim & diuturnis operibus, verua, quæ intuentium mentes in magnam sui admirationem rapiunt, erecta & perfecta sunt.

Psaronium marmor.

Mons ex compactissimo lapide constans sine venis.

CAP. IX.

De structuris antiquis admodum superbis multorum Labyrinthorum, qui sepulchri causa fiebant.

PORtentosissimum quoque Mœridis Ægypti regis sepulchrum fuit, quod Labyrinthum multi appellarunt. Plinius de hoc quanquam multa dicat, nullam tamen certam adfert rationem cur ita factus sit. Ejus hæc sunt verba: *Dicamus & Labyrinthos, vel portentosissimum humani ingenii opus, sed non (ut existimari potest) falsum. Durat etiam nunc in Ægypto in Heracleopolite nomo, qui primus factus est ante annos, ut tradunt,* III. M.DC. *a Petesuco rege, sive Titboe: quanquam Herodotus totum opus regum esse dicit, novissimeque Psammeticbi. Causam faciendi varie interpretantur. Demoteles regiam Motberudis fuisse, Lycias sepulcbrum Mœridis, plures Soli sacrum id extructum, quod maxime creditur.* Hactenus Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XIII. statim ab initio. Atqui ego sepulchrum potius censeo, quam quidpiam aliud. Nam magnifica istiusmodi opera, qualia etiam sunt Mausolea, sepulchri causa extruebantur. Sepulchrum enim Mausoli ab uxore Artemisia factum ingenti luxu perfectum Plinius scribit, & inter septem orbis miracula numeratur. Lemnius Labyrinthus, cujus sepulchrum fuerit, plane ignoratur. Fuisse tamen sepulchrum, quemadmodum & Italicum, liquido constat. Plinius suo quoque tempore ejus adhuc reliquias extitisse scriptum reliquit. Ego vero Lemnii diligenter quæsivi vestigia Lemnum lustrando, sed nulla ejus mihi prorsus visa sunt: nec incolarum quenquam reperi, qui aliud quam ejus ruinas quasdam mihi indicare posset. Quod si tempore Plinii, Cretici nulla extabant vestigia, facile credi potest, neque etiam nunc aliqua videri posse.

Quærit rationem Plinius cur labyrinthi facti sint.

Mausoleum.

Lemnius labyrinthus.

Italicus labyrinthus.

Creticus labyrinthus.

A Attamen vulgus Cretensium locum quendam in Creta ostendit, quem Labyrinthum vocat. Ego autem, quandoquidem insulam lustravi, paucis ostendam, quid ejus ibi videri possit. Locus est inter Gnosum & Cortyniam, qui cum olim ad lapides excidendos admodum idoneus videretur, indigenæ ejus loci lapidicinam ibi construxerunt, ex qua cum multi lapides indies exciderentur, multa subterranea excisa sunt diverticula, ita ut cum quis per lapidicinam incedit, in multos anfractus incurrat. Lætho flumini vicinus est Pseudolabyrinthus ille, in quem B cum quispiam est ingressurus, necesse est eum rusticos e vicino pago, sive a Gnoso vel Cortynia (quam *Metariam* vocant) accersere, ut cum candelis ingrediatur. Sed in ea tot vespertiliones stabulantur, ut nisi quispiam sibi ab eis caveat, dum obvolant, suis alis faces extinguant. In lapidicinæ autem centro, magni reperiuntur stercorum vespertilionum acervi, tenellique adhuc eorum catuli pendentes. Patres cum volare desierint, se nec parieti affigunt, nec in pedes stant, sed illic in trabe pendent, quod nostri in ligno- C rum rimis faciunt. Labyrinthum Ægyptium Herodotus sepulchri causa extructum mirabilem describit his verbis in *Euterpe* seu *lib.* II. *Post Vulcani sacerdotem regem suum, inquit, Ægyptii libertatem adepti, duodecim sibi reges (nullo enim temporis momento poterant sine rege vivere) deligunt, in totidem partes omnem Ægyptum distinguentes. Isti junctis inter se affinitatibus regnabant, initis pactionibus, ne mutuo auferre imperium conarentur; neve quis plus alio quidpiam obtinere quæreret: sed* D *ut essent inter se quam amicissimi. Atque ea de causa has pactiones arctas accuratasque inierunt, quod eis inter initia simul atque tyrannides invaserunt, responsum fuerat, qui in templo Vulcani ærea phiala libasset, eum totius Ægypti regno potiturum. Ubi omnia sacra executi sunt, placitum est eis aliquod relinquere sui commune monumentum: ex eoque placito fecerunt Labyrinthum paulo supra stagnum Mœrios, maxime urbem versus quæ dicitur crocodilorum: quem ego aspexi fama majorem. Si* E *quis enim ex Græcorum narratione muros & operis speciem ratiocinetur, minus concipiet quam pro labore & sumptu hujus Labyrinthi. Tametsi & Ephesi templum est memoratu dignum, & in Samo, tamen Pyramides erant ad narrandum majores: quarum singulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparandæ sunt. Sed eas quoque Labyrinthus antecellit. Etenim duodecim ejus aulæ sunt tecto opertæ, portis oppositis altrinsecus: sex ad Aquilonem contiguæ, totidem ad Austrum vergentes, eodem extrinsecus muro præclusæ. Bifaria in ea sunt domicilia: una subterranea, altera superiora illis* F *imposita: utraque numero tria millia quingenta. Quorum ea quidem quæ superiora sunt, ipsi vidimus, & quæ aspeximus enarramus. Subterranea vero auditu didicimus. Nam præpositi Ægyptiorum nolebant ullo pacto illa monstrari, quod dicerent illic sepulchra esse tum eorum regum, qui ædificandi Labyrinthi fuere auctores: tum sacrorum crocodilorum. Ita de inferioribus ædi-*

Cretici labyrinthi ut nunc ostenditur descriptio.

Metaria.

Vespertiliones in Pseudolabyrintho.

Labyrinthus Ægyptius.

Descriptio Ægyptii Labyrinthi.

ficiis fando cognita referimus. Superiora ipsi aspeximus humanis operibus majora. Nam egressus per tecta, & ingressus per aulas diversissimi, infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclavia transitur: ex conclavibus in cubicula: e cubiculis in solaria alia: e conclavibus in alias aulas. Horum omnium lacunar, quemadmodum parietes, lapideum est, sculptilibus passim figuris ornatum. Singulæ aulæ maxima ex parte digesto lapide albo, columnarum ambitu redimitæ. Angulo, quo finitur Labyrinthus, adhæret Pyramis quadraginta passuum; in qua grandia sunt insculpta animalia, ad quam iter sub terra fit. Et cum talis sit Labyrinthus, tamen stagnum Mœrios, ad quod Labyrinthus ædificatus est, plus præbet admirationis. Hactenus.

Labyrinthi Italici descriptio.

Porsenæ Regis Hetruriæ sepulchrum Plinius etiam Italicum Labyrinthum vocavit: *Namque & Italicum*, inquit, *dici convenit, quem fecit sibi Porsena rex Hetruriæ sepulchri causa, simul ut externorum regum vanitas ab Italis superaretur. Sepultus est sub urbe Clusio, in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum: inque basi quadrata, intus Labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet sine glomere lini, exitum invenire nequeat. Supra id quadratum Pyramides stant quinque, quatuor in angulis, & in medio una, in imo latæ pedum septuagenum quinum, altæ centum quinquagenum: ita fastigiatæ, ut in summo orbis æneus & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendent excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata, longe sonitus referant.* Hæc ille *loco* supra *citato*. Cum Romani (ut jam diximus) superbas moles Ægyptiorum æmularentur, similia quædam perquam magnifica opera ut extruerent operam dederunt, quorum multa etiam nunc adhuc supersunt, insigniora autem, cujusmodi est Adriani moles, nunc vulgus *Sancti Angeli* arcem nominat, recensere volui. Duos ea habuit ambitus, & duplicem columnarum ordinem. Primus ambitus quadratus ex solidis lapidibus fuit, interior moles oblonga & præalta ex Pario marmore. Ex hoc duplici ambitu arx nunc est extructa. Columnæ, quæ circumpositæ fuerunt, ad S. Petri basilicam ornandam translatæ sunt, & earum loco ad arcis munitionem alius murus circumdatus. Fuit olim commune omnium Antoninorum monumentum: id quod Inscriptiones ex antiquitate relictæ testantur.

Adriani Moles.

Arx S. Angeli.

Item Severi opus sane mirum & magnificum supra Sephizonium, inter Palatinum & Cœlium extabat. Sed de septena columnarum serie, ex qua assurgebat, non plures quam tres series supersunt, una alteri superimposita, quarum una tantum quæ Eurum spectat integra permansit. In prima secundaque parte supersunt columnæ octo, in tertia sex. Est & in Valle Martia, moles rotunda ex immensis aggeribus marmore olim Lunensi incrustata, inter viam Flaminiam & ripam Tiberis, post ædem S. Rochi. Habuit plura ostia, & loculorum seriem, intra aggerem, quorum adhuc vestigia apparent. Quod autem in molis marmore multa capita boum cum cornibus Scheleta sculpta appareant, vulgus Italicum *Cavo del bo* nominat. Est etiam Drusi Germanici moles rotunda in agro paulo supra Maguntiam, quæ etiam sepulchri causa extructa est.

Severi opus magnificum.

Cavo del bo. Drusi Germanici moles.

CAP. X.

De tumulorum editorum, qui populorum sepulchra erant, amplitudine.

QUisquis editorum tumulorum majestatem intuebitur, non minoris quam Pyramidis, Colossi, aut Obelisci cujusdam magnifici structuram admirabitur. Tumulos eos intelligo, cujusmodi nunc circa Troadem & in Thracia cerni possunt. Tales enim sunt, ut montes supra se invicem sessiles videantur, meritoque ejus loci regum sepulchra esse credantur. Tumuli quoque nomine, Latini terram Sepulchrorum tumentem appellarunt, quod ex Virgilio III. *Æneidos* liquet:

Tumuli regum Thraciæ excelsi

O fœlix, inquit, *una ante alias Priameia virgo,*
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis
Jussa mori.

Quemadmodum autem Ægyptii suam æternitatem in Pyramidibus comparari existimabant: sic Thraces in editissimis tumulis. Quod si per Thraciam iter facias, ubique colliculos arte quadam constructos contemplaberis: ad quos si propius accedas, non te in minorem admirationem rapient, quam si artificiosissimam architecturam contempleris. Est planities vasta Gallipoli urbi finitima, ad Hellesponti fauces sita, in qua tam numerosi atque etiam editissimi tumuli stant, ut vix a quoquam numerari possint. Est & alia grandis planities inter Philippopolim Macedoniæ urbem, quam præterfluit Hebrus, & Adrianopolim, in qua egestorum tumulorum infinitum esse propemodum dixerim numerum. In quibus Romanorum corpora, quæ in bello, quod ab Augusto & Marco Antonio adversus Brutum & Cassium gestum est, ceciderunt, sepulta esse traduntur. Alii Cæsaris & Pompeii milites, qui in conflictu occubuerant, ne sepultura carerent, tumulis obrutos credunt. Sed cum tumulus nihil aliud quam terra tumens sit, multi sibi colles pro sepulchro in altioribus jugis elegerunt. Notatur & Protesilai sepulchrum in tumulo, atque Achillis tumulus. Alterum in capite Gymneseo, alterum in capite Iargano ad hunc usque diem circa Troadem perdurasse videmus: quos qui Constantinopolim navigant, etiam a longe stantes e navi contemplari possunt: quemadmodum & permultos alios utrinque ad Hellesponti & Propontidis oras. Quæ mihi conformia esse videntur cum iis quæ ab Herodoto de sepulturis Thracum in hunc fere modum scribuntur: *Optimatibus*, inquit, *tales sunt sepulturæ: prolato triduum cadavere, mactatisque omnifariis hostiis convivantur, illudque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt: adgestoque desuper tumulo, cum alia omnis generis certamina proponunt, tum certa*

Tumuli cum Pyramide collatio.

Protesilai & Achillis Sepulchrum in tumulis

Thracum tumuli.

cum

cum ratione monomachiam, id est, singulare certamen: & sepulturæ quidem Thracum hujusmodi sunt. Hactenus Herodotus.

C a p. XI.

De permultis aliis minoribus sepulchris, & de sepulturis Antiquorum.

Sepulchra religioni dicata.

SEPULCHRA violasse, summi olim sceleris loco habitum fuisse, satis compertum est. Nam ea primum, ut opera censebantur publica, ac religioni dicata. Quod & legis verba ostendunt, *ubi corpus mortui hominis condas*, inquit, *sacer esto*. Cui conveniunt, quæ in secundo *Naturalis Historiæ* Plinii habentur: *Terra novissime nos complexa gremio jam a reliqua natura abdicatos, tum maxime ut mater operit, nullo magis sacramento, quam quo nos quoque sacros facit.* Sed & in *Numa* Plutarchus mortuos appellat sacros, quorum sacra sint sepulchra. Quod & Græcorum sententia comprobatur, qui enuntiant subinde ἀκίνητα μὴ κινεῖσθαι, hoc est, *non movenda relinqui oportere*. Quod & in proverbialem cessit usum. Id post alios testatur in *amatorio sermone* Plutarchus. Sunt e Jureconsultis, qui sacrum dici sepulchrum opinentur, in quo caput hominis sit reconditum, etiamsi membra absint reliqua. Quin offenso capite, violatum intelligi sepulchrum; quoniam sit sensuum arx caput, ac rationis: eoque amoto, reliqua jacere ignota prorsum, ac omni decore exuta. Quamobrem quicquid honoris capiti attribuitur, universo plane contributum corpori existimatur: quæ Ambrosii sententia est. Proinde nulla fere tam effera gens, quæ non habendam sepulchrorum rationem senserit: præter nescio quos Lotophagos, quos ex ultima prædicant barbarie suos in mare defuntos, capedunculis ac loculis prorsum neglectis, abjicere, parum interesse asseverantes, humone, an aqua, an igne dissolverentur. Albani etiam curam mortuorum agere, nefas arbitrabantur. Sabæi corpora defunctorum æque atque stercus ducebant. Quinetiam reges in sterquilinia abjiciebant. Troglodytæ, mortui pedibus cervicem alligabant, & raptim cum risu & jocis efferebant, nullaque loci habita cura terræ demandabant, ad caput cornu caprinum affigebant. Verum hos ut immanitate ac barbarie notissimos nemo non vituperandos execrandosque censuerit, longe etiam magis Scythas, quibus moris orat, inter epulas honoris causa, mortuos vorare. Nec tamen id Scythis omnibus in more fuisse, author Herodotus est, *historia* quarta. Fuere quoque & qui canes nutrirent in Hircania, quibus vita functos vorandos objicerent. Atheniensibus autem sepulchrorum tanta cura fuit, ut si quis dux eos, qui in bello cecidissent, honestare sepulchro neglexisset, capite plecteretur. Spartæ cadavera veste contegebantur punicea, oleæ præterea foliis adjectis. Epitaphium autem carmen, quo defuncti exprimeretur nomen, sepulchro inscribere haud illic fas erat, præterquam viris in bello strenue occumbentibus. Mulieri honos habebatur idem, nodo ἱερῶς interiisset. Macedonibus item sic tradito more, ut vix ullum militiæ tam solenne munus esset, quam suos sepelire. Apud Hebræos lege cavebatur, ne quis vel hostem insepultum quidem relinqueret. Illud vero sacra olim fuisse sepulchra arguit, quod ex lege duodecim *Tabularum*, vestibulum aditumque ad sepulchrum usucapere non licebat. Sancitum quoque lege scimus, ut ei gravis irrogaretur mulcta, qui bustum violasset, aut ex sepulchro columnam dejecisset, fregissetve: Ulpianus Jureconsultus: *Sepulchri*, inquit, *violati actio infamiam irrogat*. Paulus quoque ita scribit: *Rei sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humilioris quidem fortunæ summo afficiuntur supplicio: honestiores in insulam deportantur, aut relegantur, aut in metallum damnantur.* Cajus tamen scribit: *Sepulchra hostium nobis religiosa non sunt, ideoque lapides inde sublatos in quemlibet usum convertere possumus, nec sepulchri violati competit actio.* Scribit Appianus quamplurimos divites inter cætera legem Agrariam recusasse, quod suorum majorum monumenta ad alienos transire impium ducerent. Etiamsi Pomponius scribat: *Dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos adeundorum sepulchrorum esse jus.* Ἀτοτάφους eleganter vocant eos Græci, qui majorum sepulchris sunt exuti. Sepulchra autem in agris fuisse, cum multa comprobarint, tum id maxime quod Ulpianus scriptum reliquit, Divum Adrianum pœnam statuisse aureorum quadraginta in eos qui in civitate sepulchrum fecissent, quam fisco inferri jussit. Et in magistratus eandem statuit pœnam, qui id passi forent. Quin & publicari jussit locum, & inde cadaver transferri. Trajanum tamen scribunt historici, intra urbem solum omnium & in foro sepultum, quum morbo apud Isauriæ Seleuciam interiisset. Sed ducibus etiam datum ac posteris Plutarchus scribit, ut in foro sepelirentur. Sepulchra in urbibus admissa quandoque Duillio consule inhibuit Senatus: Imperatoribus tamen datum & Vestalibus, ut in urbe contumularentur. Nam & nocentes virgines in campo scelerato intra urbem vivæ adobruebantur. Persarum reges in monte, qui Persepoleos arci ab oriente incumbebat, nomine Regius, sepeliri mos erat. In ejus meditullio (mirum dictu) substructiones visebantur, quæ reges caperent defunctos. Sed ita ut ascensu nullo, machinis sublata conditoria reponerentur. Hephæstionis funus apud Babylonem ab Alexandro celebratum, cætera quæ toto sunt terrarum orbe usquam edita, magnificentia & sumptu facile excessit. Ad duodecim siquidem talentorum millia in illud impensa traduntur: quo nomine in proverbii faciem trahi potest. Postremo in hoc vetustatis jucunda subit recordatio. Stabant majorum sepulchra lineamentis astructa exquisitissimis, non deerat columnarum copia, splendebant crustationes, nitescebant & signa ac tabulæ, spectabantur ducti ære aut marmore vul-

Sensuum arx caput.

Omnis gens sepulchrorum rationem habet.

Scythas mortuos vorare solitos.

Hircani mortuos canibus vorandos objiciebant.

Sepulchra pro sacro semper habita.

tus artificio pereleganti. Scribit Marcellinus, Thucydidis sepulchro fuisse Icrium appositum; id vero Cenotaphii γνώρισμα, id est, *signum*, fuisse Atheniensibus patrium ac legitimum, ubi quis patria excedens, ibi haud foret sepultus. Icrium vero, surrectum vocant lignum. Sunt eo item nomine Tabulata navium, ut & Theatrorum. Erant in concionibus quoque Icria, in quibus sederent ante usum Theatri. Illud auctarium item fuerit: Vigilantium quendam, aut verius dormitantem (ut inquit Hieronymus) *Cinerarios* & Idololatras solitum appellare omnes, qui Martyrum reliquias venerarentur. Dicebatur etiam *Pothos*, corolla ex Potho, qui duplex esse creditur: alter hyacinthi flore, candidus alter, quo sepulchra coronabant, unde conciliatum rei nomen, ut quæ desideratis jam foret destinata. Proinde apud Theophrastum *Potbos* Latine *desiderium* a Theodoro redditur. Amarantho quoque sepulchra coronari solita Philostratus scribit, orto ab Thessalis initio, qui Achillis tumulum ad eum modum coronarent. Dioscorides non sepulchra, sed deorum simulachra eo flore coronari scribit. Sepulturæ genus unum beatissime a Plinio traditur: hoc quidem in mari, quod apud Hyperboreos statuitur, quos fabulosis celebrant miraculis: *Annoso*, inquit, *degunt ævo: ibi creduntur esse cardines mundi, extremique syderum ambitus, semestri luce & una die solis aversi: non, ut imperiti dixere, ab Æquinoctio verno in Autumnum. Semel in anno Solstitio oriuntur iis soles, Brumaque semel occidunt. Regio aprica, fœlici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus iis nemora, lucique, & deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutisque senibus luxu, e quadam rupe in mare salientibus, hoc genus sepulturæ beatissimum*. Hæc ille. Cadavera olim extra urbes sepeliebantur, ea scilicet ratione, ut libera urbis tetro cadaverum odore, minus pestilenti aere inficeretur: & ut illac transeuntes viatores, virorum fortium res gestas in sepulchris inscriptas legentes, ad præclara facinora obeunda moverentur, alacrioresque redderentur. Hæc quoque causa videri potest, si forte bellum ingruisset, ne hostes in suorum majorum monumenta grassari paterentur, sed alacriori eos animo a mœnibus urbis propellerent. Illud quoque valde notatu dignum adscribere visum est, defunctorum corporibus, & in quibusdam morbis, maxime phthisicis, capillos augescere.

Icrium surrectum lignum est.

Cinerarii.

Pothos quid?

Amaranthus [illegible]

Hyperboreorum sepultura.

Quare cadavera olim extra urbes sepelirentur?

CAP. XII

De sepulchris & sepulturis Turcarum.

Funera Turcarum quomodo habeant?

DE Turcarum sepulchris & sepulturis nihil prorsus in præsentia traderem, nisi ea jam longo ante tempore apud eos agens conscripsissem. Siquidem Lilius Gregorius summatim ista omnia, quæ ad Turcarum exequias pertinent, abunde satis executus est. Quoniam vero multa in urbe Prusia agens scitu digna annotaveram, quæ ad hoc nostrum institutum pertinere videntur, ea hic quoque addenda putavi. Antiqua Turcarum lex est, ut eo qui Turcis imperat mortuo, quamvis decem ille liberos superstites, tresve, duos, vel quinque reliquisset, ne amplius quam unus totum obtineret imperium: quo quidem potitus, ille fratres e medio tollere cogitur, neque eis parcere potest. Posteaquam autem eos omnes occiderit, cadavera Bursiam (ea est Prusias) referri imperat, ut Turcarum more sepeliantur, sepulchroque honoratissimo condantur. Quapropter postquam jam senex Imperator pater decessit, cum non possit ipse imperium filiis dividere, id siquidem Genisarii non paterentur, illi copias instruunt, ac exercitum parant. Filiorum tamen ille, cui Genisarii favent, sine dubio imperat. Ille itaque, qui communibus suffragiis salutatus est Imperator, alios fratres persequitur; quos cum superaverit, nunquam cum illis pacifcitur, aut ulla in fœdera venit, sed eos jugulari suffocarive, aut eis caput amputari jubet. Quod si aufugerint, eos exules esse patitur. Sin bello decertent ac vincantur, ne latere quidem possunt, quin demum capite plectantur. Illi tamen post mortem, ut dixi, sepultura non carent. Nam hic mos apud eos est, ut qui imperium cæteris omnibus fratribus occisis tenet, fratrum, quos occiderit, cadavera Prusiam, ubi sunt Cœmiteria Imperatorum, mittat. Flagitium autem apud illos non putatur, suos Imperatores occidere. Ea vero cadavera Prusiæ sepeliebantur, quæ nunc Bursia vel Bursa vocatur, antequam Turcæ imperium Constantinopolis obtinerent. Tunc enim Prusia sedes erat Imperii Orientalis. Nunc vero Constantinopoli Cæsares eorum sepeliuntur, quo loco eis templa maxima construunt.

Prusias urbs Regum olim Bithyniæ sedes.

Quantum ad Bursam attinet vel Prusiam, in ea nunc sepulchra eorum, qui a fratribus occisi sunt, ultra quam triginta visuntur. Urbs hæc juxta montem Olympum, non longe ab Orminio monte, ad montis radices, in Phrygia sita, in declivi velut pendens esse videtur, quæ magnitudine & divitiis cum Byzantio comparari facile potest.

De Prusia urbe.

Gaudent in viridariis Turcæ sepeliri. Ideo optimates in urbibus hortulos mœnibus cingunt, in quibus conditorium erigunt. Hortulum rosis circumseptum, & aliis arboribus adumbratum fieri curant, atque ita muro circumcludunt, ne bestiæ insultare, aut locum conspurcare queant, quod cancellatas habeat crates ferreas, per quas quisque spectare possit. In Arabia autem, ubi religionis Mahumetanæ sunt maximi observatores, longe diversam habent suos sepeliendi rationem. Et in Syria, & maxime in urbibus Ægypti, Arabes labrum juxta sepulturam suam plenum aqua ponunt, in quam Mauri toti sese immergunt in remissionem peccatorum suorum. In universum autem Turcarum pene sepulchra omnia lapidibus altis assurgunt, quæ meridiem

Sepultura Turcarum.

Syriæ sepulchra.

Turcarum sepulchra.

maxime spectant: nam nomine meridiei Mecham intelligunt.

Platonis de sepulturis lex.

Plato ab Ægyptiis id accepisse videtur, quod in suis legibus agros & maxime steriles sepulturis destinarit. Quam legem Ægyptii servabant, cum steriles & vastas solitudines in loco desertissimo sepulchris pyramidibusque adimplebant. Nunc autem Turcæ maximos sumptus, & nummos ingentes, in Xenodochiis fabrefaciendis & templis ædificandis erogant, quorum multa centena per Asiam & Græciam extructa sunt: ad quæ si externus quis advena appulerit, cujuscunque religionis fuerit, illic triduum impensis & sumptu alieno aletur, modo velit manere in Xenodochio. Nam Turca, qui illic sepultus est, sumptus quibus peregrini aluntur, donari jussit: ubi templum ædificavit, annuosque reditus ministris adscripsit. Hujusmodi Abrahamus Bacha ad Bucephalam construxit opulentissimum, non tantum ad inopum & pauperum subsidia, sed etiam divitum: siquidem optimates Turcas sumptibus Xenodochii ali non pudet. Sepulchrorum autem ædificia, tam pauperum quam divitum, fiunt instar altaris; in quorum capite columnam erectariam ita construunt, ut in columnæ summo capitatum diadema fasciis obvolutum spectetur, quod grandis galeri Turcici effigiem mentiatur, si quis vir illic sepultus sit: sin autem fœmina, non item. Hinc fit, ut multa antiqua inclyta ædificia insignium urbium, columnas, mœnia, & alia marmora Turcæ ad sua Silicernia transtulerint, quod nunc in omnibus Asiæ & Græciæ locis videri potest. Circa vias plurimum sepeliuntur, sæpissime vero in declivibus & sylvestribus locis ac incultis. Arabes tamen, cum Turcicæ religionis maximi sint cultores, tales tamen galeros (quos *Turbannos* vocant) suis sepulchris non addunt. Credunt se resurrecturos Turcæ, ideo aliquem præficiunt prophetam sive sacerdotem, qui ad pedes sepulchri assidue precetur, & ita totos dies integros desides terit monumenta candelabris & cereis ad caput & pedes ornans. Hujusmodi autem precatores qui sepulchris assident, non in omnibus sepulchris, sed in optimatum tantum & potentiorum regum visuntur. Sepulchra inscribere characteribus Arabicis Turcæ curant. Sed mos ille non est veteris instituti. Quoniam autem paulatim externos ritus discunt, hoc a Græcis & Latinis habent. Honorifice suos quisque sepelit. Cum quis enim apud eos moritur ex masculis, tum masculi funus curant: si fœmina, fœminæ. Cadaver abluunt, non Libitinarii opera, sed ejus quem pro arbitrio huic negotio præfecerint, nec curant Judæus sit, an Christianus, quemadmodum Thessalonicæ sæpius cum Judæo quodam vidi. Judæus enim peste interemptos magno quæstu sepeliebat. Cadavera albis linteaminibus ac nitidissimis obvoluta induuntur. Postea efferuntur, & extra urbem humantur. Turcæ populares passim extra urbes sepeliunt. Cœmiteria etiam ut nos habent, nec in alterius scrobem suum funus defodiunt, sed aliam excavant, in quam aliud nunquam sit immissum, unde magnam sæpe planiciem videas tumulis tumentem. Armenos, Græcos, Latinos, Coftos, Æthiopasque Christianos illic sua habere peculiaria Cœmiteria suæ religioni dicata videas, qui quanquam diversis utantur linguis, & de religione diversas habeant opiniones, tamen inter se pacifice vivunt; & seorsum ab invicem templa, quemadmodum & Cœmiteria, habent. Persæ sepulchra Turcarum modo magnifica erigunt, quemadmodum videre est apud Neocæsaream urbem antiquissimam, a fundamentis tamen deletam, quam nunc vulgus *Nisar* vocat, quamque Lycus amnis, vulgari Turcico nomine *Chelit* dictus, præterfluit. Vidimus in ea arcem in edito loco sitam non prorsus deletam, in qua vulgus credit reges Persarum olim fuisse sepultos. Lycus amnis illic Cappadociam ab Armenia majori & minori dividit.

Advenæ aluntur in Xenodochiis Turcarum.

Credunt se resurrecturos Turcæ.

Cœmiteria varia diversarum religionum in Turcia.

Persarum sepulchra.

Neocæsarea.

Lycus amnis.

CAP. XIII.

De monumentis quæ olim e durissimo lapide fieri sunt solita.

Monumentum pro sepulchro [illegible]

MONUMENTI nomen Veteres etiam pro sepulchro usurparunt: nam monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita, in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: nam monumentum dicitur quicquid nos monet, sive monere potest, ut sepulchra. Erant autem monumenta perennia, in quibus funera medicata condiebantur, & ad æternitatem erigebantur, quæ causa fuit, cur lapides omnibus aliis duriores ad structuram monumentorum quærerentur, quales in Statoniensi erant, & Anicianis lapidicinis circa lacum Volsiniensem, quibus ne ignis quidem vis ulla nocere posset. Quæ quidem ita esse Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XXII. tradit: eosdem quoque & in monumenta sculptos, contra vetustatem incorruptos permanere scribit.

Ocricolanorum monumenta.

Ocricolanorum monumenta, quæ in agris passim conspiciuntur, ob vetustatem non esse nobis subticenda putavimus: in quibus etiam lapidem vidimus, in quo hæc insculpta legimus: *Juliæ Ucilliæ, Livii, Juliani filiæ patroni municipii, cujus pater Thermas Ocricolanis a solo extructas e sua pecunia donavit.* Earum Thermarum mœnia adhuc inculpata perdurant. Sunt & alia monimenta concava in turrem erecta, quorum nonnullis rotunda forma, aliis autem quadrata inest: nam diversis modis in itinere distantia medio milliari ab oppido jacent, alia in medio vacua, alia solida & compacta. Ibi quoque Amphitheatri reliquiæ supersunt ovali figura extructi, partim ex saxo pumicoso, partim ex lateribus & calce, quod ego ante Romanum Amphitheatrum multos annos factum fuisse censeo.

Thermæ Ocricolanorum.

Amphitheatrum antiquissimum Ocricoli.

Monumentorum etiamnum circa Nicomediam infinitus fere cernitur numerus, in queis Hannibalis sepulchrum vidi in Libyssa Bithyniæ urbe, quæ nunc

Hannibalis sepulchrum.

Diacibe vocatur: quo quidem tempore Dominus Aramontius Regis nostri Legatus, maximo apparatu Soltanum Solimanum, qui bellum adversus Regem Persarum gerebat, sequebatur: in cujus comitatu cum essem, *Lybyssam* venimus, quæ mari abluitur. Urbis hujus ruinæ supersunt, in quibus tamen nemo habitat. Colliculus illic est mœnibus circundatus, arcem in jugo situm habens, in qua Hannibalem sepultum fuisse scribunt. Inter Nicomediam & Libyssam Saracen urbem vidimus, Stephano multis verbis celebratam. Libyssa porro, sive *Diacibe*, urbs est multum vicina Pantiche, in eadem Bithynia, inter Nicomediam & Pantichen. Alia quoque monumenta seu sepulchra traduntur, quæ adhuc secus ipsis vias cernuntur: ut in Ceramico apud Athenienses Sinopæi Diogenis, Archimedis apud Syracusas. Nos quoque Patrum Abrahami & Jacobi sepulchra in urbe, quæ nunc vulgo *Ebron* vocatur, ex Hierosolymis solventes vidimus. Sed nunc templum, quo sepulchra illa duo includuntur, Mahometo est dicatum: per foramen autem subterranea sepulchra inspeximus, quod Christianis *Meschitas* Turcarum ingredi licitum non sit.

Aramontius Regis Legat.

Libyssa.

CAP. XIV.

De sepulchrorum marmoreorum ruinis, quæ circa Thermas Trojæ extra mœnia urbis, & Philippos, adhuc durant.

SOLICITANT me marmoreorum sepulchrorum antiquorum ruinæ, quas circa Troadem & Philippos vidimus, ut de illis aliquid dicamus: nam magna certe cum admiratione marmorum sive sepulchrorum marmoreorum lapides circa Trojam, ubique in variis locis, sum conspicatus. Paulo supra arces Ilii, extra circuitum murorum, in ea Troadis parte quæ magis versus Imbrum vergit, in itinere per quod descenditur a meridie versus orientem, utrinque magnus sepulchrorum numerus visitur, quorum excavatæ bases instar arcarum marmorearum sunt: earum tamen major pars abrupta est. Opercula vero integra adhuc spectantur, in quibus literarum quædam adhuc fragmenta legi possent, sed manca omnino sunt. In altera autem Troadis parte, quæ imposita Imbro, urbis locum editiorem habet, descendendo per portam quæ ab oriente ad meridiem vergit versus Lesbum, id est, ab altiori colle versus Thermas, in convalle inter colles, sepulchra marmorea utrinque in itinere pene innumera humi strata cernuntur: quorum tamen numerus major est circa Thermas, quam usquam alibi. Thermarum autem aqua salsa est, quæ a Lesbo non longius quam leucis tribus distat. Marmorum ruinæ circa illas Thermas tam accurate sculptæ, & characteribus Latinis inscriptæ, Romanos aliquando illic magistratus habuisse indicant. Nam unus lapidum JULIO inscriptionem habebat. Alius autem alibi MAGISTRATUS.

Troadis Thermæ.

Alia quoque sepulchra circa Philippos vidimus tam multa, ut numerari vix possint, quæ circa illud iter, quo a Philippis ad Bucephalam itur, disposita sunt, eo modo quo circa Troadem ad Thermas. Hinc colligimus, quod & jam supra ostendimus, Antiquos ad vias publicas sepulchra collocasse. Sepulchra hæc ex grandi marmore in arcæ modum excavata, labrorum nunc Turcis ad fontes usum præbent. Siquidem Turcæ hydropotæ toti Græciæ imperantes, ubique ubi egregios construere fontes conantur, quibus cuparum loco marmorea sepulchra supponunt.

Iter a Philippis ad Bucephalam.

Philippi urbs est, ut Troja. Quapropter sepulchrorum magna pars adhuc integra extat, in queis Epitaphium Medici Alexandri illæsum permansit, quod a me prorsus legi non potuit, quia characteribus Servianis sive Bulgaris una cum Græcis permixtis inscriptum esset.

Marmoreorum sepulchrorum ruinæ circa Philippos.

Tailon insulam Bucephalæ oppositam cum prætornavigarem, in ea multa quoque sepulchra antiqua marmorea albissimaque & integra esse comperi. Illic marmor albissimum in monte reperitur, ex quo ubique sepulchra fiebant, in quibus etiamnum adhuc literæ Græcæ adeo perspicuæ cernuntur, ut facile a quovis legi possint. Est lapis ex marmore grandis in itinere, quo itur a Bucephala Philippos, quadratus, erectarius, quinque ulnarum altus, ulna una latus, characteribus istis Latinis inscriptus, *C. Vibius C. Filius Cor. quartus Macedoniæ Decuriali*, &c. Incolæ fabulantur, sepulchrum istud, equi Bucephali præsepium fuisse.

Præsepium Bucephali.

Multa sepulchra, & lateribus & calce in modum Pyramidis facta, ac etiam ex marmore albo excavata, in Antiochia vidimus. In Iconio quoque urbe sepulchra multa cernuntur, quæ ad nostra usque tempora permanserunt, neque ea a Turcis quicquam læduntur, aut confringuntur. Est & urbs in Cilicia, nomine *Hammous*, olim forte Emissa, inter Amanum montem & Tarsum urbem sita, circa quam non longe a mœnibus sepulchrum nulla temporis injuria violatum, duobus tabulatis constructum, ex latere & testa contusa (vulgus *cementum* vocant) fabrefactum spectatur in jugo turbinatum, quod facile ingredi quivis potest. In quatuor lateribus Inscriptionem longam Græcam habet probe characteribus Græcis inscriptam hoc modo: *Cajus Julius*. Reliqua quæ sequuntur etsi optime legi possint, a me tamen omissa sunt.

Iconium.

Emissa.

Inscriptio Græca in sepulchro Caii Julii in Emissa.

Est urbs insignis intra agros Syrios nomine *Balbec*, Antiquorum Cæsarea, e regione montis Libani sita, in qua varia sepulchrorum genera, Arabica inquam & Græca, adhuc integra habentur. Taceo altissimas illic a me suspectas columnas in antiqua arce sitas, magnitudine & altitudine columnas Hippodromi Constantinopolitani vincentes, cum suis scapis & cubis. Sunt & in ea urbe arcus triumphales, & columnæ aliæ grandes, quæ per se solæ recte stant. Ab hac urbe sepulchrum in agro quodam vix medio milliari, septem brevibus columnis The-

Cæsarea e regione montis Libani.

Arcus triumphales Cæsareæ urbis.

baicis lapidibus crassis & rectis constructum, super quas est aliorum lapidum in Pyramidem desinentium strues, visitur. Multa quoque in Heraclea Propontidis, seu Perintho urbe, & in Gallipoli, quæ ad Hellespontì ripam sita est, sepulchra, qualia in lapidibus quadratis excavata dixi, Servianis literis inscripta videntur, quæ nec a me, nec ab ullo quoque eorum qui mecum aderant, legi potuerunt. Illud quoque mihi neutiquam silentio prætereundum videtur, in Macedonia ad Euripidis poetæ sepulchrum duos rivos profluere: unum quidem saluberrimi potus, alterum vero mortiferi.

Sepulchra literarum Servianarum inscripta.

C A P. XV.

De sepulchro Bucephali equi Alexandri magni, & de permultis aliis circa Philippos urbem ruinis.

Antequam Alexander urbi Bucephalæ nomen inderet, credibile est illam alio fuisse nomine nuncupatam. At ego Challastream crediderim. Quoniam vero Alexander ille magnus equum suum Bucephalum appellatum sepulchro decorari voluit, de eo quoque aliquid dicendum videtur. Is autem ob ejus torvum aspectum, sive ab insigni taurini capitis armo impressi, *Bucephalus* est appellatus. Hic nullum alium quam Alexandrum Regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim rejiciens. Idem in præliis memoratæ cujusdam perhibetur operæ, vulneratus in alium transire Alexandrum non passus: multa præterea ejusdem modi, propter quæ Rex defuncto ei duxit exequias, urbemque tumulo nomine ejus circumdedit. Hæc fere in ambitu mari abluitur. Portum habet biremibus satis idoneum. In ea nunc cisternæ antiquæ tam multæ sunt, ut vix numerari possint. Urbis situs talis est, ac si quis tumulum altiusculum ad collis magnitudinem mœnibus circumdaret. Vulgo *Cavalla* vocatur. Et quoniam urbs hæc habet nomen ab Alexandri magni caballo nomine Bucephalo, de eo rustici multa fabulantur, illum opinantes alatum fuisse. Tria illic fontibus sepulchra insignia & grandia adhuc ex eodem lapide constantia visuntur. Est autem lapis marmoreus excavatus, palmos duodecim longus, & quinque latus, literis Latinis his verbis inscriptus: *P. Cornelius Asper Atiarius montanus equo publico honoratus, item ornamentis decurionatus & in viralicis pontifex flamen divi Claudii Philippis.* ANNO XXXVIII. H. S E. per literam S intellige *situs*, & per literam E *est*. Est lapis alius undecim palmos longus, sex vel septem profundus, ita inscriptus: *Cornelia P. filia Asprila sac. divæ Aug.* AN. XXXV. H. S. E. Est & tertius lapis ex albo marmore XI. palmos longus, V. altus, & VI. latus, ita inscriptus: *Cornelia Longa Asprilliæ mater* ANNO LX. H. S. E. Tres suprascripti lapides, cum sepulchra olim essent, nunc tamen in Bucephala urbe Macedoniæ Tasso opposita, fontium labra sive cupæ sunt. Veni ad eum locum

Cha lastrea.

Sepulchrum Bucephali Alexandri equi.

Descr ptio urbis Bucephalæ.

Cavalla.

Sepulchrorum marmoreorum inscriptiones Latinæ.

A unde effossa fuerunt, (nam ultra collem a Bucephala in eo loco, qui *Mandrachion* vulgo vocatur, situs est) quo ego horum sepulchrorum bases, & obturamenta inspicerem. Ea autem in medio agri jacent, lapides illi concavi ita in urbe Bucephalæ partiti sunt. Unus est sub fonte Xenodochii, quod Abrahamus Bascha, cognomento *Barbarossa*, ædificavit. Alter vero est sub illo mirabili aquæ ductu, qui ab Alexandri tempore factus fuit, deinde collapsus, quem postremo mirabiliori structura & majori ædificio Barbarossa instauravit, per quem fons ex duobus vel tribus leucis per tubos opere signino factos ad Cavallam perducitur. In hoc aquæductu altissimo duplex est tabulatum: nam aquam ex monte vicino per duplices cameras in Bucephalæ jugum traducit.

Mandrachion.

B

Quoniam autem Bucephalæ multos dies egi, vicina pleraque lustravi. Duos habet portus, ut urbs, quæ ab insula Lemno Lemnus vocatur, minores tamen, nec a vento tutos: statioque est, ut inquit ille, male fida carinis. Quo fit, ut biremes, triremes, & alia minora navigia extra aquam educantur, quo ea a procellis tuta temporis injuriam facile fugiant. Bucephala insulam Tasson ei oppositam ad orientem habet, nec ab eo longiori distat intervallo, quam quatuor milliariorum. Ex urbe Bucephala totus mons Athos perspicue apparet, hominis resupinati in mare mersi effigiem referens, non distans ab ea amplius quam XX. milliaribus. Est murus paulo supra Bucephalam per montis tergum qui propter Thracum vim Macedonas bello lacessentium factus est. Sunt & alii duo in editiori montis cacumine paulo longius a Bucephala distantes, sed ille, qui a Bucephala ad jugum vicini montis contendit, fornice contecto occultatur, per quem meatum milites sine timore confligebant. Supra hunc fornicem alius est in muro summo meatus latus, qui utrinque pinnas & propugnacula habet. Muri hujus longitudo ad medium milliare ab oriente ad occidentem protenditur, usque ad montis verticem, in quo loco turris bene munita recte adhuc visitur, a qua aliæ turres dispersæ in jugis collium vicinorum apparent numero quinque, certo quodam intervallo a se invicem distantes. Quod si quis ab illis turribus mare aspiciat, Lemnum ad dextram, Imbrum ad sinistram videbit, a fonte autem Samothracen, & fluvium Hebrum, quem vulgus *aquam nigram* nominat. Bucephala duobus nunc mœnibus cincta est: altior est antiquæ urbis circuitus. Turca vero nunc alterum quoque murum adjunxit, qui primum includit, & urbem auget. Xenodochium illud percelebre Abrahami, sive Barbarossæ, una cum suo templo includit, in quo Judæi, Christiani, Turcæ, Athei, & omnis religionis viri benigne excipiuntur. Bucephala diu deserta jacuit ob aquæ penuriam. Sed postquam Barbarossa aquæ ductum erexit, qui a vicino monte usque ad hujus jugum in urbem aquam perducit, & Xenodochium extruxit, quod proventibus annuis & reditibus opulentis ditavit, ex quibus via-

Quid ad Bucephalam cerni potest?

C

Tassus insula.

Murus supra Bucephalam.

D

E

F

Omnium religionum viri in Xenodochiis Turcarum aluntur.

tores aluntur, ea frequentior esse cœpit. Nam cum Turca Hungariam invasisset, Judæos ex Buda venire Bucephalam compulit: quorum multi per Macedoniam palantes, aliqui ad Tricam, alii Cranum, nonnulli Thessalonicam, multi vero Bucephalam venerunt, Hæc in jugo Bucephalæ in lapide marmoreo insculpta, utrumque legimus: *P. Hostilius*, P. S. L. *Philadelphus petram inferiorem excudit, titulum fecit, ubi nomina cultor scripsit & sculpsit Sac. Urbano*. S. P.

CAP. XVI.

De modo cremandorum corporum apud Antiquos: & de Libitinariis olim appellatis, qui funeribus curandis præerant.

Libitina sepulchrorum præses.

VETERES Libitinam sepulchrorum præsidem coluerunt: quam non aliud quidem, quam Proserpinam: aliqui autem Venerem esse existimabant, eamque non solum tanquam natalium præsidem colebant, verum etiam mortis, quemadmodum in ejus quoque æde omnia quæ ad sepulturam pertinebant, vendere consueverant. Hoc autem argumento, humanæ fragilitatis unumquemque admonebant, quod una eademque dea principium ac finem vitæ in potestate haberet, ut quæ & hanc lucem ingredientibus & e vita decedentibus prævideat. Apud etiam Delphos Epitymbiæ Veneris exigua sane statua ostendebatur posita, ad quam manes in parentationibus & libationibus elicere atque evocare consueverant.

Epitymbia Venus.

Libitinam a libendo dici M. Varro interpretatur, eaque non aliam quam Venerem significat. Hinc Libitinarios dictos scimus, qui Libitinæ præessent: quos institorum loco Ulpianus esse scribit, titulo *De institoria actione*. Vota Libitinariorum Seneca libro *de Beneficiis* sexto enumerat. Ea vero sunt, ut complures moriantur, cujusmodi etiam sunt eorum, qui captandorum testamentorum artem professi sunt. Hinc eleganter apud Horatium *Libitinam vitare* dicuntur, qui se immortalitati vendicant:

Libitinam vitare.

Non omnis (inquit) *moriar, magnaque pars mei*
Vitabit Libitinam.

Fuit Romæ Libitinensis porta, qua cadavera efferebantur, cum lege cautum foret, ne quis in urbe sepeliretur. Libitinensis portæ meminit in *Commodo* Lampridius. Conditoria & reconditoria etiam dicuntur a Plinio, ut in quo corpus Alexandri magni reconditum erat. Sed ut condita corpora servata dicuntur, sic incondita, id est, insepulta vocantur, ut ex Lucani *libro* sexto videre licet.

Libitinensis porta. Conditoria. Reconditoria. Incondita funera.

Hypogea sunt loca subterranea: quæ appellatio etiam complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias. Sic Cryptæ, Alveola, Loculamenta, & Busta dicuntur. Sepelire quoque corpora, est humo injecta contegere. Non enim qui uritur, sepeliri dicitur, sed qui humatur, inquit Cicero. Plinio vero sepultus intelligitur, quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus. Sepulchrum autem est locus, in quo corpus ossaque demortuorum corporum reconduntur. Dictum autem est, quasi seorsum a sepulchro, ut ait Servius, propter recordationem doloris. Vel dicitur, quia *pulchrum superficie*, intus ossibus plenum est: vel, ut ait Donatus, *quod sine re pulchra sit*: aut, *quod ibi corpora sine pulsu sint*: aut a *separando*, quod illic animæ a vivis separentur. Sepulchrorum janitores videntur dici, quibus illa incumbit functio, ut sepulchra aperiant, claudantque. Mors ea infamissima Veteribus censebatur, quam sibi quis conscivisset, quo nomine etiam qui id in se admisisset, sepulchro prohibebatur, ni causa mortis idonea proferretur. Indignos enim eos existimabant terræ matris gremio, id est, sepulchro, qui injussu imperatoris, hoc est, Dei, ex hac vita, tanquam statione ac præsidio decessissent. Unde declamantibus celebrata lex, *Qui sibi manum admoverit, insepultus esto*. Sepulturæ aliis alio modo fieri assolent. Tot etenim pene sepeliendi sunt modi, quot & gentes. Humatum corpus Latini humo intectum appellant: Romani olim corpora demortua terra condebant. Postquam vero longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc instituerunt ut eorum corpora cremarentur. Eorum autem in cremandis mortuorum corporibus ratum institutum, Maro lib. VI. *Æneidos* perbelle sic cecinit;

Hypogea. Cryptæ. Alveola. Loculamenta. Busta. Sepelire. Humare.

Sepulchrum quid. Sepulchrorum janitores. Sepulchro indigni.

Nec minus interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis & robore secto
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
Pars calidos latices, & abena undantia flammis
Expediunt, corpusque lavant frigentis, & ungunt.
Fit gemitus, tum membra thoro defleta reponunt:
Purpureasque super vestes, velamina nota,
Conjiciunt: pars ingenti subiere feretro
Triste ministerium, & subjectam more parentum
Aversi tenuere facem: congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo.
Postquam collapsi cineres, & flamma quievit:
Relliquias vino, & bibulam lavere favillam
Ossaque lecta cado texit Chorineus abeno.
Idem ter socios pura circumtulit unda,
Spargens rore levi, & ramo fœlicis olivæ:
Lustravitque viros, dixitque novissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulchrum
Imponit, suaque arma viro, remumque, tubamque,
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur, æternumque tenet per secula nomen.

Cremandorum corporum institutum. Maronis de comburendis corporibus carmina.

Hæc Virgilius. Veterem Græcorum morem in cadaveribus comburendis, a Septentrionalibus diu etiam servatum a-

Quare corpora cremabantur?

nimadvertimus. Cur autem defunctorum corpora cremarentur, non una adfertur ratio, aliis opinantibus, quod in nobis divinum eſt, igneo veluti vehiculo ad ſuperna ſubvectum cœleſtibus inſeri, ſubſidente quod terrenum eſt. Alii vero in eo purificationem quandam intelligere maluerunt, quoniam ſit ignis ἀγνιστικὸν quiddam, id eſt, *expurgandi vim habens*: nam & *purgationes*, quas καθάρσεις ſeu *catharmos* vocant, non citra ignem fiebant, quod ſignificat Euripides, ubi Clytæmneſtræ corpus igni depuratum ſcribit. Sed ſententiam priorem in Scyllæ rogo approbare videtur Lycophron, & præterea Indorum Gymnoſophiſtæ comburendi morem ab Hercule conditum male concipiunt quidam exuſto Argio Licymnii filio, relatis modo ad patrem oſſibus, quem incolumem ſe reſtituturum fuerat pollicitus. Heraclitus, qui ignem prodidit rerum principium, in eundem corpora reſolvi debere pronunciavit. Romanis & cæteris, qui mortuorum corpora cremabant, mos fuit, ut oſſa in urnis aſſervarent, atque in loculis condirent. Quemadmodum autem noſtri homines nunc mortuorum oſſa, quoties terram ſuffodiunt, ſeorſum in cœmiteriis ordine ſeu ſerie diſponunt, ita Antiquis mos erat, omnia cremati hominis oſſa alicubi reponere, qualia Romæ cum multis locis tum in campo Eſquilino antra concamerata foſſionibus aperta viſuntur: quædam unius teſtudinis, quædam duplicis concamerationis, ita ut ex ſuperiore in inferiorem deſcendatur. Pavimenta interdum teſſellata, interdum vermiculata: in parietibus circum circa loculi extant, ſinguli cum binis urnis. Alia quoque fuerunt antra plurium parietum modico intervallo diſtantium, in quibus totidem fuiſſe urnas contiguas, & exiguo poſt ſpacio rurſus alias, hiſque alias impoſitas videmus: has pauperum, illas divitum fuiſſe opinantur. Multos ejuſmodi fornices in agro quodam circa viam Appiam viſuntur, in quo ſi deſcenderis, loculos multos quales diximus videbis:

Purificationes fiunt in igne.

Crematorum oſſa a Romanis in urnis aſſervari ſolita.

Campi Eſquilini concamerationes.

Loculamenta oſſium in via Appia.

CAP. XVII.

De arboribus ſepulchris inſeri ſolitis, id eſt, quorum uſus maxime in rebus funebribus fuit.

Arbores in cœmiteriis conſerere antiquum eſt.

VETERIBUS mos fuit, arbores paſſim in ſuis cœmiteriis, mortuorumque ſepulchris conſerere, qui etiamnum apud Turcas, Ethnicos & Chriſtianos perdurat: unaquæque tamen natio ſuas hujuſmodi locis peculiares habuit arbores. Nobis nunc nihil eſt buxo feralius. Magnam quandoque ortam contentionem vidimus, quare nos potius taxum in Cœmiteriis, quam aliam arborem feramus: perpetuitati viroris hoc ego adſcribendum putaverim. Sed quia arborum genera numinibus ſuis dicata erant, Plinius in hoc honore platanum fuiſſe his verbis tradit: *Sed quis non jure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? Platanus ea eſt. Hæc per mare Jonium in Diomedis inſulam ejuſdem tumuli gratia primum invecta eſt.* Hæc ille. Piceam etiamnum feralem arborem dixit, quæ funebri indicio ad fores ponebatur ac rogis virebat. Unde feralibus pompis exequialibuſque efferendo cadaveri rogo exhibebatur. Sunt quædam ſtirpes, quæ ſuapte natura in ſepulchris & tumulis naſci gaudent. Divus Plato per leges conceſſit arbores tumulis inſerere ad ſepulturæ indicium. Marcus Tullius Athenienſibus a Cecrope inſtitutum privatum fuiſſe morem tradit terra humandi. Quod cum ſepulchrum obductum terra eſſet, frugibus obſereretur, ut ſinus & gremium quaſi matris mortuo tribueretur. Salviam plerunque in cœmiteriis noſtris ſerimus, cujus rei hanc rationem reddo: quod cum ſemper vireat, atque labra habeamus aqua ſancta plena ad irroranda ſepulchra, ſalvia pro aſpergillo (ut olim Judæi hyſſopo) utimur. Cupreſſi Horatio *Epod.* ode v. vocantur funebres, uti & Virgilio in rogo Miſeni hoc verſu,

Taxus funebris, ut & platanus.

Picea feralis arbor.

Arbores tumulis inſerere Plato per leges conceſſit.

Ingentem ſtruxere pyram, cui frondibus altis
Intexunt latera & ferales ante cupreſſos.

Peculia eſt arboris genus ſterilis, ideo antiquo nomine carens, quæ cum eximiæ pulchritudinis florem in vere producat, Turcis tantopere commendatur, ut nullum Byzantii aut Adrianopoli cœmiterium videas, quod non hac conſitum ſit. Eam autem quoniam ſiliquas pro fructu edit, *ſiliquaſtri* nomine appellamus.

Sed de rebus funebribus, & Antiquorum operibus, quæ ob funeris memoriam fiebant, hactenus. Reliquum eſt, ut ad cætera, quæ ad corpus humanum defunctum curandum pertinebant, tranſeamus,

PETRI BELLONII,

CENOMANI,

DE ADMIRABILI OPERUM ANTIQUORUM ET RERUM SUSPICIENDARUM PRÆSTANTIA

LIBER SECUNDUS:

QUI EST

DE MEDICATO FUNERE.

AD REVEREND. ET ILLUSTRISS.

D. FRANCISCUM CARDINALEM TURNONIUM.

SUPERIORE *libro* jam a nobis planum factum eſt, cur Antiqui æternitati ſtudentes, opera tam ingentia conſtruerent, ejuſque cauſam diximus. Nunc ſequitur ut ea quæ de hominum corporibus adjicienda ſunt, tradantur. Diverſos ſepeliendorum, comburendorum, humandorum, & tumulandorum modos fuſiſſime deſcripſimus. Supereſt ut hoc ſecundo *libro* quomodo funera arte medicata aſſervarentur & condirentur, doceatur. Et quoniam permulti hactenus circa hanc rem hallucinati ſunt, rem totam paulo pluribus tibi declarandam ſuſcepimus.

CAP. I.

Quod medicatum funus a negotiatoribus falſo ſub Mumiæ *nomine divendi ſoleat.*

ÆGYPTIOS longo tempore ante Moſen corpora defunctorum ad æternitatem condiri ſolitos authores paſſim teſtantur. Si quis autem Græcorum aut Latinorum Commentarios legerit, in quibus mos Veterum condiendi & ſepeliendi corpora, maxime apud Ægyptios, Æthiopes, Judæos, & Arabas docetur, eundem omnino illis fuiſſe facile percipiet, quod ex eo medicamento, quod nunc vulgari & falſa appellatione *Mumia* dicitur, facere ſoliti fuerunt. Ex quo quidem omnibus oſtendere contendimus, medicatum corpus id omnino eſſe, quod Arabum nomine a vulgo Medicorum *Mumia* appellatur: quam noſtram ſententiam non paucis probatum iri ſperamus. Difficilis ejus medicamenti cognitionis non eſſe cauſam aliam putamus, quam quod in inveſtiganda natura eorum, quorum in medi- (A) cina uſus eſt aliquis, in quo multis retro annis homines ignavi fuere, ſcripta quorundam obſcurorum hominum amplexi ſint, qui neque magnarum rerum ſcientia inſtructi, neque in Antiquorum monumentis diligenter verſati, ambitioſius tamen magnis conſcriptis libris, miſere nos etiam rerum imperitos in errorem induxerunt. Et ne longius abeam, quæ fuerit apud Antiquos ratio condiendi mortuorum corpora, ex antiquis authoribus deſcribere, magni res laboris ipſis fuiſſet. Ad eos autem intelligendos, (B) quod neque ſermonis Græci cognitione, neque rerum peritia eſſent inſtructi, neotericorum ſcriptorum libros in manus ſumpſerunt, ex quorum lectione nullum alium fructum perceperunt, quam quem ſua ignavia merebatur: id eſt, nihil inde abſtulerunt aliud, quam, pro bonis & veris, adulterina. Ut igitur huic rei lucem aliquam adferamus, videre nunc oportet quam adfine ſit id quod ab antiquis authoribus Græcis φίλαγμα μορίων τεθνεώτων, ei quod ab authoribus Latinis *corpus conditum*, *medi-* (C) *catumque* dictum eſt. Priſca vero ætas defunctorum corpora condire ſolebat. Neoterici autem rei medicæ ſcriptores condituram hanc, nomine externo appellantes, *Mumiam* dixerunt: quo etiamnum nomen apud vulgus non modo in

Medicatum corpus, Mumia

Priſca ætas defuncta corpora condiebat. Condituram funerum falſo *Mumiam* vocant.

in Europa, ſed etiam in Aſia & Aphrica manſit. Cum autem nullus ſit Maurorum, Chaldæorum, Armeniorum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum authorum, qui medicatum funus hoc ignoraverit, meum unum ſtudium huc ſpectat, ut rem iſtam involutam multis obſcuritatibus explicem.

Conditu[m]tam corporum Græci non ignoraverunt.

Græci quidem ſcriptores & Latini de condito cadavere fuſiſſime ſcripſerunt. Arabum vero authorum interpretes Mumiæ ſuæ nomine rem longe aliam a condito cadavere nobis invexerunt: ex quo factum eſt, ut, cum huic rei lumen adhibere debuerint, tenebras offuderint, multoque obſcuriorem cognituque difficiliorem reddiderint. Quæ autem ab antiquiſſimis Græcis authoribus de medicato funere ſcripta ſunt proferam, quo facilius palam faciam longe aliam rem eſſe Arabum Mumiam a condito cadavere. Ab Herodoto autem quippe omnium antiquiſſimo initium ſumam. Sic enim fiet, ut facilius expendi id poſſit, quod a recentioribus de Mumia dictum eſt. Cujus ipſa verba Græca adſcribenda putavi, quæ in *Euterpe* leguntur, quod rem totam clarius explicent, quam vel accuratiſſima interpretatio Latina, ſintque velut totius noſtri inſtituti firmamentum: Θρῆνοι δὲ καὶ ταφαί σφέων εἰσὶ αἵδε. τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκηίων ἄνθρωπος, τοῦ τις καὶ λόγος ᾖ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκηίων τούτων, κατ' ὦν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ· καὶ τὸ πρόσωπον. κἄπειτα ἐν τοῖσι οἰκηίοισι λιποῦσαι τὸν νεκρὸν, αὗται ἀνὰ τὴν πόλιν στρεφόμεναι, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζοὺς, σὺν δέ σφι αἱ προσήκουσαι πᾶσαι. ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται, ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι οὕτω ἐς τὴν ταρίχευσιν κομίζουσι. εἰσὶ δὲ οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην. οὗτοι ἐπεάν σφι κομισθῇ ὁ νεκρὸς, δεικνύουσι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα νεκρῶν ξύλινα, τῇ γραφῇ μεμιμημένα. καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶ εἶναι, τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι τὸ οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν· τὴν δὲ δευτέρην δεικνύουσι ὑποδεεστέρην τε ταύτης καὶ εὐτελεστέρην· τὴν δὲ τρίτην, εὐτελεστάτην. φράσαντες δὲ, πυνθάνονται παρ' αὐτέων κατὰ ἥντινα βούλονταί σφι σκευασθῆναι τὸν νεκρόν. οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν μισθῷ ὁμολογήσαντες, ἀπαλλάσσονται, οἱ δὲ ὑπολειπόμενοι ἐν οἰκήμασι ὧδε τὰ σπουδαιότατα ταριχεύουσι. πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, τὰ μὲν αὐτοῦ οὕτω ἐξάγοντες, τὰ δὲ φάρμακα ἐγχέοντες. μετὰ δὲ λίθῳ Αἰθιοπικῷ ὀξέϊ παρασχίσαντες παρὰ τὴν λαπάρην, ἐξ ὦν εἷλον τὴν κοιλίην πᾶσαν. ἐκκαθήραντες δὲ αὐτὴν, καὶ διηθήσαντες οἴνῳ φοινικηΐῳ, αὖτις διηθέουσι θυμιήμασι τετριμμένοισι. ἔπειτα τὴν νηδὺν σμύρνης ἀκηράτου τετριμμένης, καὶ κασίης, καὶ ἄλλων θυωμάτων, πλὴν λιβανωτοῦ, πλήσαντες, συρράπτουσι ὀπίσω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ταριχεύουσι λίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα, λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα, σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι, ὑποχρίοντες τῷ κόμμι, τῷ δὴ ἀντὶ κόλλης τὰ πολλὰ χρέονται Αἰγύπτιοι. ἐνθεῦτεν δὲ παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες, ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρόν. καὶ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. οὕτω μὲν τοὺς τὰ πολυτελέστατα σκευάζουσι νεκρούς. τοὺς δὲ τὰ μέσα βουλομένους, τὴν δὲ πολυτελείην φεύγοντας, σκευάζουσι ὧδε. ἐπεὰν κλυστῆρας πλήσωνται τοῦ ἀπὸ τῆς κέδρου ἀλείφατος γινομένου, ἐξ ὦν ἔπλησαν τοῦ νεκροῦ τὴν κοιλίην, οὔτε ἀναταμόντες αὐτὸν, οὔτε ἐξελόντες τὴν νηδύν· κατὰ δὲ τὴν ἕδρην ἐσηθήσαντες, καὶ ἐπιλαβόντες τὸ κλύσμα τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ταριχεύουσι τὰς προκειμένας ἡμέρας· τῇ δὲ τελευταίῃ ἐξιεῖσι ἐκ τῆς κοιλίης τὴν κεδρίην, τὴν ἐσῆκαν πρότερον· ἡ δὲ ἔχει τοσαύτην δύναμιν, ὥστε ἅμα ἑωυτῇ τὴν νηδὺν καὶ τὰ σπλάγχνα κατατετηκότα ἐξάγει. τὰς δὲ σάρκας τὸ λίτρον κατατήκει καὶ δὴ λείπεται τοῦ νεκροῦ τὸ δέρμα μοῦνον καὶ τὰ ὀστέα. ἐπεὰν δὲ ταῦτα ποιήσωσι, ἀπ' ὦν ἔδωκαν οὕτω τὸν νεκρὸν οὐδὲν ἔτι πρηγματευθέντες. ἡ δὲ τρίτη ταρίχευσις ἐστὶ ἥδε, ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι ἑβδομήκοντα ἡμέρας καὶ ἔπειτα ἀπ' ὦν ἔδωκαν ἀποφέρεσθαι. τὰς δὲ γυναῖκας τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, ἐπεὰν τελευτήσωσι, οὐ παραυτίκα διδοῦσι ταριχεύειν, οὐδὲ ὅσαι ἂν ὦσι εὐειδέες κάρτα καὶ λόγου πλεῦνος γυναῖκες, ἀλλ' ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι τοῖσι ταριχεύουσι. τοῦτο δὲ ποιεῦσι οὕτω τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μή σφι οἱ ταριχευταὶ μίσγωνται τῇσι γυναιξί. λαμφθῆναι γάρ τινα φασὶ μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός· κατειπεῖν δὲ τὸν ὁμότεχνον. ὃς δ' ἂν ἢ αὐτῶν Αἰγυπτίων, ἢ ξείνων ὁμοίως ὑπὸ κροκοδείλου ἁρπαχθεὶς, ἢ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ φαίνηται τεθνεὼς, κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους πᾶσα ἀνάγκη ἐστὶ ταριχεύσαντας αὐτὸν, καὶ περιστείλαντας ὡς κάλλιστα, θάψαι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. οὐδὲ ψαῦσαι ἔξεστι αὐτοῦ ἄλλον οὐδένα, οὔτε τῶν προσηκόντων, οὔτε τῶν φίλων· ἀλλά μιν οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τοῦ Νείλου, ἅτε πλεόν τι ἢ ἀνθρώπου νεκρὸν χειραπτάζοντες θάπτουσι.

Errores ab Arabum interpretibus commiſſi.

Herodoti de ſervato funere ſententia.

Quæ verba ita in ſermonem Latinum a Laurentio Valla converſa ſunt: *Luctus eorundem ac ſepulturæ tales ſunt. Quibuſcunque ex domeſticis aliquis deceſſit, homo alicujus momenti, ibi omnis muliebris ſexus familia caput ſibi & vultum oblinit luto. Deinde relicto domi cadavere, ipſæ per urbem vagantes, ſe plangunt ſuccinctæ, nudatis mamillis, & cum eis proximæ quæque. Altera ex parte viri & ipſi ex pectorati ſe verberant. His actis, ita demum ad condiendum portant. Sunt autem certi ad hoc ipſum conſtituti, qui hoc artificium factitant: qui cum ad ipſos cadaver portatum eſt, oſtendunt his qui portaverunt, exemplaria mortuorum lignea pingendo adſimulata: & eorum unum accuratiſſime fabrefactum eſſe ajunt, cujus ego nomen ſi nuncupavero, haud faciam ſancte. Alterum illo inferius ac vilioris precii; tertium viliſſimi. Ea dicentes ſciſcitantur ab his, ad quod exemplum velint effingi mortuum ſuum. Iſti convento de precio illinc abeunt. At hi qui relinquuntur in ædibus hunc in modum diligentiſſime condiunt corpus. Ante omnia incurvo ferro cerebrum per nares educunt, ut quamque partem educentes, ita locum ejus medicamentis explentes. Dehinc acutiſſimo lapide Æthiopico circa ilia conſcindunt, atque illac omnem alvum protrahunt: quam ubi repurgarunt, ac vino phœniceo expleverunt, rurſus odoribus contuſis refarciunt: tum omenta complentes contuſa myrrha pura, & caſia, & ce-*

Triplex Herodoto condiendi corpora modus.

teris (excepto thure) odoribus, iterum consuunt. Ubi hæc fecere, saliunt nitro abditum septuaginta dies; nam diutius salire non licet. Exactis septuaginta diebus, cadaver ubi abluerunt, sindone byssina totum incisis loris involvunt, gummi illinentes, quo Ægyptiis glutinis loco plerunque utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam homini effigiem faciunt, in qua mox inserunt mortuum, inclusumque ita thesaurizant, id est, reponunt. Hic autem qui mediocria volunt nimium fugientes sumptum, ita comparant: Clysterem unguine, quod ex cedro gignitur, complent. Deinde ex hac alvum mortui, ipsam neque scindentes, neque extrahentes, sed per secessum prehenso viæ posterioris hiatu, inferciunt: & tot quot dixi diebus sale condiunt: quorum dierum ultimo cedrinum unguen, quod prius injecerant, ex alvo egerunt, quod tantam habet vim, ut una secum alvum atque intestina tabefacta educat. Nitrum autem carnes tabefacit: mortuique tantum cutis & ossa relinquuntur. Ubi ista fecere, ex quo sic tradidere mortuum, nihil amplius negotii suscipiunt. Tertia conditura hæc est adornandi eorum mortuum, qui tenuiori sunt fortuna: dilutionibus ventrem abstergunt, arefaciuntque sale septuaginta per dies. Deinde tradunt reportandum. Uxores tamen insignium virorum non statim vita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas quidem fœminas, quæ conspicuæ valde ac majoris momenti fuerint, sed triduo atque quatriduo defunctas: ea de causa facientes, ne cum fœminis Salinarii concumbant. Deprehensum enim quendam ajunt coeuntem cum recenti cadavere muliebri, delatumque ab ejusdem artificii socio. Quisquis autem vel ipsorum Ægyptiorum, vel hospitum compertus sit mortuus, sive a crocodilo raptus, sive ab ipso flumine, necessarium prorsus est ei civitati, ad quam ejectus est, condire, & quam honestissimo funere sepelire sacris monumentis: quem ne contingere quidem fas est alteri, aut proximorum, aut amicorum, nisi ipsis Nili sacerdotibus, utpote majus quiddam quam hominem mortuum tractantibus ad sepeliendum. Hactenus ille. Ex quo authore sole meridiano clarius liquet, rem eam quam negotiatores *Mumiam* vocant, id ipsum esse quod Plinio *corpus conditum*, Melæ vero *medicatum funus* dictum est. Idem quoque Herodotus, cum de Amasis condito funere scribit, multa ad hoc nostrum institutum, quæ non prætermittenda duximus, in hunc modum recensuit: *Apud Nili autem ostium,* inquit, *quod dicitur Pelusium, habebat castra Psammenitus Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasim Cambyses in Ægyptum progressus, non vivum nactus est, sed defunctum, cum quatuor & quadraginta annis regnasset. Per eos nihil admodum calamitatis expertus, defunctusque & sale conditus est, & in sepulchris, quæ ipse ædificaverat, situs intra templum.* Hæc ille. Paulo post de re eadem scribit his verbis: *Cambyses autem e Memphi in urbem Saim abiit, animo faciendi quæ fecit. Etenim simul atque in ædes Amasis ingressus est, imperavit cadaver Amasis e conditorio adferri: deinde prolatum verberibus cædi, ac vellicari, & stimulis pungi, omnique contumelia infestari. Quod facientes postquam defatigati erant, (nam cadaver, utpote salitum, resistebat, nec quicquam omnino elidebatur) jussit cremari: haudquaquam sancte jubens, quia Persæ Deum esse ignem arbitrantur, & apud neutros moris est cremare cadavera: Persas quidem, propter id quod dictum est, quia nefas esse ajunt Deo depasci cadavere hominis: Ægyptios autem, quia persuasum habent ignem animatam esse beluam, & omnia quæ nascuntur devorare: & postquam devorando fuerit expleta, una cum ipsa re devorata emori. Ideoque non esse apud eos consuetudinem, mortuum beluis tradendi, sed saliendi, tum ob id, tum ne humatus devoretur a vermibus.* Hæc ille. Reliqua quæ ex eodem authore peti possunt ad confirmandam nostram sententiam de condito corpore & Mumia, suis locis ascribentur. Quæ etiam a Diodoro & Strabone scripta sunt, proferenda duximus. Strabo *libro* decimo sexto scribit Judæos in condiendis cadaveribus Asphalto sive bitumine liquido usos fuisse, quod in Sodomæorum mari legitur. Diodorus Siculus Ægyptiorum mores diligentissime *libro* secundo *capite* quinto exponens, eadem pene de cadavere condito habet. Cujus verba Græca adscribere non licuit, quod non adeo multa ejus authoris exemplaria extent, ejus autem hæc sunt verba: *Cum quis defunctus est in Ægypto, propinqui omnes amici, deturpato luto capite, civitatem lugentes, quoad mortuus sepeliatur, circumeunt. Interim neque lavantur, neque vinum aut cibum, nisi vilem sumunt, neque vestibus utuntur splendidis. Sepulchrorum tres habentur species, sumptuosa, mediocris, humilis. In prima argenti talentum exponunt: In secunda minas viginti: In ultima parum quid sumptus erogant. Qui funera mortuorum curant, eo exercitio a majoribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti velint celebrari funus. Conventione facta, corpus eis traditur, ut juxta impensam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore, circa illa describit quantum a sinistra parte incidatur. Deinde qui dicitur scissor, habens lapidem Æthiopicum, quantum lex sinit, eo latus aperit: subitoque cursu persequentibus qui adstabant, lapidesque cum execratione in eum jacientibus fugit. Existimant enim odium inhærere, quicunque amici corpus vulnere illato violaverit. Curatores vero corporis (hos Salitores appellant) honore existimationeque digni habentur: utuntur enim sacerdotibus, templaque pariter ingrediuntur. His ad cadaver adstantibus, unus scissuram per corporis interiora præter renes & cor dicit: quæ singula alter vino phœniceo ex rebus odoriferis lavat: deinde corpus totum, primum ex Cedro cum aliis preciosis unguentis ungunt dies amplius triginta. Myrrha deinceps ac Cinnamomo, cæterisque rebus liniunt, quæ non solum id servare diutine, sed odoriferum reddere queant. Curatum cadaver cognatis traditur defuncti, ita singulis ejus partibus, etiam superciliorum palpebrarumque pilis integre servatis, ut omnis corporis species, dormientis more, integra perduret. Plures Ægyptii progenitorum corporibus domi magno sumptu conditis, respicientes suorum imagines viventium magnitudine & habitu a longa progenie ductas, tan-*

Secunda conditura.

Tertia conditura.

Medicatum funus.

Persæ ignem Deum arbitrantur.

Judæos in condiendis cadaveribus Asphalto uti.

Sepulchrorum Diodoro tres differentiæ.

Salitores qui dicantur?

Ex Cedro primum, deinceps ex Myrrha ac Cinnamomo.

quam viventium aspectu animo oblectantur. Antequam sepeliatur corpus, prædicitur a cognatis tum judicibus, tum defuncti amicis sepulturæ dies. Hactenus Diodorus de conditis cadaveribus. Alibi quoque cum de Ægyptiorum sepulturis loquitur: *Sepeliunt*, inquit, *postea quique suos, hi in propriis sepulchris, hi quibus ea desunt domi apud firmiorem parietem arca corporis erecta. Qui vero aut crimine aliquo aut fœnore sepultura probibentur, domi absque arca ponuntur: quos posteri ditiores facti, ac debita & crimina luentes, honorifice sepeliunt. Gloriantur enim Ægyptii suos parentes, majoresve magnifice esse sepultos. Mos est apud eos, defunctorum parentum cadavera dare in pignus creditori. Summa illos, qui non redimunt, sequitur infamia, & sepultura carent. Sed corpora certe primum opera Salinatorum condiebantur: postremo vero honorifice sepeliebantur: tamen antequam sepeliretur corpus, prædicebatur a cognatis tum judicibus, tum defuncti amicis sepulturæ dies, in qua sepultura major pompa erat. Asserunt vero illum, nomine mortuum appellantes, paludem transiturum. Adstantibus judicibus amplius quadraginta numero, sedentibusque in præparato ultra stagnum hemicyclo, trahitur navis ad id composita ab iis quibus ea cura injuncta est, regente magistro, quem sua lingua Ægyptii Charontem vocant. Unde & Orpheum asserunt, cum hunc morem apud Ægyptios conspexisset, finisse postmodum inferos, partim quæ viderat imitatum, partim quæ ipse commentus esset. Perducta in stagnum navi, antequam condatur in arca cadaver, permittitur lege volenti mortuum accusare. Si quis comprobatur male vixisse, judices sententiam ferunt, qua censent corpus ejus sepulchro privandum. Qui deprehenditur injuste crimen objecisse, magna mulctatur pœna. Cum deest accusator, aut per calumniam accusator constat. cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur, nihil de genere ejus, sicuti Græci consueverunt, narrantes: (existimant enim omnes Ægyptii pariter se nobiles esse) sed ordientes a pueritia, in qua vitæ institutionem eruditionemque recensent, ad viri ætatem descendunt, ejus erga Deos religionem, justitiam, continentiam, virtutesque cæteras commemorantes.* Hactenus Diodorus.

Ægyptiorum sepulturæ.

Cadavera dari in pignus creditori.

Unde Charontis fabula manavit?

Qui male vixissent sepulchro privabant.

CAP. II.

De antiqua vulgaris Mumiæ *(quod tamen medicatum funus est) Græca & Latina nomenclatura.*

EX verbis igitur, tum Herodoti, tum Diodori & Strabonis, unicuique satis perspicuum esse potest, cadaverum conditurам ταρίχευσιν appellatam fuisse; quod ea ut a putredine servarentur, non aliter quam carnes sale condirentur. Est enim ταριχεύειν *salire*, & *sale durare*, interdum sole. Non una & eadem tamen est corporis conditi apud omnes scriptores appellatio. Ex Dioscoride enim, qui in capite *de Cedro* libro primo Cedriæ vim inesse φιλακτικὴν τῶν νέκρων σωμάτων, scribit hæc conditura φίλαγμα νέκρων σωμάτων dici poterit. Galenus *simplicium medicamentorum* libro septimo Cedriæ vim inesse scribit ξηραίνειν καὶ ἄσηπτα φυλάττειν τὰ τεθνεῶτα μόρια. Ex illius itaque verbis eam conditurам recte nominabimus ξηράγχιν καὶ φίλαγμα μορίων τεθνεώτων. Aetii & Pauli qui eadem habent, hic verba non adscribo, quod ea ex Dioscoride & Galeno totidem pene verbis traducta sint. Ratio autem, cur Cedria viventium corpora absumerentur, mortuorum vero servarentur, a Galeno *lib.* VII. loco supra commemorato affertur. Plutarchus autem in *Symposiaco* scribit Ægyptios cadavera aperire, apricoque loco aliquo soli exponere, intestina in flumen jacere, reliquum corpus purgatum asservare. Sed illa ex Herodoto & Diodoro excerpserat.

Cadaverum conditura.

Non una est corporis conditi appellatio.

Quo autem hanc rem illustriorem multo redderemus, nostrorum quoque scriptorum sententias adscribendas putavimus, qui quanquam majori ex parte a supra commemoratis Græcis authoribus ea, quæ de hac re tradiderunt, transtulisse viderentur, inest tamen in illorum scriptis aliquid quod ex aliis etiam scriptoribus, qui non extant, traductum esse appareat. Ab eis autem authoribus incipiam, qui ut antiquitate, ita & eruditione cæteros antecelluisse dicuntur, quorum verba suo loco apponemus, Varronis scilicet, Ciceronis, Columellæ, Quintiliani, Melæ, Plinii: ex quibus omnibus luce clarius constabit, vocem hanc, *cadaver conditum*, seu *medicatum funus*, Latinis & illis quidem longe antiquissimis authoribus usitatam fuisse. Plinius, ut erat accuratissimus Græcorum authorum indagator, rem totam ex multis scriptoribus breviter, ut solet omnia, collegit, quæ ad rationem apud Ægyptios sepeliendi corpora attinent. *Capite* enim XXXVII. *lib.* XI. ita inquit: *In equorum corde & boum ossa reperiuntur interdum. Augeri id per singulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquagesimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non vivere hominem ultra centesimum annum defectu cordis, Ægyptii existimant, quibus mos est cadavera asservare medicata.* Hactenus Plinius. Censorinus lib. *de natali die*, in eo capite ubi distinctiones ætatum hominis secundum opiniones multorum describit, hoc modo habet: *Præterea*, inquit, *fieri potest quod refert Varro, quod Dioscorides Astrologus scripsit, Alexandriæ inter eos, qui mortuos conservare solent hominem plus centum annis vivere non posse. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint sine corporis tabe.* Ex quibus verbis nos *conditum cadaver* Pliniano more, vel *medicatum*, ut Mela habet, vocabimus. Mela enim *libro* primo *capite* nono Ægyptum describens hæc habet: *Cultores*, inquit, *regionum multo aliter a cæteris agunt, mortuos limo obliti plangunt, nec cremare aut fodere fas putant. Verum arte medicatos intra penetralia collocant.* Cæterum quod de medicatis Ægyptiorum mortuis Mela retulit, ex Herodoto transtulit, ubi Ægyptiorum funera describit. Ea etiamnum hodie nulla labe polluta, sed pene integra ad nos importantur: quæ tamen non illo genuino Antiquorum nomine a nostris appellantur: (nam, ut jam dixi, *conditi cadaveris* vera

Latinorum authorum nomina, qui de servato funere scripserint.

Mortui arte medicati.

nomenclatura exolevit) sed accito ad eam rem exprimendam alterius rei cognomento, mutatoque nomine, *Mumiam* Mauro barbaroque & externo vocaverunt. Deinceps vero Latinorum more, *servatum corpus*, & *cadaver conditum*, appellandum potius censemus, quam *Mumiam*.

Mumiam falso dicimus, ideo cadaver conditum appellandum.

Morem condiendi cadavera in Ægypto longe ante tempora Hesiodi, qui vixit quadraginta annis ante Herodotum, fuisse constat. Sed si amborum ætatem respexerimus, ille tunc temporis recens erat. Aliam quoque ex optimis quibusque authoribus antiquissimis rationem adferam, quare sic sua Ægyptii funera accurate medicata, atque ad æternitatem custodita seu condita, tanquam perennia & incorruptibilia asservarent. Herodotus Zoroastris rationem adferre conatus est, tamen si religio & fides Ægyptiorum, Arabum, Æthiopum vicinarumque regionum expendatur, docet eos non ob aliam causam corpora mortuorum condivisse, quam ob eam quæ a Plinio adfertur. Siquidem Ægyptios ob id fecisse, quod mortuorum resurrectionem expectarent. Quam rem ex Democriti sententia ostendam. Ægyptii nempe, Judæorum more, mortuorum expectabant resurrectionem: ideo corpora condiebant, ut durarent, & ad æternitatem asservarentur. Ob id, nefas illis ab igne comburi corpora, aut a vermibus absumi debere credebatur. De qua re Plinius, qui & Epicureus erat, Democritum irrisit. *Libro* enim septimo *capite* quinquagesimo quinto hæc habet: *Similis*, inquit, *& de asservandis corporibus hominum ac reminiscendi promissa Democriti vanitas, qui non revixit ipse*. Hæc Plinius: ex quibus verbis elicimus, Democritum hominem Græcum, Athenienses corpora asservare ad resurrectionem, docere voluisse. Quam sententiam is ab Ægyptiis mutuatam acceperat. Nam quum vixerit Olymp. octogesima, longe præcessit Epicurum, multo autem posterior Pythagora & Socrate fuit. Vixit autem Democritus ante Herodotum plusquam quadringentis annis. Hic quum duos haberet fratres majores se natu, ab eis discedens hæreditatem suam accepit: qua in pecuniam redacta, ad Ægypti sacerdotes contendit, ab illis Geometriam accepturus. Inde rubro mari emenso, ad Chaldæos & Indiam penetravit. Postremo Athenas rediit ad Socratem: *A Democrito* (inquit Cicero *De finibus* lib. v.) *propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. Quæ qui non vident, nihil unquam magna cognitione dignum amaverunt*. Ex cujus Democriti verbis, quæ recensentur a Plinio, conjectare licet, Democritum ad resurrectionem asservari hominum funera voluisse. Quam rem ab Ægyptiis edoctum fuisse certum est. Quod autem animi tranquillitatem summum esse bonum censuerit, Epicuro ansam se imitandi præbuit. Nam revera quidquid Epicurus boni habet, ab eo est mutuatus. Quod Cicero animadvertens, *Democritus*, inquit, *vir magnus imprimis, e cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit*. Hæc Cicero primo *de Natura Deorum*.

Plinius Democriti sententiam irrisit.

Democritus præcessit Epicurum. Herodotus vixit post Democritum. Socrates vixit tempore Democriti.

CAP. III.

Quod Galenus, Paulus, Aetius, & ante eos omnes Dioscorides non minus quam Historici, servatum corpus agnoverint.

HISTORICI in rerum descriptione hoc a Medicis in scribendo discrepant, quod illi historia tenus res ipsas tantum describere soleant, Medici vero statim ad earum rerum naturam, vires, medicamenta, & auxilia quæ ab iis petuntur, describenda aggrediuntur. Quapropter cum funera mortuorum variis modis condiri posse ex Historicis Herodoto & Diodoro supra ostenderimus, nunc quid Medici Dioscorides, Galenus, Paulus & Aetius, in rebus describendis, quam accuratissime de servato funere tradiderint, dicendum videtur. Dioscorides, qui Galenum præcessit, servati corporis mentionem facit in hunc modum: *Ea Cedriæ vis*, inquit, *ut defuncta corpora conservet, hinc νέκρων ζωὴν τινες αὐτὴν ἐκαλέσαντο*, id est, *mortuorum vitam quidam eam appellavere*. Nonne hic Dioscorides funus medicatum describit? Galenus posterior Dioscoride, lib. VII. *de medicamentorum facultatibus* sic habet: *Cæterum Cedrea quartum etiam ordinem videtur attingere, admodum calida simul, & tenuium partium*. Paulo post addit: *Talia itaque & mortuorum corporum carnes corrumpunt, at Cedrea exsiccat, simulque a corruptione tuetur corpora demortua*. Cujus rei paulo post rationem reddens subjicit: *Utpote*, inquit, *humiditates eorum depascens*. Ægineta *lib.* VII. eadem quæ Galenus, recenset: *Quam Cedream appellant*, inquit, *subtilis est admodum substantiæ. Hinc teneras carnes expedite & citra dolorem exedit: duras autem, præsertim demortuas, siccat, & a putredine asserit*. Hæc ille Ægyptiorum autem funera magna ex parte Cedria condiebantur, de quo suo loco fusius dicetur. Hoc autem loco expedit, ut servati corporis vim & naturam expendamus. Quod si Cedria condiantur mortui, credi par est, Cedriæ quoque virium participes futuros esse: si Asphalto, Asphalti: sic denique de reliquis medicamentorum generibus dicendum. Itaque cum Cedria medicamentum sit quod ex tæda sumitur, quæ si intra corpus nostrum assumatur, magnum pulmonibus exulceratis commodum adferat, aliisque id genus morbis mederi certum sit. Funeris conditi usum prorsus non esse respuendum, neque ab usu abdicandum censeo. Perspicuum itaque est, Mumiam vocatam rem esse compositam humana carne mixta vel sale, vel Bitumine, aut Cedria. Dioscorides quoties Cedriam propinabat, aut adversus Cerastæ morsum dari jubebat, salem ei admisceri præcipiebat. Atqui istud conditum funus, mixtam cum Nitro & Cedria naturam habet.

Quid Medici authores de servato funere retulerint? Dioscoridis verba de medicato funere. Cedrea.

Servati corporis vis et natura. Cedriæ vis.

Funeris conditi usum non esse abdicandum.

Conditum funus particeps virium nitri et cedræ.

Ne vero morosus ac severus quispiam calumniator, uno modo Cedria in uni-

Variis modis cadavera condiri solita.

versum servatum funus condiri me putasse clamitet, ajo, cadavera variis modis condiri solita fuisse: quædam accuratius, quædam negligentius, ut cujusque defuncti opes ferebant. Alia etenim pauperum erant a divitum funeribus, quæ diligentiori artificio condiri solita sunt, quod in his suam operam Salitores & Pollinctores præstabant accuratiorem: ea itaque ab iis discerni facile possunt, quæ levi sumptu condita fuerant. Quod quidem ii, qui attente multa funera medicata inspexerint, deprehendere possunt. Horum discrimen facile Alexandriæ & Memphi observare licet.

Benedictus Badiolus.

Benedictus Badiolus Avinionensis, qui Alexandriæ tunc agebat, pro Gallis & Florentinis mercimoniorum Consul, cum eam regionem perlustrarem, mihi idola & libros, numismata, atque vasa, in servati corporis ventribus ac thoracibus reperta ostendit.

Supellectilia in servatorum corporum ventribus reperta.

Quod quidem fieri posse omnibus palam faciam. Nam cum corpora omnibus prorsus interioribus vacua semper condirentur, nisi ventrem medicamentis adimplevissent, in seipsum concidisset, ut qui tunc vacuus esset. Cum autem illis hic quoque mos esset, ut quæ defunctus in vita dilexisset, una cum eo sepelirent, atque etiam (si fas erat) condirent, ea in alvum indebant, illamque iis rebus adamatis complebant. Ex quo factum esse credimus, ut nunc quoque instrumenta aliquot, arma, vasa, libri, & ejusmodi permulta alia, quæ cum eis sepulta erant, in alvo inclusa reperiantur. Idola vidimus ex ære & orichalco, libros quoque antiquissimos in eorum thoracibus repertos, aliaque permulta supellectilia antiqua. His quædam similia a D. Gulielmo Rondeleto Montispessulanensi Medico audivi, nuper Massiliam funus conditum atque integrum ex Memphide navigio esse exportatum, in cujus thorace inventa fuerunt viginti folia papyri antiquæ literis Arabicis inscripta, quorum inscriptionem nemo potuit legere. Avinionenses Judæi conjectura potius quam certa cognitione ajebant, defuncti vitæ historiam continere. Quorum quidem foliorum aliquot Dominus Rondeletus Montispessulani Doctor inter sanctiora monimenta servat: quorum aliqua fragmenta mihi dono dedit. Eadem Aetius de Cedria tradit, quæ a Dioscoride & Galeno dicta erant: *Cedria*, inquit, *primi ordinis est erodentium, Septica Græci appellant, multum calida ac tenuium partium existens*. Deinde adjecit, *unde mortuorum corpora conservantur incorrupta, humiditates ipsorum superfluas depascens*. Hæc Aetius. Historici nihil de viribus hujus habent: ex quo conjici potest, tunc nullum habuisse in medicamentis usum, non tamen quod vires nullas haberet, sed quod tunc nullus ejus esset usus.

Neoterici servati cadaveris vires agnoverunt.

Ex quo factum est, ut dotes ejus & vires a nemine dictæ sint. Nostro autem seculo vires ejus felici ægrorum successu experti sumus. Barbaram autem illam *Mumiæ* appellationem ei adscriptam explodendam censemus. Summa igitur cura (ut referunt Herodotus, Diodorus, Plinius, Cicero, Plutarchus)

A corpora defunctorum in Ægypto condiebantur.

Cap. IV.

Non hominum modo corpora in Ægypto condiebantur, sed etiam brutorum animalium permulta genera.

Brutorum corpora condiri solita.

Non hominum modo, sed etiam brutorum multa corpora apud Ægyptios condiri cedria solita esse, multorum scriptorum testimoniis comprobare possumus. Siquidem, referente Herodoto, cum animalia diis apud Ægyptios sacra haberentur, merito præter fidem videtur quanto honore colerentur, credere. Colebant enim animantia quædam præter modum, etiam post eorum mortem; *Cum aliquod eorum animalium moritur*, inquit Herodotus, *syndone contectum cum ululatu pectus percutientes sale liniunt ac cedri liquore, quo diutius servetur, ac unguentis odoriferis corpus unctum in sacris locis sepeliunt*.

Cedri liquore corpora brutorum servantur.

Hoc loco convenit Herodotus cum Dioscoride, quod cedri liquore cuncta perfusa servarentur. Nam adjicit quoque, quod quoties Crocodilus in Ægypto mortem obiit, sale condiretur & cedria, & in urnis sepultus coleretur.

Crocodilus sale etiam condiebatur.

Cujus verba hoc loco recensere visum est: *Quibusdam Ægyptiorum*, inquit, *Crocodili sacrosancti sunt, quibusdam non sunt, sed veluti hostes exagitantur. Sacros admodum eos esse existimant, qui circa Thebas & Mœrios stagnum incolunt, quorum utrique unum ex omnibus Crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari. Ubi mortem obiit, sale conditum sacris in urnis sepeliunt. Quin & gens hominum* (ait Plinius) *est in Ægypto Crocodilis adversa in ipso Nilo, Tentyritæ, ab insula, in qua habitat, appellata: mensura eorum parva, sed præsentia animi in hoc tantum usu miranda. Terribilis contra fugaces Crocodilus, fugax contra insequentes: sed adversum ire soli ii audent. Quinetiam flumini innatant, dorsoque equitantium modo impositi, biantibus resupinato capite ad morsum, addita in os clava, dextra ac læva tenentes extrema ejus utrinque, ut frenis in terram agunt captivos: ac voce sola etiam territos, cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam.*

Tentyritæ.

Mihi autem (inquit Herodotus) *Ægyptii cum in aliis ad sacra pertinentibus, tum vero in his superstitiose agere videntur. Cæterum Ægyptus cum sit Africæ finitima, non tamen admodum feris est frequens.*

Ægyptus feris non est frequens.

Quæ vero illic sunt, eæ omnes pro sacris habentur, partim mansuetæ, partim immansuetæ. Earum educandarum curam seorsum a cæteris, Ægyptii atque Ægyptiæ suscipiunt. In quo honore filius patri succedit. His feris omnes, qui in urbibus sunt, vota persolvunt, quæ susceperunt illi Deo, cujus illa fera est. Quarum si quam quis necaverit, si volens, morte mulctatur: sin invitus, plectitur ea mulcta, quam sacerdotes statuerint. Quisquis tamen ibin aut accipitrem necaverit, sive volens sive nolens, morte afficitur. Quibuscunque autem in domibus ultro felis oppetit mortem, earum domorum habitatores cuncti sola supercilia eradunt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus sic mori-

Feles condiebantur.

tur canis. Efferuntur feles mortuæ ad sacra tecta, ubi salsæ sepeliuntur in urbe Bubasti. Canes in sua quisque urbe tumulant sacratis in loculis. Eodem quo canes modo indagatores sepeliuntur. Nam mygalas, id est, mures araneos, & accipitres in urbem Butum asportant. Ursos autem qui sacri sunt, & lupos non multo vulpibus grandiores, eo loci sepeliunt, ubi jacentes inveniunt. Hæc Herodotus.

CAP. V.

Officium condiendi corpora non cuivis delegabatur, sed ei tantum qui id a majoribus accepisset.

Nemo in Ægypto [illegible]

ITAQUE cum perspicuum sit, quod omnium corpora in Ægypto eo quo dixi modo condirentur, quæret forte quispiam, an sceleratorum quoque hominum cadavera, qui ob religionem morti addicti erant, hoc sepulturæ genere carerent. At mihi quidem videtur, etiam strangulatorum, aut alio mortis genere affectorum, cadaveribus sepulturam non defuisse. Siquidem Herodotus regem Apriem ab Amasi victum scribit, & urbem Saim ductum in ædes, quæ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia: *Ibique*, ait, *quandiu in regia pascebatur, eum Amasis honeste asservavit. Tandem incusantibus Ægyptiis non juste agere, qui suum & ipsorum inimicissimum aleret, ob id Apriem illis tradidit. Eum isti ubi strangulavere, paternis in monumentis sepelierunt.* Hæc Herodotus. Ex quo palam est, Ægyptios, qui Apriem vivere nolebant, sepultura tamen carere noluisse. Cæterum defuncta corpora non cuivis dabantur condienda, ut etiam Diodorus scribit, sed eis tantum qui funera mortuorum procurare soliti erant. Ejus hæc sunt verba: *Qui funera mortuorum curant, eo exercitio a majoribus tradito, funeris impensam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti velint celebrari funus. Conventione facta, corpus eis traditur, ut juxta impensam curetur funus.* Hactenus ille. Fœminarum quoque haud secus ac virorum funera condiebantur. Hoc tamen discriminis intererat, quod hæ forma conspicuæ nunquam nisi post quatriduum, ne cum eis concumberent Salinatores, tradebantur.

Corpora [illegible]

Fœminarum funera.

CAP. VI.

Judæi olim, more Ægyptiorum, suorum quoque servabant mortuorum corpora.

Hebræos [illegible]

HEBRÆI quoque funera suorum mortuorum asservabant, nec dubium est quin nonnunquam Judæorum quoque haud secus ac Ægyptiorum carnibus utamur, quum ea apud nos in usu sit Mumia, quam undecunque advectam promiscue negotiatores venalem habere solent. Quod autem corpora Hebræorum eo modo ut Ægyptiorum condiantur, docet Moses, cum de morte Jacobi patris Josephi agit, qui in Ægypto decessit. Recenset enim Josephi filii jussu, qui tum in Ægypto & gratia & authoritate plurimum valebat, quadraginta diebus more Ægyptio conditum Jacobi ipsius Josephi patris funus, defletumque septuaginta fuisse. Primo quoque libro *Regum* habetur: *Samuel autem mortuus est, planxitque eum omnis Israel, & sepelierunt eum in Ramatha urbe sua.* Solent & in hodiernum diem Judæi suorum cadaverum ossa asservare, & Jerosolyma navigio humanda mittere, quod quidem ipse sum conspicatus. Nam dum navigio ex Byzantio Alexandriam trajicerem, in eadem nobiscum navi nonnulli quoque aderant Judæi, qui secum saccos ossibus plenos Jerosolyma deferebant, quæ quidem illi proavorum suorum cæterorumque parentum esse dicebant. Sunt quidam, qui funere servato nos uti verent, atque omnino ab usu abdicandum censeant. Alii autem funeris loco Asphaltum nobis substituere malunt: cum tamen iidem, ubi de Asphalto sententiam ferunt, profitentur palam, nos verum Bitumen non habere. Volunt autem id quod nostri Asphaltum vocant, Pisasphaltum esse. Si ergo, ut ipsi opinantur, bitumine caremus, nosque Asphaltum verum desideramus: pro illo vulgari medicato funere, Asphalto quomodo, ut ipsi consulunt, utemur? Sed hæc satis. Est & alius qui sententiam prædictæ fert similem. Scribit enim: *Quod si*, inquit, *aliquis meliori funere medicato vel Mumia vocata genuina & vera uti volet, corpora ex Xenodochiis sumat quæ aloe, myrrha, & croco condiat atque expleat, & ea usque ad tempus opportunum asservet. Cum vero utendi tempus appetet, eam reserare oportebit, atque ea uti.* Hanc ille virtutis eximiæ esse posse prædicavit. Quæ res est admodum ridicula. Ejus tamen verba laudantur quam maxime, ejusque eruditio singularis, summumque ingenium prædicantur: probare tamen non possum quod id nobis consuluerit, quod illi efficere impossibile esset. Siquidem nec Aloe, nec Myrrha, nec Crocus vires haberent tantam humiditatem absumendi. Quinimo Myrrha, Aloe, & Crocus corpora dura sunt, in quibus nulla est facultas subeundi cavitates ossium, & implendi horum cavernulas: nec sunt idonea ut munus, quod ille pollicetur, exequantur. Myrrha autem & Aloe aqueæ sunt qualitatis, quæ etiam ipsa facillime putrescerent ab humiditate humani corporis. Præterea conditum funus insigni amaritudine præditum gustanti sentiretur, si vel aloes minimum intra corpus admissum esset. Quis autem, quæso, unquam funus medicatum nostrum degustans amarum revera sentit? Qui quam plurima condita cadavera & viderunt, & sæpius degustarunt, in eis nullam unquam amaritudinem perceperunt. Quam rem Valerius Cordus quoque notavit, quem sane de Mumia verius quam cæteri omnes nostri temporis Medici scripsisse video. Nos autem Mumiam definientes, id est, funus medicatum, id esse dicemus, quod primo sale conspersum, aut Nitro salitum, & per multos dies Cedria, Asphalto recenti, vel liquidiori Bitumine unctum conditumque: deinde aroma-

Judæi ossa suorum majorum asservant, et Jerosolyma [illegible]

Variæ neotericorum de servato funere sententiæ.

Neoterici cujusdam consilium improbatur.

Mumia vulgaris amara non sentitur.

Valerii Cordi de servato funere sententia.

Mumiæ vulgaris definitio.

tibus & unguentis, Myrrha, Cinnamomo, ad probum odorem conciliandum, conspersum fuerit. *Nam*, ut Herodotus scribit, *postquam corpus sub sole æstuanti multos dies conditum fuit, primum Nitro salitum, & Cedria oblitum, postremo sindone contectum reponitur*. Ista certe omnia in Mumia vulgo vocata inspicere licet. Latini quemadmodum *funus conditum* vocaverunt, sic conditivum & conditorium pro sepulchro acceperunt, ut ex Plinii *lib.* VII. *cap.* XVI. probatur: *Procerissimum hominem ætas nostra D. Claudio principe Gabbaram nomine ex Arabia advectum novem pedum & totidem unciarum vidit. Fuere sub divo Augusto semipede addito, quorum corpora, ejus miraculi gratia, in conditorio Salustianorum asservabantur hortorum: Pusioni & Secundillæ erant nomina.* Non unam significationem habet funus, sed proprie mortem vel cadaver jam ardens vel incensum significat. *Conditi Cadaveris* vox apud Ciceronem etiam legitur. Is enim libro I. *Tusculanarum quæstionum*, *Ægyptii*, inquit, *condiunt mortuos, & domi servant*: quam rem etiam Chrysippus tradidit. Hoc de Ægyptiorum funeribus insigne scribunt Lucianus & Sextus Empiricus, quod primum intestina educant, deinde saliant. Difficile enim illis foret, corpus asservare medicatum, ni intestina educerent. Quæ ob id educuntur, ut reliquum corpus melius condiatur. Corpori condiendo humidas partes auferebant Salitores: ideo Herodotus commentationi nostræ opportunæ favens, hunc locum explicat: *Cerebrum enim, quod humidissimum est & craneo undique circumseptum, sine capitis vel calvæ fractura non posset condiri. Idcirco Salitor in condiendo, ferro incurvo inflexoque ad hoc præparato, cerebrum per nares mortui condiendi educebat, locumque vacuum medicamentis explebat: lapide deinde Æthiopico corpus discidens, intestinis purgatis, odoramentis illud complebat, mox consuto vulnere Nitro saliebat*. Paulo post subjungit: *Cadaver gummi illitum, & linteamine involutum, in ligneam hominis effigiem ad hoc comparatam componitur*. Gummi hic author nihil aliud quam Cedriam intelligit. Siquidem alii omnes historici non gummi habent, sed Cedriam. Cedria porro, ut sæpius tradidi, corpora asservantur incorrupta. Nuper cadaver effossum est Romæ incorruptum in via Appia, crasso unguento oblitum, ut quidam nostri seculi authores memoriæ prodiderunt. Hoc autem ante annos plus mille & trecentos ibi fuisse depositum ex Inscriptionibus in adjacentibus marmoribus agnitum est, suspicatumque Tulliolæ Marci Ciceronis filiæ fuisse. Quicquid fuerit, ego Ægyptio more conditum crediderim.

Conditorium pro sepulchro. Corpora conditorio Salustianorum.

Cap. VII.

Quod Æthiopes fere Ægyptiorum & Judæorum more defuncta corpora servare solerent.

Æthiopum funera condiri solita.

ÆTHIOPES suorum quoque funera condire solent, sed longe alia ratio-

A ne quam Ægyptii. *Sunt autem eorum sepulchra vitrea: quod quidem audiens Cambyses, rem accuratius dignoscere cupiens, speculatores Ichthyophagos Æthiopicæ linguæ gnaros in Æthiopiam misit, qui quidem se inspexisse eorum sepulchra vitro constructa retulerunt, quæ ab eis in hunc modum fieri didicerant. Postea quam mortuum sive Ægyptiorum, sive aliorum more, arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaque exornantes quoad fieri potest effigiem ejus repræsentant. Deinde cippum ei e vitro,*

B *quod apud illos multum est & facile effoditur, circumdant: in cujus medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis ullius exhibens, sed omnia ipsi illi mortuo similia habens. Hunc cippum maxime propinqui intra ædes annum detinent, offerentes ei omnium rerum primitias hostiasque. Anno axacto efferunt, circaque urbem statuunt.* Alia etiam sunt medicamenta, quæ id quoque præstant, ut corpora incorrupta conserventur, ut bitumen recens cum

C nondum induruit. Nam ex durissimo bitumine vix istud fieri possit. Strabo *lib.* XVI. tradit Judæos in condiendis & asservandis funeribus usos fuisse Asphalto, id est, bitumine, quod in mari Sodomæorum legitur. Ex quo diximus funera non tantum Cedria fuisse condita, sed bitumen quoque eundem effectum præstare potuisse: Ægyptiorum tamen cadavera, multis notis & illis insignibus quidem, ab iis quæ bitumine condita fuerunt, discernere possumus. Quod autem id funus, quia bitumine conditum

D est, easdem in medicamentis vires non sortitum sit, quas bitumen, multis argumentis probari potest. *Si enim funus Nitro vel Sale arefecerimus, postea Bitumine condierimus, nunquid Salis vel Nitri vim quandam illud adsciscit? Corpora autem nequaquam sine Nitro condiri possunt, nam Bitumen per se id non præstaret. Ideo Bituminis vis ab ea multum aliena erit, quæ de funere, quod A-*

E *sphalto conditum fuit, substituetur. Quare bitumen ut simplex censetur: servatum autem Asphalto corpus ut compositum intelligimus.* Habet præterea Strabo varia alia condiendorum corporum genera. Aliis siquidem locis, cadavera in flumen præcipitari, aliis vero vitro circumdata domi asservari, aliis in vasis fictilibus alveolisque quibusdam circum templa defodi & condi scribit. Persas corpora mortuorum sepelientes sola cera oblinire tradit: Magos vero insepultos avibus edendos dimittere. M. Cicero de his eadem, quæ Strabo, habet. Scribit

F enim Persas cera circumlitos mortuos condire solitos, ut quam maxime corpora diuturna permaneant. Plinius *lib.* XXXI. *cap.* IX. scribit Salem corpora etiam a putredine vendicare, ita ut durent multa per secula, his verbis: *Salis natura*, inquit, *est per se ignea, & inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens. Corpora vero astringens, siccans, alligans, defuncta etiam a putrescendo vendicans, ut durent ita per secula*. Sequenti quoque *capite* tradit Nitrum ad ea, quæ inveterari volunt,

Vitrum fossile est idem quod lapis specularis.

Recens Bitumen corpora conservat. Strabonis de servato funere sententia.

illitum processisse. Idem author *libro* vigesimo sexto *capite* tertio scribit: *Cleophantus magna fuit authoritate apud Priscos, cum occurrisset ignoto funeri, relato homine ab rogo atque servato, ne quis levibus momentis tantam conversionem factam existimet.* Idem *libro* vigesimo quarto hæc scribit: *Cedrus magna, quam Cedrelatem vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur. Defuncta corpora incorrupta ævis servat.*

Cleophantus a rogo servavit funus.

CAP. VIII.

De Myrrheo seu Myrrhaceo pulvere, quo Medici in Gallia condiendis Magnatum defunctorum corporibus utuntur

CUM multum in externis ritibus condiendorum corporum evagatus sim, non erit absurdum hic quoque quæ in Gallia fiunt memoranda circa ceremonias sepulturarum Magnatum & nostrorum Regum recensere. Cum aliquis ex Gallorum nobilium familia, & potissimum optimatum, vel divitum moritur, sive in bello, sive in aula, si quidem domo longius absit, quam ut cadaver ad suos lares incorruptum referri possit humandum, Medici & Chirurgi accersuntur, qui a cadavere corruptionem arcens medicamentum præscribant. Illi autem Myrrhaceum, vulgo quoque Gallorum non ignotum medicamentum, cadaveri condiendo idoneum præscribunt, quod illud corpora, antequam humo integantur, diutius servare minus fœtida soleat. Ea autem ob id condire solent, quod facilius ad suos natales referantur. Habent enim id affines & propinqui sanctum suorum majorum funera simul omnia humata habere. Myrrhacei autem hujus compositionem describere eam nobis libuit, quam Dominus Petrus de Aqualim Regis Galliæ Francisci Pharmacopœus, nunc Henrici, vir doctissimus nobis tradidit, quali ipse ex præscripto regiorum Medicorum uti solet. Non unus tamen ejus Myrrhacei conficiendi est modus, ut eis Medicis placet, qui Myrrhaceum istud præscribunt. Hæc autem est descriptio qua regii illi Medici utuntur. In primis Salem multum & Alumen cum Myrrha & Aloe fusum, Absynthium, Cinnamomum, Cuminum, Caryophyllum, Siler montanum, Piper, & id genus aromatum omnium partes convenientes addito aceti momento contundunt: ex quibus corpus, quod ante Chirurgis traditum fuit, alvo & interaneis expurgandum, & in gyrum circunspergendum, infarciendum curant. Tum demum cera circumlitum atque involutum, feretro plumbeo includunt. Etenim id plumbo cum aromatibus inclusum diu servari posse incorruptum asserunt. His peractis, nostri jam myrrhatum funus convehendum tradunt carpento. Eam condiendorum corporum rationem nostri ab Antiquis accepisse videntur. Nam & in regum Scytharum sepultura simili quodam myrrhaceo utebantur, ut Herodotus *lib.* IV. qui inscribitur *Melpomene*, his verbis scribit: *Regum sepulchra apud Gerrbos sunt, ubi Boristhenes jam navigabilis est. Ibi cum rex eorum decessit, ingentem scrobem effodiunt forma quadrata. Hoc ubi præpararunt, accipiunt mortuum corpore incerato, alvo evulsa atque expurgata: quam silere contuso, & thymiamate, apiique semine & anisi cum expleverunt, resuunt rursus, impositumque plaustro cadaver ad aliam gentem ferunt. quod qui excipiunt, eadem agunt quæ regii Scythæ: aurem decidunt, crinem circumtondent, brachia circumcidunt, frontem nasumque consauciant, sinistram manum sagittis trajiciunt. Postmodum regis cadaver carpento ferunt ad aliam gentem, cui imperitavit, quæ ipsos comitatur ad eos unde primum venerant. Ubi jam mortuum circumferentes, lustraverunt singulas gentes quibus imperavit, apud eos deponunt, qui in extremis Gerrbis habitant, & in sepulchris. Quem postquam super torum in loculo indiderunt, hastis hinc atque hinc defixis desuper ligna disponunt, deinde pallio contegunt. In reliqua loculi spaciositate aliquam ejus pellicum strangulatam sepeliunt, & eum qui vina miscebat, & coquum, & equi agasonem, & ministrum, & qui erat a nunciis, necnon equos, & aliarum rerum omnium primitias, quin etiam phialas aureas. His actis, humum certatim atque avide injiciunt: cupientes tumulum quam maximum efficere. Circumacto anno rursus hoc agunt: E famulis regis intimos sumunt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ, & quos ipse rex jusserit. Nam nullus venalitius ei ministrat. Horum ministrorum quinquaginta cum strangulaverunt, ac totidem præstantissimos equos eductis intestinis & expurgatis, paleis implent ac consuunt. Et ubi dimidium fornicis super duo ligna resupinatum statuerint, alterumque dimidium super altera duo ligna, & item alia multa hujuscemodi defixerint, tum super ea equos imponunt crassis tignis in longum ad cervicem usque trajectos, ita ut priores fornices sustineant armos equorum, posteriores vero juxta femora suscipiant uteros, utriusque cruribus superne pendentibus. Equos infrenant, eorumque habenas ad palos extentas adligant. Dehinc super eorum singulos statuunt singulos quinquaginta juvenum strangulatorum, hunc in modum. Unicuique eorum rectum stipitem per spinam ad cervicem usque transfigunt: quod inferius stipitis extat ultimum, infigunt tigno illi quo equus trajectus est. His equitibus sepulchro circumpositis abeunt. Hunc in modum reges sepeliunt Scythæ. Alios autem Scythas, cum decesserunt, proximi quique in plaustris collocatos ad amicos circumferunt. Eos singuli amicorum excipientes, epulum cadaver comitantibus præbent, tam propinquis quam cæteris. Ad hunc modum quadraginta diebus privati homines circumaguntur: dehinc humantur, tali tamen ratione prius purgati. Ubi caput exinaniverunt, abluerunt ... ca corpus ita agunt: tria ligna statuunt mutuo inclinata, circa hæc prætendunt lanea pilea, quam maxime possunt constipantes, & in scapham in medio lignorum pileorumque positam lapides conjiciunt ex igne perspicuos.* Hactenus Herodotus.

Myrrhaceum.

Myrrhacei compositio.

Myrrhaceum quo reges Scytharum utebantur.

Non una apud nos, nec semper eadem fuit condiendorum funerum consuetudo, nec ab omnibus observata: quod vel ex his liquet, quæ de funere myrrhaceo supra diximus. Alia vero certa tantum sunt

circumlita, alia cippo plumbeo inclusa sunt, quod sæpissime fieri consuevit, quod etiam plerunque funera post quinquaginta annos alio transferantur, ut omnium memoria id testetur. Quomodo autem varie corpora condiebantur, ita etiam variis modis sepeliebantur. Tanta vero est nunc apud Latinos sepeliendorum corporum varietas, ut in una eademque regione de re ista non constet. Cadaverum igitur sepeliendorum diversissimus est ritus, tanquam varius, ut vix credi possit. Eos autem miro artificio Silius *libro* decimo tertio his carminibus complexus est:

Ritus sepeliendorum corporum varius.

—— namque ista per omnes
Discrimen servat populos, variatque jacentum
Exequias, tumuli & cinerum sententia discors.
Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera,
Exanima obscœnus consumit corpora vultur.
Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis adhibere canes: Ægyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & a mensis exanguem haud separat umbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, & longum myrrhata reponit in ævum.
Quid qui reclusa nudos Garamantes harena
Infodiunt? quid qui sævo sepelire profundo
Exanimes mandant Libycis Nasamones in oris?
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula servant.
Cecropidæ ob patriam Mavortis sorte peremptos
Decrevere simul communibus urere flammis:
At gente in Scythica suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.

Conditum cadaver in Galliæ urbe nuper repertum.

Hactenus Silius. Superioribus annis in Gallia Narbonensi in oppido nomine *Loviczon* sepulchrum est inventum, in quo cadaver inerat conditum, unaque urna elegantissima vitrea, quæ fusilis potius videbatur, quam alio modo facta: libri quoque duo, quorum alter Arabicis characteribus, alter vero Græcis scriptus erat. In urna oleum continebatur, quo multi fœlicissimo successu, & ad vulnera & ad ulcera usi sunt. Arabici autem codicis charta ex papyro erat, eam nemo legere potuit. Græcum vero de Magia scriptum comperimus. Quemadmodum vero inter Græcos non convenit cum Arabibus de sepulchris, sic quoque in corporibus condiendis Latini plurimum a Græcis diffident. Medicatorum funerum Memphi major copia est quam alibi locorum, in desertis Africæ potissimum paulo supra Busyrim ultra Nilum. Cum Memphi ageremus, corpora aliquot nuper ex suis sepulchris allata in urbem vidimus integra, suis adhuc fasciis, ac si nuper fuissent condita, obvoluta. Ægypti incolæ studiosissime corpora inter ruinas ædificiorum quærunt medicata, quod inde maximum se consecuturos lucrum sentiant. Parvulorum quoque cadavera & adhuc infantium condita vidimus. Cujus rei testem appellare possum clarissimum nobilem Baronem a Fumet Henrici regis ad Sultanum Imperatorem Turcarum eo tempore Legatum, qui puerulum totum medicatum cum Memphi essemus coemit, eum probe conditum. Miror sane, quum tanta apud eos reperiatur medicatorum funerum copia, non esse viliora, sed pluris in dies vendi. Hanc autem ego causam esse puto, quod jampridem funera apud eos condiri desierint. Quæ autem a nostris huc importantur, ab Ægyptiis in dies inter fodiendum in sepulchris jam olim condita reperiuntur. Fœminarum quoque cadavera, ut marium condiebantur, quorum discrimina in Ægypto observari possunt, apud nos vero non ita, quia frustatim & fracta plurimum & concisa adferuntur.

D. a Fumet Henrici regis olim ad Sultanum legatus.

CAP. IX.

Quarundam notarum, quæ servato cadaveri falso adscribebantur ab his qui de novo Orbe conscripserunt, propulsatio.

Permulta absurda in vulgari Mumiæ nomenclatura.

EA primum quæ de vulgari Mumia mihi absurda a nonnullis scripta esse videbantur, annotanda esse duxi: nunc vero eorum inscitiam detegere institui, qui cum de externo Orbe scripserunt, tantas nugas de Mumia suis scriptis inseruerunt, ut ne verbum quidem de ea ullum ab his verum pronunciatum sit. Mare quoddam arenosum fingunt, quod procellis impulsum debacchantibus ventis non secus ut aqua agitari atque commoveri soleat. Tam impudenter non verentur mentiri, ut se vidisse, & in eo ambulasse dicant, quo facilius lectoribus harum rerum imperitis imponant. Ego vero easdem solitudines & deserta emensus, ex quibus ipsi suam Mumiam peti fingunt, nihil hujusmodi unquam ab ejus loci incolis, quamvis sedulo inquirens, intelligere potui. Sunt autem illic incolæ non pauci, qui casas ex ramis palmarum constructas inhabitant, quæ truncis arborum tantum fulciuntur. Nullus vero ex ejus loci omnibus senioribus indigenis fuit, qui se unquam tale quidpiam vidisse, & multo minus ab aliis accepisse retulerit. Ideo dum illi hæc nobis sua obtrudere portenta imposturam facere nituntur, quo nobis magis credibilia hæc essent, rationem invenire debuerant, neque nugis hujusmodi multas tabulas mundi implere. Sunt nonnulli qui nivem in exemplum adferunt, quæ in transitu Alpium multos intercepit & obruit sua multitudine, hominumque corpora nimio nivis ponderi succumbere scribunt. In qua re mare hoc cum nive convenire contendunt, scilicet quod arena procellis irritata corpora obtegat & submergat, quæ sol postea conficiat, ex quibus deinde Mumia fiat. Hinc suam Mumiam, seu nostrum servatum corpus, contendunt duxisse originem, ut jam videmus multas mundi mappas similibus notis falso esse conscriptas.

Arenosum mare.

Origo Mumiæ falso ex arenis credita.

Esto, nonnunquam, ut ipsi fabulantur, magno ingruente austro, & ingestis ex arena cumulis corpora e conspectu sublata obruantur, atque illic aliquantisper ad tempus conquiescant: paulo post vero vento eodem, aut alio quovis contrario detegantur, redeantque in conspectum quæ diu ibi sepulta jacuerant, tum demum confecta, conditaque serventur incorrupta: non negarim equidem arenas a vento valido commotas sæpenumero ita impelli, ut a repentino austro compulsæ, grandes de se cumulos faciant, atque ita exagitari, ut plerunque ipsæ sedem mutent, in quibus etiam & corpora hominum plerunque intercipiant, (quod de Cambysis exercitu quandoque factum legimus, qui e conspectu sublatus, & arenis obrutus est) non ideo tamen Mumiam sive medicatum funus inde suam trahere originem concesserim, cum sepulta in arena corpora servati corporis & medicati funeris ut referant naturam fieri non possit. Quod si quis verum esse dicat quod in arenis a solis calore corporis sanies & sanguis confici, servarique corpus a putredine possit, quæram unde is pullus humor qui in ossibus cernitur, ipsorumque cavitates implevit, carnem conservavit, & tabefecit? In servato funere linteamina a Pollinctore, & fascias Cedria imbutas videmus, corporaque ipsa tum marium, tum fœminarum, multis fasciis in gyrum revolutis summam cutim occupantibus deligata: eaque propter vim medicamentorum ponderosa, odorata, nigraque reddita cernere licet: quæ notæ sepultis in arena corporibus videri nunquam possent, nisi Libitinarii vel Pollinctoris cujuspiam id opera effectum esset. Præterea ut odorem Asphalti, Cedriæ, aromatum, & medicamentorum ita redoleant, ut verum servatum corpus, nulla ratione fieri potest. Corpus enim demortuum, sine Salinatoris, aut Pollinctoris opera vix poterit reddi perenne, nisi prius rebus ad hoc conducentibus imbuatur, ut sunt Nitrum, Sal, Cedria, Asphaltum liquidum, aromata, & consimilia. Nam cujus animalis cadaver arenis obrutum, si per æstum exficcetur in arena, nonne absorbetur humor, qui erat contentus in carne & ossibus? Quid autem illud cadaver ultra saniem aut humorem putrefactioni obnoxium habere potest? Quum ita ex jam a me dictis perspicuum sit, cadaver conditum sive Mumiam vulgo vocatam ab arenis (ut ipsi nugabantur) non ducere originem, ostenderimque Ægyptios accurata diligentia Salitoris corpora hominum condire solitos ad æternitatem, reliquum est, ut quæ ab Herodoto de Cambyse traduntur, referam: ut quivis videat in hoc hominum tantum interitum, non autem medicatorum funerum declarationem. His verbis illud Herodotus ita scribit: *Cambysem intermissa adversus Æthiopes expeditione, copias quas adversus Ammonios misisse, sed eas neque ad Ammonios pervenisse, neque retro revertisse. Ab ipsis autem Ammoniis id demum fertur. Cum illi ex urbe Dasi per arenam iter facerent, jamque medio fere spatio inter Dasim & Ammonios pranderent, ingruisse magnum & validum Austrum, & aggestis arenæ cumulis eos obruisse, atque hunc in modum illos e conspectu sublatos: ita actum esse de hoc exercitu Ammonii memorant.* Similia his Pomponius Mela memoriæ prodidit, cum Carthaginensium & Cyrenorum fines describit his verbis: *Inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia est: in eaque sunt Ammonis oraculum fidei inclytæ, & fons quem Solis appellant, & rupes quædam Austro sacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exsurgit, arenasque quasi maria agens sic sævit, ut æquor fluctibus.* Hactenus Mela. Paulo post: *Contra hunc Austrum profecti Psylli, magnis arenarum cumulis omnes ad unum extincti sunt.* Quod si nostram Mumiam vulgarem, seu servatum corpus, inde suam originem habere credamus, rationem siccitati arenæ, vel corporis humiditati tribuamus necesse est: dicamusque æstum aut calorem solis, servandi corporis vim habere. Sed quid quæso corporis cujusvis animantis moles quatuor humoribus constans, præ se fert aliud, quam projecti cadaveris naturam? Omne siquidem corpus humanum potissimum ob humorem facile corruptibile putrefactionique obnoxium esse solet. Quod si quoquo modo citra Libitinarii vel Pollinctoris operam condiri aut asservari posse dicas, aut a quovis elemento absumi, aqua videlicet, terra, igni, aut aere: nihil certe tamen referet aliud quidpiam, quam sui ipsius, & elementi commixti substantiam: haud secus ac si quempiam in aere absumptum & siccatum, vel in aqua submersum, vel in litore ejectum, in terra humatum, vel arenis obrutum, aut igne absorptum videas, nihil prorsus in eo similitudinis naturæ, vel substantiæ, comperies, quod cum servato funere comparari possit. Ideo hæc dicta voluimus, ne posthac adeo temere ab ejusmodi Orbis externi notis & descriptoribus falsis cuipiam imponi possit. Quod si nonnulli notas ab elementis quærant, & ab igne exempla petant, dicantque eos, quorum corpora exusta sunt, aut a fulgure tacta, integros quidem esse visos permanere, nihilque de sua forma perdidisse: illis hoc responsum velim, ea integra ac incorrupta diu non posse permanere, sed levissimo contactu ea in pulverem dissilire. Hujus rei argumentum a viris fide dignis habeo, qui in incendio urbis cujusdam a nostris in Italia captæ, hominum corpora exusta vidisse se integra multa servata dicebant, sed ea contactu vel solo flatu in pulverem vertebantur, in aurasque evanescebant.

Notarum quæ in servato cadavere comperiuntur observatio.

Interitus militum Cambysis in arena.

CAP. X.

De corporibus a frigore congelatis, & de inventione Anatomiæ siccæ.

QUANTUM autem attinet ad eos, quos vulgus *Transitos* appellat, id est, a frigore in transitu Alpium congelatos, qui repente mortui concidunt ac con-

Transiti, sive a frigore congelati.

lantur, id inspiratione aeris frigidi fieri dicimus. Corpus enim ab intemperie frigida sola interceptum, extincto calore nativo refrigeratum congelatur, & veluti concretum redditur. Quæ causa est ut ita facile in transitu Alpium moriantur. Non est itaque subita eorum mors nivi adscribenda, quod plerique indocti homines neque in disciplinis rerum naturalium bene versati faciunt: sed intemperiei aeris frigidæ, quæ non tantum in montium jugis fit, sed etiam in planitiebus, solitudinibus, & nemoribus, sed & in ipso quoque mari, quod ab inspiratione frigidi aeris jugulat hominem, calorem corporis nativum extinguendo: cui remedium nullum aliud est, quam corporis vehemens agitatio. Quæ quidem corpora transita cum multis locis a nobis peragratis vidimus, tum in Sacello illo parvo, quod in cacumine montis altissimi ad Alpes situm est. Gallorum vulgus *Transitorum Sacellum*, id est, congelatorum, vocat: in quo omni anni tempore multa possunt videri corpora a frigore intercepta, quæ indigenæ illuc deferenda curant. Ea ego admodum sedulo visi, ut num statim illa a morte exsiccarentur, rigidaque permanerent, cognoscerem, aut quidpiam referrent, quod cum servato corpore componi posset. Rem tamen aliter sese habere intellexi. Sunt enim putria, tabida, & fœtida: imo nunquam siccari ob nimiam humiditatem quam habent ab aere frigido circumfuso, re ipsa comperi. Multa etenim corpora vidi ab indigenis allata, quæ recens e vita migrarant, quæ quidem tunc rigebant, siccaque credebantur, sed paulo post contabescebant. Montium incolæ frigoribus assueti, facile frigoris rigorem patiuntur: sed advenæ illac transeuntes sibi valde timent, quos si quando procumbere accidat, in illud sacellum deferuntur, quod his dicatum est qui a frigore concrescunt, pro sepultura.

Putrida statim fiunt corpora quæ a frigore congelantur.

Ista de transitis corporibus a me dicta sunt, ut nemo per nivis similitudinem cum arena comparatæ decipiatur. Mare enim arenosum corpora putria reddit, nix autem tabida & marcessibilia. Mare porro & dulcis aqua corpora nequaquam conservare possunt perennia, ut e multis Veterum monumentis probari potest. Galenus libro primo *de Anatomicis administrationibus*, ubi de inventione Anatomiæ siccæ differit, ait se sæpissime ossa suis carnibus nudata inspexisse, simul adhuc cohærentia, vel sepulchris quibusdam vel monumentis eversis, aqua etiam aliquando sepulchrum pauculis mensibus ante negligentius extructum superans, ipsum ex facili dissolvit, totumque cadaver magno impetu tractum, carnibus quidem jam putrefactis, cæterum ossibus adhuc inter se strictim cohærentibus, usque ad stadium, pronum detulit: *At cum ipsum*, inquit, *locus portuosus marginem æquabilem & planam habens excepisset, eodem cadaver appulit. Atque hoc tale nobis occurrit, quale Medicus ipsum ad adolescentis industriam de industria præparasset. Cæterum mihi visum est etiam latronis quandoque cadaver exsiccatum, paululum ultra viam in monte* A *procumbens, quem viator quidam se prius adorientem contra pugnando occidit. Nemo autem ipsum illius regionis inquilinus sepulturæ mandaturus erat*. Hæc Galenus. Sed is cadavera exsiccata vel σκέλετον descripsit, non autem servati sive medicati funeris rationem. Suadet autem ille, si quis uniuscujusque ossis humani speciem perdiscere velit, in Alexandria Asiæ urbe ut commoretur, (ea autem non est Alexandria Ægypti) in qua urbe Medici disciplinam tradentes ossium, ea etiam inspicienda suis auditoribus exhibent. B Subjungit deinde Galenus: *Quod si non assequaris ut in Alexandria commoreris, licebit hoc modo hominum ossa contemplari, quo ego quoque usus sum. Quo autem usus sim, jam ante dixi*. Addit paulo infra: *Tu si ne hujusmodi quidem ullius spectandi copiam nactus fueris, at in simia* [illegible] *ablatis singula exacte ossa considerare licebit*. Hactenus Galenus.

Ossium compagem carnibus immunem a Galeno visam.

Mihi vero talia, aut multo plura vidisse contigit, vel his similia quæ scripsit Galenus, quippe nautarum & militum C in mari submersorum corpora & ad littus ejecta, quorum nonnulla arenis tandem contecta, alia vero detecta videbantur ad littus Bononicum, appulsa in eo bello occisa, quod Britanni contra Gallos susceperant. Ne autem dictis fides abrogetur, multo plura addam, quæ a nostrorum quamplurimis quoque tanquam miraculi causa visebantur. Cum fortiter diu inter utrasque acies dimicatum esset, missiliumque tormentorum cæterorumque bellicorum instrumentorum vi, utriusque gentis variis modis militum corpo- D ra terra marique prosternerentur, neque tamen milites (tantus rei gerendæ eorum animis ardor insitus erat) hyemis sævientis rigore, bruma, aut grandine, neque loco alsioso, neque calentis æstus impatientia a pugnando abducerentur, multi ad littus inter arenas interfecti jacuerunt. Tandem Gallorum virtute, diutinaque obsidione Britanni fatigati cum urbem Bononiam in Picardia ad littus Oceani sitam dedissent, permulti ut stragis reliquias viderent converterunt. Nobilium quoque Gallorum non pauci Regem co- E mitantes, ut cæsa corpora viderent, illuc se receperunt, quorum testimonio multa funera & cadavera in ingestis illic arenæ cumulis inter Anglorum vallum in mari situm, cui *Dunetta* nomen erat, & nostrum ei oppositum quod *Jardinet*, vel *le fort de Chastillon* vulgo nuncupabatur, jacebant. Sed inter tot corpora, ne in uno quidem aliud, quam ossa albissima & Sceleta mundissima, visebatur: nam caro prorsus absumpta erat, tendonesque ac F nervi, omneque ligamentorum genus exaruerat. Ista autem omnia in nostra Gallia a me visa pene similia sunt his quæ in Arabiæ desertis ad mare rubrum vidi, hominum, equorum, & camelorum. Iter autem, quod inter Nilum & mare rubrum intercedit, veluti totius Ægypti camelorum est cœmiterium, quorum ossea Sceleta illic omnem nivem albedine vincunt. Reliquum eorum anatomes persequi ad tractationem nostram nullo modo facit, ista tamen veluti per

Sceleta prostratorum in itinere ad Bononiam

Camelorum cœmiterium.

transennam (quod ajunt) a me dicta sunt. Thales Milesius, qui aquæ inter elementa principem locum dedit, cadaverum adobrutionem approbat, quod in humorem resolvi valeant. Hæc obiter dixisse volui, quo ostenderem corpus nullo pacto ab elementis posse servari nisi condiatur, aut nisi aliquid adjiciatur, quod potestatem desiccandi, aut conservandi a putrefactione habeat.

CAP. XI.

Neoterici authores describentes Mumiam, funus medicatum intellexerunt, non autem Pissasphaltum.

Neoterici authores de M[illegible] [illegible] Ioannes[illegible]

MUMIAM Januensis in sepulchris mortuorum antiquis inveniri scribit, eamque ex substantia cadaverum constare, & mixtura condimentorum quibus condiebantur, myrrha scilicet & aloe, sive quibuscunque aliis similibus, ubi tamen (ut scribit) ignotis. Platearius vero non pœnitendus author, quem nunc omnes Pharmacopolæ sequuntur, ex authoritate & testimonio Constantini sic habet: *Est autem Mumia quædam species, quæ in sepulchris mortuorum reperitur. Solebant antiquitus corpora mortuorum balsamo vel myrrha condiri, & adhuc fit apud Paganos circa Babyloniam, ubi est copia multa balsami, circa cerebrum & spinam, unde sanguis ad cerebrum calore balsami trahitur & excoquitur, aduritur, & desiccatur, & in Mumiam transmutatur, & circa spinam etiam Mumia invenitur. Eligenda est quæ lucida, nigra, & fœtida est, etiam quæ est solida: subalbida vero, obscura, non fœtida, quæ facile pulverisatur, abjicienda est.* Hactenus Platearius, qui plane servati corporis persequutus est historiam, sed falsa quadam descriptione. Joannes a Sancto Amando exponens Nicolaum in *Synonymis: Mumia*, inquit, *convenit cum iis omnibus qui servatum corpus definiunt, cum sit collectio speciarum quæ inveniuntur in sepulchris mortuorum. Matthæus autem Sylvaticus eadem pene ad verbum recenset, quæ a Plateario traduntur. Mumiam autem sic exponit. Est illud Mumia, quod invenitur in sepulchris balsamatorum, in quibus humor mortui cum aloe & myrrha resolvitur, quibus ipsa corpora condiebantur, & similatur pici marinæ. Solebant antiquitus corpora balsamo myrrha, & aloe condiri, & adhuc fit apud Paganos & Sarracenos circa Babyloniam, ubi est copia balsami.* Huc usque ille. Matthæus Sylvaticus pandectarius alios omnes sequutus, in eundem prolapsus est errorem. Servatum etiam corpus definivit. Sed omnium falsæ sunt descriptiones. Platearii tamen & Joannis de Sancto Amando sententias, si servatum corpus spectemus, probo. Nam quæ ipsi de Mumia scribunt, ad servatum corpus referenda sunt. Si vero Mumiam spectemus, verba eorum Mumiæ nequaquam convenire, sive Pissasphalto possunt.

Jam satis ex his omnibus, quæ ex varia authorum neotericorum sententia attulimus, perspicuum esse arbitror, Mumiam qua nunc utimur, in nomen servati cadaveris irrepsisse. Sed Serapionis Interpres Mumiam sepulchrorum cum aloe & myrrha, & quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani, interpretatur. Si id verum esset, medicatum funus, quod illi appellant, certe amarum, ut jam supra diximus, gustanti deprehenderetur: nam aloe & myrrha amaræ sentiuntur. Mumia autem ab illis vocata amara non sentitur, ideo nec ex aloe & myrrha, nec ex similibus, neque balsamo fit. Quod si Pissasphaltum, ut paulo post dicturus sum, sui generis res sit, in Macedonia & Illyria nata, medicatum autem funus in Ægypto ex cadaveribus conditis efficiatur, cadaverque ipsum nunc Mumia vocetur; merito neutrum horum, nec Pissasphaltum esse, nec amaris rebus cadaver esse conditum concludemus.

CAP. XII.

Funus servatum sive Mumiam dictam, tantam habere apud Gallos commendationem, ut optimates ea nunquam careant.

PRISCORUM Græcorum ætas suis monumentis nusquam funeri medicato vires tribuisse legitur: nam in eum finem corpora condiri non sunt solita, ut in medicamentorum usum aliquando transirent. Neque illud olim apud negotiatores in pretio fuit. Paucis autem abhinc annis hoc medicamentum ad nos adferri cœpit. Neque ullæ merces externæ, quamvis insignes, a negotiatoribus in præsentia tam diligenti cura ad nos adferuntur, quam istud conditum Ægyptiorum & Judæorum cadaver. Cum vero neque ex ullis Arabum aut Hebræorum, Græcorum, aut Latinorum scriptis doceri possit, cadaver hoc conditum in aliquo usu olim apud priscos mortales fuisse: demiror, ita me Deus amet, eo usque hominum stoliditatem processisse, ut maximo sumptu etiam ipsa maria transfretent, ut Mumiam vocatam quærant, eamque veluti rem preciosissimam admirentur, eique in exoticorum medicamentorum censu primum locum tribuant. Cujus virtus credita (si ulla est) non a Medicis tantum negotiatoribus iatraliptis, aut alterius sortis Medicis & Chirurgis, sed jam etiam ipsis aurigis, venatoribus, & aucupariis cognita est: tantusque ejus increbruit usus, ut magnates, & illustres viri, reges quoque ipsi, & totius orbis imperatores ea carere nolint. Franciscus ille Galliarum rex hujus nominis primus, literaratorum Mœcenas, & literarum instaurator, nullum casum pertimescebat, si vel minimum ejus apud se haberet. Ideoque nunquam ea, aut in certaminibus, equestribus cursibus, & jocis, sive venatum, equitatum & deambulatum iret, in bello aut pace carere voluit. Eam autem cum rhabarbaro in pulverem redactam, ipsemet secum in balteos gestabat. Scopus autem, quem ex hoc medicamento omnes flagitant, hic est: ut corpora ab alto devoluta eo adjuventur. Sanguinem enim in grumos concretum dissolvere creditur.

Usus funeris servati apud Gallos maximus

Vanae ca[illegible]

Franciscus [illegible]

Corpora ab alto [illegible] juvari [illegible]

Quæ causa est ut rhabarbarum ei conjunctum perpetuo habeatur. Et quemadmodum hominibus conferre, remediumque illis esse præsentaneum, sic quoque animalibus omnibus conducere autumant: ex quo veterinarii & mulomedici sæpissime equis ægrotis ex vino propinant, accipitrarii avibus in pillula exhibent, venatores canibus ex jure pingui, & aliis quadrupedum generibus commodissime. Magnates quoque aulici, unum ex pincernis ad id præficiunt, qui nunquam ab eorum præsentia absit cum in agris equitant, aut iter persequuntur, aut venatum eunt. Argenteas ille duas fert lagenas utrinque ephippio adalligatas, vino plenas, culeis obvolutas, ut ad cursum expeditiores sint. Vulgus Gallicum hoc sua lingua vocat *la ferriere*. Latine autem efferri non potest. Nonnihil autem de corpore hoc condito sive Mumia vocata, ab illo pincerna in culeis seorsim in pyxide circumfertur. Miscetur ea unguentis & emplastris astringentibus fœlici successu, sanguinemque exspuentibus, & iis qui ab alto ceciderunt. Memini quondam me esse apud Montem pessulanum, ubi acriter inter Medicos, negotiatores, & iatraliptas, de electione hujus medicati funeris decertabatur. Agebatur autem tantum de electione, non autem an ea esset Mumia. Varia ex officinis omnium funerum genera allata sunt, quæ inter se discrepantes notas habebant, coloreque & pondere differebant. Pharmacopolæ sive negotiatores in colore & pondere esse petendam electionem contendebant. Medicus in sapore quidem, ut par est, & odore delectum quærebat. Una earum quoniam gravis erat, nigra & friabilis, terreaque, quæ levi digitorum attritu in pulverem decidebat, adulterina habita est, alia vero subrubea, levis, subpinguis, & subodora, ab omnibus genuina judicata est. Omnia funera ut plurimum salsi esse saporis deprehenduntur, non tamen in omnibus ingratus odor & salsus sentitur, nam corpora nitro etiam, ut ex Herodoto dixi, saliuntur.

Pincerna aulicos optimates cum vino & servato funere comitatur.

Quomodo eligendum est sincerum funus?

CAP. XIII.

Quod nimia licentia Arabes authores antiqui & immerito a quibusdam recentioribus coarguantur.

QUONIAM jam supra quid medicatum funus sit, satis abunde mihi tradidisse videor, nunc quid Arabes de eo scripserint, huc quoque adferendum censui: quorum tamen singulas opiniones si recensere velim, multæ mihi paginæ implendæ fuerint. Inter omnes autem, qui de Mumia multum scripserunt, primas tenet Serapio, qui in capite *de Mumia*, cæterorum Arabum, qui de ea ante se aliquid scripserunt, sententias proferens, ad verbum ea transfert ad Mumiam quæ Pissasphalto debentur. Iisdem autem verbis, quibus Dioscorides in Pissasphalto usus est, reliquas ipsius Pissasphalti vires persequitur. Sed Interpres Serapionis, cum Mumiam a se exponit, inquit: *Mumia sepulchrorum cum aloe & myrrha, & quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani*, quæ verba Serapionis non sunt, sed Interpretis. Nam Serapio postea hæc verba habet: *Est in terris quæ dicuntur Ascaloniæ. Descendit namque ex montibus, qui ducunt flumina cum aqua, & ejicit eam aqua fluminis in ripis, & est coagulata, & fit sicut cera, & habet odorem picis mixtæ cum bitumine, & aliquo fœtore, & virtus ejus est sicut virtus picis & Asphalti mixtorum*. Quæ verba revera omnia ad Pissasphaltum pertinent, suntque Serapionis genuina. Mesue Mumiam describens, initio quidem *capitis* videtur ad medicatum funus deflectere, sed facile crederem Interpretis esse verba: nam mox ad Dioscoridis Pissasphaltum revertitur. Avicenna cum de Mumia scribit, ejus statim vires aggreditur, neque ullo pacto quid sit describit: quod quidem argumento est, illum nihil intellexisse aliud, quam Pissasphalum. Scribit enim eam ipsam esse in virtute picis & Asphalti commixtorum ex mixturis utrorumque. Serapio in capite *de Mumia sua*, quæ Pissasphaltum est, citat Mesuem, a quo testimonium petit: *Mesue*, inquit, *citavit Galenum, qui memoravit eam in Almajemur, quando locutus est de Soda in libro quarto*. Cujus verba non bene sibi constare videntur. Serapionis tamen non hoc vitium esse crediderim, sed potius Interpretis: quam rem facillime ex significatione vocis probabimus. *Almajemur* enim, quod hoc loco citat, apud Galenum videtur Silphium esse, quod Romanis *Laserpitium* vocatur, Officinæ *Assam*. Insuper si Serapionem capite *de Ajouden* legerimus, *Almajemur* Mesues cum Serapionis *Almajemur* prorsus convenire videbimus. Cum itaque Mesues seorsum Mumiam ab Assa descriptam habeat, quæ idem est cum *Almajemur*, liquet sane ex eo quod Mumiæ vires non confundat cum Silphio, neque sui Silphii vim suæ Mumiæ eum tribuere voluisse. Itaque si quem forte apud ipsos Arabas similem errorem comperias, eum in Interpretem, non autem in ipsum authorem conferre debebis. Non enim Arabas Mumiam intellexisse Silphium esse, neque Silphii vim cum Mumiæ viribus confudisse, usquam legitur. Siquidem vires, quas Græci Silphio tribuerunt, Arabes Assæ adscribunt, non autem Mumiæ, prout utrumque bene descriptum habeant. Ne autem aliorum opinio nos conturbet, ista de Mumia & Assa & de *Ajouden* & *Almajemur* dixisse volui. Ergo qui temere bonos viros taxant, atque eorum sententiam non tenent, reprehensione non carent. Quod si Avicennam, Serapionem, Mesuem, Rasim, omnes denique Arabas capite *de Ajouden* legeris, in eo Silphii vires seorsum a Mumiæ viribus descriptas esse videbis. Arabes, cum sua lingua scripserunt, a nobis non essent magno Græcarum & Latinarum literarum, sed Arabicarum acervo corripiendi. Nam quum eorum sententias omnino non teneamus, neque Arabicam linguam intelligamus, eos forte insontes accusamus. Exempli gratia,

Arabes authores immerito a multis accusantur.

Arabes Mumiam describentes Pissasphaltum intelligunt.

Silphium Laserpitium, Assa.

Arabes magno Græcarum literarum acervo minime corripiendi.

multis eis objiciunt quod Mumia non sit sanies sepulchrorum: esto; neque id etiam ita esse tradiderunt. Quod si videmus Græcos Interpretes in iisdem vocibus hallucinatos esse, quid de Interpretibus Arabum dicemus? Jam nos, qui Græcos authores in manus sumpsimus, Græcorum quidem Interpretum, & plerunque etiam authoris errorem ab ipso commissum agnoscimus. Nam cum errorem aliquem deprehendimus, eum aut in suum authorem, aut Interpretem referimus: Arabum autem errores non agnoscimus, neque Interpretum errata deprehendimus, nisi errata intelligamus: ideo in eorum disciplinis parum a nobis intellectis nihil nobis fatendum censeo.

Ut autem unde in hæc divertimus, eodem redeat oratio, ad recentiores authores transeo, qui rem potius, quæ vulgo falso sub nomine, magno in precio est, spectarunt, quam ut authorum qui de servato funere probe scripserunt sententiam perscrutarentur. Videbant illi servatum hoc funus magnopere negotiatoribus expeti, nec parvum ejus esse in Medicina usum: cujus cum genuinam nomenclaturam ignorarent, una cum negotiatorum vulgo in errorem prolapsi, Mumiæ nomen nobis pro vero servato corpore obtruserunt, viresque [illegible] illi attribuerunt: cum tamen Arabum Mumia, Græcorum sit Pissasphaltum. Qui [illegible] Arabes incusant, [illegible] vocatam, humanorum cadaverum [illegible] saniem esse dicant, [illegible]. Nam demonstrare non possunt, Arabes authores, quos reprehendunt, Mumiam aliud quam Pissasphaltum intellexisse. Nam si Mesuem, Serapionem, & omnes postremos authores legerimus, aut eos qui ante scripserant, neminem eorum Mumiam id esse intellexisse comperiemus, quod illorum Interpretes nobis reddiderunt. Quod si in disciplina Arabica Interpretes aliquid præter authoris sententiam exponunt, ut in Mumia apud Serapionem & cæteros legimus, id eorum Interpretibus, non autem authori, ascribendum censeo. Mirum sane est tam frigidam ab Interprete falso adjectam notam, tantam imposturam posteritati fecisse, quem rei, quam describebat, ignarum fuisse necesse est. Nam si ipse reliquas quas habebat Serapio notas legisset, aliquid ille quoque de servato cadavete adjecisset. Serapio enim *capite de Kitram sive Cedria*, scribit, *eam custodire corpora mortuorum expellendo putrefactionem, & destruendo quicquid in eis est humiditatis, absque eo quod lædat membra radicalia*. Hæc Serapio.

Nemo sane est qui nesciat quantum Arabibus debeatur, quorum profecto si exemplaria excidissent, cum re medica fortassis male actum foret. Nam cum libri Græci non extarent, Arabes serio suam operam opportune præstiterunt, in queis Avicenna cumulatissime *de re Medica* multos libros conscripsit. Mesues quoque quam doctissime, Averrois, Rasis, Isaac & multi alii rem medicam tam Theoricen quam Practicen & illustrarunt, & auctiorem multo reddiderunt.

Unde error manavit quod nos servatum corpus Mumiam vocamus. [illegible]

Cedria a Serapione [illegible].

Arabes [illegible] excusandi sunt.

Verum quum Græcæ literæ, quæ diu velut in tenebris jacuerant, in lucem revocatæ sint, Græcos in præsentia sequi malumus. Sed re vera sine Arabibus Praxis frigidiuscule exerceretur. Vellem Arabum omnium scripta ad authoris fidem conversa haberemus. Sed quia non intelliguntur, aut alio sensu conversa sunt, male a quibusdam, quod rem medicam corruperint, taxantur. Habuit ab Arabum dogmatibus Medicina maximam lucem, sine quibus tam multis mercibus, quibus nunc morbis medemur, non abundaremus, nisi eorum familiæ scriptis suis aliquid posteritati reliquissent. Neque simplicium medicamentorum, aromatum, rerum insignium sanitatem nostram tutantium, ac morbos profligantium, copiam tantam in usu haberemus, nisi eam Arabes nobis suggessissent. Multa autem eorum vocabula a nobis ignorantur, quod Arabum doctrina adhuc non satis exculta, & male ab Interpretibus versa sit & intellecta. Quod si Paradoxa quispiam contra Theophrasti ac Galeni scripta meditari vellet, argumenta infinita haberet, in his dico quæ male ab Interpretibus versa sunt, quæ tamen errorum culpa in Interpretem, non in ipsum authorem, conferenda est. Si nulla alia Aristotelis, Theophrasti, & Dioscoridis interpretatio, quam ea, quam primum boni illi Veteres verterant, extaret, profecto multa Paradoxa contra eos excogitari possent, quæ tamen ridicula forent: nam cum Interpres præter authoris sententiam perperam aliquid exponit, frustra author accusatur.

Cæterum dominus Valerius Cordus Germanus, singularis doctrinæ juvenis, præceptor meus, paucis ante annis Dioscoridem Vitembergæ publice interpretatus sententiam hanc tuebatur: Asphaltum arte in hominum ossibus immitti posse, quo Mumia vulgaris adulteraretur. Ille, re vera summum rerum omnium fastigium, quæ ad rem medicam pertinent, fuisset adeptus, nisi eum mors immatura ad funestos ignes e medio optimorum studiorum cursu sustulisset. Is sæpe mihi referre solebat, se inter cætera vehementer cupere aliquando Ægyptum peragrare, quum ut eo loci enascentes stirpes videret, tum maxime ut servatum corpus agnosceret, cujusmodi illic a Pollinctore medicatum est. Quamobrem maximam illi partem rerum mearum acceptam ferre debeo, quod ipse mihi ut Ægyptum peterem animum addiderit. Persuasum autem habuit (quod tamen improbo) exteros artificiose Mumiam nostram ex nativo & liquefacto bitumine mentiri posse, & ita ad nos asportari. Bitumen enim in hominum cadavera infundi, eoque omnes jam concavas partes impleri, craneum scilicet, pectus, ventrem, & omnia pervia ossa, nec integra tantum hoc modo funera condiri ab Arabibus, sed eo etiam arida ossa compleri solere, & in humanam formam effingi, talemque esse Mumiam, quam hodie afferant, putavit. Nullam autem myrrhæ vel aloes portionem admixtam haberi, quod idem odore & sapore ma-

Valerius Cordus [illegible] doctrinæ juvenis fuit

nifestissime deprehendi posse pronuntiavit, additque corpora, quæ myrrha & aloe condiuntur, divitum esse, neque ea ad nos adferri, sed illa tantum quæ bitumine condita sunt, neque ea proprie corpora esse, verum arida tantum ossa, in queis bitumen infusum sit. Hæc ille. Eadem fere verba pater Euriceus Cordus in *suo Botanico* de Mumia vocata scripserat, tamen neuter genuinum scopum de hac re unquam attigit,

CAP. XIV.

De mœrentium lugubri mulierum ejulatione & planctu.

DURAT etiam in hunc diem mortuos deflendi apud Cristianos consuetudo, ab antiqua illa lugubri Ethnicorum ejulatione originem ducens. Erat autem hic olim Ethnicorum mos, ut defunctos multos dies deflerent: quem morem a majoribus suis acceptum Græcia retinet. Ubique etenim quadam consuetudine promiscua, cum quispiam e familia, sive maritus sive affinis, quem illi debeant de more lugere, moritur, detecto capite & facie in publicum prodeuntes mulieres, urbem circumlustrant, capillis passis, sinuque denudato, ingentes ejulatus & ululatus emittentes. Comas quoque & genas lacerantes, & extensis manibus cum dextra tum sinistra sternon supra mammas percutiunt. Dextra autem manu partem sinistram, sinistra vero dextram unguibus dilaniant. Comam quoque eodem modo, ita ut dextra manus sinistrum latus, sinistra dextrum trahendo dilaceret. Et nunc genas per vices scarificando, nunc pectus percutiendo, nunc crines trahendo luctum peragunt. Qui quidem lugendi mos mulieribus tantum, cujuscunque generis sint, concessus est: nam viri funus non lugent. Romanorum lugubrem ejulationem Marcus Cicero *Lessum* appellat. Nam & suos quoque lugendi ritus apud Romanos fuit. Scribit autem Plutarchus, Numam Pompilium apud Romanos, pro ætatibus temporibusque defuncti lugendi modum statuisse. Puerum non lugeri trimo minorem, neque etiam natu grandiorem. Neque etiam plus mense, qui vixisset usque ad annos decem. Mulieribus viduis per annum, qui tum decem tantum mensium erat, lugere maritum fas fuit. A Romulo siquidem annus tantum ad lugendum præstitutus fuerat, qui & duodecim quoque Tabulis præscriptus erat. Lessus, lugubris est ejulatio, ut ex Cicerone diximus, qui in *Legibus* ita habet: *Mulieres*, inquit, *genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*. Quibus verbis puto Ciceronem velle, ne mulieres unguibus genas radentes infligerent in facie scarificatus. In lugubri enim illa funerum ejulatione faciem unguium affrictu lædere solebant.

Modus mortuos flendi.

Viri funera non lugent.

Quam rem ego non auditione, aut aliorum historia, percepi, sed sæpius nuper in multis Græciæ locis sum intuitus. Primum quidem Corcyræ: siquidem Martio mense ann. 1547. cum per horam mane ante lucem jam permultos dies strepitum

A atque multorum ejulatus audissem, quos initio canum inclusorum latratus esse credebam, tandemque quo id cognoscerem surrexissem, mulierumque ejulantium conventum vidissem, magna certe sum admiratione captus. Domum reversus cum obdormissem, putabam me illa somniasse quæ ante lucem videram. Itaque cum hospiti id pro somnio narrarem, ipse non esse somnium dixit, sed rem verissimam eam quam pro somnio ducebam. Hæc autem mulierum ejulatio ficta est:

Mulierum Græcarum ejulatio.

B nam nihil lachrymarum ex earum oculis permanat. Insuper mulieres, quæ raro se in Græcia viris externis conspiciendas præbent, gaudent se occasionem nactas cæteras comitandi, quo suam pulchritudinem sic nudatis mammis intuentium oculis ostentent. Hujusmodi autem lugendi ritus Senatus Venetus interdixerat in his Græciæ urbibus, quæ Venetorum ditioni parent, ut Cypro, Creta, Corcyra. Quæ initio quidem ab hac ejulatione aliquandiu abstinuerunt, paulo post tamen ad eosdem ritus denuo se recepe-

C runt. Nam & ipsi quoque viri in hoc sese magnopere efferunt, cum uxorem pulchram duxerint, quam nunquam videndam in publicum prodire sinunt, si ea tunc nudato pectore cum aliis mulieribus in ejulatione lugubri in publico conspiciatur. Quoties autem aliquis apud eas vita functus est, viri, qui alioquin etiam vicinas mulieres nunquam vident, se eos contemplandi occasionem nactos gaudentes omnes in publicum prodeunt: alii zelotypia laborantes adsunt, velut uxorum custodes: alii, ut amasiarum pulchritudinem contemplentur: & ita varie illic homines affecti adstant. Ut autem

D hæc ejulatio melius peragatur, conventum plancturis indicere solent, locumque idoneum quærunt, ubi defuncti mortem bis quotidie lugeant. Quæ vero ex his mulieribus vocis bonitate reliquas superat, & quæ altius cantat, sola cantum incipit: voceque ab aliis dissona defuncti laudes cognatis & affinibus recenset. Quod si mulier ex parentibus desit quæ ista præstet, aliam mercede conducunt. Nam multæ in urbibus Græciæ mulieres

Mulieres quæstum ejulatione faciunt.

E reperiuntur, quæ nulla alia ex re quæstum facere solent, quam ut mortuos defleant. Ita enim ad recensendas defunctorum laudes factæ sunt, ut vel nolentes ad ejulatum provocent, mulierum autem illa, quæ melius eas recensere norit, majori præmio conducitur: reliquæ autem mulieres adstantes attente quicquid canitur audientes, simul aspirata miscentes, eadem cum illa voce funebrem canunt cantionem. Ea autem, quæ plures unguium scarificatus in faciem infixerit,

F & genas acrius dilaniarit, præmium majus referre solet. Magnam vero laudem virgines ex hac faciei dilaceratione consequuntur. Quamvis autem, ubi aliquis apud eos vita functus est, vicinæ mulieres turmatim accedant, & ita ut supra dixi detectæ funus humandum cantantes comitentur, non tamen omnes ita sese verberant, unguibusque genas lacerant, sed illas formam ac pulchritudinem in funere ostentare juvat.

Dalmatas quoque mulieres & Illyricas totis noctibus funebres hos ululatus Panegyricosque, ut Græcanicas, inter sese circa Nissam urbem non procul a montibus Rhodopes exercentes audivimus. Hunc eundem quoque morem Bulgaricæ mulieres ad hunc usque diem servantes, lacertos lacerant, vultum conscindunt laniantque, lividaque ostentant ubera. Ejus regionis innuptæ virgines capillos aurium tenus præcisos circumferunt: quæ autem nuptæ sunt, pendentes in humeros diffundunt, feruntque diadema grandiusculum ei simile, quod a mentitis nostris Ægyptiacis circumferri videmus. Illam autem apud nos vagabundam gentem, quam *Ægyptianam* vocamus, a Bulgaris esse oriundam confirmare ausim. Neque tamen harum omnium fictæ sunt lachrymæ, aut conductæ, sed re vera mulieres plangendo filios, fratrem, patrem, aut alium quempiam defunctum maximo pressas dolore, multis se ictibus propria manum percutientes, seseque magno malo mulctantes vidimus.

Mentiti illi Ægyptii a Bulgaris oriundi

Multa de ejusmodi Antiquorum planctibus apud Fabium Quintilianum leguntur *declamatione* decima, ubi cum mater desit videre filii umbram, accusat maritum malæ tractationis, qui adhibito Mago incantavit sepulchrum: *Hæc*, inquit, *non desiderio fictus, aut fucatus habitu, nec somniorum vanitate conspicitur, sed experta non totum mori hominem, illud quod nec flammis uritur, nec cineribus extinguitur, nec urnis sepulchrisque sacris premitur, expectat.* Et paulo post subdit: *Ubi sunt qui cito jubent stare lachrymas, quibus non placet longum agere mœrorem?* Mox: *Oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus, & servari membra cupiebat. Et nunc infœlicem magis matrem pœnitet, quod sepultus est, qui poterat reverti. Gaude*, inquit, *marite, gaude, filium fortasse nocte proxima videbis, illum quem crudelibus flammis excussisti, ex quo cineres & ossa supersunt, juvenem videbis, & forte etiam die speres.* Deinde: *Cum vero comperit noctes suas juvenis necessitatibus magicis excantato perisse feretro, quantum illa præfixum clausumque tumulum nudis cecidit uberibus? quo fletu sepulchra perfudit? quo gemitu audientem forsitan, & exire cupientem frustra vocavit animam?* Postea: *Quam verum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infœlicibus ficti temere exeunt gemitus! Mulier quæ sanguinantes ad judices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque vultu, quæ lividis profertur uberibus, magno dolore cogitur, ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, quam complectatur urnam. Gravis testis querelæ suæ orbitas est.* Paulo post: *O pietas, cæteri corporis cinis & favilla! tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita viventis membra revocatus præbebat se matris oculis, qualem non crederes recessurum.* Postea: *Quid imprecer sceleratissimo patri? umbram probare voluit. Miseremini judices, ut hoc facinus quibus debetis accipiatis animis. Majus parricidio, majus quam si filii sepulchrum funditus eruisset, & sacros morte lapides, etiam cineres & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna.* Deinde: *Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt, flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur. Negat ullos esse Manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare viventes a cinere sensus, nec tam videri imagines hominum, quam cogitari, & oculos luctibus credere.* Plura ille in hac tota *declamatione* habet, quæ vos legere non pœnitebit.

Quintiliani de ejulatione Romanorum verba.

CAP. XV.

De multis ejulationibus & planctibus lugubribus tam Recentiorum quam Antiquorum.

PERSARUM in luctu mos erat capillum detondere, lugubrique veste conjuges ac liberos induere. Brachmanes Indorum sapientes diem fati occupare sunt soliti, vivosque cremari se jubent, imo & coronati more ac lege Indorum hymnos ac laudes deorum concinunt, documento præclarissimo, quam potens, quam valida, quamque insuperabilis sit humana mens, ubi quid agere constituerit. Alexandriæ obolis conducebantur, qui mortuos flebant: quod quidem munus illi sollicite adeo ac plane præstabant, ut ad eos quam maxime pertinere funus putes. Aristoxenus in primo *de Musica*, Olympum tradit in Pythonis sepultura cecinisse tibia secundum Lydium modulum funeralia. A Varrone proditum & Catone est, majores in funeribus uti consuevisse tum nigro, tum cæruleo colore. In adolescentum autem morte tantum cæruleum adhibere solemne fuit.

Luctus Parsarum. Brachmanes vivos cremari se jubent.

In funeralibus tibia canini mos fuit.

Quandoquidem vero mortuorum ejulatio, quæ Romanis olim adeo erat communis, nunc apud eos exolevit, mansit autem eadem quæ olim in Græcia, & in regionibus quæ Græcorum Ecclesiæ parent, ut Bulgaris, Servis, Dalmatis, Epirotis, quæ de hac ejulatione antiquissimi quoque illi Græci scripserunt, ea mihi adjicienda visa sunt. Diodorus ea omnia tradit de Ægyptiis, quæ nos de Græcis & Romanis scripsimus. Postquam autem ipse omnia quę jam supra scripsi de corporibus Ægyptiorum tradidit, sic scribit: *Qui deprehenditur injuste crimen cadaveri objecisse, magna mulctatur pœna. Quum deest accusator, aut per calumniam accusatum constat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur, nihil de genere ejus, sicut Græci consueverunt, narrantes: (existimant enim omnes Ægyptii pariter se nobiles esse) sed ordientes a pueritia, in qua vitæ institutionem eruditionemque recensent, ad viri ætatem descendunt, ejus erga deos religionem, justitiam, continentiam, virtutesque cæteras commemorantes.* Hactenus Diodorus. Ex cujus verbis nihil clarius est, quam ejulationem, quæ in hodiernum usque diem processit, hinc originem traxisse. Græci luctum demortui cantantes incipiunt ab ejus pueritia, usque ad eum diem in quo vitam finivit: atque singulis diebus annum integrum, omnes virtutes quæ in eo erant, vitæ institutionem, eruditionem, benemerita ejus erga deos, religionem, justitiam, continentiam recensent.

Ægyptiorum olim mos fuit mortuos lugere.

PETRI

PETRI BELLONII,
CENOMANI,
DE ADMIRABILI
OPERUM ANTIQUORUM
ET
RERUM SUSPICIENDARUM PRÆSTANTIA
LIBER TERTIUS
QUI EST
DE MEDICAMENTIS NONNULLIS SERVANDI CADAVERIS VIM OBTINENTIBUS.
AD REVEREND. ET ILLUSTRISS. D. FRANCISCUM CARDINALEM TURNONIUM.

QUAMVIS ante singula quæ ad defunctorum funus pertinere nobis videbantur dixerimus, adhuc tamen supersunt nonnulla quæ cum servandi funeris vim obtineant, ideo de his quoque aliquid differendum putavimus. Cujusmodi sunt Cedria, Bitumen, Pissasphaltum, Naphta, Asiæ petræ flos, Sales, & Sal Chimisticus. Proinde de illis pertractare instituimus, a Cedria initium ducentes.

CAP. I.
De Cedria.

Liber de Coniferis, in quo de Cedria.



TAMETSI de Cedria diffusissime alibi disseruimus, tamen quia huic nostro instituto maxime convenire videremus, ob id quod de ea alio libro scripseramus, hic brevi iterum recensenda putavimus. Cedriam jam alibi ex qualibet resiniferarum materia (modo ea pinguis sit, si ulla est) promiscue fieri posse ostendimus. Quemadmodum enim non quævis Picea Cedriam facit, ita neque quævis Cedrus pinguis est. Ex Larice porro, modo materia pinguis sit, Cedriam faciamus. Nec mirum cuiquam videri debet, si Cupressum Cedriam efficere posse dixero, atque etiam Betulam, ex quibus eam fieri posse assevero. Nec

Quævis Picea cedriam non facit. Non omnis cedrus pinguis est. Cedria ex Cupresso & Betula.

Ex Junipero Cedriam fieri.

A est dissimulandum ex Junipero Cedriam fieri posse, quam omnibus aliis posthabendam censeo: omnium nempe deterrima judicatur. Vulgus *oleum de Cade* vocat. Cedriam parum a pice liquida abesse, postea indicabimus. Suam ubique in Gallia Arabicam appellationem retinet. Vulgus nostrum Rhoromagi, Lutetiæ, Lugduni, ubi copiosissima est aliunde advecta, *Kotranum* appellat. Plinius ex tæda fieri *libro* decimo sexto, *cap.* undecimo his verbis testatur: *Pix liquida*, inquit, *in Europa e tæda coquitur, navalibus muniendis, multosque ad alios usus.* B *Lignum ejus concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet: primus sudor aquæ modo fluit canali: hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis inest, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur. Sequens liquor jam crassior picem fundit. Hæc rursus in tortivas æreas conjecta, igni spissatur,* (contextus Plinii *aceto* habet, sed ego *igni* lego) *& coagulata Brutiæ cognomen accepit, doliis* C *duntaxat vasisque cæteris utilis, lentore ab alia pice differens: item colore rutilante, & quod pinguior est.* Hæc ille. Dioscori-

Oleum de Cade.

Cedria fit e tæda.

Pix unde fiat?

des cum Cedriam exponit: *Cedrus*, inquit, *arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ Cedria vocatur*. Mox: *Cedria*, inquit, *optima est, crassa, pellucida, gravis odoris: quæ dum effunditur, guttatim non dissipata coit. Cui ea vis inest, ut defuncta corpora conservet, & viventia corrumpat. Qua ex causa mortuorum vitam aliqui appellavere*. Hæc Dioscorides. Quod si aliquis ante eum Cedriam, mortuorum vitam appellavit, oportuit certe corpora quæ ea condiebantur a Græcis cognita fuisse: quæ nunc errore nefando vulgus *Mumiam* appellat. Addit porro, *& vestimenta & pelles eximia calefaciendi & siccandi dote, ab illa corrumpi*. Quare autem pelles dicat, interpretor, quod in pecudum pellibus asportari olim, ut nunc etiam in Oriente in utribus fit, soleret. Scribit præterea Dioscorides, *magnum esse illius ad lucernas usum*, quem locum Marcellus aliter quam Ruellius vertit. Plinius vero sequutus Dioscoridis sensum: *Cedrus magna*, inquit, *quam Cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam: frangit enim eos, & extrahit, dolores sedat. Cedri succus quomodo fieret jam diximus. Magni ad lumina usus, ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit: mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita sit*. Censet Plin. nos tuto Cedria in lucernis uti posse, ni fumus capitis dolorem inferret. Hinc merito quis dicat Cedriam medicamentum esse liquidum, cum idem author jam ante picem liquidam vocaverit. Cedriam Avicenna *Serbin* sua lingua vocat, Serapio *Kitram*. Non est aspernanda Arabum sententia in hac nostra tractatione, quandoquidem Turcæ, a quibus Cedriam petimus, in exprimendis omnibus medicamentis, Arabicis nominibus utuntur. Cujus rei periculum feci. Siquidem Troadem visens, quo Trojæ illius antiquæ ruinas conspicerem, ad Sesti & Abydi arces ad Bosphori fauces appulsus, intellexi naves Propontide egressuras in Hellespontum venire cogi, atque illic tres dies continuos anchoras jacere ante portum in statione ad arcem, ut Turcæ patrio more diligenter per hos dies, quid in nave vehatur, quærant. Est enim consuetudo, ut antequam externi homines in Mediterraneum delabantur, navem illi lustrent, quærentes an aliquis ex fugitivis ergastulorum suorum suppressus sit. Mitius tamen cum Turcis agunt: nam si prospera navigatio sit, statim solvuntur. Quod si forte in ea disquisitione Turcæ quempiam ex servis fugitivum in nave delitescentem deprehenderint, nauclerus & mercator magna pecunia mulctantur. Negotiatores autem, ac cæteri vectores, interim dum naves anchora tenet, & Cedriam & Picem a Turcis emunt, quam vulgus Turcarum, ut Gallorum quoque, *Katranum* vocat. Proinde Turcæ tantam etiam nunc Cedriæ quantitatem in Asia parant, ut inde ad varios humani generis usus per totum orbem immensum librarum numerum transmittant. Turcis solenne est,

Cedriæ vires.

Cedria accensa in lucernis capitis dolorem infert.

Serbin. Kitram.

Turcæ naves egressuras lustrant.

Cedria ubi emitur.

A cum pecudes deglubunt, ex pellibus omnibus utres facere, quibus quicquid liquidum est impositum apud eos venire solet. Ideo apud Sestum in cellis videas pecudum utres Cedria plenos, quorum singuli pluris non væneunt, quam Ducato. Ea est Cedria illa, ex qua Ægyptii olim sua funera ad æternitatem perennia asservabant. Dioscorides, Galenus, Paulus, & Aetius multis verbis de Cedria meminerunt, quorum authoritate nostram vulgarem *Mumiam* Veteribus non fuisse ignotam jam probavi. Galenus varie

B Cedriam nominat, modo resinam, modo lachrymam, modo picem, modo Cedriam. Nam illam, quæ ex Cedro arbore manat, resinam appellat, seu crudam lachrymam, ad discrimen ejus quæ coquitur. Quæ autem a Cedro proficiscuntur, aut sponte effluunt, ut resina & lachryma: aut arte parantur, ut Cedria. Sed hæc, ut jam dixi, vi ignis elicitur, quæ revera a Turcis melius quam a Cretensibus perficitur. Siquidem Cretenses ad Dictæum montem, liquorem humidum, quem e tæda coquunt, multo

C duriorem eliciunt, quam qui ad Idam Troadis hanc præparant. Illi etenim tædas in assulis sub dio asservant, & in sole insitam humiditatem per totam æstatem exuere sinunt. Hi vero recentem piceæ præpinguem caudicem in assulas scindunt, quibus furnum concameratum grandem admodum complent, occludentes undique, meatum tantum in summo relinquentes, non ampliorem quam ut hominis caput possit intromitti. Ligna superne accenduntur, atque ita paula-

D tim aduruntur. Interea liquor per meatum, qui sub furno est subterraneo, in suam foveam delabitur. Is autem initio liquidus fœtidusque est, qui e scrobe in ovium pellibus concha excipitur, aut cucurbitis, aliisve lagenis. Quod ex eo magis coctum est, retorridum fit, pixque evadit. Sunt qui ex Cedria picem hoc modo faciant: quicquid in scrobem defluxit, incendunt, & ligneis longuriis miscent. Cumque satis coctum esse sentiunt, solertia quadam illum totum ignem, a pice extinguunt, atque in scrobes forma quadrata suffossas, quo melius & facilius transferri possint, elutriant & re-

E frigerare sinunt. Sed inter coquendum Cedriam, ut pix fiat, rustici plerunque carnium frusta in eam injicientes, tantisper ibi fervere sinunt, donec excocta sint, quibus illi postea vescantur.

Verum quoniam e Cedro permulta fiunt, quæ vulgaribus etiam nominibus varie nuncupantur, melius ut ea intelligantur, paucis id perstringendum putavimus. Est medicamentum, quod Græcis *Cedrelæon* a Cedridibus nomen habuit, cujus Plinius *lib*. XV. *cap*. VII. meminit: *Ex Citro*, inquit, *& Cupresso oleum fit,*

F *nucibus juglandibus, quod Carynum vocant: malis Cedri, quod Cedrelaeon*. Hæc ille. Est autem differentia inter oleum Cedrinum duobus nominibus dictum, & Cedrelæon uno nomine appellatum. Pissellæon a Cedria separatum dum coquitur, velleribus supra halitum expansis, fit: hocque est Pissellæon, quod alioqui oleum

Cedriam Galenus varie nominat.

Cretenses ad Dictæum montem picem coquunt. Incolæ ad Idam Troadis picem & Cedriam excoquunt. Quomodo pix facienda.

Caro in Cedria incoqui potest.

Cedrelæon

Oleum cedrinum Pissellæon.

Cedrinum a Cedrelæo differt. Vulgus Gallorum aliquid habet, quod Cedriæ aut pici liquidæ prorſus reſpondeat. Duobus autem nominibus id appellare conſuevit: quemadmodum autem variam ſortitur nomenclaturam, ſic ex variis materiebus fieri ſolet. Sunt enim artifices, ſed alioqui ruſtici, qui ex quibuſvis materiebus, veluti Juniperi, Fraxini, Sabinæ, Cedri, ejuſmodi lignis adhuc virentibus, liquorem pici liquidæ aut Cedriæ ſimilem exſudare cogant. Indigenæ Avinionenſes, Provinciales, & Linguoſcitones eo maxime oleo utuntur, quod ex Phœnicia & Lycia Cedro fit, duobus nominibus *Decade ſerb.n* vocantes. Id autem, quo noſtri hic in Gallia Celtica utuntur, quod *Tacum* vocant, verius e lignis Juniperorum perfici videtur, idque a morbo ovium, cui mederi ſolet, nomen habet. Eſt autem contagioſa quædam lues, quæ populatim ſævit, & interficit oves: in quo medendo ruſtici, cum nobis doctiores ſint, eo opus habentes, Pharmacopolas adeunt, a quibus & *Tacum* poſtulant, quemadmodum in inferiori Gallia *du Cade Serbin* nomine quidem vulgari, ſed quod Judæi populum ſic docuerunt. Cum vero Cedria liquidam picem referat, ſupereſt ut de ea etiam quod reliquum eſt adjiciatur.

Tacum lues eſt pecori noxia.

CAP. II.

De Bitumine ſeu Aſphalto, tum liquido, tum duro.

Aſpalatus, & Aſphaltus.

NOminum affinitas plerumque homines incautos decipere ſolet: ut in Aſpalati & Aſphalti dictionibus accidit. Eſt autem Aſpalatus lignum: hic autem de Aſphalto agimus, quod bitumen eſt, nos de hac re infra dicemus. Quoniam vero & bitumen funeribus mortuorum adhiberi ſolitum diximus, illius genera in præſentia recenſere viſum eſt. Ejus autem unum liquidum eſt, alterum vero durum: Piſſaſphaltum nunc cum bitumine ita confunditur, ut Piſſaſphaltum pro bitumine vendi ſoleat. Aſphaltum, ſive bitumen, teriſſimum habet colorem, nigerrimum, & ut purpura ſplendentem, quod digitis attritum facile comminuitur, & gravis odoris deprehenditur, & facile flagrat. Iſtæ ſunt veri bituminis notæ. Bitumen mari mortuo in Judæa ſupernatare comperitur. Piſſaſphaltum vero veluti terræ carbo effoditur. Ut autem Aſphaltum in mari mortuo viderem, Jeroſolymis ſolvens eo contendi, ſed tunc nihil bituminis inerat. Jeroſolymis tamen apud negotiatores bitumen nuper ex mari allatum vidi, ei prorſus ſimile, quod ubique Pharmacopolæ venale habent. Ideo nos Aſphalto non carere, ut quidam putant, affirere auſim. Non aliunde Aſphaltum peti, quam ex lacu Sodomæorum, plerique exiſtimarunt, Diodorum ſecuti, qui de Judæis loquens ſcribit: *Eſt in regione Abatæorum ſtagnum ingens, quod longitudine quinquaginta, latitudine ſexaginta ferme ſtadia complectitur, Aſphaltum producens, ex quo non parvum vectigal percipitur. Ejus* **aqua** *odoris eſt peſſimi atque amari: quo fit, ut neque piſces producat, neque aliquod aquatile animal. Et cum plures dulcis aquæ fluvii in illud decurrant, nequaquam tamen aquæ natura mutatur. Aſphaltum ſtagni medietas plurimum annuatim gignit: quandoque ad tria jugera, quandoque ad duo. Unde & circunſtantes Barbari majorem partem taurum, minorem vitulum appellant. Plenus Aſphalto lacus, procul aſpicientibus inſula apparet. Quum Aſphaltum lacus eſt egeſturus, palam ante vigeſimum & ſecundum diem apparent ſigna. Etenim circa ſtagnum ſtadiis pluribus fœtor a vento excitatus, proprium argento auroque & æri colorem aufert: vento iterum reſtante reſtituitur. Propinqua loca ex calore fœtoreque lacus corrupta, & morbos afferunt incolis, & brevioris vitæ reddunt.* Hactenus ille. Aſphalti autem nota non una & ſimplex eſt. Judaicum cæteris anteponitur; nigrum autem & ſordidum vitioſum cenſetur. Plures bitumen habet natales. Etenim Dioſcorides in Phœnice, Babylone, Zacyntho, & Sidone gigni tradit, cujus non ſolum Medici meminere, ſed Hiſtorici quoque Græci & Latini, inter quos Diodorus & Herodotus. Herodotus enim in conſtructione Babylonis ita ſcribit: *Poſtea cœno utentes, Aſphalto ferventi per triceſimum quemque laterum ordinem ſummitates arundinum inſtipatas conglutinabant. Alia urbs nomine Is, abeſt a Babylone octo dierum itinere, ubi fluvius eſt haud magnus ejuſdem nominis, qui ſe devolvit in flumen Euphratem. Hic itaque fluvius Is una cum aqua permultos reddit Aſphalti bituminis grumos: Aſphaltus ad murum Babylonis comportabatur. Hunc autem in modum Babylon extructa eſt.* Hactenus Herodotus. Bitumen liquidum, præter id quod ab ipſo Dioſcoride deſcriptum eſt, invenitur in Agragantino Siciliæ, fontibus innatans; quo utuntur ad lucernarum lumina, olei vice: *Hallucinantur*, (inquit Dioſcorides) *qui id Sicilicum oleum nominant: namque liquidi bituminis genus eſſe conſtat.*

Bitumen durum. Bitumen liquidum. Piſſaſphaltum cum bitumine confundi ſolet

Bituminis notæ. Piſſaſphaltum quid.

Aſphalto non caremus.

Judaicum bitumen.

Plures Aſphalti natales.

Babylon & Is fl.

Porro multum differunt in terra contenta diverſis locis bituminis genera: quo fit, ut ipſa etiam ubicunque generentur, magnam habeant differentiam. Siquidem in regno Neapolitano liquidi bituminis una eſt ejus origo 200. a Roma milliaribus, in urbe nomine *Toutre*. Ibidem quoque Sal foſſilis ex monte excavatur. Bitumen porro liquidum una cum aqua ſalſa effluit. Quod ſi iter velis aſſequi, noſtrum tibi ab Ancona docebimus. Loretam appelles, alias ibis Notiam, ex Notia ad Aquilam urbem, ex Aquila Chiedam, ex Chieda Lanczanum, ex Lanczano ad eum locum ultimo nomine Toutre. Quo loco videbis bitumen liquidum Cedriæ ſimili, nigrum. Generatur in terra a ſeipſo paulo durius quam nigra Naphta, & craſſiori compage corporis. Eſt autem velut pinguedo terræ & adeps, aliquantulum Naphtæ odorem habens. Cordus Eurici filius in Gottia, & in Saxonia juxta Borchdorfen oppidum reperiri copioſe

Liquidum bitumen in regno Neapolitano.

scribit: quo ad currus inungendos, jumentorum scabiem, & lucernarum lumina ejus loci incolæ utuntur. Bitumen, quod effluit ex fontibus, interdum ita crassum est, ut limus videri possit: quod tamen, dum adhuc in aquis innatat, molle est: ubi vero exemptum fuerit, paulo post fit pice durius sicca. Quin & prorsus liquidum, si diu in vase contineatur & servetur, conspissari solet. In stagno Samosatæ, urbis Comagenes, defluere e Carpatho monte ad Beburgios traditur. Liquidum autem haustum aut collectum coquitur in cacabis æneis, aut ferreis, ut jus inspissetur. Quod cum fit, accendi solet, sed restinguitur lineo panno, qui ex aqua madidus in ipsum injicitur. Sic liquidum Germani, qui habitant in Dacia, & Saxones concoquunt. Nec dubito quin Deximontani, qui (ut Plinius scribit) accolunt dextram Granii fluvii per Susianem fluentis, eodem modo perficiant bitumen. Theopompus id bitumen, quod Nymphæi crater egerit, temperari fonte illo ingustabili tradidit, alias omnibus cæteris dilutius esse.

Quomodo Saxones bitumen concoquant.

Avicennæ Interpres, dum Theriacam describit, quo loco authores Græci Aspalatum, ille Mumiam habet. Sed nos de Aspalato alibi dicemus. Probatio autem Asphalti ejus, quod ad nos advehitur, ne quem lateat, esse verum Asphaltum, cum ex his notis quas Dioscorides habet dignosci potest, tum maxime ex odore Trifolii Omenyanthis, quod Asphaltum ab odore Asphalti, quem refert, nominatur. Est enim idem odor ejus herbæ & nostri Asphalti. Est bitumini similis nigra quædam Mastiche, quæ in Ponto gignitur, quam Plinius pici a diligentioribus admisceri scribit. Bitumen autem liquidum a Naphta plurimum differt, ut Dioscorides probat. Differt autem bitumen aridum a bitumine sicco: nam genus est bituminis liquidi, aliunde petitum quam ex Judæa, quod multi Sicilicum oleum nominaverant. Sed Dioscorides eos increpat. Naphta, nec veterascens, nec igni induratur, sed liquida semper permanet. Liquidum autem bitumen effluit in Babylone, etiamsi Posidonius censet esse sulphur liquidum. Effluit enim in Babylone, non longe a Demetriade, in Austragenis Parthiæ in Mesopotamia. Semiramis etiam eo calcis vice usa, Babylonem lateritio muro sepsit, ferreis quoque & æreis operibus illinitur, firmatque ea contra ferruginem & æruginem. Saxones ex eo postes ligneos tingunt, ut ab imbrium injuria defendant. Iisdem de causis statuas illini quondam solitum fuit. Illitum pecoribus & jumentis eorum scabiem sanat. Sunt quidam qui ob coloris similitudinem, quam habet cum pice liquida, eo nomine appellarint.

Aspalatus.

Trifolium asphaltites.

Liquidum bitumen.

CAP. III.

De Pissasphalto.

Antiqui authores tum Dioscorides Pissasphalto nullam in Medicina vim tribuerunt, illius tamen Arabes maximas vires agnovisse videntur, Mumiam appellantes. Mumiam a nobis vocatam, & Mumiam ab Arabibus scriptam distinguo, quæ eadem quod Pissasphaltum est. Vulgo vero Mumiam nominantes, servatum corpus intelligimus. Certissimum est Arabes cum Mumiam describunt, nunquam servatum corpus intellexisse. Peculiares sunt Venetiis officinæ, quarum operarii ab indigenis *Pegolotti* vocantur, in quibus nihil aliud ab illis qui eis præsunt procuratur, quam ut Cedriam, picem liquidam, & Pissasphaltum vendant, & stupas in funes ad navigia intorqueant. Vulgo autem Pissasphaltum *Pegola secca* vocant, quasi picem siccam dicerent, cujus usus nondum ad nostrum usque Oceanum penetravit, licet totum mediterraneum litus ad navigia, ubi potissimum alterius picis est penuria, Pissasphalto utatur. Nam qui in Creta circa Chisamum agunt, quique in Propontide & Hellesponto habitant, picem habent copiosam, ideo raro Pissasphalto utuntur. Pissasphaltum rem sui generis esse statim probaturus sum, quandoquidem Dioscorides ex Ceraunijs montibus impetu fluminis rapi, & in mare exspui scribit. Sed Mumia vocata, sive servatum funus, ex cadaveribus arte condiri solet. Ideo cum Pissasphaltum a servato corpore longe diversum sit, ejus vires ad proprium caput sunt referendæ, neque illud eodem capite cum Pissasphalto confundendum. Pissasphaltum fossile quiddam est, nullius pene ad Medicinam virtutis. Ad navigia tamen illinenda maximi proventus. Quod primum Epidauri agens animadverti. Duorum ab Epidauro dierum navigatione inter Aflon & Epidaurum, quæ nunc *Ragousa* vocatur, locus est Epiro finitimus in Illyria, unde naves, cujuscunque generis sint, Pissasphaltum petunt; quod tandem per universum littus dispergunt, nunc *Venetias*, nunc Anconam mittentes, quo quidem eo modo quo post dicam præparato navigia illinantur. Pissasphaltum retorrido constat habitu, & gravi concretu. Gagaten lapidem æmularetur, nisi obscuriore & pallidiore esset colore. Gagates porro splendet ut bitumen, sed hoc differunt, quod bitumen molle sit, Gagates vero durior. Pissasphaltum vilissimo precio venditur, ut in navalibus officinis passim Venetiis in glebas maximas coactum videre licet. Eliquari quidem potest, haud secus ac pix, si cum alio quovis oleoso medicamento misceatur, ut adipe, oleo, vel ejusmodi alio: nam eo usque siccum est & retorridum, ut per se nunquam lentitiam sequacem consequatur. Ideo Cedriam cum eo miscentes, quam ex Asia in Europam deportarunt liquidam, & intra utres asservatam, simul cum Pissasphalto fervefactam miscentes mixturam ex his conficiunt valde quæstuariam & utilem, quæ picis vicem pensat, & quæ cum pice de tenaci lentitia certare & tandem vincere possit. Quod si tu attentius Pissasphaltum cognoscere voles, pete

Pissasphaltum.

Mumia.

Pegolotti qui vocentur.

Pegola secca.

Pissasphaltum rem esse fossilem.

Quæstuaria compositio ad naves illinendas.

a negotiatoribus, aut Pharmacopolis, ut tibi Asphaltum ostendant: ipsi nanque plerunque Pissasphalto pro Asphalto abutuntur, & utrumque sub nomine Asphalti asservant, ambo idem esse putantes. Sed illorum diversum longe esse solet pretium. Quod si saturato colore nigricet, & præ multa tersitudine splendeat, & digitis friatum facile in pulverem vertatur, gravis odoris, & lumini appositum facile flagret, revera te Asphaltum vidisse dicito. Contra Pissasphaltum suapte natura ex cineritio in nigrum languet, nigro quidem, sed non hilari præditum colore, quod confractum in grumos dissilit & cum digitis atteritur, scabritia horret: naribus autem admotum, valenter nares non petit. Istis notis Pissasphaltum ab Asphalto seligere poteris.

Cap. IV.

Quod Pissasphaltum compositum non sit ex aliqua re mixta, sed ex se naturale quid ita enatum.

Pissasphaltum non esse aliquid compositum.

NONNULLI hallucinantur credentes Pissasphaltum arte ex pice & Asphalto parari. Sed res longe aliter se habet: est enim a natura ita factum. Quod quidem ita esse probari ex Dioscoride potest: cujus verba conveniunt cum Plinii sententia, dum Pissasphaltum nasci in Apolloniatarum agro circa Epidaurum urbem scribit, quæ nunc *Ragousa* dicitur: *Cerauniis* (inquit) *montibus devolutum, impetu fluminis rapitur, æstuque in litus exspuitur. Illic coactum in glebas mixtam bitumini picem redolet*. Hactenus.

Apolloniatarum ager.

Apolloniatarum agrum nonnulli inter Thraces & Macedonas exponunt. Ceraunios autem montes Plinius circa Mæotim exposuit. Sed in descriptione Albaniæ:

Ceraunii montes.

Ultra (inquit) *sunt Colchicæ solitudines: quarum a latere ad Ceraunios verso, Armenochalybes habitant, Montes argentei vulgo dicti, qui circa Apolloniam sunt, creduntur Rhodopes, ex quorum radicibus Pissasphaltum eruitur*. Alibi vero Ceraunios Tauri montis portiunculam dicit esse, ubi dehiscit, seseque populis Græciæ aperit. Pissasphaltum ut alienum a conditaneo cadavere interpretor, quod nullo modo ad conditaneum cadaver referri potest. Galenus, Paulus, Aetius, Pissasphalti ne mentionem quidem ullam fecerunt, ut rei ad medicamenta inutilis, sed ut spurium ad naves rejecerunt. Theopompus de Pissasphalto loquens, eadem pene cum Dioscoride habet. Scribit enim in Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica pice inveniri. Sit autem Pissasphaltum fossile, ut Theopompo, aut natum, ut Dioscoridi, Plinio, & aliis visum est; nos certe alienum a Mumia, seu a condito cadavere satis indicasse existimamus. Id autem nihil aliud est, ut jam diximus, quam pix fossilis retorrida, quæ nullum aut saltem exiguum habet in Medicina usum, sed navalibus tantum illinendis, atque id si Cedria incoquatur.

Cap. V.

De Naphta rufa sive Bituminis colamine rufo.

Bituminis colamen.

POSTQUAM autem satis jam de Bitumine, sive Asphalto Pissasphaltoque disseruimus, reliquum est, ut de bituminis quoque colamine disseramus: nam cum ea potissimum scribere instituimus, quæ ad servatum corpus spectant, merito mihi Naphtam, tanquam rem bitumini congenerem, describere visum est.

Naphta bitumini congener.

Naphta Turcis & Arabibus in hodiernum usque diem *Nepht* appellatur: nostris, prisca illa sua appellatione omissa, *Petroleum*. Quemadmodum autem ego natales ejus diligentissime inspexi, idque non sine maximo labore, certe non me piguit singula referre, quæ ad ejus historiam pertinere visa sunt. Naphtam nusquam in Italia provenire a quibusdam falso creditum est, quod de ea Arabes & Græci nunquam meminisse videntur, vires autem tantum Babylonicæ tribuisse. Naphtam circa Babyloniam reperiri, creditu facile est, cum inde Asphaltum etiam & Pissasphaltum petantur.

Naphta Italica

Naphta, quæ in Italia scaturit, ardet quidem si igni admoveatur: in suo tamen fonte non flagrat, quod Babylonica facit, ut ex Plutarcho in *Vita Alexandri magni* perspicuum est. Scribit enim peragrata victaque omni Babylone, quæ & imperio ejus subito cesserat, nihil æque eum regem admiratum fuisse, quam in Ecbatanis ignis veluti ex fonte continue emergentis hiatum, & Naphtæ ex eo fluxum,

Naphta in Ecbatanis.

cujus non procul ab hiatu illo tanta eructatur copia, ut paludem faciat, cujus adeo ad trahendos ad se ignes facilis natura sit. Serapio capite *de Asphalto* multa quidem de Nephta scribit, quæ hic longum recensere foret. Quod autem ad totam ejus historiam attinet, quam in Italia scaturientem vidimus, brevibus recensendum operæprecium putavi. Recte quidem Naphtam bituminis colamen Dioscorides vocavit. Siquidem nihil unquam repertum est, quod bitumen melius suo odore referat.

Bitumen odore Naphtam referre. Naphta triplicem habet differentiam.

Ipse etiam locus, in quem Naphta emergit, bitumen mirum in modum redolet. Nephtarum tria in Italia sunt præcipua genera, candidum scilicet, nigrum, & rufum, diversis tamen locis scaturientia. Est fons sub monte *Celize*, ex quo rufum legunt. Alius fons apud pagum nomine *Meiano* scaturit, unde album. Est & fons tertius, ex quo nigrum vilius in vico *Allensi* emergit. Quos locos seorsum ita scribere decrevimus, ut si quis alius naturæ & historiæ studiosus ejus ortum videre cupiat, scire saltem hoc possit, quo sit ei eundum. Tria inter se olea ita indigenæ miscent, ut simplex ad nos adferri non sit solitum, Naphticum autem oleum, quod circa montem *Zobitum* prorumpit, XIII. a *Mutina* miliaribus sive *Modena* distat, cariorique precio emitur, quam illud quod ex *Salsa* petitur.

Naphta quæ ex Salsa petitur.

Etenim oleum quod Salsæ legitur (ut dixi(nigrum est, & tur-

bidum, viliorifque precii. Ex quo fit ut utrunque ſimul commiſceant, nobis impoſturam facientes. Neutrum autem ſimplex per ſe ad nos adfertur, ſed tria illa, nigrum, album & rufum, mixta. Indigenarum autem dolus non eſt, ſed negotiatorum, qui quum tria genera ex diverſis emerint, tandem commiſcent, & ſic mixta ad exteros tranſmittunt. Naphta rufa, quæ ex monte Zibito petitur, principem inter cæteras locum obtinet. Eaque ut cæteras precio vincit, ſic quoque viribus aliis longe ſuperior reperitum. Tractus iſtius ſive terræ natura ea eſt, ut tenaciſſimo hæſu iter facientium pedibus inhæreat, ſiquidem maduerit. Glarea terra eſt, colore ſubalbido, ad lateres faciendos idonea, nam ex ea omne tornatilium vaſorum genus peragi poteſt.

Naphta nigra. Naphta in officinis ſimplex vendi non ſolet. Naphtæ electio.

Conſtat mihi oleum hoc rufum ex antro peti. Quo ante primum tempore repertum ſit, nihil certi ſtatuitur. Aliqui hujus olei initium abhinc 150. annis ex cuniculo quodam primum excavato fabulantur. Porcum indigenæ initio inveniſſe putant, rationem quam mox dicam aſſignantes. Cum porcus ſæpius volutabro, cui oleum innatabat, ſeſe immerſiſſet, hujuſque olei fœtorem ſive odorem ſecum domum reportaſſet, domeſtici quid eſſet quod tam graviter oleret, quærentes, tandem a porco hoc eſſe agnoſcunt. Quapropter volutabrum viſunt, & oleum innatare animadvertentes diligenter legunt: primumque ignibus dicaverunt, in ellychnio nocturnis vigiliis utentes. tandem propter odoris fragrantiam ad exteros mittendum cenſuerunt, ob naturæ miraculum (quod ignium rapax ſit) pretium ejus multo majus futurum arbitrati. Duæ aut tres olei hujus rufi ſunt in valle ſub arce montis Zibiti ſcaturigines, quæ ab illo pago, qui *Saxolo* nuncupatur, ſex milliaribus diſtant. Hoc oleum viſurus, ex Modena ſolvens, pergis ad pagum, qui vulgo *Saxolo* vel *Saſolo* vocatur, deinde montem conſcendis. Eſt in montis *Celzi* cacumine arx alioqui infirma. Deſcenditur deinde medium milliare verſus radices montis, ut antrum de quo loquor viſatur. Rivulus juxta antrum ex colle per convallem in planiciem profluit. Non unus ſibi hujus olei proprietatem ac dominium vendicat, neque indigenis in eo quis ſibi plus alio arrogat. Initio controverſia de ſcaturigine hac inter indigenas eſt oborta Mutinenſes ſiquidem adverſus incolas, qui vicina circum loca poſſidebant, & qui adverſam montis partem verſus occidentem nomine *Revina* habitabant, rem controverſam ad judices retulerunt. Tandem ruſticulus omnium pauperrimus, ad quem fundus, ex quo oleum manabat, jure ſpectabat, cum non poſſet tantorum obtundere vires, cum ſociis & vicinis, qui tunc triginta tantum erant, jus ſuum communicavit, illique ob hanc cauſam tandem evicerunt. Oleum primum ex terra una cum aqua emanabat, ex quo indigenæ nihil aut certe parum ſine magno negocio coacervare poterant. Proinde tam diu ſolum excavarunt, quoad ſub terra ad duas orgyias uſque penetrarent. Cum vero citra negotium oleum ab aqua ſecreverunt, compereruntque ſcaturiginem in ſcrobem deſcendere, quæ primum ſurſum eructabat, amplius excavare deſierunt. Fontis autem hujus naphtæ rufæ ſcaturigo ex terra multum lapidoſa ſuam originem ducit, quæ in ſibi ſubjectam foveam excavatam in imo antri deſcendit. Duo nempe ſunt meatus ſibi conjuncti, ad quorum latera qui ad dextram eſt, aquam mittit paulatim manantem: alter, qui ad ſiniſtrum latus eſt, guttatim oleum diffundit. Naphta uno quoque die inde decapulatur, aut ſaltem altero. Poſtquam autem oleum decapularunt, aquam inde hauriunt: quam ſi non inde auferrent, totum antrum impleret, atque ita clauſo foraminis meatu oleum non amplius deſtillaret. Antrum ſimplex eſt, multum debili porta clauſum, longe ab hujus loci incolis diſtans: ab arce enim deſcendunt diſtante medio milliari, ut oleum auferant. eſt ruſticus, cui totum negotium exequendum commiſſum eſt, qui portæ clavem habet. Oleum hoc paulatim deſtillans, pondus triginta unciarum, quod bocalis menſuram æquat, non excedit in die, ſed non omni anni tempore idem contingit: ſiquidem æſtate magis gaudet, quo quidem tempore, ubi ſolis fervore mons incaluit, augetur deſtillatus, tuncque ſeſquibocale manat. In hyeme vero medium bocale tantum effundit, ex quo tempora computando æſtatis & hyemis, ſingulis diebus bocale unum effundere reperitur. Scalis ſeu gradibus deſcenditur in capacitatem antri. Camera eſt levioris & vilioris ædificii, muris undique vallata, ne montis ſive collis terra pinguis, paulatim pluvia emollita delabens &, nives, foraminis antrum occludant. Aqua, quæ cum oleo deſtillat, clara eſt & limpida, & aliquantulum ſalſa. Cujus ſalſedo multo remiſſior eſſe comperitur quam ejus quæ in Laxiſſa Troadis thermis deguſtatur.

Naphtæ rufæ ſcaturigo.

Sunt & in his monticulis aliæ olei hujus ſcaturigines, quæ æſtatis tempore modicum olei fundunt, hyeme vero ne tantillum quidem. Oleum hoc nuſquam per ſeſe viſum eſt emanaſſe, ſed ſuperficiei aquæ innatat. illud collecturi, aquam ſcopis quatiunt, oleumque in quendam angulum cogunt, tuncque conchis vel cucurbitis excipiunt. Sunt ex indigenis qui obliquos puteos ad orgyas decem excavarunt, quibus ad tempus bene ſucceſſit. Sed hoc facile illis erat, quod nullum illi lapidem durum, ſed tantum toffum mollem, adinveniebant, quo fit ut miror cur oleum hoc vulgus Petroleum vocaverit. Crediderim tamen Italis a priore cuniculo lapide deflexam eſſe *Petrolei* appellationem. In ſumma, nunquam oleum hoc, ubicunque proveniat, niſi cum aqua ſalſa manare aſſevero. Supradictus cuniculus lapidoſus in convalle montis declivi, maxime meridiem verſus ſpectantis, inter duos monticulos ſitus eſt, vocaturque mons *Sancti Petri*. Altera vero ſca-

Nuſquam naphta ſine aqua ſcaturit.

Cur Petroleum vulgo naphta dicatur? Aqua quæ cum naphta ſcaturit ſalſa eſt.

turigo ad Septentrionem ſpectat, vocaturque *Sancti Marini* fons. Prior fons propter ſuam antiquitatem antiquus quoque vocatur, ad diſcrimen alterius, a quo naphta nigra eructatur, qui ob id niger appellatur. Solus eſt in convalle ad radices ejus montis qui *Revina* dicitur, nec plus olei exſudat in die, quam uncias ſex, quod guttatim cum aqua ex ipſo monte profluit, & magis Aſphaltum olet, quam rufum, neque ullo oſtio incluſum eſt; ſi quis ex *Bononia* ad hos fontes contendat, eum oportet inter quod ad *Confortim* tendit petere, quod ſeptem milliaribus a *Bononia* diſtat, ad *Spilambertum* ſeptem milaria, deinde ad *Maravelle* duodecim milliaria, pagus hic non diſtat ab eo fonte ultra milliare, in totum triginta ſunt milliaria.

Sed cum in diverſis ſcaturiginibus tria hoc tempore Naphtæ reperiantur diſcrimina, album, nigrum, rufum, Antiqui rufum tantum & nigrum agnoverunt. Rufum, quod ex antiquo fonte emanat, jam ſupra deſcripſi, nunc de nigro loqui tempeſtivum eſt. Dixi rufum & candidum ſimul ab impoſtoribus miſceri, illudque Modenæ quod principem obtinet locum ad montem Zibitum colligi; verumtamen accito nigro, de quo mox loquar, album & rufum a negotiatoribus adulterari ſolitum eſt; quo fit, ut niſi mixtum non adferatur. Naphta nigra in eo pago, qui Latine *Halis* dici poſſet, originem trahit. Vulgus Italiæ eum *Salſa* nominat, quod Sal inibi coquatur. Illic terra uſque ad 120. orgyias effodienda eſt, priuſquam ad ſalſæ aquæ ſcaturiginem perveniatur. Puteorum autem origo non Naphtæ ſolius gratia, ſed etiam ſalis, ad tantam fuit profunditatem. Oleum iſtud vilioris eſt precii, quam ut tanto ſumptui per ſe ſatis eſſe poſſit. Sed quia aqua ex puteis propter ſalem conficiendum exhauritur, ideo multi ſunt putei: tamen unus præ aliis eſt, qui majorem aquæ ſalſæ quantitatem quam cæteri omnes dare ſoleat. Ideo multo minus nigræ Naphtæ ex eo, quam ex aliis omnibus, hauritur. Hyems tantam ejus quantitatem quantam æſtas elargitur, dummodo aqua in imo putei profunda ſit. Nam cum non amplius aquæ exhauritur, (ut cum ligna deſunt, vel aliquando meſſis tempore, quando ſal non excoquitur, accidit) aqua totam putei altitudinem ſuperat, fontiſque modo ſcaturit, & rivulum facit, tuncque nihil olei educitur. Pagum iſtum ſalinarum Mediolanenſes, E literam pro A pronunciantes, *ſelz* vocant, cum *Salſa* dici deberet: ſuam enim nomenclaturam a Sale detorſit. Mediolanenſes enim in omnibus Italicis vocibus A in E commutant. Puteorum aqua in hoc pago, marina aqua multo ſalſior eſt: nam illa linguæ admota, & ſalſedinem valentiorem, & ori pruritum propter multam amaritudinem facit, quam aqua maris. Ideo aquam in ſingulas ædes diſtribuentes ſalem magno quæſtu excoquunt. Quod ſi forte aquam non exhauſerint, delabetur in flumen vicinum, ſed tunc nihil ſecum olei rapit, eam tamen hoc modo hauriunt. Grandis rota duobus viris intra ambulantibus volvitur, quæ ſitulam aqua plenam ex profundo in ſublime attollit, atque ſurſum uſque ad tabulam adfert, ubi aſſidens artifex aquam ex ſitula in dolium transfundit, quod cum plenum fuerit, oleum ſupernatat: id concha decapulatur antequam per tubos & canales ad cortinas ferreas, hinc inde in domibus ſtantes, aquam tranſmittant. Cortinæ, in quibus ſal coquitur, altæ cubitum ſunt, ſeptem orgyis longæ, quinque vero latæ, rudibus ferreis a tabulato pendentes: nam ad ima columnis non ſuſtinentur, ut ignis in ſale melius penetret. Quod ſi cortinas non bene junctas eſſe contingat, foramina obturant, remedium ſingulare ad utrunque elementum, ignem ſcilicet & aquam, adhibentes. Ova quot opus habent ſumunt, in quibus volatilem farinam, & fuliginem, id eſt, pulverem efflatum per caminum, ſubigunt, vel parietibus ſpodii modo hærentem ſurſum elatum a cortina, quæ ſimul ſubacta fuerint, ſtupas immergunt, quibus ſi qua in cortinis ſint foramina obturant. Aquæ huic tanta vis eſt, ut ovum in eam injectum non ſidat. Sal hic nunquam in panes cogi ſolet, ut in multis Germaniæ locis fieri animadverſum eſt. Majorem autem acrimoniam ſalſi ſaporis habet, quam marinus ſal, propterea nulla exſiccatione alia egere cognoſcitur, cum alii ſales multis locis diu ad calorem ſupra tabulatum exſiccari ſinantur. Puteorum magnus in hoc pago eſt numerus, quorum ille, qui Naphtæ vim magnam emittit, ad 200. orgyias altus eſſe dicitur.

Non omnibus in oleo decapulando idem modus. Nonnulli vellera immergunt, & oleo ſupernatante imbuunt, eaque poſtea comprimunt. Totum oleum pagi hujus nigrum eſt. Puteos excavandi ratio non inepte hic adſcribi poteſt, ut melius natura, quæ Naphtæ nigræ ineſt, dignoſcatur. Primum terram alte ad 20. uſque orgyas effodiunt: tandem poſtquam ad lapidem mollem, quem vulgus *Giaſtro* vel *Chiaſtro* vocat, quem ego *Glaream* eſſe credebam, pervenerunt, tunc ſalſam aquam eructare comperiunt. Si Plinio credimus, hæc terra Glarea eſſe non poterit, quod non ſalſam aquam ſubeſſe velit, ſed dulcem. Nam *lib.* XXXI. *cap.* III. inquit: *Aqua ſemper dulcis in argilloſa terra, frigidior in tofo. Glarea incertas promittit venas, ſed boni ſaporis*. Nolim autem is eſſe, qui falſa rebus vocabula imponat. Quapropter nihil temere affirmare auſim, ſitne Glarea, an non. Genus lapidis hoc mollioris ligonibus effodiunt: & quo profundius quærunt, eo magis lapideſcere comperiunt, quo tandem Naphta nigra manat. Omnes putei loci hujus bitumen olent, ex quibus quanto magis exhauritur aquæ, tanto amplius olei excipitur. Ex grandi illo puteo antiquo vocato bocalia duo quotidie profluunt, nonnumquam plura, aliquando pauciora. Accidit autem aliquando, ut in æſtate bocalia octo lecta ſint. Certum tamen pondus non poteſt conſtitui: nam

Antiquis rufum tantum & nigrum Naphticum oleum agnitum.

Naphta nigra Halis.

Aqua putei ex qua ſalem excoquunt.

Salis excoquendi modus.

Colla, qua Cortinas Salinarum ferruminant.

Modus decapulandi Naphtam.

Quantitas olei Naphtici, quæ ex puteo exhauritur.

in calente & ficcissima estate fusissime oleum collachrymatur & exhauritur, hyeme vero nihil aut certe parum emanat.

Tanta ignium est cum isto oleo societas, ut nihil luminis in puteum ferri possit. Cujus rei exemplum adferre possum, quod ante triginta annos indigenarum omnium pagi hujus memoria cognitum est. Quidam pollicitus erat patrono suo referre, unde olei illa scaturigo a Meridie-ne versus Septentrionem, an ab Oriente ad Occidentem emergeret. Lucernam ille in puteum descensurus circum bene munit ac secure obturat. Sicque se a ministris in puteum per rotam, quæ aquam sursum attollit, demitti jubet. Ante istum alter in profundum putei sine igne descenderat, socium qui candelam erat allaturus expectans. At vero qui candelam & ignem ferens descendebat, cum paulo altius venisset, vis olei hujus Naphtici ignem dissilire coegit. Flamma autem derepente per totum puteum accensa, eum qui in situla demittebatur vi magna strepitu terribili combussit, & tormenti bellici mo[illegible] in aerem ejaculavit. Tantus autem fuit strepitus, ut non aliter quam e maximo bellico tormento glandem emissam quivis facile existimaret. Tantus quoque fuit fragor, ut supremum tabulatum, quo puteus contegebatur, in aerem sustulerit: ex quo factum est, ut totius illius pagi homines contremefacti, excidium sibi imminere, fatique extremum adesse diem crediderint. Tantus autem illos incessit pavor, ut omnibus rebus suis posthabitis aufugerint. Qui autem in aquam primus descenderat, pene combustus est, eas potissimum partes quas aquæ non immerserat, occisus tamen non est. Quatuor autem, qui in tabulato erant socium demittentes, interfecti fuerunt. Illico vero interiit ille ignis, nec diutius duravit quam flammula quædam e stipulis accensa. Varia de flammis Naphtæ feruntur, & etiam apud Plinium leguntur cap. *de Naphta*, cum quibus & quæ Herodotus habet fere conveniunt: *In Cissiæ Statbino*, inquit, *puteus est, qui trifarias rerum species exhibet. Nam ex eo Asphaltum*, (id est bitumen) *& salem, & oleum hauriunt, ad hunc modum. Hauritur quidem Celonco, id est, instrumento ciconia: pro situla autem dimidiato utre ad ciconiam alligato: quo in puteum decusso, quicquid hauritur, mox in cisternam diffunditur, atque id alio effusum, triplici varietate concrescit. In Asphaltum quidem & salem, protinus. Hoc autem oleum Persæ Rhadinacem appellant.* Hactenus de nigra.

Experimentum olei Naphtici ignis rapacissimi.

Scaturigo Naphtici olei apud Persas.

CAP. VII.

De Naphta Alba.

Scaturigo Naphtici [illegible] apud Meianum.

EST Meianæ Naphtæ albæ scaturigo, cujus tres sunt ortus, qui paululum a domibus pagi absunt, hocque in Parmesano tractu: ex illis tamen tribus non amplius olei in dies legitur quam semilibram, vel uncias VIII. Effluit enim levi stillatu, cum paulo majori aquæ quantitate, parcius oleum fundens quam quæ ad montem Celesi, vel ad Salsam manat. Ideo incolæ, qui isti operi præsunt, diligenti investigatione rationem excogitarunt, qua aqua per canalem ad ima exitum haberet, quantum sufficeret ad id, ut oleum semper innataret, nec de oleo aliquid deperderetur, ut locus ille, qui aquam recipit, plenus semper existeret, & singulari vel altero quoque die oleum legi posset. Idem est excipiendi ex Meiano olei modus, qui & Modenæ. Aquam scopis quatiunt, totumque oleum in angulum cogunt: quod vase quodam exceptum recondant. Quemadmodum autem oleum istud cæteris album magis est, ita partium est subtiliorum, & revera melius olere comperitur. Mejanum a Parma x. milliaribus distat, a Salczsa decem, inter alios pagos interjectum, scilicet Alausano, & Costam Meianam. Paret ditioni dominorum Comitum a *Frolio rosso*. Oleum ex Meiano album non excedit pretium ejus quod e Modena petitur: sed viribus nequaquam cæteris posthabendum. Parca manu ex supercilio montis una cum aqua scaturit. Largius in æstate destillat, & sicco magis quam pluvio tempore, & sereno quam nubilo. Quæ quidem jam de Modenensi quoque retuleramus: utriusque libra non excedit precium quinque solidorum Italicorum, qui computati ad monetam Gallicam duos Caroleos efficiunt, id est, viginti nummos Turonicos. De tribus Naphtæ generibus, quæ in Italia reperiuntur, hæc dicta sunto: in quibus, si paulo attentius gustentur, olfactentur & urantur, merito quis discrimen, sed non ita tamen magnum, inesse comperiet. Nigrum crassius est rufo. Rufum quoque paulo crassius albo; quanquam rufum albi etiam nomine intelligatur: quæ ambo adeo sunt liquida, ut aquæ non valde sint absimilia. Si Naphtam paulo obscuriorem videris, nigram largius illi effusam esse scito. Nigra porro hujus est naturæ, ut uri in lucerna non possit, nisi bene ellychnium obturetur, alias oleum totum igni admotum incenderetur. Immo vero propter hanc difficultatem in lucernas admitti non solet. Nigri olei precium vile esse, dictum jam est ex eo quod magnus ejus proventus sit, Asphalti odorem plus cæteris referens. Album seorsum ab Agyrtis asservatur pro pictoribus. Cætera rufum & nigrum inter se commixti vendunt, ita ut nusquam purum fere reperias.

Naphta alba partium [illegible] quam alia.

Fit maxima in oleo isto ab Agyrtis & Circulatoribus impostura, quorum per Italiæ urbes magnus est numerus, qui tandem in nostram usque Galliam ita penetrarunt, ut Lugduni Lutetiæque jam multos in foro, plateis, & palatio oleum id cremantes videas: cultellum eo intingunt, igni admoventes, ut flammam concipiat, & sic ignitum candensque oleum efficiunt: quod quanvis super pronam manum ab eis injiciatur ex alto a cultello cadens, illæsa tamen manus permanet. Quam rem demirata vulgi

Agyrtarum impostura.

turba velut novum quoddam portentum, quid res hæc sit, sedulo sciscitatur. Tunc Agyrtæ ad nugas & imposturam facti, multa de suo oleo pollicentur, phialasque in id parvulas præsto habent oleo Naphtico plenas: quo, ubi circumstantitibus ejus virtutes prædicarint, multo facilius eos ad emendum illiciant.

Naphta Bulgarina. oleum Bulgarinum. Cum jam de Naphtis satis vulgo cognitis scripserim, visum est, & de Oleo Bulgarino aliquid adjicere: quod cum Byzantii essem cognovi. Oleum est nigrum, liquidum, & fœtidum; quod eodem modo quo Naphta comburitur: hincque ego primum facile adducebar, ut crederem Naphtam esse: sed statim certa ratione sententiam mutavi. Naphtam enim vænalem hinc oleo dissimilem comperi. Hoc autem supra modum fumum olet teterrimum, ad Asphaltum accedens. Unde suspicatus sum ex junipero esse. Ex Judæis nonnulli id ex monte manare contendebant, eique majorem vim quam Naphtæ dicebant. Sed quum ego eam minus ignium rapacem cognovi, tum amplius Naphtam esse credere destiti. Maximum est prodigium atque extra naturam habendum, portentoque simile, admirationeque dignum, quod ea quæ naturæ solius sunt, similia quidem se homines perfecturos credant, ita ut quemlibet expertissimum rerum exploratorem fallant, ut in hoc Naphtico oleo videre licet. Siquidem hoc aqua corrupta fœtidissimaque ita adulterant, ut incautos sæpe fallat. Quam rem nunquam veram credidissem, nisi id re ipsa ita esse deprehendissem. Quandoquidem vero tota pene Gallia hac fere sic adulterata utitur, idcirco notas utriusque adferre volui, ut adulterina a vera facile discernatur. Vera Naphta igni admota illico flammam concipit, quod adulterata non facit. Nam si de hoc oleo mentito paulum supra cultellum imponas, & igni applices, ignem refugere videbis, neque illud flammam ad sese allicere, cujus oleum genuinum natura est avidissimum. Quod si id forte igne conceperit, fumum nigerrimum ejaculari, & terebinthinam olere comperies. Naphtico oleo Medea Creontis filiam pellicem cremavit, postquam sacrificatura (ut scribit Plinius) ad aras accesserat, corona igne rapta. Unde Naphtam *Medeæ oleum* Græci appellant. Alexandrum Strabo scribit experimenti gratia in balneis puero Naphtam affudisse, & lucernam admovisse, eaque de causa puerum adeo flagrasse, ut plane interiisset, nisi ministri multam aquam infundentes incendium vicissent, atque ita puerum servassent. Hoc eodem oleo Persas illinere tela, ipsisque incensis & latius emissis hostium tecta cremare auctor est Ammianus.

Impostura in oleo Naphtico.

Medeæ oleum idem est quod Naphta.

Fontes bituminosi. Fontes bituminosi, & quidem multis in locis orbis terrarum, memorabiles reperiuntur, ut in Germania ad *Brunonis* vicum nobile oppidum Saxoniæ, & ad Cœnobium Sueviæ cui *Dedere* nomen est: in Jurassi montis valle, quæ ex lepore nomen invenit *Gersefori*: in Asia magna quoque aquarum calidarum copia juxta Tralleis ad fluvium *Charocometem*,

A juxta *Nissam* oppidum, quæ omnes ita sunt pingues, ut qui in eis lavantur, non oleo indigeant. Similiter pingues sunt calidæ juxta *Dascyli* pagum. Est præterea fons bituminosus in Cilicia juxta Solos, qui adeo pingue reddit flumen *Liparim*, ut in eo natantium aut lavantium corpora oleo permista videantur, & inde nomen invenerit. In Bactriana insuper regione ad Oxim fluvium: in Media Ecbatanis: in India, in Troglodytica regione ad Carambim: in Æthiopia: in Africa ad Carthaginem. Bitumen durum dicitur lapis

Flumen Liparis.

B *Obsidianus*, quod in Æthiopia inventum sit ab Obsidio, ex quo fiunt gemmæ, quæ etiam *Obsidianæ* nominantur. Plinius oleum Naphticum arundinum paniculis colligi, quod citissime adhærescit, dixit: Georgius Agricola Germanos alis anserum, aut linteolis rallis, si paucum sit, colligere, si autem copiosum, vasis haurire scribit. Ignium vis adeo magna ei inest, ut corpus aliquod eo perunctum, si ad ignem admoveris, exuratur, nec aqua restinguatur, nisi admodum multa: veruntamen, luto, terra, pulvere atque

C omnino quibusvis aridis suffocatur. Quoniam vero facile ignem concipit, eo uti ad lucernarum lumina olei vice vetus est, & multis in locis usitatum, sicut in Sicilia in Agrigentino agro, unde oleum Siculum a quibusdam dictum. Saxonum rustica plebs non tantum ad lucernarum lumina hodie eo utitur, sed inde nuptiales faces, aridi verbasci caulibus in ipsum intinctis, ut ait Agricola, facit, & eo curruum axes inungit. Bitumine olim simulachra Romæ pingebantur, ut habet Plinius

D *lib.* XXXIV. *cap.* IV. Scribit enim Antiquos pingere solitos imagines bitumine, quo magis mirum est placuisse auro integere. Gagatem lapidem bituminosi generis esse perspicuum est, ideo de eo cum Pissasphalto aliquid adjiciendum putavi. De Gagate Galenus his verbis scribit: *Lapides tabularum instar latos, & nigros, ac qui in ignem impositi, flammam exilem emitterent, multos ex Cœle-Syria asportavi, generatos in colle qui mare, quod appellant mortuum, circundat, & quidem ab ortu, ubi & bitumen gignitur. Odor etiam eorum*

E *lapidum erat similis bitumini: sine dubio autem aquæ calidæ altius sub colle illo bituminoso manentes, bitumen abradunt & liquefaciunt, idque in locum in quo exiliunt, effundunt. Quod vero bitumen nigrum æstu maris ejectum reperitur in littoribus, syncerum ut Judaicum est solaque duritia ab eo differt. Scissile & latum non est, atque etiam in hoc differt a fossili.* Hæc ille.

Quod ad succinum, seu lyncurium, sive Pterygophoron attinet, nihil plane hoc loco scribere constitui, ut puta quod teste Herodoto & Diodoro arboris gummi sit

F ex multis quidem argumentis alias probaturus sum: esse quoque falsum quod ex terra petatur, quemadmodum id scaturire. Sidit nempe, quomodo ergo fluctibus ad litus ejicietur? Itaque cum gummi arboris sit, ejus descriptio ad hanc tractationem nihil facit.

Succinum arboris gummi esse.

CAP. VIII.

De Nitro.

Nitri dotes.

PRÆCIPUAS olim nitri dotes Ægyptii cæterique orientales populi in asservandis defunctorum corporibus collocabant, quod eo Salitores potissimum uti solerent, quanvis & alia quædam hanc vim obtinerent, sed eo fortius nulla. Hujusmodi autem sunt aromata, & sales, multa alia adstringentia atque exsiccantia: de quibus Græci tum Historici, tum Medici abunde meminerunt. Quum autem ea huic rei quam instituimus multum congruere videantur, tanquam affinia propositæ materiei ea pertractantes fusius de illis perscribemus. In primis autem occurrit nitrum, quod ab Herodoto, Diodoro, & multis aliis mirum in modum ad servanda corpora expetitum fuisse cognoscimus, cum multis locis, tum eo potissimum, ubi de Cedria, & de servato corpore loquuntur. Hæc Herodotus habet: *Et tot quot diximus diebus nitro condiunt*. Deinde rationem reddens addit: *Nitrum autem*, inquit, *carnes tabefacit mortuique tantum cutis, & ossa relinquuntur*. Ex quibus verbis, nitrum maximo usui in condiendis cadaveribus fuisse constat. Tanta nunc nitri in Europa penuria est, ut nemo eorum sit qui rem medicam faciunt, qui se nitrum vidisse dicere audeat. Magna certe in nitro facta est impostura, si alia unquam in re alia, ex quo homines meminerunt, fieri potuit. Nam promiscue lapidis Assii flore pro nitro utebantur, & adhuc nunc utuntur, nitrum vocantes, nec simpliciter nitrum, sed cum cognomento salem nitrum, idque perperam: siquidem non salem vocari decet, sed nitrum solummodo. Alii vero nitro carentes, Alkali salem pro nitro vendunt. Sed Alkali sal fusile est, & ab igne eliquatur, quod in nitro non fit. Sunt & alii qui nitrum unum artificiale, alterum vero constituunt nativum, sed magno errore. Ideo qui sua propria quadam authoritate res sibi incognitas docere student, non sunt audiendi. Mirum est Medicos excellentissimos non advertisse, id quod nos salem petræ vocamus, nullo modo nitrum esse posse. Antiquorum nullus extat, qui nitrum in artificiale & nativum distinxerit, quorum alterum per se concretum in monte ligone effoderetur, alterum autem arte fieret. Nam omne nitrum salis modo fit; arte quidem comparari, & hominis industria ut sal fieri, atque etiam sine artificio per imbres condensari, ut infra dicemus, potest: sed natura nusquam nitrum terra contectum fecit. Nam extra terram omne nitrum reperitur, sive nitrum in solitudine concretum fuerit, sive eorum industria qui ei rei dant operam, quemadmodum ex Nili inundatione, tum ex aqua pluvia, vel fontis rivulo, nullum tamen nativum e terra effoditur. Nitrum enim ex quibuslibet aquis fieri asserui, ut etiam ex dulcibus. Aqua cœlestis omnium dulcissima, levissima, purissima optimum nitrum efficit: quam rem aqua Nili etiam præstat, ex quo vim istam terræ densandi nitri referre acceptum oportet. Quod quidem Theophrastus *lib.* III. *cap.* XXII. his verbis probat: *De sale vero, aut salsugine, quam adhibere consueverunt*, inquit, *simplex ratio reddi potest, quod palmæ loca salsa plurimum concupiscunt: & argumentum, quod ubi palmarum copia est, solum tale spectatur, ut in Aphrica, Syria, atque aliis tractibus. Quo fit, ut ubi salsugo non sit, ope proxima salis subveniant*. Paulo post addit: *Palma enim quanquam aerem circumfusum calidum quærat, ut fructus maturescere possit, tamen radicibus refrigerari ob siccitatem desiderat: quod sal subministrat*. Capite sequenti addit: *Aquæ autem salsæ quibusdam quoque oleribus congruunt: qua de causa nitro in nonnullis utuntur*. Ex quibus Theophrasti verbis perspicuum est, terram ipsam in nonnullis tractibus, ut Syriæ, & Aphricæ, natura salsam esse: nam cum scribit palmas loca salsa plurimum concupiscere, argumentum est, quod ubi palmarum est copia, solum tale spectari soleat. Hincque facile colligere possumus terræ nitrum efficiendi non autem aquæ vim inesse. Nitrum precio in Aphrica multo sale vilius est. Nam etiamsi sal artificiose factitetur, aut e monte fodiatur, is tamen precio vænit maximo, quia plebs eo non potest carere. Quicquid enim ex sale conficitur, maximum habet in alimentis hominum usum. Nitrum vero eundem quem sal honorem non habet: nam suapte natura sese coagulat, nulla hominis opera coercitum. Quæ causa fuit, cur Arabes, qui longius a mari abessent, & Ægyptii cum nitrum ex suis convallibus concretum haberent, eo potius usi sunt pro sale, quam salem aliunde peterent: scilicet quod sal quæstuosum annosumque efflagitet nummum, nitrum vero ab iis nullo ære comparetur. Ægyptii suo nitro raphanos aspergunt, non aliter ac nos sale. Ideo cum indigenæ primum nitri periculum fecissent, atque etiam quod panes, pulmenta, jura, carnes, & alia denique reliqua obsonia nitro salita, sanitati conferre comperissent, aliunde salem non petiverunt, sed suo nitro pro sale usi sunt, docueruntque regiones externas commode nitro pro sale uti posse. At Macedones aliquid de Chalastræo pro sale addunt ad farinam, cum eam subigunt ut faciant panem. Hinc plerique nitro uti maluerunt quam sale.

Ortum ducit nitrum in multis regionibus Europæ, Asiæ, & Africæ. Sed authores unum ab altero bonitate & pravitate distinguunt. Nitrum ab omnibus laudatur Berenicum, etiam a Galeno commendatum. Est autem Berenice urbs in qua fuimus, Cyrenaica prima, quæ inter quinque maximas urbes nominatur, in Syrtis extimo cornu est, quondam a matre Philadelphi ita nominata. Fontes, quos Plinius amaros vocat, ad rubri maris litus, quorum nos etiam aquam potavimus, nullius insignis amaritudinis essent participes, nisi solum illic

Nitrum corpora servat.

Nitri nunc in Europa penuria est. Impostura in nitro facta.

Alii lapidis Assii flore pro nitro utuntur.

Salem nitrum perperam dicimus.

Nitrum male in nativum & artificiale distinguimus.

Arte nitrum fieri posse.

Ex aqua simplici nitrum fieri posse.

Nitrum in Aphrica sale vilioris est precii.

Ægyptii nitro loco salis obsonia condiunt.

Chalastræum nitrum.

Nitrum Berenicum.

nitrosum esset. Omnes quoque Arabiæ fontes, propter solum nitrosum, amarore suffusi sunt. Lacus Macedoniæ nitrosus, Hesperidum Græciæ fabulis celebris, non procul oppido Chalastra, circa canis ortum gignebat nitrum. Authores, nitri spumam, nitrum & aphronitrum variis nominibus appellant. Galenus lapidosum primum uri jubet, deinde in pulverem levigari. Ex quo perspicuum est, nostrum salem petræ nitrum nullo modo esse posse, quod nec uri, nec ex sese cinerem efficere valeat. Nihil apud Absyrtum in veterinaria Medicina nitro frequentius est. Utebatur eo & Ganea, in qua ejus periti observaverunt tenerescere nitro multa, præsertimque herbarum radices, candorem obsonia contrahere, & olera viridiora fieri. Hinc Martialis cecinit *lib.* XIII. *epigr.* XVII.

Nitri spuma.

Salem petræ non esse nitrum.

Ne tibi pallentes moveat fastidia caules,
Nitrata viridis brassica fiat aqua.

Floris Asii lapidis usus.

Florem Asiæ petræ, eum cujus nostra ætas magnum in missilibus igne tormentis usum habet, nitrum quidam vocant. Cujus rei legentem monere voluimus, ne quis credat ea, quæ de nitro referimus, cum falso suo illo vulgo sale, nitro vocato, quicquam habere commune. Avicenna Armenum nitrum præfert Ægyptio. Dioscorides ex Bunis etiam nitrum plurimum laudat. Vulgus Turcarum nitro quotidie utitur, cum tamen nobis ignotum prorsus existat. Nitri, Memphi & Byzantii, tanta est apud negotiatores copia, ut nihil vulgarius sit. Vulgari nomine *Natron* dicitur. Sic quoque in Damasco. Concrescit in Oriente affatim, patriamque habet Asiam, quam cum Scythæ olim crebris incursionibus vastarent, idque Galieno Imperatori literis & nuntiis significaretur, per jocularem quandam licentiam dixit: *Quid? sine aphronitris esse non possumus?* Magnum habet usum in tingendis serico & lanis nitrum.

Nitro apud Turcas nihil vulgarius.

Dum Macedoniam peragrarem, lacum ex quo nitrum olim petebatur studiose visi, ut nitrum inspicerem: sed tum mihi ab indigenis responsum est, nihil illic nitri amplius fieri. Serapio semper Bauracem quo utuntur nostri aurifices, commiscet cum nitro. Nitrum revera beneficio soli & æstuantis solis vi perficitur: ex quo Græcis nonnullis *Halmirhaga* dictum est, nomine ducto partim a sapore, quem habet subsalsum; partim ex eo quod ex terra asciscitur: nam ab inundatione Nili aut ab fontis rivulo, aut ab aqua pluvia solum salsum suapte natura agens in antrum concretum redditur, & tumque illud absque ulla hominis opera atque labore perficitur. Id vero mihi circa Belbam Ægypti vidisse contigit. Nitria in Ægypto urbs a nitro dicta est, ubi nitrariæ erant, ex quibus aqua infundebatur ad Naucratim, & Nitriam, & Memphim, ut in salinis mare. Solitudinem inter Memphim & Jerosolymam concretam nitro vidimus, ex qua tanta nitri quantitas auferri potuisset, ut eo quamplurimæ naves onerari facile potuissent.

Halmirhaga.

Nitria urbs.

Solitudo concreta nitro.

A Solitudo illa concreta nitro longior erat quam medium milliare: quam cum nocte prætergrederer, salem putabam esse illic densatum. Cum autem illud ad lunæ splendorem micaret, repercussione in oculos icta pupillam tangebat: in quo etiam cameli, equi, & muli pedis vestigium deformatum relinquebatur impressum, sed cum ex equo descendissem, & ligone, quem ego semper in meis profectionibus gestabam, abscidissem: idem cum eo nitro, quod jam Memphi videram, esse cognovi. B Non itaque nitrum ex monte ligonibus effoditur, vel ex quodam subterraneo specu excavatur, sed ex solitudine concretum legitur. Nihil vetat quominus ligone auferatur, sed nullo modo terra contectum comperitur. Ideo terreæ substantiæ id adscribendum magis quam aquæ. Terra enim illic quandam habet nitrosam substantiam. Cum aqua pluviæ, Nili, aut fontis diu in convalle steterit, salsuginosa & nitrosa tandem evadit, quandam ad se substantiam ex profundo, & salsam materiam evocans, quæ postea C salis instar, solis calore concrescit, duriorque ipso sale redditur.

Nitrum non effodi ligone.

Tota nitri gleba non uno eodemque die concrescit, sed per vices, paulatimque aucta & exsiccata evadit. Primum quod ex nitro concrescit, densam non habet spissitudinem. Postea vero dum alia madescit aqua, aliud paulatim prædictæ adjicitur operimentum. Quod magis ac magis indurescens tandiu concrescit, donec ad sesquipedalem crassitudinem deveniat. Quo fit, ut tota nitri facies quandam Cadmiæ placoidis servet similitudinem. D Siquidem tota gleba zonarum decursibus constat rectis, non autem ambagioso anfractu diductis: quæ nota arguit nitrum ex planicie oriundum, vel in solitudine quadam concretum.

Cætera porosum nitrum in aqua diluitur, ita ut etiam ne fæcem quidem ex nitro videas subsidere, quanquam magna terræ substantiæ copia in nitro comperiatur. Cujus rei argumentum est ipse cinis. Siquidem ex nitri crudi libra una, postea usti, unciæ quatuor cinerum ustulatorum mihi id studiose rimanti tantum su- E perfuerunt: quod argumentum est verissimum, multum illud terreæ materiæ admixtum habere: ideo nonnulli nitrum frigidam suo gradu obtinere facultatem scripserunt, cum tamen nostrum sal petræ igni contactum ocyssime flammam concipiat, totumque in aerem resolvatur. Hinc colligimus valde esse tenuium partium: nam gustatum quoque cum maxima tenuitate pungit, atque copiosam ex alto salivam provocat.

Nitrum frigidum est.

Sal petræ.

Nitrum triplicem habet differentiam: F Nitrum enim id dicimus quod est candidum, roseo colore in foramina dehiscens, perinde quasi spongiosum quiddam, quale ex Bunis adfertur, cæteris, ut scribit Dioscorides, præferendum, durum & spissum: ut maxima ex parte Ægyptium est, quod lapidis instar induruit in acervos, qui, quod speciem habeant collium, *βουνοὶ* Græcis dicuntur.

Triplex nitri differentia.

Secunda quæ sequitur differentia; non a Dioscoride ita distinguitur ut a Galeno.

Galenus nomen nitri dupliciter usurpat.

Spuma Nitri

Aphronitrum.

Galenus enim dupliciter spumæ nitri nomen usurpasse creditur. Aut enim separatis duobus vocabulis Α φρὸς νίτρȣ appellat, aut ex utroque nomine composito ἀφρονιτρόν. Hinc Martialis in *Apophoretis* sive lib. XIV. utrunque illi nomen hoc disticho tribuit, epigr. LVIII.

Rusticus es? nescis quod Græco nomine dicar,
Spuma vocor nitri, dicor & Aphronitrum.

Operimentum nitri. Capistrum nitri.

Plinius hanc sensisse distinctionem videtur. Siquidem spumam nitri habet, quam Latine *operimentum* vocavit, Avicennæ vero Interpres *capistrum* nitri: non quod nitrum efferbuerit, & spumam fecerit in canescente convalle sub Sirio ardore, aut quod per se sit spuma, ut est spuma levis quæ ex posca proficiscitur, nam postea spumam seu florem levem, dum fervet, facit, quæ nunc Byzantii venditur, aut alia quævis maris aut salis spuma: sed spuma nitri ipsi nitro insidet, ac sub dio etiam in nitrariis & convallibus ex sese effloreseit. Roribus enim nitrum efflorescit, utpote quod madescat noctu: eaque spuma jam perfecta ipsi nitro insidet sub dio, nitrique incremento accedit. Et in superficie insidet. Idcirco recte *capistrum* Interpres Avicennæ vertit: melius vero Plinius *operimentum*. De nitri spuma Plinius sic scribit: *Spumam nitri, quæ maxime laudatur, Antiqui negabant fieri nisi cum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri incitatis etiamsi caderet. Alii operimentum fermento gigni existimant.* Hæc ille. Dioscorides hujus meminisse videtur, cum Aphronitrum duobus vocabulis ἀφρο νιτρον describit, nihil tamen de Aphronitro habet. Is de hoc operimento sic tradit: *Spuma nitri optima esse putatur levissima, glebosa, friabilis, colore pene purpureo, aut spumosa, & mordens, qualis ex Philadelphia Lydiæ defertur. Secunda est Ægyptia. Quin & in Magnesia Cariæ gignitur.* Hæc ille.

Spuma nitri.

Aphronitrum quid. Plinii de Aphronitro locus

Quomodo autem flos iste gignatur, jam supra retulimus: quem Plinius modo *operimentum*, modo *spumam nitri* appellat, paulo post *Aphronitrum*. Quid autem istud Aphronitrum sit, dicendum videtur. Distinguo Aphronitrum a spuma nitri, id est, operimento. Plinius *capite* XVII. hoc modo habet: *Si vero Aphronitrum & nitrum adjiciatur.* Crediderim sane Plinium & Serapionem ex eodem fonte hausisse quæ de eo scribunt. Serapio enim cum de nitro loquitur sic scribit: *Et species ejus*, inquit, *sunt duæ. Una earum nominatur nitrum, & est sal petrosus, cujus color vergit ad rubedinem, & sapor ejus ad salsedinem cum pauca amaritudine, significans semper adustionem suam. Et species alia dicitur Baurac panis, quia in Yaya utuntur eo in pane.* Hic ubi Serapio *Yayam*, Plinius *Macedoniam* habet. Deinde pergit Serapio his verbis: *Et hoc quia homines illius terræ dissolvunt ipsum in aqua, & liniunt eo panem antequam coquant eum: recipit enim claritatem ab eo.* Hactenus Serapio. Paulo post de artificiali loquens, quod quidem nihil aliud esse videtur, quam illud quo artifices vulgo utuntur, *Bauracem* vocant: *Sed Baurac*, inquit, *artificiale nuncupatur; & est sal petrosus, incisivum, abstersivum: & generatur ex materia nitri, & humiditate plumbi, & Kali quando miscentur ad invicem. & ponuntur ad ignem.* Hactenus Serapio de artificiali nitro. Rasis quoque de hoc artificiali nitro in libro *introductorio ad Practicam*, eadem fere quæ Serapio habet: *Una ex speciebus Baurac*, inquit, *est Baurac, quod fit artificialiter, & est album & est ex eo quod est spumosum, & est melior omnibus, cujus color terreus est ac pulverulentus, & ex eo est Tincar, quod fit & sigillatur.* Hæc Rasis. Plinius autem sigillationem istam non omisit, quam Gal. & Dioscorides tacent. Plinii verba hic apponam, ut per Arabum sigillationem in *Tincar* Plinium eadem quæ Arabes tradere, ostendere possim. Ea sunt: *Proxima ætas Medicorum Aphronitrum tradidit in Asia colligi, in speluncis mollibus distillans. Specus eos colycas vocant, dein siccant sole. Optimum putatur Lydium. Probatio, ut sit minime ponderosum, & maxime friabile, colore pene purpureo. Hoc in pastillis adfertur.* Hæc Plinius: cujus verba omnino belle correspondent cum his quæ habent Arabes. Quid (quæso) aliud *pastillorum* nomine hic author intelligit, quam id quod *sigillationem* Serapio vocat? Rasis autem addit Ægyptium nitrum in vasis picatis adferri, ne liquescat. Aphronitrum proxima Medicorum ætas, ut Plinius docet, in Asia colligi tradidit. Nam Dioscoridis tempore & ante Dioscoridem, sigillatio illa spumæ nitri, & Aphronitrum forte non erat. Plinius Lydio principatum tribuit. Insuper cum eligendi notas scribit Plin. easdem Aphronitro tradit, quas Dioscorides suæ ἀφρο νίτρον. Sed ut libere de istis tribus quæ sentio dicam, omnes ex eadem massa proficiscuntur, quanquam a locis & terra diversum nanciscantur colorem: alias enim gleba rosea est, alias alba. Lydiæ & Ægyptiæ operimentum insidet in planiciebus.

Sal petrosus.

Baurac panis.

Bauracis confectio.

Tincar.

Pastilli ex nitro.

Lydium nitrum.

Operimentum nitri.

Nitri usus ad detergenda corpora in Laconica fuit maximus. Cum autem nitri gleba diutius asservata in ædibus fuerit, sensim contabescit, marcescitque, & usque ad intimum cor satiscit. Unde ea durities, quæ ante in nitro erat, sensim in molliciem vertitur, friabileque redditur. maxime si in loco humido detineatur. propterea tamen non desinit esse gleba, sed mollior quam in nitro. Medici cum adverterent velut metamorphosim quandam, nempe quod ante durum in mollius corpus facile desisceret, nomen mutare, & vires illi seorsum ascribere excogitarunt. Id autem dixi nitro ut mutetur accidere, quod in meis nitri glebis, quas ex Oriente mecum detuleram, expertus sum: quarum cum amicis magna frusta dedissem, quidam apud me conquesti sunt ea in pulverem versa esse: alii qui in picciori loco asservarant, non in pulverem versa, sed mollius corpus assecuta, & mutasse colorem narrabant. Plinius totum *x. cap. libri* XXXI. nitro destinat: *Non est*, inquit,

Nitrum in pulverem facile convertitur.

differenda nitri natura, non multum a sale distans, & eo diligentius dicenda, quia palam est Medicos, qui de eo scripsere, ignorasse naturam, nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. Exiguum fit apud Medos, canescentibus siccitate convallibus. Ista sunt Plinii verba. Nonne videmus, quomodo dicat nitrum in convallibus siccatis in Media fieri? Hinc liquet quod jam initio hujus cap. paulo ante dicebam, eos falli plurimum, qui nitrum subterraneum quiddam esse, veluti metallum, prodiderunt. Canescentibus itaque convallibus siccitate, postquam aqua imbris fontisve exsiccata fuerit, ac a solo condensata, in nitrum vertitur. Addit postea Plinius: *Minus etiam in Thracia juxta Philippos, sordidum terra, quod appellant agrium*. Hactenus ille. Ego affirmare ausim in Thracia desiisse amplius nitrum fieri: nam cum & Thraciam & tractum circa Philippos peragrarem, ut nitrum viderem, nec circum urbis ruinam, nec adjacentem regionem, aliquid comperi.

Nitrum fieri in Thracia desiit. Chalastra

Chalastræum nitrum ab urbe Chalastra nomen accepit. Hanc illam esse crediderim, quam Alexander a sui equi nomine Bucephalam postea appellavit. *Aquæ nitrosæ* (inquit Plinius) *pluribus locis reperiuntur, sed sine viribus densandi*: qui in iis, quæ a me dicta sunt, mecum facit. Non enim (ut dixi) omnis nitrosa aqua nitrum efficit. Sic quoque quævis terra nitrosa, etiamsi aqua perfundatur, nitrum non efficit: nam a sole ut densetur vim habere necesse est. Ideo vis hæc aquæ credetur non inesse, sed terræ. Ex levissima enim purissimaque & dulcissima aqua fieri nitrum certum est. Nitrum ex se gravissimum est. Sidit enim in aqua, ut lapis: *Optimum nitrum*, (inquit Plinius) *copiosumque in Letis Macedoniæ quod vocant Chalastricum, candidum purumque, proximum sali. Lacus est nitrosus, exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit nitrum circa canis ortum novenis diebus, totidemque cessat, ac rursus innatat, ac deinde cessat*. Hactenus. Ex quo apparet, quod solis calor nitrum condensat, modo soli natura respondeat, ut etiam ipse testatur his verbis: *Quo apparet soli naturam esse quæ gignat, quoniam compertum est, nec sales proficere quicquam cum cesset, nec imbres. Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri, nec effluere. Iis autem diebus quibus gignitur, si fuere imbres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia validius commovent limum. Et hic quidem nascitur. In Ægypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius: nam fuscum lapidosumque est. Fit pene eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem nitrariis. Excedente Nilo siccantur, decedente madent succo nitri quadraginta diebus continuis, non (ut in Macedonia) statis. Si autem imbres adfuerint, minus de flumine addunt: statimque ut densari est cœptum, rapitur, ne resolvatur in nitrariis. Ipsum autem conditum in acervis durat*. Ista omnia Plinius de nitro tradit, quæ satis abunde docent nitrum nusquam effossum esse ab aliquo monte vel solo, immo (ut supra scripsi) statim

Chalastricum nitrum.

Ægyptium nitrum.

ubi densari est cœptum, si imbres affuerint, ipsum in acervos condunt ut duret, alias in ipsis nitrariis ab imbre liquaretur, & ita rapitur, ne resolvatur in nitrariis. Quæ postea ex Plinio sequuntur, videntur esse obscura, cum inquit: *In nitro optimum quod tenuissimum, & ideo spuma melior. Ad aliqua tamen sordidum, tanquam ad inficiendas purpuras, tincturasque omnes*. Ex quibus verbis constat, nitri eum duo genera constituere: tenuissimum alterum, quod *spumam* vocat, & tanquam optimum præfert: alterum vero sordidum, ad aliqua utile, tanquam ad inficiendas omnes tincturas: *Magnus*, inquit, *& nitro usus, qui dicetur suo loco. Nitrariæ egregiæ Ægyptiis: nam circa Naucratim & Memphim tantum solebant esse, circa Memphim deteriores. Nam & lapidescit ibi in acervis, multique sunt tumuli, ea de causa saxei. Faciunt ex his vasa. Necnon frequenter liquatum cum sulphure coquentes in carbonibus. Ad ea quoque quæ inveterari volunt, illo nitro utuntur. Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit a colore terræ*. Hactenus de nitro. Sequitur nunc ex eodem spuma nitri, quam maxime laudat: *Atqui eam Antiqui negabant fieri posse*, inquit, *nisi cum ros cecidisset, prægnantibus nitrariis, sed nondum parientibus. Itaque non fieri incitatis etiamsi caderet. Alii operimentum fermento gigni existimavere*. Hæc a Plinio de spuma nitri dicta sunt. Sequitur ut quæ de eo nitro ab aliis tractantur, persequamur.

Spuma nitri.

CAP. IX.

De Nitro factitio seu Chrysocolla, quæ Arabibus Borax *dicitur*.

RECENTI nitro tanta est durities, ut etiam ferrum obtundat in lapidis durissimi modum. Ideo hunc Serapio merito *salem lapidosum* vocat, sive *petrosum*. De nitro factitio nonnulla hic occurrunt dicenda. Nam cum Arabes unum Chrysocollæ genus, quo nunc passim utimur, excogitarint. quo omnes aurifices orbis utuntur, quæritur an prisca ætas etiamnum id cognoverit? cum nemo aut antiquorum aut recentiorum ejus descriptionem exacte tradiderit. Hoc vulgo *Borax* vocatur. Latini *Santernam*, Arabes *Tincar* dixerunt. Vox hæc tam ambigua fuit, ut inter eos de re eadem non constet, atque (ut dixi) plerumque *capistrum* auri & argenti interpretentur. Januensis putat id atramentum sutorium esse, nec constat apud authores neotericos, quid Arabes pro suo *Tincar* intellexerint. Mesues cum de Chrysocolla scribit, aliorum omnium sequitur sententias, qui ex urinis infantium fieri contendunt. Ideo omnes hoc artificiale nitrum Chrysocollam vocare malunt. Hinc oborta est erroris occasio, quod omnes Arabes nitrum constituerint factitium, & nativi nitri vires illi tribuerint, quæ Chrysocollæ debentur, qua nunc passim & olim omnes aurifices orbis usi sunt. Avicenna cum *Tincar* minerale & artificiale constituit, hoc est, de

Nitro lapidis durities.

Borax. Santerna. Tincar. Capistrum auri.

Tincar minerale.

Tincar artificiale Chrysocolla.

Chryſocolla intelligendum. Plinius cum de Chryſocolla ſcribit, de ea multo melius quam quivis alius author diſſerit. Notum illam quam Dioſcorides Chryſocollæ ut porraceo ſit colore tradit, Plinius illi hanc commendationem dedit, ut colorem herbæ ſegetis læte virentis, quam proxime reddat. De qua viridi inquam Chryſocolla hic nequaquam loquor, ſed de ea quam Arabes, atque qui eos ſequuntur, *Baurach* vocant, quam *Santernam* dixerunt, Dioſcorides vero & Galenus *Scoleciam*, aut aurificum æruginem, quæ modis fiebat multis: cujus etſi authores varias deſcriptiones adferant, omnes tamen nitrum recipiunt.

Scolecia. Aurificum ærugo.

Fruſtra autem torquentur nonnulli, qui varias deſcriptiones ad hoc tactitandum excogitant. Alii cum ſale & lacte alumen & urinam adjiciunt: alii cum tartaro (*fæcem vini vocant*) mentiri conantur. Quod Latinis Chryſocolla *Santerna* vocata, idem ſit quod *Borax*, quo noſtri aurifices in agglutinando auro utuntur, ex Plinio *lib.* XXXIII. *cap.* V. his verbis probari poteſt: *Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam ſimiliter utentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis urina, addito nitro. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis: Santernam vocant noſtri. Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum vocant, ſi numquid eſt, ſi addita Santerna nitescit.* Hactenus Plin. Nec conſtat apud quempiam alium authorem, quod Chryſocolla ſit, qua a noſtris aurum ferruminatur, ut argentum. Jam initio prædicti *capitis* Plinius naturalem Chryſocollam deſcripſerat. Ultimo Santernam adjecit, de qua hic maxime agimus, nam ea eſt quæ ex nitro comparatur. Borax iſtud tanto precio, quum hæc ſcriberem, vænibat, ut fere auri pondere uſtularum venderetur. Boracis hujus ſive Santernæ compoſitionem Serapio fere ſimilem cum Plinio habet: nam in libro *de temperamentis Simplicium* ſcribit Bauracem artificialem nominari nitrum, & generari ex materia nitri, & humiditate plumbi, quando ſimul miſcentur & ponuntur ad ignem. Dioſcoridis itaque *Chryſocolla*, & *Scolecia* Plinii, *Santernaque*, & Arabum *Tincar*, idem mihi eſſe videntur cum eo quod noſtro ſeculo aurifices *Boracem* vocant, cujus uſtulato cinere in agglutinando auro utuntur, ut id auro glutinum ſit, quemadmodum argilla ferro, Cadmia æris maſſis, alumen laminis, reſina plumbo & marmori, & plumbum album nigro, ipſoque albo oleum, item ſtannum æramentis, ſtanno argentum. Dioſcorides porro, quem Galenus in hac re ſecutus eſt, nullum aliud cognomentum Chryſocollæ adjeciſſe videtur, quam aurificum æruginem, qua aurum ferruminant. Siquidem is in capite *de ærugine* duo genera ſtatuiſſe æruginis videtur, foſſilem unam, alteram vero factitiam: quam paucis verbis definivit, ea quæ ad aurifices tantum pertinere videbantur omittens. Cujus hæc verba ſunt: *Fit & quædam ærugo ab aurificibus mortario & piſtillo Cyprii æris cum urina pueri impubis, quo aurum ferruminant.* Hactenus ille. Plinius vero eadem verba habet, ſed compoſitioni nitrum adjicit: *Nam, ut mihi videtur, fruſtra ſine nitro tereretur. Quod ſi urina impubis pueri totum annum tereretur, ut vult Dioſcorides, agglutinare aurum argento non poſſet.* Ex hoc loco, tum ex multis aliis, crederem Plinium, Dioſcoridem non vidiſſe. Potuit tamen ejus exemplaria legiſſe, ex quibus Dioſcorides ea quæ ſcripſit excerpſerat. Hæc itaque nota Dioſcoridis obiter dicta ſit, tanquam ad Chryſocollam pertinens. Plinius iterum *lib.* XXXIV. *capite* XII. vocat *Santernam*. Nam quum de Scolecia ſcribit, hoc modo habet: *Eſt & alterum genus æruginis, quam Scoleciam vocant, in Cyprio ære, hoc trito alumine & ſale, aut nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo. Non fit hoc niſi æſtuoſiſſimis diebus circa canis ortum. Teritur autem donec viride fiat, contrahaturque ſe in vermiculorum ſpeciem, unde & nomen. Quod vitium ut emendetur, duæ partes quæ fuere aceti, miſcentur urinæ pueri impubis. Idem autem in medicamentis & Santerna efficit, qua diximus aurum ferruminari.* Nomen Græcum Chryſocolla bene convenit ei, quod ab Arabibus *Borax* vocatur, quo aurifices utuntur. Chryſocolla autem mineralis, qua Medici utuntur, ab hac ita diſtinguitur, quod altera nativa ſit, altera vero factitia, cujus apud aurifices uſus eſt maximus. Compoſitio autem fere ignorabatur, attamen baſis compoſitionis ei præcipua eſt nitrum.

Santerna ex nitro componitur. *Chrysocolla, Scolecia, Santerna, Tincar.* *Aurificum ærugo. Ærugo fossilis. Ærugo factitia.* *Santerna.*

CAP. X.

De flore Aſiæ Petræ, quem male quidam pro nitro ſumunt.

Ex authoribus antiquiſſimis nullus eſt, uno Plinio excepto, qui rem quandam eſſe ſcribat, quæ ſine alimento per ſe flagrare poſſit: quod certe noſter Sal petræ facit. Ille *lib.* XIV. *cap.* XX. ſcribit, *quod fæx vini ſiccata recipiat ignes, ac ſine alimento per ſe flagret. Cujus cinis nitri naturam habet eaſdemque vires, hoc amplius quo pinguior ſentitur.* Hactenus. Nitrum itaque per ſe non flagrat ut ſal petræ, ſed igniri poteſt & candens fieri atque extingui, atque inde cinis ſupereſſe, id quod in ſale petræ, ſive lapidis Aſii flore nequaquam accidit. Totus enim in aeream ſubſtantiam diſſipatur. Qua autem ratione motus velim noſtrum ſalem petræ eſſe Aſii lapidis florem, brevibus indicabo.

Sal petræ sine alimento flagrat.

Primum quod olim, ut nunc, flos hic petris inſideret: deinde quod maximus & vulgatiſſimus fuerit olim floris lapidis Aſii uſus, ita ut fere ſemper, ſi nitrum non adeſſet, nitri loco hic Aſii lapidis flos ſubſtitueretur, propterea quod ob magnam quam habet erodendi vim, Sarcophagos quoque vocatus eſt: quæ vis vulgo etiam a noſtris Sali petræ tribuitur. Nam ſi quid de ejus liquoris ſtillatitii gutta alicui applices parti, eam ſtatim exuret. Inſuper etiam nunc idem fere nomen retinet. Neque ſi quiſpiam ejus originem deſcribat, alia fere dicere

Asii lapidis flos. Sarcophagos.

Asiæ petræ flos.

poteſt, quam quæ ab Antiquis de Aſiæ petræ flore ſcripta fuerunt. Nam Dioſcorides cum Aſium lapidem deſcribit: *Ejus flos*, inquit, *ſalſugo ſubflava eſt, ſummo lapide inſidens, compage tenui, colore in aliquibus albo, in aliis pumici ſimili ad luteum vergente. Admotus linguæ aliquantulum mordet*. Quod ſi nos noſtrum ſalem petræ velimus deſcribere, nonne dicemus florem eſſe, ſive lapidis efflorescentiam quandam ſalſuginoſam, ſummis lapidibus inſidentem, compage tenui, colore ut plurimum albo, in aliis aliter, qui admotus linguæ aliquantulum mordet, ſaporis ſalſi, unde & nomen habet, tum a ſapore quem præ ſe fert, tum a petris a quibus abraditur? Sed quiſpiam forte dicet florem lapidis Aſii ab ipſo lapide dictum eſſe, qui ex Aſſo Troadis promontorio (in quo fuimus ipſi) petitur, ideo noſtrum florem petræ non eſſe Aſii lapidis florem, quod Aſio lapide careamus, contendet. At ego illi hanc appellationem in Phrygia ab eo lapide ſic initio adinventam concedam: ſed tamen nihil obſtat, quominus noſter ſal petræ cum Aſii illo flore conveniat. Miror vero inſignem hanc notam, quam in lapidis flore vidimus, a Veteribus prætermiſſam fuiſſe, quod ſine alimento per ſeſe flagret. Sed, ut jam dixi, tormentorum miſſilium nondum erat excogitata ratio, quamquam nos ignorare non oportet, parietes petris conſtantes non minus ſale ſuo olim effloruiſſe, quam nunc: ſed ille forte ea diligentia ab Antiquis non detergebatur, qua nos ſolemus. Nam vulgus magno quæſtu florem hunc legit, atque etiam arte quadam excoquit. Particulares nunc ſunt opifices, qui præ aliis hunc melius perficere poſſunt, mercenariorumque familiam habent, qui in urbibus ſpurcitias, quas parietibus junctas repererint, ſcopis in ſubjectam concham deturbent, ex quibus poſtea hunc florem excoquunt. Sunt præterea & alii, qui terram putrem & ſalſuginoſam ex ſtabulis & ſimilibus locis, in quibus animalia diu minxerunt, petant: quam ita præparant & madefaciunt, ut ſalſedinem omnem exuat.

Sale petræ deſcriptio. *Aſius lapis quid?* *Ex terra putri florem Aſiæ petræ excoqui.*

Mirum eſt hanc induſtriam excogitaſſe homines, ut ſalem e terra quoque eliciant. De Aſiæ petræ flore tam multa ſunt a Veteribus tradita, atque etiam a Dioſcoride, ut ipſiſſimum ſalem petræ eſſe credamus, quem priſca ætas Aſiæ petræ florem vocavit. Magna eſt in viribus repugnantia inter ſalem petræ & nitrum. Etenim cum ſal petræ diſſolvat ab argento aurum, nitrum vero agglutinet, vires autem diſſolvendi & ferruminandi ſint prorſus diſcrepantes, fieri non poteſt ut in eodem ſimul ſubjecto conſiſtant ambæ hæ vires longe inter ſe diſſidentes. Antiquis autem, qui res metallicas deſcripſerunt, floris hujus facultatem nuſquam cognitam fuiſſe, nempe quod aurum ab argento ſeparet, facillime adducor ut credam; neque enim veriſimile eſt, eos hujus facultatis nullam mentionem fuiſſe facturos. Utebantur autem atramenti ſutorii ſtillatitio liquore, ut nunc quoque in Aſia faciunt illi qui ab argento aurum ſeparant. Noſtri vero ut aquam fortiorem reddant & vehementiorem, ſalem petræ adjiciunt. Nitrum vero id nequaquam exequitur. Siquidem metalla ferruminat, aurum argento adjungit, argentum auro aſſociat: quod tamen ſal petræ nequaquam præſtare poteſt.

Virium repugnantia inter nitrum & ſalem petræ. *Atramenti ſutorii liquor.*

C A P. XI.

De Alkali, ſive Chimiſtico ſale.

EST & alia mihi quæ in nitro fieri ſolet ſcribenda impoſtura, quæ magis fraudem occultat, quam flos petræ. Siquidem cum negotiatores advertunt ſe nitrum non habere, Salem *kali* hujus loco ſufficiunt. Sed hoc Salis genus eliquari poteſt, difficiliterque adſumitur, nec facile ab igne evincitur, quod quidem Græci ignoraſſe videntur, quanquam id nonnulli tertio nitri generi adſcribant. Ex robore aut quercu cremata, immo ex quovis cinere fieri certum eſt. Vulgus Barbarum *Axungiam vitri* vocat: Arabes autem Salem *Alkali*, ab herba Arabum *kali*, quæ Græcorum *Anchillis* eſt, non autem *Soldanella*, ut plerique Italorum putant, quæ quidem ſalſum ſaporem refert, quamvis Ariſt. & Plinius ſalſum ſaporem plantis non ineſſe ſcribant. Hunc ſalem aliqui Alchimiſticum vocarunt, quod ab igne eliquari, & ab aqua diſſolvi oprime poſſit, qui revera ſal eſt: & quamquam eliquetur & diſſolvatur in aqua, tamen noſtri *Axungiam vitri* merito vitrearii vocaſſe videntur. Eſt enim ceu vitri pinguiſſimus flos, innatus nitro in clibanis calentiſſimis & ignitiſſimis, qui cochleari ferreo ex catino, barbari *Cruſibulum* vocant, a paſta nitri decapulatur. Mulieres Venetæ ejus vim non ignorantes, precium huic auxerunt maximo Chimiſtarum damno, qui æs in aurum mutare tentant.

Sal kali. Sal tartari. *Axungia vitri. Soldanella. Chimiſti cum ſalem Alkali vocant.*

Ne autem videar rem velut parum mihi cognitam ſcribere, ea dicam quæ & a noſtratibus fieri comperimus. Vitra ex delectis cineribus conflantur, potiſſimum ex fronde filicis, & aliis herbis, atque ex roborum & quercuum cineribus. Quod ſi quis ſalis hujus confectionem videre cupiat, ei vitrariæ officinæ ſunt petendæ, vitrique axungia poſtulanda. Si vero te Muranum Venetiis conferas, apud eos qui vitrea vaſa perficiunt, hujus etiam magnam copiam videbis. Quod ſi ſal hic *Alkali* conſulto fieret, eſſet quoque multo ejus major quantitas: ſed invitis operariis, hic inter coquendum vitrum, ex quibuslibet cineribus fieri conſuevit. Devehuntur ad nos navigio, potiſſimum Alexandria & Beryto, cineres *kali*, quos vulgus noſtrum *Sodam* nominat: nam Ægyptus ſolitudines vaſtas habet, in quibus ne herba quidem ulla naſcitur, præterquam hæc *Alkali* ſive *Anthillis*, ex qua ſicca Ægyptii calcem coquunt, duplici quidem lucro: nam præter calcis coctionem ex eo proventu colligunt cineres ac aſſervant, quos negotiatores ab eis ementes, tandem per urbes ad litus maris mediterranei & Adriatici ſitas diſtribuunt. Lapides quoque albos duros ex Ticino

Vitra ex quo fiant. *Cineres herbæ kali. Soda. Anthillis.* *Lapides ex Ticino.*

per Padum Venetias deferunt, quos ad vitrum conficiendum in pulverem comminuunt. Cryſtallini vitri cineres iſti duri ſunt, quibus levigatis unam partem præparatam appendunt, eiſque pulveris ſilicum ſive lapidum ſupra dictorum quartam partem adjiciunt: hos ſimul miſcentes demum clibanum implent: agitantque pala eo modo, quo agitatur plumbum in furno dum uritur: nam media clibani pars in editiori loco ignem habet ex lignis accenſum. Cum itaque ambo diu toſta fuerint, albo evadunt colore. Cineres *kali* ſive *Anthillidis* primum ex aqua bulliti, & a fæcibus ſeparati, & elutriati, & ut mos eſt conſumpti, cum tritorum ſilicum alborum pulvere commiſcentur, & (ut ſupra dixi) in clibano ad flammam lignorum accenſorum exſiccantur: ex quibus grandia Catina ex Taſconio, quæ afflatum ignemque & ardentem materiam tolerant, ad eliquandum implentur. Illa materia vitro cryſtallino conficiendo eſt idonea. Nam cum ambo eliquari, & in vitrum jam candens deficere cœperint, liquor quidem paſtæ qua concientur vitrea vaſa, innatare conſpicie-

Vitri cryſtallini.

Anthillis

Catina ex Taſconio.

A tur: qui ſi inde non auferretur, noxam maximam vitro inferret, cryſtallumque vitiaret: neque tamen proprie pinguitudo eſt, ſed veluti flos quidam, ex leviori materia conſtans, quam artifices longis ferreis cochlearibus auferunt. Primus qui e vitro aufertur, precioſior & nobilior eſſe ſolet, mulierumque fucis accommodatior. Hunc Italicæ mulieres ementes, non ſalem *Alkali*, axungiam vitri, aut ſalem Alchimiſtarum poſcunt, ſed ſua lingua *fior de Cryſtallo*, id eſt, *Cryſtalli florem*. Is autem facillime a vitro ſeparari poteſt: nam etiamſi ambo B in olla in furno candeant, ſemper tamen vitro fuſo innatat, atque ita candens infuſus quaſcunque recipit formas, quemadmodum cera: nam ſi eum in ſculptam aliquam formam injicias, eam induet refrigeratus. Galli merito ſua lingua Latinam appellationem ſequuti, *ſuin de voirre* vocant, tanquam *axungiam vitri* dicant. Sylvaticus author *axungiam vitri* vocavit, ut etiam Nicolaus præpoſitus. Extant etiam ſcriptores claſſici, qui Chimiſtarum ſalem nuncupent.

Fucus mulierum Venetarum Florem cryſtalli quid vocent?

Suin de voirre.

F I N I S.



PHILO BYZANTIUS
DE SEPTEM
ORBIS SPECTACULIS,
CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE LATINA
LEONIS ALLATII.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO,

S. R. E. VICE-CANCELLARIO,

LEO ALLATIUS F.



BHINC annos factum est sexdecim, Eminentissime Princeps, cum fausto sanctissimi Patrui tui omine extra modum sumptu, & magnificentia prodiens, Bibliothecam in splendidissimis Barberinis ædibus extruxisti, eo consilio, ut palantia, nec certam incolentia sedem Scriptorum Ingenia, contra vetustatem ævi, liberali, ac perenni accepta hospitio, mutua familiaritate, velut sociali fœdere, devincires; atque eadem tanquam suis in scriptis alloquentia, Eruditorum omnium commoditati, rem publicam, maximis admirationibus, fecisti. Qui enim fieri potuit, ut tam multa, tam varia, tam rara Volumina, typis, & calamo in omni linguarum genere, hac atque illac dispersa, tam repentino bono, tam pulcherrimo facinore, in unum cogerentur? Non solum immortalitatem, ut rem aperiam, ingeniis dedisti, verumetiam, ipsa custodia, in omnes terras transmittis, ut præsentia ubique esse, & claudi possint. Quod vero tantum opus, præter molis structuram, præter subselliorum artificium, & compactorum Librorum ornamenta, præconium sibi vendicet, tum ipsæ spectantium linguæ testantur, quibus id Miraculum plane dicitur, tum laboriosæ Literatorum chartæ, æquam gratiam referentes, prodent. Sane Philo Byzantius meus, qui *de septem Orbis Miraculis* Libellum elegantem, purum, & eloquentiæ luminibus collucentem conscripserat, sed in tenebris ad illum diem cum tineis colluctatum, moram diuturniorem indignatus, non passus est, cum de miraculo ageretur, clanculum ipse silentium facere. Lætus ergo prodiit, tuaque ad genua provolutus supplicatum venit, ut una ipse cum tot aliis admitteretur, & ad septem illius vetusta, hoc quoque novum adderetur miraculum, quo comptior, absolutiorque compareret. Verumtamen, quod optime tum promeruerat Philo, vario rerum humanarum turbine, posthac amisit: namque inter Typographorum manus cum aliis non brevi abhinc tempore ferme senescens, nunquam ab illis impetravit, ut lucem diutius exoptatam typorum beneficio hauriret. Quare, decollante spe, ultra in recentiores tenebras raptari non sustinens, hic Romæ, quando inter exteros id non licuit, sub tui nominis patrocinio emergit; facto ægre indolens, quod, cum hac tempestate multa, potioraque tui prostent miracula, ipse ætate antiquior, humiliora scribere coactus sit. Eum Romana, ut ut potui, toga indutum, Notisque variis pro historiarum varietate collustratum, Eminentiæ Tuæ primo addictum, nunc demum iterum ipse jampridem addictissimus offero. Sane is tua, quam hic experitur, humanitate confisus exorabit, ut tui beneficio alia quoque sua doctissima, summeque utilia monumenta, quorum partem etiamnum ætas non invidit, easdem cum Libellulo hocce vices, in publica commoda, luci tradita sortiantur. Tu interim, Eminentissime Princeps, si per gravissima, quibus distineris, Christianæ Reipublicæ negotia id licuerit, prodigiosam Antiquorum ad fastum tantummodo enatam magnificentiam ex hujusce lectione Libelli speculare; dum nos generi humano Maximi tui Patrui, tuamque adeo amplissimam, & nunquam satis admirandam liberalitatem, ac munificentiam æternum gratulamur. O Deus, serva, obsecro, hæc nobis bona.

ΦΙΛΩΝ ΒΥΖΑΝΤΙΟΣ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ
ΕΠΤΑ ΘΕΑΜΑΤΩΝ.
PHILO BYZANTIUS
DE SEPTEM
ORBIS SPECTACULIS.



1 ΤΩΝ ἑπτὰ Θεαμάτων ἕκαστον 3 φήμη μὲν γινώσκεται πᾶσιν, ὄψει δὲ σπανίοις ὁρᾶται. 4 δεῖ γὰρ εἰς Πέρσας ἀποδημῆσαι, καὶ διαπλεῦσαι τὸν Εὐφράτην, καὶ τὴν Αἴγυπτον ἐπελθεῖν, καὶ τοῖς καλοῖς τῆς Ἑλλάδος ἐνεπιδημῆσαι, καὶ τῆς Καρίας εἰς Ἁλικαρνασσὸν ἐλθεῖν, καὶ Ῥόδῳ προσπλεῦσαι, καὶ τῆς Ἰωνίας τὴν Ἔφεσον θεάσασθαι 5 πλανηθέντα δὲ τὸν κόσμον, καὶ τῷ κόπῳ τῆς ἀπο-

A 

UNUMQUODQUE e septem Orbis Spectaculis, fama quidem nemini non notum, illud autem oculis usurpare paucissimis datum est. Nam adeundi Persæ, trajiciendus Euphrates, peragranda Ægyptus, Græcorum delibandæ delitiæ, Cariæ Halicarnassus penetranda, adnavigandum Rhodum, & ad Ionicam Ephesum appellendum: adeo ut quis erroribus

---

1 Φίλων) De Philone Byzantio, & aliis plura in nostra *de Philonibus Diatriba*.

2 Τῶν ἑπτὰ Θεαμάτων) Quæ Græci ἑπτὰ Θεάματα communi usu commendant, Cassiodorus, *Septem fabricarum in terris miracula*, Diodorus τὰ ἑπτὰ τὰ περιφανέστατα ἔργα, ea Vitruvius Latine in *Proœmio* lib. VII. *septem Spectacula* nuncupavit. Ideo admiranda, quia longe spectentur, nec facilis ad ea omnibus aditus. *Excerpta* ex Himerio apud Photium: Τίς δ' ἂν εἴη Πυραμιδῶν λόγος, εἰ μὴ πόρρω τοῦτο τὸ Θέαμα, ἢ τοῦ κατ' Αἰθίοπας λίθου τοῦ Μέμνονος, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἄνω τῆς πολλῆς θέας ἡ μήτηρ ἔστησε. Septem tantum traduntur fuisse, & ea quæ noster hic Auctor recenset, *Horti Pensiles*, *Pyramides Ægyptiæ*, *Jovis Olympici Simulacrum*, *Colossus Rhodius*, *Muri Babylonici*, *Dianæ Ephesiæ templum*, *Mausoli sepulchrum*. Alii addidere *Cyri regiam*, *Turrim Phariam*, *Labyrinthos*, *Cornutum Ammonem*, *Delium Apollinem*, *Thronum Alexandri*, *Capitolium*, *Hadriani Imperatoris Templum Cyzici factum*, *Molem Transtiberinam*, *Sylvam Ruffiniam*, & alia. Unde nonnulli collegerunt dena quaterna esse, non septem. Fama tamen sermoneque communi probatum est septenario numero, veluti sanctiori, includi. In quo conveniant licet Scriptores, disconveniunt tamen in eorum assignatione. Vide Antipatrum εἰς ναοὺς, *Antholog.* epig. 1. Martialem *in Amphitheatrum Cæsaris*, Cassiodorum *lib.* VII. *epist.* XV. Politianum in *Manto*, Joannem Sapidum in *Sylva de Labyrintho*. Incertus MS. Τὰ ἑπτὰ Θεάματα. α'. Ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ζεὺς πηχέων λϛ'. β'. Ὁ τῆς Ἐφεσίων Ἀρτέμιδος ναός. γ'. Ὁ ἐν Δήλῳ κεράτινος Βωμὸς, ὃς λέγεται γενέσθαι ἐκ θυμάτων τοῦ Θεοῦ μιᾶς μερᾶς δεξιῶν κεράτων. δ'. Τὸ Μαυσώλειον, τὸ ἐν Ἁλικαρνασσῷ. ε'. Αἱ ἐν Αἰγύπτῳ Πυραμίδες, ὧν ἡ μείζων πήχεις ἔχει τετρακοσίους. ϛ'. Τὰ Βαβυλώνια τείχη. ζ'. Ὁ ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸς πηχέων ό, ὃν ἐποίησε Χάρης ὁ Λίνδιος. τινὲς δὲ τάττουσι καὶ τὸ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιεῖον, καὶ τὸν ἐν

B Παρίῳ Βωμὸν, καὶ τοὺς Κρεμαστοὺς, καὶ τὴν ἱσταμένην Ἀθηνᾶν ἐν Ἀθήναις, καὶ τὰ Κύρου Βασίλεια. Prostant, Lector, Opuscula *de septem Orbis Spectaculis* alias edita.

3 Φήμη μὲν γινώσκεται πᾶσιν) Sumptus quippe immensi, vitæ perexiguum spatium, corporis robur imbecille, natura citissime fastidiens, & defervescens, labores ardui, viarum durissimæ vicissitudines, Dynastarum improbitas, & importuna morositas, hominum ingenium alieni semper avidum, semper rapax, latronum beneficium, homines pronos ad optima quæque usurpanda, a simili provincia arcent, & oculis veluti nebulam offundunt, ne videant. Quare fama tantum, quæ pulchra sunt, dignaque quæ spectentur, si acceperimus, satis nobis fecisse opinamur, nec ultra certissimum oculorum testimonium inquirimus. Divinæ solummodo naturæ datum est adesse rebus omnibus, ac res ipsæ sibi ipsis, easque penetrare, & divinæ mentis acie uno ictu deprehendere. Homerus res gestas Græcorum præteritas, ætate jam senescentes, & memoriam fugientes narraturum, Musarum opem implorat, famam negligit a domesticis emanatam auctoribus, *Iliad.* β'.

4 Δεῖ γὰρ εἰς Πέρσας) Persæ namque Hortos pensiles, Euphrates Muros, Ægyptus Pyramides, Jovis simulacrum Elis in Græcia, Halicarnassus Cariæ Mausoleum, Colossum Rhodus, Dianæ templum Ephesus continebant: in quibus enumerandis vide sis verborum copiam, quam nonnisi in magnis Scriptoribus invenies.

5 Πλανηθέντα δὲ τὸν κόσμον) Peregrinantium labores, pericula, artes, modos optime pertractat Julius Bellus Justinopolitanus, Hilarius Pruchmajus, Salomo Neugebaverus, Henricus Rantzovius, & alii. De observandis in itineribus, adi Synopsim apud Nathanum Cythræum in Deliciis variorum in Europa itinerum.

A δημίας ἐκλυθέντα, τότε πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅτε καὶ τοῖς ἔτεσι τοῦ ζῆν ὁ βίος παρῴχηκε, διὰ τοῦτο θαυμαστὸν παιδεία, καὶ μεγαλόδωρον, ὅτι τῆς ὁδοιπορίας ἀπολύσασα τὸν ἄνθρωπον, οἴκοι τὰ καλὰ δείκνυσιν [1] ὄμματα τῇ ψυχῇ προσδιδοῦσα. καὶ τὸ παράδοξον, ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ τοὺς τόπους ἐλθὼν ἅπαξ ἴδε, καὶ παρελθὼν ἐπιλέλησται. τὸ γὰρ ἀκριβὲς τῶν ἔργων λανθάνει, καὶ περὶ τῶν κατὰ μέρος φεύγουσιν αἱ μνῆμαι. ὁ δὲ λόγῳ τὸ θαυμαζόμενον ἱστορήσας, καὶ τὰς ἐξεργασίας τῆς ἐνεργείας ὅλον ἐγκατοπτρισάμενος τὸ τῆς τέχνης ἔργον ἀνεξαλείπτους φυλάττει τοὺς ἐφ' ἑκάστου τῶν εἰδώλων τύπους. τῇ ψυχῇ γὰρ ἑώρακε τὰ παράδοξα. B ὃ δὲ λέγω φανήσεται πιστὸν, ἐὰν τῶν ἑπτὰ Θεαμάτων ἕκαστον, ἐναργῶς ὁ λόγος ἐφοδεύσας, πείσῃ τὸν ἀκροατὴν ἐπινεῦσαι τὴν τῆς θεωρίας κομισάμενον δόξαν. καὶ γὰρ δὴ μόνον ταῦτα τῇ κοινῇ τῶν ἐπαίνων προσηγορίᾳ καλεῖται, βλεπόμενα μὲν ὁμοίως, θαυμαζόμενα δ' ἀνομοίως. [2] τὸ γὰρ καλὸν ἡλίῳ παραπλησίως οὐκ ἐᾷ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν, ὅτ' αὖ αὐτὸς ἐκλάμψῃ.

A variis actus, fractusque peregrinationis laboribus, tunc, quando una cum vivendi tempore vita ipsa præterlapsa est, desiderium expleat. Quamobrem admirabilis eruditio est, & valde proficua: itineris enim tædio sublato, inter domesticos parietes rerum pulchrarum aspectus copiam facit, oculatum efficiens animum. Et, quod omnium superat expectationem, res eo perveniens aliquando contemplatur, sed inde mox digressus earum prorsus obliviscitur. Siquidem exquisita operum ratio latet, labiturque memoria, quæ singulas rerum partes considerat. Verum qui oratione, quod in admiratione est, conquisierit, & Artificis in efficiendo opere diligentiam omnemque conatum veluti in speculo B perspexerit, immortali perpetuaque memoria uniuscujusque impressam imaginem conservabit; quippe qui animo admirabilia illa speculatus est. Facile cuique suaderi poterit quod dico, si unumquodque septem Spectaculorum oratio dilucide percurrens Auditorem persuadebit his, quæ diximus, assentiri, cum ea jam se vidisse cognoverit. Hæc enim solum communi laudum appellatione vocantur, tamquam, quæ similiter omnes videant, admirentur dissimiliter. Pulchrum enim, æque ac sol sui luminis irradiatione, ne cætera videantur, prohibet.

---

1 Ὄμματα τῇ ψυχῇ προσδιδοῦσα) Scientia quippe, cognitio, rerum apprehensio, & perceptio, animi oculi sunt. Sic apud Ciceronem *Tuscul. Quæst.* lib. I. animus, dum se ipsum intelligit, se ipsum videt, *Est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre*. Certa enim rerum in animo evidentia, & firma, ac constans assensio, nec non vis animi, quæ nullo modo dubitat ad res deprehendendas, luminis in ipso animo vices gerunt: nam quem usum corpus ex oculis, oculi ex lumine, eundem, ex jam dictis, animus, ejusque facultas habet. Philostratus *epist. ad Athenodorum*: Οἱ ὀφθαλμοὶ ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾶν. σὺ δ' ἀκούῃ σπάσας, ἐρᾷς Ἰωνικοῦ μειρακίου εἰκὼν Κορίνθου. τουτὶ δὲ μανικὸν φαίνεται τοῖς οὔπω εἰδόσιν, ὅτι νοῦς ὁρᾷ. Et sicut corporeorum nullæ aliæ epulæ sunt, quam spectacula, Plautus in *Pœnulo* Act. v. Sc. IV.

> *Fuit hodie operæpretium ejus, qui amabilitati animum addiceret,*
> *Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo visere venit.*

E Et Chrysostomus, Τροφὴ ὀφθαλμῶν θεωρία: ita & eorum, qui animi sunt, μάθησις, καὶ παιδία: μαθήσεις namque, & per illa ἀλήθεια oculos animi, lumen addentes, a tenebris purgant. Plato lib. VII. *de Legibus*: Τὸ δ' ἐστὶν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστοις ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε, καὶ ἀναζωπυρεῖται ἀπολλύμενον, καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων. μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. Philo Judæus *in Flaccum*: Διανοίας γὰρ ὁ νοῦς τὰ κατὰ μέρος ἐν χρόνῳ μακρῷ γενόμενα πάνθ' ἅμα ἰδεῖν, καὶ πάντων ἀθρόον ἀκοῦσαι. Idem *de legatione ad* F *Cajum*: Ὀφθαλμοῖς μὲν γὰρ τὰ ἐν φανερῷ, καὶ ἐν χερσὶ καταλαμβάνεται. λογισμὸς δὲ φθάνει καὶ πρὸς τὰ ἀόρατα καὶ μέλλοντα, οὗ τὴν ὄψιν ὀξυωπεστέραν οὖσαν τῆς δι' ὀμμάτων σώματος ἀμαυροῦμεν, οἱ μὲν ἀκράτῳ καὶ πλησμοναῖς ὑποσυγχέοντες, οἱ δὲ τῷ μεγίστῳ τῶν κακῶν ἀμαθίᾳ. Hæc vis animi in quibusdam acrior est, in aliis hebetior, quemadmodum, & aspectus corporis, his

C acutior, illis obtusior: animi tamen cæcitate nihil miserius. Lactantius *lib.* VII. *cap.* XIII. contra Aristoxenum, qui dicebat animam constare dumtaxat harmonia, ille *oculos quidem habuit incolumes, cor tamen cæcum, qui vivere se, & habere mentem, qua idipsum cogitaverat, non videbat*. Vide Jacobum Pontanum *in lib.* XV. *Metamorph.* LXIV.

2 Τὸ γὰρ καλὸν ἡλίῳ παραπλησίως) Amplissima splendoris effusione luce rebus ministrata, ablatisque tenebris, necnon & reliquis luminosis occultatis in se ipsum contuentium animos trahit. D Non minus pulchra videntium animos ab aliis abstrahunt, & in semet convertunt: tantum illis pulchrum optabile est, cætera sordent, divitiæ, parentes, amici: illo solo immoderatam appetitus sitim explent, nullo alio quæstu juvantur, cæcique alioquin fiunt oculatissimi. Aristænetus *lib.* I. *epist.* XXIV. Ἐμὲ γὰρ οὐδὲν θάλπει κέρδος, ἀλλ' ὃ θέλω. θέλω δὲ Λυσίαν. Ex Alciphrone, Ἐμὲ δ' οὐδὲν θάλπει τι δόξα, ἀλλ' ὃν θέλω δὲ Τίμαρχον Δάμαπρ. Elegantissimus locus Platonis in *Phædro* mirum quantum hunc Philonis locum illuminat, quem, quia commentarii loco esse potest, hic ascribam: Μνήμην δ' αὖ ἔχουσα τοῦ καλοῦ γέγηθεν. ἐξ ἀμφοτέρων μεμιγμένων ἀδημονεῖ τε τῇ ἀτοπίᾳ τοῦ πάθους, καὶ ἀποροῦσα λυττᾷ, καὶ ἐμμανὴς οὖσα, οὔτε νυκτὸς δύναται καθεύδειν, οὔτε μεθ' ἡμέραν οὗ ἂν ᾖ μένειν. θεῖ δὲ ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος, ἰδοῦσα δὲ, καὶ ἐποχετευσαμένη ἵμερον, ἔλυσε μὲν τὰ τότε συμπεφραγμένα, ἀναπνοὴν δὲ λαβοῦσα κέντρων τε, καὶ ὠδίνων ἔληξεν. ἡδονὴν δ' αὖ ταύτην γλυκυτάτην ἐν τῷ παρόντι καρποῦται. ὅθεν δὴ ἑκοῦσα εἶναι οὐκ ἀπολείπεται, οὐδέ τινα τοῦ καλοῦ περὶ πλείονος ποιεῖται. ἀλλὰ μητέρων τε, καὶ ἀδελφῶν, καὶ ἑτέρων πάντων λέλησται, καὶ οὐσίας δι' ἀμέλειαν ἀπολλυμένης παρ' οὐδὲν τίθεται. F νομίμων δὲ καὶ εὐσχημόνων οἷς πρὸ τοῦ ἐκαλλωπίζετο πάντων καταφρονήσασα δουλεύειν ἑτοίμη, καὶ κοιμᾶσθαι ὅπου ἂν ἐᾷ τις ἐγγυτάτω τοῦ πόθου, πρὸς γὰρ τὸ σέβεσθαι, τὸν τὸ κάλλος ἔχοντα ἰατρὸν εὕρηκε μόνον τῶν μεγίστων πόνων. Cum vero *Proœmium* hoc Philonis maxime cum Dionysii Byzantii *de Bosphoro* conveniat, non ingratum me Lectori facturum existimo, si illud

Κῆπος Κρεμαστός,

1 ΟΚΑΛΟΥΜΕΝΟΣ Κῆπος Κρεμαστὸς 2 ὑπέργειον ἔχων τὴν φυτείαν ἐν ἀέρι γεωργεῖται. τοῖς ῥιζώμασι τῶν δένδρων ὑπὲρ ἄνωθεν ὀροφωκὼς τὴν ἄρουραν. 3 λίθινοι μὲν γὰρ κίονες

Hortus Pensilis.

HORTUS, qui dicebatur Pensilis, supra terram consitus, in aere colebatur. Tegebatur tellus radicibus. Lapideæ columnæ suppositæ, trabesque palmeæ, haud

---

hic, cum adhuc ineditum sit, exscribam: verba mihi illius elegantissima juvenis ad summa quæque imitanda ingeniosus, & in veteri memoria exquirenda curiosus Malatesta Albanus communicavit: Εἰ μόνην συνέβαινε τοῖς ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ καλούμενον αὐτοῦ στόμα τερπνὴν ἅμα, καὶ θαυμαστὴν εἶναι τὴν ὄψιν, δυσχερὴς οὖν ἄλλως ἐπὶ τοῖς ὁρωμένοις ὁ λόγος. ἀπείργαστο γὰρ δὴ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἀξιοθαύμαστον ἑαυτὴν παρεχομένης κατά τε ἐγγύτητα, καὶ στενοχωρίαν τοῦ πορθμοῦ, καὶ τὴν δι' ὀλίγου τῆς θαλάττης πρὸς ἀμφοτέραν τὴν Ἤπειρον ἐπιμιξίαν ἐγγυβαθῆ κόλπον, καὶ λιμένων ἀνάχυσιν, ὑφ' ὧν οὐχ ἧττον εὔθηρός ἐστιν ἡ σκεπαινή, καὶ τοῦ ῥεύματος τὸ μὲν πλέον κατιόντος, ἐστὶ δὲ ὅτε κατ' ἐπικράτειαν ἀναστρέφοντος· εἰσιόντων δὲ τῶν ἀκρωτηρίων τὴν πελαγωγὴν παρ' ἀλλήλων ἀναπτυσσομένων, καὶ ἐκ τῆς κατ' εὐθυπορίας ἀναλυόντων τοῦ ῥεύματος τὴν βίαν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐλάττω παρέχεται τῆς ὄψεως τὴν ἀκρόασιν, ἀναγκαῖον ἔδοξέ μοι συγγράψαι περὶ τούτων ὡς τοῖς μὲν ἰδοῦσι μηδὲν ἐνδέοι τῆς ὁλοκλήρου καὶ τελειοτάτης ἱστορίας, οἱ δὲ μὴ θεασάμενοι τὸ γοῦν ἀκηκοέναι περὶ αὐτῶν ἔχοιεν. ἀρχὴ δὲ αὕτη τοῦδε λόγου, καὶ τῆς τῶν χωρίων φύσεως. Πέλαγός ἐστιν ὁ Πόντος ὁ Εὔξεινος μεγέθη τῶν ἄλλων πλεῖστα, ὅσα μὴ πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν ἰσώσασθαι. μόνη δ' ὑπὲρ αὐτῶν ἀνακέχυται λίμνη Μαιῶτις, ἣν μητέρα, καὶ τροφὸν τοῦ Πόντου κατεφήμισε λόγος ἐκ παλαιᾶς μνήμης παραδεδομένος, ταύτης τὸ μὲν περίμετρον ἐστὶ δυσχιλίων σταδίων, τὸ δὲ πέρας ποταμὸς ὁ Τανάϊς, ὅρος τῶν δύω Ἠπείρων.

1 Ὁ καλούμενος Κῆπος Κρεμαστὸς) Hortum hunc Pensilem variis nominibus maxime admirata est Antiquitas, uti qui nec munificentia Principis nec impensis, nec loci amœnitate, nec deliciarum affluentia ab aliis, quæ ad miraculum usque laudata sunt, vinceretur. Plinius *lib.* XIX. *cap.* IV. *Ai bis superest reverti ad hortorum curam, & suapte natura memorandum, & quoniam Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, & regum Adonis & Alcinoi, itemque Pensiles, sive illos Semiramis, sive Assyriæ rex Cyrus fecit, de quorum opere alio volumine dicemus.* Et *lib.* XXXVI. *cap.* XIV. *Legitur & Pensilis hortus, immo vero totum oppidum Ægyptiæ Thebæ, exercitus armatos subter educere solitis regibus, nullo oppidanorum sentiente. Etiam nunc hoc minus mirum, quam quod flumine medium oppidum interfluente.* In nimia tamen, certaque sui admiratione, ac minime dubia, dubium semper, & etiamnum parentem agnoscit. Teste namque Plinio modo Semiramim, modo Assyriæ regem Cyrum usurpavit. Diodorus Siculus *Biblioth.* lib. II. & Q. Curtius *lib.* V. non Semiramidem, sed Syriæ regem Babylone regnantem hoc opus esse molitum, amore conjugis victum, quæ desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis virum compulit, naturæ genium amœnitate hujus operis imitatum, memoriæ prodiderunt. Georgius Cedrenus in *Synopsi historica* Nabuchodonosori tribuit. Qui Semiramidi referunt, suadere possunt, non solum propter ejus ad ardua quæque animum promptum, atque invictum, omniumque rerum præter laudis prodigum, ut infra dicemus, sed etiam propter ingenium mulieris, quæ colendorum extruendorumque agrorum nimirum fuit studiosa, ut ex eodem Diodoro colligi potest. Verius tamen duco multis, assiduis, perpetuisque laboribus Hortos hosce Pensiles inceptos, continuatos, atque perfectos fuisse. Neque enim usquam operis alicujus quispiam, & primus auctor, & in eo perfectissimus præter Homerum, & Archilochum, ut Paterculo lacet. Quare non dubito a Semiramide inchoatos continuatis laboribus ab alio, atque alio absolutos.

2 Ὑπέργειον ἔχων τὴν φυτείαν) Non alia ratione Plinius *lib.* IX. *cap.* LIV. Sergii Oratæ Balineas pensiles vocavit. Et *lib.* XXXVI. *cap.* XII. Sostrati Cnidii Architecti pensilem ambulationem: *Hic idem Architectus primus omnium pensilem ambulationem Cnidi fecisse traditur.* Et *cap.* XV. Caii Curionis Theatra pensilia. Et Urbem etiam ipsam vocavit pensilem, quippe effossa terra ad cloacarum substructiones insanas Urbs ipsa sine solo in aere videbatur pendere fabricis innixa. Quoties enim parietes molis non sustentantur fundamentis, sed columnis suffulti eriguntur, pensiles, vel pendentes dicuntur: nam spacium illud sub structura apertum, patensque omnibus inter solum, & ædificium illius continuatam seriem interrumpens id facit. Qua vero ratione Martialis *pendentia Mausolea* appellaverit, vide Raderum in *Commentariis*, Ramiresium in *Hypomnemate*, Musambertium *in Ramiresium*, & alios. Malmesburiensis refert insulam Athelney in Sommersetensi Comitatu *pontem olim habuisse inter duas arces ab Elfredo constructas, alnetum etiam per-maximum capris & feris plenum, sed solidam terram vix duobus jugeribus latam, cui imposuit ille Monasteriolum, cujus machinam totam quatuor postes solo infixi suspenderunt, quatuor cancellis opere sphærico in circuitu ductis.* Et Camdenus in Britannia simile quid narrat in Viltonia: *Septentriones versus ad* VI. *plus minus ad Sariburia milliaria in illa planicie, insana, ut Ciceronis verbo utar, conspicitur substructio. Intra fossam enim ingentia & rudia saxa, quorum nonnulla* XXVIII. *pedes altitudine,* VII. *latitudine colligunt, coronæ in modum triplici serie eriguntur, quibus alia quasi transversaria, sic innituntur, ut pensile videatur opus, unde* Stonehenge *nobis nuncupatur, uti antiquis historicis Gigantum chorea a magnitudine. Hoc in miraculorum numerum referunt nostrates.* Unde vero ejusmodi saxa allata fuerint, cum tota regione finitima vix structiles lapides inveniantur, disputat ibidem, quem adi. Fuerunt & Horti pensiles apud Antiquos, ut Domitius notat in Mart. *lib.* VIII. *epig.* XIV. qui rotis promovebantur in solem ab olitoribus, rursus hybernis diebus specularibus tegebantur, ne ventus læderet. Plinius de cucumeribus Tiberii: *Nullo non die contigit pensiles hortos promoveri, rotis ab olitoribus in solem prorsus hybernis diebus intra specularium monumenta revocantibus.* Dolet ergo Martialis pejus ab amico ipso horto pensili exceptum, ut qui non haberet in cella specularia, quibus vim ventorum & injurias temporum propulsaret.

3 Λίθινοι μὲν γὰρ κίονες) Hortorum accuratam descriptionem habes ex Diodoro Siculo, & Q. Curtio.

ὑφεστήκασι, καὶ πᾶς ὁ καταγειος τόπος ἐστὶ διὰ συλογλύφων. φοίνικες ἰδίᾳ κεῖνται δοκοὶ στενὴν παντάπασι τὴν ἀναμέσον ἀλλήλων χώραν ἀπολείπουσαι. [1] τὸ δὲ ξύλον τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων οὐ σήπεται. βρεχόμενον δὲ, καὶ τοῖς βάρεσι θλιβόμενον ἄνω κυρτοῦται. τρέφει τε τὰς διαφύσεις τῶν ῥιζῶν ἑαυτοῦ προσλαμβανόμενον, τοῖς ἰδίοις ἀραιώμασι τὴν ἔξωθεν σύμφυσιν. [2] ἐπὶ τούτων πολλὴ καὶ βαθεῖα καταπέχυται γῆ, καὶ τὸ λοιπὸν τὰ πλατύφυλλα, καὶ μάλιστα κηπευόμενα τῶν δένδρων ἐπιπέφυκε. [3] ποικίλαι τε καὶ παντοῖαι φύσεις ἀνθέων, καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ κατὰ πρόσω ἐπιτερπέστατον, καὶ πρὸς ἀπόλαυσιν ἥδιστον. Γεωργεῖται δ' ὁ τόπος ὡς ἐπ' ἀρούραις, καὶ τὰς ἐργασίας τῆς μοχθείας κομίζεται τῇ χέρσῳ παραπλησίως. τήν τε ἀρώσιμον ὑπὲρ κεφαλῆς εἶναι τῶν ἐπὶ τοῖς ὑποστύλοις περιπατούντων. πατουμένης δὲ τῆς ἄνωθεν ἐπιφανείας, ὡς ἐπὶ τῶν βαθυγειοτέρων τόπων [4] ἀκίνητος, καὶ παρθένος ἡ πρὸς τοῖς ὀροφώμασι μένει γῆ. [5] αἱ δὲ τῶν ὑδάτων ἀγωγαὶ τὰς πηγὰς ἐξ ὑπερδεξίων ἔχουσαι τόπων, τῇ μὲν ἐθυδρομοῦσι καὶ κατάντη ποιοῦνται τὴν ῥύσιν, τῇ δ' ἀναθλιβόμεναι [6] κοχλιοειδῶς ἀνατρέχουσιν, ἀνάγκαις ὀργανικαῖς τὴν ἕλικα τῶν μηχανημάτων περιτροχάζουσαι. εἰς δὲ πυκνὰς καὶ μεγάλας ἐξαιρέμεναι κρήνας ὅλον ἐπάρδουσι τὸν κῆπον μεθύσκουσαι τῶν φυτῶν τὰς κατὰ βάθους ῥίζας, καὶ νοτερὰν τηροῦσι τὴν ἄρουραν. ὅθεν εἰκότως ἀειθαλής ἐστιν ἡ πόα, καὶ τὰ πέταλα τῶν δένδρων ἁπαλοῖς τοῖς ἀκρέμοσιν ἐπιπεφυκότα,

A longo spatio substratæ, libratam molem suffulciebant. Id genus lignum non imbre putrescit, nec oneri cedit; quin sursum nititur, & incurvatur, fibrasque radicum producit, propriis raritatibus aliunde accersitos surculos accipiens. Super hæc plurima & alta tellus ingesta, quæ arbores foliis late luxuriantes, & in primis hortenses, flores varios, nec unius generis, &, ut uno dicam verbo, quidquid aspectu jucundissimum, gustuque suavissimum est, educat. Locus æque ac lati campi, agricolationem subit, ad- B mittitque, quemadmodum & rudis ager viriradices. Subacta terra capitibus eorum impendet, qui subtus inter columnas obambulant: calcata superficie, veluti in profundissimis locis, immobilis ea est, & virgo, quæ concamerando contignationi deservit. Aquarum vero ductus dextera fontes habentes, hac recta cursum tenent, præcipitesque aguntur, illac organorum vi adacti cuniculatim sursum tolluntur, machinarum anfractibus circumfusi, sicque in magnos multosque fontes assurgentes, totum hortum irrigant, C & altas plantarum radices inebriantes, solum humore perenni perfundunt. Hinc igitur herbæ semper virescunt, & arborum folia teneris ramis adnata, jugi irroratione vegetan-

---

1 Το δὲ ξύλον τοῦτο) Palma valida est, & contra ac cæteræ arbores curvatur: nam illæ deorsum flectuntur, palma sursum valide sustinens, nec cedens ponderi. Theophrast. *de hist. plant.* lib. VI. cap. VII. Ἰσχυρὸν δὲ καὶ φοῖνιξ. ἀνάπαλιν γὰρ καὶ ἡ κάμψις, ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται, τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ ἐς τὰ ἄνω. Hæc ita vertit Plinius *lib.* XVI. *cap.* XLII. *Et palma arbor valida; in diversum enim curvatur, at populus contra omnia inferiora pandatur, palma e contrario fornicatur.* Aulus Gellius *lib.* III. *cap.* VI. *Perhercle rem mirandam Aristoteles in octavo Problematon, & Plutarchus in octavo Symposiacon dicit, si supra palmæ, inquit, arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas, oneresque, non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed adversus pondus resurgit, & sursum nititur, recurvaturque. Propterea inquit Plutarchus, in certaminibus palmam signum esse placuit victoriæ, quoniam ingenium ejusmodi ligni est, ut urgentibus opprimentibusque non cedat.* Et Maximus Planudes *Collect. historicis*: Ὅτι ἡ φοινικίνη δοκὸς παλαιουμένη οὐκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνει, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω. Hujus causam lege apud Plutarchum *de causis naturalibus* problemate XXXII. De Palma, & ejus natura vide Claudium Minois, & Franciscum Sanctium in *Emblema* XXXVI. Alciati, & *Notas nostras in Eustathium Antiochenum*, item Diodorum Siculum *lib.* II. & III.

2 Ἐπὶ τούτων πολλὴ, καὶ) Diodorus *lib.* II. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐσεσώρευτο γῆς ἱκανὸν βάθος, ἀρκούμενον ταῖς τῶν μεγίστων δένδρων ῥίζαις· τὸ δ' ἔδαφος ἐξωμαλισμένον, πλῆρες ἦν παντοδαπῶν δένδρων τῶν δυναμένων κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην χάριν τοὺς θεωμένους ψυχαγωγῆσαι.

3 Ποικίλαι τε καὶ παντοῖαι φύσεις ἀνθέων) Idem Diodorus infra de Palmis, earumque fructibus sermonem habens: Τούτων δὲ πολλῷ μείζους κατὰ τὴν Ἀραβίαν, καὶ τὴν Βαβυλωνίαν ὁρᾶν ἔτι γινομένους, κατὰ μὲν τὸ μέγεθος ἓξ δακτύλων ὄντας. τῇ δὲ χρόᾳ τοὺς μὲν μηλίνους, τοὺς δὲ φοινικοῦς, ἐνίους δὲ πορφυρίζοντας, ὥστε ὑπ' αὐτῶν ἅμα, καὶ τὴν ὄψιν τέρπεσθαι, καὶ τὴν ὄψιν ψυχαγωγεῖσθαι. Pausanias in *Atticis* de Grynæi Apollinis luco: Ἔνθα Ἀπόλλωνος κάλλιστον ἄλσος δένδρων καὶ ἡμέρων, καὶ ὅσα τῶν ἀκάρπων ὀσμήν παρέχεται τινὰ, ἢ θέας ἡδονήν. Hunc locum il- D lustrat perfectissima cultissimi ac delicatissimi horti descriptio apud Achillem Tatium *lib.* I. Eumathium Macrembolitam *lib.* I. Constant. Manass. princip. *Annal.* Aristænet. *lib.* I. *epist.* III. Philostratum, & alios pluribus locis; locum Philonis ita corrigo: καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ κατὰ πρόσωπον ἐπιτερπέστατον.

4 Ἀκίνητος, καὶ παρθένος) Imitatus Plinium, qui terram immotam, nec industria excavatam terram Virginem dixit, *Virgo*, reddidi, *libro* XXXIII. *cap.* III. *Jam regnaverat in Cholcis Salauces, & Escubopes, qui terram virginem nactus, plurimum argenti aurique eruisse di-* E *citur.*

5 Αἱ δὲ τῶν ὑδάτων ἀγωγαὶ) Diodorus: Αἱ δὲ σύριγγες τὰ φῶτα δεχόμεναι ταῖς δι' ἀλλήλων ὑπεροχαῖς πολλὰς καὶ παντοδαπὰς εἶχον διαίτας βασιλικάς. μία δ' ἦν ἐκ τῆς ἀνωτάτης ἐπιφανείας διατομὰς ἔχουσα, καὶ πρὸς τὰς ὑπαντλήσεις τῶν ὑδάτων ὄργανα, δι' ὧν ἀνεσπᾶτο πλῆθος ὕδατος ἐκ τοῦ ποταμοῦ, μηδενὸς τῶν ἔξωθεν τὸ γινόμενον συνιδεῖν δυναμένου.

6 Κοχλιοειδῶς ἀνατροχάζουσι) Cochlea machina, sive haustorium organum, quo magna copia extollitur aquæ. Lucretius *lib.* V. *haustra* F vocavit:

Ut fluvios versare rotas, atque haustra videmus.

Ejus expediendæ ratio pluribus declaratur a Vitruvio *lib.* X. *cap.* XI. Hac machina etiam Ægyptios irrigasse agros suos tradit Strabo *lib.* XVII.

δροσοπαγῆ, καὶ διήνεμον ἔχει τὴν φύσιν. ἄδιψος γὰρ ἡ ῥίζα πρυμνὴν τὴν παρατροχάζουσαν τῶν ὑδάτων νοτίαν ἀναθηλάζει, καὶ ῥεμβομένη καταγείοις ταῖς δι' ἀλλήλων ἐμπλοκαῖς ὀχὸν, καὶ βεβηκυῖαν ἀσφαλῶς τὴν φύσιν τῶν δένδρων συμφυλάσσει. [1] σπάταλον, [2] καὶ βασιλικὸν τὸ φιλοτέχνημα, καὶ τὸ πλεῖστον [3] βίαιον τὸν πόνον τῆς γεωργίας ὑπὲρ κεφαλῆς κρεμάσαι τῶν θεπρώντων.

Αἱ ἐν Μέμφει Πυραμίδες.

[4] ΤΑΣ ἐν Μέμφει [5] Πυραμίδας κατασκευάσαι μὲν ἀδύνατον, ἱστορῆσαι δὲ παράδο-

tur. Radix quippe neutiquam sitiens, circumfusum aquarum humorem uberrime sufficit, mutuisque & subterraneis aliarum amplexibus vaga, firmiter increscentes arbores conservat. Deliciosum atque Regium artis opus, & ut plurimum violentum, Agriculturæ laborem supra caput appendisse aspicientium.

Memphiticæ Pyramides.

MEMPHITICAS Pyramides extruere haud possibile, referre supra fidem

---

1 Σπάταλον) Delitiosum, ac voluptuarium, non tantum, quia deliciis, & voluptatibus aptum, sed etiam, quia luxui dicatum, luxusque causa confectum sit: in gratiam namque pellicis a Rege Assyrio hortum hunc pensilem extructum fuisse ex Diodoro & Curtio supra tradidimus.

2 Καὶ βασιλικὸν) Ob sumptuum ingentem summam, ob molis magnitudinem, ob molitionem plusquam laboriosam, ob claritatem operis, ob delicias denique, ac commoditates Regibus, ac Imperatoribus aptas.

3 Βίαιον τὸν πόνον) Fuit enim labor operosus, & multorum annorum; & supra virium humanarum facultatem. Quare non immerito *laborem assiduum* vocavit Martialis:

Assiduus jactet nec Babylona labor.

Etsi sciam, *assiduum* a plerisque non referri ad hortum pensilem, a nonnullis etiam loco illius, *Assyrius*, legi. Labor omnis improbus, naturamque humanam quasi violentus hostis diverberat, cui si addas & nimium, & supra ipsius naturæ vires excessum, næ ille merito & πόνος, & βίαιος dici debet.

4 Τὰς ἐν Μέμφει) Ægyptiorum regia Straboni *lib.* XVII. præclarissima Ægypti Metropolis Stephano *de Urbibus*, & Diodoro *lib.* I. Arx Ægypti Regum Plinio *lib.* V. *cap.* IX. Ingenio soli feracissima, & amœnissima, adeo ut sylvestris circa eam regio tam vastos proferat arbores, ut terni nequeant circumplecti, si Plinio credimus *lib.* XIII. *cap.* X. & *lib.* XVI. *cap.* II. tantam vim esse illius loci refert, sicut etiam in Elephantine Thebaidos, ut folia nulli arborum decidant, ne vitibus quidem. Id ante Plinium Theophrastus monuerat *lib.* I. *cap.* VI. & *cap.* XV. Memphis tamen omni posteritati duratura, ut sunt rerum vices, tota corruit, novæque urbi cessit, quam Cairum vocant. Eam Christophorus Radzivilus in *suo Itinerario* accuratissime descripsit, & Petrus Bellonius *Variar. Observat.* lib. II. cap. XXXVII. & XXXVIII. Primus omnium condidit Uchoreus rex Ægypti, ex Diodoro. Ambitus urbis stadia CL eodem auctore complexus est, apud quem plura de ejus situ, natura, & loci munitione habes. Hinc nonnullorum error corrigitur a Radero *in Martialem*, qui Græcam vocem ὄγδοος, ut proprium acceperunt, docueruntque ab Ogdoo Rege fuisse conditam, cum nomen ὄγδοος sit numerale, conditorque urbis Uchoreus audierit. Herodotus in *Euterpe*, Urbis parentem, primumque Ægypti regem nominat Menam. Denominatam item a Conditoris filia Memphi sunt, qui putarunt, quam Nilus fluvius, ut illi fabulantur, adamatam in deliciis habuit, suscepitque ex ea Ægyptum virtutum admiratione celebrem, a quo tota regio est nuncupata, Diodorus *libro* I.

5 Πυραμίδας μὲν κατασκευάσαι) Pyramides moles maximas, lapideas struices erectas, ita ut elatæ in acutum mira altitudine protenderentur, dictas volunt quidam ab igne πῦρ. Ammianus Marcellin. *lib.* XXII. *Quæ figura apud Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem τοῦ πυρὸς, ut nos diximus, extenuatur in conum.* Nec alia ignis forma est, quam Pyramidis, asserente Platone. Alii a genere lapidis πυροποικίλου, quem Thebaicum dixere, ex quo & Pyramides ut plurimum fiebant. Alii ἀπὸ τοῦ πυροῦ, hoc est, *tritico*: refert namque Nazianzenus Pyramides eas in Ægypto celebriores a Josepho Hebræo ædificatas, ut frumenti conditoria essent. Item Etymologus: Πυραμίδες δὲ πάλιν λέγονται ὡρεῖα βασιλικὰ σιτοδόχα. ἃ κατεσκεύασεν Ἰωσήφ. Stephanus περὶ Πόλεων ait, quod Rex undique congestum triticum in illis conservando annonam difficilem fecerit, fameque confecerit Ægyptum. Incertus de septem Spectaculis: Αἱ γὰρ Πυραμίδες οἰκοδομήματα τινὰ ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ. κατὰ μὲν ἐνίους ἀπὸ Ἰωσὴφ χάριν ὑποδοχῆς τοῦ πυρὸς, ἤτοι τοῦ σίτου ἀνοικοδομηθέντα. Et adhuc Pyramides illas vocari *Granaria Pharaonis* ab incolis scribit Pierius Valerianus lib. XXXIX. *Hieroglyph.* cap. *de Meta*. Huic sententiæ vix tuto se posse subscribere existimat Henricus Salmuthius *Notis in Pancirolum*. Nam, ait, ut ex Plinio *lib.* XXXVI. *cap.* XIII. vel una ex celebrioribus illis Pyramidis viginti annis integris a trecentis sexaginta hominum millibus: tres vero aliæ annis septuaginta, & mensibus quatuor fuerunt extructæ, at qui prævisa a Josepho, & mox subsecuta illa fertilitas septennio duntaxat duravit: ut verisimile non sit, tam angusto temporis spacio tantas illas moles, quarum unius saltim exædificatio viginti annos desiderabat, ab ipso fuisse erectas. Sed quid implicat dicere Pyramides illas tritici conservandi causa non sine maxima omnium admiratione a Josepho ad illam tantum altitudinem erecta, qua triticum conservarent, necessitati, periculoque imminenti peropportunas, quas septennii spacio infinitorum hominum labore in tantam molem crevisse verisimile est: & tandem recepti beneficii non immemores post difficillima tempora hortatu, imperioque Josephi ad ultimam usque metam fuisse extructas: quin, quas Josephus ipse non absolverat, a regibus successoribus absolutas? Quare imprudens sane erit, qui imprudentiæ, & ἀνιστορησίας accusare Nazianzenum tentaverit. Plinius scribit non constare inter omnes Auctores, qui de iis scripserunt, a quibus factæ sint, justissimo casu obliteratis tantæ vanitatis Auctoribus. Diodorus: Περὶ δὲ τῶν Πυραμίδων οὐδὲν ὅλως οὐδὲ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις, οὔτε παρὰ τοῖς συγγραφεῦσι συμφωνεῖται, οἱ μὲν γὰρ τοὺς προειρημένους βασιλεῖς κατασκευάσαι φασὶν αὐτὰς, οἱ δὲ ἑτέρους τι-

ξον. ¹ ὄρη γὰρ ὄρεσιν ἐπιδεδόμηται, καὶ τὰ μεγέθη τῶν τετραπέδων κύβων δυσεπινόητον ἔχει τὴν ἀνάγκην, ἑκάστου διαπορῶντος, ² τίσι βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη

est. Montes enim montibus superædificati immensitatesque quadratorum lapidum mentis aciem perstringunt; adeo ut quibus viribus

ιάς. οἷον τὴν μεγίστην ποιῆσαι λέγουσιν Ἀρμαῖον, τὴν δὲ δευτέραν Ἄμωσιν, τὴν δὲ τρίτην Ἰνάρωνα. ταύτην δ' ἔνιοι λέγουσι Ῥοδώπιδος τάφον εἶναι τῆς ἑταίρας, ἧς φασὶ τῶν μοναρχῶν τινὰς ἐραστὰς γενομένους διὰ φιλοστοργίαν οἰκοδομήσαντας ἐπιτελέσαι κοινῇ τὸ κατασκεύασμα. Vide etiam Strabonem *lib.* XVII. Eas faciendi causa alia, atque alia traditur. Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XII. Ne pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus præberent, aut ne plebs esset otiosa. Diodorus in honorem sepulturæ, cujus studiosissimi ac curiosissimi fuerunt Ægyptii. Incertus: Κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς ὑπὸ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ καιροὺς βεβασιλευκότων, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, εἰς μνημάτων χώραν κατασκευασθέντα. Vide Herodotum. Adde his regum, ac principum pecuniæ otiosam, vanam, ac stultam ostentationem, & gloriæ apud posteros nunquam interituræ, ut ipsi opinabantur, affectationem, &, si mavis, æmulationem: qua dum junior seniorem animo, atque operibus vincere nititur in stolidissimas moles tantarum opum vim erogant: nec animo improbi amplectuntur, etsi non tam cito, ruitura tandem, uti jam usu comprobatum videmus, excelsa isthæc fastigia, unaque cum iis generosam Condiroris famam, & nominis, quam sibi pollicebantur, immortalitatem inviolatam, educi temporis haustu in oblivionem submergendam. Elegantissime Propertius *lib.* III. *eleg.* II.

Nam neque Pyramidum sumptus ad sidera ducti,
Nec Jovis Elei cælum imitata domus.
Nec Mausolei dives fortuna sepulchri,
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber subducet honores,
Annorum aut ictu pondera victa ruent.

Nec immerito Tullius Romanorum Rex structuras hasce parvi pendens, ad alia animum intendit, Dionysius Halic. *Antiq. Roman.* lib IV. Ratio tamen illa fuit potissima, quam Aristoteles refert *Polit.* V. cap. XV. ad confirmandam scilicet tyrannidem: quippe sumptibus immanibus opes subditorum, facultatesque imminuebantur, sic enim subditi enervati nullum adversus principem habent præsidium, & laboribus diuturnis fatigati, vix spiritum recipere possunt, tributisque, & exactionibus persolvendis, exigendisque continuo intenti, non vacant ad aliquid moliendum Et Theophrastus *lib.* II. Περὶ καιρῶν apud Suidam: Ἑτέρους δ' εἰς ἀνδρωδέστερα καταδαπανῶντες, οἷον στρατιὰς ἐξάγοντες, καὶ πολέμους ἐπαναιρούμενοι, καθάπερ καὶ Διονύσιος ὁ τύραννος. ἐκεῖνος γὰρ οὐ μόνον ᾤετο δεῖν τὰ τῶν ἄλλων καταναλίσκειν, ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτοῦ πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδιον τοῖς ἐπιβουλεύουσι. ἐοίκασι δὲ καὶ αἱ Πυραμίδες ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ τῶν Κυψελιδῶν Κολοσσὸς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τὴν αὐτὴν καὶ παραπλησίαν ἔχειν διάνοιαν. Sic enim opibus consumptis, & mentibus operum atrocitate in aliud occupatis, omnis struendarum insidiarum occasio tollitur. Simonides apud Xenophontem in *Hierone*, non lætari, inquit, Tyrannum opibus subditorum, cum subditi equorum naturam habeant, qui quo plus avenæ vorarunt, eo sunt petulantiores. Habet & Plato VIII. *de Repub.* Jovem Gigantum petulantiam opum imminutione repressisse. Complurium inchoatarum vestigia, exstare tradit Plinius, complures item absolutas. Una est Arsenoitæ Nomo, duæ in Memphite non procul a Labyrintho. Totidem ubi fuit Mœridis lacus, hoc est fossa grandis. Has quinquaginta passus super aquam extitisse, totidemque aqua occultas Colosso lapideo super utraque in solio sedente commemorat Herodotus, & Strabo *lib.* XVII. Τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν, ἐφ' ᾗ πολλαὶ μὲν Πυραμίδες εἰσὶ τάφοι τῶν βασιλέων, Quod reges Ægyptios ideo fecisse existimat, nescio quis, ut testarentur corpore soluto & corrupto animam superesse: quæ cum summo Opifici visum esset, hoc est circulo illo triginta sex millium annorum circumacto (hoc enim evoluto spacio omnia in eundem statum redacta iri opinabantur) aliud corpus genitura, ac sibi factura esset. Tres autem memorabiles fuere inter miracula connumeratæ. Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XII. *Reliquæ tres, quæ orbem terrarum implevere fama, sane conspicuæ undique adnavigantibus, sitæ sunt in parte Africæ monte saxeo, sterilique in Memphim oppidum, & quod appellari diximus Delta a Nilo minus quatuor millia passuum, a Memphi sex, vico apposito, quem vocant Busirim, in quo sunt assueti scandere illas.* Et infra: *Qui de iis scripserunt, sunt Herodotus, Euhemerus, Duris Samius, Aristagoras, Dionysius, Artemidorus, Alexander Polyhistor, Butorides, Antisthenes, Demetrius, Demoteles, Apion. Inter omnes eos non constat a quibus factæ sint, justissimo casu obliteratis tantæ vanitatis Autoribus.* Vide Strabonem, Diodorum, Herodotum. Lapides ad has Pyramides extruendas excisi sunt a monte Arabiæ, qui ab aquilone fertur ad meridiem, atque ad austrum semper sursum tendens ad mare rubrum; Herodotus, & Diodorus. Plinius, *sed Pyramis amplissima ex Arabicis lapidicinis constat.* Marmore scilicet, ebori maculoso simili, ut ex Dioscoride adnotavit Dalechampius *in hunc locum*.

1 Ὄρη γὰρ ὄρεσιν) Respexit Homericum illud de Oto, & Ephialte:

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' Οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Et quotiescunque aliquid immane proponit, aptissime illo ὄρει ἴσον declarat. Saxorum autem delatorum, referente Herodoto, decentissimeque coagmentatorum nullum fuit minus triginta pedum.

2 Τίσι βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη) Conatibus sane plusquam humanis, impensa, tempore, & multitudine hominum, quæ nec verbis explicari, vix intellectu percipi potest: edeo non contemnenda fuit multorum admiratio. *Quæstionum summa est*, scribit Plinius, *quanam ratione in tantam altitudinem subvecta sunt cæmenta.* Diodorus: Λέγεται δὲ τὴν μὲν λίθον ἐκ τῆς Ἀραβίας ἀπὸ πολλοῦ διαστήματος κομισθῆναι. τὴν δὲ κατασκευὴν διὰ χωμάτων γενέσθαι, μήπω τῶν μηχανῶν εὑρημένων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. Hominum multitudinem ad ducenta septuaginta sex millia adnumerat Plinius; temporis spatium, quo una extructa fuit, annorum viginti concludit, tres alias annis LXXVIII. & mensibus quatuor. Diodorus ad trecenta & saxaginta millia ascendisse prodit eos, qui hisce ministeriis incubuerunt, totumque opus vix vi-

τῶν ἔργων ἐμοχλεύθη. τετραγώνου δὲ τῆς στάσεως ὑφεστώσης, οἱ μὲν κατώρυγες λίθοι τῶν θεμελίων ἔχουσιν ἰσομεγέθη τοῖς ὑπεργείοις ὕψεσι τοῦ κατασκευάσματος ἑκάστου, καὶ κατ' ὀλίγον συνάγεται τὸ πᾶν ἔργον 1 εἰς πυραμίδα, καὶ γνώμονος σχῆμα. 2 Καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστὶ πηχέων τεσσαρακο-

bus tanta operum pondera subvecta sint, intelligat nemo. Stat quadrata basis: defossi fundamentis lapides uniuscujusque molis, quam terra substinet, celsitudini respondent: gracilescit paulatim opus, & in conum, gnomonisque speciem extenuatur.

---

ginti annorum spatio consummatum fuisse. Herodotus ad trahenda saxa ducenta millia descripta fuisse, quæ ex lapidicina Arabici montis saxa exciperent, protraherentque illinc ad Nilum usque, & transmisso flumine deveherent ad Libycum montem, decenneque tempus tritum in convehendis lapidibus, decenne in extruendis *lib.* II. & subdit in ipsa Pyramide literis Ægyptiacis indicatum, quantum sit erogatum in operarios, pro apio, cæpis, & aliis, fuisseque mille & sexcenta talenta pecuniæ, ex quibus majoris summæ argumenta, eaque certissima producit: credibile enim est potiorem pecuniæ vim consumptam fuisse in ferramenta, in cibos, in vestiaria operariorum, eoque maxime dum opinatur alio tempore lapides esse excisos, alio subterraneam fossam effectam: & ex Herodoto Diodorus, & ex his Antonius Mizaldus *Cent.* VII. num. XVI. qui talentorum ad nostros aureos numos revocatorum summam ex Budæo refert. Porro in tantam altitudinem cæmenta, & lapides subvecta sunt, non alia ratione, ut videtur Herodoto. Primo Pyramis extructa est in speciem graduum: dein brevibus machinis e ligno factis lapides attollebant ex humo in primum ordinem graduum levantes. Tertio lapis ita sublevatus imponebatur alteri machinæ, quæ in ipso primo gradu stabat, & sic deinceps: gradibus enim machinæ respondebant, vel eandem machinam ad singulos gradus transferebant, quoties amovebant saxum, & fama tradebatur in Pyramide prima effecta quæ altissima, posteriora gradatim sequentia, novissima omnium quæ infima, & solo jungebant. Ægyptii afferebant Pyramidum aggeres ex sale, & nitro constitisse, immissumque fluvium ea liquasse dissolvisseque: sed hæc nugamenta esse, & meras fabulas contendit Diodorus. Verum eam hominum multitudinem, quæ aggeres ex sale, & nitro construxerat, eandem in pristinum locum congesta regessisse. Et verisimile est materiam illam effossam a multitudine illa hominum post Pyramidum structuram in Nilum ipsum deportatam, submersamque, aquarum profluvio dissolutam, ac dissipatam, vel in mare, vel in alium locum advectam, ut etiam factum esse de terra a Mœridis stagno effossa, & ex Thesauris subterraneis Sardanapali: illam enim in Nilum Ægyptios, hanc in Tigrem fures extulisse prodit. Nec illud prætereundum est, quod scribit idem Auctor, valdeque mirum esse dicit, structuræ Pyramidum nullum vestigium apparere, cum ne aggeris, nec cæsi & politi lapidis reliquum aliquod uspiam appareat. Diodorum refellit Strabo, qui scribit ante Pyramides jacere acervos lapidum, frustulis dolando detritis, in eos lapillos inveniri formam, & magnitudinem lentis, quosdam ut hordei grana, quæ semidecorticata eminent: reliquias illas tradunt ciborum, qui operariis dati fuerant, in lapides induruisse. Casaubonus *Commentariis in Strabonem*, ait authoritatem Strabonis, qui præsertim vidisse se dicit, multis Siculis prævalere; &, ne Diodoro videretur imposuisse, subdit, Diodori verba de unica tantum accipienda Pyramide. Quod de Strabone dicit, æquum est. Certe Diodorum dum explicat, inscitiæ arguit. Qui enim fieri potest, ut catus, prudensque in eadem scripturæ facie, quod tamquam valde mirum in una Pyramide commendarat, in alia si non esset, siluisset? nunquam sane potiorem admirationis causam tacuisset. Si tacuit, quod jam de superioribus innuit, id idem & de aliis intelligi vult. Videbatur Pyramis Chembæ, sive Chemmidis, in magnam molem extructa, neque vestigium tritorum lapidum & dolatorum, neque aggerum apparebat: & hoc in maxima admiratione erat. In eodem campo reliquæ duæ spectabantur, etsi minoris, improbioris, difficiliorisque structuræ, hujus si vestigia essent, quæ de admiratione non minimum tollerent, sicut & alia, quibus inter se differebant, apertissimis verbis insonuit, ita & hæc non præteriisset. Quid tum Strabo? scribit acervos illos lapidum, & inter eos lapillos similitudine lentis ante Pyramides jacere, & se vidisse; narrarique ab incolis in lapides induruisse cibos operariorum: non tamen causam acervorum veram esse affirmat: ut enim mendacium est cibum lapidem factum fuisse, ita & acervos esse reliquos ex structura Pyramidum. Dubium namque est, acervi illi a quonam ibi producti, aut congesti fuerint: non esse autem industria humana congestos, vel illo convicitur, quod etiam aliis in locis simile quid reperiatur, nec reliqua dicuntur esse aut ciborum, aut ædificationis: Οὐκ ἀπέοικε δέ. καὶ γὰρ οἴκοι παρ' ἡμῖν λόφος τίς ἐστιν ἐν πεδίῳ παραμήκης, οὗτος δ' ἐστὶ μεστὸς ψήφων φακοειδῶν λίθου πορείας. καὶ αἱ θαλάττιαι δὲ, καὶ αἱ ποτάμιαι ψῆφοι σχεδόν τι τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ὑπογράφουσιν. ἀλλ' αὗται μὲν ἐν τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ῥεύματος εὑρεσιλογίαν τινὰ ἔχουσιν, ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις. Hoc si non sensisset Strabo, exempla allata, præter tanti Philosophi expectationem, nihil probarent. Potuerunt enim sicut & in aliis regionibus loci natura quadam occulta lapides illi acervatim concrescere, qui figuram lentis gestarent. Naturæ vero ignari, ac rudes, dum eorum causam assequi non posent, ciborum reliqua, frustulaque delatorum lapidum esse asseverarunt: quod fama divulgatum in advenas etiam, ac exteros homines decantari cœpit, monimentisque Sophorum commendari.

1 *Εἰς πυραμίδα, καὶ γνώμονος σχῆμα*) Maxima sane Pyramis in summitatem acutissimam non desinit, sed in modicam planiciem, si vera est emendatio Pliniani textus, quam Raderianus habebat: nam quod alii legunt, *Altitudo a cacumine pedes* XXV. Raderianus Codex legit, *Latitudo a cacumine*, sive, *in cacumine pedes* XXV. Quamvis in apicem desinere videatur procul aspicientibus.

2 *Καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστὶ*) De altitudine Pyramidum vix certi quid definiri potest, ita scriptores variant. Diodorus, τὸ δ' ὕψος ἔχει πλείω τῶν ἓξ πλέθρων. Strabo σταδιαίας, Mela ad quatuor jugera in altitudinem erigi. Solinus: *Pyramides turres sunt in Ægypto fastigiatæ ultra excelsitatem omnem, quæ fieri manu possit. Itaque mensuram umbrarum egressæ nullas habent umbras.* Ammianus Marcellinus: *Pyramides ad miracula septem provectæ, quarum diuturnas surgendi difficultates scriptor Hero-*

σίων. 1 ἡ δὲ περίμετρος σαδίων ἕξ. συνάρμον δὲ καὶ κατεξεσμένον τὸ πᾶν ἔργον, ὥστε δοκεῖν ὅλου τοῦ κατασκευάσματος μίαν εἶναι πέτρας συμφυΐαν. 2 ποικίλαι δὲ καὶ πορφυραῖ λίθων φύσεις ἀλλήλαις ἐπιδεδόμηνται. καὶ τῇ μὲν ἐστὶν ἡ πέτρα λευκὴ, καὶ μαρμαρῖτις. τῇ δὲ Αἰθιοπικὴ, καὶ μέλαινα, καὶ μετὰ ταύτην ὁ καλούμενος αἱματίτης λίθος, εἶτα ποικίλος, καὶ διάχλωρος ἀπὸ τῆς Ἀραβίας, ὥς φασι, κεκομισμένος. ἔνιαι δ' ὑελίζουσιν αἱ χρόαι, κυαναυγῆ τὴν φύσιν ἔχουσαι. καὶ μετὰ ταύτας ὡσεὶ μηλοβαφές ἐστιν, ἄλλων δὲ πορφυρίζει τὸ χρῶμα, 3 καὶ τοῖς διὰ τῶν κογχυλίων θαλασσοβαφουμένοις ἐξομοιοῦνται. προσέτι δὲ τῷ μὲν καταπληκτικῷ τὸ τερπνὸν, τῷ δὲ θαυμαστῷ τὸ φιλότεχνον, τῷ δὲ πλουσίῳ τὸ μεγαλεῖον. καὶ τὸ μὲν τῆς ἀναβάσεως μέγεθος ὁδοιπορίας ἔχει κόπον. ἡ δ' ἐπὶ τῆς κορυφῆς στάσις σκοτεῖ τὰς ὄψεις τῶν εἰς τὰ βάθη καταθεωρούντων. τῆς προσόψεως 4 τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων τὴν πολυτέλειαν τῆς χορηγίας βασιλικῷ πλούτῳ παρυφαίνον. καυχάσθω τύχη πισεύουσα ταῖς ἐξυπηρετημέναις δαπάναις, καὶ τῶν ἄστρων ἐφάψασθαι. ἢ γὰρ ἄνθρωποι διὰ τῶν τοιούτων ἔργων ἀναβαίνουσι πρὸς Θεοὺς, ἢ Θεοὶ καταβαίνουσι πρὸς ἀνθρώπους.

A Trecentorum cubitorum altitudo est, ambitusque stadiorum sex. Ita vero compaginatur arcte structura, lævigaturque, ut solidus esse lapis videatur. Varius, & purpureus in primis color adaggerata saxa commendat. Neque hinc candidus, & marmoreus, neque illinc Æthiopicus, & niger abest. Ibi non Hæmatitem, nec discolorem, & subviridem ex Arabia, ut ajunt, advectum desideres. Nonnulli vitro similes cæruleum emittunt splendorem: hos excipiunt melini. Alii item purpurei, non secus, ac quæ marinis conchyliis infecta sunt. Additur præterea B stupori venustas, admirationi studium, magnificentiæ sumptus. Ascensus magnitudo itineris præsefert laborem. E fastigio ima intuentium oculi caligant. Colorum gratiæ magnificentia, regiæque divitiæ innexæ sunt. Glorietur ars, pro comperto habens se subministratis sumptibus sidera tangere. Etenim vel homines per hæc opera ad Deos ascendunt, vel Dii descendunt ad mortales.

Ζεὺς Ὀλύμπιος.

C Juppiter Olympius.

5 ΔΙΟΣ Κρόνος μὲν ἐν οὐρανῷ, 6 Φειδίας δ'

JOVIS quidem in Cælo Saturnus, in Elide

---

detu docet, ultra omnem omnino altitudinem, quæ humanis confici potest, erectæ sunt turres, ab imo latissimæ in summitates acutissimas desinentes. Cassiodorus: *Pyramis in Ægypto, quarum in suo statu se umbra consumens ultra constructionis spatia, nulla parte conspicitur.* Ausonius *Idyllio* III.

—— quadro cui in fastigia cono
Surgit, & ipsa suas consumit Pyramis umbras.

Vide plura apud Raderum *in Mart.* is notat recentiores, qui eas dimensi sunt, angustiora spacia ponere, ideo quia rudera, & Nili alluvionibus saxorum fragmina circumjacentia, & terra ipsa crescente obducta, inferiores, & latiores Pyramidis partes tegant. Thaletem ex earum umbra illas mensurasse ex Hieronymo animadvertit Laertius *lib.* I.

E 1 Ἡ δὲ περίμετρος σαδίων ἕξ) Neque in latitudine conveniunt Auctores. Vide quæ adnotavit Raderus *in Martialem*: ubi etiam plethri, & jugeri differentiam exponit: habes etiam descriptionem Pyramidum ex Bellonio *lib.* II. *capp.* XLII. XLIII. & XLIV. & aliis, quos ille refert.

2 Ποικίλαι δὲ καὶ πορφυραῖ) Herodotus: Ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου. Et infra de Mycerini Pyramide, λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ. Concordat Diodorus, Plinius. Pyramidem tamen, quam extruxit Asychis lateritiam, sed cæteris præstantiorem fuisse ex Epigrammate, quod ibi incisum erat, satis liquet, F narrante Herodoto.

3 Καὶ τοῖς διὰ τῶν κογχυλίων) Colore scilicet ostrino, conchyliato, muriceo, purpureo, ab Hercule, ut fabulantur, primum invento. Fabulam fuse prosecutus est Julius Pollux *Onomast.* lib. I. & ex eo Antonius Thylesius libello *de Coloribus* carminibus Choriambis, & Nonnus *Dionys.* lib. XL.

4 Τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων) Hæc etenim opera cæteris Ægyptiis præcellebant, mole, impensis, artificumque industria, quos magis, quam reges ipsos, admirata est Antiquitas: isti namque proprio ingenio, reges divitiis hæreditario acceptis, alienisque molestiis similes machinas perfecere, D Diodorus: locum autem Philonis ita lego, τῶν ἐς τὰ βάθη κάτω θεωρούντων τῆς προσόψεως, τῇ χάριτι τῶν χρωμάτων, τῇ τε πολυτελείᾳ τῆς χορηγίας βασιλικὸν πλοῦτον παρεμφαινούσης: vel quid simile.

5 Διὸς Κρόνος μὲν ἐν οὐρανῷ) Quemadmodum de parentibus Jovis inter scriptores non convenit, ita diu, longeque certatum est de ejus patria: quamvis Philo uti certissimum illum Saturno in cælo satum fuisse asserat. Alii enim illum Ætheris & Diei filium fecerunt: ita etiam multi populi illum sibi vindicarunt; inter eos præcipui Cretenses, Thebani, Arcades, Messenii. Callimachus *Hymno* primo:

Πῶς καί νιν Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;
Ἐν δοιῇ μάλα θυμὸς, ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.

Et Pausanias in *Messeniacis* refert, difficile esse eos omnes enumerare, qui apud se natum Jovem, & educatum contendunt. Eusebius Cæsariensis lib. III. *Euang. Præparat.* prodit, nationes omnes Deum sibi Jovem constituisse diversis nominibus appellatum; eundemque apud se natum dixisse. Sine dubio plures fuerunt Joves nomine eodem, aliis atque aliis, forsan etiam iisdem temporibus, præcipui tamen tres memorati sunt. Unus, qui patre Æthere in Arcadia nascitur, fratre Libero, sorore Proserpina. *Alter* patre Cælo in Arcadia, qui Minervam genuit. Tertius Cretensis Saturni filius, cujus in Creta sepulchrum visebatur, & ad quem omnia prope aliorum facinora referuntur.

6 Φειδίας δ' ἐν Ἤλιδι) Phidias Atheniensis, familiaris & amicus Periclis, Hippi discipulus, pictor eximius, nec minus sculpendo, funden-

ἐν Ἤλιδι [1] πατήρ ἐστιν. ὃν μὲν γὰρ ἀθάνατος φύσιν ἐγέννησεν, ὃν δὲ Φειδίου χεῖρες μόναι δυνάμεναι Θεὺς τίκτειν. [2] μακάριος ὁ καὶ θεασάμενος τὸν βα-

vero Phidias pater est. Eundem enim immortalis Natura, & Phidiacæ manus, Deorum solæ effectrices, pepererunt. Illum beatum, qui Orbis

---

doque nobilis. Hujus simulacris nihil perfectius viderunt homines, si Ciceroni credimus in *Oratore*. Diodorus *Bibliothecæ* libro XII. eum inter præstantissimos artifices ponit, Plinius eum, artificem nunquam satis laudatum vocat. Non solum ex ebore, & auro, sed ex ære etiam Signa fecit. Plura commemorat Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. & *lib.* XXXVI. *cap.* V. Signo Veneris extra muros, quod fuerat Alcamenis Atheniensis ejus discipuli opus, appellabaturque Aphrodite ἐν κήποις. Præter hæc quæ hic numerantur a Plinio, plura recenset Pausanias. Cælestem Venerem e Pario marmore, & Nemesim Athenis: ex ære Minervam, & Apollinem Parnopium, ibidem *lib.* I. In puteali solis Jovis Olympii tres Horas, & totidem Gratias, *lib.* V. Puerum tænia redimitum, Cælestem Venerem, & Minervam ex ebore apud Eleos, *lib.* VI. ex ebore Minervam ad Pellenem, *lib.* VII. Ligneam Minervam pedibus ac manibus e Pentelico marmore Platæensibus, Mercurium Thebanis, *lib.* IX. signa Minervæ, Apollinis, Miltiadis, & Atheniensium multorum Delphis, *lib.* X. Minervæ Phidiæ meminit Cicero: *Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerva Phidiæ, sed tantum, ut ex eadem officina exiisse videatur.* Et Ovidius:

Arcis ut Actææ vel eburnea, vel ærea custos
Bellica Phidiaca stat Dea facta manu.

Simulacro tamen Jovis Olympii clarissimus. Plinius *lib.* VII. *cap.* XXXVIII. *Phidiæ Jupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori Capitolinus, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis ejus vasa.* Et *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *Minoribus simulacris, signisque innumera prope Artificum multitudo nobilitata est. Ante omnes tamen Phidias Atheniensis Jove Olympiæ facto ex ebore quidem & auro.* Lucianus in *Somnio*, Philostratus *de Vita Apollonii* lib. IV. cap. II. Photius in *Excerptis* ex Himerio, Strabo *lib.* VIII. μέγιστον δὲ τούτων ὑπῆρξε τὸ τοῦ Διὸς ξόανον, ὃ ἐποίησε Φειδίας Χαρμίδου Ἀθηναῖος ἐλεφάντινον. Martialis *lib.* VIII. *ep.* LV. Ausonius in *Occasionis Signo*: *Eo simulacro nihil præstantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ sunt manus*, scribit Valerius Maximus *lib.* III. *cap.* VII. Luculentam Signi narrationem habes apud Pausaniam *Eliac.* I. Vide si lubet, apud ipsum. In eo autem conficiendo Colotas ejus discipulus adjutor, non minimam opem tulit, Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. & *lib.* XXXV. *cap.* VIII. Strabo Panænum Phidiæ consobrinum, fratrem Plinius, & Pausanias, Πάναινος μὲν δὴ οὗτος, ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, faciunt, & fuisse adjutorem scribit, πολλὰ δὲ συνέπραξε τῷ Φειδίᾳ Πάναινος ὁ ζωγράφος ἀδελφιδοῦς ὢν αὐτοῦ, καὶ συνεργὸς πρός τε τὴν τοῦ ξοάνου κατασκευὴν διὰ τὴν τῶν χρωμάτων κόσμησιν, καὶ μάλιστα τῆς ἐσθῆτος. Et falluntur qui Panænum hunc in Pantænum, vel Pandænum mutarunt, affirmaruntque fuisse filium Phidiæ. Præter Colotam, & Panænum, adjutorem etiam habuit populum universum, ejusque consilio usus est in eo absolvendo. Quippe primum hominibus visendum proposuit, latens ipse; quid unusquisque in illo reprehenderat, vel laudarat, auscultabat, illis digressis emendabat, corrigebatque ad multorum opinionem, Lucianus in *Imaginibus*. Optimum consilium, reique perficiendæ absolvendæque valde utile. Cicero tamen in *Bruto* Phidianam ex populi sententia correctionem non agnoscit; ait quippe hoc Signum simul aspectum, & probatum fuisse: *Nam Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium ut Phidiæ Signum simul aspectum, & probatum est.* Cajus Caligula simulacrum hoc Romam advehere conatus, ut suum ibi caput imponeret, operam lusit: quippe navis ad vehendum parata fulminibus absumpta fuit, multusque risus exauditus, quoties quis sacrarium ejus tacturus accederet, Dio Cassius *lib.* LIX. & Suetonius in *Caligula*. Studuit item Phidias, ut non solum simulacrum eximium specie, ac magnificum esset, sed etiam immortalitatem, uti potuit, procuravit, quare ad pedes ante statuam oleum effundi jussit, Methodius sub persona Procli apud Epiphanium *adversus Hær.* l. II. Tom. I. Hær. LXIV. *in Origenem*: oleum enim ebur a carie vindicat. Plinius *lib.* XV. *cap.* VII. *Existimatur & ebori vindicando e carie oleum utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.*

1 Πατήρ ἐστιν) Elegantissima metaphora. Ejusdem farinæ cum illa, ὃν δὲ Φειδίου χεῖρες μόναι δυνάμεναι Θεοὺς τίκτειν. Quemadmodum enim parentes creant, & faciunt, ita & artifex parturit, generatque: unus animus in utrisque, idem dolor, & labor. Himerius Sophista *Declamat. in Insidiantes, & in Proconsulem Basilium* nondum edita: Διὰ τοῦτο τοὺς λόγους ἔπεισα καὶ τεκεῖν, καὶ δεῖξαι τοῖς ἄλλοις τὰ κυήματα, καὶ ἀναφλῦσαι τοῖς σοῖς σηκοῖς ἐναυλίζεσθαι, ὥσπερ τοὺς ὄρνεις τοὺς ἱεροὺς τῶν Θεῶν ἐν τοῖς ἄλσεσιν. Michael Psellus *Epist. ad Magnum Drungarium*: Πάλαι ποτὲ ἀπέτεκον ἐγὼ ἄγαλμα σοφίας ἐπήρατον, ὡραίας Ἐπιστολάς. αἷς δὴ σὺ περιτυγχάνων πολλάκις, εἶτα δὴ καὶ θαυμάζων ἴσως τῆς χάριτος, οἴει τοιαύταις με καὶ αὖθις ἀποτεκεῖν δύνασθαι. Διὰ τοῦτο σὺ μὲν ἐρᾷς τῶν ἐμῶν ὠδίνων. ἐγὼ δέ σοι ἐκφῦναι τὸν τόκον οὐ βούλομαι. Et Aristoteles *Ethic. Nicomach.* lib. IX. cap. VII. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν συμβέβηκε. πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔργου ἐμψύχου γενομένου. μάλιστα δ' ἴσως τοῦτο περὶ τοὺς ποιητὰς συμβαίνει. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι τὰ οἰκεῖα ποιήματα, στέργοντες ὥσπερ τέκνα. De hoc genere Metaphoræ tractat Aristoteles lib. *de Poetica*, & cum eo Robortellus, Castelvetrius, & alii. Vide quæ nos *in Epistolam Socraticam* VI. adnotabamus.

2 Μακάριος ὁ καὶ θεασάμενος) Strabo scribit hoc scite κομψῶς dictum fuisse, κομψῶς δ' εἴρηται καὶ τὸ, ὡς τὰς τῶν Θεῶν εἰκόνας, ἢ μόνος ἰδὼν, ἢ μόνος δείξας: in hoc loco intelligendo, mirum ut cæcutiat Gulielmus Xylander, & Isaacus Casaubonus: ille in versione: *Scite etiam dictum est de Homero, solum hunc Deorum formas, aut vidisse, aut ostendisse*; hic in *Comment. & Castigation. Conqueritur hoc nomine Herodotus de Hesiodo, & Homero: quos ait omnium primos* εἴδεα Θεῶν σημῆναι, *eorumque* ἐπωνυμίας, τιμὰς, & τέχνας *tradidisse hominibus*. Nihil minus. Etsi namque de Homero supra verba fecerat Strabo, tamen dictum hoc scitum neque de Homero, neque de Hesiodo dictum esse ex verbis Strabonis colligere possumus; quinimo potius de Phidia, de quo, quemadmodum & de aliis sculptoribus, vel pictoribus, dici solet, imagines dumtaxat, vel simulacra confecta, adeo primo exemplari assimilari, ut necesse fuerit Artificem exemplar illud vidisse, & quod visu in animum adjecerat, coloribus, aliisque imitatum. Quæ

στίλβοντα τὰ κέντρα μόνος, καὶ δεῖξαι δυνηθεὶς ἄλλοις τὸν κεραυνοῦχον. 1 εἰ δ' αἰσχύνεται Ζεὺς Φειδίου καλεῖσθαι, τῆς μὲν εἰκόνος αὐτοῦ γέγονεν ἡ τέχνη μήτηρ. 2 διὰ τοῦτο φύσις ἤνεγκεν ἐλέφαντας, ἵνα Φειδίας τεμὼν τοὺς τῶν θηρίων 3 ὀδόντας χορηγήσῃ καὶ τὴν εἰς τὸ κατασκευαζόμενον ὕλην. ἀγέλας ἐλεφαντίων ἡ Λιβύη δαψιλεύσεται. τοιγαροῦν τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἑπτὰ θεαμάτων θαυμάζομεν μόνον, 4 τοῦτο δὲ καὶ προσκυνοῦμεν. 5 ὡς μὲν γὰρ ἔργον τέχνης παράδοξον, ὡς δὲ μίμημα Διός. 6 ὅμοιον ἔχει τοίνυν ὁ μὲν πόνος ἔπαινον, ἡ δ' ἀθανασία τιμήν. ὦ καιρὲ τῆς Ἑλλάδος, καὶ πλουτήσας εἰς θεῶν κόσμον, ὁπόσον οὐδεὶς ὕστερον ἐπλούτησεν, καὶ τεχνίτην ἔχων δημιουργὸν ἀθανασίας, 7 ὁπηλίκον ὁ μετὰ σὲ νεώτερος βίος οὐκ ἐνήνοχεν. καὶ δεῖξαι δυνηθεὶς ἀνθρώποις θεῶν ὄψεις, ἃς ὁ μὲν παρὰ σοὶ θεασάμενος παρ' ἄλλοις ἰδεῖν οὐκ ἂν δυνηθείη. καὶ γὰρ δὴ τὸν μὲν Ὄλυμπον πλεῖστον χρόνον Φειδίας νενίκηκεν, τοσοῦτον ὅσον ὑπονοίας μὲν ἐνάργεια, ἱστορίας δὲ γνῶσις, 8 ὄψις δὲ ἀκοῆς ἐστι βελτίων.

A Dominum solus inspexit, aliisque ostendere potuit fulminatorem! At si Jovem Phidiæ dici pudet, ejus certe imaginis mater Ars fuit. Nec aliam ob caussam Natura Elephantos produxit, quam ut Phidias harum belluarum exsectis dentibus materiam haberet, qua, quod præ manibus esset, opus perficeret. Exuberet modo Elephantorum armentis Libya. Reliqua nos Orbis Spectacula tantum miramur; hoc vero colimus, & adoramus: siquidem ut artis opus admirationem, ut Jovis signum venerationem excitat. Itaque nec labor gloria, nec immortalitas cultu caret. O Græciæ tempora, tanto Deorum splendore aucta, quanto nec olim B ulla; immortalitatis Artificem nacta, cui parem posterius ævum non tulit; ostentare sueta divinos hominibus aspectus, quos, ut quis semel apud vos vidit, nusquam amplius visurus est. Tantum igitur Olympum ipsum Phidias superavit, quanto opinione evidentia, inquisitione agnitio potior, & auribus oculi certiores.

---

sane non minima erit laus, ita concinne, & affabre Signum factum fuisse, ac si ante oculos res illa fingenda fuisset posita. *Antholog.* lib. IV. tit. VI.

> Ἢ θεὸς ἦλθ' ἐπὶ γῆν ἐξ οὐρανοῦ εἰκόνα δείξων,
> Φειδία, ἢ σύ γ' ἔβης τὸν θεὸν ὀψόμενος.

In eadem *Antholog.* Plato de Venere Cnidia Praxitelis, Incertus, Lucianus; & de Junone Polycleti Parmenio similia habent. Pulchritudine itaque Jovis Olympii homines attoniti beatum Phidiam existimarunt, qui viderat tonantem, aliisque D ostendere potuit, quod ut scite dictum laudat Strabo: sed corruptus locus aliis errandi caussa fuit: quæ enim usquam sententia ex verbis sic, ut jacent, prolatis elici potest? quæ si sedulo explicanda essent, esset etiam & aliquid addendum, ut sensus absolutus haberi possit. Quare ita restituo, κομψῶς δ' εἴρηται καὶ τὸ, Μακάριος ὁ τὰς τῶν Θεῶν εἰκόνας, ἢ μόνος, ἰδὼν, ἢ μόνος δείξας: nisi velis ita intelligendum, Deorum imagines, qui solus vidit, & solus ostendit, Signum Jovis Olympici, neque alius conficere potuit.

1 Εἰ δ' αἰσχύνεται Ζεύς) Summa namque laus Artificis, ex cujus opere ornamentum ipse quærat E Jupiter. Coquus Plautinus in *Pseudolo*.

Eum odorem cœnat Jupiter quotidie.

Et Cicero in *Bruto*: *Jovem si Græce loquatur Platonis sermone loqui.* Quintilianus *Instit. Orat.* lib. x. cap. I. *In Comœdia maxime claudicamus: licet Varro dicat Musas Ælii Stolonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent.*

2 Διὰ τοῦτο φύσις ἤνεγκεν) Vide quæ de Elephantum dentibus discurrit Pausanias *dicto loco*: F ubi Liberalitatis & munificentiæ, & in Deos pietatis Græcos laudat: Φιλότιμοι δὲ ἐς τὰ μάλιστά μοι, καὶ ἐς Θεῶν τιμὴν οὐ φειδωλοὶ χρημάτων γενέσθαι δοκοῦσιν οἱ Ἕλληνες, οἷς γε παρὰ Ινδῶν ἤγετο, καὶ ἐξ Αἰθιοπίας ἐλέφας εἰς ποίησιν ἀγαλμάτων.

3 Ὀδόντας χορηγήσῃ) Multi dentes esse contendunt, alii cornua. Vide *Notas nostras in Eustathii Antiocheni Hexabem.* pag. 180. ibi enim utriusque sententiæ Auctores commemorantur.

4 Τοῦτο δὲ καὶ προσκυνοῦμεν) Phidias interrogatus in Jove Olympio exprimendo, quodnam exemplar esset imitaturus respondit, propositum ab Homero illis versibus:

> Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c.

In illis namque magna quædam vis, & divina majestas continebatur, Strabo *lib.* VIII. Dio Chrysostomus *Orat. Olympica*, aut *de prima Dei cognitione*, Valerius Maximus *lib.* III. *cap.* VII.

5 ὡς μὲν γὰρ ἔργον) Laudatissima apud omnes Phidiaca semper ars habita est; palmaque illi omnium consensu tributa. Phidiam tamen Quintilianus *lib.* XII *cap.* x. meliorem artificem asserit Diis quam hominibus efficiendis. Deorum auctoritate illius ars in Signo Olympio fuit comprobata. Exposito enim simulacro, ut sibi significaretur, an gratum esset & acceptum illud opus, Deos exorat: ideoque terra illa repente tacta est, Pausanias. Mirum quibusdam videri poterit, in præstantissimo, perfectissimoque hoc Signo Jovis Olympii, quod Antiquitas venerata est, coluitque ut numen propter pulchritudinem, mirum in modum eum reprehendi a Strabone ob non servatam συμμετρίαν simulacri, & templi: fecerat enim tam altum sedens, ut videretur ei perpetuo necessitas sedendi imposita: nam si surgeret tectum templi secum auferret.

6 Ὅμοιον ἔχει τοίνυν) Quintilianus *d. loco*: *Phidias tamen Diis, quam hominibus efficiendis, melior artifex traditur: in ebore vero longe citra æmulum: vel si nihil nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem fecisset; cujus pulchritudo adjecisse aliquid etiam receptæ religioni videtur: adeo majestas operis Deum æquavit.*

7 Ὁπηλίκον ὁ μεταγένεστερος) Simile Homeri præconium legitur apud Vellejum Paterculum *lib.* I.

8 Ὄψις δ' ἀκοῆς) Hic oculorum sensum auditui præfert: supra, aures potiores esse fassus est, διὰ τοῦτο θαυμαστὸν παιδεία, &c. In paucissimis verbis ita sui oblitum Philonem? Controversia non caruit, visus, an auditus præstaret. Tritum illud Heracliti, ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. Plautus *Milite glorioso* Act. II. Sc. III.

> *Volo scire utrum ego, id quod vidi viderim.*
> *An illic faciat, quod facturum dicit, ut ea sit domi,*
> *Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo utendos foris.*

Ο ἐν Ῥόδῳ Κολοσσός.

[1] ΡΟΔΟΣ ἐςὶ πελαγία νῆσος, [2] ἣν τὸ παλαιὸν ἐν βυθῷ κρυπτομένην Ηλιος ἀνέδειξεν αἰτησάμενος παρὰ Θεῶν ἰδίαν γενέσθαι τὴν ἀναφανεῖσαν. 3 ἐν

Colossus Rhodius.

RHODUS insula mari alluitur. Eam antiquo ævo in profundo latentem Sol manifestavit, Diis exoratis, ut, quæ jam

---

Herodotus *lib.* I. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιςότερα ὀφθαλμῶν. Herodoti verba explicat Lucianus *de Domo*. Polybius in *Excerptis* e lib. XII. Δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεί τινων ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα, καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως, ἀληθινωτέρας δ' ὄσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ηράκλειτον, ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέςεροι μάρτυρες. τούτων Τιμαῖος τὴν ἡδίω μὲν, ἧττω δὲ τῶν ὁδῶν ὥρμησε πρὸς τὸ πολυπραγμονεῖν. τὴν μὲν γὰρ διὰ τῆς ὁράσεως εἰς τέλος ἀπέςη. τὴν δὲ διὰ τῆς ἀκοῆς αὐτεποιήσατο. Nicetas Choniates *Annal.* lib. I. in *Alexio Comneno*: Τὰ γὰρ ὦτα οὐκ οἶδε τὰ δρώμενα, ἀλλὰ γλώττης ὄχλον εἰσοικιζόμενα, φύλακές εἰσιν ἀλλοτρίων, καὶ τούτων ἐναντίων πολλάκις ἐνηχημάτων. ἀσφαλὴς δέ ἐςι τῶν γινομένων διαιτητὴς ὀφθαλμὸς, καὶ μάρτυς ὧν τεθέαται ἀπαραλόγιςος, οὐχ ἑτέρωθεν εἰσχεομένην ἔχων τὴν πίςιν, ὡς τὴν τῶν λεγομένων εἰς ἐνοίκησιν ἀκοήν. Hinc oculorum testimonium certissimum, plurisque est oculatus testis, quam auriti decem. Qui enim audiunt audita dicunt: qui vident plane sciunt. Plautus *Pœnulo*, Act. III Sc. III. ℣. 95.

Quid si evocemus huc foras Agorastoclem,
Ut ipse sit testis certissimus.

Rudenti, Act. IV. Sc. IV. ℣. 23.

—— *hic ejus eccillum vidulum.*

GR. *Non habeo*. TR. *Negas quod oculis video?* Sic & *Milite*, Act. II. Sc. III. ℣. 60. 74. 75. & Act. II. Sc. IV. ℣. 15.

Mihi ego video, mihi ego sapio, mihi ego credo plurimum.

Joannes Chrysostomus *Homil.* XIV. *in Epist. ad Hebræos*: Η ἀκοὴ ἡμῶν ἀμαθεςέρα τῆς ὄψεως ἐςίν. οὐ γὰρ οὕτως ἅπερ ἴδομεν αὐταῖς ὄψεσιν. Seneca *epist.* VI. *Plus homines oculis quam auribus credunt.* Id idem in Jure Civili usui est. Non enim creditur testi se audisse dicenti, sed se vidisse. Nec immerito: nam visus ipsis visis concurrit, at auditus fieri potest, ut verbis immissis quasi carminibus incantatis elevetur, & decipiatur. Dio Chrysostomus *Oratione Olympica*: Καὶ δὴ τὸ λεγόμενον ὡς ἐςὶν ἀκοῆς πιςότερα ὄμματα ἀληθὲς ἴσως. πολύ γε μὴν δυσπιςότερα, καὶ πλείονος δεόμενα ἐνεργείας. ἡ μὲν γὰρ ὄψις αὐτοῖς ὁρωμένοις ξυμβάλλει. τὴν δὲ ἀκοὴν οὐκ ἀδύνατον ἀναπτερῶσαι, καὶ παραλογίσασθαι, ῥήματα εἰσπέμποντα γεγοητευμένα μέτροις καὶ ἤχοις. Oppositum, ut videtur, sentit Strabo *lib.* II. ubi fuse suæ sententiæ rationes explicat, & noster hic Philo. Verissima utraque sententia, & potest ita conciliari. Certior est auditu visus, longe visu utilior est auditus ad parandas scientias. Innuit Strabo: Ὁ δ' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον. ἥτις πρὸς ἐπιςήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρεῖττον ἐςίν. Affirmasseque Philonem nostrum quis neget. Vide Joannis Ferrerii *Academicam Dissertationem de Visu & Auditu*.

1 Ῥόδος ἐςὶ πελαγία) Prius ὀφιοῦσαν, & ςαδίαν dictam tradit Stephanus, τελχινίδα Strabo, & Eustathius: alia item ejus nomina vide apud Ortelium: πελαγία est Philoni non solum, quod mari undique cingatur, sed etiam pronomine, Antonino referente. Rhodi nomine dignatam scribit Diodorus a Sole, amore Rhodes filiæ Neptuni, quam ex Halia Telchinum sorore acceperat. Plura habes apud Scholiastem Pindari *Olymp.* ode VII. Rhodiorum usque ad suam memoriam disciplinam navalem, & gloriam remansisse testatur Cicero *pro lege Manilia*. Strabo *lib.* decimo quarto nullam Rhodo meliorem civitatem, sed ne parem dicere se posse affirmat, ita cæteris urbibus præstabat rebus omnibus. Sane Nauticarum legum apud Rhodios ea fuit præstantia, ut etiam apud Juris-Consultos Romanos Leges Rhodiæ appellentur αἱ περὶ τὰ ναυτικά.

2 Ην τὸ παλαιὸν ἐν βυθῷ) Fabulam Pindarus prosequitur *Olymp.* ode VII. Heraclides Ponticus in *Exceptis de Politiis*: Ῥόδον τὴν νῆσον τὸ παλαιὸν κεκρύφθαι λέγουσιν ὑπὸ τῆς θαλάσσης, ἀναφανῆναι δὲ ὕςερον ξηρανθεῖσαν. ἐκαλεῖτο δὲ Ὀφιοῦσα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐνόντων ὄφεων. Quo autem res se habuerit explicat Diodorus; ait enim sub primam rerum omnium constitutionem insulam cœnosam fuisse, & mollem, solemque desiccato humore terram fæcundasse, *lib.* V. Aristides *Orat.* Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας: Ηλιον τὸν Ῥόδου ἀρχηγέτην ἐκ τῆς θαλάσσης τὴν νῆσον ἀνεῖναι δῶρον τῷ Θεῷ scribit, & Scholiastes *in eundem locum*: Οτε ὁ Ζεὺς κλῆρος ἐποίει ὑπὲρ τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ ἄλλῳ τῶν Θεῶν ἄλλο μέρος ἐδίδου, ὁ Ηλιος οὐδὲν ἐκληρώσατο διὰ τὸ μὴ εὑρίσκεσθαι ἐν τῇ διανομῇ, ἀλλὰ τὴν αὐτοῦ πορείαν ἀνύττειν. μέλλοντι οὖν τῷ Διὶ ἐκ δευτέρου κλῆρον ποιεῖν οὐ συνεχώρησεν Ηλιος, εἰπὼν ὡς ἡ μέλλουσα νῆσος ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνελθεῖν, ἣν δὲ ἡ Ῥόδος, ἔσω ἐμή. κατένευσε τοίνυν ὁ Ζεὺς, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν νῆσον ὁ Ηλιος ἐκληρώσατο. συμμιγεὶς δὲ ἐνταῦθα Νύμφῃ τινὶ Ῥόδῳ καλουμένῃ Ῥόδον τὴν νῆσον καλεῖσθαι ἐποίησεν.

3 Εν ταύτῃ Κολοσσός ἐςι) Inde & Colassaeis Rhodii dicti sunt. Suidas, Ῥόδος ἡ νῆσος, ἥτις καὶ Λίνδος καλεῖται, καὶ Κολασσαεῖς οἱ οἰκήτορες διὰ τὸν Κολοσσόν. Eustathius *in Periegetem*: Διὰ δὲ τὸν ἀνώτερον ῥηθέντα μέγαν Κολοσσὸν, καὶ Κολασσαεῖς ὡς ἐκ μεγάλου παρασήμου ἐκαλοῦντο οἱ Ῥόδιοι. Joannes Antiochenus in *Archæologia*: Οἱ Ῥόδιοι θαλασσοκρατήσαντες ςήλην ἔςησαν, ἣν διὰ τὸ μέγεθος Κολοσσὸν ἔλεγον, καὶ διὰ τοῦτο ὠνομάσθησαν Κολασσαεῖς. Similia habet Cedrenus, in *Synopsi*, & Zonaras. Colossi hujus meminere, censuereque inter miracula: Strabo: Αριςα δὲ ὅτε τοῦ Ηλίου, ὅν φησιν ὁ ποιήσας τὸ ἰαμβεῖον, ὅτι ἑπτάκις δέκα Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. κεῖται δὲ νῦν ὑπὸ σεισμοῦ πεσὼν, περικλασθεὶς ἀπὸ τῶν γονάτων. οὐκ ἀνέςησαν δ' αὐτὸν κατά τι λόγιον. τοῦτο δὲ δὴ τῶν ἀναθημάτων τὸ κράτιςον. καὶ τῶν γοῦν ἑπτὰ Θεαμάτων ὁμολογεῖται. Philostratus *de Vita Apollonii* lib. V. cap. VII. Suidas, Eustathius. Habitus itaque fuit hic Colossus ante omnes alios in admiratione, etsi non defuerint alii minores, & in eadem insula, & alibi: de Rhodiis, & aliis, Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* VII. de Colosso Herculis Tarenti, Strabo *lib.* VI. Præterea Colossos adnotabam ex Strabone ibidem, Jovis, omnium Colossorum, qui tunc extabant, post Rhodium, maximum in foro Tarentinorum positum. Herodotus *lib.* II. Colossorum circiter viginti in urbe Sai apud Regiam, qui erant concubinarum Mycerini, meminit. Nec non aliorum duodenum cubitorum, qui stabant loco columnarum in Aula in Memphi a Psammiticho extructi. Amasis quoque, ut ipse refert, Colos-

ταύτῃ Κολοσσός ἐστι [1] πηχῶν ἑβδομήκοντα διεσκευασμένος εἰς Ἥλιον· [2] ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ [3] μόνοις ἐγνωρίζετο τοῖς ἐξ ἐκείνου· [4] τοσοῦτον δ' ὁ

A apparuerat, ſibi concederetur, ipſiuſque eſſet. In Illa Coloſſus eſt ſeptuaginta cubitorum altitudine, Soli ſacer. Imago quippe Dei illius Viris ſolummodo, qui ex eo erant, innotuerat. Tantum vero Artifex æris con-

---

ſos, & immanes, Androſphingas in veſtibulo Minervæ apud Saitas poſuit. Pauſanias item in *Atticis* Coloſſi Memnonis meminit apud Thebas Ægyptias. Et in *Eliacis prioribus*, Jovis ærei pedum XXVII. altitudine. Nec non in *Bœoticis* Herculis, & Minervæ Thebis a Thraſybulo reliquaque B Athenienſium exulum manu poſitorum Coloſſi ſpecie e Pentelico lapide. Erat etiam in Urbe Coloſſus Domitiani, quem equeſtri habitu ipſemet ſibi poſt victoriam Germanicam, ſupra ingentem molem columnarum pulcherrimis marmoribus conſtructum dicavit in Foro. Papinius:

Quæ ſuper impoſito moles gemmata Coloſſo
Stat Latium complexa forum:

Et Martialis:

Inde ſacro veneranda petes palatia clivo
Plurima, qua ſummi fulget imago ducis.

Coloſſum nomen dicunt habuiſſe ab Auctore, inter eos Feſtus: *Coloſſus a Coleto artifice, a quo formatus eſt, dictus, fuit enim apud Rhodum inſulam ſtatua Solis alta pedes centum & quinque.* C Alii ab effectu, quod ſpectantium oculos diſſipat, quando præ molis magnitudine non liceat unico aſpectu Coloſſum totum amplecti, diceretur que unico vocabulo apud Latinos, ut lib. *de Verborum Vitruvianorum ſignificatione* animadvertit Bernardinus Baldus *Urbinas abas*. Hinc *Coloſſea*, & *Coloſſicotera* apud Vitruvium.

1 Πηχῶν ἑβδομήκοντα) Et infra, ἐφ' ὧν ἔμελλε Θεὸς ἑβδομηκοντάπηχυς ἐγείρεσθαι. Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* VII. *Septuaginta cubitorum altitudinis fuit.* D Jambici carminis auctor:

Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Major illi vaſtitas tribuitur a Simonide in *Epigrammate*, niſi mendum ſit: ita enim legitur:

Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα
Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Et forſan Auctor ſcripſerat ἑπτάκις δέκα. Conſtantinus tamen Porphyrogen. *De adminiſtrando imperio* ex Theophani *Chronico* ὀκτάκις agnoſcit cap. XXXI. Ἐλθὼν δὲ τῇ Ῥόδῳ καθεῖλε τὸν Κολοσσὸν τὸν ἐν αὐτῇ ἱστάμενον. ἄγαλμα δὲ ἦν Ἡλίου, χαλκοῦν, κεχρυσωμένον, ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν ἔχων ὕψος E πήχεις π. τὸ δὲ πλάτος συναλόγως τοῦ ὕψους, καθὼς μαρτυρεῖ τὸ ἐπίγραμμα τὸ πρὸς τὴν βάσιν τῶν ποδῶν αὐτοῦ γεγραμμένον, Τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ὀκτάκις δέκα Λάχης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος. Cedrenus in *Synopſi hiſtoriarum* ὀκτάκις etiam agnoſcit in *Conſtante Heraclii nepote*. Anonymus *de ſeptem orbis miraculis* ex Ariſtotele modum excedit, qui DC. cubitorum facit, περὶ δὲ φασὶ τὸν ... χαλκοῦν τὸ μέγεθος πηχῶν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἑξακοσίων. Eadem repetit Nicetas. Feſtus pedum centum & quinque: *Fuit enim apud Rhodum inſulam ſtatua Solis alta pedes centum & quinque.* In quibus maxime F fallitur Jacobus Delachampius *in Plinium*, dum aſſerit idem eſſe, *Septuaginta cubitorum*, & *pedum centum & quinque*, ſive enim cubitus geometricus intelligendus ſit, qui tantum valet, quantum ſex noſtra cubita, ut Origines, Auguſtinuſque tradiderunt: ſive regius, qui major eſt communi tribus digitis, ut refert Herodotus *lib.* I. ſive communis, qui tantum duobus pedibus menſuratur, adhuc ſeptuaginta cubita excedunt, nec centum & quinque pedes ſeptuaginta cubitorum menſuram explent, ſed arctioribus terminis vinciuntur, quippe ſeptuaginta cubita pedes faciunt centum quadraginta, ut minimo, quamvis communi, cubito, altitudinem metiamur. Fœdius in hoc eodem lapſus eſt Dionyſius Gottofredus, qui Feſtum ita corrigit: *Centum & quinque, Imo 70. tantum, ut ipſemet Chares ſcripſit.* Qui enim adeo rudis eſt, qui ignoret, pedem diverſum eſſe a cubito, nec cubitorum numerum reſpondere pedum numero? Septuaginta cubita ſunt, non dubito: ideo ne & ſeptuaginta pedes? aliud πούς eſt, aliud πῆχυς. Si Feſtus dixiſſet cubita fuiſſe centum & quinque, optime Gottofredus animadverteret. Sed cubitorum nulla mentio: tantum pedes commenſus eſt.

2 Ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ) Probabili ſane ratione. Grandia quippe patrare, & aggredi, & ſublimia tentare, aſſequique, quæ vires humanas excedunt, non hominis eſt, non mortalis, ſed Herois cujuſpiam, & divinæ naturæ. Quis imaginem Dei vel intellectu amplecti, vel verbis exprimere, vel ære, lapidibuſque effingere potuiſſet, niſi ab ipſo Deo ducens originem, ſpiritu quoque divino inflammaretur? Perfectior enim natura, perfectiora aſſequitur. Rhodii itaque Dei a nullo alio quam a Rhodio quopiam extruenda erat imago: cum Rhodiis tamquam affinibus, καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος ἐκγεγαῶσιν innotuiſſe omnibus aliis clarius, veroſimillimum, & certiſſimum ſit. Chares namque, ut placet Straboni, Plinio, Sexto Empirico, Euſtathio, & aliis, ſive Laches, ut Simonidi, & Cedreno, Lindius fuit. Lindus una eſt ex Rhodi civitatibus. Scylax Caryandenſis in *Periplo*, Ῥόδος καὶ ταύτῃ νῆσος τρίπολις, ἀρχαία πόλις, καὶ ἐν αὐτῇ πόλεις αἵδε Ἰαλυσός, Λίνδος, Κάμειρος. Vide Euſtathium *in Periegetem*, Plinium *lib.* V. *cap.* XXXI. Diodorum. Locus Plinii, ut intelligi debeat, exponit Caſaubonus *in Strabonem*, pag. 196.

3 Μόνοις ἐγνωρίζετο τοῖς ἐξ ἐκείνου) Dio Chryſoſtomus *Oratione Corinthiaca*: Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι λήξεις τε καὶ κλήσεις τῶν Θεῶν κατὰ μονὰς εἰσίν. Ἄργος μὲν Ἥρας, Ἀθηνᾶς δὲ Ἀθῆναι, καὶ αὐτή γε πόνον τῶν Θεῶν, Ῥόδος μὲν Ἡλίου, Ὀγχηστὸς δὲ Ποσειδῶνος, Κόρινθος δὲ ἑκατέρων. Qua vero ratione Rhodus Soli fuerit conſecrata, ibique nati perpetuo Solem præ cæteris Diis tamquam ſui generis auctorem coluerint, & de Heliadarum ortu, & progeſſu, vide Diodorum *l.* V. & nos ſupra ad naturalem cauſam cum Diodoro ipſo retulimus. Altera & ſatis probabilis ex Plinio *lib.* II. cap. LXII. eſſe poterit, nullum inter annum eſſe diem nubilum licet, in quo aliqua hora ſol non appareat. Quod de Rhodo dicit Plinius, in Chio inſula uſu etiam eſſe, multi experimento comprobarunt. Alii Delum Apollini ſacram, ipſumque Delium appellarunt, quod omnia per ipſum pateſiant, & in apertum veniant, & colluſtrentur. Phurnutus *de nat. Deorum* in *Apolline*: Καὶ Δήλιον δὲ αὐτὸν ὠνόμασαν, καὶ Φοῖβον ἀπὸ τοῦ δηλοῦσθαι δι' αὐτοῦ τὰ ὄντα, καὶ φωτίζεσθαι τὸν κόσμον, ὡς καὶ Ἀναφαῖοι Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο τοῦ ἀναφαίνοντος τὰ πάντα. τούτῳ δ' ἠκολούθησε, καὶ τὸ τὴν Δῆλον, καὶ Ἀνάφην ἱερὰς αὐτοῦ νομισθῆναι. ἔχει δὲ τὸν εἰρημένον σαφηνισμὸν τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ μαντικὸν αὐτῷ προσῆψαν.

4 Τοσοῦτον δ' ὁ τεχνίτης) Zonaras narrat Agarenos Rhodo ſubacta Coloſſum demolitos, æs ven-

τεχνίτης ἐδαπάνησε χαλκὸν, ὅσος απανίζειν ἔμελλε τὰ μέταλλα. τὸ γὰρ χώνευμα τοῦ κατασκευάσματος ἐγένετο χαλκούργημα τοῦ κόσμου. [1] μήποτε δὲ διὰ τοῦτο ὁ Ζεὺς Ροδίοις θεσπέσιον κατέχεε πλοῦτον, ἵνα τοῦτον εἰς τὴν Ἡλίου δαπανήσωσι τιμὴν τὸν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τῇ ἐπιβολαῖς ἀπὸ γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζοντες; [2] τοῦτον ὁ τεχνίτης ἔσωθεν μὲν σχεδίαις σιδηραῖς, καὶ τετραπέδοις διησφαλίσατο λίθοις, ὧν οἱ διάπηγες μοχλοὶ [3] Κυκλώπειον

sumpsit, ut metalla cætera, fodinæque imminutæ deficerent: namque ipsa conflatura opificii Orbis totius imago fuit. Eone Juppiter Rhodiis immensam divitiarum vim infudit, ut eam in Solis honorem impendentes, Dei simulacrum e terra ad cælum conarentur educere? Colossum Artifex intus pontibus ferreis, & quadratis lapidibus connexuit, quorum conglutinantes vectes Cyclopios

---

didisse cuidam Judæo, quod nongentorum camelorum justum onus fuit, Constante Heraclii nepote regnante. Cedrenus etiam in *Synopsi*. Eadem repetit Incertus. Constantinus item Porphyrogenneta *de Administrando Imperio* cap. XX. Ὁ Μαβίας τὴν νῆσον Ρόδον καταλαβὼν καθεῖλε τὸν ἑαυτῆς Κολοσσὸν μετὰ χίλια τξ'. ἔτη τῆς αὐτοῦ ἱδρύσεως, ὃν Ἰουδαῖος τις ἔμπορος ὠνησάμενος Εδεσηνὸς τριάκοντα χιλιάδας καμήλους ἐφόρτωσεν αὐτοῦ τὸν χαλκόν. Et cap. XXI. e *Chronico* Theophanis de eodem Mavia: Ἔλαβε δὲ τὸν χαλκὸν αὐτοῦ καὶ διεπέρασεν ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ἔστησεν αὐτὸν εἰς ἀγορὰν παντὶ τῷ βουλομένῳ. ὠνήσατο δὲ αὐτὸν Ἑβραῖος Ἐμεσηνὸς ἐπιφορτώσας αὐτὸν ἀπὸ θαλάσσης καμήλους λπ'. Codex antiquissimus MS. Theophanis Græcus legit Εδεσηνός. Landulphus lib. XIX. *Imperii Constantis Mubavias Rhodum rediens, destruxit Colossum ejus post mille trecentos sexaginta stabilitatis ipsius annos*. In qua narratiuncula vide quot Auctorum dissidia. Constantinus, Landulphus, post mille trecentos & sexaginta annos narrant Colossum sublatum: Cedrenus post mille trecentos sexaginta quinque. Theophanes, & Constantinus triginta millia camelorum: Landulphus, Cedrenus, Zonaras tantum nongentos ære illius onerasse. Constantinus, Zonaras, Cedrenus narrant Hebræum Mercatorem e Rhodo Insula cum camelis asportasse; Theophanes in Syriam Mabiam æs transportasse, ibique venale proposuisse. Scaliger *in Eusebii Chronicon*, molis hujusce pondus inquirens scribit 720. millia pondo, vel 144. quintalia fuisse: *Jacuit*, inquit, *in solo illa ingens ænea moles annos* 977. *donec Mavia Arabs Rhodo capta mercatori cuidam hunc Colossum vendidit, qui nongentos camelos illius fragmentis oneravit. Cameli vero onus est duplum ad onus muli: est enim* 800. *pondo. Itaque secundum hanc rationem materia illius Colossi fuerit* 720. *millia pondo, vulgo ut mercatores nostri loquuntur essent* 144. *quintalia. Asportata fragmenta fuisse scribit Cedrenus anno Christi vulgari* 655. *millesimo vero* 305 *ut ipse nugatur, postquam erectus fuit. Quod si verum esset, erectus fuisset anno secundo Olympiadis* XVII. *quo nihil vanius*. In quibus multa Scaligeri peccata considerantur a multis. Primo quod mala fide Cedreni verba refert, ut videatur aliquid in Auctorem illum adnotasse: sane nugatur ipse, & vanus est pluribus modis. Nam Cedrenus dicit, postquam erectus esset ille Colossus, annos 1365. non 1305. elapsos fuisse. Secundo non recte Colossum jacuisse tot annos dicit, ut enim dicemus, erectus fuit, ut alia omittam, temporibus Titi Vespasiani. Nam post primam illam ruinam sæpius restitutum legimus. Tertio annos illos non recte supputat. Nam si Christi annis 655. sive 652. annos ante Christum 222. addas, erunt anni 874. An Scaligero centum & trium annorum spacium pro momento temporis sunt, ideoque cum reliquis annis non computandi? Quarto quia 720. millia pondo non efficiunt 144. quintalia, sed quinquagies plura, nimirum septem millia & ducenta. Quinto ad 144. quintalia ferenda tantum sufficerent cameli octodecim, quorum singuli ferrent octingentas libras, id est, octo quintalia, nec necessarii fuissent nongenti. Sexto quod hanc æneam molem credidit fuisse septingentorum & viginti millium pondo, quasi solido ex ære conflata esset, cum legamus in Plinio, *Vasti specus biant defractis membris, & spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere illud stabiliverat constituens*. Et Philo noster, τοῦτον ὁ τεχνίτης ἔνδοθεν μὲν σχεδίαις σιδηραῖς, καὶ τετραπέδοις διησφαλίσατο λίθοις, ὧν οἱ διάπηγες μοχλοὶ κυκλώπιον ἐμφαίνουσι ῥαιστηροκοπίαν, καὶ τὸ κεκρυμμένον τοῦ πόνου τῶν βλεπομένων μεῖζον ἐστίν. Nisi forte mercator saxis quoque camelos suos oneravit. Ita Scaliger, cum nimis se in alios Auctores acuens, subtilissime se opponit, ignorantiæ, malitiæque jaculis facile perforatur, & ni plenus rimarum exorbitet, nihil sibi dixisse videtur. Et similia monstra ab Heroe isto, qui etiam in errando nescit servare modum, inter homines vel paululum eruditos disseminari, illius sapientiæ admiratores patiuntur? Qui vero camelos ad triginta millia æstimant, ridiculi mihi videntur. Eoque præcipue cum Codex antiquissimus Græcus manuscrip. Theophanis expanso numero ἐννακοσίας legat. Unde vero numerum Constantinus hausit tam immanem? alii quærant.

1 Μήποτε δὲ διὰ τοῦτο) Fabulantur namque Poetæ quondam Rhodum aureo imbre irrigatam fuisse, Pindarus *d. loco*. Ex Pindaro sua pinxit Philostratus in *Imaginibus*, in Ἀθηνᾶς γοναῖς. Himerius *Oratione Propemptica*: Ροδίους μὲν δὴ λόγος ὑσθῆναι χρυσῷ, χρυσοῦ δὲ ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Διὸς νεφέλην ῥήξαντος. Ingentem insulæ fortunam, ac divitiarum copiam fabulæ locum dedisse, narrat Strabo *lib.* XIV.

2 Τοῦτον ὁ τεχνίτης) Plinius *lib* XXXIV. *cap.* VII. *Ante omnes autem in admiratione fuit Solis Colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius, Lysippi supradicti discipulus, septuaginta cubitorum altitudinis fuit. Hoc simulacrum post quinquagesimum sextum annum terræmotu prostratum, sed jacens quoque miraculo est. Pauci pollicem ejus amplectuntur. Majores sunt digiti, quam pleræque statuæ. Vasti specus biant defractis membris, spectantur intus magnæ molis saxa, quorum pondere stabiliverat constituens. Duodecim annis tradunt effectum* CCC. *talentis, quæ contulerant ex apparatu regis Demetrii relicto moræ tædio*. Plinium in supputatione annorum falli deprehendit Salianus: neque enim post quinquagesimum sextum, sed unum & octogesimum corruit.

3 Κυκλώπιον ἐμφαίνουσι ῥαιστηροκοπίαν) Ut immanem laborem ostenderet, immanis artificis mentionem fecit, Cyclopes enim monstres magnitudine æquant, viribus Diis non dissimiles, quare barbari, enormesque a Poetis exprimuntur. Luculenter Homerus *Odyss.* ι. ex eo Virgilius III. *Æneidos*, & Euripides in *Cyclope*. Cyclopios conatus in elaborandis operibus felicissime imitatus est Callimachus *Hymno in Dianam*:

ἐμφαίνουσιν ῥαιστηρίων. καὶ τὸ κεκρυμμένον τοῦ πόνου τῶν βλεπομένων μεῖζόν ἐστιν. ἐπαπορεῖ γὰρ ὁ θαυμαστὴς τῶν θεωρημάτων ποίαις πυράγραις, ἢ πηλίκαις ὑποστάσεσιν ἀκμόνων, ἢ ποταπαῖς ὑπηρετῶν βίαις τὰ τηλικαῦτα βάρη τῶν ὀβελίσκων ἐχαλκεύθη. ὑποθεὶς δὲ βάσιν ἐκ λευκῆς, καὶ μαρμαρίτιδος πέτρας ἐπ' αὐτῆς μέχρι τῶν ἀστραγάλων πρώτους ἤρεισε τοὺς πόδας τοῦ Κολοσσοῦ ¹ νοῶν τὴν συμμετρίαν, ἐφ' ὧν ἔμελλε θεὸς ἑβδομηκοντάπηχυς ἐγείρεσθαι. τὸ γὰρ ἴχνος τῆς βάσεως ἤδη τοὺς ἄλλους ἀνδριάντας ὑπερέκυπτε. τοιγαροῦν οὐκ ἐνῆν ἐπιθεῖναι βαστάσαντα τὸ λοιπόν. ἐπιχωνεύειν δὲ ἀεὶ τὰ σφυρά, καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν οἰκοδομουμένων ἀναβῆναι τὸ πᾶν ἔργον ἐπ' αὐτοῦ. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἄλλους ἀνδριάντας οἱ τεχνῖται πλάσσουσι πρῶτον, εἶτα κατὰ μέλη διελόντες χωνεύουσιν, καὶ τέλος ὅλους συνθέντες ἔστησαν. οὗτος δὲ τῷ πρώτῳ χωνεύματι τὸ δεύτερον μέρος ἐπιπέπλασται, καὶ τούτῳ χαλκουργηθέντι τὸ τρίτον ἐπιδεδόμηται, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο πάλιν τὴν αὐτὴν τῆς ἐργασίας ἔσχηκεν ἐπίνοιαν. οὐ γὰρ ἐνῆν τὰ μέλη τῶν μετάλλων κινῆσαι. τῆς χωνείας δὲ γενομένης ἐπὶ τῶν προτετελεσμένων ἔργων, αἵ τε διαιρέσεις τῶν μοχλῶν, καὶ τὸ πῆγμα τῆς σχεδίας ἐτηρεῖτο, καὶ τῶν ἐντιθεμένων πετρῶν ἠσφαλίζετο τὸ σήκωμα, ἵνα διὰ τῆς ἐργασίας τηρήσῃ ² τὴν ἐπίνοιαν ἀσάλευτον, ἀεὶ τοῖς οὔπω συντελεσθεῖσι μέλεσι τοῦ Κολοσσοῦ χοῦν γῆς ἄπλατον περιχέων, κρύπτων τὸ πεπονημένον ἤδη, κατάγειον τὴν τῶν ἐχομένων ἐπίπεδον ἐποιεῖτο χωνείαν, ἐκ δὲ τοῦ κατ' ὀλίγον ἀναβὰς ἐπὶ τὸ τέρμα

malleorum ictus ostendant. Majus quiddam est quod labor obtegit, quam quod videtur. Hæsitat quippe admirator, simul ac spectator, quibusnam forcipibus, aut incudum compagibus, aut igneis fabrum viribus similes obeliscorum moles conflatæ sint. Basi enim e candido marmore suppolita, exquisitissima symmetria Colossi plantas ad calcaneum usque primum firmavit, quibus septuaginta cubitorum Deus inniteretur. Nam basis vestigium cætera Simulacra supereminebat. Igitur minime fieri poterat, ut reliquum deferendo apponeret, malleolosque pedum adaptaret, & veluti in ædificiis totum opus super eo erigeretur. Propterea reliqua Simulacra artifices primum quidem fingunt, deinceps in membra divisa conflant, tandem omnia recte composita erigunt. Hujus autem prima fusura perfecta, secunda pars perficitur, qua absoluta tertia superædificatur: & quæ tertiam sequitur similem operationem sortitur. Neque enim concedebatur membra ænea movere. Fusura completa, super jam confectis operibus divisiones vectium, pontesque nexi observabantur, & lapidum, qui imponebantur, æquipondium stabiliebatur; adeo ut opus servaret immotum; illis membris Colossi, quæ nondum perfecta erant, pulverem immensum circumfundens Artifex, quod elaborarat occultans, subterraneam, ac firmam conflaturam

---

Εὖθ' οἵγε ῥαιστῆρας (audi malleorum ictus, & incudum sonitus) ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,

> Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἠὲ σίδηρον,
> Ἀμβολαδίς τε τύποιτε; ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν.

Vide Virgilium *Georg.* IV. & *Æneidos* lib. VIII.

1 Νοῶν τὴν συμμετρίαν) Nomine Symmetriæ usi sunt etiam Latini. Gellius *lib.* I. *competentiam* vocavit: *Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam, modificatus est.* Vitruvius *lib.* I. *cap.* I. & alibi felicissime expressit Latine, *Commensum: Ut etiam in operum perfectionibus singulorum membrorum ad universam figuræ speciem habeat commensus exactionem.* Plinius *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. de Lysippo statuario verba faciens, negavit symmetriam habere nomen Latinum, *non habet Latinus nomen symmetria, quam diligenter custodivit.* Ut a multorum reprehensione defendatur Plinius, lege Bernardinum Baldum *de Verborum Vitruvianorum significatione*, voce *Symmetria*; ex quo hæc excerpebamus.

2 Τὴν ἐπίνοιαν ἀσάλευτον) Cecidit tamen terræmotu, nec denuo postea ad multum tempus erectus, Strabo *lib.* XIV. Polybius *Histor* lib. V. terræmotum, & damna, quæ inde Rhodiis provenere, narrat, inter ea πεσεῖν συνέβη τόντε Κολοσσὸν τὸν μέγαν, ad quem reficiendum tria millia talentum promiserat Ptolomæus, εἰς τὴν τοῦ Κολοσσοῦ κατασκευὴν τάλαντα τρισχίλια. Addit præterea Rhodios in ea calamitate tam prudenter ac solerter se egisse, ut emolumento potius, quam damno is casus illis fuerit. In quibus, ut vides, tempus non notat; notat tamen Eusebius, qui terræmotus & ruinæ Colossi meminit anno secundo Olympiadis CXXXIX. Chronicon vero Alexandrinum una Olympiade prius evenisse tradit: Καρία, καὶ Ῥόδος ἐσείσθη, ὡς καὶ τὸν Κολοσσὸν ἐν Ῥόδῳ πεσεῖν. Fusius Justinus *Hist.* lib. XXX. Neque tum solum sed alias etiam refectum procubuisse, & in aliam formam mutatum colligimus ex Chronico Alexandrino sub Vespasiano VII. & Tito IV. Coss. pedum centenum septenum: Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐν Ῥόδῳ ὁ Κολοσσὸς ἀνεστάθη μῆκος ἔχων πηχῶν ρζ'. Georgius Syncellus triginta addit: Ὁ Κολοσσὸς Ῥόδου ἀνεστάθη μῆκος ποδῶν ρλζ ἐκ χαλκοῦ. Ex eodem habemus Commodum sublato illius capite suum imposuisse: Τοῦ ἐν Ῥόδῳ ἡλιακοῦ Κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν Κόμμοδος τὴν ἑαυτοῦ ἔστησεν. Qui postea ab Agarenis, sive Arabibus, subacta Rhodo, ut supra diximus, difractus alio venalis transportatus est Heraclii nepote imperante.

2 Ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς ἐλπίδος) Philo Byzantius, alique innuunt Charetem, sive quis alius fuerit Colossi auctor, eundem, & initium fecisse, & finem operi imposuisse. Sextus Empiricus *adversus Mathem.* lib. VII. scribit Auctorem sibi manus conscivisse, cum in initia tantum Colossi impendisset, quod illi fuerat datum, datum autem fuerat quod ipse petierat. Cum enim Rhodii rogassent, quantum impenderetur pecuniæ ad construendum Colossum; ille definiit: rursus rogarunt, quantum autem, si vellent eum duplo majorem constituere, duplum postulavit, quod tamen ad perficiendum opus non suffecit: Θανόντος δὲ αὐτοῦ, subdit, συνεῖδον οἱ τεχνῖται, ὡς οὐ διπλάσιον ἐχρῆν, ἀλλ' ἑκατονταπλάσιον αἰτῆσαι. οὐ γὰρ μῆκος μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν διάστασιν ὤφειλε μεγεθοποιεῖν τοῦ δημιουργήματος. ὥστε ἀναλογία τίς ἐστιν ἐν πλαστικῇ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν ζωγραφίᾳ. δι' ἣν ὁμοιότητα κατ' ἀπαραλλαξίαν κατορθοῦται. Hic memineris lector antiquissimæ Ephesiorum legis, qua Architectorum imprudentia puniebatur, impensarumque

τῆς ἐλπίδος; καὶ πεντακόσια μὲν χαλκῦ τάλαντα δαπανήσας, τριακόσια δὲ σιδήρυ, τῷ Θεῷ τὸν Θεὸν ἴσον ἐποίησεν, μέγα τῇ τόλμῃ βασάσας ἔργον. ἥλιον γὰρ δεύτερον ἀντέθηκε τῷ κόσμῳ.

A ram faciebat. Tandem paulatim ad operis exitum, ut ipse speraverat, perveniens, & quingentis æris talentis insumptis, ferrique trecentis, Deo Deum æqualem confecit, audacia magnum opus adortus: Solem quippe secundum mundo opposuit.

Τείχη Βαβυλῶνος.

[1] ΣΕΜΙΡΑΜΙΣ ἐς βασιλικὴν ἐπλέτησεν ἐπίνοιαν. τοιγαρῦν ἀπέθανε Θεάματος θησαυρὸν ἀπολείπυσα. [2] Βαβυλῶνα γὰρ ἐτείχισε [3] τριακοσίων ἑξήκοντα σαδίων βαλλομένη θεμελίωσιν,

Muri Babylonii.

B SEMIRAMIS regium animum divitiis abunde explevit. Decedens enim thesaurum Spectaculi posteris reliquit. Nam Babylona mœnibus cinxit, trecentorum &

---

largissimæ profusiones compescebantur. Vitruvius *lib.* x. in *Proœmio*: *Nobili Græcorum, & ampla civitate Ephesi lex vetusta dicitur a majoribus dura conditione, sed jure esse non iniquo constituta. Nam Architectus cum publicum opus curandum recipit, pollicetur quanto sumptu id futurum: tradita æstimatione magistratui bona ejus obligantur, donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cum ad dictum impensa respondet, decretis, & honoribus ornatur. Item si non amplius, quam quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adjiciendа, & de publico præstatur, neque ulla pœna tenetur. Cum vero amplius quam quarta in opere consumitur ex ejus bonis ad perficiendum pecunia exigitur*. Addit: *Utinam Dii immortales fecissent, quod ea lex etiam populo Romano non modo publicis, sed etiam privatis ædificiis esset constituta: namque non sine pœna grassarentur imperiti, sed qui summa doctrinarum subtilitate essent prudentes, sine dubitatione profiterentur Architecturam*.

1 Σεμίραμις ἐς βασιλικὴν ἐπλέτησεν) Rerum enim amplitudine atque industria partum imperium ad admirationem usque auxit, anteivitque virtute, & præclaris facinoribus non feminas modo, & viros, sed etiam Reges reliquos, quibus expulsis, occisisque suo imperio adjecit, & devicta Æthiopia, Indiam ipsam, quo præter illam, ut Justinus refert *lib.* I. & Alexandrum magnum nemo intravit. Hæc decantatissima sunt. Vide Herodotum *lib.* I. Diodorum *lib.* II. Neque his contenta magnificentissimis fabricis, etiam regio fastui superioribus, memoriam sui quam-maxime longam & gloriosam effecit. Ideoque virtus ejus clara, fluxis atque fragilibus spretis, æternaque habetur, Strabo *lib.* XVI. Julianus Apostata *Oratione in Imperatricem Eusebiam* de Semiramide: Ὑπὲρ γὰρ δὴ ταύτης πολὺς μὲν λόγος, ὡς ἐναυμάχει ναυσὶ τρισχιλίαις, καὶ πεζῇ παρετάττετο μυριάδας ὁπλιτῶν τριακοσίας ἄγυσα· τότε ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ᾠκοδόμει πεντακοσίων σαδίων μικρὸν ἀποδέον· καὶ τὰ περὶ τὴν πόλιν ὀρύγματα, καὶ δαπανηρὰ κατασκευάσματα ἐκείνης ἔργα γενέσθαι λέγυσιν. Jure ergo βασιλικὴ dicitur Dioni Chrysostomo *Orat.* II *de Fortuna*: Ηνεγκεν ὁ παλαιὸς βίος καὶ ἐνδόξυς γυναῖκας Ροδογύνην πολεμικὴν, Σεμίραμιν βασιλικὴν, Σαπφὼ μυσικὴν, Τιμάνδραν καλήν.

2 Βαβυλῶνα γὰρ ἐπείχισε) Adi Diodorum. Babylonis primum Assyriorum, deinde Medorum, postremo Persarum arcis, Regumque domicili primus conditor, Mosi in *Genesi*, Josepho *Antiquit. Judaic.* lib. I. Cedreno in *Histor. Synopsi*, Zonaræ Tom. I. *Histor.* fuit Nembrotus, sive Nembrodes, nepos Chamæ, pronepos Noachi. Stephanus dicit fuisse conditam a Babylone Medi filio. Eustathius *in Periegetem*: Ετεροι δὲ Σελεύκειαν ποτὲ καλεῖσθαι τὴν τοιαύτην Βαβυλῶνα φασὶν, καὶ κτίσμα εἶναι Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφωτάτυ, παιδὸς Μήδυ, καὶ ἀρχαιοτέραν τὴν πόλιν ταύτην τῆς Σεμιράμιδος λέγυσιν ἔτεσι χιλίοις ὀκτακοσίοις. Ammianus Marcellinus *lib.* XXIII. Mœnia quidem a Semiramide fatetur structa, sed arcem a Belo rege. Herodotus *lib.* II. a multis Assyriorum regibus conditam paulatim. Semiramidem extruxisse volunt Propertius *lib.* III. *eleg.* XI.

Persarum statuit Babylona Semiramis urbem.

Theocritus in *Gratiis*, vel *Hierone*, Q. Curtius *lib.* V. Justinus *lib.* VI. Suidas verbo *Semiramis*, Diodorus Siculus *lib.* II. Solinus *cap.* LX. Plinius *lib.* VI. *cap.* XXVI. Plutarchus in *Alexandro*, Strabo *lib.* II. Ovidius IV. *Metamorph.* Claudianus *in Ruffinum* lib. I.

Creditur & centum portis Babylona superbam
Femineus struxisse labor.

Raderus *in Mart. epigr.* I. scribit Dionysium *de situ Orbis* Belum facere urbis parentem, Semiramidem mœnium, quod falsum videtur. Dionysius namque Semiramim & mœnia, & arcem Babylonis, etsi arcem in honorem Beli, extruxisse fatetur:

Πρὸς δὲ νότον Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις. τὴν ῥά τε πᾶσαν
Τείχεσιν ἀρραγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσεν
Αὐτὰρ ἐπ' ἀκροπόληϊ μέγαν δόμον εἵσατο Βήλῳ,
Χρυσῷ τ' ἠδ' ἐλέφαντι, καὶ ἀργύρῳ ἀσκήσασα.

Et explicat Eustathius, καὶ ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει δὲ φησὶ βωμὸν τῷ Βήλῳ ἡ Σεμίραμις ἵδρυσεν. Dices templum Belo, non arcem extruxisse ex Dionysii verbis inferri. Fateor. Non tamen facit urbis parentem Belum.

3 Τριακοσίων ἑξήκοντα) Immensum Babylonis ambitum varie scriptores literis prodidere. Dio Chrysostomus Athenis duplo ampliorem esse; Athenas vero adjuncto Pireæo, & mœnibus intermediis stadia ducenta ambitu continere, *Oratione Diogenes*, sive *de Tyrannide*, dicit. Herodotus, quadringentorum octoginta stadiorum circuitum facit, *lib.* I. Herodotum videtur secutus Plinius *lib.* VI. *cap.* XXVI. Strabo *lib.* XV. stadiorum trecentorum octuaginta quinque. Diodorus ex Clitarcho, &, aliis trecentorum sexaginta quinque, terdecies centenis hominum millibus ad opus convocatis, & quolibet anni die stadio urbis absoluto. Q. Curtius *lib.* V. *Totius operis ambitus* CCCLXVIII. *stadia complectitur, singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est. Ædificia non sunt admota muris, sed fere spatium jugeri unius absunt*. Qui locus omnino corrigendus est. *Totius operis ambitus* CCCLXVI. *stadia*. Sic enim singula singulis anni diebus re-

ὥστε τὸν περίμετρον τῆς πόλεως ἡμεροδρόμῃ κόσμον ἔχειν. 1 ἔστι δ' οὐκ ἐν τῷ μεγέθει μόνῳ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἀσφάλειαν τῆς οἰκοδομίας, καὶ περὶ τὰ πλάτη τῶν μέσων τόπων. 2 ὀπτῇ γὰρ πλίνθῳ. 3 καὶ ἀσφάλτῳ δεδόμηται. 4 καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστὶ τοῦ τείχους πλέον ἢ πεντήκοντα πήχεων. 5 τὰ δὲ πλάτη τῶν παραδρομίδων ἅρματα τέτρωρα τέσσαρα κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν διϊππεύει. 6 πολύστατοι δὲ καὶ συνεχεῖς οἱ πύργοι δέξασθαι τοῖς χωρήμασι δυνάμενοι στρατοπέδου πλῆθος. τοιγαροῦν ἡ πόλις ἐστὶ τῆς Περσίδος προτείχισμα, 7 καὶ λέληθεν ἐν αὐτῇ τὴν οἰκουμένην κατακεκλεικυῖα. τοσαῦται μυριάδες ἀνθρώπων τὸν ὅλον αὐτῆς κύκλον κατοικοῦσιν. τηλικαύτην δὲ δυσκόλως ἄλλην χώραν γεωργοῦσι, τηλικαύτην Βαβυλὼν οἰκουμένην ἔχει. καὶ παρὰ μόνοις ἐκείνοις ἐντὸς τείχους ἀποδημοῦσιν κατοικοῦντες.

A sexaginta stadiorum jactis fundamentis; ita ut Urbis ambitum solidi diei iter æquaret. Nec tantum propter magnitudinem mœnia illa admiranda sunt, sed etiam propter firmitatem ædificationis, & intermediorum locorum latitudines. Coctilibus namque laterculis, & bitumine fabricata sunt. Muri altitudo quinquaginta cubitorum mensuram excedit, at deambulationum latitudines quadrigas quatuor eodem tempore in equestre certamen admittunt. Turrium abundantissima copia est, nec rara vicinitas, quæ justi exercitus receptaculum esse possunt. Est igitur Civitas Persidis antemurale, & in se ipsa terra-
B rum Orbem includit; tot hominum myriades ambitum ejus accolunt. Nec facile est tantum terrarum excoli, quantum in se Babylon habitata continet: & inibi solum inter mœnia peregrinantur habitantes.

---

spondebunt. Amplissima hæc urbs a posteris neglecta, postquam Seleucus Nicator, & successores, in Seleuciam ab se conditam imperium transtulit, consumpta evanuit, non nisi tantæ molis reliquiis superstitibus, Strabo. Plinius *d. loco: Cætero in solitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ a Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti, atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie, ac sui juris, Macedonumque moris*. Et Pausanias in *Arcadicis*: Βαβυλῶνος δὲ ταύτης· ἣν τινα εἶδε πόλεων τῶν τότε μεγίστην ἥλιος, οὐδὲν ἔτι ἦν εἰ μὴ τεῖχος.

1 Ἔστι δὲ οὐκ ἐν τῷ μεγέθει μόνον) Ipsa enim magnitudine, quæ præter usum, hominumque expectationem illi obtigerat, admirationem ciebat: incredibilia namque videntur, Julianus Imperator *Oratione in Eusebiam*.

2 Ὀπτῇ γὰρ πλίνθῳ) Theocritus in *Gratiis*:

Ὑψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ,
Καὶ πόντου Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπῃ πλατὺ τεῖχος
Ἀσφάλτῳ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.

Nec dissentit Propertius *lib.* III. *eleg.* XI. Ovidius IV. *Metamorph.* Lucanus *lib.* VI. Diodorus, Justinus *lib* I. Q. Curtius *lib.* V. Vitruvius *lib.* I. *cap.* V. Modum vero, & materiam lapidum unde habuerint, explicat Herodotus.

5 Καὶ ἀσφάλτῳ) De Asphalto, ejusque natura, origine, vide plura apud Diodorum *Biblioth.* lib. II. Præbuisse vero usum calcis præter jam dictos, Plinius *lib.* XXXV. *cap.* XL. *Calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris*. Eam a flumine, cujus nomen Is erat, deductam narrat Herodotus.

4 Καὶ τὸ μὲν ὕψος ἐστὶ τοῦ τείχους), Curtius: *Altitudo muri* L. *cubitorum eminet spatio*. Strabo: Ὕψος δὲ τῶν μὲν μεσοπυργίων πήχεις πεντήκοντα. Herodotus: Ὕψος δὲ διηκοσίων πηχέων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι. Plinius: *Muris ducenos pedes altis, quinquagenos latis in singulos pedes ternis digitis mensura ampliore, quam nostra*. Diodorus: Τὸ μὲν ὕψος, ὡς μὲν Κτησίας φησὶ, πεντήκοντα ὀργυιῶν, ὡς δὲ ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἔγραψαν, πηχῶν πεντήκοντα. Solinus *cap.* LX. *Quorum altitudo ducentos pedes detinet, latitudo quinquaginta, in singulos pedes ternis digitis, ultra quam mensura nostra est, altioribus*.

5 Τὰ δὲ πλάτη τῶν παραδρομίδων) Diodorus: Τηλικοῦτον δ' ἦν τὸ βάρος τῶν ἔργων, ὥστε τὸ μὲν πλάτος εἶναι τῶν τειχῶν ἓξ ἅρμασιν ἱππάσιμον, τὸ δὲ ὕψος ἄπιστον τοῖς ἀκούουσιν, ὡς φησὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος. Et infra, τὸ δὲ πλάτος πλεῖον, ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον. Herodotus: Μετὰ δὲ τεῖχος πεντήκοντα μὲν
C πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος. Plinius, & Solinus, quinquagenos pedes attribuunt. Strabo pedes triginta duos. Curtius cum Strabone, *Spatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur*. παραδρομὶς est Philoni, quod Straboni πάροδος, spatium scilicet inter eminentes utrinque muros, quasi vallis excurrens, ambulationibus destinatum. Ἡ δὲ πάροδος ἐπὶ τοῦ τείχους ὡς τεθρίππα ἐναντιοδρομεῖν ἀλλήλοις ῥᾳδίως. Diodorus: Τὸ δὲ πλάτος πλεῖον ἢ δυσὶν ἅρμασιν ἱππάσιμον. Propertius.

Et duo in adversum misit per mœnia currus,
D *Ne possent tacto stringere ab axe latus.*

Curtius, *Quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur*. Hos tamen muros Pausanias scribit neque se vidisse, neque ab alio, qui viderit, audisse, in *Messeniacis*.

6 Πολύστατοι δὲ καὶ συνεχεῖς) Diodorus turres ducentas & quinquaginta, quas tamen in tanto ambitu paucas fuisse narrat. Sed paludes loco turrium civitatem muniisse: qui tamen supra dixerat turres crebras fuisse, & magnas. Strabo scribit turres altas fuisse cubitos quinquaginta.

7 Καὶ λέληθεν ἐν αὐτῇ τὴν οἰκουμένην) Immensa Ur-
E bis magnitudo, vastissimo territorio se diffundens, pluribus hominum myriadibus culta, in qua hospes civis, & peregrinus quilibet habitator esse potest, singulare caput admirationis, an laudis? dubium. Magnitudo quippe, quæ modum excedit, & multitudo, quæ numerum, immanitas illa, confusio hæc erit. Civium enim multitudine indefinita, recte civium munia non obeuntur. Qui magistratus tribuit, jusque curat exercendum, in tanta multitudine cives suos non
F novit. Quod reipublicæ bene gerendæ impedimento est. Et sicut aliarum rerum, ita & Civitatis debet esse magnitudinis modus: sicut enim nimis parvum, ita & nimis magnum in vitio est. Quare Aristoteles lib. *Polit.* VII. cap. IV. justum, verumque multitudinis civium modum determinat, nimirum, qui rerum necessariarum copia sit instructus: deinde ut cives invicem se noscant; ne ignoti vivant inter ignotos. Plutarchus item *Symposiacorum* V. cap. V. *Plato*, inquit,

Ὁ ἐν Ἐφέσῳ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος.

1 Ὁ ΤΗΣ Ἀρτέμιδος ναὸς 2 ἐν Ἐφέσῳ μόνος ἐστὶ Θεῶν οἶκος. πεισθήσεται γὰρ ὁ θεασάμενος τὸν τόπον ἐνηλλάχθαι, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς ἀθανασίας κόσμον ἐπὶ γῆς ἐπηρεῖσθαι. 3 Γίγαντες γὰρ, ἢ τῶν Ἀλωέως παίδων, οἳ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνά-

Templum Dianæ Ephesiæ.

EPHESI Dianæ Templum sola est Deorum domus: quicunque enim aspexerit, facile, mutata esse loca, & cælestem immortalitatis decorem super terram accubuisse, credet. Gigantes quippe, sive Aloidæ,

---

curam de augmento urbium posse referri ad convivia putabat. Magnitudo enim convivii justa est, quamdiu convivium manere potest. Ubi ob convivarum multitudinem numerum excedit, ut jam compellationes, mutua comitas, & notitia excludantur, nec convivium quidem est. Tacitus *lib.* XIV. Aristotelis sententiam miro artificio expressit, cum de Coloniis in Italia deductis ageret. Babylonis itaque immensitas admirationem omnibus movet. Incommoda tamen sensisse, quæ ex immodica magnitudine civitatibus accidere adnotavit Aristoteles, ipsa historia manifestum est. Quippe illius imperium, cum non posset tantam molem sustinere, & multitudinis impetum frænare, citissime corruit, alioque translatum, miseram, exhaustamque Babylona reliquit, cujus ruinæ ingentes, & emortua fastigia sua magnitudine ad hæc tempora stuporem contuentibus movent. Hæc quæ diximus omnia carminibus ex Ctesia, Clitarcho, Diodoro, Dione Cassio, Herodoto, Philostrato, & aliis complexus est Joannes Tzetzes *Chiliad.* IX. *Hist.* CCLXXV.

1 Ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ναὸς) Hoc quoque inter septem Orbis miracula connumeratum, magnitudine, impensa, opibus, immunitate, summa Græcorum omnium, exterarumque gentium admiratione, & consensu. Herodotus *lib.* II. Aristophanes in *Nubibus*, Callimachus *Hymno in Dianam*, Stephanus *de Urbibus*, Pausanias in *Messeniacis*. Ejus opum meminit Trebellius Pollio in *Gallienis*: *Tunc etiam templum Dianæ Ephesiæ dispoliatum, & incensum est, cujus opes fama in populos satis notæ.* In eo securitatis gratia omnium gentium pecunias fuisse congestas tradit Dio Chrysostomus *Oratione Rhodiaca*: Ἴστε που τοὺς Ἐφεσίους ὅτι πολλὰ χρήματα παρ' αὐτοῖς ἐστι, τὰ μὲν ἰδιωτῶν ἀποκείμενα ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀρτέμιδος οὐκ Ἐφεσίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ξένων, καὶ τῶν ὁπουθεν δήποθεν ἀνθρώπων, τὰ δὲ καὶ δήμων, καὶ βασιλέων. τιθέασι πάντες οἱ τιθέντες ἀσφαλείας χάριν, οὐδενὸς οὐδεπώποτε τολμήσαντος ἀδικῆσαι τὸν τόπον, καίτοι πολέμων ἤδη μυρίων γεγονότων, καὶ πολλάκις ἁλούσης τῆς πόλεως. Illud vero neminem ausum templum injuria afficere, tametsi plurima jam bella gesta sint, & civitas fuerit capta, ut verum sit, vide Gyraldum *de Histor. Deorum* Syntag. XII. qui copiose de ejus conditoribus & instauratoribus, tum de illis, qui illud incenderunt, aliisque templi memorabilibus disputat. Omnium sane conflagratio illa admirabilior, item & stultior, Herostrati scilicet, qui gloriæ cupiditate templum incendit, ut opere illo, licet nefario, nomen illius vulgaretur. Strabo, ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατος ἐνέπρησεν. Valerius Maximus *lib.* VIII. *cap.* XIV. *Illa vero gloriæ cupiditas sacrilega: inventus est enim, qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto, nomen ejus per totum terrarum orbem dissereretur. Quem quidem mentis furorem aculeo impositus detexit. At bene consuluerant Ephesii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo: nisi Theopompus magnæ facundiæ ingenium in historiis eum suis comprehendisset.* Similia habet Eustathius in *Periigetem*. Eadem nocte conflagrasse, qua natum Alexandrum Magnum, tradunt Zonaras *Tomo* I. Cicero lib. II. *de nat. Deorum*, qui & dicterii de ea re Timæi historici meminit: *Concinneque ut multa Timæus: qui cum in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravisse, adjunxit, minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo.* Dictum hoc ad Hegesiam refert Plutarchus in *Alexandro*, mireque hominem exagitat: Ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακεδόνες Λῷον καλοῦσιν, ἕκτῃ καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς. ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιπεφώνημα κατασβέσαι ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον, εἰκότως γὰρ ἔφη σαι τὸν πυρκαταφλεχθῆναι τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν, ὅσοι δὲ τῶν Μάγων ἐν Ἐφέσῳ διατρίβοντες, &c. Restauratum tunc ab Ephesiis collatis propriis facultatibus, non e Persarum depositis, ut calumniose volebat Timæus, refert Strabo *lib.* XIV. Certe Ephesiorum summum in servandis depositis studium mirum in modum commendat Dio Chrysostomus *Orat. dicta*.

2 Ἐν Ἐφέσῳ) Urbem optimam, & nobilissimam vocat Strabo. Stephanus: Ἔφεσος πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμὴν ἐν κόλπῳ. Pausanias in *Achaicis*: Ἴωσι δὲ ἔχει μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν κράσεως ἡ χώρα, ἔχει δὲ καὶ ἱερὰ οἷα οὐχ ἑτέρωθι, πρῶτον μὲν τῆς Ἐφεσίας μεγέθους τε εἵνεκα, καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ πλούτῳ. A Smyrna Amazone, quæ eam occupaverat. Smyrnam etiam dictam ab Amazone Smyrna ex Callino, & Hipponacte refert Stephanus, & Strabo. Verba Hipponactis:

Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόληος ἐν Σμύρνῃ
Μεταξὺ Τρηχείης τε, καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς.

Sic enim distinguenda sunt Hipponactis verba: quod miror alios latuisse. Porro Smyrnam Lydiæ fuisse ascriptam pluribus probat Janus Rutgersius *Var. Lect.* lib. II. cap. I.

3 Γίγαντες γὰρ) Non unum omnes Templi conditorem agnoscunt. Ab Amazonibus extructum fuisse refert Callimachus *Hymno in Dianam*, & Dionysius Periigeta. His subscribunt Plinius *lib.* V. *cap.* XXIX. Solinus *cap.* XLIII. Mela *lib.* I. *cap.* XVII. Pausanias in *Achaicis* multis disputat, non ab Amazonibus, sed a Crœso, Ephesoque Istiæi filiis, fuisse extructum, fallique Pindarum, qui id asseruerit. Refert item in *Messeniacis* ex aliorum sententia Amazonas illud fecisse: Τὰ δὲ αὐτίκα, ἐμοὶ δοκεῖν, Ἀμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι. Dionysius Halicarnasseus *Antiquit. Roman.* lib. IV. Iones tradit auctores: Ἴωνες μὲν ἐν Ἐφέσῳ τὸ Ἀρτέμιδος, Δωριεῖς δὲ ἐν Τριοπείῳ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος. Iique Apem, qua præeunte Colonias duxere, Dianæ Ephesiæ dedicarunt, ut ex Philostrato in *Imaginibus*, & post Philostratum Himerio in *Declamationibus* adnotabam. Architectum vocat Strabo Chersiphronem,

βασιν εἰργάσαντο, ὄρεσι χωννύοντες τὸν ἐ ναὸν, ἀλλ' Ολυμπον. ὥστε τῆς μὲν ἐπιβολῆς τολμηρότερον εἶναι τὸν πόνον, τοῦ πόνου δὲ τὴν τέχνην. [1] *τὸ γὰρ ἔδαφος τῆς ὑποκειμένης γῆς λύσας ὁ τεχνίτης, καὶ τὰ βάθη τῶν ὀρυγμάτων καταβιβάσας εἰς ἄπειρον*

qui in Cælum scandere tentarunt, moliti sunt hoc, non quidem Templum, sed Olympum; montibus usque aggestis, adeo ut audacior conatu sit labor, & ars labore. Proscisso namque subjectæ terræ solo Artifex, & profunditatibus excavationum in immensum productis, altiusque defossis,

---

vel ut alii legunt, Archiphronem: *Τὸν δὲ νεὼν τῆς Αρτέμιδος πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω.* Vitruvius Ctesiphontem Cnossium, & filium ejus Metagenem, Demetrium, & Pœonium Ephesium *lib.* VII. in *proœmio*: *Primumque ædes Ephesiæ Dianæ Ionico genere ab Ctesiphonte Cnossio, & filio ejus Metagene est instituta, quam postea Demetrius ipsius Dianæ servus, & Pæonius Ephesius dicuntur perfecisse.* Post Herostrati deflagrationem restituit Chirocrates, sive Dinocrates Architectus, referente Strabone. Vide Plutarchum in *Vita Alexandri*, & *de ejusdem fortuna*. Nota Nicodemum Frischlinum *in Callimachum* Architectos templi hujus, una cum Auctoribus, qui ope collata, ut extrueretur, curarunt, confundere. Secundo male Pausaniam inconstantiæ arguere: quippe in *Achaicis* ex propria sententia rem definit de Amazonibus, in *Messeniacis* ex aliorum loquitur; ideoque addidit, id fama esse pervulgatum, *Αμαζόνων τε κλέος, αἳ φήμην τὸ ἄγαλμα ἔχουσιν ἱδρύσασθαι.* Adde, licet Amazones simulacrum Dianæ Ephesiæ confecerint; ideo-ne & templum? Tertio nimis insulse Pausaniæ imponere, Xenophontem Grylli filium templum condidisse, cum tantum Pausanias scribat, Xenophontem Grylli filium templum erexisse Dianæ Ephesiæ nuncupatum, idque in Scillunte urbe, non Epheso: quod & Massalianos, aliosque plures fecisse, Historia traditum est: Κατοικήσας δὲ ἐν Σκιλλοῦντι τέμενός τε, καὶ ναὸν Αρτέμιδι ᾠκοδομήσατο Εφεσίᾳ, in *Prioribus Eliacis*. Vide Xenophontis de hoc suavissimas *Epistolas*, quas inter Socraticas edidimus. Simulacri auctorem *lib.* VIII. *cap.* XXXVIII. Plinius Mentorem facit: *Phidiæ Jupiter Olympius quotidie testimonium perhibet, Mentori Capitolinus, & Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis ejus vasa.* Et *lib.* XVI. *cap.* XL. Canetiam memorat. Simulacrum Dianæ ex cedro, quemadmodum & templi lacunaria fuisse facta docet Vitruvius *lib.* II. *Ephesi in æde simulacrum Dianæ, & etiam lacunaria ex ea*, cedro, *& ibi, & in cæteris nobilibus fanis propter æternitatem sunt facta.* Plinius *lib.* XVI. *cap.* XL. ait ambigi de simulacro, quamvis conveniat tectum ejus esse e cedrinis tabulis: *Buxum maxime æternam putant, ebenum, & cupressum, cedrumque claro de omnibus materiis judicio in templo Ephesiæ Dianæ, utpote cum tota Asia extruente, quadringentis annis peractum sit. Convenit tectum ejus esse e cedrinis trabibus. De ipso simulacro Deæ ambigitur. Cæteri ex ebeno esse tradunt. Mutianus ter Consul ex his, qui proxime viso eo scripsere, vitigineum, & nunquam mutatum, septies restituto templo. Hanc materiam elegisse eandem, Canetiam nomen Artificis nuncupans, quod quidem miror, cum antiquiorem Minerva quoque, non modo Libero patre vetustatem ei tribuat. Adjicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneatque juncturas, quas & ipsas esse modicas admodum miror. Valvas esse e cupresso, & jam quadringentis prope annis durare materiam omnem novæ similem. Id quoque notandum valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. Cupressus in ea electa, quoniam præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus.* De Gigantibus, & Aloei filiis vide Libanium in *Narrationibus*, Nicephorum Basilacem in *Progymnasmatis*, quos propediem edemus, & alios Fabularum Scriptores.

1 *Τὸ γὰρ ἔδαφος τῆς ὑποκειμένης*) De Templo illo, ejusque cæteris ornamentis, *quæ plurium librorum instar obtinent*, ut ait Plinius, Ctesipho, & Metagenes Vitruvio auctore *lib.* VII. volumen ediderunt. Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XIV. *Græcæ magnificentiæ vera admiratio extat templum Ephesiæ Dianæ ducentis viginti annis factum a tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræ motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Universo templo longitudo est* CCCCXXV. *pedum, latitudo ducentorum viginti, columnæ centum viginti septem a singulis regibus factæ* LX. *pedum altitudine, ex iis* XXXVI. *cælatæ, una a Scopa. Operi præfuit Chersiphron Architectus. Summa miracula, epistylia tantæ molis attolli potuisse. Id consecutus est ille peronibus harena plenis molli pulvino super capita columnarum exaggerato, paulatim exinaniens imos, ut sensim totum insideret. Difficillime hoc contigit in limine ipso, quod foribus imponebat. Etenim ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili, anxio artifice mortis destinatione suprema. Traduntque in ea cogitatione fessum nocturno tempore in quiete vidisse præsentem Deam, cui templum fiebat, hortantem, ut viveret; se composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit, pondereque ipso correctus videbatur.* Et infra *cap.* XXIII. de Columnis: *In Ephesiæ Dianæ æde, de qua prius fuit sermo, primum columnis spiræ subditæ, & capitella addita. Placuitque altitudinis octava pars in crassitudine, & ut spiræ haberent crassitudinis dimidium, septimæque partes detraherentur summarum crassitudini.* Et notandum est, quod Plinius tradit, ne in lubicro atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substravisse carbonibus, dein velleribus lanæ, idque Theodoro Samio auctore, ut tradit Laertius *lib.* II. in *Aristippo*. Hesychius *de Viris Illustribus* eadem ex Laertio exscripsit. De Carbonibus nullo humore corrumpi solitis Augustinus *de Civitate Dei* lib. XXI. cap. IV. *Quid in Carbonibus? Non ne miranda est, & tanta infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, & tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla ætate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant, qui limites figunt ad convincendum litigatores, quisquis post quantalibet tempora extiterit, fixumque lapidem non esse contenderit. Quis eos in terra humida effossos, ubi ligna putrescerent, tamdiu durare incorruptibiliter posse nisi rerum ille corruptor ignis effecit?* Et in libris *de Limitibus* passim fit mentio Carbonum sub terminis positorum. Ephesini Basilica, tempore Silvestri Papæ extructa, nec non a Florentino templo D. Virginis, *Floris* nuncupatæ vinci, Franciscus Albertinus lib. III. *de mirab. Novæ & Veteris Urbis*, & Robertus Cenalis Abricensis Episcopus in *Histor. Gall.* ut mihi retulit. Naudæus noster, templum B. Virgini Lutetiis dicatum majus esse, & splendidius, utrius-

ἐβάλλετο τὴν κατώρυγα θεμελίωσιν. 1 ὀρῶν λατομίας δαπανήσας εἰς τὰ κατὰ γῆν καμπτόμενα τῶν ἔργων. ἐρείσας δὲ τὴν ἀσφάλειαν ἀσάλευτον, καὶ προυποθεὶς τὸν ἄτλαντα τοῖς βάρεσι τῶν μελλόντων ἐπαπερείδεσθαι, πρῶτον μὲν ἔξωθεν ἐβάλλετο κρηπῖδα δεκάβαθμον, διεγείρων πρὸς βάσιν μετεωροφανὲς, καὶ περι * * *

lapidibus, fundamenta substruxit, montium integras lapidicinas insumens in opera, quæ infra terram contorta deflectebantur. Inconcussa vero securitate suffulciens, & telamone præsupposito, ad onera eorum, quæ deinceps incubitura erant, sustinenda, primum quidem deforis decem graduum crepidinem substituit, ad basim eminentem erigens, & * * *

---

que mensuris inter se collatis, magisque operose fabricatum probare conantur.

1 Ὀρῶν λατομίας) De Pyxodoro inventore Lapicidinæ, qua templum Dianæ Ephesiæ constructum est, hæc Vitruvius *lib. x. cap. VII. Pusillum extra progrediar, & de his lapicidinis, quemadmodum sunt inventæ, exponam. Pyxodorus fuerat pastor, is in his locis versabatur. Cum autem cives Ephesiorum cogitarent fanum Dianæ ex marmore facere, decernerentque a Paro, Proconeso, Heraclea, Thaso uti marmore, per id tempus propulsis ovibus Pyxodorus in eodem loco pecus pascebat, ibique duo arietes inter se concurrentes, alius alium præterierunt, & impetu facto unus cornu percussit saxum, ex quo crustam, quæ candidissimo colore fuerat, dejecit. Ita Pyxodorus dicitur oves in montibus reliquisse, & crustam cursim Ephesum, cum maxime de ea re ageretur, detulisse. Ita statim bono res ei decreverunt, & nomen mutaverunt, ut pro Pyxodoro Euangelus nominaretur: hodieque quot mensibus magistratus in eum locum proficiscitur, & ei sacrificium facit, & si non fecerit, pœna tenetur.* Præterea *cap. VI.* habes Ctesiphontis ingeniosam inventionem ad scapos columnarum deportandos ad Dianæ fanum propter magnitudinem onerum, & viarum campestrem mollitudinem, non confisus carris: quem cum ad similia onera deportanda non imitatus fuisset Paconius, sed diversa ratione aggressus, re non proficiente pecuniam ita contrivit, ut ad solvendum non esset. *Utinam multos Paconios nostris temporibus non haberemus*, exoravit olim Daniel Barbarus: & nunc exorare, quid vetat?

Mausoli Sepulchrum.

PHILONIS de Mausoli Sepulchro caput, sicuti & de Dianæ Ephesiæ Templo posteriorem partem, injuria temporis amisimus. Si quod ex aliis Auctoribus decerpsimus, in legentium usum conferamus in medium.

Ecatomnus Cariæ Rex, Epistathmus, id dignitatis nomen erat, ut scribit Isocrates in *Panegyrico*: Ἑκάτομνος δ' ὁ Καρίας Ἐπίσαθμος τῇ μὲν ἀληθείᾳ πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκεν. ὁμολογήσει δὲ, ὅταν ἡμεῖς βουληθῶμεν. Et Harpocratio in *Lexico*: tres habuit filios Mausolum, Idrieum, Pyxodarum, filias Artemisiam, & Adam. Idriei meminit Harpocratio: δυνάστης ἦν οὗτος ἐν Καρίᾳ υἱὸς Ἑκατόμνου, ἀδελφὸς δὲ Μαυσώλου, καὶ Ἀρτεμισίας. Et Isocrates in *Philippica* tamquam omnium opulentissimi, Regique Persarum infensi: Καὶ μὴν Ἰδριέα γε τὸν εὐπορώτατον τῶν νῦν περὶ τὴν Ἤπειρον προσήκει δυσμενέστερον εἶναι τοῖς βασιλέως πράγμασι τῶν πολεμούντων: quod fratrem Mausolum excruciaverit, bellum contra ipsum gesserit, perpetuoque illi struxerit insidias, ut corpore & rebus ejus potiretur. Idrieus post Artemisiam regnum tenuit, Ada sorore ducta. Diodorus *lib.* XVI. Βραχὺ δὲ πρὸ τούτων τῶν χρόνων Ἀρτεμισία μὲν ἡ Καρίας δυναστεύουσα μετήλλαξεν ἄρξασα ἔτη δύο. τὴν δὲ δυναστείαν Ἰδριεὺς ἀδελφὸς διεδέξατο καὶ ἦρξεν ἔτη ἑπτά. Ada illi morbo extincto successit. Eam Pyxodarus tertius Ecatomni filius Regno expulit, Aphneide Cappadoce sibi in matrimonium juncta, ex qua filiam suscepit, Adam nomine. Pyxodaro de medio sublato, Satrapes, qui in societate Regni erat accersitus, Adam juniorem duxit uxorem, regnumque obtinuit. Senioris Adæ precibus ab Alexandro Macedone ejicitur. Natu maximum filiorum Ecatomni Mausolus primus omnium rerum in Caria potitus Artemisiam sororem sibi in matrimonio collocavit, quæ prosequitur Strabo *lib.* XIV. de Halicarnasso verba faciens.

Mausolus non minus opibus, quam prudentia bellica celebris, adversus Græcos Persarum partes tutatus, maximis damnis Athenienses, & reliquam Græciæ oram afflixit, Artemisia uxore, non consilio modo, sed manu etiam vires suppeditante. Ulpianus in Demosthenis *Oratione de Rhodiorum libertate*: Ἀρτεμισία δὲ Μαυσώλου μὲν γέγονεν ἀδελφὴ καὶ γαμετὴ, Καρίας δὲ ἐβασίλευε. φιλίαν δὲ ἔπραττε βασιλεῖ, διὰ τὸ οἰκεῖον συμφέρον αὐτὸν θεραπεύουσα, καὶ ἄρχουσα μὲν τῶν οἰκείων, οὐδὲν δὲ ἧττον φυλαττομένη βασιλεῖ προσκρούσαι. ἔστι δ' ὅτε αὐτῷ συλλαμβανομένη. Rhodios ad defectionem compulit, iisque libertatem ademit, Demosth. *Orat. d.* Φανήσεται δὲ ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα, καὶ πείσας Μαύσωλος φίλος εἶναι φάσκων Ῥοδίων, τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος. Homo fuit hiante avaritia, atque imminente, quare nullum fuit officium tam sanctum, atque solemne, quod proditione, avaritiæ causa, non imminuerit, atque violarit, & pecuniarum causa nihil intentatum reliquerit. Harpocratio ex Theopompo, & ex Harpocratione Suidas. Varios illius modos pecuniæ extorquendæ habes apud Aristotel. *Oecon.* lib. II. & Polyænum *Stratag.* lib. VII. Amicos æque ac inimicos fæda proditione deceptos confecit. Hinc lucro inhians a Persis ipsis defecit contra Artaxerxem, una cum cæteris Græcis militans. Diodorus *lib.* XV. Annis XXIV. regnum tenuit.

Illi successit Artemisia soror, & uxor, Diodorus *lib.* XVI. Mulier Mausolo ipso neque ingenio, neque consilio, neque viribus inferior, privatæ utilitatis causa æqua, & iniqua omnibus, gloriæ avidissima, quando etiam ex herbis illam quæsierit. Plinius *lib.* XV. *cap.* VII. *Mulieres quoque hanc gloriam affectavere, in quibus Artemisia uxor Mausoli, adoptata herba, quæ antea Parthenis vocabatur. Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis.* In Plinii verbis duo sunt notatione digna, unum est, Artemisiam ab Artemide cognominatam, quod fœminarum malis mederetur, idque nonnullorum opinione. Ita est. Inter alios Auctor *Carminum de Herbis*:

Ἀρτέμιδος βοτάνην τε συνώνυμον, ἀὴρ ἐπιφώσκειν
Ἠελίου μέλλοντος ἐπὶ χθόνα φέγγος ἐρυθρὸν,
Ἥν τινα τοξῖτιν ἄνδρες ἐφήμισαν, ἢ βοτρυῖτιν,
&c.

His vides sine ratione Plinium a Dalechampio accusari, quasi cum Artemisia Brotyn confudisset, cum hoc quoque nomine Artemisiam cognomina-

tum hic Auctor dicat. Sic etiam Vegetius lib. III. *Hippiatric.* cap. XXXIX. radicem Artemisiæ *Dianinam* vocat, & a nonnullis Dianium insula *Artemisium* dicitur. Alterum est, Artemisiam ab Artemisia Mausoli uxore fuisse adoptatam, ab eaque nomine Artemisiæ insignitam. Artemisiam tamen sic ab Hippocrate nuncupatam ante dictæ Artemisiæ tempora in eodem Hippocrate reperio. Artemisia namque Mausoli uxor Hippocrate posterior est, cum Isocratis, Demosthenisque temporibus floruerit. Quare herbam hanc si ab Artemisia Regina nomen habuit, non ab ea, quæ Mausoli fuit, sed ab Artemisia Lygdamidis filia, quæ Persico bello vivebat, nomen usurpasse verosimilius est. Error Plinii ex eo potuit esse, quod plerique Scriptores has Artemisias confunderent, & earum actiones; & res gestas unius per summam imprudentiam alteri tribuentes non interdistinguerent. Stratagema Artemisiæ contra Rhodios habes apud Vitruvium *lib.* II. *cap.* VIII.

Amore tamen extincti mariti celeberrima: quippe illo mortuo cineres illius ebibit, divisionisque moram non ferens contabuit, sepulcro memoratissimo, quod ab illo Mausoleum vocavit, extructo, Strabo, Harpocratio, & Cicero, *Tusculan. Quæst.* lib. III.

Græciæ præcipuos oratores, & magni nominis convocavit, ut mariti laudes posteritati oratione etiam commendarentur, quæ, ut accuratiores existerent, præmiis propositis laudatorum ingenia exercuit. Plutarchus in *Vita Isocratis* de eodem; Anonymus in *Olymp. Descript.* ad Olymp. CIII. annum I. Isocrati Theopompum Gellius *lib.* X. *cap.* XVIII. Theopompo Theodectem Naucratidem adnectit: narratque in eo certamine Theopompum vicisse, & Theodectæ Tragœdiam *Mausolum* extare, in qua eum magis quam in prosa placuisse ex Hygino in *Exemplis* refert. Suidas in Theodecte non Isocratem Oratorem, sed alium quendam Apolloniatem in Mausoli laudes funebrem *Orationem* habuisse cum aliis tradit, illisque addit Erythræum Naucratem, & vicisse Theodectem in Tragœdia, quamvis alii Theopompum dicant. Et nescio quanam ratione Theopompum hunc Chium celebrem historicum, qui cum Theodecte, & Naucrate, sive Isocrate in certamen eloquentiæ venit, inter Tragœdiæ Auctores referat Martinus Delrius *Prolegom.* lib. I. *de Tragœdia in Senecam*, cap. ultimo.

Sepulcrum tamen Mausoli maxime admirata est Antiquitas, interque Septem Orbis Spectacula annumeravit; Strabo *lib.* XIV. Propertius *lib.* III. *eleg.* XI. Martialis *lib.* I. *epigr.* I. Mela *lib.* I. *cap.* XVI. Gellius *lib.* X. *cap.* XVII. Pausanias in *Arcadicis*, Valerius Maximus *lib.* VI. *cap.* VI. Cassiodorus *lib.* VIII. XV. Valerius Maximus *lib.* IV. *cap.* VI. Ex hoc etenim sumptuosissimo Sepulchro reliqua sepulcra immania Mausolea nominabantur. Martialis *lib.* V. *epigr.* LXV.

Jam vicina jubent nos vivere Mausolea,
Cum doceant ipsos posse perire Deos.

De Mausoleo Augusti, Strabo *lib.* V. Suetonius in *Octaviano Augusto*, Marlianus *lib.* VI. *cap.* XVIII. Josephus in *Antiquitatibus Judæorum* Danielem Ecbatanis Mausoleum fabricasse perhibet, in quo Medorum, Persarum, Parthorumque Reges sepelirentur.

Tempus jam est Mausoleum ipsum aspiciendi, quæque fuerit ejus facies aperiendi cum Vitruvio, & Plinio. Vitruvius *lib.* II. *cap.* VIII. de Mausoleo: *In media* platea Halicarnassi *Mausoleum, ita egregiis operibus est factum, ut in septem Spectaculis numeretur. In summa arce media Martis fanum habens statuam Colossi, quam Acrolithon dicunt, nobili manu Leocharis factam. Hanc autem statuam alii Telocharis, alii Timothei putant esse, in cornu autem summo dextro Veneris, & Mercurii fanum ad ipsum Salmacidis fontem.* Et infra: *Relinquitur nunc quoniam ad explicationem mœnium eorum sum invectus, tota, uti sunt, definiam. Quemadmodum enim dextra parte fanum est Veneris, & fons suprascriptus, ita in sinistro cornu regia domus, quam Rex Mausolus ad suam rationem collocavit. Conspicitur enim ex ea ad dextram partem forum, & portus, mœniumque tota definitio, sub sinistra secretus, sub montibus latens portus, ita ut nemo possit, quid in eo geratur, aspicere, nec scire, ut rex ipse de sua domo remigibus, & militibus sine ullo sciente, quæ opus essent, imperaret.* Plin. *lib.* XXXVI. *cap.* V. *Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin, & Timotheum, & Leocharem, de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cœlavere Mausoleum. Sepulcrum hoc est ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariæ regulo, qui obiit Olympiadis centesimæ anno secundo: opus id, ut esset inter septem miracula, ii maxime artifices fecere: patet ab Austro & Septentrione sexagenos ternos pedes, brevius a frontibus, toto circuitu pedes quadringentos* XI. *attollitur altitudine* XXV. *cubitis; cingitur columnis* XXXVI. *Ab Oriente cælavit Scopas, a Septentrione Bryaxis, a Meridie Timotheus, ab Occasu Leochares, priusquequam peragerent, Regina Artemisia, quæ mariti memoriæ id opus extrui jusserat, obiit. Non tamen recesserunt, nisi absoluto jam, id gloriæ ipsorum, artisque monumentum judicantes: hodieque certant manus. Accessit & quintus Artifex. Namque supra pteron pyramis altitudine inferiorem æquavit* XXIV. *gradibus in metæ cacumen se contrahens. In summo est quadriga marmorea, quam fecit Pythis. Hæc adjecta* CXL. *pedum altitudine totum opus includit.* Hæc postrema Dalechampio suspecta sunt; nam cum altitudo inferioris ædificii fuerit XXXVII. pedum cum dimidio, pyramidisque par celsitas, numerus is geminatus efficit pedes LXXV. quos si ab altitudine totius operis, quæ fuit CXL. pedum, auferas, restabunt pedes LXV. tribuendi quadrigæ impositæ, & viginti gradibus ad pyramidis basim collocatis. Non est autem probabile altitudinem tantam fuisse quadrigæ, & graduum. Tantum opus præter uni Anaxagoræ omnibus admirationi fuit, Laertius in *ejus Vita*: Ιδὼν τὸν Μαυσωλε τάφον, ἔφη, τάφος πολυτελὴς λελιθωμένης ἐστιν οὐσίας εἴδωλον.

Finem hic facerem, nisi viderem multos Artemisiæ nomine deceptos, unam tantum fuisse, eamque Mausoli sororem opinari, in eamque omnia, quæ sub Artemisiæ nomine circumferuntur, referre: inter eos præcipuus est Robertus Stephanus *Lexico Historico*: *Artemisia Regina Halicarnassi in auxilium Xerxis contra Græcos venit, inter primores duces bellum acerrime ciebat, quippe, ut in viro muliebrem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Hæc, extincto viro Mausolo, sepulcrum fecit inter septem Orbis miracula connumeratum a Græcis Poetis: ad funus quoque ornandum primos Græciæ Oratores accersivit.* Non libet hic alios referre. Vides Lector Artemisiam Mausoli sub Xerxis tempora ponere, quam illis temporibus nec natam quidem certum est. Fuit itaque alia Artemisia antiquior etiam Cariæ Regina, Lygdamidis filia, paterno genere ex Halicarnasso, materno e Creta, quæ consilio & armis Xerxis copias, dum Græciam invaderet, tutata est, virili sane audacia, prudentiaque plus quam Græca. Ejus in rebus bellicis facinora fuse prosecutus est Herodotus *lib.* VII. & VIII. Illius in bello audaciam, prudentiamque Xerxes expertus exclamavit, mulieres viros, viros autem mulieres factos. Illius quoque res nonnullas tam pace, quam bello

præclare gestas præter Herodotum refert Polyænus in *Stratag.* lib. VIII. & Pausanias in *Laconicis*. Pugnam navalem, dum gerebatur, Draco Eupompi filius visus acutissimi Xerxi sub platano aurea assidenti, narrabat, ut narrat Ptolemæus Hephestio apud Photium. Tandem Dardani Abydeni amore correpta, dormientis oculos eruit, verum cum amor illius in dies magis ac magis cresceret Deorum ira, e Leucade petra se præcipitavit, extinctaque est.

Duas item Artemisias agnovit Harpocratio: Ἀρτεμισία. δύο γεγόνασιν αὗται, Καρικαὶ γένος, καὶ βασιλίδες ἀμφότεραι· ἡ μὲν πρώτη κατὰ τὰ Περσικὰ, B θυγάτηρ δ' ἦν Δαμίδας, ἧς καὶ Ἡρόδοτος μνημονεύει. ἡ δὲ νεωτέρα, ἧς ὁ Δημοσθένης. θυγάτηρ μὲν ἦν Ἑκατόμνου, &c. In his verbis mendum gravissimum non

A est subodoratus Philippus Maussacus, cum in *Notis* verterit. *Et filia fuit Damidis, de qua loquitur Herodotus*. Damis is nullus in historia est. Quare illius loco, Auctorum laudatorum consensu, & præcipue Herodoti, ad quem respexit Harpocratio, dum hæc scriberet, Λυγδάμιδος reponendum est: & in versione, *Et filia fuit Lygdamidis, de qua*, &c. & Thessalus Hippocratis F. *Orat. ad Athenienses*. An de eadem intelligendus Aristophanes in *Lysistrata* est?

Εἰ γὰρ ἐνδώσει τίς ἡμῶν τῇ δὲ κἂν σμικρὰν λαβὴν,
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρᾶς χειρουργίας,
Ἀλλὰ καὶ ναῦς τεκτανοῦνται. κἀπιχειρήσουσ' ἔτι
Ναυμαχεῖν, καὶ πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς ὥσπερ Ἀρτεμισία.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΑΛΛΑΤΙΟΥ

ΒΑΡΒΕΡΙΝΟΚΩΜΙΣ.

ΜΕΘΕΙΣ ζάπλουτον δῶμα, καὶ Λατινίδος
Ὕψιστον αἴσης ὄγκον, ἅτ' ὀπηδεῖ κράτει,
Δεινὰς μερίμνας, καὶ πολυστρεφῆ σάλον
Νοὸς, σκυθρωπὰς καὶ κυβερνήσεις χθονὸς,
Ἀμφοῖν ποδοῖν ἀπόπρο κοιράνου Πόλεως
Θύρης ἀφόρμα προσβόρου, κατ' Ἀγγέλου
Ἐπωνύμοιο πρὸς Βατικανοῦ πόδας.
Ἔνθ' ἐκ μιᾶς σχισθεῖσα πρὸς δύο τρίβος
Διπλοῖς κελεύθοις ἐμπορεύεται ξένοις.
Ἡ μὲν πεδόσε, πριάσεταί τ' ἁμαξιτοῖς
Ἰθὺς πλατείαις εἰς γέφυραν Μιλβίου.
Ἄλλη δ' ἐν ὄρει καμπίμοις ἕρπει δρόμοις
Πλάκεσσ' ὑποστρωθεῖσα πρῶνας εἰς ἄκρους
Ἔνθεν τ' ἔπειτα πολὺς ἡμεροδρόμους
Τμηθεῖσ' ὁδίτας ἀλλεπάλληλος πλανᾷ,
Κλεινῶν θριάμβοις τίμιος παλαιτέρων.
Σὺ δ' ἄρα δρυμοὺς καλλιπὼν, λείαν ταχὺς
Πέραινε λειμώνεσσιν ἐξηπλωμένην,
Τὴν καὶ κίειν εἴωθεν ἡμὸς Δεσπότης.
Ἐπεὶ δέ γ' ἑξήκοντα προσβαλὼν πλέθρα,
Λαιᾶς ὁδοῖο στεῖνος ἐντύξει, πρόφρων
Οἴμοιο πρῆσσε, πράς τε τ' ἥρως ἐγκόνει.
Ἀμβὰς δὲ βαιὸν στῆθι, καὶ κέαρ πατεῖς
ΒΑΡΒΗΡΙΝΟΝ, μικρὸν μὲν, εἰ πρὸς ὀλβίους
Ἕδρας ἰσώσαις, ἀφνειῶν τ' ἀνάκτορα
Πλούτων, γεράων τ' ἀσπερχὲς ἐμβριθεῖς χέρας
ΒΑΡΒΗΡΙΝΑΣ, αἷς πρυμβίβηκεν ἐξόχως
Τοῖσδεσσιν, ὅσσοι φέρτατοι βροτοῖς ἔμαν
Ἔδοξαν ἀπλέτοισι δόξαις ἐμπρεπεῖς,
Ἄναξ, ἁπάντων, ἡμὸς, εἴκων οὐδενί.
Μικρὸν μὲν ἐστι κτῆμα, μικρὸν, ἀλλ' ὅμως
Χάριτος, Παφίης τε, καὶ ἐρασίων πλέον,
Μουσῶν τε δῶμα, Παλλάδος θ' ἱρὸν κλέτας,
Καὶ προσδρόμοισι πᾶσι φροντιστήριον
Νόου, μεριμνῶν, καὶ πεπνυμένων λόγων.
Τί δ' οὐ πέλωρον κτῆσιν ἐκφέρει μικρά;
Σὺ γοῦν ἀπ' ἄκρης, ἧς ἐέλδεαι πάτου,
Στεινωπὸν ἄθρει, πυκνά θ' αἷσιν ἀξαπιτοὶ
Φρίττουσ' ἀκάνθαις, καὶ δυσαύητον τόπου.
Εὖτ' αὖ τίς ὢν ἔωργεν αἰσχρῶν, φροντίδας
Πρῶτον μεθεῖναι, καὶ μεταλλάξαι τρόπου
Πρὸς φέρτερον σπέρχῃσιν ἦθος τοῦ βίου,
Κἄκτοις συνιαστᾷ μυρίαις, γυμνὸν κέαρ,
Οὗ προσπέφυκε, κωλῦσαι πειρωμέναις.
Σὺ δ' εὖ φρονούντων μήδεσ' ἐμπεφραγμένος
Ἀξωτος ἐκβὰς πρὸς χθόνα στήσεις πόδα,
Βρίθουσαν ἀμπέλοισι, κ' εὐκάρποις φυτοῖς.
Καὶ γὰρ προσῆκε νυγμάτων τόσων μέτα,
Εἰς καλὸν ὁρμαίνοντας ἀμπαῦσαι μικρὸν
Μόχθων, ὅπως ἔπειτα προθυμότεροι πάλιν
Αὐτοῦ ἔχοιντο, μηδὲ κόπτοιντο δρόμου.
Οἴνας περήσας εὔδρομος, οὐδ' αὐτοῦ πόνου,
C Σκόπει κέλευθα δυσβάτοισιν ἐν νάπαις,
Τά σοι βροτοῦ λείωσε μηχανορράφος
Σπάθμαις πολυγνάμπτοισιν ἰθυνάσα χεὶρ,
Καὶ τειχέων στήριξεν ἁρμογαῖς, τὰ μὲν
Ξύλοις κρατυνθέντ', ἄλλα δ' ἁπλῷ χερμάδων
Σωρῷ. ῥέουσαν ὄφρα συνδήσῃ κόνιν.
Ὅπως δὲ μᾶλλον ἐμμενεῖ προσπόρπατος,
Ζώναις κόλουψ' ἐπεῖρξεν οἷον καγκιλίοις,
Ῥίζαισι τ' ἐμπέδωσε πυκναῖς δενδρέων,
Καὶ γὰρ φυτευθὲν εἰν ἀποκρήμνοις λόφοις
Ἐλάται, πτελέαι θ', Ἡρακλεωτικαὶ γύαι,
Τάτ' Εὐβοεῖς, Πόντος τε, καὶ Σινωπίδος
D Ἡμῖν ἀραρέηκε κάρυα, βαθυσκίων
Δένδρων γονάς. περὶ δ' ἀμφιθάλλει μυρία
Φύλλοις πνέουσα λαρὸν εὐόδμοις πόη,
Ἄλλων τ' ἐπ' ἄλλοις δενδρέων φυτεύματα.
Ψαφαρὸν τί δείδεις ὄχθον, ἢ δ' ἀδένδρεον;
Ἔσαι ποτ' ἔσαι, ὃ ἐν μέσῳ δὲ χρόνος βραχὺς,
Εὖτ' αὖ ταχυτρέμνοισιν ἐξωγκωμένα
Ὀρπηξι δένδρα, ἡ δὲ νῦν ἐμφῦσα γῆ
Κλώνεσσι δενδρωθεῖσα φυταλιὰ, μέγα
Ῥάχιν σκιάσῃ, καὶ πνοαῖς εὐκραέσι
Μόχθους ἀναψύξῃσιν ἱδρώτων καλῶν.
Εἰ δ' οὐ τοσοῦτον μῆκος ἀτραποῦ δρόμῳ
Ταυτῇ δραμεῖν πάρεστι προσκεκμηκότι,
E Ἴσχου, μέσῳ τ' ἀμπνεύσον, ἵζου, ὡς φίλον,
Διασοῖς ὑπὸ πρίνοισι μειλίσσων φλόγα.
Εἰ δ' εἰς ἔρον πέπτωκας ἱρῶν φροντίδων,
Πηγασίδος τε μέμνη, ἧς ποτ' ἤρυσας
Νέκταρ, νέῳ λόχευσαν ἥδυμον γάνον,
Ἔπος χαράξας εὔλογον μουσοπλόκοις,
Αὖθις δ' ὁδὸν δίωκε. μὴ τείνειν μακράν.
Ἐπεὶ δ' ἵκανες τέκμαρ, ἐς τ' ἄρσις ἄκραν,
Ἣ νῶτα γαίης ἐξαπλοῦται προσφυῶς,
Πλάνης μεταλλάχθητι, καὶ πολλῶν μέθες
Ἄντλων καμάτων, τόν τ' αὖ μελέων ἱδρῶτ' ἄπο
Ῥέοντα μόρξον, καὶ πολύκλειτον κόνιν.
Σὺ μὲν μόγησας, πολλὰ δ' ἐκτίσω φίλος,
F Γεράων ἀνάριθμον προσλαχὼν παμπησίαν.
Δίκην τε λάμψας ἀστέρων, βροτοῦ ὕπερ
Ἄλλων προκύπτων, βάθι πανθελγὲς πέδον.
Σύ μοι τε χῶρον ἀμπόλει. ὡς ἐξαλμένος
Πάντων προβαίνει κοῦφα, καὶ κυκλούμενος
Μοῦνος παρ' ἄλλων πολλὸν ἐξέχει λόφων.
Φαίοις κεν ἐν μέσσοισιν ἀρχὸν μυρίοις
Ὑπέρβατον δούλοισιν ὀφρυὼ ἐς χθόνα
Πήξασι, καὶ σέβουσιν ἀξίωμ' ἔχειν.
Νόει δὲ λοιπὸν ἀμπέλους οἰνοτρόφους,

Βοτρύων γελῶντα, καὶ φερέσβιον γύην,
Καρποῖς ἐπιβρίθουσαν ὡραίοις χρόνοις.
Νῦν γὰρ κυάμοις, νῦν ἐρεβίνθοις ἀφθόνως,
Πυροῖσί τ' ἄλλοτ', ὄφρα μὴ λέγω μικρὰ,
Ποιῶν ἀμειβαῖς ἀντιδωρεῖτ' ἐργάτην.
Δένδρη δέ τ' ἄλλα πανταχῆ ἐσπαρμένα,
Ἰδεῖν τὰ μὲν κάλλιστα πρὸς τέρψιν μόνην,
Τὰ δ' εἰς ὄνειαρ, καὶ βροτοῖσι ξύμφορα
Πλῆθος παγκαρπές, οὐδ' ἀριθμητὸν λόγῳ,
Πάντῃ συναντᾷ ξυγκαλοῦντα πρὸς βοράν.
Πολλαὶ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀτραποὶ πρὸς ὀρχάτους,
Δι' ἃς φορεῖς στείχουσι τετρυγημένας
Οἴνας ταλάροις ἄγοντες ἐς ληνούς. λόγοις
Εἴπερ δὲ λιτοῖς θυμὸν εὐφραίνει, ποσὶ
Κάββαινε μικρὸν αἶπος ἄλλ' ἀντίζυγον,
Ἔνθεν τὸ πρῶτον σὴν ἐπεγκόνεις βάσιν.
Οἶσαι καλύβην εὐρωτιῶσαν, οὐδεὶ
Στέγην θίγουσαν, καὶ κατημελημένην,
Εἰκῆ χαμαὶ ῥέπουσαν, ἀνθρώποις λέχος
Ἄλλως ἀγρώσταις, καὶ λόγοις. ὅθ' ἕνεκα
Οὐρεύς, ὄνος λέπαργος, ἀροτῆρές τε βοῦς
Φάτναις ἐν εὐχόρτοισι προσπιτνάμενοι,
Αἰὲν πρὸς ἔργον εὐτρεπεῖς γεωπόνῳ
Πάρεισιν ἀνδρὶ γηπονοῦντι, καὶ χρέη
Πάντῃ μετεκφέροντι· τετράφαται δὲ πρὸς
Ὄρνεις ἔποικοι παμμεγέθεις τε καὶ παχεῖς,
Ἀστοῖς προσεῖποι προσφυῶς Μελεαγρίδας,
Ἀντήνορος νῦν ὄνομα κληΐζει πτόλις.
Δίσωχρα, καὶ γρόνθοισιν ἐξεοικότα
Τίκτουσιν ᾠά. ῥᾶστα δὲ γηρῶσιν γοναῖς
Μείζοσιν ἢ κατ' ἰσχύν· ἡ δελφὺς δέ τοι
Βάρει χαλασθεῖσ' ἡλιτόμηνον ἐκφέρει,
Ὠόν τ' ἀκέλυφον, ὀστρακωθέν τ' οὐδαμῶς,
Ἀνδρὶ τε λευκοῦ, ὦχρον ἀψ ἐρριμμένον.
Νυκτὸς δὲ πρὶν λύγαιον ἐκχεῖσθαι κνέφας,
Παλιντρόποις πόδεσσιν ἐσμὸς οὐ βόσκων
Αὐτοῦ πρὸς οἶκον, σηκὸν ἔρχεται, σκοποῦ
Φωναῖσι πεισθείς, ἔντε δικτύοις μέσοις
Ἐλασθείς, χερσίν τ' ἐκμαλαχθεὶς οὔθατα,
Πέλλην γάλακτος ἐμπιπλῆσι. καί ποτε
Δώσει πρὸς εἷμα μαλλὸν, ἐς τροφὴν τόκον.
Πρόβαινε μικρόν. χῶρον ἄθρει μοι πέδου
Οὐ πολλὸν ἐξέχοντα, κύκλῳ δ' αὖ πέριξ
Τοίχοις ὅπως δεθέντα πολυστοίχοις φυτοῖς,
Καλὸς κίχλαισι, κοσσύφοις, πτηνοῖς δὲ καὶ
Ἄλλοισιν, ὥραις εὖτ' αὖ ἀεξηθῇ, μόρος.
Καὶ ταῦτα μέν τοι ἀμβολαὶ μικραὶ πόνων
Ἀρετῶσιν, ἔστετ' αἶψα προσετηκόσιν.
Τούτων δ' ἔτ' ἐστὶ μειζόνεσσ' ὑπαντάνειν,
Εἰ πρόσθεν ἐντύνειας εἰς ἀνάκτορον.
Λευκὸν μέν ἐστι τἄκτος, ἠδὲ τἄνδοθεν,
Λεῖον, προσηνές, ἁπλότητα Δεσπότου,
Ἠθῶν ἐπιεικὲς, κόσμιον, κυδνὸν νόει.
Ὃς πολλὰ πολλοῖς, κεἰς ἀναστάσεις δόμων
Ἱρῶν, ἴδ' ἔργα κοίν' ἄπλετον χέας βίον,
Κρέσσων κτεάνων, εὔχρηστος. ἐλευθέριος γεγώς,
Οἷς ὠφέλεια πᾶσι προσπορίζεται,
Ἐν τοῖς ἰδίοισιν ἴδ' ὡς φιλόχρυσος πέλει,
Μικροῖς ἰαίνων θυμὸν, ἐστὶ θεωτέροις
Χώροις ὁπλίζει χρῆμα προσκυδέστερον.
Οὐδὲν δ' ὑπερβὰς ἔνδον ἄθρει μοι τὸ πρὶν

A Ἔξωθε τετράγωνον, εἴσω δ' αὖ πάλιν
Πεφυὸς ὀκτάγωνον. ἐπειδὴ γωνίας
Τοίχοις ἀποκλείσαντες εἰς αὐλὰς νέας
Δάσαντο δῶμ', ὡς πλειόνεσσ' ὑπουργίαις
Ἕτοιμον ἀρχῷ δεξιώτερον φανῇ.
Κ' ἄλλας μὲν ἄλλαις νεῖμε, τῇ δ' ἀριστερᾷ
Κλίμαξ ἑλικτὴ εἰσιόντος ἀμπέχει
Εὐρὺς, διζυγὴς ἐκ θεμέθλων εἰς ἄκρον.
Αἳ δ' εἰν ἐδάφει ἔασι δεξιαὶ, ἀντώπιοι
Κεύθουσι πάντα δαισὶ προσφορήματα,
Ἀρτοποιὸς, καὶ μάγειρος ἀρτύει
Κοσμοῦντες ἁβρῶς εἴδαθ', Ἡφαίστου κύνες.
Βάκχος δ' εὔχρους, καὶ μελισταγὲς μέθυ,
B Τυρός τε πηκτὸς, ὃν φάτις Ἀνθοσμίαν,
Πέμπει γὰρ αὐτὸν ληκύθοις ὤτων ἄνω
Ἀτάλαντον ἄστυγ' Ἀνθέων ἐπώνυμον,
Ἐν τοῖσιν ὑπονόμοισι κεύθεται πολύς.
Ἔδει δ' ἐν ἄλλῳ, καὶ γὰρ οἶκος δίστεγος,
Τὴν μὲν ὑποδρῶν, τὴν δὲ πηκτίδες σοφῶν,
Πανοψίων τε Μουσέων μαιεύματα,
Τὴν δ' ἱρὰ, καὶ τράπεζα μυστικωτάτη,
Ἐφ' ἧς Θεὸς πάρεστιν ἱρέων λόγοις
Θελχθεὶς, προκληθεὶς, σωματωθεὶς ἀμβρότοις.
Ἔδει τ' ἐν αὐτῷ πλησίον κοιτῶν πάρα
Κύβοις ἀνίσοις εὐτελέστερος ῥέων,
Ἐν ᾧ λέχε' ὑπέστρωτο τιμοῦ Δεσπότου.
C Ἄνω δ' ἐπ' αὐτὸν ἄλλος ἐστί τις ἐμφερὴς,
Ὃν βαιὸς ὕπερ ἐφιζάνει θόλος, φορῶν
Ῥάβδοις σιδηροῖς ἄκρῳ αἰωρημένην
Μέλισσαν αὐρῶν ἀκριβῆ σημάντορα.
Ἐμβὰς σὺ τῇδε παντεπόψιος, σκόπει,
Ἐπεὶ κέαται ὑπό τ' ἄλλα πάντα, μυρίον,
Ὡς ἐν θεάτρῳ συγκυκλούμενον βάθος,
Πῇ μὲν νιφάσι, πῇ δὲ δρυμοῖς, πῇ πέτροις,
Οὔρη ἀμοιβὰ πάντοσ' ἐξεστεμμένα.
Σκόπει βαθεῖς αὐλῶνας, αἰπεινοὺς λόφους,
Κοίλας χαράδρας, καὶ βαθυρρώχμους πλάκας,
Πάγους, Πτόλεις, Κώμας τε, ἀστρ' ὅπως πόλῳ,
D Γύαις πλατυζώνοισιν ἐξεσπαρμένας.
Καμὼν δὲ βουνοῖς τρέψον εἰς ἁλὸς κύτος
Γλήνας ἄπειρον, ἔνθα καὶ νῆας θοὰς
Λίνοις τανυπτέροισιν ἀελλοδρομεῖν
Ὄψει τὶς, εἰ μή που πολυρρόθοις ζάλαις
Πόντος κυκήσει κῦμα, λευκανθῇ τ' ἅπας,
Μέλη σπαράττων, αἰθέρος μαιμῶν χύσιν.
Ἴδ' ὡς ἐν εὐφόροισι Θύμβρις προσρέει
Δίναισι καμπταῖς, καὶ βεβορβορωμέναις.
Σιγῶ Πτόλιν ἄρχουσαν, ἠδ' ἱρὸν Πέτρου,
E Καὶ σεμνά, τάτ' ἀθρεῖν, καὶ διαμετρεῖν εὐχερές.
Σὺ δ' αὖ ἀρούραις ταῖς δ' ἔσ' ὥσπερ ἐν βίβλοις
Ἃσσ' Αὐσόνων ἔωργε χεὶρ σαφῶς μάθε,
Αὐτοὺς Λατίνους, Σιλβίους Αἰνειάδας,
Ῥῶμον, Σαβίνων ἁρπαγὴν, διαλλαγὰς,
Βασιλεῖς, Ὑπάτους, Μόναρχον ἰσχὺν, Ἄρεως
Ὁρμὰς, θριάμβους, ζεῦγλαν Ἡρώων, βίον.
Τίη δέ σοι φρονοῦντι ταῦτα φωνέω;
Δηρὸν κόπων ἀμπαύσας. ἂψ πάλιν δέχου
Κράτους μερίμνας. λεῖα καὶ κατακλινὴς
Ἠδ' οὐδός ἐστιν ἡ φέρουσα πρὸς πτόλιν.
Οὐδὲν γάρ ἐστι δυσχερὲς κεκτημένῳ
Ἀρετῆς ἑδραῖον χρῆμα. τοῦ φοβῇ τύχην;

F I N I S.

PHLEGONTIS TRALLIANI
DE
REBUS MIRABILIBUS
LIBER.

ACCEDIT EJUSDEM

DE LONGÆVIS
LIBELLUS.

CUM INTERPRETATIONE LATINA

GUILIELMI XYLANDRI,

AC

RECENSIONE NOTISQUE

JOANNIS MEURSII.

NOBILISSIMIS ET AMPLISSIMIS VIRIS,

REI MARITIMÆ

IN COLLEGIO AMSTELODAMENSI

CONSILIARIIS,

JOANNES MEURSIUS

DEDICO, CONSECROQUE.

Nob. & Ampl. Viri,



SOLEO quidem crebro mecum reputare, dandam omnino operam esse, ne ingratus deprehendar; quod ingenuo homini crimen inter summa est putandum. In hac cura dum dispicio, quibus publice, aut privatim, aliquid debeam; Vos in primis occurristis, quibus publice me obstrictum animadvertebam. Nam in illo munere vestro, dum rem publicam accuratis, & de cunctis bene meremini, qui, hic vitam transigentes, seque, fortunasque suas, Belgio huic fœderato crediderunt; omnes etiam vobis maxime obligatis. Horum cum pars ego quædam, beneficiis quoque vestris inter omnes me obstrictum, quomodo negare possim? Ergo ut publice de me bene meriti estis, ita etiam publice Vobis gratias ago; eoque nomine nunc Phlegontem istum offero, qui hoc meis verbis faciat. testeturque apud omnes, quotquot vivunt, & victuri sunt deinceps, quibus cura Literarum humaniorum est, eritve, beneficium me agnoscere potuisse, & ingenue profiteri voluisse. Rogo autem, ne hoc gratitudinis meæ, observantiæque item, testimonium aspernemini. Etsi enim, si quis molem libri spectet, perexiguum est; tamen, si hunc animum meum attendatis, qui cum beneficiis vestris prompta gratitudine certat, jam vestrorum meritorum magnitudinem aliquo modo exæquatam fatebimini. Quod si vincor nihilominus, etiam hoc orare audebo, ut humanitate vestra deficientem adjuvetis,& benigne interpretando hunc defectum suppleatis: atque ut hactenus inter omnes publice me obstrictum censui, ita deinceps etiam privatim arbitrabor. Opto porro, ut Phlegontis, quem nunc Vobis consecravi, MIRABILIA perlegentes, animum, a negotiis gravioribus fessum, recreetis; vitæ autem longitudine cum LONGÆVIS contendentes, ea illam cum lætitia habeatis, qua spectari quondam OLYMPIA consueverunt. Istud votum,

Nob. & Ampl. Viri,

Deum Opt. Max. veneror uti ratum esse velit, & consilia Reip. salutaria Vobis donet. Lugduni Batavorum, ad diem VII. Decemb. cIↃ. IↃCXIX.

BENIGNE LECTOR.

CUm Antigono nuper manum admovissem, non abs re facturum me existimabam, si Phlegonti, & Apollonio, qui ejusdem notæ erant, ac cum eo quondam editi, una opera admoverem. Apollonius mox sequetur: at nunc en Phlegontem tibi, aliquot locis emendatum in Historia, aut nominibus item Consulum Romanorum. Insanos autem istos oraculorum versus, sine aliqua codicum meliorum ope, tangere minime visum fuit: ne in istis quidem locis, qui, si non restitui poterant, tamen conjectura aliqua, & fortasse non incerta, adjuvari. Sed bis abstinere malui; tu interea istis utere, ac me ama.

[1] ΦΛΕΓΟΝΤΟΣ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ:

PHLEGONTIS TRALLIANI DE REBUS MIRABILIBUS

LIBER.

Ἐλλείπει τινά.

ΚΕΦ. Α'.

* * *

εἰς τὴν ξενῶνα προσπορεύεται τὰς θύραις. καὶ καιομένου τοῦ λύχνου, καθημένην ἴδε τὴν ἄνθρωπον παρὰ τοῦ Μαχάτη. οὐκ ἔτι δὲ καρτερήσασα πλείονα χρόνον, διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς φαντασίας, τρέχει πρὸς τὴν μητέρα, καὶ βοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαριτοῖ καὶ Δημόστρατε, ᾤετο δεῖν ἀναστάντας ἐπὶ τὴν θυγατέρα αὐτοὺς μετ' αὐτῆς πορεύεσθαι· πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν, εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν ἐν τῷ ξενῶνι. τῆς δὲ Χαριτοῦς παράδοξον λόγον ἀκουσάσης, συνέβη τὴν ψυχὴν τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλαγῇ γενομένην ἐκλυθῆναι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀγγελίας, καὶ διὰ τὴν

Deest principium.

CAP. I.

* * *

per fores in diverſorium exit: &, ardente lucerna, videt illam ſedentem apud Machaten: neque diutius ſe continens, ob ſpectri miraculum, ad matrem accurrit, magnaque vociferatione inclamans, Charito & Demoſtrate, ſurgere eos juſſit, ſecumque ad filiam accedere; hanc enim ſibi vivam eſſe viſam, & Dei cujuſdam voluntate eſſe in diverſorio cum hoſpite. Charito, cum ſermonem incredibilem audiviſſet, principio nuncii magnitudine, & tumultuatione nutricis, conſternata, animi eſt paſſa deliquium: mox filiæ recordata, flevit: tandem inſanire nutricem dixit, atque abire juſ-

---

1 Phlegon iſte, Trallianus, Auguſti libertus, vel, ut alii, Hadriani Cæſaris fuit. Suidas docet: Φλέγων, Τραλλιανὸς, ἀπελεύθερος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ, Ἀδριανοῦ φασιν. Verum, qui libertum Auguſti cenſuere, valde falſi. Hadriani enim fuiſſe, ex Vopiſco ſatis conſtat, in *Saturnino*: *Hadriani epiſtolam, ex libris Phlegontis, liberti ejus, proditam, ex qua penitus Ægyptiorum vita detegitur, indidi*. Et vis argumentum tibi, quod non fallat? Chronica ſua, ut infra oſtendam, in ſedecim libros diſtributa, ad Olympiadis CXXIX. annum II. uſque perduxit; qui ab Hadriani exceſſu tertius fuit. Ergo quomodo ſub Auguſto vivere potuit? a cujus obitu ad hoc tempus anni CXXXII. numerantur. Deinde Adriani ipſe ſemel, iterumque, meminit; & *cap.* X. Conſules nominat M. Plautium Silvanum, & Sentium Augurinum; qui conſulatum obierunt Antonini Pii anno XVIII. Manifeſtus omnino error. Quin Hadriani ipſius fuiſſe, quæ Phlegontis hujus nomine circumlata, clare Spartianus dicit, in *ejus Vita*: *Famæ celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros Vitæ ſuæ, ſcriptos a ſe, libertis ſuis literatis dederit, jubens, ut eos ſuis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri, Hadriani eſſe dicuntur*. Atque ut ipſe Hadriani libertus fuit, ita ejus Ælius Maurus commemoratur ab eodem Spartiano in *Severo Imperatore*: *Legiſſe me apud Maurum, Phlegontis Tralliani libertum, memini*. Meminit porro cujuſdam Phlegontis D. Paulus in *Epiſt. ad Rom.* cap. XVI. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατροβᾶν. Et hunc puto Suidam ob oculos habuiſſe, cum libertum Auguſti ſcriberet. Eſt etiam Attii cujuſdam Phlegontis mentio in ara marmorea, quæ Romæ, in hortis Euryali Rufini; legiturque in *Theſauro Inſcriptionum* Gruterianarum, pag. DCLXXI. num. 6.

DIS. MANIBVS
ATTIÆ. T. F. QVINTILLÆ
ATTIVS. PHLEGON. PATER

Noſter iſte ſcripſit plurima, quæ a Suida in hunc modum recenſentur: Ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις'. ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ'. Ὀλυμπιάδος τὰ πραχθέντα πανταχοῦ. τὰ δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίοις η'. Ἔκφρασιν Σικελίας. Περὶ μακροβίων, καὶ θαυμασίων. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, βιβλία γ'. Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τόπων, καὶ ὧν ἐπικέκληνται ὀνομάτων. Ἐπιτομὴν Ὀλυμπιονικῶν, ἐν βιβλίοις β'. καὶ ἄλλα. Ex his omnibus *De Mirabilibus* Opus, initio mutilum; *De Olympiadibus* fragmentum, cum libello *De Longævis*, ante annos quinquaginta, & quod excedit, primus edidit Gulielmus Xylander, bene de literis Græcis meritus. Ea mihi, cum tanto temporis intervallo rara exemplaria eſſent, ne iterum quaſi interciderent, revocare in lucem iſtam publicam placuit, horis aliquot ſubſecivis recenſita, & emendata.

ταραχὴν τῆς τροφοῦ· μετὰ μικρὸν δὲ μεταθεῖσαν τὴν θυγατρὸς, ... τὰ δὲ ἔσχατα, καταγνῶναι τῆς ... μαίαν, κελεύειν τε ἀπαλλάττεσθαι ἀπ᾽ αὐτῆς ταχέως. ἐνσταθιζούσης δὲ τῆς τροφοῦ, καὶ λεγούσης μετὰ παρρησίας, ὡς μὲν φρονεῖ τε καὶ ὑγιής ἐστιν. ἡ δὲ δι᾽ ὄκνον οὐ βούλοιτο τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἰδεῖν, μόλις ἡ Χαριτὼ τὰ μὲν βιασθεῖσα ὑπὸ τῆς τροφοῦ, τὰ δὲ εἰδῆσαι βουλομένη τὸ συμβεβηκὸς, παραγίνεται πρὸς τὰς θύρας τοῦ ξενῶνος, ἐπὶ τὸ γεγονέναι πλεῖστα χρόνον, ὡς ἂν δευτέρας ἀγγελίας συντετελεσμένης· ὅθεν ποτὲ ... ἡ Χαριτὼ διὸ συνέβαινεν ἐκείνη, ... ἀναπαύεσθαι. Διακύψασα δ᾽ οὖν ἡ μήτηρ, τὰ μὲν ἱμάτια, καὶ τὸν τύπον τῆς ὄψεως, ἐνόμιζεν ἐπιγινώσκειν· τὴν δὲ ἀλήθειαν ἐξετάσαι κατ᾽ οὐδένα τρόπον δυναμένη, τὴν ἡσυχίαν ᾤετο δεῖν ἔχειν. πρωῒ γὰρ ἤλπιζεν ἀναστᾶσα καταλήψεσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ ὑστερῇ, διερωτήσειν τὸν Μαχάτην περὶ πάντων· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσασθαι τηλικαύτην πρᾶξιν ἐρωτώμενον αὐτόν· διόπερ σιωπήσασα, ἀπῆλθεν. Ὄρθρια δὲ γενομένη, ἣ μὲν εἴτε κατὰ θείαν βούλησιν, εἴτε κατ᾽ αὐτοματισμὸν, λαθοῦσα, ἀπελθεῖν συνέβη. τῇ δὲ παραγενομένῃ, διὰ τὴν ἀπόλυσιν δυσφορεῖν τοῦ νεανίσκου· καὶ τῷ ξένῳ πάντα ἐξ ἀρχῆς διηγησαμένην, ἀξιοῦν περὶ τὰ γόνατα περιπλεκομένην τοῦ Μαχάτου, τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μηδὲν ἀποκρυψάμενον· ὁ δὲ νεανίσκος ἀγωνιάσας, τὴν ἀρχὴν μὲν ταράχθη· μόλις δέ ποτε τὸ ὄνομα διεσάφησεν, ὅτι Φιλίννιον εἴη· καὶ τὴν ἀρχὴν διηγήσατο τῆς εἰσόδου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐδήλωσεν ὡς ἥκει, ὅτι λάθρα τῶν γεννησάντων ἔφη παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν· τὰ ἐγκαταλελειμμένα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου, βουλόμενος ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα πιστὸν, ἀνοίξας τὸν ῥίσκον, ἐξαιρεῖ τόν τε δακτύλιον τὸν χρυσοῦν, ὃν ἔλαβε παρ᾽ αὐτῆς, καὶ τὴν στηθοδεσμίδα, ἣν ἀπολελοίπει τῇ πρότερον νυκτί. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ, καὶ διαρρήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν, καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν, ἐξ ἀρχῆς ἐποιεῖτο πένθος. Θεωρῶν δὲ ὁ ξένος τὸ γινόμενον, καὶ πάντας ὡς ἐπὶ ... θεῖς, καὶ θρηνοῦντας, ὡσανεὶ νῦν μέλλοντας κατορύττειν τὸν ἄνθρωπον, συνεχεῖτο, καὶ παρεκάλει δεόμενος παύσασθαι· ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν παραγένηται, δείξειν αὐτήν. ἡ δὲ πεισθεῖσα, καὶ ἐντειλαμένη αὐτῷ φροντίσαι μὴ παρέργως τῶν ἐπηγγελμένων, ἀπελύθη πρὸς αὐτήν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης, καὶ τῆς ὥρας οὔσης, καθ᾽ ἣν ἡ Φιλίννιον εἰώθει παραγίνεσθαι πρὸς αὐτὸν· οἱ μὲν προσετήρουν, εἰδῆσαι θέλοντες τὴν ἄφιξιν· ἡ δὲ ἧκεν. εἰσελθούσης δὲ κατὰ τὸν εἰθισμένον καιρὸν, καὶ καθεζομένης ἐπὶ τὴν κλίνην, οὐδὲν προσποιηθεὶς ὁ Μαχάτης, ἐξετάσαι δὲ τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, τὸ πλέον οὐ πιστεύων, εἰ νεκρᾷ πλησιάζοι, οὕτως ἐπιμελῶς παραγινομένῃ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἔτι δὲ δειπνούσης μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ συμπινούσης, ἀπίστως εἶχεν οἷς ἐκεῖνοι προήγγειλαν. ᾤετο δὲ νεκρορύκτας τινὰς διωρυχέναι τὸν τάφον, καὶ πεπρακέναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ χρύσια, τῷ πατρὶ τῆς ἀνθρώπου. βουλόμενος οὖν τὴν ἀκρίβειαν εἰδῆσαι, πέμπει τοὺς παῖδας λάθρα, καλοῦντας αὐτούς. ταχέως δὲ παραγενομένων τοῦ τε Δημοστράτου καὶ τῆς Χαριτοῦς, ἰδόντων τε αὐτὴν, καὶ γενομένων τὸ μὲν πρῶτον ἀφώνων τε καὶ ἐκπλαγῶν, διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, ὕστερον δὲ ἀναβοησάντων μέγα, καὶ περιπεσόντων τῇ θυγατρί· τότε ἡ Φιλίννιον ταῦτ᾽ εἶπεν αὐτοῖς. Ὦ μῆτερ, καὶ πάτερ, ὡς ἀδίκως ἐφθονήσατέ μοι μετὰ τοῦ ξένου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι ἐν

ſit celeriter. Nutrice vero exprobrante ipſi, quod præ ignavia ſuam filiam videre negligeret, (nam ſe quidem ſanam eſſe, atque animo ſibi conſtare) ægre tandem Charito partim a nutrice coacta, partim videre cupiens quid rei accidiſſet, ad fores hoſpitii ſe confert: idque ſero, quod multum effluxiſſet temporis, dum ſecundus nuncius perferretur; quo factum eſt, ut illi jam quieſcerent. Mater igitur, contuita veſtes quidem, & lineamenta vultus, viſa ſibi eſt agnoſcere. Cum autem nulla eſſet veritatis rei perſcrutandæ ratio, quieſcendum ſibi duxit, ſperans ſe mane ſurrecturam, filiamque deprehenſuram: aut, ſi ſerius veniret, e Machata totam rem cognituram; neque enim mentiturum eum, ſi de tanta re interrogaretur; itaque ſilens abiit. Prima luce illa, ſive dei quodam nutu, ſive caſu aliquo, abiens fefellit. Mater autem, cum adveniſſet, ægre admodum tulit, quod eam non offenderet: adoleſcenti autem, & hoſpiti, re tota ab initio expoſita, genua amplexa Machatæ, hominem obſecravit, ut nihil occultans veritatem proderet. Adoleſcens, animo anxius, initio quidem perturbari, vixque demum nomen edere, eſſe eam inquiens Philinnium: tum principium introitus exponere, & mulieris cupiditatem, quæ ſe clam parentes ad ipſum venire dixiſſet. Utque rei fidem faceret, quæ ab ea fuerant relicta, aperto riſco, protulit, annulum quem acceperat ab ea aureum, & faſciolam pectoralem, quam ſuperiore nocte reliquerat. Charito ubi tanta vidit ſigna, exclamavit, ſciſſiſque veſtibus, & vitta a capite projecta, in terram concidit, indiciiſque circumfuſa, luctum ab initio repetiit. Hoſpes iſta cernens, cum omnes in ſummo eſſent mœrore, ac lamentarentur, ut qui jamjam ſepeliendam ſibi Charitonem putarent, animo conturbato conſolari eam cœpit, ut finem ejulandi faceret rogans: promittenſque illam, ſi rediret, ei monſtraturum: quibus Charito mota verbis, mandato, ut operam daret diligenter, quo promiſſa impleret, domum abiit. Ut nox facta eſt, & hora appetiit, ad quam horam Philinnium ſolebat ad ipſum ventitare; expectarunt ſane illi adventum; ipſa autem venit. Quæ cum conſueto tempore eſſet ingreſſa, & in lecto conſediſſet, Machates nihil præ ſe ferens quid vellet, rem modo ipſam explorare cupiens, præſertim ut qui nequaquam crederet ſe cum mortua rem habere, quæ tam accurate eodem temporis articulo ad ſe veniret, ad hæc etiam ſecum ederet, atque biberet: itaque etiam iis fidem non haberet, quæ ab illis narrabantur, putaretque quoſdam eorum, qui mortuos effodere ſolent, effoſſo ſepulcro veſtes & aureum mundum patri puellæ vendidiſſe: cupiens ergo rem certo perſpicere, pueros occulte mittit accitum eos. Cum autem confeſtim veniſſent Demoſtratus & Charito, vidiſſentque ipſam, & primo quidem muti ac conſternati adſtitiſſent, admirabili ſpectaculo attoniti, deinde autem magnum ſuſtuliſſent clamorem, ac filiam fuiſſent circumplexi; ibi tum Philinnium hæc eis dixit: O mater, & pater, quam injuſte invidiſtis mihi, ut cum hoſpite eſſem per triduum in domo paterna, abſque ullo maleficio: proinde vos denuo lugebitis, propter veſtram curioſitatem: ego autem rurſum abeo ad locum mihi deſignatum: non enim abſque divina voluntate huc veni. Hæc locuta, fuit illico mortua, corpuſque ejus conſpicuum per

τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ λυπῆσαι οὐδέν. τοιγαροῦν ὑμεῖς μὲν πενθήσετε ἐξ ἀρχῆς, διὰ τὴν πολυπραγμοσύνην· ἐγὼ δὲ ἄπειμι πάλιν εἰς τὸν διατεταγμένον τόπον. οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. Τοσαῦτα εἰποῦσα, παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξετέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. τῆς δὲ μητρὸς περιχυθείσης, καὶ τοῦ πατρὸς, περὶ αὐτὴν, καὶ θορύβου πολλοῦ, καὶ θρήνου, κατὰ τὴν οἰκίαν γενομένου διὰ τὸ πάθος, ὡς ἀνηκέστου γεγονότος θεάματος, ἅμα τε ἀπίστου συμπτώματος, ταχέως ἐγένετο διὰ πόλεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον, καὶ μοι προσηγγέλη. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην διακατέσχον ἐγὼ τοὺς ὄχλους, ἀθροιζομένους ἐπὶ τὴν οἰκίαν, εὐλαβηθεὶς, μήτις εἴη νεωτερισμὸς, διαδεδομένης τοιαύτης φήμης. ὄρθρου δὲ βαθέος πλῆρες ἦν τὸ θέατρον. Ρηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος, ἔδοξε πρῶτον εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν τάφον ἡμᾶς, καὶ ἀνοίξαντας εἰδῆσαι, πότερον εἴη τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης, ἢ κενὸν τόπον εὑρήσομεν. οὐδὲ γὰρ ἑξάμηνος ἐγεγόνει τῷ θανάτῳ τῆς ἀνθρώπου. ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ᾽ ἡμῶν τῆς καμάρας, εἰς ἣν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, τῶν δὲ παλαίτερον τετελευτηκότων τὰ ὀστᾶ· ἐπὶ μόνης δὲ, ἧς ἡ Φιλίννιον ἐτέθη, καὶ συνέβη ταφῆναι, εὕρομεν ἐπικείμενον τὸν δακτύλιον τὸν σιδηροῦν, ὃς ἦν τοῦ ξένου, καὶ τὸ χρυσόκλυστον ποτήριον, ἅπερ ἔλαβε παρὰ τοῦ Μαχάτου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. θαυμάσαντες δὲ, καὶ ἐκπλαγέντες, εὐθέως παραγενόμεθα πρὸς τὸν Δημόστρατον εἰς τὸν ξενῶνα, ὀψόμενοι τὴν νεκρὰν, εἰ κατ᾽ ἀλήθειαν ἐμφανής ἐστιν. ἰδόντες δὲ χαμαὶ κειμένην, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἠθροιζόμεθα. τὰ γὰρ γεγονότα μεγάλα τε ἦν, καὶ ἄπιστα. Θορύβου δὲ ὄντος νεανικοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ σχεδὸν οὐδενὸς δυναμένου κρῖναι τὰ πράγματα, πρῶτος Ὕλλος, ὀνομαζόμενος παρ᾽ ἡμῖν, οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι, τά τε ἄλλα συνεωρακὼς ἐν τῇ τέχνῃ περιττῶς, ἀναστὰς, ἐκέλευσε τὴν μὲν ἄνθρωπον κατακλείειν ἐκτὸς ὁρίων, (οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτην ἐντὸς ὁρίων τεθῆναι εἰς γῆν) ἀποτροπιάσασθαι δὲ Ἑρμῆν Χθόνιον, καὶ Εὐμενίδας· εἶτα οὕτω περικαθαίρεσθαι πάντας, ἁγνίσαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ ὅσα θεοῖς χθονίοις νομίζεται ποιῆσαι, συνέταξεν. ἐμοί τε ἰδίᾳ εἶπε περὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν πραγμάτων, θύειν τε Ἑρμῇ, Διΐ τε Ξενίῳ, καὶ Ἄρει· καὶ συντελεῖν ταῦτα μὴ παρέργως. Ταῦτα δὲ ἀποφηναμένου τούτου, τὸ μὲν συνταχθὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν· ὁ δὲ ξένος ὁ Μαχάτης, πρὸς ὃν παρεγίνετο τὸ φάσμα, ὑπ᾽ ἀθυμίας ἑαυτὸν ἐξήγαγε τοῦ ζῆν. Ἐὰν οὖν σοι φαίνεται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον κἀμοὶ, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος, ἐξαποστείλω σοι. ἔρρωσο.

A lectum eſt extenſum. Matre autem circumfuſa, ac patre, cadaveri, magnoque coorto tumultu in ædibus, atque ejulatu, ob iſtam rem, cum & immedicabile ſpectaculum accidiſſet, & incredibilis caſus: ſtatim fama rei urbem pervaſit, & ad me allata eſt. Iſtam igitur noctem ego turbam hominum, quæ ad ædes eas confluxerat, diſtinui, vetitus ne quid novarum rerum tentaretur, tali fama diſſipata. Summo mane refertum hominibus fuit theatrum; omnibuſque ſingulatim narratis, placuit, ut primo omnium iremus ad ſepulcrum, eoque aperto videremus, cadaverne in ſandapila eſ- B ſet, an vero vacuum locum inveniremus: nondum enim ſex menſes a morte mulierculæ elapſi erant. Poſtquam aperuimus cameram, in quam omnes iſtius familiæ defuncti reponebantur, aliis quidem in culcitris conſpeximus cadavera ſita, & oſſa eorum, qui ante ſpacium temporis longius fuerant mortui: in ea ſola, in quam repoſita, & ſepulta, fuerat Philinnium, invenimus jacentem annulum ferreum, qui fuerat hoſpitis, & poculum inauratum, quæ illa primo die a Machate acceperat. Admirati, atque ſtupentes præ admiratione, ſtatim ad Damoſtratum in diverſorium nos contu- C limus, ut videremus, an re vera cadaver mulieris conſpiceretur. Quod cum vidiſſemus humi jacere, in concionem convenimus: nam & magna erant, quæ evenerant, & incredibilia. Cum autem in concione tumultus exiſteret ingens, ac nemo fere negotium dijudicare poſſet; primus Hyllus, qui apud nos non ariolus modo optimus, ſed & augur præclarus habebatur, atque in arte divinandi abunde omnia habebat perſpecta, ſurgens, mulieris cadaver juſſit extra fines ſepeliri: (neque enim conducere, ut iterum intra eos in terram de- D ponatur) Mercurium vero Terreſtrem, & Furias, placari; tum omnes purgari, luſtrari etiam ſacra, & juſta fieri diis Manibus, mandavit. Mihique privatim præcepit, ut pro Imperatore, & republ. rem ſacram facerem Mercurio, Jovi Hoſpitali, ac Marti, eaque accurate conficerem. Hæc illo effato, nos quod juſſerat executi ſumus. Machates autem ille hoſpes, ad quem ſpectrum commearat, præ mœrore mortem ſibi conſcivit. Proinde ſi ſtatueris hac de re ad Imperatorem ſcribere, ſignifica id per literas mihi, ut etiam quoſdam eorum, qui ſingula perluſtrarunt, ad te mit- E tam. Vale.

ΚΕΦ. Β΄.

[1] Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἢ Ἐφέσιος, καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ φάσμα γενέσθαι. Πολύκριτος γάρ, τις τῶν πολιτῶν, ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ δήμου Αἰτωλάρχης, ἐπὶ τρία ἔτη τῶν πολιτῶν αὐτὸν ἀξιωσάντων, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐκ προγόνων καλοκαγαθίαν. ὢν δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἄγεται γυναῖκα Λοκρίδα, καὶ συγκοιμηθεὶς τρισὶ νυξὶ, τῇ τετάρτῃ τὸν βίον ἐξέλιπεν· ἡ δὲ ἄνθρωπος, ἔμεινεν ἐν τῇ οἰκίᾳ χηρεύουσα. ἡνίκα δὲ ὁ τοκετὸς ἤπειγεν, τίκτει παιδίον, αἰδοῖα ἔχον δύο, ἀνδρεῖόν τε καὶ γυναικεῖον, ἐπὶ τὴν φύσιν θαυμαστῶς διηλλαγμένον. τὰ μὲν ἄνω τοῦ αἰδοίου, ὁλόσκληρά τε καὶ ἀνδρώδη ἦν· τὰ δὲ περὶ τοὺς μηροὺς, γυναικεῖα, καὶ ἁπαλώτερα. ἐφ᾽ ᾧ καταπλαγέντες οἱ συγγενεῖς, ἀπήνεγκαν εἰς τὴν ἀγορὰν τὸ παιδίον· καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περὶ αὐτοῦ, θύτας τε καὶ τερατοσκόπους συγκαλέσαντες. τῶν δὲ οἱ μὲν, ἀπεφήναντο διάστασίν τινα τῶν Αἰτωλῶν καὶ Λοκρῶν ἔσεσθαι· κεχωρίσθαι γὰρ ἀπὸ μητρὸς, οὔσης Λοκρίδος, καὶ πατρὸς Αἰτωλοῦ. οἱ δὲ, δεῖν ᾤοντο, τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα ἀπενεγκόντας εἰς τὴν ὑπερορίαν, κατακαῦσαι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν βουλευομένων, ἐξαίφνης φαίνεται ὁ Πολύκριτος, ὁ προτεθνηκὼς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πλησίον τοῦ τέκνου, ἔχων ἐσθῆτα μέλαιναν· τῶν δὲ πολιτῶν καταπλαγέντων ἐπὶ τῇ φαντασίᾳ, καὶ πολλῶν εἰς φυγὴν τραπομένων, παρεκάλεσε τοὺς πολίτας θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῷ γεγονότι φάσματι. Ἐπεὶ δὲ ἔληξε τὸ πλέον τοῦ θορύβου, καὶ τῆς ταραχῆς, ἐφθέγξατο λεπτῇ τῇ φωνῇ τάδε. Ἐγὼ, ἄνδρες πολῖται, τῷ μὲν σώματι τέθνηκα, τῇ δὲ εὐνοίᾳ καὶ τῇ χάριτι πρὸς ὑμᾶς ζῶ. καὶ νῦν πάρειμι πρὸς ὑμᾶς, τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν, ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ. παρακαλῶ τοίνυν ὑμᾶς, πολίτας ὄντας ἐμοῦ, τοῦ μὴ ταράττεσθαι, μηδὲ δυσχεραίνειν, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ γεγονότι φάσματι. δέομαι δὲ ὑμῶν ἁπάντων, κατευχόμενος πρὸς τῆς ἑκάστου σωτηρίας, ἀποδοῦναί μοι τὸ παιδίον, τὸ ἐξ ἐμοῦ γεγεννημένον, ὅπως μηδὲν βίαιον γένηται, ἄλλο τι βουλευσαμένων ὑμῶν. μηδ᾽ ἀρχὴ πραγμάτων δυσχερῶν, καὶ χαλεπῶν, διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλονεικίαν, ὑμῖν γένηται. οὐ γὰρ ἐνδέχεταί με περιιδεῖν κατακαυθὲν τὸ παιδίον ὑφ᾽ ὑμῶν, διὰ τὴν τῶν ἐξαγγελλόντων ὑμῖν μάντεων ἀποπληξίαν. συγγνώμην μὲν οὖν ὑμῖν ἔχω, ὅτι, τοιαύτην ὄψιν ἀπροσδόκητον ἑωρακότες, ἀπορεῖτε πῶς ποτε τοῖς παροῦσι πράγμασιν ὀρθῶς χρήσεσθε. Εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πεισθήσεσθε, ἀδεῶς τῶν παρόντων φόβων καὶ ἐπερχομένων κακῶν, ἔσεσθε ἀπηλλαγμένοι· εἰ δὲ ἄλλως πως τῇ γνώμῃ προσπεσεῖσθε, φοβοῦμαι περὶ ὑμῶν, μήποτε εἰς ἀνηκέστους συμφορὰς, ἀπειθοῦντες ἡμῖν, ἐμπέσητε. Ἐγὼ μὲν οὖν, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν εὔνοιαν, ὅτ᾽ ἔζων, καὶ νῦν ἀπροσδοκήτως παρὼν, προείρηκα τὸ συμφέρον ὑμῖν. Ταῦτ᾽ οὖν ὑμᾶς ἀξιῶ, μὴ πλείω με χρόνον παρέλκειν, ἀλ-

CAP. II.

Narrat etiam Hiero, sive Alexandrinus is est, sive Ephesius, in Ætolia spectrum extitisse. Polycritus, quidam de civibus, a populo gentis Ætolæ præfectus (ipsi Ætolarcham vocant) est designatus per triennium, civibus eum ad hoc munus deposcentibus, ob virtutem a majoribus ad ipsum propagatam. Eum gerens magistratum Polycritus, uxorem ducit Locridem: cum qua ut tres dormivit noctes, quarta extremum vitæ diem morte confecit. Mulier domi vidua mansit; &, cum partus tempus appetiisset, infantem peperit binis pudendis, masculino ac fæminino, mirifice omnino monstrosum: quæ supra pudenda erant partes, solidæ erant, & masculæ: quæ circum femora, fæminea, & tenera. Perterriti hoc casu propinqui, fœtum in forum protulerunt; advocataque concione, & coactis sacrificulis, atque monstrorum inspectoribus, de eo deliberarunt. Horum alii pronunciarunt, dissidium aliquod Ætolorum & Locrensium portendi; fœtum enim divisum esse, matris Locridis, ac patris Ætoli. Alii censuerunt, matrem cum fœtu extra fines Ætoliæ deportari, ac cremari, debere. Dum hæc consultantur, subito Polycritus, pridem mortuus, in concione existit prope infantem, atra amictus veste. Is perterritos cives eo spectro, & pleroſque fugam facientes, bono jubet esse animo, neque ob hanc apparitionem conturbari. Postquam tumultus majori ex parte sedatus fuit, tenui voce ita infit: Ego, cives, corpore mortuus, benevolentia & favore erga vos vivo; & nunc adsum coram vobis, qui rebus terrenis imperatis, commodi vestri causa. Hortor itaque vos, cives meos, ne tumultuemini, neve ob tam mirabilem apparitionem aliquid capiatis molestiæ: obtestor autem unumquemque vestrum per suam ipsius salutem, ut mihi ex me genitum infantem reddatis; ne quid violentum contingat, in aliam vobis discedentibus sententiam: neve, contendendi mecum studio, difficilium atque adversarum rerum fiat exordium. Non enim fieri potest, ut negligam istam injuriam, si, secuti stupiditatem vatum vestrorum, infantem cremetis. Ignosco sane vobis, quod, improviso hoc monstro conspecto, dubitatis quid sit agendum. Quod si mihi obtemperatis, metu præsenti, & impendentibus malis, tuto liberabimini: sin alio sententia vestra inclinabit, metuo ne, dum mihi dicto audientes esse non vultis, in extremas incidatis calamitates. Atque ego quidem ea, quam vivus erga vos gessi, ductus benevolentia, nunc quoque non expectatus adsum; &, quid in rem sit vestram, monui. A vobis autem peto, ne diutius me trahatis: sed, recta via putata, mihi obsequamini, & bono cum omine infantem tradatis: non enim licet mihi longiorem mo-

---

[1] Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἢ Ἐφέσιος) An non scribendum? καὶ Ἥρων ὁ Α. Celebris hic Scriptor. Hieron quidam Siculus inter *Rei Rusticæ Auctores* commemoratur a Varrone *de R.R.* lib. 1. cap. 1. *Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere voles; Hieron Siculus, & Attalus Philometor*. Et ex eo Columella, *libro* quoque 1. & *cap. 1. Siculi quoque mediocri cura negotium istud prosecuti sunt, Hieron, & Epicharmus discipulus, Philometor, & Attalus*. Verum Hieron Alexandrinus, aut Ephesius, nusquam mihi alibi lectus.

λὰ βουλευσαμένους ὀρθῶς, καὶ πεισθέντας τοῖς εἰρημένοις ὑπ' ἐμοῦ, δοῦναί μοι μετ' εὐφημίας τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί μοι πλείονα μηκύνειν χρόνον διὰ τοὺς κατὰ γῆν ὑπάρχοντας δεσπότας. Ταῦτα δὲ εἰπών, ἡσυχίαν ἔσχεν ἐπ' ὀλίγον, καραδοκῶν ποτὲ ἐξοίσωσιν αὐτῷ γνώμην περὶ τῶν ἀξιουμένων. τινὲς μὲν οὖν ᾤοντο, δεῖν ἀποδοῦναι τὸ παιδίον, καὶ ἀφοσιώσασθαι τότε φάσμα, καὶ τὸν ἐπιστάντα δαίμονα. οἱ δὲ πλεῖστοι ἀντέλεγον, ἐπὶ σχολῆς δεῖν βουλεύσασθαι φάσκοντες, ὡς ὄντος μεγάλου τοῦ πράγματος, καὶ οὐ τῆς τυχούσης αὐτοῖς ἀπορίας. Συνιδὼν δὲ αὐτοὺς οὐ προσέχοντας, ἀλλ' ἐμποδίζοντας αὐτοῦ τὴν βούλησιν, ἐφθέγξατο αὖθις τάδε. Ἀλλ' οὖν γε, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἐὰν ὑμῖν συμβαίνῃ τι τῶν δυσχερεστέρων διὰ τὴν ἀβουλίαν, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθε, ἀλλὰ τὴν τύχην, τὴν οὕτως ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑμᾶς ποδηγοῦσαν. ἥτις, ἐναντιουμένη κἀμοί, παρανομεῖν ἀναγκάζει με εἰς τὸ ἴδιον τέκνον. Τοῦ δὲ ὄχλου συνδραμόντος, καὶ περὶ τὴν ἄρσιν τοῦ τέρατος ἔχοντος, ἐπιλαβόμενος τοῦ παιδίου, καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἀνείρξας ἰταμώτερον, διέσπασέ τε αὐτὸ καὶ ἤσθιε· κραυγῆς δὲ γενομένης, καὶ λίθων ἐπ' αὐτὸν ἐκριπτομένων, ὑπελάμβανον τροπὴν αὐτοῦ ποιήσασθαι. ὁ δὲ ἄπληκτος ὢν ὑπὸ τῶν λίθων. τὸ σῶμα πᾶν τοῦ παιδίου κατανάλωσε πλὴν τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα ἀφανὴς ἐγένετο. Δυσφορούντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς γενομένοις, καὶ ἐν ἀπορίᾳ καθεστηκότων οὐ τῇ τυχούσῃ, βουλομένων τε ἀποστεῖλαι εἰς Δελφούς, φθέγγεται ἡ κεφαλὴ τοῦ παιδίου, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη, καὶ λέγει χρησμῷ τὰ ἀποβησόμενα·

A ram producere, propter dominos, qui sub terra sunt. Hæc locutus, aliquantulum quievit, expectans, quid ad postulata sua essent responsuri. Non defuerunt, qui tradendum ei infantem, itaque & monstrum, & qui apparuisset genium, averruncandum esse censerent: sed maxima pars eam sententiam impugnabat; ac per ocium de re tanta, & quæ haberet explicatus difficillimos, deliberandum contendebat. Cernens ergo Polycritus, eos sibi animum non advertere, sed consilium ipsius impedire, rursum ita locutus est: Itaque ergo, cives, si quid ob consilii pravitatem vobis adversi B eveniet, non mihi id, sed fortunæ, imputate, quæ vos ita ad deteriora ducit: quæ, mihi quoque adversa, in prolem meam me nefarium reddit. Concurrente ad hæc verba turba, & tollere monstrum conante, arripiens infantem, & plerosque ferocius abigens, discerpsit eum, ac voravit. Clamorem multitudo sustulit, lapidibusque eum conjectis arcere aggressa est: verum ille, nullis saxorum obnoxius ictibus, totum infantis corpus, demto capite, absumpsit, subitoque evanuit. Quod factum cum Ætoli ægre ferrent, & in anxieta- C tem haud mediocrem venirent, Delphosque mittere vellent, caput infantis, in solo jacens, loquitur, & oraculo futura indicat;

Ὦ πολυύμνητον ναίων χθόνα λαὸς ἀπείρων,
Μὴ στεῖχ' ἐς Φοίβου τέμενος, ναόν τε θυώδη·
Οὐ γάρ σοι καθαραὶ χέρες αἵματος αἰθέρ' ἔχουσιν,
Ἀλλὰ μύσος προπάροιθε ποδῶν ἔντοσθε κελεύθου.
Φράζεο δ' ἐξ ἐμέθεν, τρίποδος δ' ἀπόειπε κέλευθον,
Μαντοσύνης πᾶσαν γὰρ ἐφετμὴν σοι καταλέξω.
Ἤματι καὶ τούτῳ περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ,
Ὥρισαι πᾶσιν θάνατος (ψυχαὶ δὲ βίονται)
Λοκρῶν Αἰτωλῶν τ' ἀναμὶξ βουλῇσιν Ἀθήνης,
Οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.
Ἤδη γὰρ ψεκάδες φοινικαὶ κατὰ κρᾶτα κέχυνται·
Νὺξ δὲ ἐπὶ πάντα κέκευθε, μέλας δ' ἐπιδέδρομεν
αἰθήρ·
Αὐτίκα νὺξ δὲ ἔρεβος πᾶσαν κατὰ γαῖαν ὄρωρεν,
Χῆροι δ' οἶκοι πάντες ἐπ' οὔδει γυῖα κλινοῦσιν,
Οὐδὲ γυνὴ πένθος ποτὲ λείψεται, οὐδέ νυ παῖδες,
Ἐν μεγάροις γόωσι φίλους πατέρας περιφῦντες·
Τοῖον γὰρ τόδε κῦμα κατέδραμε πᾶσι κατ' ἄκρης.
Αἶ αἶ πατρίδ' ἐμὴν αἰεὶ στένω, αἰνὰ παθοῦσαν,
Μητέρα τ' αἰνοτάτην, ἣν ὕστερον ἔκλυσεν αἰών,
Νώνυμον τε θεοὶ γένεσιν θήσουσιν ἅπαντες.
Λοκρῶν τ' Αἰτωλῶν τ' ὅτι που καὶ σπέρμα λίποιτο,
Οὕνεκ' ἐμὴν κεφαλὴν λίποι αἰών, οὐδέ νυ πάντα
Σώματος ἠφάνικεν μέλε' ἄκριτα, λεῖπε δὲ γαῖαν,
Ἀλλά γ' ἐμὴν κεφαλὴν θέμεν' ἠοῖ φαινομένηφι·
Μὴ δέ θ' ὑπὸ ζοφερὴν γαῖαν κατακρυπτέμεν ἔνδον·
Αὐτοὺς δὲ προλιπόντας ἑὸν χῶρον μετ' ὄπισθεν,
Στείχειν εἰς ἄλλον χῶρον καὶ λαὸν Ἀθήνης,
Εἴ τινά που θανάτοιο λύσιν κατὰ μοῖραν ἕλησθε.

O populosa colens famosas natio terras,
Non lucos adeas Phœbi, & fragrantia templa:
D *Namque manus tibi pollutæ tolluntur in auras,*
Ante pedesque nefas positum via publica tangit.
Mitte iter ad tripodes, atque ex me disce futura:
Nam tibi fata canam, quæ sint venturaque dicam.
Hæc ubi lux primum revoluto illuxerit anno,
Corpora Locrorum simul Ætolumque Minervæ
Passim morte atra sternentur plurima jussu,
Interitus animæ expertes post funera vivent.
Nec requies erit ulla mali, vel parvula, vobis,
Nam jam nunc cædis stillæ caput omne pererrant,
Omnia nox tegit, & nimbus super incidit ater.
E *Quisque domi viduus sua membra in limine ponet,*
Nulla virum mulier lugebit, nulla parentes
Usque amplexa suos deflebit funera proles,
Usque adeo cunctos lethalis proluet æstus.
Heu patriam semper gemo, tam crudelia passam
Et miseram matrem, quæ mortem postmodo obivit.
Obscuros etiam superi, & sine nomine ponent,
Ætolo & Locro quidquid de semine fiet.
Vita meo capiti superat quia, nec mea membra
Protinus a terris abolevit cuncta recedens;
Vos caput auroræ jubeo hoc exponere luci,
F *Nec terræ infossum nigris celare cavernis:*
Atque exhinc patria jubeo migrare relicta,
Palladis ad populumque & cultas pergere terras,
Effugium lethi si quod fors fata ministrent.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ Αἰτωλοὶ τοῦ χρησμοῦ, γυναῖκας μὲν, καὶ τὰ νήπια τέκνα, τούς τε ὑπεργήρως, ὑπεξέθεντο, οὗ ἕκαστος ἐδύνατο· αὐτοὶ δὲ ἔμενον, καραδοκοῦντες τὸ ἀποβησόμενον. καὶ συνέβη τῷ ἑξῆς ἔτει Αἰτωλοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι συστῆναι πόλεμον, καὶ φθορὰν πολλὴν ἑκατέρων γενέσθαι.

Audito hoc Ætoli oraculo, uxores, infantes, & senio provectos exposuerunt, quo quisque potuit: ipsi manserunt domi, & quid futurum esset, expectaverunt. Contigit autem, ut anno proximo inter Ætolos & Acarnanes bellum existeret, & utrinque magna fieret clades.

ΚΕΦ. Γ΄.

A 1 Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀκίλιον Γλαβρίωνα τὸν ὕπατον, μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος, καὶ Λευκίου Οὐαλερίου Φλάκκου, παραταξάμενον Ἀντιόχῳ ἐν Θερμοπύλαις, γενναίως τε ἀγωνισάμενον, βιάσασθαι ῥῖψαι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς μετ᾽ Ἀντιόχου. 2 αὐτὸν δὲ, τὰ μὲν πρῶτα εἰς Ἰταλίαν, μετὰ πεντακοσίων ὑπασπιστῶν, φυγεῖν· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Ἔφεσον ἀναγκασθῆναι ὑπεξελθεῖν. ὁ δὲ Ἀκίλιος, Κάτωνα μὲν εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, ἀπαγγελοῦντα τὴν νίκην· αὐτὸς δὲ, ἐπ᾽ Αἰτωλοὺς καθ᾽ Ἡράκλειαν ἐστράτευσεν, ἣν ἐξ εὐμαροῦς ἔλαβεν. ἐν δὲ τῇ παρατάξει, τῇ γενομένῃ πρὸς Ἀντίοχον ἐν Θερμοπύλαις, ἐπιφανέστατα σημεῖα ἐγένετο Ῥωμαίοις. ἐπιφανέντος γὰρ Ἀντιόχου, καὶ τροπῆς τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, ἐγίνοντο οἱ Ῥωμαῖοι περὶ ἀναίρεσιν τῶν ἐκ τῆς σφετέρας δυνάμεως πεπτωκότων, καὶ περὶ συλλογὴν λαφύρων τε, καὶ σκύλων, καὶ αἰχμαλώτων. Βούπλαγος δέ τις, τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππάρχης, τιμώμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀντιόχῳ, ἔπεσε καὶ αὐτὸς, γενναίως ἀγωνισάμενος. ἀναιρουμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων πάντα τὰ σκῦλα, καὶ μεσούσης τῆς ἡμέρας, ἀνέστη ὁ Βούπλαγος ἐκ τῶν νεκρῶν ἔχων τραύματα δέκα δύο· καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν, εἶπε λεπτῇ φωνῇ τούσδε τοὺς στίχους·

Παῦσαι σκυλεύων στρατὸν Ἄϊδος εἰς χθόνα βάντα,
Ἤδη γὰρ Κρονίδης νεμεσᾷ Ζεὺς, μέρμερα λεύσσων,
Μηνίων σῷ στρατιᾶς, καὶ σοῖσιν ἐπ᾽ ἔργοις,
Καὶ πέμψει φῦλον θρασυκάρδιον εἰς χθόνα τὴν σὴν,
Οἵ σ᾽ ἀρχῆς παύσουσιν, ἀμείψῃ δ᾽ οἷα γ᾽ ἔρεξας.

Ταραχθέντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν, διὰ ταχέων συνήγαγον τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν. καὶ ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ γεγονότος φάσματος. ἔδοξεν οὖν τὸν μὲν Βούπλαγον, παραχρῆμα μετὰ τὰ λεχθέντα ἔπη ἀποπνεύσαντα, κατακαύσαντας θάψαι· καθαρμὸν δὲ ποιήσαντας τοῦ στρατοπέδου, θῦσαι Διὶ Ἀποτροπαίῳ, καὶ πέμψαι εἰς Δελφοὺς, ἐρωτήσοντας τὸν θεὸν, τί χρὴ ποιεῖν. Παραγενομένων δὲ Πυθῶδε τῶν θεωρῶν, καὶ πυνθανομένων, τί ποιητέον, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τόνδε τὸν χρησμόν·

Ἴσχεο νῦν, Ῥωμαῖε, δίκη δέ τοι ἔμμονος ἔστω,
Μή σοι ἐφορμήσῃ Παλλὰς πολὺ φέρτερον Ἄρη·
Χηρώσῃ δ᾽ ἀγοράς. σὺ δὲ, νήπιε, πολλὰ μογήσας,
Ἴξεαι ἐς χώρην τὴν σὴν, πολὺν ὄλβον ὀλέσας.

Ἀκούσαντες οὖν τὰ λόγια ταῦτα, τὸ μὲν ἐπιστρατεῦσαι ἐπὶ

CAP. III.

Narrat etiam Antisthenes philosophus Peripateticus, Acilium Glabrionem consulem cum legatis Porcio Catone & L. Valerio Flacco, prælio congressum cum Antiocho apud Thermopylas, acriter pugnasse, milites Antiochi coegisse arma abjicere. Ipsum Antiochum primum cum D. satellitibus in Ætoliam fugisse. inde compulsum Ephesum discedere. Acilius (ut is narrat) Catonem, victoriæ nunciandæ causa, Romam misit; ipse in Ætolos movit: B & Heracleam adortus, nullo negotio cepit. In pugna autem apud Thermopylas, Romanis signa illustrissima sunt facta. Nam cum se ostendisset ipsis Antiochus, ac fugisset: postridie Romani se colligendis iis, qui ab ipsorum parte ceciderant, tum legendis spoliis, atque exuviis, & captivis, dederunt. Ibi Buplagus quidam Syrus, qui magno in precio apud Antiochum fuerat, turmamque equorum duxerat, fortiterque prœlians ceciderat; Romanis, cum omnia spolia legissent, media die e mortuis surrexit, vulneribus affectus XII. & in castra eorum advenit, atque hos versus exili voce pronunciavit; C

Desiste ad manes turbam spoliare profectam:
Succenset Jupiter jam nunc, facta impia cernens,
Iratus cædem ob legionis, & ob tua facta,
Immanem gentemque tuas immittet in oras,
Imperio tibi quæ tua facta rependat ademto.

Perturbati his verbis duces, celeriter multitudinem in concionem convocarunt, ac de spectro consultarunt. Placuit, ut Buplagus, statim a recitatis versibus extinctus, crematur, ac sepeliretur; lustraretur exercitus, Jovi Averruncatori sacrum fieret, mitterenturque Delphos, qui, quid agendum esset, perquirerent. Consultoribus Pythia sic respondit; D

Desine nunc, Romane, & jus fac sit tibi cordi,
Ne longe majori instructum robore Martem
Immittat Pallas tibi, qui fora civibus atrox
Atque domos viduet: post multos, stulte, labores
Amissis opibus repetes tua limina magnis.

Quo audito, Romani omne consilium expeditio-

E 1 Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης Περιπατητικὸς φιλόσοφος) An hunc designat, cujus *Vitam* describit nobis Diogenes Laertius *lib.* VI. Atqui Cynicus iste fuit, princeps sectæ; & historicum nihil scripsit. Alius ab isto quidam, Rhodius, Historicus fuit. Diogenes, *libro citato*: Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις, τρεῖς· Ἡρακλείτειος, εἷς. ἕτερος Ἐφέσιος. καὶ Ῥόδιός τις, ἱστορικός. Puto confundere hic Phlegontem, & pro Rhodio hoc Atheniensem male ponere.

2 Αὐτὸν δὲ, τὰ μὲν πρῶτα εἰς Ἰταλίαν, μετὰ πεντακοσίων ὑπασπιστῶν, φυγεῖν) Itane Antiochus, F profligatis ab Acilio copiis suis, in Italiam fugam instituit? Contra Historiam est. Gulielmus Xylander legisse videtur, εἰς Αἰτωλίαν, pro εἰς Ἰταλίαν. Tu repone, εἰς Ἐλάτειαν. Ita sese Historia habet. Antiochus victus, fugiensque, non ante substitit, quam Elatiam, cum quingentis tantum militibus, pervenisset. Livius *lib.* XXXVI. *Aliquantum viæ præceperat rex*, (de Antiocho victo, ac fugiente, illi sermo) *ut qui non ante, quam Elatiæ, ab effuso constiterit cursu: ubi primum reliquiis pugnæque & fugæ collectis, cum perexigua manu semiermium militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiæ assecutus non est, sed magnam partem agminis, aut lassitudine subsistentis, aut terrore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissipatos oppresserunt: nec præter quingentos, qui circa regem fuerunt, quisquam effugit.*

τινα τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικέντων, ἀπέγνωσαν τὸ παραράπαν. ἀναζεύξαντες δὲ ἀπὸ τῦ προειρημένυ τόπυ, παρεγένοντο ἐπὶ Ναύπακτον τῆς Αἰτωλίας, ὅ ἐςιν ἱερὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, εὐτρεπίζοντες θυσίας δημοτελεῖς, ἀπαρχάς τε, ἐξ ἔθυς. Τέτων δὲ ἐπιτελυμένων, ὁ ςρατηγὸς Πόπλιος, ἐμμανὴς γενόμενος, καὶ παράφρων, ἀποφθέγγεται πολλά τινα ἐνθυσιωδῶς· τὰ μὲν ἐν μέτρῳ, ἐςὶν δ' ἃ καὶ καταλογάδην. διαγγελθέντος δὲ τῷ πλήθει τῦ πράγματος, συνέθεον πάντες πρὸς τὴν σκηνὴν τῦ Ποπλίυ, ἅμα μὲν ὑπαγωνιῶντες καὶ ἐκπεπληγμένοι, ἐπὶ τῷ τὸν κράτιςον αὐτῶν, καὶ δυνάμενον ἀφηγεῖσθαι μετ' ἐμπειρίας, ἠτυχηκέναι· ἅμα δὲ ἀκύειν βυλόμενοι τὰ λεγόμενα· ὥςε τινας αὐτῶν πιεσθέντας βιαιότερον, ἀποπνιγῆναι. Τὰ μὲν ὖν ἐν μέτρῳ ῥηθέντα ὑπ' αὐτῦ, ἔτι ὄντων ἐν τῇ σκηνῇ, ἐςὶν τάδε·

Ω πατρὶς, οἷόν σοι λυγρὸν φέρει Αρη Αθήνη,
Ηνίκα πορθήσασ' Ασίην πολύολβον ἵκηαι
Ιταλίην ἐς γαῖαν, ἐϋςεφάνυς τε πόληας,
Θρινακίην νῆσον πολυήρατον, ἣν κτίσατο Ζεύς.
Ηξει γὰρ ςρατιὴ πολυφέρτατος, ὀβριμόθυμος,
Τηλόθεν ἐξ Ασίης, ὅθεν ἠλίυ ἀντολαί εἰσιν,
Καὶ βασιλεὺς διαβὰς ςεινὸν πόρον Ελλησπόντυς,
Ορκια πιςὰ ταμεῖ πρὸς κοίρανον Ηπειρώτην.
Αξει δ' εἰς Ασίην ςρατιὴν ἀνάριθμον, ἀγείρας
Πάντοθεν ἔκ τ' Ασίης ἠδ' Εὐρώπης ἐρατεινῆς,
Καί σε δαμᾷ· χήρυς δ' οἴκυς, καὶ τείχεα, θήσει
Δυλοσύνην δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπύρας
Τεύξει, μήνιδος ὕνεκ' Αθηναίης μεγαθύμυ.

Ανειπὼν δὲ τὺς ςίχυς τύτυς, ὥρμησεν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐν χιτῶνι, καὶ ἀπεφθέγγετο καταλογάδην τάδε. Μηνύομεν, ὦ ἄνδρες ςρατιῶται, καὶ πολῖται, διαβάντας ἐπὶ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ασίαν, νικῆσαι ὑμᾶς τὸν βασιλέα Αντίοχον, ναυμαχήσαντάς τε καὶ πεζῇ παραταξαμένυς. κυριεῦσαι δὲ τῆς ἐπὶ τάδε τῦ Ταύρυ χώρας πάσης, καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐκτισμένων ἐν αὐτῇ, ἐκβαλόντας τὸν Αντίοχον εἰς Συρίαν. ταύτην δὲ παραδοθῆναι, καὶ τὰς πόλεις, τοῖς Ατταλυ υἱοῖς. Γαλάτας δὲ, τὺς κατοικῦντας ἐν τῇ Ασίᾳ, παραταξαμένυς πρὸς ὑμᾶς, ἡττηθῆναι. τῶν δὲ γυναικῶν, καὶ τέκνων, καὶ τῆς ἀποσκευῆς πάσης, κυριεῦσαι ὑμᾶς, καὶ ἀγαγεῖν εἰς τὴν Εὐρώπην· τὺς δὲ κατοικῦντας ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὴν παραλίαν Θρᾶκας, τῆς τε Προποντίδος καὶ Ελλησπόντυ, ἀναλύυσιν ὑμῖν ἀπὸ τῆς ςρατείας, ἐπίθεσιν ποιήσεσθαι περὶ τὴν τῶν Αἰνιάνων χώραν, καί τινας διαφθείραντας, ἀφελέσθαι μέρος τι τῆς προνομῆς· δηλωθέντων δὲ τῶν ἄλλων, καὶ κομισθέντων εἰς Ρώμην, ἔσεσθαι συνθήκας πρὸς βασιλέα Αντίοχον, ἐφ' ᾧ χρήματα μὲν εἰσοίσει, καὶ χώρας τινὸς ἀποςήσεται. Αναγορεύσας δὲ ταῦτα, ἀνακεκράγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ, λέγων τάδε. Εκ τῆς Ασίας ὁρῶ διαβαινύσας δυνάμεις χαλκοςέρνυς, καὶ βασιλέας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένυς, καὶ ἔθνη παντοδαπὰ ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, ἵππων τε κτύπον, δοράτων τε ψόφον, καὶ φόνον αἱματόφυρτον, λεηλασίαν τε δεινὴν, πτώσεις τε πύργων, καὶ τειχῶν κατασκαφὰς, ἐρημίαν τε χθονὸς ἀμυθήτε. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἔλεξεν αὖθις ἐν ἔπεσι τάδε·

tionis, in aliquem Europæ habitatorem suscipiendæ, abjecerunt: &, motis castris, a dicto loco Naupactum venerunt, Ætoliæ urbem, ubi commune est Græcorum templum; ibique sacrificia publica, & primitias, de more adornarunt. Hæc cum celebrarentur, imperator Publius, insania correptus, multa divino animi instinctu pronunciavit; quædam versibus, alia soluta oratione. Quæ res cum esset indicata multitudini, omnes ad Publii tentorium concurrerunt, simul & consternati, atque dolore affecti, eo quod optimus ipsorum dux, atque peritissimus, in eam devenisset miseriam: & cupientes audire, quæ diceret, & tantus fuit concursus, ut quidam, vehementius pressi, suffocarentur. Versus, quos ille pronunciavit, cum essent adhuc in tentorio, hi sunt;

Eheu quam dirum Pallas tibi, patria, Martem
Immittet, postquam Ausonias remearis ad urbes,
Devastata Asia natale solumque beata,
Thrinaciamque, Deum quam rex fundavit, amœnam.
Nam procul ex Asia, qua sunt Hyperionis ortus,
Adveniet gravis, atque animis exercitus ingens,
Trajectoque freto rex angusti Hellesponti
Cum domino Epiri firmissima fœdera junget,
Inque Asiam innumero conflatas milite turbas
Ex Asia, Europæque educet finibus amplæ.
Te subiget, viduasque domos, murosque, relinquet;
Servitioque premet, spe libertatis ademta.
Atque hæc ob sævam fient Tritonidis iram.

His pronunciatis, tunicatus e tentorio se proripuit, & soluta oratione ita est locutus: Significamus, milites, atque cives, vos ex Europa in Asiam digressos, Antiochum regem terra marique commissis superasse præliis: subegisse quidquid est citra Taurum regionis, & urbium in ea conditarum, expulso in Syriam Antiocho: regionem eam, & urbes, Attali filiis vos tradidisse: Galatas, qui in Asia degunt, vobiscum pugna congressos succubuisse: mulieres eorum, liberos, & omnia impedimenta vos cepisse, & in Europam duxisse. A Thracibus, qui in Europa oram Propontidis & Hellesponti accolunt, redeuntes vos, apud Ænianum regionem invasum iri, & eos nonnullis occisis partem prædæ vobis erepturos: reliquis Romam perlatis cum rege Antiocho fœdus extiturum, ea conditione, ut is certam pendat pecuniam, & quadam regione cedat. His dictis, magna voce in hæc verba clamavit: Video ex Asia trajicere exercitus ferreis pectoribus, regesque in unum conductos, & gentes varias in Europam, strepitumque equorum, & hastarum fragorem, cædam cruentam, prædationem gravem, ruinam turrium, & murorum dejectiones, ac evastationem immensæ terræ. Secundum hæc rursum versus protulit, quorum hæc fuit sententia;

Ηνίκα Νισαῖαι χρυσάμπυκες ἀργέται ἵπποι
Βῶσιν ἐπὶ χθόνα δῖαν, ἑὴν προλιπόντες ἐφέδρην,
Οὕς ποτ' ἐν ἄςει τεῦξε Συρηκοσίων πολυόλβων
Δαίδαλος Ηετίων, φιλίων πολυήρατον αὖξων,
Δαῖτ' ἐπὶ χαλκείῃ, δεσμοῖς δ' ἐπὶ δεσμὸν ἴαλλεν
Χρύσεον ἐν δ' αὐτὸν πᾶσιν Υπερίονος υἱὸν
Ηρμοσεν, ἀκτίνεσσι, καὶ ὄμμασι, μαρμαίροντα.

Nisææ quando frenis auroque superbæ
Egredientur equæ propriis de sedibus albæ,
Arte Syracusis quas in locupletibus olim
Dædalus Eetion jucundæ nobile pignus
Fecit amicitiæ, præsepia ad ærea stantes,
Aureaque inter se connectunt vincula cunctas:
Quis super insignis radiis, oculosque coruscans,

A
Καὶ τότε σοὶ, Ρώμη, χαλεπ' ἄλγεα πάντα τελεῖται.
Ηξει γὰρ στρατὸς εὐρὺς, ὃς οὐ χθόνα πᾶσαν ὀλέσσει,
Χηρώσει δ' ἀγορὰς, ἄστη δέ τε πυρπολαθήσει·
Αἵματι δὲ πλήσει ποταμοὺς, πλήσει δὲ καὶ ᾅδην.
Δουλοσύνην τ' οἰκτρὴν, στυγερὴν, ἀτέκμαρτον ἐφέσσει.
Οὐδὲ γυνὴ πόσιν ὅν γ' ὑποδέξεται ἐκ πολέμοιο
Νοστήσαντ', Αΐδης δὲ καταχθόνιος, μελανείμων,
Εξει ἐνὶ φθιμένεισιν ὁμοῦ τέκνα μητρὸς ἀπούρας.
Αρης δ' ἀλλοδαποῖς περιθήσει δούλιον ἦμαρ.

Invehitur famosi Hyperionis inclyta proles;
Tum gravium te, Roma, attinget summa malorum.
Nam magnus veniens exercitus omnia perdet,
Civibus orbabit fora, & urbes igne cremabit,
Sanguineque implebit rivos, & sanguine manes,
Servitioque premet, spe libertatis ademta.
Nulla virum e bello reducem tunc fœmina diro
Excipiet: Pluto nigro sed tristis amictu
Sub terras rapiet natos, matresque, patresque,
Marsque peregrinis coget servire relictos.

B
Αποφθεγξάμενος δὲ ταῦτα, ἐσιώπησεν, καὶ πορευθεὶς ἔξω τοῦ στρατοπέδου, ἀνέβη ἐπί τινα δρῦν. ἐπακολουθήσαντος δὲ τοῦ ὄχλου, προσεκαλέσατο αὐτοὺς. καὶ εἶπε τάδε· Εμοὶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ρωμαῖοι, καὶ οἱ λοιποὶ στρατιῶται, καθήκει τελευτήσαντι ὑπὸ λύκου πυρροῦ τὸ μέγεθος καταβρωθῆναι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ. ὑμεῖς δὲ, τὰ ῥηθέντα ὑπ' ἐμοῦ γινώσκετε συμβησόμενα ὑμῖν πάντα, τεκμηρίοις χρώμενοι τῇ νῦν ἐσομένῃ ἐπιφανείᾳ τοῦ θηρίου τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀναιρέσει, ὅτι ἀληθῆ εἴρηκα, ἔκ τινος θείας ὑποδείξεως. Τοσαῦτα δὲ εἰπὼν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς C ἀποστῆναι, καὶ μηδένα κωλῦσαι τὸ θηρίον προσελθεῖν, φάσκων ἐὰν ἀποστρέψωσιν, οὐ συνοίσειν αὐτοῖς. ποιήσαντος δὲ τοῦ πλήθους τὸ προσαχθὲν, οὐκ εἰς μακρὰν παραγίνεται ὁ λύκος. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Πόπλιος, κατέβη ἀπὸ τῆς δρυὸς, καὶ ἔπεσεν ὕπτιος· ὁ δὲ λύκος, ἀνασχίσας αὐτὸν, κατεδαίνυτο πάντων ὁρώντων. ἀναλώσας δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ, πλὴν τῆς κεφαλῆς, ἐτράπετο εἰς τὸ ὄρος. Προσελθόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ βουλομένου ἀνελέσθαι τὰ ἀπολελειμμένα, κτερεῖσαι τε αὐτὸν νομίμως ἡ κεφαλὴ, κειμένη ἐπὶ τῆς γῆς, εἶπε τοὺς στίχους τούτους.

Sic fatus, conticuit: egressusque castris, quercum quandam conscendit: sequentemque multitudinem advocans, hæc dixit: Mihi quidem, Quirites, cæterique milites, convenit ut a lupo rufo magno vorer hodie. Vos autem scitote, eventura vobis omnia, quæ prædixi: ac vera me, numine quodam demonstrante, prædixisse, hoc certissimo intelligite signo, quod mox lupus aderit, & me interficiet. Hæc locutus, discedere eos jussit, & lupum non impedire, quo minus accedat, dicens: si eum arcerent, male id ipsis versurum. Obtemperante dictis multitudine, paulo post accessit lupus: quem quum videret Publius, de quercu descendit, & supinus concidit: lupus autem eum laniavit, & voravit, omnibus videntibus: cumque, præter caput, omnia consumpsisset, montem petiit. Porro turba accedente, & reliquias tollere, ac sepelire, uti leges jubebant, volente; caput, humi jacens, hoc carmen pronunciavit;

Μὴ ψαῦ' ἡμετέρης κεφαλῆς· οὐ γὰρ θέμις ἐστὶν,
Οἷσιν Αθηναίη χόλον ἄγριον ἐν φρεσὶ θῆκεν,
Απτεσθαι θείοιο κάρηατος, ἀλλὰ πέπαυσο·
Μαντοσύνην τ' ἐπάκουσον, ἀληθέα ἥπερ ἐρεῖ σοι.
D Ηξει γὰρ χθόνα τήνδε πολὺς καὶ καρτερὸς Αρης·
Ος λαὸν μὲν ἔνοπλον ὑπὸ σκότον ᾅδι πέμψει,
Ρήξει δ' αὖ λιθίνους πύργεα μακρὰ·
Ολβον δ' ἡμέτερον, καὶ νήπια τέκν', ἀλόχους τε
Μάρψας, εἰς Ασίην ἄξει, διὰ κῦμα περήσας·
Ταῦτά σοι εἴρηκεν νημερτέα Φοῖβος Απόλλων
Πύθιος, ὅς μοι ἑὸν κρατερὸν θεράποντ' ἐπιπέμψας,
Ηγαγεν εἰς μακάρων τε δόμους καὶ Περσεφονείης.

Non continge caput nostrum; fas non sinit illos,
Quos animo infenso Jovis odit filia Pallas,
Contrectare caput sacrum, tu tangere cessa;
Et, quæ vera canam tibi nunc, oracula serva.
Dirus in has mittet Mars agmina fortia terras,
Qui nigrum armatas turbas demittet ad Orcum;
Prosternetque solo turres, & mœnia longa;
Nostras divinas, teneram & cum conjuge prolem
Abripient, Asiæ vehet ille per æquor in oras.
Hæc tibi fata canit veracia Phœbus Apollo
Pythius, is forti misso me, crede, ministro
Ad sedes duxit, quas obtinuere beati,
Qua manes inter Proserpina candida regnat.

Ακούσαντες δὲ τῶν ἐπῶν τούτων, οὐ μετρίως ἐταράχθησαν. ἱδρυσάμενοί τε ναὸν Απόλλωνος Λυκίου, καὶ βωμὸν, οὗπερ ἔκειτο ἡ κεφαλὴ, ἐνέβησαν εἰς τὰς ναῦς, καὶ ἀπέπλεον ἕκαστος ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας. καὶ συνέβη ἅπαντα, τὰ ὑπὸ τοῦ Ποπλίου ῥηθέντα γίνεσθαι.

E Quod cum audivisset multitudo, non leviter perturbata, fanum posuerunt Apollini Lycio, sive Lupino, aramque, eo loco, ubi caput jacebat; tum, navibus conscensis, domum quisque suam navigarunt. Cæterum evenerunt omnia, quæ erant a Publio prædicta.

ΚΕΦ. Δ'.

Ιστορεῖ δὲ καὶ Ησίοδος, καὶ Δικαίαρχος, καὶ Κλίταρχος, καὶ Καλλίμαχος, καὶ ἄλλοι τινες, περὶ Τειρεσίου τάδε. 1 Τειρεσίαν, τὸν Εὐμάρους, ἐν Αρκαδίᾳ ἄν-

CAP. IV.

Jam Hesiodus, Dicæarchus, Clitarchus, Callimachus, aliique nonnulli, de Tiresia hæc narrant. Tiresiam, Eumaris F. in Arcadia cum

---

1 Τειρεσίαν, τὸν Εὐμάρους) Scribe, τὸν Εὐήρους; F nam Tiresiæ pater Eueres erat. Apollodorus *lib.* III. Ην δὲ παρὰ Θηβαίοις μάντις Τειρεσίας, Εὐήρους καὶ Χαρικλοῦς Νύμφης. Corruptum quoque nomen ejus apud Hyginum, *Fab.* LXXV. *Tiresias, Eurii filius, augur præmonuit*. Iterum *Fab.* LXXV. *In monte Cyllenio Tiresias, Eurimi filius, pastor, dracones venerantes dicitur baculo percussisse*. Utrobique rescribendum, *Tiresias, Eueris filius*. Corruptissime omnium apud Lutatium est, *ad Theb.* II. *Tiresias, Pericli filius, genere Thebanus, vates*. Censeo initio nomen patris Eueris

δρα, ὄντα ἐν τῷ ἐν Κυλλήνῃ, ὄφεις ἰδόντα ὀχεύοντας, τρῶσαι τὸν ἕτερον, καὶ παραχρῆμα μεταβαλεῖν τὴν ἰδέαν· γενέσθαι γὰρ ἐξ ἀνδρὸς γυναῖκα, καὶ μιχθῆναι ἀνδρί. τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος αὐτῷ χρήσαντος, ὡς ἐὰν, τηρήσας ὀχεύοντας, ὁμοίως τρώσῃ τὸν ἕνα, ἔσται οἷος ἦν· παραφυλάξαντα τὸν Τειρεσίαν, ποιῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ ῥηθέντα, καὶ οὕτως κομίσασθαι τὴν ἀρχαίαν φύσιν. Διὸς δὲ ἐρίσαντος Ἥρᾳ, καὶ φαμένου, ἐν ταῖς συνουσίαις πλεονεκτεῖν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς τῆς τῶν ἀφροδισίων ἡδονῆς, καὶ τῆς Ἥρας φασκούσης τὰ ἐναντία, δόξαι αὐτοῖς μεταπεμψαμένοις, ἔρεσθαι τὸν Τειρεσίαν, διὰ τὸ τῶν τρόπων ἀμφοτέρων πεπειρᾶσθαι. τὸν δὲ ἐρωτώμενον, ἀποφήνασθαι· διότι μοιρῶν οὐσῶν δέκα, τὸν ἄνδρα τέρπεσθαι τὴν μίαν, τὴν δὲ γυναῖκα, τὰς ἐννέα. τὴν δὲ Ἥραν, ὀργισθεῖσαν, κατανύξαι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ ποιῆσαι τυφλόν. τὸν δὲ Δία, δωρήσασθαι αὐτῷ τὴν μαντικὴν, [1] καὶ βιοῦν ἐπὶ γενεὰς ἑπτά.

esset mas, in monte Cyllene serpentum, quos coire videbat, alterum vulnerasse: illicoque, mutato sexu, in fœminam mutatum esse, ac cum viro concubuisse. Monitum autem oraculo Apollini, ut cum coeuntes serpentes iterum deprehendisset, alterum itidem sauciaret, ita enim in pristinum sexum rediturum, observata opportunitate, consilium Dei fuisse exsecutum, itaque recuperasse pristinam naturam. Porro Jove cum Junone altercante, illoque contendente, plus voluptatis e re venerea fœminas percipere quam viros, Junone contrarium asserente, placuisse, ut accitus ea de re pronunciaret Tiresias, utpote utrunque sexum expertus. Hunc interrogatum, respondisse; decem in partes voluptate ista divisa, unam viro, novem mulieri obtingere. Junonem iratam, eum oculis confossis excœcasse: Jovem ei vaticinandi artem dono dedisse, & vitam VII. seculorum.

Κ Ε Φ. Ε'.

Οἱ αὐτοὶ ἱστοροῦσι κατὰ τὴν Λαπίθων χώραν [2] γενέσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα. ταύτῃ δὲ Ποσειδῶνα μιγέντα ἐπαγγείλασθαι, ποιήσειν αὐτὴν, ὃ ἂν ἐθέλῃ. τὴν δὲ ἀξιῶσαι, μεταλλάξαι αὐτὴν εἰς ἄνδρα, ποιῆσαί τε ἄτρωτον. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος κατὰ τὸ ἀξιωθὲν ποιήσαντος, μετονομασθῆναι Καινέα.

CAP. V.

Iidem perhibent, apud Lapithas Eleto regi filiam fuisse, nomine Cænidem: cum hac Neptunum congressum, promisisse, facturum se ei quodcunque vellet; ipsam petiisse, ut ab eo in virum mutaretur, fieretque invulnerabilis: præstitisse id Neptunum, nomenque viro Cæneus factum.

Κ Ε Φ. ς'.

Καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ, τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἐγένετο ἀνδρόγυνος, [3] ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου, [4] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Βινικίου, καὶ Τίτου Στατιλίου Ταύρου, τοῦ Κορβιλίου ἐπικλη

CAP. VI.

Antiocheæ etiam, quæ est ad Meandrum sita, homo mixto sextu, quem androgynum appellant, fuit, præsidente Athenis Antipatro, Romæ M. Vinicio, & T. Statilio Tauro, cui Corvilii cognomentum fuit, Coss. Etenim virgo quæ-

---

excidisse, & deinde *Chariclus* scribendum, pro *Pericli*. Certe Euerem appellatum Tiresiæ patrem, vel inde clarum, quod Εὐηρείδης ideo Tiresias a Poetis Græcis dictus. Callimachus *Hymno* εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος.

Τὸν δὲ χολωσαμένα περ, ὅμως προσέφασεν Ἀθάνα,
Τίς σε, τὸν ὀφθαλμὼς οὐκ ἔτ' ἀποισόμενον,
Ὦ Εὐηρείδας, χαλεπὴν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων;

Ubi Scoliastes: Ὦ Εὐηρείδα. Εὐήρους υἱὸς ὁ Τειρεσίας. Theocritus *Idyll.* XXIV.

Μάντι Εὐηρείδα, μάλα σε φρονέοντα διδάσκω.

1 Καὶ βιοῦν ἐπὶ ἑπτὰ) De Tiresiæ septem ætatibus etiam Hyginus, *Fab.* LXXV. *Cum secundum Jovem judicasset, Juno irata, manu aversa eum excœcavit; at Jovis ob id fecit, ut septem ætates viveret.* Agatharchides in *Excerptis De mari rubro*, lib. V. quinque tantum ætates memorat: Οὐδὲ Εὐριπίδου κατηγορῶ, τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένου πράξεις, τὸν δὲ Τειρεσίαν βεβιωκότα παρεισάγοντος πέντε γενεῶν πλέον. Lucianus in *Longævis* sex dicit: Καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει.

2 Γένεσθαι Ἐλάτῳ τῷ βασιλεῖ θυγατέρα, ὀνομαζομένην Καινίδα) Cænis Elati filia dicitur etiam ab Ovidio, *Metamorph.* lib. XII.

Clara decore fuit proles Elateia Cænis.

Hyginus, *Fab.* XII. *Cæneus, Elati filius, Magnesius: hunc nonnulli fæminam fuisse dicunt.* Iterum *Fab.* CLXXIII. *Cæneus Elati, Mopsus Amyci.* Apud Ant. Liberalem, *Metamorphosi* XVII. pater ei Atrax dicitur: Καθάπερ ὅτε Καινὶς μὲν, Ἀτρακος οὖσα θυγάτηρ, βουλῇ Ποσειδῶνος ἐγένετο Καινεὺς ὁ Λαπίθης.

3 Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου) Id fuit Olym. CCVI. anno I. Anonymus in *Olymp. Descrip.* ad istud tempus diserte notat: Ὀλυμπιάδος σς'. ἔτει α'. ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ. Ἀνδρόγυνος ἐγεννήθη.

4 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Βινικίου, καὶ Τίτου Στατιλίου Ταύρου, τοῦ Κορβιλίου ἐπικληθέντος) Incidit horum Consulatus in Claudii Imperatoris annum V. Ac primo quidem, qui hic Βινίκιος, is *Vinicius* Cassiodoro, & Inscriptioni Antiquæ. Fastis Siculis, & Auctori Alexandrini quoque Chronici, Οὐεννίκιος nuncupatur. Apud Eusebium, *Chron.* II. Οὐινούκιος, in Fastis vero Capitolinis, *Vinucius* scribitur. Bis autem Consulatum gessit; semel, Olymp. CCII. anno II. qui erat Tiberii XVI. cum collega C. Cassio Longino: iterum autem, hunc ipsum, de quo Phlegon; annis quindecim interjectis. Estque prioris Consulatus ista mentio in Inscriptione antiqua:

C. CASSIVS. LONGINVS. M. VINICIVS. COS

Sed in altero illo Consule, quem Statilium Taurum, cognomento Corvilium, nobis nominat, errat vehementer Phlegon. Ac initio corrupta verba, quæ sic corrigo, τοῦ Κορβίνου ἐπικληθέντος. Nam *Corvinus*, non *Corvilius*, dicebatur. Confundit autem Titum Statilium Taurum, & Marcum Statilium Corvinum, qui duo fuerunt; non, ut ille statuit, unus: fuitque Titus Statilius Taurus secundum Consul, cum collega C. Quinctio Crispino, anno ante M. Statilium Cor-

θέντος. παρθένος ἦν, γονέων ἐπισήμων, τεσσαρεσκαιδεκαέτις ὑπάρχουσα, ὑπὸ πολλῶν ἐμνηστεύετο, οὖσα εὐπρεπής. ὡς δ' ἐνεγγυήθη ᾧ οἱ γονεῖς ἐβούλοντο, ἐνστάσης τῆς ἡμέρας τοῦ γάμου, προϊέναι τοῦ οἴκου μέλλουσα, αἰφνιδίως πόνου ἐμπεσόντος αὐτῇ σφοδροτάτου, ἐξεβόησεν. ἀναλαβόντες δὲ αὐτὴν οἱ προσήκοντες, ἐθεράπευον, ὡς ἀλγήματα ἐχούσαν κοιλίας, καὶ στρόφους τῶν ἐντός. τῆς δὲ ἀλγηδόνος ἐπιμενούσης τρισὶν ἡμέραις ἑξῆς, ἀπορίαν τε πᾶσι τοῦ πάθους ποιοῦντος, τῶν πόνων οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρας, ἔνδοσιν λαμβανόντων, καί τοι πᾶσι μὲν θεραπείαν αὐτῇ προσφερόντων ἐν τῇ πόλει ἰατρῶν, μηδεμίαν δὲ τοῦ πάθους δυναμένων αἰτίαν εὑρεῖν. τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν, περὶ τὸν ὄρθρον, μείζονα τῶν πόνων ἐπίδοσιν λαμβανόντων, σὺν μεγάλῃ οἰμωγῇ ἀνακραγούσης, ἄφνω αὐτῇ ἀρσενικὰ μόρια προέπεσεν, καὶ ἡ κόρη ἀνὴρ ἐγένετο. μετὰ δὲ χρόνον εἰς Ῥώμην ἀνηνέχθη πρὸ Κλαύδιον Καίσαρα. ὁ δὲ, τούτου ἕνεκα τοῦ σημείου, ἐν Καπετωλίῳ Διῒ Ἀλεξικάκῳ ἱδρύσατο βωμόν.

Κ Ε Φ. Ζ'.

Ἐγένετο καὶ ἐν Μηουανίᾳ, πόλει τῆς Ἰταλίας, ἐν Ἀγριππίνης τῆς Σεβαστῆς ἐπαύλει, ἀνδρόγυνος, [1] ἄρχοντος Ἀθήνησι Διονυσοδώρου, [2] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δέκμου Ἰουνίου Σιλανοῦ Τορκουάτου, καὶ Κοΐντου Ἀστερίου Ἀντωνίνου. Φιλωτὶς γάρ τις ὀνόματι παρθένος, Σμυρναία τὸ γένος, ὡραία πρὸς γάμον, ὑπὸ τῶν γονέων κατηγγυημένη ἀνδρὶ, μορίων αὐτῇ προφανέντων ἀρρενικῶν, ἀνὴρ ἐγένετο.

Κ Ε Φ. Η'.

Καὶ ἄλλος δέ τις ἀνδρόγυνος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐγένετο ἐν Ἐπιδαύρῳ, γονέων ἀπόρων παῖς, ὃς ἐκαλεῖτο πρότερον Συμφέρουσα· ἀνὴρ δὲ γενόμενος, ὠνομάζετο Συμφέρων· κηπουρῶν δὲ τὸν βίον διῆγεν.

Κ Ε Φ. Θ'.

Καὶ ἐς Λαοδίκειαν δὲ τῆς Συρίας γυνὴ, ὀνόματι Αἰτητὴ, συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ ἔτι, μετέβαλε τὴν μορφὴν, καὶ μετωνομάσθη Αἰτητὸς, ἀνὴρ γενόμενος, [3] ἄρχοντος Ἀθήνησι Μακρίνου, [4] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Λουκίου Λαμία, καὶ Αἰλιανοῦ Οὐέτερος. τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐθεασάμην.

dam, parentibus nata illustribus, cum annorum esset XIII. multis procis petita ob pulchritudinem, postquam de parentum sententia desponsata esset, nuptiarum die appetente domo progressura, subito dolore vehementissimo correpta, exclamavit. Domestici eam reductam in ædes ita curaverunt, ut quæ doloribus ventris, & conversionibus intestinorum, laboraret. Sed dolore per triduum continuum permanente, omnibusque eum ob casum anxiis, cruciatibus neque interdiu, neque noctu, remittentibus; cum omnes ejus urbis medici ipsam curarent, nullam tamen affectus caussam invenirent: quarta die, sub auroram, intendentibus se acrius doloribus, puellaque magno cum ejulatu exclamante, subito virilia prodierunt, ac e virgine vir est factus: qui aliquanto post Romam fuit ad Claudium Cæsarem adductus, atque hic, prodigii istius causa, in Capitolio Jovi Averrunco aram posuit.

CAP. VII.

Alius fuit androgynus Meuaniæ, quæ est urbs Italiæ, in diversorio Agrippinæ Augustæ, præside Athenis Dionysodoro, Romæ D. Junio Silano Torquato, & Q. Asterio Antonino Coss. Nam virgo quædam, Smyrnæ nata, Philotis nomine, cum matura viro nuptum tradita esset a parentibus, masculino enato membro, in virum abiit.

CAP. VIII.

Eodemque tempore Epidauri alius fuit androgynus, natus inopibus parentibus, cui nomen prius erat Sympherusa; in virum autem mutatus, Sympheron cœpit vocari; vitamque colendis hortis trivit.

CAP. IX.

Quin & Laodiceæ, quæ est in Syria, mulier Æteta nomine, etiamnum cum marito degens, e fæmina vir extitit, cui nomen Ætetus, præside Athenis Macrino, Romæ consulatum gerentibus L. Lamia, & Æliano Vetere. Hunc ipse quoque vidi.

---

vinum, qui collegam in Consulatu suo habuit M. Vinucium, seu Vinicium mavis, Quartinum, secundum Consulem. Estque hic ipse Statilius Corvinus, quem in Claudium Imp. cum Gallo Asinio conspirasse tradit Suetonius in *ejus Vita*, cap. XIII. *Conspiraverant autem ad res novas Gallus Asinius, & Statilius Corvinus, Pollionis ac Messalæ oratorum nepotes*. Sed emendandus per occasionem etiam Cassiodorus in *Chronico*, apud quem *Cornelius* dicitur, qui *Corvinus*.

1 Ἄρχοντος Ἀθήνησι Διονυσοδώρου) Magistratum Athenis gessit Dionysodorus hic Olymp. CCVIII. anno I. quo hoc accidit. Anonymus in *Olymp. Descript.* ΟΛ. σή ἔτει ά. ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ. Ἐν Μηουανίᾳ, πόλει τῆς Ἰταλίαας, ἐν Ἀγριππίνης τῆς Σεβαστῆς ἐπαύλει, ἀνδρόγυνος ἐγεννήθη.

2 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δέκμου Ἰουνίου Σιλανοῦ Τορκουάτου, καὶ Κοΐντου Ἀστερίου Ἀντωνίνου) Scribendum Δεκίου pro Δέκμου & Ἀτερίου, pro Ἀστερίου. Nam Consulatu tunc functi Decius Junius Silanus, & Quintius Haterius Antoninus. Adi Fastos Capitolinos. Fuit autem annus iste Claudii Cæsaris duodecimus.

3 Ἄρχοντος Ἀθήνησι Μακρίνου) Id factum Olymp. CCXXIII. anno III. Sed archontis hujus nomen, ut aliorum etiam plurium, apud Anonymum in *Descript. Olymp.* hodie excidit: restituendum aliquando, volente deo, cum totum id Opus recensitum divulgabo.

4 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Λουκίου Λαμία, καὶ Αἰλιανοῦ Οὐέτερος) Restitue, Λουκίου Αἰμυλίου Αἰλιανοῦ καὶ Οὐέτερος. Nomina his Consulibus erant, L. Æmylius Ælianus, & L. Antistius Vetus. Ita Fasti Capitolini repræsentant; in quibus prænomen Æmylii Æliani desideratur, hinc vicissim restituendum. Fuere hi Consules anno ultimo Trajani Imp. Destituit memoria virum summum, Josephum Scaligerum, qui in *Animadversionibus in Eusebium*, hunc Phlegontis locum citans, negat se illos reperire. Meminere eorum, præter Capitolinos Fastos, etiam Siculi; in quibus is annus insignitur nominibus Consulum, Αἰλιανοῦ καὶ Βετέρου. Et hi ipsi sunt, qui in Cassiodori *Chronico*, sed anno Trajani XV. inerudite, *Æmylius & Vetus* nominantur.

A

ΚΕΦ. Ι'.

Εγεννήθη ϗ ἐπὶ Ρώμης ἀνδρόγυνος, [1] ἄρχοντος Αθήνησιν Ιάσονος, [2] ὑπατευόντων ἐν Ρώμῃ Μάρκου Πλατίου, ϗ Σέξτου Καρμινίου, Υιαίου, ϗ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου. δι' ἣν αἰτίαν ἡ σύγκλητος ἐκέλευσεν τοὺς ἱερομνήμονας ἀναγνῶναι τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς, ϗ ἐξηγήσαντο τοὺς χρησμούς. εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἵδε.

Οσσα τέρα ϗ ὅσσα παθήματα δαίμονος αἴσης,
Ισὸς ἐμὸς λύσει· τάδ' ἐνὶ φρεσὶν αἴκε νοήσης,
Ρώμη ἐμοὶ πίσυνος· καί τοί ποτε φημὶ γυναῖκα
Ανδρόγυνον τέξεσθαι ἔχοντά περ ἄρσενα πάντα,
Νηπιαχαί θ' ὅσα θηλύτεραι φαίνουσι γυναῖκες.
Οὐκ ἔτι δὴ κρύψω, θυσίας δέ τοι ἐξαγορεύσω
Προφρονέως Δήμητρι, ϗ ἁγνῇ Περσεφονείῃ.
Ιςω δ' αὐτὴ ἄνασσα θεά, τὰ μὲν εἴκε πίθησα
Σεμνοτάτῃ Δήμητρι, ϗ ἁγνῇ Περσεφονείῃ.
Θησαυρὸν μὲν πρῶτα νομίσματος εἰς ἓν ἀθροίσας,
Οττι θέλεις ἀπὸ παμφύλων πολέωντε ϗ αὐτῶν,
Μητρὶ Κόρης Δήμητρι κέλευ θυσίαν προτίθεσθαι·
Αὐτὰρ δημοσίᾳ κέλομαί σε τρὶς ἐννέα ταύρους
Φαινὰς ἠϋκέρους θυέμεν λευκότριχας, αἴ κεν
Υμετέρᾳ γνώμῃ κάλλει προφερέσταται ὦσιν.
Παῖδας, ὅσας πάρος εἶπα, κέλευ Αχαϊςὶ τάδ' ἔρδειν,
Αθανάτην βασίλισσαν ἐπευχομένην θυέεσσιν
Σεμνῶς ϗ καθαρῶς, τότε δὴ μετέπειτα δεχέσθω
Εππεδ' ἀφ' ὑμετέρων ἀλόχων ἱερ', αὐτὰρ ἐπ' αὐτῆς
Ιςῷ ἐμῷ πίσυνοι λαμπρὸν φάος, αἱ δὲ φερόντων.
Σεμνοτάτῃ Δήμητρι τὸ δεύτερον, * αὗται λαβοῦσαι
Γεὶς τόσα νήφαλα πάντα πυρὸς μαλεροῖο τιθέντων,
Οσσαι ἐπιςαμένως θυσίαν γραῖαι προτίθενται.
Προφρονέως δ' ἄλλαι Πλουτωνίδι τόσσα λαβοῦσαι,
Οσσαι ἐν ἡλικίῃ νεοθαλέα θυμὸν ἔχουσιν,
Νηπίαχοι, σεμνὴν Πλουτωνίδα παντοδίδακτον,
Ει πάτρᾳ εὐχέσθων μίμνειν πολέμου κρατέοντος,
Λήθην Ελλήνεσσι πεσεῖν πόλεώς τε ἠδ' αὐτῆς.
Θησαυρὸν δ' ἕτεροι ϗ παρθένοι ἔνθα φερόντων,
Ιςῷ θεσπαγεῖ νυμφάσματα ποικίλα σεμνὴν,
Πλούτωνι κοσμεῖτο ὅπως * χεσίρσι κακοῖσι.
Προφρονέως δ' ὅτι κάλλιςον ϗ εὐκτὸν ἐπ' αἶαν
Ως θνητοῖσιν ἰδέσθαι ἐπέπλετο ϗ τὸ φέρεσθαι.
Ιςῷ σύμμικτον δῶρον βασιληΐδι κούρῃ·

CAP. X.

Fuit & Romæ androgynus, præside Athenis Jasone, Romæ M. Platio, & Sex. Carminio, Hyizo, ac M. Fulvio Flacco Coss. Quam ob causam Senatus jussit, a sacerdotibus Sibyllæ oracula recitari, atque exponi. Sunt autem hæc:

Omnia prodigia, & fatales ordine casus,
B *Tela mea expediet, si condita mente tenebis.*
Roma mihi parens. Nam partum fœmina quondam
Ancipitis sexus edet, cui nulla virilis
Membra absint sexus: sed & omnia protinus adsint
Conspicienda, gerunt quæ prima ætate puellæ.
Disce quibus jam tunc operandum sit tibi sacris
Et Cereri, & natæ Cereris: num dicta facessas,
Ipsa mihi testis fuerit regina monenti.
Persephonæ in primis castæ, & Cereri veneranda,
Thesaurum ex multis cura componere nummis,
C *Sive volet ex omnigenis hunc urbibus auctum,*
Hunc Cereri sacrum pones, propriumque dicabis.
Hinc coram populo novies ter ducere vaccas
Pulchras, cornutas, nitidas candore pilorum,
Et quas vos cunctis forma præstare putetis.
Et totidem ritu peragant hæc sacra Pelasgo,
Reginam lethi exsortem celebrentque puellæ
Et pure & caste. Nec non uxoribus inde
A vestris stabiles divæ exhibeantur honores.
Hæ, telæ rursus nostræ concepta tenentes,
Magnifice Cereri splendentia lumina gestent:
Ter totidem jactentque in flammas sobria sacra,
D *Quæ ritus vetulæ norunt, formamque sacrorum.*
Ast aliæ totidem Plutonidi munera mittant,
Quarum ætas tenera, & gravibus meni libera curis.
Et venerandam orent Hecaten, ac cuncta scientem,
Ut surgente domi maneat dea maxima bello,
Ne patriæ atque sui Græcos oblivio tangat.
Inde ferant alii gazam, junctæ bisque puellæ
Licia divino varia & circundata malo,
His exornatus compescat uti malo Pluto.
Tum quod præ cunctis pulchrum atque optabile tellus
Educat, id malo cunctum, textoque feratur

---

1 Αρχοντος Αθήνησιν Ιάσονος) Id fuit Olymp. CCXXIII. anno IV. Urbis conditæ DCCCCIX. Et hujus quoque archontis nomen excidit apud Anonymum in *Descript. Olymp.*

2 Υπατευόντων ἐν Ρώμῃ Μάρκου Πλατίου, καὶ Σέξτου Καρμινίου, Υιαίου, ϗ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου) Quid? an Romæ quatuor Consules uno eodemque anno? Nugæ meræ. Ego mutilum locum censeo, & historias duas diversas hic in unam coaluisse. Ac primum pro Μάρκου Πλατίου, καὶ Σέξτου Καρμινίου, restituendum, Μάρκου Πλαυτίου, ϗ Σεντίου Αὐγουρίνου. Erant enim eo anno Consules Romæ M. Plautius Silvanus, & Sentius Augurinus. Ita Fasti Capitolini nobis indicant: quibus vicissim ex Phlegonte Plautii Silvani prænomen redde; quod tamen apud Jul. Obsequentem Publius dicitur, *cap.* XC. Et per occasionem etiam corrigendum Chronicon Alexandrinum, E quod Raderi beneficio nunc habemus multo integrius. Mendose editur, Σισβανοῦ ϗ Αὐγουρίου. Tu rescribe, Σιλβανοῦ ϗ Α'. Jam quæ Consulum nomina sequuntur, in his primum est corruptum; ac pro Υιαίου, legendum omnino est, Υψαίου. Nam fuere in Consulatu tunc collegæ, M. Plautius Hypsæus, & M. Fulvius Flaccus; idque fuit anno Urbis DCXXIX. qui erat IV. Olympiadis CLXIII. Jam cum duo illi priores Consulatum suum gesserint anno Urbis DCCCCIX. sive IV. Olympiadis CCXXXIII. habes ecce intervallum annorum CCLXXX. F Ergo recte mutilum locum arbitramur; exciderit que, præter cætera, archontis Atheniensis nomen, qui, cum Romæ isti Consules, magistratum Athenis gessit: siquidem Phlegon archontis Atheniensium cum Consulibus Romanorum conjungere amat.

Αὐτὰρ ὅτ' ἂν Δήμητει καὶ ἁγνῇ Περσεφονείῃ·
Γαίας ὑμετέρας ἀπερυκέμεναι ζυγὸν αἰεὶ,
Αἰδωνῇ Πλούτωνι βοὸς κυανότειχος αἷμα,
Λαμπροῖς * ἱμάσι κοσμητὰς μετὰ ποιμένος, ὅςις
Ἠματίῳ πίσυνοις βοὸς ἄρτεμος αὐτὸς ὅ δ' ἐςαι
Ὅσσοι τ' ἄλλοι ὁμοῦ πίσυνοι κατὰ πατρίδ' ἔασι.
Μὴ γὰρ ἀπιςόφιλος θυσίαισιν ἀνὴρ παρεπέσθω.
Ἔξω δ' εἶθ' ἀνόμιςον ἐπέπλετο φωτὶ τάδ' ἔρδειν,
Νήπισοι καταδαιτὸν ἔχειν θυσίαν, κατὰ δ' αὐτὴν
Ὅςις ἂν ἡμετέραι χρησμῶν ἴδρις ἐς τόδ' ἵκηται,
Σεμνὸν Φοῖβον ἄνακτα μετελθέτω ἐν θυσίαισι,
Προφρονέως βωμοῖς ἐπὶ πίονα μηρία καύσας,
Αἰγῶν παλλεύκων νεάτην· ἀτὰρ οἴδατε μάντες,
Λισσέσθω Φοῖβον παιήονα κρᾶτα πυκάσσας,
Ἱκτῆρες πίπτοντες ὅπως λυσίης ἀκακοῖο,
Νηςήσας δ' ἀπὸ τοῦ Κρονίδα πότνιαν Ἥρην·
Ἀρχαίων ξὺν θυέων πατρίοισι νόμοισι κατ' αἶσαν,
Ὑμῖν ὅπως γένηται προφερέστεραι ὡς ἐπὶ λαοῖς,
Καὶ νήσων ... ἔτι τ' αἰτιτάων ὅτ' ἂν αἰῶ·
Οὐ δόλῳ, ἀλλὰ βίᾳ Κυμαίων πατρίοις αὐταὶ,
Νάσσωνται σεμνῆς βασιληΐδος εἰς ἐπίθεται,
Ἐν πατρίοισιν ὁμοῖς Ἥρας ξόανόν τε κατ' οἶκον,
Ἴξει δ' ἂν μύθοισιν ἐμοῖς ... πάντα τίθηται
Σεμνοτάτην βασίλειαν ... ἐν θυσίαισιν.
Ἐν πολλῷ χρυσῷ ... ἐπ' αὐτοῖς,
Νήφαλά κεν ῥέξας ... ἡμέραι ...
Ὅσσον τάδε ῥέξ... κείνῳ κράτος ἔσσεται αἰεί.
Νηφαλίων ἀρνῶν τε ταμὼν χθονίοις τάδε ῥέξον,
Ἦμος ἂν ἤδη ἔχοις μεγάλητην οὐκ ατάντη
Ξεσοδόταν ξοάνοισιν καὶ τἄλλ' ἐς ἔλεξασαφι,
Ἐν πετάλοισιν ἐμοῖς ὑπὸ κερκίδος ἀμφὶ καλύπτρας
Ἱμερτός σε βάλεν γλαυκῆς ἐλάας πολυκάρπου,
Ἀγλαὰ φύλλα λαβοῦσα λύσιν κακὰ ἧμος ἂν ἔλθῃ,
Ὕμμι χρόνος μάλα κεῖνος ἐν ᾧ ποτε τἄλλα νεόχνη.
Τρωσδῆτε καύσειςε κακῶν ἅμα δ' Ἑλλάδος ἐκ γῆς·
Αὐτὰρ τοῦ μεταβᾶσαν ἐποτρύνεις ἀγορεῦσαι.

Munus reginæ, Cerere est quam nata, puellæ
Jamque deas, ut servitii miseranda precatus
Avertant patria vestra juga: sanguine nigro
Plutoni Diti tum cærulei bovis, omnes
Vestibus ornatos nitidis, & pastor ut adsit
Ipse bovis ductor, nec non alii quoque vestra
Parentes nutrit quos patria relligioni.
Nemo etenim sacris incredulus impius adsit;
Turba profana foras, divum decedite templis.
Tractent sacra pii, & qui nostra oracula callent,
Hi Clario caste sacris operentur, & aris
Pinguia caprarum candentum sumina ponant,
Velatoque deum capite ante altaria proni
Suppliciter pacem Pæeona poscite votis.
Hinc regina deum Juno placanda precando.
Vacca tibi ritu patrio mactabitur alba,
Matronæque canant illam, celebrentque tuarum
Præcipue, & si quas medio tenet insula ponto.
Non astu, sed vi Cumanam quippe coactam
Illæ habitant terram, venerandæ patria quarum
Reginæ Junonis habet sculptum simulacrum.
Ipsa aderit, si nostra illam præcepta secutus,
Rite coles a me monstratis jam tibi sacris.
Insuper agnorum quoque sobria sacra quotannis
Exhibeas, luces anni totius in omnes,
Manibus adsidua cum relligione deinceps.
Sic tibi propitiam divam, facilemque tenebis;
Cætera sub radiis velo occultata videbis
In foliis nostris *
Te desiderium quia dulce feracis olivæ
Corripuit, folia accipies medicamen ab illa,
Dum mala felici decedant tristia fine.
Exoptata dies vobis, votisque petita *
Quæ solvat tandem ærumnis, reddatque quietem.
Hæc tu me terris excitam fata Pelasgi
Eventura tibi quondam prædicere cogis.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐν δὲ Μεσσήνῃ οὐ πρὸ πολλῶν ἐτῶν, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος, συνέβη πίθον λίθου πεποιημένον ῥαγῆναι, χειμώνων βίᾳ, καὶ ὕδατος πολλοῦ ἐπενεχθέντος. προχυθῆναι δὲ αὐτοῦ κεφαλὴν, τριπλασίαν τῆς ἀνθρωπίνης· τοὺς δὲ ὀδόντας, ἔχειν διςοίχους, ἀναζητούντων δὲ, τίνος εἴη ἡ κεφαλὴ, δηλῶσαι τὴν ἐπιγραφήν· ΙΔΕΩ γὰρ ἐγκεχάρακτο. ἕτερον οὖν δημοσίᾳ κατασκευάσαντες πίθον, ἐνέθεσαν, καὶ ἀσφαλέςερον ἐκήδευσαν τὸν ἥρωα οἱ Μεσσήνιοι, τοῦτον ἰδόντες ὄντα, περὶ οὗ φησὶν Ὅμηρος·

Ἴδεω θ' ὃς κάρτιςος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν,
Τῶν τότε, καί ῥα ἄνακτος ἐναντίον εἵλετο τόξον
Φοίβου Ἀπόλλωνος, καλλισφύρου εἵνεκα νύμφης.

CAP. XI

Messenæ ante annos non multos, ut Apollonius auctor est, dolium ex lapide confectum, vi tempestatum, & alluvione copiosæ aquæ, ruptum est: & ex eo dolio effusum caput, triplæ ad humanum quantitatis, duos habens dentium ordines. Cum vero quæreretur, cujus id fuisset, inscriptio id manifestavit; erat enim inscriptum, ΙΔΕΩΣ, Idæ. Publico itaque sumptu aliud dolium Messenii curaverunt, inque id caput reposuerunt: atque accuratius herois ejus reliquias coluerunt, cum viderent hunc esse, de quo Homerus ita scripsit;

Idæ, mortales valido qui robore cunctos
Tempestate illa superavit: quique decoram
Ob sponsam rigidum tulit imperterritus arcum,
Aggressus telis magno contendere Phœbo.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Ἐν Δαλματίᾳ τε, τῷ τῆς Ἀρτέμιδος καλουμένῳ σπηλαίῳ, ἔςιν ἰδεῖν πολλὰ σώματα, ὧν τὰ τῆς πλευρᾶς ὀςᾶ ὑπερβάλλει ἑκκαίδεκα πήχεις.

CAP. XII.

In Dalmatia quoque, in spelunca, quæ Dianæ dicitur, videre licet multa corpora, quorum costæ XVI. ulnas excedunt.

ΚΕΦ. ΙΓʹ.

Ἀπολλώνιος δὲ ὁ γραμματικὸς ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Νέρωνος σεισμὸν γεγενῆσθαι, καὶ πολλὰς καὶ ὀνομαστὰς πόλεις τῆς Ἀσίας ἄρδην ἀφανισθῆναι· ἃς ὕστερον ὁ Τιβέριος οἰκείᾳ δαπάνῃ πάλιν ἀνώρθωσεν. [1] ἀνθ᾽ ὧν κολοσσόν τε αὐτῷ κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν.

ΚΕΦ. ΙΔʹ.

Ἔπαθον δὲ καὶ τῆς Σικελίας τῷ σεισμῷ οὐκ ὀλίγαι πόλεις, καὶ τὰ πλησίον Ῥηγίου. ἐσείσθη δὲ οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν ἐν Πόντῳ ἐνθῶν. κατὰ δὲ τῆς γῆς τὰς διαστάσεις, ἐφάνη σωμάτων μεγέθη, ἃ ἐκπλαγέντες οἱ ἐπιχώριοι, κινῆσαι μὲν ὤκνησαν, δείγματος δ᾽ ἕνεκεν, ἔπεμψαν εἰς τὴν Ῥώμην ὀδόντα ἑνός, οὐ ποδαῖον μόνον, ἀλλ᾽ ὑπερβάλλοντα, καὶ τοῦτο τὸ μέτρον. ἐπιδείξαντες δὲ Τιβερίῳ οἱ πρέσβεις, ἤροντο εἰ βούληται κομισθῆναι τὸν ἥρω πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἐμφρόνως ἐβουλεύσατο, μήτε τῆς γνώσεως τοῦ μεγέθους ἑαυτὸν ἀποστερήσας, τό, τε ἀνόσιον τῆς νεκροσυλίας παραιτησάμενος. γεωμέτρην γάρ τινα τῶν οὐκ ἀφανῶν, Πούλχρον ὀνόματι, τιμώμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ διὰ τὴν τέχνην, καλέσας, πρόσωπον ἐκέλευσε πλάσαι πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ὀδόντος. ὁ δὲ, σταθμησάμενος ἡλίκον ἂν γένοιτο, τό τε σύμπαν σῶμα, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, τῷ τοῦ ὀδόντος ὄγκῳ ἐργασάμενος διὰ ταχέων, ἐκόμισε τῷ αὐτοκράτορι. κἀκεῖνος, εἰπὼν ἀρκεῖσθαι τῇ θέᾳ ταύτῃ, ἀποπέμπει τὸν ὀδόντα ἐκεῖσε, ὅθεν καὶ ἐκομίσθη.

ΚΕΦ. ΙΕ.

Οὐ χρὴ δὲ ἀπιστεῖν τῷ εἰρημένῳ, ἐπεὶ καὶ τῆς Αἰγύπτου Λίτραι εἰσὶν τόπος, ἐν αἷς δείκνυται σώματα, οὐκ ἐλάττω τούτων, οὐ κεκρυμμένα γῇ, ἀλλ᾽ ἐμφανῆ ἀφειμένα. οὔτε συγκέχυται, οὔτε συμπεφύρηται, ἀλλ᾽ ἐν τάξει κεῖται. ὡς γνωρίσαι προσελθόντα, τοῦτο μὲν μηρῶν ὀστᾶ, τοῦτο δὲ κνημῶν, καὶ τῶν ἄλλων μελῶν. διὸ οὐ χρὴ οὐδὲ τούτοις ἀπιστεῖν, ἐννοουμένους, ὅτι κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἡ φύσις, ἀκμάζουσα, ἅπαντα ἐγγὺς θεῶν ἐκουροτρόφει· μαραινομένου δὲ τοῦ χρόνου, συμμεμάρανται καὶ τὰ μεγέθη τῶν φύσεων.

ΚΕΦ. Ιϛ.

Καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ δὲ παρειλήφαμεν ὀστᾶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὡς παραβαλλομένους τοὺς νῦν ἀνθρώπους πολὺ καταδεεστέρους εἶναι.

A CAP. XIII.

Apollonius Grammaticus narrat, T. Neronis ætate terræmotum fuisse, quo multæ ac celebres Asiæ urbes funditus deletæ sint; quas deinde Tiberius suo sumtu instauravit. Propter quod beneficium, Asiani colossum ei confecerunt, ac posuerunt in foro Romano, pone fanum Veneris, & singularum deinceps urbium statuas subjunxerunt.

B CAP. XIV.

Sed & Siciliæ non paucæ numero urbes eo terræmotu afflictæ fuerunt, & loca Rhegio vicina: & Ponticæ eum non paucæ gentes senserunt. Enimvero quibus locis terra a se divulsa fuit, ingentia sunt reperta cadavera, quorum magnitudine stupefacti incolæ, non ausi ea loco movere: indicii causa Romam miserunt dentem uni exemtum, qui pedis mensuram non attigit modo, sed etiam superavit: quem legati Tiberio ostendentes, simul etiam quæsiverunt, velletne ad se heroem, cujus is fuerat, afferri? Ibi Tiberius prudenter consilium eo direxit, ut C neque cognitione magnitudinis seipsum privaret, & spoliandorum cadaverum flagitium evitaret. Insignem quendam geometram, nomine Pulchrum, quem ob artem apud se honorifice habebat, accitum, faciem jussit fingere, proportione denti respondentem. Qui dimensus, dentis quantitate perspecta, quanta facies, & quæ totius corporis moles futura esset, celeriter opus absolvit, & ad Imperatorem attulit: isque sufficere sibi hoc spectaculum dicens, dentem eo, unde erat allatus, remisit.

D CAP. XV.

Neque est huic fides deroganda narrationi, cum in Ægypto quoque locus sit, Litræ appellatus, in quibus Litris corpora istis non minora ostenduntur, non obruta terra, sed in conspectu posita: neque confusa, aut conturbata ea, sed ordine suo collocata: ut, qui accedit, cognoscere possit, quæ femorum ossa sint, quæ crurum, aut aliorum membrorum. Itaque ne hæc quidem aliena a vero putanda: sed cogitandum est, quod initio natura, vigens viribus, E omnia deorum naturæ æmula educavit: successu autem temporis, cum emarcesceret, naturarum quoque quantitates decreverunt.

CAP. XVI.

Sed & Rhodi accepimus ossa tanta esse, ut comparati cum iis nostri homines, sint multo minores.

---

1 Ἀνθ᾽ ὧν κολοσσόν τε αὐτῷ κατασκευάσαντες ἀνέθεσαν παρὰ τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, ὅ ἐστιν ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ, καὶ τῶν πόλεων ἑκάστης ἐφεξῆς ἀνδριάντας παρέστησαν) Ut de terræmotu verum est, ita de colosso isto, statuisque etiam urbium, F nemo Veterum, qui historiam nobis tradunt, mentionem ullam facit. Itaque inter falsa habendum; & recte ab Apollonio positum in eo Opere, cui titulum Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας fecerat.

ΚΕΦ. ΙΖ΄.

Ὁ δὲ αὐτός φησιν, πλησίον Ἀθηνῶν, νῆσόν τινα εἶναι· ταύτην δὲ τοὺς Ἀθηναίους βούλεσθαι τειχίσαι. σκάπτοντας οὖν τοὺς θεμελίους τῶν τοίχων εὑρεῖν σορὸν ἑκατὸν πηχῶν, ἐν ᾗ εἶναι σκελετὸν ἴσον τῇ σορῷ, ἐφ᾽ ἧς ἐπιγέγραπται τάδε.

Τέθαμμ᾽ ὁ Μακρόσειρις ἐν νήσῳ μακρᾷ,
Ἔτη βιώσας πεντάκις τὰ χίλια.

ΚΕΦ. ΙΗ΄.

Εὔμαχος δέ φησιν ἐν Περιηγήσει. Καρχηδονίους, περιταφρεύοντας τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν, εὑρεῖν ὀρύσσοντας δύο σκελετοὺς ἐν σοροῖς κειμένους· ὧν τοῦ μὲν, εἰκοσιτέσσαρας εἶναι πήχεις τὴν σύνθεσιν· τοῦ δὲ ἑτέρου, εἰκοσιτρεῖς.

ΚΕΦ. ΙΘ΄.

Θεόπομπος δέ φησιν ὁ Σινωπεὺς, ἐν τῷ Περὶ Σεισμῶν, ἐν τῷ Κιμμερικῷ Βοσπόρῳ αἰφνιδίως σεισμοῦ γενομένου, τὸν παρ᾽ αὐτοῖς τινὰ ἀναρραγῆναι λόφον, καὶ ἀναβαλεῖν ὀστᾶ ὑπερμεγέθη, ὥστε τὴν σύνθεσιν τοῦ σκελετοῦ, πηχῶν εὑρεθῆναι εἰκοσιτεσσάρων. ταῦτα δέ φησιν τὰ ὀστᾶ τοὺς περιοικοῦντας Βαρβάρους, εἰς τὴν Μαιῶτιν ῥίψαι λίμνην.

ΚΕΦ. Κ΄.

Παιδίον πρὸς Νέρωνα ἐκομίσθη τετρακέφαλον, ἀνάλογα ἔχον καὶ τὰ ἄλλα μέλη· [1] ἄρχοντος Ἀθήνησι Θρασύλλου, [2] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Ποπλίου Πετρωνίου τοῦ Σπαλιανοῦ, καὶ Κεσεννίου Πέτου.

ΚΕΦ. ΚΑ΄.

Καὶ ἕτερον ἐγεννήθη, ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ὤμου κεφαλὴν ἐκπεφυκυῖαν ἔχον.

ΚΕΦ. ΚΒ΄.

Ἐγένετο σημεῖον παράδοξον ἐπὶ Ῥώμης, [3] ἄρχοντος Ἀθήνησι Δεινοφίλου, [4] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐρατίου Πομπηΐου Γάλλου· Ῥαικίου γὰρ Ταύρου, ἀνδρὸς στρατηγικοῦ, τῆς γυναικὸς θεράπαινα τῶν τετιμημένων, ἀπεκύησε πίθηκον.

CAP. XVII.

Idem ait, prope Athenas insulam esse quandam; quam Athenienses cum vellent muris munire, dum foderent fundamenta, invenerint sepulcrum longitudine c. cubitorum, atque absumtum, cum hac inscriptione;

Sepultus ego Macroseiris in longa insula
Vitæ peractis annis mille quinquies.

CAP. XVIII.

Eumachus in Periegesi, seu Orbis terrarum enarratione, scribit; Carthaginenses, cum circum suam provinciam agerent fossam, dum terram exhauriunt, incidisse in duo ossea cadavera, condita arcis: quorum alterius compages longa fuerit XXIV. cubitos, alterius XXIII.

CAP. XIX.

Theopompus Sinopsis in libro De Terræmotibus scribit, in Bosporo Cimmerio, subita terræ concussione quendam colliculum dissiluisse, ejectaque ingentia fuisse ossa, ita ut compage eorum in morem humani corporis composita, longa ea fuerit XXIV. cubitos: atque, circum accolentes barbaros ossa ea in Mæotidem abjecisse paludem.

CAP. XX.

Ad Neronem allatus est infans quadriceps, respondentibus proportione etiam cæteris membris, Athenis præfecto Thrasyllo, Romæ P. Petronio Spaliano, & Cesennio Peto Coss.

CAP. XXI.

Natus est & alius, caput habens e sinistro enatum humero.

CAP. XXII.

Athenis præfecto Deinophilo, Romæ Q. Veratio & Cn. Pompeio Gallo Coss. Ræcii Tauri, viri prætorii, uxoris primaria ancilla Romæ simiam peperit.

CAP,

1 Ἀρχοντος Ἀθήνησι Θρασύλλου) Id fuit Olymp. CX. anno I. Ubi notat Anonymus in *Descript. Olympiadum*, quod hic Phlegon, Παιδίον τετρακέφαλον ἐγεννήθη.

2 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Ποπλίου Πετρωνίου τοῦ Σπαλιανοῦ, καὶ Κεσεννίου Πέτου) Mendum non unum est in nominibus istis Consulum. Restituo, ὑ. ἐ. Ῥώμῃ Καίου Πετρωνίου Τουρπιλιανοῦ, καὶ Καισωνίου Παίτου. Nam Consulatum eo anno Romæ gesserunt, ut docent Fasti Capitolini, C. Cæsonius Pætus, & C. Petronius Sabinus Turpilianus. Eusebio dicuntur, Λαισώνιος, καὶ Πετρώνιος. In Cassiodori quoque *Chronico* non leve mendum est, in quo leguntur, *Pius*, & *Turpilianus*. Rescribe, *Pætus*, & *T*. Fuerunt autem Consules isti anno Neronis Imp. quinto.

3 Ἀρχοντος Ἀθήνησι Δεινοφίλου) Olymp. CCVII. anno I. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istum annum: Ἐν Ῥώμῃ θεράπαινα ἀπεκύησε πίθηκον.

4 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐρατίου, καὶ Γναίου Πομπηΐου Γάλλου) Scribe, Κοΐντου Οὐηρανίου, καὶ Γαΐου Π. Consules simul fuerunt Olymp. CCVII. anno I. qui Claudii Cæsaris VIII. erat, C. Pompejus Longinus Gallus, & Q. Verannius. Ecce tibi in Fastis Capitolinis: *C. Pompejus Longinus Gallus*, *Q. Verannius*. Eusebius in *Chronico*: Κόϊντος Βεράννιος, Β. Πομπήιος Γάλλος.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Κορνηλίου Γαλλικανοῦ ἡ γυνὴ παιδίον ἔτεκεν, κεφαλὴν ἔχον Ἀνούβιδος ἐπὶ Ῥώμης· ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δημοστράτου· [1] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου Λουκιννίου Νερούα Σιλανιανοῦ, καὶ Μάρκου Οὐεστίνου Ἀττικοῦ.

CAP. XXIII.

Cornelii Gallicani uxor Romæ infantem partu edidit, capite Anubidis; Athenis præside Damostrato; Romæ A. Lucinnio Nerva Silaniano, & M. Vestino Attico Coss.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Γυνὴ ἀπὸ πόλεως Τριδέντου τῆς Ἰταλίας, ἀπεκύησεν ὄφεις ἐσφαιρωμένους· [2] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δομετιανοῦ Καίσαρος τὸ ἔνατον, καὶ Πετιλίου Ῥούφου τὸ δεύτερον, ἐν Ἀθήναις ἀναρχίας οὔσης.

CAP. XXIV.

Mulier Tridenti urbe Italiæ nata, serpentes enixa est, globi in morem convolutos, Romæ Domitiano Cæsare IX. & Petilio Rufo II. coss. Athenis magistratu vacantibus.

ΚΕΦ. ΚΕ.

Ἐν Ῥώμῃ δικέφαλόν τις ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκόπων, εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη. [3] ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ, τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου [4] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον, καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ.

CAP. XXV.

Romæ quædam bicipitem ab ortu edidit fœtum, qui aruspicum jussu in Tiberim amnem est abjectus; Athenis præside Adriano, qui deinde Imperator est factus; Romæ Trajano VI. & T. Sextio Africano coss.

ΚΕΦ. Κϛ.

Δωρόθεος δέ φησιν ὁ ἰατρὸς ἐν Ὑπομνήμασιν, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ κατ' Αἴγυπτον, κίναιδον τεκεῖν· τὸ δὲ βρέφος ταριχευθὲν, χάριν τοῦ παραδόξου, φυλάττεσθαι.

CAP. XXVI.

Dorotheus medicus in Commentarios suos retulit, Alexandreæ in Ægypto cinædum peperisse; fœtum conditum, miraculi causa, asservari.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἐν Γερμανίᾳ, ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, [5] ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ, τὸ αὐτὸ τοῦτο

CAP. XXVII.

In Germania, in exercitu Romano, quem T. Curtilius Mancias duxit, servus militis pe-

---

1 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Αὔλου Λουκιννίου Νερούα Σιλανιανοῦ, καὶ Μάρκου Οὐεστίνου Ἀττικοῦ) Omnino censeo corruptum locum. Consules hi fuerunt Olymp. CCXI. anno I. Urbis conditæ DCCCXVI. Apud Eusebium in *Chronico* commemorantur, Νερούας καὶ Ἀττικός. In Fastis Capitolinis, *P. Silius Nerva, C. Julius Atticus Vestinus*. Vide varietatem. Prior Consulum Aulus Silanianus dicitur Phlegonti, qui in Fastis Capit. Publius Silius; posterior Marcus Atticus Vestinus, qui in prioris nomine Λουκιννίου aliunde etiam irrepsisse videtur. Puto adhæsisse a præcedentis anni Consulum altero, qui fuerunt, C. Lecanius Bassus, & M. Licinius Crassus Frugi. Cassiodori *Chronicon* nihil pene sani habet.

2 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δομετιανοῦ Καίσαρος τὸ ἔνατον, καὶ Πετιλίου Ῥούφου τὸ δεύτερον) Alter Consulum in Fastis Capitolinis dicitur, *T. Virginius Rufus*. Sed & illi in prænomine item variant; nam in priore consulatu, quem viginti annis ante cum L. Memmio Regulo gessisset, Publius, non Titus, nuncupatur.

3 Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ, τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου) Archon Athenis Adrianus fuit annis sex ante imperium acceptum, Olymp. CCXXII. anno IV. Anonymus hoc ipsum narrat in *Olymp. Descript.* ad illum annum: ΑΔΡΙΑΝΟΣ, ὁ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτωρ γενόμενος. Ἐν Ῥώμῃ γυνή τις δικέφαλον ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκόπων εἰς Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη.

4 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Τραϊανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος τὸ ἕκτον, καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ) De sexto Trajani consulatu consentit Eusebius, Τραϊανὸς τὸ ϛ'. καὶ Ἀφρικανός. Et Fasti Capitolini, *Imp. Cæs. Nerva Trajanus Aug.* VI. *C. Julius Africanus* II. Chronicon Alexandrinum consulatum hunc Trajani quintum statuit; Cassiodorus vero septimum. In altero autem hoc observandum, *C. Julium* in Fastis Capitolinis dici, qui Phlegonti *Titus Sextius*. Porro illi ipsi Fasti secundum Consulem Africanum istum ponunt, sed manifesto errore librarii, qui omnino corrigendus: nam prioris consulatus nemo meminit, ne ipsi quidem illi Fasti.

5 Ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ) Id factum Olymp. CCVIII. anno IV. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad illud tempus: ΚΟΝΩΝ. Ἐν Γερμανίᾳ, ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κουρτιλίῳ Μαγκίᾳ, δοῦλος στρατιώτου ἔτεκεν. Meminit hujus Curtilii Manciæ etiam Tacitus extremo *Annali* XIII.

ἐγένετο. Δοῦλος γὰρ στρατιώτου ἔτεκεν. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Κόνωνος. [1] ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐλουσίου Σατρνίνου, καὶ Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Καὶ Ἀντίγονος δὲ ἱστορεῖ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μίαν γυναῖκα ἐν τέτρασι τοκετοῖς εἴκοσι τεκεῖν, καὶ τὰ πλεῖστα τούτων ἐκτραφῆναι.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Καὶ ἑτέρα τις γυνὴ, κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν, πέντε ἐν ἑνὶ τοκετῷ ἀπεκύησεν παῖδας· τρεῖς μὲν, ἄῤῥενας. δύο δὲ, θηλείας. οὓς αὐτοκράτωρ Τραιανὸς ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων τρέφεσθαι. πάλιν δὲ, μετ' ἐνιαυτὸν, ἄλλα τρία ἡ αὐτὴ γυνὴ ἔτεκεν.

ΚΕΦ. Λ'.

Ἱππόστρατος δέ φησιν ἐν τῷ Περὶ Μίνω, Αἴγυπτον ἐκ μιᾶς γυναικὸς Εὐρυόπης, τῆς Νείλου, πεντήκοντα υἱοὺς γεννῆσαι.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Δαναός τε ὁμοίως ἐκ μιᾶς γυναικὸς τῆς Νείλου Εὐρυόπης, πεντήκοντα θυγατέρας ἔχειν.

ΚΕΦ. ΛΒ'.

Κρατερὸς δέ φησιν, ὁ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως ἀδελφὸς, γινώσκειν τινὰ ἄνθρωπον, ὃν ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν παῖδα γενέσθαι, καὶ μειράκιον, καὶ ἄνδρα, καὶ γέροντα, καὶ γήμαντα, καὶ παιδοποιησάμενον, ἀποθανεῖν.

ΚΕΦ. ΛΓ'.

Μεγασθένης δέ φησιν, τὰς ἐν Παλαίᾳ κατοικούσας γυναῖκας, ἑξαετεῖς γινομένας, τίκτειν.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Εὑρέθη ἐν Σαυνῇ, τῆς Ἀραβίας πόλει, Ἱπποκένταυρος, ἐπὶ ὄρους μάλα ὑψηλοῦ, ὅ ἐστιν γέμον φαρμάκου θανασίμου. καλεῖται δὲ τὸ φάρμακον ὁμώνυμον τῇ πόλει. ὀξύτατον δὲ, καὶ ἀνυτικώτατον, τῶν ὀλεθρίων καθέστηκεν. τὸν δὲ Ἱπποκένταυρον συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς ζωὸν, ἀποπέμπει σὺν ἑτέροις πρὸς Καίσαρα εἰς τὴν Αἴγυπτον. τροφὴ δὲ ἦν αὐτοῦ, κρέα. οὐ φέρων δὲ τὴν μεταβολὴν τοῦ ἀέρος, τελευτᾷ. καὶ οὕτως ὁ ἔπαρχος τῆς Αἰγύπτου ταριχεύσας, ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην. καὶ πρῶτον ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεδείχθη, τὸ μὲν πρόσωπον ἀγριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου ἔχων· χεῖρας δὲ, καὶ τοὺς τούτων δακτύλους, τετειχωμένους· πλευρὰ δὲ συναφῆ τοῖς πρώτοις σκέλεσι, καὶ τῇ γαστρί· ὁπλαὶ δὲ ἦσαν αὐτῷ ἵππου στερεαὶ, καὶ ἐπίξανθοι χαῖται, καίπερ ὑπὸ τῆς ταριχείας συμμελαινόμεναι τῷ δέρματι. μέγεθος δὲ ἦν οὐχ οἷοί περ οἱ γραφόμενοι· οὐδ' αὖ πάλιν μικρόν.

A perit: Athenis Conone præside; Romæ Q. Volusio Saturnino, & P. Cornelio Scipione coss.

CAP. XXVIII.

Sed & Antigonus narrat, Alexandreæ mulierem quandam quatuor partubus xx. fœtus edidisse, quorum major pars enutrita sit.

B CAP. XXIX.

Eademque in urbe alia mulier quinque infantes una peperit; tres masculos, duas feminas: quos suis sumtibus ali jussit Trajanus Imperator: eademque mulier, circumacto exinde anno, tres infantes peperit.

CAP. XXX.

Hippostratus in libello de Minoe, Ægyptum perhibet ex una uxore Euryopa, Nili filia, L. C filios procreasse.

CAP. XXXI.

Itemque Danaus, ex unica Euryopa, Nili filia, quinquaginta tulit filias.

CAP. XXXII.

Craterus, Antigoni regis frater, novisse scribit D quendam hominem, qui spatio septennii & puer fuerit, & adolescens, & vir, & senex, & uxorem duxerit, & progenerata prole mortuus.

CAP. XXXIII.

Megasthenes auctor est, mulieres Palææ habitantes, sex annos natas parere.

CAP. XXXIV.

E Arabiæ urbs est Sauna; in ea inventus est Hippocentaurus in monte admodum excelso, qui lethali abundat veneno: cui veneno idem est cum urbe nomen: omnium pestiferorum acutissimum, atque efficacissimum. Hippocentaurum rex cum cepisset vivum, cum donis ad Cæsarem aliis in Ægyptum misit: vescebatur carnibus; sed, aeris mutati impatiens, mortuus est. Eum conditum, præfectus Ægypti Romam misit: primumque in palatio est monstratus. Facies quam humana fuit ei truculentior; manus, & earum digiti, pilis intecti; latera, ventri, & prioribus pedibus, contigua; ungulæ equinæ solidæ, juba subfulva, F quanquam condimenta eam fere cutis in morem nigram fecissent: magnitudo, non quanta pingitur; non tamen exigua.

---

1 Ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Κοΐντου Οὐλουσίου Σατορνίνου, καὶ Ποπλίου Κορνηλίου Σκιπίωνος) Hi Consules fuerunt anno Urbis DCCCIX. qui inter primum & secundum Neronis consulatum medius. Restituendum Cassiodori *Chronicon* erit, in quo par hoc Consulum excidit.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Εν δὲ τῇ προειρημένῃ πόλει Σαύνῃ ἐλέγοντο καὶ ἕτεροι εἶναι Ιπποκένταυροι. τὸν δὲ πεμφθέντα εἰς Ρώμlω, εἴτις ἀπιςεῖ, δύναται ἱςορῆσαι. ἀπόκειται γὰρ 1 ἐν τοῖς ὀρίοις τῆ αὐτοκράτορος, τεταριχευμένος, ὡς προεῖπον.

A

CAP. XXXV.

Feruntur in nominata urbe etiam alii esse: sed eum, qui Romam missus est, si quis non credit, videre potest: repositus est enim in finibus Imperatoris, conditus, ut dixi.

1 Εν τοῖς ὁρίοις) Doctissimus Xylander tentabat, ἐν τοῖς ὅρτοις. Non recte. Scribo, ἐν τοῖς ὁρείοις. Vox est Græco-barbara Ορεῖον, detorta ex Latino *Horreum*. Glossæ Græco-Latinæ, Ορεῖον, *Horreum*. Aliis per ω scribitur, Ωρεῖον. Vide *Glossarium* nostrum illa dictione. Sic supra, *cap.* 1. Αναςὰς, ἐκέλευεν τlὼ μὲν ἄνθρωπον κατακλείειν ἐκτὸς ὁρίων· οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτlω ἐντὸς τεθlῶαι εἰς γῆν. Itidem rescribendum, ὁρείων.

B



ΦΛΕΓΟΝΤΟΣ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΑΚΡΟΒΙΩΝ.

PHLEGONTIS TRALLIANI DE LONGÆVIS LIBELLUS.

Περὶ τῶν ἑκατὸν ἔτη ζησάντων.

ΚΕΦ. Α΄.

ΟΙ ἑκατὸν ἔτη ζήσαντες Ἰταλῶν, ὡς ἐξ αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων ἀναζητήσαντες ὀ παρέργως ἐμάθομεν.

Λούκιος Κορνήλιος, Κορνίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Γλαύκειος Οὖηρος, Λουκίου πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Οὐετούστιος Σεκοῦνδος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Λικίννιος Πάλος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Ἀκίλλιος Μάρκελλος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Λούκιος Οὐέττιος, Μάρκου υἱὸς, Βριξέλλων. Λούκιος Κουσσώννιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας. Λούκιος Γαμίνιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Βελείας. Γάϊος Πορτήσιος Πρόντων, Σέξτου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Γάϊος Νώνιος Μάξιμος, Ποπλίου υἱὸς, πόλεως Βριξέλλων. Γάϊος Αμούριος Τείρων, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας. Γάϊος Καστοπούδης, Τιτίου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Γάϊος Οὐάτιος Τέρτιος, Σπορίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Γάϊος Ἰούλιος Πόθος, πόλεως Ῥαβέννης. Γάϊος Οὐαλέριος Πρῖμος, Κοΐντου υἱὸς, πόλεως Βελείας. Καισελίας Κῦρος, πόλεως Πλακεντίας. Κατία, Γαΐου θυγάτηρ, πόλεως Φαυεντίας. Πόπλιος Φούλβιος Φρὺξ, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πολλεντίας. Πόπλιος Νέβιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Βασιλείας. Πόπλιος Δεκέννιος Δημοσθένης, Ποπλίου ἀπελεύθερος, πόλεως Πλακεντίας. Πόλλεια Πῶλλα, Σπουρίου θυγάτηρ, πόλεως Αἰτωσίας. Μάρκος Οὐϊλώνιος Σεῦηρος, πόλεως Οὐελίας. Μάρκος Τερέντιος Αλβιος, Μάρκου ἀπελεύθερος, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Αντώνιος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Τάλπιος Οὐϊταλὶς, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Μάρκος Ακκέλιος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Μάρκος Νιρέλλιος, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Τίτος Οὐΐβιος Θάλβιος, Σουρίου υἱὸς, πόλεως Πάρμης. Τίτος Αἰμίλιος, Κοΐντου υἱὸς, πόλεως Ῥηγίας. Τίτος Οὐετεράνιος, Ποπλίου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Τίτος Νουμέριος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πλα-

De his qui centum annos vixerunt.

CAP. I.

ITALI, qui centum annos vixerunt; quos, ex ipsis Censuum commentariis conquisitos, non obiter deprehendimus.

L. Cornelius, Cornii F. L. Glaucejus Verus, L. F. L. Vetustius Secundus, L. F. L. Licinnius Palus, L. libertus. L. Acilius Marcellus, L. F. Omnes hi, urbe Placentini. L. Vettius M. F. Brixellensis. L. Cussonius, L. F. urbe Cornelia. L. Gaminius, L. F. Velia. C. Portensius Fronto, Sex. F. Bononia. C. Nonius Maximus, P. F. Brixellis. C. Amurius Teiro, C. F. Cornelia. C. Castopudes, Titii F. Parma. C. Vatius Tertius, Sp. F. Placentia. C. Julius Pothus, Ravenna. C. Valerius Primus, Q. F. Velia. Cæselias Cyrus, Placentia. Catia C. filia, Faventia. P. Fulvius Phryx, L. libertus, Pollentia. P. Nevius, L. F. Basilea. P. Decennius Demosthenes, P. libertus, Arimino. Petronia Quinti, L. liberta, Placentia. Pollia Polla, Sp. filia, Ætosia. M. Vilonius Severus, Veleia. M. Terentius Albius, M. libertus. M. Antonius, L. F. M. Talpius Vitalis, M. F. omnes Placentini. M. Accelius, M. F. Bononia. M. Nirellius, C. F. T. Vibius Thalbius, Syrii F. Parmenses. Titus Æmilius Quintus F. Regia. T. Veteranius, P. F. Bononia. Titus Numerius, Titi F. Placen-

κοντίας. Τίτος Σερούϊος Σέκουνδος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. [1] Τίτος Πετρώνιος, Ποϱίου υἱὸς, πόλεως Πλακεντίας. Τίτος Αντώνιος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Ρηγίου. [2] Τίτος Ερύσιος Πολλίων, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Βονωνίας. Τίτος Καμόϱιος Τέρτιος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Φειδεντίας. Τουρέλλη Φόρησις, Γαΐου ἀπελεύθέρα, πόλεως Βονωνίας. Κύϊντος Κάσσιος Ρῦφος, Κυΐντου υἱὸς, πόλεως Ρηγίου. Κύϊντος Λυκρέτιος Πρῖμος, Κυΐντου υἱὸς, πόλεως Ρηγίου. Κύϊντος Οὐέλιος, Ποπλίου υἱὸς, πόλεως Βελίας. Αντωνία Σεκοῦνδα, Ποπλίου θυγάτηρ, πόλεως Βελίας. Αλβατία Σαβίνα, πόλεως Πάρμης. Σαλουΐα Οὐάϱινα, Ποπλίου θυγάτηρ, πόλεως Βασιλείας. Βεβία Μαρκέλλα, Σέξτου θυγάτηρ, πόλεως Ορτισίας. Βασκία Ασικόσου, Μακεδὼν, ἀπὸ Φιλίππων. 3 Βονζησόνου παροίκου Πόλπης, Μακεδών. Φρόντων Αλβουτίου, Μακεδὼν, ἀπὸ Φιλίππων. 4 Σάρκης Κιλαμακέτις, Αμφιπολῖτις. Αἰδέσιος Δίζα, Παροικοπόλεως, Μακεδών. 5 Βιθυσδιζάσου, Παροικοπόλεως, τῆς Μακεδόνων. Ζαικεδένθης Μουκάσου, Παροικοπολίτης, Μακεδών. 6 Μάντις καὶ Προΐζου Μακεδὼν, ἐξ Αμφιπόλεως. Αλέξανδρος Δημητρίου, Τιανὸς, ἀπὸ Πόντου, καὶ Βιθυνίας. Γάζα Τίμωνος, Τιανὴ, ἀπὸ Πόντου, καὶ Βιθυνίας. Χρήστη Αντιπάτρου, Τιανή. Χρυσίον Θεοφίλου, Τιανή. Ἱέρων Ἱέρωνος, Τιανός. Μύζακος Μυκαντίου, Νικομηδεύς, Βιθυνίας. Λεύκιος Φιδικλάνιος Νέπως, Σινωπεύς. Αλέκιος Απιλιούτας, ἀπὸ Λυσιτανίας, πόλεως Ιντερανιησίας. Αμβατος, Δοκουϱίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κάμαλος, Καντολγουνίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κέλτιος, Πελλίου υἱὸς, πόλεως Απειλοκαϱίου. Αρρούντιος Αππίου υἱὸς, πόλεως Κονιμβριγησίας. Τάμφιος, Κελτίου υἱὸς, πόλεως τῆς αὐτῆς. Δοκκούϱιος Αλουκκίου υἱὸς, πόλεως Αἰβουροβισυγγησίας.

A tia. T. Servius Secundus. T. F. Bononia. T. Petronius, Sp. F. Placentia. T. Antonius, M. F. Rhegio. T. Erusius Pollio, C. F. Bononia. T. Camorius Tertius, T. F. Fidentia. Turella Forensis, C. liberta, Bononia. Q. Cassius Rufus, Q. F. Q. Lucretius Primus. Q. F. Rhegini. Q. Velius, P. F. Velia. Albatia Sabina, Parmensis. Salvia Varena, P. F. Basilea. Bebia Marcella, Sex. filia, Ortisia. Bascia Asticosi, Philippis Macedoniæ. Bonzestoni inquilini Polpæ, Macedo. Fronto Albutii Macedo Philippensis. Sarces Kilamacetis Amphipolitana. Ædesius Diza Parœcopolis, Macedo. B Zækedenthes Mucasi, eadem patria. Mantis & Prœzi Macedo, ab Amphipoli. Alexander Demetrii Tianus, a Ponto & Bithynia. Gaza Timonis Tianæ, indidem. Cresta Antipatri, Tiana. Chrysium Theophili, Tiana. Hiero, Hieronis F. Tianus. Muzacus Mucantii, e Nicomedia Bithyniæ. L. Phidiclanius Nepos, Sinopensis: Alucius Apiliuta, Lusitanus, urbe Interaniesia. Eademque urbe Ambatus Ducurii F. & Camalus Cantolgunii F. Celtius Pellii F. urbe Apeilocario. Arruntius Appii F. urbe Conimbrigesia. C & eadem Tamphius, Celtii F. Duccurius Aluccii F. urbe Æburobysingesia.

Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν, μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραψάμενοι.

D *Qui ab annis* C. *&* IV. *usque ad* CX. *protraxisse vitam annotati sunt.*

ΚΕΦ. Β'.

CAP. II.

Γάϊος Λελήδιος Πρῖμος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κλωδία Ποτέστα, Γαΐου ἀπελεύθέρα, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κουσινία Μόσχος, Γαΐου ἀπελεύθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτι ἑκατὸν ἕν. Κερεωνία Οὐερηκοῦνδα, Ποπλίου ἀπελεύθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτι ἑκατὸν ἕν. Λιουΐα Αττικὴ, Ποπλίου ἀπελεύθέρα, πόλεως Πάρμης, ἔτι ἑκατὸν ἕν. Βουϱία Λυχναινὶς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Γάϊος Σάμφιος, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Βελείας, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κύϊντος Κορνήλιος, Κυΐντου υἱὸς, πόλεως Ρηγίου, ἔτη ἑκατὸν δύο. Τίτος Αντώνιος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κοκνανία Μοῦσα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν τρία. 7 Δημόκριτος Αβδηρίτης, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. ἐτελεύτη-

C. Leledius Primus, annos CI. Clodia Potesta, C. liberta, totidem, Bononienses. Cusinia Juvenca, C. liberta, Corneliensis, annos CI. Cereonia Verecunda, P. liberta, ipsa quoque Corneliensis, annos totidem. Livia Attica, P. liberta, & Buria Lychnænis, Parmenses, an- E nos vixerunt totidem. C. Samphius, C. F. annos CII. Veliæ natus. Quintus Cornelius, Q. F. Rhegii: T. Antonius, T. F. Parmensis, totidem. Cocnania Musa, annos CIII. Corneliensis. Democritus Abderites, annos CIV. mortu-

---

1 Τίτος Πετρώνιος, Ποϱίου υἱὸς) Scrib. Τίτος Πετρόνιος, Σπορίου υἱός. Et ita videtur legisse etiam Gul. Xylander.

2 Τίτος Ερούσιος Πολλίων) Forte, Τίτος Ερούκιος Π.

3 Βονζησόνου παροίκου Πόλπης, Μακεδὼν) Scrib. Βόνζης Τόνου, Παροικοπολίτης, M.

4 Σάρκης Κιλαμακέτις, Αμφιπολῖτις) Scripserim, Σάρκη Σκίλα Μακέτις, A.

5 Βιθυσδιζάσου) Forte, Βίθυς Διζάσου.

F 6 Μάντις καὶ Προΐζου Μακεδὼν) Forte, Μάντις Καιπροΐζου M. Ut sit, *Mantis Cæprœzi F.*

7 Δημόκριτος Αβδηρίτης, ἔτι ἑκατὸν τέσσαρα) Ita etiam Lucianus in *Longævis*: Δημόκριτος μὲν ὁ Αβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατόν, ἀποσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα. Hipparchus auctor, vixisse annos CIX. Diogenes Laertius in hoc *Democrito libro* IX. Ἀλυπότατα τὸν βίον (ὁ Δημόκριτος) προήκατο, ὥς φησὶν Ἵππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς.

A σεν δὲ, τροφῆς ἀποσχόμενος. [1] Κτησίβιος ὁ ἱςοριογράφος, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Απολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς δεδήλωκεν. Ιερώνυμος ὁ συγγραφεὺς, πολλὺς μὲν χρόνους ἐν ταῖς ςρατείαις ἀνατλήσας πλείςοις δὲ τραύμασιν ἐν πολέμοις περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν, βιώσας ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ὥς φησιν Αγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τῆς Ασίας ἱςοριῶν. Γάϊος Λαλλίας Τιωναῖος, Λυκίυ υἱὸς, πόλεως Βιωνίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Πόπλιος Κυϊσέντιος Σφυρίων, Ποπλίυ ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Τίτος Κοττίνας Χρύσανθος, Τίτυ ἀπελεύθερος, πόλεως Φαυεντίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. B Μάρκος Πομώνιος Σεβῆρος, Μάρκυ υἱὸς, πόλεως Ταννητάνης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Σέξτος Νέβιος, Σέξτυ υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Λύκιος Αἴλιος Δωρόθεος, Λυκίυ ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕξ. Γάϊος Πομπύσιος Μοντιανὸς, Ποπλίυ υἱὸς, ἔτη ἑκατὸν ἑπτά. Πόλλα Δωνάτα, Σέξτυ θυγάτηρ, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν δέκα. Μυνατία Προκύλα, Λυκίυ θυγάτηρ, πόλεως Ρηγίυ, ἔτη ἑκατὸν δέκα.

C Οἱ ἀπὸ τῶν ἑκατὸν δέκα ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν εἴκοσι ἀπογραψάμενοι.

ΚΕΦ. Γ'.

Τίτος Πυρέννιος Τοῦτος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕνδεκα. Λύκιος Αντίςιχος Σωτηριχος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Ραβέννης, ἔτη ἑκατὸν δέκα τρία. Λύκιος Πέτρου, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν δέκα τέσσαρα. Ιουλία Μοδεςίνα, πόλεως Κορνιέλων, πριμοπιλαρίυ ἀπελευθέρα, καθ' ἡμᾶς ἔτι οὖσα, πόλεως Βριξέλλων, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

D Οἱ ἀπὸ ρλ'. ἐτῶν μέχρι ρμ'. ἀπογραψάμενοι.

ΚΕΦ. Δ'.

Λύκιος Τέρτιος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ρλέ. Φαῦςος, Καίσαρος δοῦλος, ἐκ Σαβίνων, ἀπὸ Πραιτωρίυ Παλλαντιανοῦ, ἔτη ρλς'. ὃν καὶ αὐτὸς ἐθεασάμην, Αδριανῷ τῷ Καίσαρι ἐπιδειχθέντα. Αργανθώνιος, ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς, ὡς ἱςορεῖ Ηρόδοτος. καὶ Ανακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ρν'. Σίβυλλα, ἡ Ερυθραία, E ἐβίωσεν ἔτη ὀλίγον ἀποδέοντα τῶν χιλίων, ὡς αὐτή φησιν ἐν τοῖς χρησμοῖς τόν δε τρόπον·

Αλλὰ τί δὴ πανόδυρτος ἐπ' ἀλλοτρίοισι πάθεσσι
Θέσφατα φοιβάζω, λυσσώδεα μοῖραν ἔχυσα;
Οἴςρυ δὲ σφετέρυ καταγεύσομαι ἀλγινόεντος;
Εἰ γενόμεν * καὶ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἔχυσα,
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς, καὶ ἄπιςα λέγυσα,
Πάντα δ' ὑπερ φρονέυσα βροτῶν δυσανάχετα κήδη,
Καὶ τότε μοι φθονέσας Λητῦς ἐρικυδέος υἱὸς
Μαντοσύνης, παθέων δὲ κατοικήσας ὀλοὸν κῆρ,
Ψυχὴν ἐκλύσει δεσμευομένην ἐπὶ λυγρῷ
Σώματι, σαρκοτύποιδι ὀϊςεύσας γεγάϊον.

A us est abstinentia cibi. Totidem annos vixit Ctesibius, historiæ scriptor, & (ut in annalibus Apollodorus refert) inter deambulandum vivendi finem fecit. Agatharchides libro historiæ Asianæ non scribit, Hieronymum historicum, cum is & temporis multum in expeditionibus bellicis tolerasset, & in pugnis permulta accepisset vulnera, annos natum totidem, decessisse. C. Lallias Tionæus, L. F. vitam produxit per annos cv. urbe natus Bionia. P. Quisentius Sphyrio, P. libertus, Bononiensis: Titus Cottinas Chrysantus, Titi libertus, Faventinus: Marcus Pomonius Severus, Marci F. urbe Tannetana; B Sext. Nevius Sext. Filius urbe Parma: omnes totidem. L. Ælius Dorotheus, L. libertus, Bononiensis, annos cvi. C. Pompusius Montianus, P. F. annos cvii. Polla Donata, Sexti filia, Bononiensis, annos cx. Munantia Procula L. F. Rhegina, totidem.

C *Qui ab annis* cx. *usque ad* cxx. *progressi in Commentariis memorentur.*

CAP. III.

T. Purennius Tutus, L. F. Corneliensis, annos cxi. L. Antistichus Soterichus, L. libertus, Ravennas, cxiii. L. Petri, Corneliensis, cxiv. Julia Modestina, Corsiolis urbe nata, liberta primipilarii, nostra adhuc ætate superstes, urbe Brixellis, annos cxx.

D *Qui ab* cxxx. *annis usque ad* cxl. *vixisse annotati sunt.*

CAP. IV.

L. Tertius, Bononia, annos cxxxv. Faustus, Cæsaris servus, e Sabinis, a Prætorio Pallantiano cxxxvi. quem & ipsi vidimus, Adriano Cæsari exhibitum. Arganthonius Tartessiorum rex, ut Herodotus & Anacreo poeta narrant, cl. Sibylla Erythræa, annos vixit non multo pauciores CIↃ. quod ipsa in Oraculis in hunc mo- E dum indicat;

Sed quid flebilibus non nostra incommoda verbis
Vaticinor, rabie fatali concita mentem?
Quin stimulos nostri potius contrecto furoris?
A teneris semper mala sors me exercuit annis,
Adque senectutis provexit damna molestæ.
Inter ego væsana homines, non credita cuiquam
Fata cano, & duros casus, bene gnara futuri.
Idcirco invidia Latonæ filius acri
Correptus, mihi fatidicamque infensus ob artem,
Corporis hanc animam misera de compede solvet,

F [1] *Κτησίβιος ὁ ἱςοριγράφος, ἔτι ἑκατὸν τέσσαρα*) Lucianus viginti annos Ctesibio addit, *loco citato*: Συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν, ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Απολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱςορεῖ. Uterque ecce Apollodorum auctorem laudat; ergo mendum in alterutro. Ac Phlegontem quidem nostrum lemma capitis tuetur; *Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραψάμενοι*. Itaque sine ullo dubio corrigendus Lucianus, scribendumque *ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν*.

A Ενθ᾽ ἄρα μοι ψυχὴ μὲν ἐς ἠέρα πιςηθεῖσα,
Πνεύματι συγκραθεῖσα βροτῶν εἰς οὔατα πέμψει,
Κληδόνας ἐν πυκινοῖς αἰνίγμασι συμπλεχθείσας,
Σῶμα δ᾽ ἀεικελίως ἄταφον πρὸς μητέρος αἴης
Κείσεται, οὐ γάρ τις θνητῶν ἐπὶ γαῖαν ἀμήσει,
Οὐδὲ τάφῳ κρύψει, κατὰ γὰρ χθονὸς εὐρυοδείης
Δύσεται αἷμα μέλαν τερσαινομένοιο χρόνοιο.
Ενθεν δὴ πολλῆς ἀναδύσεται ἔρνεα ποίης,
Η καταβοσκομένων μήλων εἰς ἥπατα δῦσα,
Αθανάτων δείξει βουλεύματα μαντοσύνῃσι.
Σαρκῶν δ᾽ ὄρνιθες πετροδείμονες αἴκε πάσωνται,
B Μαντοσύνην θνητοῖσιν ἀληθέα ποιπνύουσι.

Infesta carnem ferus interimetque sagitta.
Et mea tunc liquidas anima ut transibit in auras,
Auribus humanis vento permixta volucris,
Fata canet, cæcis ambagibus obscurata.
At supra matrem corpus deforme jacebit
Tellurem: neque enim id quisquam mandare sepulcro,
Ingestaque volet mortalis condere terra.
Quæ laxata calore meum tamen inde cruorem
Hauriet, hinc varias fœcundaque proferet herbas;
Unde jecur pecudum subiens vis certa futuri,
Consilia ostendet gnaris occulta deorum.
Atque meas carnes, subeunt quæ saxa volucres,
Cum carpent, ventura procul mortalibus edent.

1 Διὰ τούτου τοῦ χρησμοῦ ἀποδείκνυται δέκα γενεὰς αὐτὴν κατ᾽ ἀνθρώπους γεγονέναι, καὶ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐκ τοῦ ζῆν, τῆς μὲν ψυχῆς κατὰ τὸν ἀέρα φερομένης, καὶ προσπιπτούσης, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων λαλουμένους παρασκευάσειν τὰς γινομένας κληδόνας διὰ τῶν λόγων. τοῦ δὲ σώματος ἀτάφου γενομένου, τὰ μὲν ὄρνεα τῶν σαρκῶν φαγόντα, τὴν διὰ τῆς ὀρνιθοσκοπίας μαντείαν διασημαίνειν· τοῦ δὲ ὑπολοίπου μέρους εἰς τὴν γῆν σαπέντος, καὶ τὰ κτήνη φαγόντα τῆς ἐκ C τῆς γῆς φυομένης πόας, τὴν ἡπατοσκοπικὴν εἰς τὸν βίον εἰσάξειν τέχνην. Τὴν δὲ γενεὰν Σίβυλλα ἱςορεῖ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα, ἐν τῷ χρησμῷ τῷ πρὸς Ρωμαίους περὶ τῶν αἰωνίων θεῶν, ἃ Ρωμαῖοι Σεκουλάρια καλοῦσι. Τῶν γὰρ συμμάχων αὐτῶν, καὶ κοινωνῶν, μὴ ἐμμενόντων ταῖς συνθήκαις, ἀλλὰ πυκνὰ μεταβαλλομένων, καὶ πολεμούντων αὐτοῖς, ἡ Σίβυλλα ἐχρησμῴδησεν, ἐπιτελεσθεισῶν τῶν θεωριῶν τούτων, ὑποταγήσεσθαι τοὺς ἀφεςῶτας Λατίνους. εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἵδε.

Hoc oraculo indicatur, Sibyllam istam decem ætates inter homines egisse: &, postquam e vivis excessit, animam in aerem elatam effecisse, ut ad aures hominum omnia & sermones de futuris acciderent: cadavere autem insepulto jacente, aves ejus carnibus vescentes, auspicio ventura indicasse: reliqua parte computrescente, & terram penetrante, pecudes, quæ e terra ea enatas herbas depascerent, divinationem, quæ e jecinorum fit inspectione, inter homines introducturas. Cæterum ætatem Sibylla annis cx. definit in oraculo Romanis dato de ludis, quos ipsi Seculares vocant. Cum enim ipsorum socii, & amici, non starent pactis, sed crebro novas res tentarent, & bellum inferrent, cecinit Sibylla, si hæc spectacula ederentur, Latinos, qui defecerunt, subditum iri. Oraculi hic est tenor;

D Αλλ᾽ ὁπότ᾽ αὖ μήκιςος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι,
Ζωῆς εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύσας,
Μεμνῆσθαι, Ρωμαῖε, καὶ εἰ μάλα λήσει ἑαυτοῦ,
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι,
Ρέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
Οππῃ ςεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
Ηελίου κρύψαντος ἑὸν φάος, ἔνθα σὺ ῥέζειν,
Ιερὰ παντογόνοις μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας,
Κυανέας δ᾽ ἐπὶ ταῖς δ᾽ εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπη θέμις· αὖθι δὲ γαίῃ
Πληθογένῃ χοίροις οἶς ἱερεύοιτο μέλαινα.
Πάνλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων,
Ηματι, μὴ δέ τε νυκτί. θεοῖσι γὰρ οὐρανίδαισιν
E Ημέριος πέλεται θυέων τρόπος, ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς
Ιερεύειν, δάμαλις δὲ βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ηρης
Δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ. Καὶ Φοῖβος Απόλλων,
Οςε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται, αἴσια δέχθω
Θύματα Λητοΐδης, καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνες, κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν
Αθανάτων, χωρὶς δὲ κόραι χόρον αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσεν ςάχυς, ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων τοῖς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη,
Αἳ δὲ γάμου ζεύγλαισι δεδμημέναι ἤματι κείνῳ,
Γνὺξ Ηρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι,
Δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι
F Ανδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ, μάλιςα δὲ θηλυτέρῃσιν.
Πάντες δ᾽ ἐξ οἴκοιο φερέσθων, ὅσσα κομίζειν
Εςι θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο,

Viginti & centum revolutis protinus annis
(Quæ sunt humanæ longissima tempora vitæ)
Hæc memori tum mente tibi, Romane, teneto;
Hæc age, quantumvis obliviscare teipsum.
Qua campus flavas undosi ad Tibridis undas
Stringitur, angustis & circunscribitur oris,
Hic tu, sub terras ubi Titan lampada condet,
Obscuræ noctis sese intendentque tenebræ,
Omnigenis placa immortalia numina sacris:
Atque agnos divis, nitidas & cæde capellas.
Cæruleas etiam veneraberis Eilithyias,
Rite sacris factis, fat st + quæ partubus adsunt.
Atram frugiferæ Telluri deinde dicabis
Gratus ovem: tauros candentes ad Jovis aram
Tum statues, radiis cum Sol terrestria lustrat:
Non noctu: nam cœlitibus sacra rite feruntur,
Cum lux alma diei cœlum terrasque retexit.
Pulcraque Junonis donetur bucula templo.
Quinetiam Titan Latonia proles Apollo
Placetur sacris, cantent Pæana Latini,
Atque choros ducant: puerique ætate vigentes
Parte alia, atque alia florentes vere puellæ
Ætatis, nondum charis genitoribus orbæ.
Atque verecundæ matronæ luce sub ista
Curvatis celebrem genibus Junonis ad aram
Concilientque deam, & sacrata piacula solvant
Vir mulierque, magis tamen isthæc fœmina debet.
Ista domo sibi quisque ferat, quas fas jubet almis

---

1 *Διὰ τούτου τοῦ χρησμοῦ ἀποδείκνυται δέκα γενεὰς αὐτὴν κατ᾽ ἀνθρώπους γεγονέναι*) Atqui hoc nusquam in istis versibus apparet; ergo certum, lacunam esse.

A

Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίοις, τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κεῖσθαι,
Ὄφρα τελῇ θυμέλῃσι καὶ ἀνδράσιν ἐδρεύωσιν.
Ἔνθεν πορσύνης μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔσω,
Νυξί τ' ἐπασσυτέραισι θεοπροπίας κατὰ θώκους,
Παμπλήθης ἀγυρίς· σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶ σῇσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ, καὶ πᾶσα Λατίνων,
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

Primitias offerre diis, & fausta precari.
Pro se quisque virum sibi condita in ædibus isthæc
Asservet, festis castus promatque diebus.
Lucibus bis, noctesque per has ad fana deorum
Turba hominum festiva adsitque, & seria risu
Temperet, adsiduisque aasit creberrima sacris.
Horum non ullo te oblivio tempore tangat.
Itala sic tellus tibi cuncta, omnisque Latinus
Serviet, & pavidum mittet tua sub juga collum.

F I N I S.



JOH. FREDERICI GRONOVII

DE

MUSEO ALEXANDRINO

EXERCITATIONES ACADEMICÆ,

HABITÆ ANNO MDCLXVII. POST CANICULARES FERIAS

AB FILIO EJUS EXCEPTÆ,

ET NUNC PRIMUM EDITÆ.

AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO

VIRO

JOHANNI DE WIT

JC. HEECKENDORPI &c. DOMINO, URBI DORDRACENÆ A SECRETIS

JACOBUS GRONOVIUS

S. P. D.



QUUM ſpecimen hoc operæ paternæ in Academia eadem, quam ipſe quotidie ingredior, editæ videretur aliquid conſerre poſſe ad venuſtates priſcæ Græciæ; tam ingratus eſſe non potui, ut diutius ſupprimerem, nec paterer omnes cognoſcere, quod ipſe tandiu didiceram. Etſi enim & ſero demum tempore ac dilapſa jam Græciæ potentia ac libertate provenerit inſtitutum, quod in eo declaratur, atque etiam id viguerit longe extra Græciam proprie dictam; tamen quia totum eſt & diſciplinæ & inventionis Græcæ, atque adeo ſolum fere continuit ac ſervavit Græca ſtudia per omnem deinceps, quum jam alibi decoquerent, ætatem, bona fide univerſum haberi Græcum debet, ac Græcis rebus literiſque & auctoribus operatum Theſauro Græco inſeritur. Appareat etiam ex hoc documenti exemplo, quemadmodum ille, a quo procreatus fui, non privatas modo doctrinas, ſed etiam publicas gubernaverit, & Herodianum ſuum adminiſtrans, ſub ejus ſimplice vocabulo, non prætextis antiquitatum aut notitiarum allicientium ſpecioſis vocabulis curaverit, ut in exedrio, quod ipſi attributum fuit, Latina Græcaque junctim perſonarent. Cui rei quum teſtimonium præbere debeant omnes qui audivere; liquebit pariter ex hoc ipſo procemii ſimulacro, qua ratione auditoribus ſuis nihil is ipſe præceperit niſi ipſos fontium liquores, quos ſolos imbiberet tener animus, ſolos limpidos aptoſque ad purgandum poliendumque ingenium, ſolos perſpicuos ad Nymphas, illas pulcherrimas antiquorum ſæculorum imagines, ſpectandas. Quod quum meminerim contigiſſe eo tempore, quo Patruus tuus Vir magnanimus ad ſtudia & omnia egregia tuenda, Academiam hanc cura ſua fovebat, cujus filium majorem natu per Italicam peregrinationem mox habui amiciſſimum; per tui nominis inſcriptionem lubuit mentionem & recordationem ejus novare, quod hactenus grata vice qua ſemper volvuntur res humanæ, deinde etiam Bona Fortuna te mihi non minus amicum tradiderit. Neque enim adeo rerum imperitus ſum, ut non agnoſcam, quanto majus ornamentum in te ſibi Muſæ noſtræ collocent, non tantum præbito exemplo peregrinationis e republica perficiendæ, ſed etiam apportata in Batavorum agrum, unum Dei pace Muſeum, libraria ſupellectile præ omnibus inſigni & copioſa. Ad cujus admirationem ſicut pariter me benigne admiſiſti; ita fore, ut meritorum tuorum amplitudinem, in adminiſtratione tam privatæ vitæ, quam civitatis negotiorum mirabiliter florentem, officiis omnibus & cultu amplectar, iſto honorificæ appellationis pignore certiorem te facere volui. Hoc enim votum meum eſt. Lugduni a. d. x. Kal. Majas MDCC.

JOHANNIS FREDERICI GRONOVII
DE MUSEO ALEXANDRINO
EXERCITATIONES ACADEMICÆ.



DABIT argumentum hujus quaſi præfationis patria auctoris, non ut eam laudemus: id enim foret infinitum: ſed ut commemoremus, quam Muſis amica ſedes & fœcunda ingeniorum procreatrix multa per ſæcula fuerit. Sæpe audiſtis domo Alexandria Herodianum noſtrum fuiſſe: neque inde ſuſpicionem cuiquam oboriri debere, quaſi deſit ei germanæ Græciæ munditiæ; non magis quam de P. Terentio, an homo Carthaginienſis Afer ſatis Latine ſcripſerit, dubitandi cauſa eſt. Alexandria in Ægypto, colonia Macedonum poſt mortem conditoris, a quo nomen accepit, Ptolemæorum imperii regia, ſed multo diutius Muſarum regnum fuit. Nam a Lagi principiis uſque ad Actiaci belli finem, quaſi trecenti ſunt anni. At humaniora ibi ſtudia, uberrimo ingeniorum proventu, per annos mille propemodum ſub clariſſimis doctoribus floruerunt; nec prius exſtincta ſunt, quam barbaries Muhammedica Saracenorum ſub Conſtante Heraclii filio circa a. Ch. 650. Ægyptum inundavit. Tantæ felicitati & elegantiæ temporum ſignum extulit Ptolemæus Philadelphus, quaſi ante Ch. Nat. 280. annis: & quemadmodum bellicoſis auctoribus primi ſuccedentes, apud Hebræos in certa & duratura familia Solomon templo, inter Romanos Numa, in Phrygibus Midas religionibus, utcumque poterant, ſic Ptolemæorum ſecundus ſtabilito jam & confirmato regno, literis animos coloniæ militaris mitigavit. Id comparavit partim conquiſita lectiſſima & locupletiſſima bibliotheca, quæ ad ſeptingentorum millium voluminum numerum excrevit, in qua radiavit Moſis Pentateuchus ejus regis auſpiciis primum in Græcum ſermonem translatus: partim ne deeſſent, qui tanto ſapientiæ theſauro uterentur, excitato quod ipſe appellavit Muſeo, hoc eſt, ædificio amplo & magnifico in plurimas diætas, conclavia, cellas, membra deſcripto: in quo liberaliter exhibebatur juſtus numerus hominum doctorum, qui excolendis ſtudiis & ſcribendis libris, ſi libuiſſet, & recitationibus faciendis ſectatoribuſque ac diſcipulis juvandis per ſummum & nobile otium operati erant. Athenis & in pleriſque Græciæ civitatibus erant, quæ dicebantur Prytanea, in quibus victus quotidianus de republica bene meritis publice præbebatur, vel Socratis reſponſo ad perfidioſos judices ſuos nota. Cum enim mos Athenis foret, ut rei ſi perorata cauſa fraus capitalis non eſſet, ipſi ſibi litem æſtimarent, interrogatus a judicibus Socrates, quid commeruiſſe ſe putaret, vere ac magnifice reſpondit, ſeſe meruiſſe, ut ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur, & in prytaneo aleretur. Ad hoc exemplum Ptolemæus inſtituit Muſeum illud Alexandrinum; quod etſi multi poſtea omnibus fuerint vitiis corrupti reges, nemo tamen eo inſaniæ proceſſit, ut claudere aut fraudare auderet. Nec minus poſt Ægyptum in provinciam redactam foverunt doctum conventum Romani Principes, etſi hos inter quoque plurimi avari & neque ſacro neque profano abſtinentes tyranni fuerint inventi. Hic locus, quia non modo Alexandriam & Ægyptum, ſed omne Romanum Imperium, hoc eſt, pene totum terrarum orbem, literis replevit, atque in omnes partes terrarum velut examina hominum eruditorum emiſit, dignus eſt, ut ſtudioſis, quam vulgo eſt, notior fiat. Id quod efficiemus, opinor, advocatis auctorum veterum verbis, in quibus ejus meminerunt.

Primus teſtis erit Strabo lib. XVI. pag. 793. loquens de Alexandria. Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινά, καὶ ἱερεὺς, ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ βασιλέων, νῦν δὲ ὑπὸ Καίσαρος. Id eſt: *Ipſius regiæ pars eſt etiam Muſeum, habens ambulationem & domum maximam* (ſic enim vertitur) *in quo cænaculum eſt eorum, qui participes ſunt Muſei, philologorum hominum. Sunt iſti collegio etiam pecuniæ communes, & ſacerdos, ſuper hoc Muſeum ordinatus, olim quidem a regibus Ægypti, nunc autem a Cæſare.* Scribebat etiam Strabo ſub Tiberio.

Περίπατος eſt ambulatio, ſive locus in quo temporis fallendi cauſa moramur, qualia Romanorum nemora & xyſta, quibus prætoria ſua & villas exornaſſe Auguſtum legimus apud Suetonium cap. LXXII. & cap. C. idem ſcribit circumjectas Mauſoleo ſilvas & ambulationes in uſum populi publicaſſe: in quo deſcribendo etiam Strabo utitur voce περίπατος lib. V. ὄπισθεν δὲ μέγα ἄλσος περιπάτους θαυμαστοὺς ἔχον. At cum Strabo de Muſeo id dicit, non modo voluptariam intelligimus ambulationem, ſed plane philoſophicam, hoc eſt, locum, qui vicem auditorii habet, in quo inter deambulandum diſputabant docebantque diſcipulos homines philoſophi aut philologi. Vindicatum hoc quidem & quaſi addictum περιπάτῳ ſive ambulacro Lycei gymnaſii ab Ariſtotele Athenis, & in Ariſtoteleorum familia κατ' ἐξοχὴν id vocabulum hæſit: ſed tamen multis quoque aliis & quidem ante hunc Nichomachi filium placuit is mos (quod ait Suetonius in Illuſt. Gram.) non tam diſcipulos quam ſectatores habendi, & inter ambulandum diſſerere. Vivum exemplum præbet Gellius 3. 1. *Hieme jam diſcedente apud balneas Sitias in area ſub calido ſole cum Favorino Philoſopho ambulabamus: atque ibi inter ambulandum legebatur Catilina Salluſtii, quem in manu amici conſpectum legi juſſerat. Cumque hæc verba ex eo libro lecta eſſent*, &c. *Tum Favorinus me adſpiciens, Quo, inquit, pacto*, &c. Ergo hic mos longe antiquiſſimus. Hinc factum eſt, ut vox περίπατος diceretur Græcis pro eo ipſo, quod eſt ἀκρόασις, ὁμιλία, diſputatio, lectio, ſchola, pro eo, quod ἐν περιπάτοις faciebant. Sic ἀκροαματικὴν diſciplinam Ariſtotelis ἑωθινὸν περίπατον, ἐξωτερικὴν δειλινὸν περίπατον vocatas teſtatur Gellius 20. 4. id eſt, matutinas & pomeridianas ſcholas, ut Cicero loquitur. Apud Ariſtophanem in Βατράχοις a. IV. ſc. I. ubi Æſchylus & Euripides litigant, ait ſe Euripides cum tragœdiam nimis tumentem & in-

flatam ab Æschilo accepisset, attenuasse, ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις verbis minutis & disputationibus concisis vel characteris dicendi tenuis, quali scil. in docendo utimur, cum Æschylus decompositis frequenter uteretur: Qui Aristophanes ante Aristotelem vixit, nempe tempore belli Peloponnesiaci, longe ante Philippum. Ibidem Bacchus ad Euripid. παῦε μὴ σὺ ἔχε σὺ ὦ 'τάν. Οὐ σοὶ γάρ ἐστι περιπατος κάλλιστα περίγε τούτου. Hoc est, *Omitte ista amice: neque enim tibi pulcra disputatio est de hac re.* Scholiastes antiquus interpretatur διατριβὴν, recte, nam & Latinis vox *diatriba* pro eo dicitur. Gellius 1.26. *Interrogari in diatriba* (i.e. auditorio, tunc cum lectionem haberet) *Taurum, an sapiens irasceretur; dabat enim saepe post quotidianas lectiones quaerendi, quod quis vellet, potestatem.* Et 17.20. *Atque ibi Taurus mihi, heus tu, inquit, rhetorisce, sic enim me in principio recens in diatribam acceptum appellitabat.* Et fragmentum est Batonis veteris Comici, ubi conjungitur utrumque vocabulum: Τοὺς τὸν φρόνιμον ζητοῦντας ἐν τοῖς περιπάτοις καὶ ταῖς διατριβαῖς: Id est: *Saepe falluntur, qui virum sapientem quaerunt in scholis doctrinisque philosophorum.* Lucianus in Icaromenippo p. 702. Τὰς ἐν Περιπάτῳ διατριβάς.

Praeterea Strabo ait fuisse ἐξέδραν, quam exponit Vitruvius 5. 11. de palaestrarum structura: *Constituuntur autem in tribus porticibus exedrae spaciosae, habentes sedes, in quibus philosophi, rhetores, reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint.* Ubi Philander: a sedium frequentia dicta est. Ergo est locus, qui habet multas honestas & honoratas sedes, & ejus figuram referunt, quae in coenobiis vocantur Capitula.

Οἶκον μέγαν vertitur *maximam domum* etiam in summi Casauboni editione. At falluntur: nam οἶκος hic non est domus, sed pars domus, & quidem conclave vel cubiculum aliquod majus aut latius, diaeta, coenatio. Pro ea veteres Graeci & eorum imitatione Latini dixerunt *oecus*. Cujus argumentum habemus apud Jul. Pollucem, lib. I VIII. Τὸ δὲ συμπόσιον ἐκ τοῦ ἔργου ὠνομασμένον καὶ συσσίτιον καλεῖται. λέγεται δὲ οἶκος τρίκλινος, πεντάκλινος καὶ δεκάκλινος: Id est, *Locus convivii aut coenationis symposion vocatur ab eo quod ibi fit, & sussition vocatur. Dicitur autem* &c. Ergo ipsa illa coenacula sunt oeci, quae capiunt quinque, decem lectos. Et haec in androne: sequitur de gynaeconitide: ταλασιουργὸς οἶκος, σιτοποιικὸς οἶκος, i.e. *diaeta ubi lana fit, pistrilla*, sive ubi panis fit. Inepte verterunt: *domus operosa, domus pistoria*. Addit auctor: ἵνα μὴ μυλῶνα, ὡς οὐκ εὔφημον ὀνομάζωμεν: Id est, *ne pistrinum nominemus verbum mali ominis*, scilicet ob servos & familiam, qui ibi cruciabantur: de cujus malo omine egregius locus est apud Plautum Asinar. 1. 1.

Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit:
Ubi flent nequam homines, qui polentam pransitant.
Ubi vivos homines mortui incursant boves.

Tum demum respondens senex inquit,

—— modo percipis
Ubi fit polenta, te fortasse dicere.
Ah, neque hercle istud dico, nec dictum volo,
Teque obsecro hercle, ut quae locutus despuas.

Vitruvius rursus lib. VI. cap. V. quod inscribitur *de tricliniis & oecis, exedris & pinacothecis & eorum dimensionibus*. Et in contextu haec sunt: *Sin autem exedrae aut oeci quadrati fuerint, latitudinis dimidia addita, altitudines educant.* Et cap. X. *In his locis introrsus constituuntur oeci magni, in quibus matresfamiliarum cum lanificis habent sessiones.* Mox: *ad orientem bibliothecas, exedras ad occidentem, ad meridiem vero spectantes oecos quadratos, tam ampla magnitudine, uti faciliter in eis, tricliniis quatuor stratis, ministrationum ludorumque operis locus possit esse spatiosus. In his oecis virilia fiunt convivia.* In quibus plane illud idem, quod Pollux dixerat. Vertatur igitur οἶκος μέγας *coenaculum*. Συσσίτιον hic est ipsa mensa, ubi erat sodalitium. Suidas. Συσσιτία συσσίτιον, εὐωχία, ἄριστον.

Fuit & ἱερεύς: at cujus ille Dei? hoc docet Vitruvius. Nempe prope hoc Museum erat templum Serapidis, & in eo quoque fuit pars bibliothecae, ut suspicari possemus fuisse ejus Dei sacerdotem. Sed Vitruvius docet fuisse Apollinis & Musarum, quibus diis etiam ludos instituit hic Ptolemaeus. Vitruvius lib. VII. praefat. cui adjecta est bella Historiola: *Reges Attalici magnis philologiae dulcedinibus inducti cum egregiam bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolemaeus infinito zelo cupiditatisque incitatus studio non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare. Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id satis esse, nisi propagationibus in seminando curaret augendam. Itaque Musis & Apollini ludos dedicavit, & quemadmodum athletarum, sic communium scriptorum victoribus praemia & honores constituit. His ita institutis cum ludi adessent, judices literati, qui ea probarent, erant legendi. Rex cum jam ex civitate sex lectos habuisset, nec tam cito septimum idoneum inveniret, retulit ad eos, qui supra bibliothecam fuerant, & quaesit, si quem novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt esse quendam Aristophanem, qui summo studio summaque diligentia quotidie omnes libros ex ordine perlegeret. Itaque in conventu ludorum cum secretae sedes judicibus essent distributae, cum caeteris Aristophanes citatus, quemadmodum fuerat ei locus designatus, sedit. Primo Poetarum ordine ad certationem inducto cum recitarentur scripta, populus cunctus significando monebat judices, quod probarent. Itaque cum ab singulis sententiae essent rogatae, sex una dixerunt: & quem maxime animadverterunt multitudini placuisse, ei primum praemium, insequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero cum ab eo sententia rogaretur, eum primum pronunciari jussit, qui minime populo placuisset. Cum autem rex & universi vehementer indignarentur, surrexit & rogando impetravit, ut paterentur se dicere. Itaque silentio facto docuit, unum ex his eum esse poetam, caeteros aliena recitavisse. Oportere autem judicantes non furta sed scripta probare. Admirante populo & rege dubitante fretus memoria e certis armariis infinita volumina induxit, & ea cum recitatis conferendo coegit ipsos furatos de se confiteri. Itaque rex jussit cum his agi furti, condemnatosque cum ignominia dimisit: Aristophanem vero amplissimis muneribus ornavit, & supra bibliothecam constituit.* In quibus haec verba *communium scriptorum victoribus* quid significant? utrum illud *scriptorum* a *scriptor* an a *scriptum*? nulli horum hic locus. Immo quisque suum scriptum habuit: at *communia* sunt, quae junctim a duobus vel pluribus habentur. Apud Justinum Thrasybulus fugientes admonet *sacrorum communium*: apud eundem Darius *communem omnium regum causam*: sic docti se invicem per *communes literas* orant. Scilicet scripsit *commissorum scriptorum victoribus*: ut athletae committuntur, i.e. in certamen dantur, componuntur. Sic *ludos committere* Sueton. Claud. XXI. Sic *criminari alterum alteri, atque omnes inter se committere* Cal. 56. id est, certamine inter se collidere. *Commissione ludorum* Octav. 43. & Galb. 6. Sic *commissiones* pro certamine Aug. 89. *Componi aliquid de se nisi & serio & a praestantissimis offendebatur: admonebatque praetores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri*, id est, vilescere

assidua commemoratione certantium in theatro carminibus vel orationibus. Sic & Calig. 53. de Seneca: *eum tum maxime placentem commissiones meras componere dicebat*. Id est, agonismata ea quæ certaminis gratia in theatro aut spectaculis fiunt, & tantum unum diem valent. Claud. 41. *Historiam cum primum frequenti auditorio commisisset*.

In iisdem verbis paulo infra *sex una dixerunt*, quid hoc? sex quidem possunt una canere, non dicere. Apud Statium introducuntur Eteocles & Polynices 1. Th. 447.

Vix ea, cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt una: rex o mitissime Achivum
Quid verbis opus? ipse undantes sanguine vultus
Aspicis. Hæc passim turbatis vocis amaræ
Confudere sonis. ——

Ergo hoc nemo intellexit. Sed scripsit auctor *sex unam dixerunt* sc. sententiam, id est, concordem. *Dicere sententiam* Cicero centies. Ad Q. fr. 2. ep. 1. *Dixit severam & gravem rep. dignam sententiam*. Item: *Si quis eorum, qui post rogati essent, graviorem sententiam dixisset, in eam se iturum* Sententia una potest esse virorum sex concors. 4. Cat. 4. *Video adhuc duas esse sententias, unam D. Salini, alteram C. Cæsaris*. Sed quod hi essent auctores sententiæ, & ei accederent, ideo una hæc est sententia.

Cæterum hæc verba Vitruvii ut in summa vera sunt, ita tamen scripta esse apparet ex memoria confusius res suggerente potius, quam post accuratam singulorum inquisitionem. Nam utrum Ptolemæi Pergamenos, an illos hi sint imitati, ambiguum est: æmulationem præclaram fuisse constat. Attalo studium conquirendorum librorum attribuunt Ælianus & Hieronymus: Plinius Eumeni. Si prius verum, sine dubio primas tenet Ægyptius, qui jam obierat, priusquam Attalus ad dominatum, nedum ad regnum pervenit: si posterius, male comparantur reges, & perperam loquuntur Plinius ac Vitruvius: nam Eumenes ille Philadelphi æqualis, nec diadema gestavit, nec rex appellatus est: nec etiam sequens statim, sed post ingentem victoriam. Historia sic est. Philetærus Tyaneus Eunuchus custos erat thesaurorum Lysimach in Hellesponto. Hic Lysimachus senex Agathoclem filium successioni destinatum, instigatus a noverca Arsinoe, quæ suis liberis eam quærebat, interfecit, & in clientes ejusdem Agathoclis, qui morte juvenis, in quo spem suam posuerant, dolebant, tanquam participes conjurationis adversus se initæ sæviit. Itaque qui evadere potuerunt, contulerunt se ad Seleucum, & eum in bellum Lysimachi impulerunt. Seleucus tum omnem Asiam tenebat ab Ægæo mari ad Indum: sed pars parva Asiæ superat Lysimacho, scil. Hellesponti, Phrygiæ, Thraciæque pars, quod ægrum habebat Seleucum. In prælio Lysimachus interit & post sex menses Seleucus a Ptolemæo Ceranno quoque occiditur; mox & hic a Gallis.

Tum Philetærus primum occupavit Pergamum, quasi & ipse Seleuci partibus accedens. Antiochus Soter, qui Seleuco in Asia succedebat, ab Antigono infestabatur. Inter hos tumultus, cum nemo regum in Philetærum justo imperio uti potuisset, illo omnibus bona verba dante, sed thesauros sibi retinente & benigne tractando subjectos proprium sibi dominatum comparavit, & eum tenuit per annos 20. Huic successit Eumenes fratris Eumenis filius per annos 22. huic Attalus Attali utriusque prioris fratris filius per annos 43. Philadelphus rex factus quadriennio ante mortes Lysimachi & Seleuci, regnavitque annos 38. Itaque decessus ejus incidit in annum 18. Eumenis, i. e. quadriennium ante initium Attali, qui & ipse non statim rex dictus est, sed post victoriam a Gallis.

Præterea dicit sacerdotem & ludos Apollini & Musis a Philadelpho institutos: quod sine dubio verum est. Sed in certamine, quod sub eo peractum est, contigisse hanc historiam, & judicem fuisse hunc Aristophanem non est verisimile; quippe cum hic Aristophanes sub sexto demum Ptolemæorum Philometore floruerit. Itaque hæc omnia vera non sunt.

Secundus, qui hujus Musei meminit, erit Plutarchus in opere quod inscripsit: Ὅτι ὐδὲ ζῆν ἐςὶν ἡδέως κατ' Ἐπίκυρον. Id est, *vitam Epicuream non esse beatam*: Ubi Epicurus auctor est regibus φιλομύσιος, ςρατηγικὰ διηγήματα καὶ φορτικὰς βωμολοχίας μᾶλλον ὑπομένειν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἢ λόγυς περὶ μασικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων, ut potius militares narrationes & morionum ac coprearum scurriles jocos ferant in conviviis, quam sermones de eruditis & poeticis quæstionibus. Laborat enim hac fama Epicurus, & sæpius ei apud Ciceronem objicitur *ruditas*, & *baronem* vocat. Itaque & hæc verba sibi passus est excidere, quæ proposuerat Plutarchus: sed audite, quomodo ea excipiat Plutarchus pag. 1094. Εἰ δὲ Πτολεμαῖος, inquit, ὁ πρῶτος συναγωγὼν τὸ Μυσεῖον, τύτοις συνέτυχε τοῖς καλοῖς καὶ βασιλικοῖς παραγγέλμασιν, ἆρα ὐκ ἂν εἶπε τοῖς Σαμίοις· ὦ Μῦσα, τίς ὁ φθόνος; *Si vero Ptolemæus, qui primus in unum congregavit illud collegium eruditorum, incidisset in hæc pulchra & regia* (per ironiam) *monita, an non dixisset Samiis, o Musa, quæ invidia est?* Quæ verba magna parte satis obscura sunt, & parum intellexit interpres, quisquis fuit, qui dicit, *qui primus Musicos conduxit*, quod vix potest ferri; præsertim cum itidem fiat mentio librorum Theophrasti περὶ συμφωνιῶν & Aristoxeni περὶ μεταβολῶν. Tum sequentia *an non diceret Samiis* quid volunt? Quid ei in his cum Samiis, quæ insula remotissima est? Nec est satis acrimoniæ etiam in sequentibus. Nimirum locus male distinguitur, & semicolon illud post τὸ Σαμίοις transferendum post εἶπε, & conjunctim accipio, ut τὸ τοῖς Σαμίοις sit pars hemistichii, quod e veteri poeta adducit, qui cecinerit: τοῖς Σαμίοις, ὦ Μῦσα, τίς ὁ φθόνος; *Samiis, o Musa, quis vetat?* quasi defuerit ᾆσαι ἀοιδὴν, aut tale quid. Auctor vir doctus canit præsentibus quibusdam Samiis, (nam & Polycrates habuit secum doctos, ut Anacreontem & alios) quæ est invidia apud Samios canere? i. e. an non licet, quis vetabit? quis indigne feret? non indigne ferendum est, licet utique. Ut Homerus Iliad. γ. 156. Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνημίδας Ἀχαιὺς (id est, *nulla invidia est Trojanos & bene ocreatos Achivos*) Τοίῃ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολυὼ χρόνον ἄλγεα πάσχειν *ob talem mulierem diu bellum gerere*. q. d. operæ pretium est: est enim Veneris pullus, qui loquitur. Et Il. ξ. 8. Οὐ γάρ τις νέμεσις φυγέειν κακὸν ὐδ' ἀνὰ νύκτα. *neque invidia est nel nocte effugere mala*. Et imitatus est Virgilius 4. Æn. 350. *Si te Carthaginis arces Phœnissam Libycæque adspectus demeret urbis, Quæ tandem Ausonia Teucros considere terra Invidia est?* Id est, quis non hoc concedit Teucris? Et Statius 1. Th. 280. *me Tantaleis consistere tectis Quæ tandem invidia est?* Id est, quare hoc non ferendum sit? Et fragmentum Zenonis cujusdam veteris poetæ apud Suidam in voce Κάδμος ὁ Μιλήσιος:

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ Κάδμος
Κεῖνος ἀφ' ὗ γραπτὴν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα,

Id est, *si patria mea est Phœnice, quis propterea me arguat?* Sic igitur orsus est poeta ille: Cur non

liceat apud Samios quoque, o Musa, carmen canere? Quæ verba eleganter dat Philadelpho Plutarchus, ut ea pronunciet, & τοῖς Σαμίοις accipiat, quasi esset τοῖς βασιλεῦσι: quis prohibeat regibus etiam cani carmina, audire eos aliquid musicum & bonum?

Tertius est Athenæus, qui unus testis tria dabit testimonia, in quibus singulis est aliquid operæ pretium observare. Primus locus est in lib. I. cap. XIX. pag. 22. Ὅτι τὸ Μουσεῖον ὁ Φλιάσιος Τίμων ὁ σιλλογράφος τάλαρόν πού φησιν, ἐπισκώπτων τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους φιλοσόφους, ὅτι ὥσπερ ἐν πανάγρῳ τινὶ σιτεύονται, καθάπερ οἱ πολυτιμότατοι ὄρνιθες:

Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ
Βιβλιακοὶ χαρακῖται ἀπείριτα δηριόωντες
Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

Id est, *Museum Timon Phliasius & sillographus quasillum alicubi vocat, irridens philosophos, qui in eo alebantur, quasi qui saginarentur tanquam in reticulo* (septo reticulato) *ut pretiosæ aviculæ. Multi pascuntur in Ægypto populosa pugnantes libris* (ita interpretantur) *musarum in qualo*. Hic non pauca sunt explicanda. Timon hic ex Phliunte urbe in confiniis Argivorum & Sicyoniorum: populus Phliasius. Et ut videatis quam facile & docti viri possint errare, ipse Cicero fecerat librum, in quo scripserat *Phliuntios*, analogia ductus, ut ab Opus Opuntii, Trapezus Trapezuntii, Selinus Selinuntii; monitus demum ab Attico correxit. Locus de hoc est in lib. VI. ad Atticum ep. II. *Phliasios autem dici sciebam, & ita fac habeas: nos quidem sic habemus: sed primo me analogia deceperat* Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, *quod* Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι: *Sed hoc continuo correximus*.

Appellatur sillographus. Quid sunt silli? genus nempe carminis maledicum apud Græcos, qualis Latinorum satira, fere heroicum, sed & elegis jambisque fingi solitum: Græci Grammatici exponunt σκῶμμα ἔμμετρον, *maledictum per versus*. Σίλλος ὁ μῖμος, ἢ ὁ μῶμος, κακολογία. χλευασμός: in quo Xenocrates, Xenophanes Colophonius, & Timon præ cæteris excelluit. Τὸν δὲ σίλλον ψόγον λέγουσι μετὰ παιδιᾶς δυσαρέστου. Ælian. III. Var. XL. Sæpe mentio ejus apud Diogenem Laertium, qui & Timonis vitam percenset, σίλλους ἢ ψόγους τῶν φιλοσόφων.

Τάλαρος est calathus, qualus, quasillus, canistrum, corbis. Videtur apte Musis quasi fœminis attribui; nam proprii sunt mulierum: in iis enim colos, fusos & lanas deponebant. Sed cum addit Timon βόσκεσθαι ἐν ταλάρῳ, *pasci in qualo*, tum ostendit se aliud genus qualorum intelligere, quam quibus utebantur mulieres: nam in iis nemo pascitur; & sine dubio tale, quale intelligit Athenæus. Is. Casaubonus lib. I. cap. XIX. dicit: Τάλαρος Μουσέων, *quasillus Musarum* periphrasis est venusta „ Musei Alexandrini, ubi fuit doctorum cœno- „ bium. Sic *quasillariæ* per ἀπλισμὸν dictæ, quæ „ in gynæceo conclusæ vitam degerent tenebrico- „ sam, pensa facientes. Tibullus: *pressumque* „ *quasillo scortum*. Quæ per se docta, sed quæ nihil faciunt ad rhombum: & nec ἀπλισμὸς ille, nec vita tenebricosa quasillariarum huc pertinent. Nec enim vita eorum tenebricosa erat, sed potius nimis conspecti & honeste habiti erant; eoque invidiam Timonis provocabant. *Quasillariæ* pensa facientes scilicet aut ancillæ aut liberæ quidem, sed quod corpore tantum non merent, ut sint otiosæ & tacitæ, sed & lanam faciendo victitant. Quali Timonis non in gynæconitide nec in œcis lanificarum, sed in ornithonibus, ornithotropheis, aviariis sunt quærendi, in quibus pascebantur aves. Qualos enim supponebant etiam gallinis, in quibus ova earum exciperent. Columella VIII, III, docet alios parietibus crassis *excisa per ordinem gallinarum cubilia* habere, alios *palis in parietes vehementer actis vimineos qualos superimponere* solitos. Deinde: *sive autem parietibus, ut dixi, cavatis, aut qualis vimineis præponenda erunt vestibula, per quæ matrices ad cubilia vel pariendi vel incubandi causa perveniant*. Similiter & farciendæ & saginandæ aves continebantur. Columella idem VIII. VII. *Locus ad hanc rem desideratur calidus maxime, & minimi luminis, in quo singulæ caveis angustioribus vel sportis inclusæ pendeant aves*, *Sporta* idem quod *qualus*. Ad eandem similitudinem pertinet, quod dicit Athenæus ἐν πανάγρῳ, id est, reticulo: nam ornithones veterum erant reticulati, ut possent cerni omnes gestus, nec tamen naturalem libertatem acciperent. Varro lib. III. R. R. cap. V. meminit aliquoties: *M. Lænius Strabo hospes noster Brundusii in peristylo habuit ex hedera* (f. exedra) *conclusas aves, quas pasceret objecto rete*. Et *intra retem aves sunt omne genus, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus objicitur sub retem*. Cap. VII. *Fenestris reticulatis utrimque*. Columell. VIII, VIII. *Satis amplam caveam retibus emunitam*. Ergo & Timon & Athenæus eos voluerunt assimulare avibus, quæ in rete sedentes saginantur.

Ipsos deinde Musei sodales vocat Βιβλιακοὺς χαρακίτας, in quibus verbis est major difficultas. Prior vox facile intelligitur; libros enim versabant, & Varro a Plutarcho dicitur ἀνὴρ ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατος, id est, qui infinitum numerum librorum tractaret. Et Suidas de Telepho. Τήλεφος Περγαμηνὸς Γραμματικὸς ἔγραψε βιβλιακῆς ἐμπειρίας γ, ἐν οἷς διδάσκει τὰ κτήσεως ἄξια βιβλία, id est, qui libri sunt digni ut habeantur. Altera vox non ita facilis. Quid enim est χαρακίτης βιβλιακὸς? Χαρακίζω a χάραξ, quod vallum & aggerem significat, sive a *vallus* intelligatur, id est, munitio ex palis bifurcis subita, sive a *vallum*, id est, munitio ex terra, ut illo notatur vallo munio aut erigo. Casaubonus comminiscitur novam significationem, quasi velitatorem in chartis: χαρακίζειν, ait, sudibus vel hasta pugnare, unde χαρακίτης velitator: sed malle se scriptores librorum; quasi χάραξ pro stylo sit. Sed utrumque hoc durum & sine exemplo. Tum quid hæc ad aves? aut quomodo velitatores in qualo sunt vel pascuntur. Avium nomen ac genus desidero, quibus eos comparet Timon: alias turbatur allegoria Timonis. Igitur ut ea constet, scribo Βιβλιακοὶ κορακεῖαι, Κορακεῖαι graculi sunt, quibus comparantur garruli & loquaces; Ammian. Marcell. 22. *Graculorum more strepentes*, id est, in biblo versantes graculi, nam biblos proprie est genus arundinis & palustris plantæ Ægyptiæ. Igitur commode & eleganter si proprietatem verbi spectes, & translate sunt philosophi inter se litigantes per libros, in chartis viventes loquaces. Κορακίας & κορακείας, ut Ταμίας, ταμείας. Et hic est primus Athenæi locus.

Nunc addimus alium; is est lib. V. cap. VIII pag. 203. Περὶ δὲ βιβλίων πλήθους καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς καὶ τῆς εἰς τὸ Μουσεῖον συναγωγῆς τί δεῖ καὶ λέγειν, πᾶσι τούτων ὄντων κατὰ μνήμην. Id est: *De librorum autem multitudine & coacervatis in suam bibliothecis quid attinet dicere? aut de Musei structura? cum in hominum memoria hæc versentur*. Auctor hujus versionis Jac. Delachampius: sed mirum in hac versione commutari verba Athenæi & συναγωγῆς poni in locum κατασκευῆς. Plane videtur auctor corrigi voluisse βιβλιοθηκῶν συναγωγῆς καὶ τῆς τοῦ Μουσείου κατασκευῆς, & hoc modo transponere. Sed apparet non bene intellexisse sensum Athenæi; non enim Ptolemæus alias bibliothecas in suam congessit, sed misit doctos in

Græciam cum pecunia, ut emerent, & vox κατασκευὴ eſt intelligenda de ædificiis ad hoc apparatis de ſtructura & inſtructu & conſtructione, de ordine & collocatione ipſorum librorum, de forulis & ſcriniis. Cicero *deſignationem* vocat lib. IV. ad Attic ep. V. *Offendes deſignatione Tyrannionis mirificam librorum meorum bibliothecam, etiam vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio utatur glutinatoribus, ad cætera adminiſtris.* Vulgo *deſignationem* legitur, quæ ſunt ſcopæ diſſolutæ: longe ineptius Boſius *in* addidit, *in librorum m. bibl.* Sed abjicienda erat una litera *m.* Deſignatio eſt ordinatio vel collocatio: ut deſignatores in funeribus ac ſpectaculis, qui locum cuique proceſſuro aut ſeſſuro aſſignant. Horat. I. ep. VII. *Cum ficus prima calorque Deſignatorem decorent lictoribus atris.* Pœnoli prol. *Neu deſignator præteriens obambulet.* Et Cic. epiſt. 5. eod. lib. *Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione & ſittybis*: id eſt, ornatam, pulchram inſtar alicujus pictæ tabulæ reddiderunt.

Deinde Dalechampium offendit illud βιβλιοθηκῶν, quaſi Alexandrina bibliotheca non eſſet una. Bibliotheca eſt totum ædificium, in quo libri ſunt poſiti, non modo ipſe librorum ordo, ſed ſingula interdum cubicula. Nam & Ammianus XXII. pag. 234. *Eminet Serapium, in quo bibliothecæ fuerunt inæſtimabiles.* Jam conſtat aliunde duas fuiſſe Alexandriæ bibliothecas, unam ex Epiphanio de ponderibus & menſuris pag. 166. & 168. Οὕτως αἱ βίβλοι ἐς Ἑλλωνίδα ἐκτεθεῖσαι ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῷ Βρυχίῳ οἰκοδομηθείσῃ. ἔτι δὲ ὕςερον καὶ ἑτέρα ἐγένετο βιβλιοθήκη ἐν Σεραπίῳ μικροτέρα τῆς πρώτης, ἥτις καὶ θυγάτηρ ὠνομάσθη αὐτῆς. Id eſt, *Ita hi libri* (ſcil. Moſis) *Græce facti ſunt poſiti in bibliotheca priore, quæ inſtituta eſt in Bruchio: poſtea & alia fuit bibliotheca in templo Serapidis, quæ minor fuit, & appellata eſt quaſi filia alterius.* Ergo loquitur de una bibliotheca Athenæus conſtante ex multis ædificiis.

Συναγωγὴν quod tranſtulit ad libros, non intellexit: nam illa συναγωγὴ eſt conventus, ſynodus, ſynedrium, cœtus, convocatio, congregatio, concilium doctorum in Muſeo. Ita Plutarchus dixit συναγαγὼν τὸ Μουσεῖον, i. e. qui ſtruxit illum cœtum, non qui ſtruxit Muſeum.

Jam ſequitur tertius locus Athenæi lib. XV. cap. VI. pag. 677. Agitur de Hadriano Imperatore, qui hanc laudem habet in hiſtoria, quod pedibus permenſus ſit omne Imperium Romanum. Rarum eſt principem inſpicere omnes partes regni ſui: at ille pedes etiam id fecit, & 20000. paſſuum ſingulis diebus ſub armis ire poterat. Is cum eſſet in Ægypto, perdidit ibi Antinoum delicias ſuas, merſum in Nilo: & nihil in luctu concedens Alexandro Magno in Hephæſtione eum inter Deos quoque retulit, & ſacerdotes inſtituit, & templum fecit: adhuc enim ſunt numiſmata, in quibus eſt facies Antinoi ſane pulcherrima & templi forma. Hæc præfanda habui ad hunc locum Athenæi. Cum multi docti aliquid conferrent ad conſolandum, inventus eſt & poeta Pancrates. Accidit tum temporis, ut inveniretur planta lotus, unde tibiæ conficiebantur, ſed lætius quoddam ejus genus. Is finxit lotum illam ſumſiſſe colorem roſeum & auctiorem ex ſanguine leonis, quem finitimas oras diu infeſtas habentem interfecerat in venatione Hadrianus, & cenſuit propterea debere lotum illam Antinoium vocari*. Gratum id fuit Imperatori; inde ſic pergit de Hadriano: Ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας ἀρέσει καὶ νεότητι, τὴν ἐν Μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο: Id eſt, *Delectatus Imperator commenti hujus ingenio & novitate, annonam ex Muſarum reditibus ei largitus eſt.* Sic vertit Dalechampius, quod quis intelliget, niſi ſi ſciat in Ægypto fuiſſe Muſeum, unde erant reditus? Nil aliud vult dicere, niſi *gratis aluit, gratificatus eſt ei locum in Muſeo Alexandrino, ut cum aliis doctis ibi haberet lautam menſam.* Idem tamen Dalechampius bis jam invenerat in Athenæo mentionem Muſei, ut ipſe quidem ſciret: & hoc patet ex notis ejus, ubi allegat Strabonem: & non ſatis fuit ei ſignificare, corrigit etiam ἐκ μουσαίου, per αι, quod intolerabile. Et Jonſſius quoque offenſus ſcribit ἐν Μουσείῳ paulo doctior hac in parte. Cæterum uterque falluntur, & nihil mutuandum eſt, quum ſit genus loquendi elegantius, quemadmodum & apud Latinos; nam dicunt *ad Veneris, Dianæ, Veſtę, Martis, Opis, ante Caſtoris*: & intelligunt *ædem* vel *templum*, quia enim hoc adeo notum erat, omittebant eam vocem. Eodem modo id dictum eſt ἐν Μουσῶν ſcil. οἴκῳ, ναῷ, τόπῳ, συνόδῳ, vel ſimile quid. Sic etiam Græci dicunt ἐν ᾅδου, ἐς ᾅδου, cum tamen neutri harum præpoſitionum adjungi poſſit genitivus. Suidas deſcribit Sotadæ opus, εἰς ᾅδου κατάβασις: & in ipſo Apoſtolorum Symbolo κατελθόντα εἰς ᾅδου. Sic Suidas in Οὐράνιος: ἐς γραμματικοῦ φοιτᾶν ſc. οἶκον. Et ne quis omnino dubitet de veritate hujus lectionis apud Athenæum, Euſtathius ad Homeri Ὀδυσσ. ί. v. 84. allegat hæc verba Athenæi, & obſervat hoc genus loquendi: Καὶ ὅρα τὸ ἐν Μουσῶν, ἐσχηματισμένον κατ᾽ ἔλλειψιν Ἀττικῶς, ὡς εἴπερ ἐν Πρυτανείῳ Μουσῶν. Δοκεῖ γε τοιοῦτόν τι καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἶναι, ὁποῖον καὶ ἐν Ἀθήναις. Id eſt: *Nota id genus loquendi figuratum per ellipſin more Atticorum, quemadmodum ſi eſſet in Prytaneo Muſarum.* Nec ſufficit id Dalechampio: notat ibi quoque id Muſeum dici Athenæum, ex Capitolino & Lampridio. Hic in Alexandro Severo cap. XXXV. hæc habet: *Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poetarum cauſa, frequenter proceſſit*: Similiter Capitolinus in Gordianis cap. III. loquens de majore adhuc puero: *Ubi adolevit, in Athenæo controverſiis* (vel, ut alii, *controverſias*) *declamavit.* His addo tertium Capitolini in Pertinace cap. II. *Et Pertinax eo die proceſſionem, quam ad Athenæum paraverat, ut audiret poetam, ob ſacrificii præſagium diſtuliſſet.* Hoc putat eſſe id Muſeum; ſed id fieri non poteſt: nimium enim diſtant, alterum Romæ, alterum Alexandriæ in Ægypto, & manifeſte deceptus ille eſt. Sed quid ad hoc, quod Marcilius ad Perſium docet, id Athenæum eſſe templum Apollinis Palatini? Notum eſt Auguſtum exſtruxiſſe eam ædem, & voluiſſe videri quaſi ejus filius, aut certe in ejus ſingulari tutela poſt prælium ad Actium: ſed eam ædem dici Athenæum, novum eſt & mirum, nam id dicitur ab Athenis. In eo Athenæo ſolebant declamari controverſiæ, quod nobile exercitium Romæ Auguſti & inſequentibus temporibus; item cum aliquis quid ſcripſiſſet, id recitare convocatis doctis, ut judicia eorum experirentur; ſolebant circumquaque chartas mittere, ut nunc in funere facimus: & ſolebat quoque princeps ibi eſſe, ut apparet in vita Luciani, cum dicitur *Neronem refrigerandi ejus cauſa receſſiſſe indicto ſenatu.* Et ad hoc unuſquiſque privatus conducebat domum & alia faciebat, quorum inſignis locus eſt apud auctorem Dialogi de corr. eloq. cap. IX. de Baſſo: *Cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, unum librum extudit & elucubravit, rogare ultro & ambire cogatur, ut ſint, qui dignentur audire, & ne id quidem gratis: nam & domum mutuatur, & auditorium exſtruit, & ſubſellia conducit, & libellos diſpergit, & ut beatiſſimus recitationem ejus eventus proſequatur, omnis illa laus intra unum aut al-*

* Tetigit hunc locum Salmaſius in Solinianis pag. 976.

terum diem velut in herba vel flore præcerpta ad nullam pervenit frugem. Hoc olim facere cogebantur privati. Hadrianus princeps amans studiorum struxit domum, quam vocavit Athenæum, quod huic usui dicaretur, & ut privati sumtibus parcerent. Hoc Aurelius Victor nos docet in Hadriano, aliis, qui ejus vitam scripsere, id prætereuntibus. *Ibi Græcorum more, seu Pompilii Numæ ceremonias, leges, gymnasia, doctoresque curare occœpit: adeo quidem ut etiam ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocavit, constitueret*. Ubi & auctorem & usum habemus Athenæi, de quo Capitolinus: sed id fuisse templum Apollinis Palatini etsi jam sit refutatum, videamus tamen certum aliquem locum, quem habemus apud Suidam. Ἀθηναῖον, ὅτι Ἀπολλώνιον βραχέως, τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. οὕτω καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀναγνωστέον. καὶ Ποσειδώνιον τὸ τοῦ Ποσειδῶνος. ὡς Ἀθήναιον τὸ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ Διονύσιον, καὶ Δημήτρειον, καὶ πάντα τὰ παραπλήσια ὁμοίως τοῖς ἀνθρωπικοῖς. Quorum primam sententiam tantum legisse videtur Marcilius, ideoque offensus τῷ ὅτι, cum quid eo faceret, nesciret, corrigit κατ' Ἀπολλώνιον q. d. *secundum Apollonium breviter templum Apollinis*: quasi ille Apollonius hoc notaret Athenæum esse templum Apollinis. Sed non videtur legisse, quod sequitur: *sic est apud Thucydidem scribendum, ut Posidonium Neptuni, Athenæum Minervæ, & Dionysium* Bacchi, & *Demetrium* Cereris. Suidas dicit ista verba sic efferri, ut accentus referatur in antepenultimam, non penultimam: & incipit ὅτι, quod hic interponitur, ut solet apud Græcos in initio orationis, quod Latine non redditur, nec reddi potest. Ait ea verba proferri *media brevi*: Id est, sine accentu. Itaque inepte egit homo ille bonus. Et hic est tertius locus.

Addam nunc quartum ex Dione Chrysostomo, insigni rhetore, qui circa Trajanum & Hadrianum vixit, & qua laude fuerit, patet ex ejus cognomine, quo etiam postea solus usus Joannes ille Archiepiscopus Constantinopolitanus. Is orat. XXXII. quæ est ad Alexandrinos, pag. 393. Ἀλλὰ μᾶλλον Εὐριπίδην μιμεῖσθε οὕτω λέγοντα. Μὴ παυσαίμην τὰς χάριτας Μούσαις ἀναμιγνὺς, ἁδίσταν συζυγίαν. ἵνα μὴ τὸ Μουσεῖον ὑμῖν ἄλλως (id est, τηνάλλως, μάτην, *temere*) εἶναι δοκῇ τόπος ἐν τῇ πόλει. καθάπερ οἱ μαι καὶ ἄλλοι τόποι μάτην προσαγορεύονται τὸ πρᾶγμα μὴ ἔχοντες μετὰ τοῦ ὀνόματος. H. e. *Sed potius Euripidem imitamini sic dicentem, ne cessem* (est voti & desiderii: ut *Dii dent*, *utinam*) *Gratias Musis miscere*, (pro ἀναμιγνύων) *pulcherrimam copulam* facite & memores estote istius Euripidei, *ut ne Museum vobis incassum esse videatur locus in civitate, quemadmodum alii multi loci in civitatibus frustra appellantur, non rem sed nomen habentes*. Ut collis Viminalis, Esquilinus Romæ, ubi olim fuerant vimina & esculi: & sic diribitorium sub Cæsaribus in campo Martio, cum nulla diriberentur suffragia.

Sequitur Philostratus in vitis Sophistarum, quæ vox valde diverso modo accepta fuit, nunc in bonam, nunc in malam partem. In iis est vita Dionysii Milesii, & quidem pag. 524. edit. Morelli, qui locus insignis: Ἀδριανὸς γὰρ σατράπην μὲν αὐτὸν ἀπέφηνεν οὐκ ἀφανῶν ἐθνῶν. κατέλεξε δὲ τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις. Τὸ δὲ Μουσεῖον, τράπεζα Αἰγυπτία, ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐκ πάσης τῆς γῆς ἐλλογίμους: Id est, *Hadrianus Imperator præfecit eum* (præfectum designavit) *non contemnendis* (non obscuris) *gentibus: allegit & iis qui publice equitant* (hæc simplex versio) *& allegit etiam iis, qui in Museo alebantur, mensa Ægyptia* [illegible] sic Latine, *conventus* potius) *quo co*[illegible] *omnibus terris viri docti & eruditi*. Idem [illegible]it Heliodoro Sophistæ in pag. 620. ἐπεὶ δ' αὐτῷ τε ἱππεύειν δημοσίᾳ ἔδωκε καὶ παισὶν, ὁπόσους

A εἶχε. Hæc verba habent aliquam antiquitatem; nam fuere docti viri, & inprimis ipse Casaubonus ad Hist. Aug. qui sunt interpretati de cursu fiscali sive publico, quasi Imperator ei diploma dedisset, ut posset uti publico cursu, cum vellet, quod instituit Augustus in Sueton. cap. XLIX. Illo rarissimi utebantur, nec alii, quam qui recta ab aula vel ad aulam proficiscebantur: & de hoc cursu publico proprie dicebatur *diploma*. Videndus Seneca I. Clem. II. de adulteris Juliæ: *Adeo non occidit, ut dimissis, quo tutiores essent, diplomata daret*. Et Plin. X. ep. CXXI. ubi Trajano se excusat, quod uxori diploma dederit. Apud Ammianum Mar. B improbatur in Constantio nimis subtilis inquisitio in religionem lib. XXI. fin. *Christianam religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens, in qua simulanda perplexius quam componenda gravius excitavit discidia plurima, progressa fusius aluit concertatione verborum, ut catervis antistitum jumentis publicis ultro citroque discurrentibus per Synodos, dum ritum omnem ad suum trahere conantur arbitrium, rei vehiculariæ succideret nervos*. Intelligit ob crebros itus & commeatus eorum sumtus non suffecisse. Inde in Philostrato interpretantur eruditi de cursu publico, quasi Imperator iis dederit jus cursus publici utendi. C Ceterum hanc interpretationem tollit ipse Philostratus in vita Hadriani: in qua pag. 586. hunc Hadrianum dicit pervenisse Romam, & tantam fuisse ejus famam, ut si audiretur cum aliquid recitaturum in Athenæo, etiamsi ludi agerentur, tamen consurrexisse & senatum & equitem, & abiisse ut audirent Hadrianum: ἐξανίσταντο μὲν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, ἐξανίσταντο δὲ τῶν δημοσίᾳ ἱππευόντων. Unde patet δημοσίᾳ ἱππεύοντας esse equites Romanos: & hic esse intelligendum, eum additum fuisse equitibus Romanis: ii enim habent equum publicum, & id est nomen ordinis. Idem quod Suetonius di-D cit, *dedit ei annulos aureos*: quod etiam tale insigne.

Τράπεζα Αἰγυπτία, *mensa Ægyptia*, eleganter Græce, sed Latine non bene: melius *sodalitium*, locus in quo publico sumtu aluntur liberalitate regum insignes viri.

Rursus idem Philostratus in Polemone pag. 532. Τραιανὸς μὲν αὐτοκράτωρ ἀτελῆ πορεύεσθαι διὰ γῆς καὶ θαλάσσης· Ἀδριανὸς δὲ καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πᾶσι· κατέλεξε δὲ αὐτὸν καὶ τῷ τοῦ Μουσείου κύκλῳ εἰς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν: Id est, *Trajanus Imperator ei dedit, ut immunis a tributis* (exemptus a capitatione) *esset. Idem Hadrianus dedit omni ejus generi: allegit etiam in circulum Musei ad Ægyptium illud sodalitium*. Ἀτελῆ, vel, ut dixi, ut eum immunem a capitatione & tributis reddiderit: vel ut ei cursum publicum sive fiscalem concesserit. Dicitur autem hic κύκλῳ: quid ibi est κύκλος? Salmasius interpretatus est τράπεζαν, *mensam*, quæ interpretatio magnæ est speciei: nam & Latinis *orbis* dicitur pro mensa, ut apud Martial. 2. 43. *Tu Libycos* (id est, mensam citream, totam factam e ligno citri arboris) *Indis suspendis dentibus orbes, Fulcitur testa fagina mensa mihi*. Et lib. IX. ep. 23. *Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes*. F Et lib. IX. ep. 60. *Mensas & opertos circuit orbes*. Et inprimis in nobili loco Juvenalis, qui tantopere exercuit viros doctos in sat. XI. *Ille fruatur Vocibus obscœnis omnique libidinis arte, Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem*. Quid illud *pytisma* & *orbis lubricus*, disputarunt docti, & correctiones sunt infinitæ. *Pedemate* Egnatius & Brodæus. *Pytidismate* Ang. Politianus. *Pyrcismate* Alciatus. *pedeumate* al. *poppysmate* Flavius. *petteumate* Muret. *proptysmate* Mercat. *pygismate* Lips. *pede nudo* Scegkius ex ant. cod. *Orbem Lacedæmonium* interpretantur Domitius armulum, Turnebus trochum,

Bapt.

Bapt. Egnatius saltationem, Politianus Laconicum vas, Britannicus gyrum in quem se quis vertit. Schol. ant. qui exspuit super marmor Lacedæmonium, quo stratum est pavimentum.

Scaliger ad Manilium ex Horatio, *& mero tinget pavimentum superbo*, explicat cottabum. In voce *orbis* primus Muretus aliquid vidit, & confirmavit Salmasius, nempe esse mensam, & quidem potissimum abacum, in quo vina & pocula exposita sunt, Delphicam. Per pytisma id quod est pytissare, de quo Terentius Heaut. 3. 1. 49. id est, gustare, libare vinum primum & deinde exspuere, & habet auctorem pro se Etymologici, & id credibile. Sed quam bene id ei processit apud Juvenalem, tam male existimo ei id evenisse in Philostrato: nam puto apud hunc intelligi circulum, numerum, turbam, ordinem, *τάξιν*, *ἀριθμὸν*, ex aliis Philostrati locis, ut in Scopeliano pag. 514. in initio: *Απαξιοῦσι γὰρ δὴ τὸν ἄνδρα τοῦ τῶν σοφιστῶν κύκλου*. Id est, *Quidam illum virum excludunt cyclo sophistarum*. Et pag. 604. *Πολὺς ἐν σοφιστῶν κύκλῳ καὶ Ἑρμοκράτης ὁ Φωκαεὺς ᾄδεται*. Id est, *Multus in sophistarum ordine vel numero etiam Hermocrates Phocæensis canitur*. Et pag. 620. de homine qui non tantopere virtute sed fortuna erat eo evectus, ut numeraretur inter oratores & sophistas: *Επεὶ δὲ ἡ τύχη κράτιστον ἐπὶ πάντα τ' ἀνθρώπεια, μηδὲ Ἡλιόδωρος ἀπαξιούσθω σοφιστῶν κύκλου*. Id est, *Quia fortuna res potentissima* (ut *Triste lupus stabulis*) *in omnibus rebus humanis, ne etiam Heliodorum indignum putemus ordine sophistarum*. Sic & *circulus* Latinis; solent enim fere homines loquentes in circulo consistere.

Tum voluit Morellus esse valde elegans: vertit, *ad tesseram frumentariam Ægyptiacam admissus*. Id legerat apud Suetonium, sed huc non pertinet. Nam illæ tesseræ non dabantur nisi pauperibus & egentibus hominibus: hic autem erat mensa honorata; & in iis erant ipsorum regum comites.

Tertius Philostrati locus est in Scopeliano pag. 516. *Πάσης γὰρ Ἰωνίας οἷον Μουσείου πεπολισμένης ἀρτιωτάτην ἐπέχει τάξιν ἡ Σμύρνα, καθάπερ ἐν τοῖς ὀργάνοις ἡ μαγάς*. Id est, *Nam cum omnis Ionia, quasi Museum extructa sit* (vult dicere eam habuisse magnum numerum doctorum) *excelsissimum habet ordinem Smyrna, ut in organis magas*. Male vertit Morellus: *Nam cum Ionia tota velut Museum administrata sit, ejus Smyrna, ut inter instrumenta Musica magadis, ordinem continet superiorem*. *Πολίζεσθαι* est condi, strui, statui, non administrari. Dein confundit *μαγάδα* & *μάγαδιν*: hæc est instrumentum Musicum Athenæo & Polluci, illa est pars citharæ, *σανὶς τετράγωνος ὑπόκυφος, δεχομένη ἐφ' ἑαυτῆς τὰς τῆς κιθάρας νευράς*, laminam exponit Suidas, quæ suscipit super se fides. Ergo hæc debet esse interpretatio: *Cum tota Ionia instar Musei structa sit, potissimam ejus partem præbet vel obtinet Smyrna, ut in citharis magas, obliqua illa lamella, supra quam fides intenduntur*.

Post hoc etiam Musei testimonium perhibet Suetonius in Claudio cap. 42. *Et Græcas scripsit historias* *Τυῤῥηνικῶν* *viginti*, *Καρχηδονιακῶν* VIII. *Quarum causa veteri Alexandriæ Museo alterum additum ex ipsius nomine: institutumque, ut quotannis in altero* *Τυῤῥηνικῶν* *libri, altero* *Καρχηδονιακῶν* *diebus statis velut in auditorio, recitarentur a singulis per vices*. Habetis illic veteris Musei mentionem, & ut addiderit alterum Claudius. *Τυῤῥηνικῶν*, sive ipsorum intelligit Lydorum, vel Etruscorum res. Antiquissima habet historia Atyn fuisse regem Lydiæ, quondam Mæoniæ dictæ: is habuit duos filios Lydum & Tyrrhenum, quo tempore tanta fuit hominum suboles, ut necessario esset colonia mittenda, cum terra omnes alere non posset: sic sors inter fratres ducta Tyrrhenum designavit, & is coloniam in Italiam duxit. Hæc videtur scripsisse Claudius. Sed notabile est, quod dicit Suetonius: facile quivis videt eum velle dicere *historiarum tot libros*, sed eam vocem non apponit, quæ adhibita & exquisita est elegantia. Sic loquuntur auctores, sæpissime A. Gellius, & in eo sibi placet valde. Sic in lib. XIII. 11. *Herodotus in tertia historia*. 1. 7. *In Cl. quoque Quadrigarii tertio annali libro hæc verba, cum dixit*. Et XVII. 13. *A quo illa significatio non abhorret, quæ est in tertia Origine M Catonis*. Mox: *In secunda quoque Origine M. Cato non longe secus hac particula usus est*. Quod insolentius videtur iis, qui has delicias non intelligunt. Sic *historiæ viginti*, *historiæ octo*. Et id spectabat Suetonius. Præterea dicit Claudium struxisse aliud Museum; illud appellatum fuit Claudium, ut apparet ex Athenæo. Videbatur quidem commodius dici Claudianum, ut dicitur *Mæcenatiana prædia*: tamen & hoc est moris antiqui, ut ipsa nomina sic adjective flecterent. Taceo de legibus, in quibus passim *lex Fabia*, *Julia* pro *Fabiana* & *Juliana*, quod Latine non dicitur. Sæpe in locis id fecerunt, ut *prata Mucia*, *Quintia*, quæ scil. possederat aliquis Mucius vel Quintius: ita & hoc mirum non est. Verba Athenæi sunt in lib. VI. cap. IX. pag. 240 ubi de parasitis satis longam disceptationem habet: *Ἀντίδοτος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσιν, ὧν οὐδὲ μεμνῆσθαι καλὸν, τοιαῦτα περὶ παρασιτικῆς τέχνης λέγοντα*. Id est, *Antidotus in Protochoro inducit quendam parasitum similem iis qui nunc apud Claudium philosophantur, vix digni, quos memoremus, talia dicentem de arte parasitica*. Sic vertit hæc Dalechampius. Sine dubio hic agitur de Claudii Museo: sed quomodo conveniunt iis ista verba quæ sequuntur, *quorum non bene est meminisse?* nam profecto & tum & longe post ibi fuerint virorum doctissimi. Et hinc videtur Dalechampius non potuisse assequi mentem Athenæi: nam in notis ejus hæc invenietis: *Ad verbum, quorum meminisse dedecet. Impudicatorum fortassis aut impudicorum conventum intelligit*. Casaubonus vidit quidem Claudium esse hoc Museum, sed reliqua transit tam ad Athenæum quam ad Suetonium. Profecto hoc non potest dici de talibus viris, & procul dubio habent aliquid vitii. & pro *καλὸν* scrib. *κακὸν* aut *ἄκαιρον*, & hæc non intelligo de sophistis, sed ad sequentia refero, q. d. *quæ non est intempestivum addere* vel *infaustum*: *κακὸν* enim & infaustum & mali ominis & interdum etiam intempestivum, vel si id negatis, sit *ἄκαιρον*. Tum id *παραπλήσιον* accipio pro adverbio, q. d. *similiter ac qui in Claudio aluntur & exhibentur*. Verba autem quæ sequuntur (*καὶ τὴν στάσιν δὴ στάντες ἀκροᾶσθέ μου, πρὶν ἐγγραφῆναι καὶ λαβεῖν τὸ χλαμύδιον*. Id est, *stantes in statu audite me, priusquam inscribamini & sumatis pallium*) sunt præsidis recipientis in ordinem illorum aliquem, ut nunc faciunt Rectores magnifici: & sic parodiatur in illa verba, quæ solebant dici illo tempore, quæque procul dubio nota vulgo erant: multi enim de eo Museo scripsere, ut Callimachus in carmine, alii in prosa. Nec hoc mirum, nam & hodie in Gallia sunt libri de Academia Parisiensi. *Pallium* autem & parasitorum est (ut apud Juven. *sumit trechedipna*) & Græcorum & philosophorum & inter eos Cynicorum proprium, de quo affatim Salmasius ad Tertulliani Pallium. Ergo vox est ambigua, & inde elegantissime potuerunt *παρῳδίζεσθαι* & transferre. Videtur Callimachus in carmine sic scripsisse vel his similia, quæ paucis mutatis ille retulit.

Sequitur post Suetonium Apol. Tyaneus, si tamen is est. Exstat volumen epistolarum a doctissimis viris in Græcia scriptarum; quas docti valde suspectas habent, & putant esse rhetoris, qui pro prosopopoiia illorum nomine scripsit. In his est epistola Tyanei epist. XXXIV. pag. 12. aversa, quæ scripta est πρὸς τοὺς σοφιστεύοντας ἐν τῷ Μουσείῳ τῷ Ἀλεξανδρείῳ. Ἐγενόμην ἐν Ἄργει καὶ Φωκίδι καὶ Λοκρίδι καὶ ἐν Σικυῶνι καὶ ἐν Μεγάροις. καὶ διαλεγόμενος τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπαυσάμην ἐκεῖ. τί οὖν, εἴ τις ἔροιτο, τὸ αἴτιον, ἐγὼ φράσαιμ' ἂν ὑμῖν τε καὶ Μούσαις· Ἐβαρβαρώθην οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' Ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. Id est, *Fui apud antiquum Argos & Phocidem & in Locride & Sicyone & Megaris: & cum antehac solitus sim dicere publice, ibi quievi. Si quis igitur interroget, quæ sit causa hujus mei silentii, dicam vobis & Musis.* (sequitur parodia ex Euripide, lingua tua corrupta est, quia diu versatus es inter barbaros) *Barbarus sum factus, non quia diu abfui a Græcia, sed quia diu fui in Græcia.* Et sic tacite his blanditur, quasi magis Alexandriæ esset Græcia, quam Phocide, &c.

Rursum Spartianus in Hadriano hujus meminit cap. XX. *Apud Alexandriam in Musio multas quæstiones professoribus proposuit, & propositas ipse dissolvit.* Nam indifferenter usurparunt Latini, ut Græcam diphthongum ει verterent in quibusdam per E, in quibusdam per I. Sic *Basilius, Darius, Antiochia.* Contra Κεῖος *Ceus, Laodicea, Lyceum.*

Accedat his alius auctor non ita notus. Exstat liber, qui dicitur Vetus descriptio orbis, editus a Jacobo Gothofredo, Genevæ. Is Græce scriptus translatus est in Latinum, sed corruptum. Hanc ex antiquo eruit Salmasius, & eandem dedit Gothofredo, qui ausus est rem ingentem: nam speravit se posse Græca verba assequi. Licuit hoc illi facere, nam unusquisque est arbiter sui temporis. In eo pag. 19. etiam Musium extat: *Metropoli ejus Alexandria in omnem gentem invenies philosophorum omnem doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Ægyptiorum & Græcorum, quis eorum Musium accipiat, argutiores & perfectiores inventi Ægyptii, & vicerunt, & Musium ad eos judicatus est* (valde barbare, & forte magis peccaverunt exscriptores, quam auctor) *& impossibile est, in quacunque re volueris, invenire sapientem, quomodo Ægyptium: & ideo omnes Philosophi & qui sapientiam literarum scientes ibi morati sunt, meliores fuerunt.* Patet hinc existimatio ejus loci. Ubi Jac. Gothofredus, cum ei idem Museum non occurrisset, explicat *Musium* principatum, his verbis: *Musium*, Μουσεῖον, *principatus, id est, præmium, primæ & potiores partes.* Cælo toto eum aberrasse puto. Certamen autem illud ejusmodi reor fuisse, quale describit Lucianus in dialogo, qui Eunuchus inscribitur. Imperator Antoninus Pius constituerat, qui numerus Philosophorum & quidem ex omnibus sectis, Platonicis, Peripateticis, Stoicis, Epicureis, in majoribus profiteretur civitatibus ac doceret, acceptis μυρίαις κατ' ἐνιαυτόν. (id est, acceptis decem millibus drachmarum quotannis, vel 1000. Phil.) Hoc eis stipendium statuit Antoninus: si quis obiisset, substitui alium qui esset probatus calculo & suffragiis optimatum. (ἄλλον ἀντικαθίστασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων) Hinc ubi duo esse deberent, altero Peripatetico mortuo, illi decertabant apud ἀρίστους. Tales duos satis jocose inducit Lucianus, quorum unus erat Eunuchus, & hinc titulus. Tale certamen debemus hic nobis imaginari, cum duo deberent recipi in Museum, & alterum fuisse natum in Græcia, alterum e Græcis habitantibus in Ægypto: cum enim Alexandria esset colonia Macedonum & Græcorum, putari facile potest plures colonias eorum fuisse in interiori Ægypto. Τίς τὸ Μουσεῖον λάβοι, est, uter τὴν ἐρήμην ἢ τὴν λείπουσαν σίτησιν, vel locum in Museo vacantem acciperet.

Præterea putat Gothofredus se habere argumentum & similem locum, ubi musium notet primas partes, & quidem eadem pagina & narratione Alexandriæ Ægyptiæ. Verba hæc sunt: *Nusquam enim terræ aut ædificium aut dispositio templi aut religionis invenitur: undique autem musium ei redire videatur.* Loquitur de Serapio, templo Serapidis, qui ibi magna religione colebatur, & erat eo arcessitus somno Ptolemæi, ut est apud Tacitum: templum autem longe erat pretiosissimum. De eo sunt hæc verba sine dubio male tractata & plena mendis: nihil enim in eo intelligitur. Debuisset dicere *tale templum* vel simile quid. Tum & ultima verba *undique autem mus. ei red. vid.* nihil habent sani. Gothofredus vertit Græce: πάντοθεν δὲ τὸ Μουσεῖον αὐτῇ ἀνακάμπτειν δοκῇ. Idque rursus Latine, *quin huic principatus debetur*, quasi magis Romano sermone. Sane ἀνακάμπτειν reflectere & redire in viam: ut in Evangelio de Magis apud Matth. II. χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ἡρώδην. At quid est ἀνακάμψαι μουσεῖον τινὶ *alicui deberi principatum?* Nullam rationem habet hic sermo, licet illud μουσεῖον posset tale quid significare, nec Græcum est. Itaque utrobique sunt errata: & si quis video, aliter corrigenda sunt, ita nempe: *Nusquam enim par aut ædificium ac dispositio templi* (intelligit diætas, &c.) *aut religio invenitur.* Sic duabus rebus commendat illud: tum sequitur: *undique autem musium ei ridere videtur.* Exspectatis quoque, quid hoc sit: neque enim cuivis notum quid id sibi velit. Ut Latini *ridere*, ita & Græci γελᾶν pro splendere dixerunt. Deinde *Musium* vel *Musivum* est genus picturæ ex sectis & in species hominum, animalium rerumve aliarum lapillis ornamentum camararum & parietum. Plinio id est interrasum marmor vermiculatis ad effigies rerum crustis, 35. 1. Statius in Balneo Etrusci:

Vix locus Eurotæ, viridis cum regula longo
Synnada distinctu variat; non limina cessant.
Effulgent camaræ. Vario fastigia vitro
In species animosque nitent.

Hodieque ea vox in usu est in lingua Gallica *Mosaique*, & Italica. Et ejus ingens monumentum est in templo Divi Marci apud Venetos, cujus pavimentum compositum ex pretiosis lapillis refert multas historias biblicas. Hoc veteres musivum dicebant, & hoc voluit ille auctor, cum ita Græce scripsit, πάντοθεν δὲ τὸ Μουσεῖον αὐτῷ γελᾶν δοκεῖ. Spartianus in Pescennio Nigro 16. *Hunc in Commodianis hortis in porticu curva pictum de musivo inter Commodi amicissimos videmus.* Et Trebellius Pollio in Tetrico juniore, uno ex 30. tyrannis, ubi refertur *domus, in qua Aurelianus pictus est, utrique prætextam tribuens & senatoriam dignitatem, accipiens ab his sceptrum, coronam, civicam picturatam de museo.* Non est hæc narratio præter rationem: nam illi Tetrici magis coacti fuerunt ab exercitu, quam ab imperio defecerunt, ideoque venienti Aureliano exercitum tradiderunt, isque eos servavit. Libri tamen veteres non habent *civicam*, & pro sequentibus ostendunt *cycli picturiæ*: unde Salmasius *cyclum picta omnia de museo*, & per cyclum intelligit id, quod dicit Suetonius clypeum, in Domitiano cap. XXIII. *Scalas inferri clypeosque* (id est, dimidiatas formas) *& imagines* (intelligit iconicas) *detrahi.* Sed id sine auctoritate, & si quid mutandum, malim *sceptrum, coronam, aquilam* (de qua Juvenal. 10. 43. *Da nunc & volucrem, sceptro quæ surgit eburno*) *Victoriam, de Museo.* August. de C. D. 16. 8. *Quæ in maritima platia Carthaginis musivo picta sunt, ex libris deprompta velut curiosioris histo…*

Et artifices illos dixere *musivarios*. Jul. Firmicus lib. 3. Astronom. quibus adjungit ex auro vestem pingentes aut inauratores. Et in l. 2. Cod. Theod. excus. artif. *Sculptores, diatretarii, intestinarii, statuarii, musivarii, ærarii, ferrarii*. Ex his *Diatretarii* genus est torneutarum, qui perforabant aut torno inscribebant pretiosa vasa, quæ dicebantur *Diatreta*, ut Martial. lib. XII. & ad leg. Aquil. *Intestinum* autem *opus* est, omne opus elegantius & laboriosius exculium ex ligno. Apud Varron. 3. R. R. 1. *Villam opere tectorio & intestino & pavimentis nobilibus spectandam*. Justinianus in suo Cod. lib. X. tit. 64. eundem habet titulum, & mutatis quibusdam recensentur *Sculptores ligni, musearii, deauratores, albarii, quos Græci κονιάτας appellant*. Cum autem dicit *musearios*, idem est, etsi alii malint *musivarios*. Quin & μυσεῖον & μυσείωσιν Græci vocant. De hoc igitur agit auctor in templo Serapidis. *Ridere* etiam dicuntur flores & prata. Et hic nonus est auctor.

Decimus erit incertus poeta ex Anthologia, qui hoc nos docebit, etiam Constantinopoli ad imitationem Alexandrini fuisse tale museum, & id vocatum fuisse Philadelphium, lib. IV. tit. εἰς πόλεις. Ἐν τῷ πορφυρῷ κίονι εἰς τὸ φιλαδέλφιον:

> Εὔνυς μὲν βασιλεῖ Μυσήλιος. ἔργα βοῶσι
> Δημόσια. θεναρὰν πράγματα πίστιν ἔχει.
> Μυσεῖον Ῥώμῃ δ' ἐχαρίσατο, κ βασιλῆος
> Εἰκόνα θεσπεσίαν ἐντὸς ἔγραψε δόμων.

Id est, *In purpurea columna ad Philadelphium*: quod procul dubio Constantinopoli exstruxit illustris ex proceribus vir. *Muselius benevolus est Imperatori: opera id clamant publica: ipsæ res firmam habent fidem. Museum Romæ* (novæ scil.) *gratificatus est* (donavit) *& Imperatoris imaginem divinam intus scripsit in illa æde*.

Statim sequitur aliud epigramma εἰς τὸ αὐτὸ,

> Τιμὴν μυσοπόλοις, πόλεως χάριν, ἐλπίδα κούρων,
> Ὅπλα δὲ τ' ἀρεταῖς, χρήματα τοῖς ἀγαθοῖς.
> Ταῦτα λόγοις ἀνέθηκεν ἑκὼν Μυσήλιος ἔργα,
> Πιστεύων καθαρῶς ὡς θεός ἐστι λόγος.

Id est, *Honorem Musarum famulis, gratiam civitatis, spem juvenum*, (vel adolescentum, qui hic scilicet adire possunt præstantes viros) *arma virtutibus, opes bonis. Hæc opera suspendit* (dedicavit, consecravit) *sermonibus* (eruditionibus, λόγοι sæpe pro literis) *libens Muselius, credens pure logum Deum esse*. Quod postremum frigidiusculum; nam significat secundam personam Trinitatis. Hi sunt præcipui auctores. Supersunt tamen 4. testimonia, quæ cito persequamur. Primus est Callimachus, qui vixit ipso sub Philadelpho, & versibus scripsit Μυσεῖον. Secundus est Aristonicus, qui prosa, & vixit cum Strabone: dicitur enim ab eo ὁ καθ' ἡμᾶς. Ergo sub Tiberio. Ex eo contraxit aliquid Sopater in libro XII. Eclogarum, cujus rei testimonium est apud Photium num. 161. Ὁ δὲ δωδέκατος αὐτῷ λόγος συνήθροισαι ἐξ ἄλλων τε διαφόρων, κ ἐκ τ Καλλιξένυ τ ζωγράφων τε κ ἀνδριαντοποιῶν ἀναγραφῆς, κ ἐκ τ Ἀριστονίκυ περὶ τῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Μυσείου. *Duodecimus liber collectus est & ex aliis auctoribus, & ex Callixeni historia & pictorum & statuariorum, & ex Aristonico de Museo in Alexandria*. Super hos exstant fragmenta Geographica Artemidori Ephesii edita ab Hœschelio, agentis de illustribus viris qui Geographica scripserunt: καὶ μετ' ἐκεῖνον Ἐρατοσθένης, ὃν Βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τῦ Μυσείυ προστάντες. Id est, *Et post illum Eratosthenes, quem Beta appellaverunt ii, qui præerant Museo*. Hic Eratosthenes inter primos fuit, quos allegit Ptolemæus. Quid sibi velit illud *Beta*, docebit vos Hesychius Illustrius in Eratosthene. Ἐρατοσθένης διὰ τὸ δευτερεύειν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγί-

A ζειν, βῆτα ἐκλήθη, *quoniam in omni eruditionis genere erat secundus a primo*. Natura fit, ut qui habent cogitationes distractas per magnum illum studiorum campum, non possint esse tam perfecti, quam qui illi uni aut huic parti se totos dediderunt.

Tum Suidas in Theone. Θέων ὁ ἐκ Μυσείυ Αἰγύπτιος φιλόσοφος, quem cum Pappo itidem Alexandrino Mathematico, sub Theodosio Magno floruisse ait.

Restat locus Ammiani, ubi quidem non fit mentio Musei, sed tamen describitur, appellata Alexandriæ regio, & eo loco finem imponemus huic sportulæ, lib. XXII. fin. *His accedunt altis sufflata fastigiis templa; inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis amplissimis & spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine est exornatum, ut post Capitolium, quo se venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. In quo bibliothecæ fuerunt inæstimabiles: & loquitur monimentorum veterum concinens fides, septingenta voluminum millia, Ptolemæis regibus vigiliis intentis composita, bello Alexandrino, dum diripitur civitas sub Dictatore Cæsare, conflagrasse*. Quæ paucis inspici oportet.

Sufflata, &c.) Est quidem genus loquendi insolens, sed tamen ortum ex verbis & significatione Latina: nam sufflatus idem est, quod inflatus, superius. Sic Varro Agat. *Neque auro neque genere neque multiplici scientia sufflatus, quærit Socratis vestigia*, id est, ferociens, superbus: ut Stat. 2. Achill. *Quisquis proavis & gente superbus, Quisquis equo jaculoque potens*. Hoc modo cum id verbum poneretur, Ammianus pro superbo dixit, quam vocem antiqui de ædificiis usurpant. Virg. 2. Æn. *Barbarico postes auro spoliisque superbi*. Itaque notat ad pompam & ostentationem exornata.

Fastigiis) Fastigium est ornamentum proprium templi, quod meminisse debetis ex Floro lib. IV. cap. II. ubi inter immodicos honores Julio datos recensetur *suggestus in curia, fastigium in domo, mensis in cælo*: quod non erat nisi in ædibus Deorum, cum vulgares domus essent planæ. Illa autem varie ornabantur, ut plurimum quadrigis vel statuis. Gr. ἀέτωμα, οἷον τὸ ὑψηλότατον μέρος, κ τὰς εἰς ὕψος ἀνατάσεις τῆς ὀροφῆς τριγωνοειδεῖς.

Addit aliquid specialius de Serapio: *quod licet minuatur verbis* &c. q. d. etsi quidquid de eo dixero, minus erit, & deteret potius magnificentiam rei, quam augebit.

Atriis columnariis) Erat enim inter vetera ornamenta ædium, ut haberent atria porticibus, columnis & peristyliis vestita, ut Suetonius de aurea domo Ner. 31. *Vestibuli tanta laxitas, ut porticus triplices milliarias haberet*.

Spirantibus signorum figmentis) Verba propria & signata. *Signa* sunt omnis generis statuæ. *Figmenta* vulgus pro mendacio, commento, fabula, quod Latino auctore caret: tamen vox est bona, & significat, imaginem, signum, simulacrum. Plin. XXXV. XII. *fingere ex argilla similitudines*. Apud Statium, *Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras*. Justin. XXXVI. IV. de Attalo. *Cerisque fingendis & ære procudendo oblectabatur*. Est locus Asconii Pediani, sed is suspectus.

Spirantibus) Et hoc verbum notat artem. Virgilius *vivere* dixit: *vivos ducent de marmore vultus*. Statius ad Vindicem: *Laboriferi vivant quæ marmora cælo Praxitelis, quod ebur Pisæo pollice rasum, Quod Polycletæis jussum est spirare caminis*. Surrent. Pollii. *Si quid Apellæi gaudent animasse colores*.

Æternum dixit boni ominis causa, ut semper observabant: sic & de principibus dicebant *Vestra*

A *Æternitas*, quod tantum significat bonum omen: non enim erant tam stulti, ut nescirent principes se morituros. Sic Darius apud Justinum *perpetuæ possessionis a Diis immortalibus traditæ*, non quod haberet aliquid certi de eo, sed ominis causa.

Ambitiosius: id est, gratiosius, quod detineat & moretur spectantes & eorum gratiam acquirat, ut Justino *ambitiosæ pulchritudinis scortum*.

Septingenta) habet eum numerum & Gellius.

Deinde sequitur: *Sed Alexandria ipsa non sensim, ut aliæ urbes, sed inter initia aucta prima per spatiosos ambitus, internisque seditionibus diu aspere fatigata, ad ultimum multis post annis Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapsis, dirutisque mœnibus, amisit regionum maximam partem, quæ Bruchion appellabatur, diuturnum præstantium hominum domicilium. Unde Aristarchus Grammaticæ rei doctrinis excellens, & Herodianus artium minutissimus sciscitator & Saccas Ammonius Plotini magister, aliique plurimi scriptores multorum in literis nobilium studiorum: inter quos Chalcenterus eminuit Didymus, multiplicis scientiæ cœpti memorabilis*, &c.

Initia prima) Putavit hoc esse narrandum in relatione Alexandriæ, quod Justinus de Scythis 2, 1. *In relatione rerum ab Scythis gestarum, quæ satis amplæ magnificæque fuerunt, principium ab origine repetendum est: non enim minus illustria initia quam imperium habuere*. Et cap. VI. de Atheniensibus: *paucis origo urbis repetenda est, quia non, ut cæteræ gentes, a sordidis initiis ad summa crevere*. Plerumque fit, ut magnarum rerum parvi sint fontes, & aurum sordidum est, cum invenitur primum.

Aurelianus juxta alios debellavit 30 tyrannos sub Gallieno principe ignavissimo exortos, & is inter cætera in Oriente res gessit, & Zenobiam vicit fœminam insignem & quæ Semiramidem imitabatur; & vicisset alios, nisi incidisset in virtutem hujus: nam & Persas vicerat; uxor Odenati, qui diadema sumserat, & illa ei in imperio successit. Ægyptii quoque rebellaverant, cujus belli mentio est in Flavii Vopisci Aureliano cap. XXXIII. in triumpho ejus; nam historiam illam nemo restat, qui narravit: *religatis manibus captivis præcesserunt: inter hos etiam Palmyreni, qui superfuerant principes civitatis, & Ægyptii ob rebellionem*.

Cum ait Bruchion eum potuisse morari, certum est eum fuisse munitum locum in urbe, ut quatuor partes munitæ Syracusis, & Bursa Carthagine. Et in hoc loco fuit Museum; nam & Epiphanius testatur ibi bibliothecam fuisse & arcem: idque ita esse, audite ex sequentibus verbis Ammiani.

Aristarchus, Philologus, discipulorum Aristophanis celeberrimus, natione ex insula Samothrace, sed habitatione Alexandrinus, & plus quam XL. discipulos reliquit omnes scriptis nobiles, & primam editionem optimam Homeri paravit, sub Ptolemæo Philometore III. Punico bello.

Minutissimus art. scisc.) id est, subtilissimus & acutissimus, quem nihil fugiat: non quasi pro vitio numerat.

Ammonius egregius Philosophus, cognomine Σακκᾶς, quod contractum ex Σακκοφόρος, ut Artemas, Lucas, Mænas, inde dato, quia fuit bajulus in portu Alexandrino, dein relictis saccis, in quibus frumentum ferebat, Philosophiæ se tradidit, ut Cleanthes. Vide Suidam in Ammonius & Plotinus, cujus ut & Origenis magister. Latini hos saccarios vocant, unde Tit. in C. Theodos.

Inter alia vitam Aristotelis scripsisse creditur, quam edidit Pet. Nunnesius in libro doctissimo de stud. Phil.

Didymus, Didymi ταριχοπώλου filius, temporibus Antonii, Ciceronis, Augusti; Χαλκέντερος dictus quia haberet ærea intestina ob patientiam laborum, διὰ τὴν παρὰ τὰ βιβλία ὑπομονήν: nam 3500. librorum fecisse dicitur apud Suidam.

Bruchium vocat regionem: nam ut Roma ab Augusto in quatuordecim regiones, quæ nomen singulæ proprium habebant, ut Alta semita, Palatium, Sacra via: sic & Alexandria in suum numerum divisa. Bruchium illud complectebatur Regiam, Serapium, Bibliothecam, Museum. Epiphanius de ponderibus 166. de Philadelpho. Φιλόκαλός τις ἀνὴρ καὶ φιλολόγος γεγένηται, ὅστις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐν τῷ Βρουχείῳ καλουμένῳ κλίματι. Apud Eusebium in Hist. Eccles. 7. 31. Πυρουχεῖον appellabatur, ut & in vita Apollonii Dyscoli. Scaliger notat illam vocem esse contractam, alteram formatam a πυρὸς & ἔχω, quasi ita dictam, quod ibi fuerit frumentarium forum, ad Euseb. 2285. Salmasius ad Hist. Aug. id reprehendit, & putat ideo dici, quod ibi servaretur frumentum ad σίτησιν doctorum hominum in Museo destinatum. Videtur Scaligeri nimis lata, Salmasii nimis angusta sententia: accipiendumque non ab eo frumento, quod pertineret ad Museum, non etiam a foro: sed a granariis publicis horreisque & conditis frumenti, quæ solent habere omnes bene constitutæ civitates. Talia fuerunt Hierosolymis teste Josepho lib. V. ἁλώσεως. Ὑπεπίμπρα τὰς οἰκίας σίτου μεστὰς καὶ παντοδαπῶν ἐπιτηδείων. Rufinus ea sic vertit: *ædes frumenti plenas omniumque utensilium incendebat*. Docte *utensilia* pro cibariis, ut apud Varronem & Tacitum. ibidem: κατακαῆναι πλὴν ὀλίγου πάντα τὸν σῖτον, ὃς ἂν αὐτοῖς οὐκ ἐπ' ὀλίγα διήρκεσεν ἔτη πολιορκουμένοις. Rufinus: *concremari paulo minus omne frumentum, quod non paucis annis sufficere potuisset obsessis*. Et ut magis in ea re confirmer, facit Dio, qui de eodem incendio ait periisse granarium: nam sic loquitur libro XLII. pag. 202. Κὰκ τούτου πολλαὶ μὲν μάχαι καὶ καθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ αὐτοῖς ἐγίγνοντο, πολλὰ δὲ καὶ κατεπίμπρατο. ὥστε ἄλλα τε καὶ τὸ νεώριον τάς τε ἀποθήκας καὶ τοῦ σίτου καὶ τῶν βίβλων (πλείστων δὴ καὶ ἀρίστων, ὥς φασι, γενομένων) καυθῆναι. Id est, *Et ex eo multæ pugnæ & per diem & per noctem illis fiebant: multa etiam ædificia incendebantur & navale, & horrea frumenti, tum bibliothecæ*.

Hoc igitur Museum effecit, primo, ut undecunque viri literis clari invitati se moverent & Alexandriam cogerentur: deinde, ut incolæ colonique per Ægyptum, Cyrenaicam, & alia Ptolemæorum regna Græci liberalia vehementius appeterent, per quæ facilius & honesto in otio sese videbant victitare posse: tertio ut eodem ultro concurrerent exteri, qui fiduciam studiorum haberent, & domi, ut sæpe fit, negligerentur, quo hujus regiæ mensæ vitæque beatæ participes fierent: præterea proventus iste docentium & docendi peritorum commoditasque libros alibi raros inspiciendi & propagandi sine dubio convocavit ingentem etiam turbam peregrinorum discendi cupidorum: denique legitima commendatio per orbem terrarum facta Alexandriæ studuisse, & aut arcessiti inde ab aliis civitatibus, qui profiterentur, aut sponte profecti & copiam sui facientes, facilius cathedras, auditoria, contubernia regum & magnatum mererent.

His addi debet insigne monumentum, quod proximo post has diatribas habitas tempore vulgavit Romæ in Athleticis Octavius Falconerius, ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ, ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΝ ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ.. ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΜΟΥCΕΙΩ ΣΙΤΟΥΜΕΝΩΝ ΑΤΕΛΩΝ ΦΙΛΟCΟΦΩΝ. Ad hanc porro inscriptionem adduci ab viro doctissimo videbis nonnulla loca, quæ etiam ab patre considerabantur, & præsertim ista ἀτέλεια τῶν φιλοσοφούντων.

Quin etiam quasi amplius aliquid concepisset animo, & vel historiam Philadelphi, vel nomina inclitorum hominum, quos constaret Ægyptios aut aliunde ortos per hujus Musei opportunitatem profecisse, ac præsertim quos inde honorato ἐκ Μουσείου testimonio designari videbat, diligenter collecta in indicem dirigere constituisset, inter liturarios postea reperi chartulas quibus incepit annotare descriptiones eorum, qui occurrebant, & circa Ægyptum vel nati vel versati claram studiis meruerunt memoriam. Quod laboris genus tangitur quodammodo ab Jo. Jonssio lib. III. de scriptoribus Hist. Phil. cap. II. ubi & ipse locum Strabonis citans inaniter neglexit perinde ac alterum Athenæi, cui tam accurate pater inhærebat, quem video etiam adscripsisse ad paginam Jonssii 220. ubi post verba Athenæi spectantia ad hanc rem adjecit ista Εως ἂν τῆς λογοδιαῤῥοίας ἀπαλλαγῶσιν, ac interpratatur *ut de verbis rixari nunquam cessent*; ad istas, inquam, voces adscripsit pater: *Hæc verba non pertinent ad institutum, sed ante illa hiatus est.*

ΖΗΝΟΔΟΡΟΣ Εφέσιος. ἐποποιὸς καὶ Γραμματικὸς μαθητὴς τοῦ φιλήτα ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος Ομήρου διορθωτὴς ἐγένετο καὶ τῶν ἐν Αλεξανδρείᾳ βιβλιοθηκῶν προέστη καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν. Suid.

PRÆCEPTORES PHILADELPHI.

Straton Lampsacenus, Philosophus, Theophrasti discipulus & successor Olymp. CXXIII. in familia Peripateticorum, quam per 18. annos tenuit, Arcesilai filius aut Arcesii, cognomento Physicus, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ πολλῆς τῆς ἀποδοχῆς ἄξιος. διατρίψας ἐν παντὶ λόγων εἴδει Laertio, qui ingentem Catalogum operum ejus texit. Καθηγήσατο Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, καὶ ἔλαβε παρ' αὐτοῦ τάλαντα ὀγδοήκοντα, ait Suidas. Peripateticorum optimum vocat Simplicius.

Philetas Cous, Telephi filius γραμματικὸς Κριτικὸς, inquit Suidas. Εγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου. Εγραψεν Επιγράμματα καὶ Ελεγείας καὶ ἄλλα. Fabius 10. 1. *Elegiæ princeps habetur Callimachus: secundas confessione plurimorum Philetas occupavit.* Propert. 3. Eleg. 1. *Callimachi manes & Coi sacra Philetæ.* 2. 34. *Tu satius Musis meliorem imitere Philetam, Et non inflati somnia Callimachi.* 3. 3. *Talia Calliope limphisque a fonte petitis, Ora Philetea nostrea rigavit aqua.* Ovid. III. de Arte. *Sit tibi Callimachi, sit Coi nota Poetæ Musa.* Tam macilento corpore fuisse ajunt, ut habuerit μολίβδου πεποιημένα ἐν τοῖς ὑποδήμασι πέλματα soleas plumbeas (σφαίρας ἐκ μολίβδου πεποιημένας περὶ τὼ πόδε Athen. 12.) ne aut prosterneretur aut elevaretur a ventis Ælian. 9. 14. qui de eadem macie 10. 6. ut leg. Φιλήτας ποιητὴς ἐξαμέτρων, pro Ελεγιακῶν. Plane studiis immortuum tradunt ἰσχνὸν πᾶν τὸ σῶμα διὰ τὰς ζητήσεις Athen. lib. IX.

Callimachus Cyrenæus, discipulus Hermocratis ex Jasso. Sub Philadelpho usque ad Evergetem Olymp. ρκζ. scripsit & Μουσεῖον.

Ιστρος Καλλιμάχου δοῦλος Κυρηναῖος.

Archibios Απολλωνίου, γραμματικὸς, qui scripsit Callimachi Epigrammatum ἐξήγησιν.

Aristonymus sub Philadelpho & Philopatore προέστη τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθήκης μετὰ Απολλώνιον, ἔτος ἄγων ξδ'.

Ερατοσθένης Cyrenæus, discipulus Aristonis Chii Philosophi & Grammatici Lysianiæ Cyrenæi & Callimachi τοῦ ποιητοῦ: arcessitus Athenis a Ptolemæo Evergete sive tertio, & bibliothecæ præfectus fuit, supervixit Philopatora, sub Epiphane 80. annorum decessit. Discipulus ei illustris

Aristophanes Byzantius, cujus Aristarchus Alexandrinus & hujus Mnaseas & Menander. Marcianus Heracl. καὶ μετ' ἐκεῖνον Ερατοσθένης, ὃν βῆτα ἐκάλεσαν οἱ τοῦ Μουσείου προστάντες, διὰ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας τοῖς ἄκροις ἐγγίσασι, Suid.

Aristophanes Byzantius, Grammaticus, discipulus Callimachi & Zenodoti, alterius adolescens, alterius puer, κατὰ τὴν μὲ Ολυμπιάδα. Athenæ. 6. 241.

Aristo sub Philometore.

Απολλώνιος, Ῥόδιος, Alexandreus, discipulus Callimachi, æqualis Eratosthenis & Euphorionis & Timarchi. Sub Ptolemæo Evergete, successor Eratosthenis ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Αλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης..

Aristarchus Αλεξανδρεὺς θέσει, φύσει δὲ Σαμόθρᾲξ· πατρὸς Αριστάρχου κατὰ τὴν ρνς' Ολυμπιάδα ἐπὶ Πτολεμαίου Φιλομήτορος (ut est etiam in Κράτης) Μαθητὴς Αριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ. ἀντισχολαστὴς Κράτητος τοῦ Περγαμηνοῦ γραμματικοῦ. Aristarchi διόρθωσις Homeri.

Asclepiades Diotimi. Grammat. Apollonii discipulus ἐπαίδευσεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Πομπηίου τοῦ Μεγάλου, καὶ ἐν Αλεξανδρίᾳ ἐπὶ τοῦ δ' Πτολεμαίου νέος διέτεινψεν.

Διονύσιος Αλεξανδρεὺς, Θρᾲξ δὲ ἀπὸ πατρὸς Τήρου. Aristarchi discipulus Grammaticus. Romæ sub Pompejo Magno docuit Tyrannionem majorem. At bibliothecæ qui præfuerunt, vide Jonssium pag. 101.

Δίδυμος Διδύμου, Γραμματικὸς. Αριστάρχειος. Αλεξανδρεὺς γεγονὼς ὑπ' Αντωνίου καὶ Κικέρωνος Χαλκέντερος. ὑπὲρ τρισχίλια πεντακόσια, ejus discipulus Heraclides Ponticus & vindex contra Aperon Aristarchi discipulum, Suidas in Ηρακλείδ. Jubæ amicus, in Ιόβας.

Ammonius Αλεξανδρεὺς διεδέξατο τὴν σχολὴν Αριστάρχου, πρὸ τοῦ μοναρχῆσαι Αὔγουστον. γνώριμος αὐτοῦ Αμμώνιος Σακκᾶς, παραβάτης.

Θέων Αλεξανδρεὺς ἐπὶ Αὐγούστου μετὰ Αρείου.

Apion ὁ Πλειστονίκου. Αλεξανδρεὺς Suid. in Josepho discipulus Apollonii Archibii. Audivit & Euphranorem senem plus c. annorum. Didymi magni alumnus, successor Theonis. Docuit Romæ sub Tiberio & Claudio.

Anteros ὁ καὶ Apollonios Αλεξανδρεὺς, Γραμματικὸς παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γάιον.

Απολλώνιος Δύσκολος, pater Herodiani τοῦ τεχνογράφου.

Διονύσιος Αλεξανδρεὺς, Glauci F. Grammaticus. a Nerone usque ad Trajanum; bibliothecis præerat; Magister Parthenii Grammatici; discipulus Chæremonis Neronis præcept. Philosophi: cui & successit Alexandriæ. Vide Suidam in Αλέξανδρος Αἰγαῖος.

Δίδυμος ὁ τοῦ Ηρακλείδου Γραμματικὸς παρὰ Νέρωνι.

A Archibius Πτολεμαίου. Λολλιάδιος ἢ Alexandrinus: Γραμματικὸς τῶν ἕως Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος ἐν Ρώμῃ παιδευσάντων.

Diodorus Valerius Philos. discipulus Telecleos, Ἀλεξανδρεύς, υἱὸς Πωλίωνος τοῦ φιλοσόφου. ὑπὸ Καισ. Ἀδριανοῦ.

Νικάνωρ ὁ Ἑρμείου Ἀλεξανδρεὺς Grammaticus sub Hadriano.

Ὡρίων Ἀλεξανδρεὺς encomium Adriani.

Herodianus Alexandrinus Grammaticus filius Apollonii Dyscoli circa Antoninum Marcum.

Θέων ὁ ἐκ τοῦ Μουσείου, Αἰγύπτιος φιλόσοφος σύγχρονος Πάππῳ φιλοσόφῳ καὶ αὐτῷ Ἀλεξανδρεῖ Theodosio Seniore.

B Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεύς.

Λέων Ἴσαυρος. εὐδοκιμῶν ἐν τῷ πλήθει τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁμοτέχνων.

Ζηνόδοτος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός. ὁ ἐν ἄστει κληθεὶς πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ.

Ζήνων Ἀλεξανδρεύς, ex Judæo.

Ζώσιμος Ἀλεξανδρεύς.

Εἰρηναῖος, ὁ καὶ Πακάτος, Ἀλεξανδρεύς, μαθητὴς Ἡλιοδώρου τοῦ μετρικοῦ. Vide & in Πακάτος Μινούκιος.

Ἡραΐσκος ἀνὴρ Ægyptius. Ammonius, Erythrius ἐμάχοντο ἀλλήλοις.. Et in Suida comparatur cum Asclepiade.

A Ἡρακλέων Αἰγύπτιος Γραμματικός. ἐπαίδευσεν ἐν Ρώμῃ.

Ἡφαιστίων Ἀλεξανδρεὺς Γραμματικός.

Ἱεροκλῆς φιλόσοφος Ἀλεξανδρεύς.

Ἰωάννης Γραμματικὸς Φιλόπονος.

Δίδυμος νέος Ἀλεξανδρεὺς Γραμματικὸς ἐσοφίστευσεν ἐν Ρώμῃ.

Δίδυμος Ἀλεξανδρεὺς γεωργικὰ βιβ- ιε'.

Asclepiodorus Ἀλεξανδρεὺς πολυμαθέστατος.

Ἀχιλλεὺς Στάτιος Ἀλεξανδρεύς. σύμμικτον ἱστορίαν.

Zenodotus Jonss. 166. ubi & Homerus.

Antonius Ἀλεξανδρεύς.

Harpocration ὁ Βαλέριος χρηματίσας, ῥήτωρ Ἀλεξανδρεὺς λέξεις τῶν ι' Ρητόρων, Ἀνθηρῶν συναγωγήν.

B Ὧρος Ἀλεξανδρεύς.

Aristonicus Ἀλεξανδρεὺς Γραμματικός. περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν Θεογονίᾳ Ἡσιόδου. ὀνομάτων ἀσυντάκτων τῆς Ἰλ. καὶ Ὀδυ.

Θέων Αἴλιος Ἀλεξανδρεὺς σοφιστὴς περὶ προγυμνασμάτων.

Ὀλυμπιόδωρος Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος.

Ὡραπόλλων Γραμματικὸς διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Αἰδεσία mater Heliodori & Ammonii.

Νίκανδρος ὁ Ἀλεξανδρεὺς in Αἰσχρίων.

F I N I S.



LUDOLPHI NEOCORI

DE

MUSEO ALEXANDRINO

DIATRIBE:

NUNC PRIMUM EDITA;

LUDOLPHI NEOCORI
DE
MUSEO ALEXANDRINO
DIATRIBE.



ALEXANDRIAM, urbem Ægypti, olim fuisse celeberrimam, & potentia, incolarum frequentia, commerciis, literarumque studiis maxime floruisse, nemo ignorat, qui veteres historias vel a limine, ut ajunt, salutavit. Præstantiam ejus satis arguit, quod κατ' ἐξοχὴν dicta olim fuit πόλις, ut Roma urbs, teste Stephano de Urbibus, & Eustathio ad Iliad. B. Hinc opus singulare inter Veteres de ea conscripserant Ælius Dionysius, laudatus a vetere Critico, ut obiter ait Barthius in Not. ad Zachar. Scholast. Dial. de Mundo; & Callixenus Rhodius, cujus mentionem facit Athenæus Deipnosoph. libb. v. & xv. Ut de reliquis ejus urbis laudibus & ornamentis, quæ plurima sunt, nunc nihil dicamus; id tantum hic observabimus, eam fuisse verum domicilium Musarum, & officinam eruditionis; eamque tot viros, in omni doctrinæ genere excellentes, sinu suo fovisse, ut cum ipsis Athenis de gloriæ hujus palma contendere posse videatur. In studio Critico & Philologico celebres hic extiterunt Aristophanes Byzantius, Aristarchus, Didymus Chalcenterus, Dionysius Thrax, Apollonius Dyscolus, Orion, Herodianus, Astyages, Agapetus, Philoponus, Sergius, Apollonius junior, Johannes Charax, Herodianus Magnus, Georgius Chœroboscus, & complures alii. Philosophiam ingenti cum applausu ibidem docuerunt viri magnæ celebritatis Ammonius Saccas, qui Origenis præceptor fuit, Plotinus, Porphyrius sive Malchus, Amelius, Jamblichus, Sopater, Dexippus, aliique, quorum fama excita & allecta extera juventus Alexandriam undique confluebat, ut Philosophiæ præceptis imbueretur, teste Gregorio Nysseno, qui in Vita S. Gregorii Thaumaturgi inquit: Οὔσης δ' αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν περὶ φιλοσοφίαν ἐσπουδακότων. Cum degeret in Ægypto, in magna Alexandri urbe, in quam undique juvenes, Philosophiæ operam dantes, confluebant. Medicinæ studium hic adeo floruit, ut vel ob id ipsum aliquis excellens Medicus haberetur, si quis Alexandriæ artem hanc se addidicisse diceret, ut testatur Ammian. Marcell. lib. XXII. cap. XVI. his verbis: *Medicinæ vero studia augentur indies, ut, licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat Medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.* Præterea, hæc urbs habuit Bibliothecam, toto olim Orbe celeberrimam, cui Zenodotus Ephesius, πρῶτος διορθωτὴς Ὁμήρου a Suida dictus, Callimachus Cyrenæus, Poeta & Criticus excellens, Eratosthenes Cyrenæus, discipulus Callimachi, aliique viri eruditionis fama inclyti præfuerunt. Ad hæc ornamenta & decora accedit nobile illud & celebratum MUSEUM, a Regibus Ægypti in hac urbe

A ideo institutum, ut in eo viri exquisitæ doctrinæ, ex toto Orbe evocati, munifice & liberaliter alerentur. Utinam hodie de hoc *Museo Alexandrino* exstaret opus Aristonici Grammatici, ex quo Sopater, Porphyrii discipulus, duodecimum Eclogarum suarum librum collegerat, ut testatur Photius *Eclog.* CLXI. pag. 178. Edit. Augustan. Multa enim auctor ille de alumnis *Musei* hujus nos docere potuisset, quæ hodie ignorare cogimur. Optandum etiam fuisset, ut lucem aspexissent ea, quæ Isaacus Vossius ex inedito Grammatico Græco, aliisque

B Scriptoribus de successione eorum, qui in *Museum* hoc allecti fuerunt, observaverat. Sed quoniam his Operibus caremus, contentos nos esse oportet iis, quæ sparsim tantum apud varios Scriptores de *Museo Alexandrino* leguntur, quæ quidem colligere, & hac Diatribe complecti instituimus, nautas imitati, quos naufragio facto

Navibus amissis fluitantia quærere aplustra

vetus Poeta in fragmento ait.

C *Museum* tam significat locum in quo Musæ coluntur, sive fanum Musarum, ut Νυμφεῖον, fanum Nympharum; quam locum studiis & ὁμιλίαις convictuique doctorum virorum destinatum. In posteriore significatione capienda est hæc vox, cum de *Museo Alexandrino* sermo est; quoniam id nihil aliud erat, quam locus, in quo viri excellentis doctrinæ, initio a Regibus Alexandrinis, postea vero Ægypto a Romanis subacta, ab Imperatoribus Romanis, liberalitate magnis Principibus dignissima, alebantur, eum in finem, ut omnium alia-

D rum rerum cura vacui, omne tempus in literis & studiis, eruditisque confabulationibus consumerent. A quo Rege Ægypti Museum hoc institutum fuerit, diserte a Scriptoribus proditum non est. Cæterum, facile mihi persuaserim, conditorem ejus fuisse Ptolemæum Philadelphum, Regem laudatissimum, quippe quem singulari studio & favore literas, literatosque viros fovisse constat, & in eam curam præcipue incubuisse, ut Ægyptus optimarum artium studiis, & ingeniorum gloria effloresceret. Plutarchus quidem *ad-*

E *versus Colotem*, pag 1095. Edit. Francof. testatur, a Ptolemæo *Museum* hoc institutum fuisse; sed non addit Ptolemæi istius cognomen. Verba ejus sunt: Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος συναγαγὼν τὸ Μουσεῖον. Quem locum Interpres male reddit: *Ptolemæus qui primus Musicos conduxit.* Vertendum erat: *Qui primus viros doctos in Museum congregavit.* Quisquis vero Musei hujus conditor fuerit, id certum est, jam floruisse illud tempore Ptolemæi Philadelphi, ut nos docet Athenæus *lib.* v. p. m. 203. Eo enim loco eruditus Scriptor,

F postquam laudasset Ptolemæum Philadelphum ob magnificentiam in omnibus ejus operibus conspicuam, subjungit: Περὶ δὲ βιβλίων πλήθους, καὶ βιβλιοθηκῶν κατασκευῆς, καὶ τῆς εἰς τὸ ΜΟΥΣΕΙΟΝ συναγωγῆς τί δεῖ καὶ λέγειν; πᾶσι τούτων ὄντων κατὰ μνήμην. *De librorum multitudine, & bibliothecarum con-*

constructione, & convocatione in MUSEUM quid adtinet dicere, cum ea omnes memoria teneant? Ex hoc loco qui colligat, ipsum Ptolemæum Philadelphum fuisse Musei Alexandrini conditorem, a vero haud forsan aberraverit. Cum enim Athenæus ibi loquatur de operibus ab ipso Philadelpho magnifico sumptu institutis, veluti de bibliotheca, & numerosa librorum collectione; quidni & Collegium Musarum ad eundem auctorem referamus? juvat hanc sententiam locus Plutarchi, supra adductus; in quo licet in genere mentio fiat Ptolemæi, satis clare tamen designatur *Philadelphus*, quoniam Plutarchus ibi loquitur de Regibus φιλομούσοις, sive literarum amantibus, & doctis, qua laude Philadelphum nemini secundum fuisse constat. Unde eum Tertullianus in *Apologet. adv. Gentes* vocat *Ptolemæorum eruditissimum, & omnis literaturæ sagacissimum*.

Ex antiquis illis Scriptoribus, qui ad nostram ætatem pervenerunt, nemo luculentius *Museum* descripsit, quam Strabo *Geograph.* lib. XVII. pag. 793. & 794. Edit. Paris. cujus proinde verba adducere operæ erit pretium Τῶν δὲ βασιλείων, inquit, μέρος ἐστὶ καὶ τὸ ΜΟΥΣΕΙΟΝ, ἔχον περίπατον, καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν, ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἐστὶ δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινά, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος, τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος. *Pars etiam Regiæ est MUSEUM, quod deambulationem habet, & exedram, magnamque insuper domum, in qua cœnaculum est eorum, qui Musei consortes sunt, ac literis humanioribus operam navant. Hoc Collegium publicam habet pecuniam, & Sacerdotem, qui Museo præest, olim a Regibus, nunc a Cæsare constitutum.* Huic veteri *Museo* Claudius Imperator alterum addidit, ipsius nomine *Claudium* vocatum, ut testatur Suetonius in *Claud.* cap. XLII. Meminit ejus Athenæus *lib.* VI. pag. m. 240. his verbis: Ἀντίδοτος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πρωτοχόρῳ παράγει τινὰ παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσιν. *Antidotus in fabula Protochorus dicta, inducit aliquem similem iis, qui nunc in CLAUDIO philosophantur.* Hunc locum non intellexit Latinus Interpres.

Ex adducto Strabonis loco apparet, *Museum* situm fuisse in ipsa Regia Alexandrina, ejusque fuisse partem, quod procul dubio non parum fecit ad augendum honorem & dignitatem virorum doctorum, qui in eo *Museo* σίτησιν habebant. Ex Ammiano Marcellino *lib.* XXII. *cap.* XVI. colligimus, regionem urbis Alexandriæ, in qua *Museum* situm fuit, dictam fuisse *Bruchion*; & præterea, ipsum *Museum* idem nomen habuisse. Verba Marcellini hæc sunt: *Ad ultimum multis post annis Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina interneciva prolapsis, dirutisque mœnibus, amisit* (urbs Alexandria) *regionis maximam partem, quæ BRUCHION appellatur, diuturnum præstantium hominum domicilium.* Ultima verba *Museum* designare viri docti existimant, quæ sane sententia omnino admittenda est, nisi quis forte cum editione Augustana πλείω στιγμῶν ante vocem *diuturnum* ponendum esse contendat: tunc enim verba hæc a priori periodo avulsa, cum iis, quæ sequuntur, *unde Aristarchus*, &c. connectenda, & ad ipsam Alexandriam referenda erunt, ita ut illa urbs a Marcellino dicatur fuisse *diuturnum præstantium hominum domicilium, unde Aristarchus Grammaticæ rei donis excellens*, &c. prodierit: quam distinctionem & intepretationem Valesius ad hunc locum non aspernatur: quanquam & de *Bruchio* verba eadem non incommode intelligi posse fateatur.

Cæterum opinioni eorum, qui ajunt, *Museum* situm fuisse in *Bruchio*, obstare videtur, quod nonnulli Scriptores, qui Bruchii meminerunt, illud extra urbem Alexandriam locent. Martyrologium Græcum in Hilarione: Εἰς τι χωρίον πλησίον Ἀλεξανδρείας μεταφοιτᾷ. Κρούχιον ὄνομα αὐτῷ. *In locum quendam prope Alexandriam se confert, cui* Cruchion *nomen est*. *Cruchion* hic vocatur, quod ab aliis appellatur *Bruchion*. Auctor vitæ Apollonii Grammatici: Ὤικει δὲ ἐν τῷ πυρουχείῳ, οὕτω καλουμένῳ τόπῳ περὶ Ἀλεξάνδρειαν: *Habitabat autem in Pyruchеo, loco ita vocato juxta Alexandriam*. Hieronymus in *Vita S. Antonii*. *Divertit ad quosdam fratres, notos sibi in Bruchio, haud procul ab Alexandria*. Ex his locis, quæ partim Casaubonus ad Spartian. in *Adriano*, partim Scaliger *ad Chron. Euseb.* Num. 2285. & Valesius *ad Amm. Marcell. lib.* XXII. *cap.* XVI. adducunt, manifestum est, *Bruchion* extra Alexandriam situm fuisse; & proinde, cum ex Strabone constet, Regiam Alexandrinam, cujus pars erat *Museum*, urbi ipsi inclusam fuisse dicendum videtur, *Museo* non posse in *Bruchio* locum assignari. Sed dubio huic facile occurri potest. Namque initio quidem, & ante tempora Imperatoris Aureliani, *Bruchium* urbi Alexandriæ inclusum fuit: sub Aureliano vero, & post ejus tempora, variis casibus factum, ut tota tandem regio illa, ab urbe abscissa, habitari desineret. Hæc claris verbis nos docet Ammianus Marcellinus, quippe qui, loco supra laudato, ait, Alexandriam sub Aureliano, ob intestina certamina dirutis mœnibus, maximam partem *Bruchii* amisisse: si enim tum amisit, antea certe habuit. Et cum sub Aureliano urbs Alexandria maximam illius regionis partem jam amiserit, quis dubitet, postea totam tandem amisisse, cum Ephiphanius Βρούχιον κλίμα, est, regionem *Bruchium* dictam, sua ætate desertam fuisse testetur. Auctores ergo supra adducti de statu Bruchii loquuntur, qualis fuit ipsorum ætate, & post Aureliani imperium, quo tempore regio illa ab urbe jam erat abscissa. Uti autem supra laudati Scriptores *Bruchium* ab urbe Alexandria dirimunt; ita Benjamin Tudelensis, qui vixit Seculo XII. in *Itinerario* suo *Museum* extra eandem urbem locat: quod eximie probat, *Museum* olim in *Bruchio* situm fuisse. Locum Benjaminis, quem etiam observavit Barthius *in Not. ad Zachar. Scholasticum*, adscribemus: *Extra urbem*, inquit, *ædificium visitur, magnum & speciosum, quod Gymnasium fuisse dicitur Aristotelis, Alexandri Præceptoris, in quo viginti fere scholæ sunt, totius orbis hominibus olim frequentatæ, qui eo conveniebant, Aristotelis Philosophiam discendi causa, & inter singulas marmoreæ columnæ erant.* Si bene rem putemus, nihil aliud, quam *Museum* hic describit Benjamin, quamvis fabulis admixtis omnia corrumpat, & *Museum* imperite vocet Gymnasium Aristotelis, ad quod olim convenerint homines, ejus Philosophi dogmata discendi gratia; quem errorem in Benjamine facile concoquet, qui multo majoribus ineptiis & fabulis, quibus *Itinerarium* ejus plenum est, offensus non fuerit.

Sed satis de *Bruchio* dictum putabimus, cum pauca de etymologia ejus addiderimus. Vox βρούχιον manifeste corrupta est ex πυρουχεῖον, ut apparet ex Euseb. *Histor. Eccles.* lib. VII. cap. XXXI. & auctore *Vitæ Apollonii Dyscoli*, apud quos locus ille juxta Alexandriam, quem alii corrupte βρούχιον appellant, πυρουχεῖον integro nomine vocatur, ut observavit Scaliger *ad Chron. Euseb.* Num. 2285. Πυρουχεῖον Græcis significat horreum publicum, sive locum, in quo conditum est frumentum, usui publico destinatum:

unde verisimile videtur, *Museum* Alexandrinum dictum fuisse *πυρεχεῖον*, & corrupte *Bruchion*, quod nimirum in eo conditum esset & servaretur frumentum, ad *σίτησιν* doctorum virorum destinatum; eodem modo, quo locus ille Athenis, in quo alebantur viri de publica re bene meriti, dicebatur *πρυτανεῖον*, quæ vox itidem *promptuarium tritici* vel frumenti proprie significat. Grammatici Græci: Πρυτανεῖον, *παρὰ τὸ ἐκεῖ φυλάττεσθαι τὸν πυρὸν, ἤγουν τὸν σῖτον, οἱονεὶ πυροταμεῖον. Prytaneum ita dicitur, quod ibi asservetur triticum vel annona, quasi dicas, πυροταμεῖον* i. e. *promptuarium tritici*. Tota ergo regio urbis Alexandriæ, in qua situm erat *Bruchium* sive *Museum*, ab eo nomen accepisse videtur, ita ut ea quoque diceretur *Bruchion*, quæ opinio a verbis Ammiani Marcellini, supra adductis, aliena non est. Eandem sententiam tuetur Salmasius *ad Spartian. in Adriano*, cujus verba adducere non pigebit: *Idem*, inquit, *apud Alexandrinos, πυρεχεῖον, quod apud Athenienses, πρυτανεῖον: & σίτησις ἐν πρυτανείῳ dicebatur, ut σίτησις ἐν Μεσείῳ. Museum autem Alexandrinum, & πυρεχεῖον pro eodem posuit Ammianus Marcellinus*. (*loco* supra *memorato*) *Pro πυρεχεῖον corrupte πρεχεῖον & βρεχεῖον dixerunt recentiores: Et sic appellata est regio quædam Alexandrinæ urbis, in qua* Μεσεῖον *illud, sive πυρεχεῖον* vel Μεσῶν *πρυτανεῖον, ut vocat Eustathius*, (*ad Odyss*. I. pag. 337. Edit. Basil.) *erat situm. Et falsum est, quod doctissimi viri scripserunt*, (Scaliger *ad Euseb. Chron.* Num. 2285.) *vicum illum, seu κλίμα Alexandriæ dictum esse πυρεχεῖον, quasi frumentarium forum, vel quod ibi essent publica Alexandrinorum horrea* Hæc Salmasius.

De *Bruchio* porro notandum, fuisse in eo bibliothecam, a Ptolemæo Philadelpho extructam, ut tradit Epiphanius in Comment. *de Ponderibus & Mensuris*. Audiamus ipsum Epiphanium, de Philadelpho sic loquentem: *Φιλόκαλός τις ἀνὴρ καὶ φιλολόγος γεγένηται, ὅστις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐν τῷ Βρεχείῳ καλεμένῳ κλίματι. Bonarum artium, & humaniorum literarum amator exstitit, qui condidit bibliothecam in regione urbis Alexandriæ*, Bruchion *dicta*. Ego sane bibliothecam hanc in nullo alio regionis *Bruchii* loco exstructam fuisse puto, quam in ipso *Museo*, vel saltem in loco Regiæ Alexandrinæ, *Museo* proximo; quoniam valde probabile est, Philadelphum alumnis *Musei* sui, non solum de rebus ad corporis cultum & victum necessariis, sed etiam de bibliotheca instructissima prospexisse; quia non ideo in *Museum* allegebantur, ut molliter tantum viverent, & cuticulam curarent, sed ut literis & studiis juvandis ornandisque strenue incumberent. Quod si vero bibliothecam ad manum non habuissent, optimo & fere unico medio ad finem istum perveniendi destituti fuissent, quoniam absque bonorum librorum copia & apparatu vix quicquam memoratu dignum in literis elegantioribus præstari potest. Bibliotheca illa, quam Philadelphus, auctore Epiphanio, in *Bruchio* exstruxit, Regum Ptolemæorum, qui Philadelphum exceperunt, cura magis magisque aucta fuit, ita ut tandem septingenta millia voluminum in ea numerarentur, quorum pars maxima damnosissimo incendio, tempore Cæsaris Dictatoris, conflagravit. Ab hac bibliotheca omnino diversa est ea, quæ Alexandriæ, observante eodem Epiphanio, longo post tempore in Serapeo, sive Templo Serapidis, instructa, & alterius *filia* dicta est. Eam enim paulo post conflagrationem prioris illius & celeberrimæ bibliothecæ Ptolemæi Philadelphi Regina Cleopatra instruxit & spoliis bibliothecæ Attalicæ sive Pergamenæ auxit; quam tamen Scriptores veteres magna oscitantia cum priore commiscent, ut ostendit Usserius Armachanus in *Syntagmate de Septuaginta Interpretum Versione*, edito Londini anno 1655. in 4. Sed satis de loco in quo *Museum* situm fuit.

Quod ad ejus structuram adtinet, de ea pauca habemus, quæ dicamus. Strabo, loco ante laudato, memorat, *Museum* habuisse peripatum, exedram, & magnam domum, in qua fuerit *συσσίτιον*, sive cœnaculum doctorum virorum. *Peripatus* inserviebat deambulationi: significat enim ea vox ambulacrum, sive locum in quo ambulatur. *Exedra* est locus, in quo multæ sunt sedes; eæque crebræ erant in domibus & Gymnasiis Veterum, præsertim ubi Philosophi disputabant. Hinc Cicero *Nat. Deor.* lib. I. dicit, se, cum Feriis Latinis ad Cottam venisset, eum invenisse sedentem in *exedra*, & cum Vellejo disputantem. Idem Cicero *de Fin. Bon. & Mal.* lib. V. locum illum & sedem in Academia, in qua Carneades disputare & docere solebat, *exedram* vocat: ubi tamen *exedra* videtur *cathedram* significare. Fuit igitur *exedra* locus in Museo, multas habens sedes, in quem viri docti ad disputandum de variis rebus convenire subinde solebant.

Pergimus ad præcipuam *Musei* partem *συσσίτιον* nempe, sive cœnaculum, quod Strabo *οἶκον μέγαν*, *domum amplam*, vocat. In hoc Syssitio viri docti, satis laute, ut credibile est, & splendide a Regibus Alexandrinis, & deinde Imperatoribus Romanis sustentati fuerunt, eisque omnia largiter suppeditata, quæ ad victum & cultum corporis essent necessaria. Scriptores plerumque omnia commoda & emolumenta, quibus viri docti in *Museo* isto fruebantur, uno *σιτήσεως* nomine comprehendunt; ipsumque Museum aliquando *τράπεζα Αἰγυπτία*, & *Αἰγυπτία σίτησις* vocatur. Philostratus lib. I. *de Vitis Sophist.* in *Dionysio*: Τὸ δὲ Μεσεῖον *τράπεζα Αἰγυπτία, ξυγκαλῦσα τὲς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμες. Museum autem est Prytaneum Ægyptium, ex toto Orbe viros celebres convocans.* Idem in *Polemone*: Κατέλεξε δὲ αὐτὸν καὶ τῷ τῶ Μεσείε κύκλῳ ἐς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. *Allegit vero eum* (sc. Adrianus Polemonem) *in numerum eorum qui mensæ & victus munere in Museo fruebantur*. Obiter hic observamus, Lipsium *de Biblioth.* vocem *κύκλος* in hoc loco Philostrati reddere *circulum* vel *conventum*; minus recte, si quid judicamus. Significat enim potius mensam rotundam Musei, ad quam viri docti vescebantur. Significationem hanc a voce Κύκλος non esse alienam, probat Pollux *Onomast.* x. 13. Τὸ δὲ ἐπίθεμα τῶ τρίποδος, κύκλον καὶ ὅλμον δεῖ καλεῖν. *Tabulam, quæ Tripodi imponitur, κύκλον & ὅλμον vocare oportet*. Et paucis interjectis: *Καὶ μὴν καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς τρίποσι τράπεζαι καλῦνται, καὶ μαγίδες. Quæ tripodibus imponuntur tabulæ, vocantur etiam τράπεζαι, & μαγίδες*. Unde apparet voces *τράπεζαν* & *κύκλον* idem significare. Eandem quoque vim interdum apud Latinos habet vox *Orbis*. Lucanus:

Dentibus hic niveis sectos Atlantide sylva
Imposuere Orbes.

Id est, mensam citream imposuere tripodi, vel fulcris eboreis. Juvenalis *satyra* XI.

—— latos nisi sustinet Orbes
Grande ebur.

Hoc est, nisi grandia fulcra eborea latas tabulas vel mensas sustineant. Martialis mensas ex marmore Africano vocat *Libycos Orbes*, hoc Epigrammate:

Tu Libycos Indis suspendis dentibus Orbes,
Fulcitur testa fagina mensa mibi.

His adde loca auctorum quæ affert elegantissimus Muretus *Var. Lect.* lib. x. cap. vi. Quoniam ergo ex locis adductis manifestum est, vocem κύκλος apud Græcos interdum accipi pro mensa rotunda, uti apud Latinos *Orbis*; non temere videmur contra Lipsium asseruisse, vocem eam apud Philostratum, loco memorato, de *mensa*, non vero de *conventu* exponendam esse, præcipue cum & sensus nostram expositionem juvet. Sed pergimus ad ea, quæ restant.

In *Museum* recipiebantur viri in quavis Orbis parte eruditionis & ingenii gloria florentes, Philosophi, Sophistæ, Philologi, Poetæ, aliique. Hinc Philostratus, loco paulo ante laudato: Τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία, ξυγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ ἐλλογίμους, *convocans ex toto orbe viros celebres*. Theo Philosophus a Suida *in* Θέων dicitur ὁ ἐκ τοῦ Μουσείου Αἰγύπτιος φιλόσοφος, *Philosophus Ægyptius ex Museo*.

Timon Phliasius, cui solenne erat mordacibus sillis & scommatibus omnes lacessere, Philosophos *Musei* comparasse legitur cum illis aviculis, quæ domi in aviario, nullo bono, tantum delectationis gratia, ali solent. Narrat id Athenæus lib. I. *Deipnosophist.* his verbis: Ὅτι τὸ Μουσεῖον ὁ Φλιάσιος Τίμων ὁ Σιλλογράφος τάλαρόν πού φησιν, ἐπισκώπτων τοὺς ἐν αὐτῷ τρεφομένους φιλοσόφους, ὅτι ὥσπερ ἐν πανάγρῳ τινὶ σιτοῦνται, καθάπερ οἱ πολυτιμότατοι ὄρνιθες.

Πολλοὶ μὲν βόσκονται ἐν Αἰγύπτῳ πολυφύλῳ
Βιβλιακοὶ χαρακῖται ἀπείριτα δηριόωντες
Μουσέων ἐν ταλάρῳ.

Timon Sillographus Museum aliquo loco Sillorum suorum quasillum vocat, scoptice irridens Philosophos, qui in eo, tanquam loco retibus septo, sive aviario, instar avicularum pretiosarum, alerentur:

Multi pascuntur in Ægypto populosa
Pugnantes libris, ac perpetuo certantes,
In Musarum quasillo.

Locum hunc Athenæi etiam exhibet Eustathius *ad Odyss.* Δ. pag. 157. Edit. Basil. ubi pro πολυφύλῳ, legitur πολυφύλλῳ, & pro βιβλιακοὶ, βυβλιακῇ, ita ut secundum Eustathium ultima hæc vox una cum præcedenti sit epitheton Ægypti. Ex his igitur apparet, inter eos, qui in *Museo* alebantur, fuisse etiam Philosophos. Sophistarum in *Museum* receptorum exempla apud Auctores itidem exstant. Philostratus *de Vit. Sophist.* lib. I. in *Dionysio*: Ἀδριανὸς κατέλεξεν αὐτὸν τοῖς δημοσίᾳ ἱππεύουσι, καὶ τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις. *Adrianus recepit eum* (Dionysium Sophistam) *in ordinem Equitum, & numerum eorum, qui in Museo aluntur.* Idem Adrianus Polemonem Sophistam τῆς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτήσεως participem fecit, ut testatur idem Philostratus *de Vit. Sophist.* lib. I. in *Polemone*. Poetas quoque inter alumnos *Musei* fuisse docet nos Athenæus *lib.* xv. ubi testatur, Pancratem Poetam ab Adriano in *Museum* fuisse receptum, quod novo commento lotum roseum *Antinoium* vocandum esse dixisset. Totam rem Athenæus his verbis narrat: Ἐπεὶ δὲ Ἀλεξανδρείας ἐμνημόνευσα: οἶδά τινα ἐν τῇ καλῇ ταύτῃ πόλει καλούμενον στέφανον Ἀντινόειον, γενόμενον ἐκ τοῦ αὐτόθι καλουμένου λωτοῦ· φύεται δὲ οὗτος ἐν λίμναις, θέρους ὥρᾳ, καὶ εἰσὶν αὐτοῦ χροιαὶ δύο, ἡ μὲν τῷ ῥόδῳ ἐοικυῖα· ἐκ τούτου δ' ὁ πλεκόμενος στέφανος κυρίως Ἀντινόειος καλεῖται. Ὁ δ' ἕτερος λώτινος ὀνομάζεται, κυανέαν ἔχων τὴν χροιάν. Καὶ Παγκράτης τις τῶν ἐπιχωρίων ποιητὴς, ὃν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν, Ἀδριανῷ τῷ Αὐτοκράτορι ἐπιδημήσαντι τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, μετὰ πολλῆς τερατείας ἐπέδειξε τὸν ῥοδίζοντα λωτὸν, φάσκων αὐτὸν δεῖν καλεῖν Ἀντινόειον, ἀναπεμφθέντα ὑπὸ τῆς γῆς, ὅτε τὸ αἷμα ἐδέξατο τοῦ Μαυρουσίου λέοντος, ὃν κατὰ τὴν πλησίον τῇ Ἀλεξανδρείᾳ Λιβύην ἐν κυνηγίῳ καταβεβλήκει ὁ Ἀδριανὸς μέγα χρῆμα ὄντα, καὶ πολλῷ χρόνῳ κατανεμηθέντα πᾶσαν τὴν Λιβύην. Ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας εὑρέσει καὶ νεότητι, τὴν ἐν Μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο. *Quandoquidem Alexandriæ mentio injecta est, scio in ea pulchra civitate coronam quandam, textam e loto ibi nascente, vocari Antinoiam. In paludibus lotus gignitur æstatis tempore, ejusque duplex est color, alter similis rosæ, ex quo nectuntur coronæ, quas proprie vocant Antinoias; alterius cyaneus color est, e quo fit corona lotina. Pancrates quidam Poeta indigena, nobis etiam cognitus, Adriano Imperatori, cum esset Alexandriæ, velut ingens ostentum, spectandum præbuit lotum roseum, & Antinoium vocandum esse dixit, illumque procreatum esse ex terra, perfusa cruore Maurusii leonis, quem in Libya, Alexandriæ finitima, Adrianus, cum venaretur, prostraverat, belluam ingentem, quæ Lybiam diu vastaverat. Delectatus imperator nova hominis inventione, victum in Museo ei largitus est.* Hæc Græculi hominis inventio procul dubio eam præcipue ob caussam Adriano tantopere placuit, quia per eam celebrari videbat memoriam Antinoi, delicii sui, quem eo ipso tempore amissum muliebri luctu, cum in Ægypto esset, prosequebatur, ut constat ex Spartiano in *Adriano*, ad quem locum viri docti sat multa de hoc Antinoo observarunt. Exemplum autem hoc nos docet, τὴν ἐν τῷ Μουσείῳ σίτησιν non semper exquisitæ & præstantis eruditionis, sed interdum etiam novæ cujusdam & leviculæ inventionis præmium fuisse. Partem posteriorem loci, quem ex Athenæo adduximus, exscripsit Eustathius *ad Odyss.* I. pag. 337. Edit. Basil. ubi pro τῇ ἐννοίας εὑρέσει καὶ νεότητι, ut hodie Athenæi codices repræsentant, legitur εὑρέσει καὶ καινότητι. Cæterum, in superiori loco Athenæi Jonsius *de Scriptor. Histor. Philos.* & Dalechampius ad Athenæum, sollicitant horum verborum lectionem τὴν ἐν Μουσῶν σίτησιν, quorum loco ille reponi mallet τὴν ἐν Μουσείῳ σίτησιν; hic vero, ἐκ Μουσείου. Sed non observarunt viri docti, verba hæc non solum eodem prorsus modo apud Eustathium quoque legi, sed & ab eo locutionem & phrasin hanc per ellipsin Atticam exponi. Ait enim loco a nobis indicato: Καὶ ὅρα τὸ ἐν Μουσῶν ἐσχηματισμένον κατ' ἔλλειψιν Ἀττικῶς ὡς εἴπερ ἦν ἐν πρυτανείῳ Μουσῶν. δοκεῖ γὰρ τοιοῦτόν τι καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ εἶναι: ὁποῖον καὶ ἐν Ἀθήναις. *Et vide, verba hæc* τὸ ἐν Μουσῶν *ellipsin Atticam pati; quasi dictum foret in Prytaneo Musarum. Videtur enim Museum Alexandriæ simile fuisse Prytaneo Atheniensium.* Recte Eustathius verba hæc per ellipsin exponit, quoniam ἐν Μουσῶν eodem modo dicitur, quo ἐν ᾅδου, subintellecta nempe voce οἴκῳ, vel alia quadam simili. Hæc de viris doctis, quos alumnis Musei adscriptos fuisse legimus, dicenda habui. Plura non succurrunt. Hic sane, si uspiam, Veterum monumenta & historias desideramus. Quam paucorum enim memoria ex illis, qui in *Museo* vixerunt, ad nos pervenit, cum continua tot annorum successione plurimos præstanti eruditione viros in hoc Collegium adscitos fuisse dubitari non debeat. Sed pertexamus filum Dissertationis nostræ: pauca enim restant.

Alumni Musei habebant aliquem Præsulem, vel Præfectum, quem Strabo ἱερέα, *Sacerdotem*, vocat. Quare *Sacerdotem*? quia Collegium hoc qua-

si sacrum erat, & ædes, in qua viri docti alebantur, dicebatur Μουσεῖον, quasi Musarum delubrum; inde conveniebat, ut Collegio huic, & ædi Musis sacræ *Sacerdos* præesset. An alumnis stata quædam & ordinaria negotia injuncta fuerint, non legimus: illud tantum constat ex Suetonio, Claudium Imperatorem veteri *Museo* alterum addidisse, *Claudium* vocatum, instituisseque, ut libri historiarum suarum, quas Græce scripserat, in altero Τυῤῥηνικῶν, & altero Καρχηδονιακῶν, diebus statutis, velut in auditorio toti a singulis per vices recitarentur: A Spartiano in *Adriano* alumni Musei vocantur *Professores Apud Alexandriam*, inquit Spartianus, *in Museo multas quæstiones Professoribus proposuit*, (Adrianus) *& propositas ipse dissolvit*. Hæc tamen vox non ita intelligenda est, quasi publice docuissent, sed ideo Spartianus eos *Professores* vocat, quod se profiterentur literis & scientiis eruditos.

Quamdiu Collegium hoc Musarum floruerit, difficile dictu est, quoniam nullus Scriptor id prodidit: nisi quis forte huc pertinere putet locum illum Epitomatoris Dionis, in quo Caracalla dicitur τάς τε θέας καὶ τὰ ΣΥΣΣΙΤΙΑ Alexandrinorum sustulisse unde quis forte colligere queat, Collegium istud doctorum virorum usque ad Caracallæ tempora tantum durasse. Sed nihil affirmo.

Hæc cum jam scripsissem, & chartæ mandassem, communicavit mecum ὁ πάνυ Grævius quasdam de Museo observationes, & in Diatriben meam, quam ejus submiseram judicio, animadversiones, quas Lectori non invidebo.

Dixeram, vocem Κύκλος in adducto a me Philostrati loco significare *mensam rotundam*, non vero *conventum*, sive *circulum*, quæ est interpretatio Lipsii. Contra contendit Vir doctissimus, qui interpretationem Lipsii his verbis defendit: *Si* Κύκλος mensam *ibi significat, frustra additur* εἰς τὴν Αἰγυπτίαν σίτησιν. *Itaque* Κύκλος *omnino hic est corona, circulus, ordo eruditorum, qui in Museum recipiebantur, sicut apud eundem Philostratum in Scopeliano* pag. 514. Ἀπαξιοῦσι γὰρ δὴ τὸν ἄνδρα τοῦ τῶν Σοφιστῶν κύκλου: Sophistarum circulo eum indignum judicant. *Nimirum indignum judicabant, quem in Sophistarum numerum reciperent. Et sic frequenter hæc vox in illis Vitis occurrit, ubi de mensa non potest intelligi. Nam facile plura loca, si res exigeret, possem afferre*. Hæc Vir doctissimus sic ad me scripsit, contra cujus auctoritatem tantum abest ut pugnem, ut potius sententiæ ejus subscribam propter adductum Philostrati locum.

Idem Vir doctissimus eleganter explicat & emendat locum Athenæi, supra a nobis adductum, in quo Timon Sillographus alumnos Musei cum avibus comparat. Ipsa ejus verba, quibus in scheda ad me missa sententiam suam hac de re exposuit, adscribemus: *In loco Timonis apud Athenæum quinam sunt illi* βιβλιακοὶ χαρακῖται? *Casaubonus exponit* Scriptores librarii, *ac si* χαράττειν *sit* scribere, *sed sine ullo testimonio: multo minus verti potest*, pugnantes libris. *Timon doctos in Museo viventes salse comparat cum avibus, unde Museum vocavit* τάλαρον, *id est, qualum, qui in aviariis gallinis supponebatur, in quo ova ponerent, ut constat ex Scriptoribus Rei Rusticæ, & qui quidem locus, in quo erant* τάλαροι, *septus erat reti, uti etiam nunc fit in aviariis. Hinc puto pro* βιβλιακοὶ χαρακῖται, *legendum esse* βιβλιακοὶ κορακῖται, *poetice pro* κοράκιαι, graculi librarii, *hoc est, qui garrirent de libris*. Fateor, ex quo hæc legi, multo mihi clariorem visum esse locum Athenæi, qui antea nescio quid obscuritatis habere videbatur.

Porro, significavit mihi Cl. Grævius, Callimachum versibus descripsisse Museum, teste Suida *in* Καλλίμαχος: ejusdemque Musei meminisse Dionem Chrysostomum in *Oratione ad Alexandrinos*, pag. 343. Apollonium Tyaneum, *ep.* XXXIV. & Artemidorum Ephesium in *Fragmentis Geographicis*. Hæc dignissima judicavi, quæ ad Diatriben meam adderentur.

F I N I S.




SPECIAL OVERSIZE
N
5610
G87
V.8
82-B
1304
GETTY CENTER LIBRARY

